Digitized by Google

2 Kl. 2. b.

4° P. lat. 64m

Araneus

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SACRI SERMONES R. P. F. CLEMENTIS ARANEI RAGVSEI, ORDINIS PRÆDICATORVM.

Pro diebus festis à prima Dominica Aduentus vsq; ad Cineres; & subinde per omnes ferias Quadragesimæ, vsq; ad tertiam feriam Paschæ.

Item de Verbo incarnato alij Sermones vigintiquatuor; & octuagintasex de materijs particularibus, ad nutriendas virtutes & ad vitia extirpanda potissimum accomodati, multa doctrina, figuris, ac moralitatibus ornatissimi.

Quibus nunc accessere summaria in principio vniuscuiusque Sermonis, necnon Indices quatuor, vz. Alphabeticus singularium notabilium: Historiarum, & authoritatum sacræ scripturæ, quæ in toto opere declarantur: Materiarum etiam singularium in vnoquoq; Sermonum contentarum: Et omnium Sermonum Sancti Vincentij Ord. Præd. ad singulare Concionatorum commodum.

Sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus & virtutis; I. ad Cor. c. 2.

F. F. Firstenfeldensium.

BRIXIAE,

Apud Petrum Mariam Marchettum. 1586.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISSIMO
ATQ; ADMODVM REVER. D.D.
HORATIO VGONIO
ECCLESIÆ CATHEDRALIS BRIXIENSIS
CANONICO DIGNISSIMO.

Petrus Maria Marchettus. S. P. D.

HAVD sine diuino consilio fieri credam, Horati præstantissime, vt varia librorum genera, variis hominum ingeniis accommodata in dies typis imprimantur, quibus aut veritatis lumen, in teterrimis ignorantiæ tenebris delitescens eruatur, aut erutum quidem, sed nonnihil adhuc ab humanis sensibus remotum, iisdem planius proponatur. Etenim cum multa eaq; præclara veterum monumenta temporum iniuria consumpta sint, quæ si extarent, multum & indoctis vtilitatis, & eruditis delectationis afferrent, nisi alia, quæ temporum damna resarciant, edantur in lucem, cum magnarum artium studia sensim intereant, tum omnis rerum illustrium memoria conticescat necesse est. Quamobrem non possum non eos summis efferre laudibus, qui diuinitus adducti quicquid doctrinæ sibi diuturno studio, et

Digitized by Google

labore compararunt, id totum, quasi nouum sapientiæ propugnaculum erigant, litteris commendant. Cuius quidem laudis partem, quin etiam totam sibi præ cæteris suo iure vendicant ii, qui nihil non assiduis commentationibus, atq; vigiliis limatum, ac perpolitum posteritati tradunt, nihil non ab omni prauitatis labe purum scribunt. Vt enim posteris nihil fore putatur honestius, quam præclari alicuius, atq; insignis operis hæredes institúi, sic nihil fœdius, quam impuris, atq; corruptis libris contaminari. scripta si docta sunt, ac pie contexta ignorantiam funditus euellunt, doctrinarum studia fouent, ad virtutem aditus aperiunt, ad veram nobilitatem iter expeditissimum præmuniunt; contra vero, si sunt insulsa, atq; inepta, inscitiæ semina in hominum animis alunt, ingenuarum disciplinarum splendorem infuscant, virtuti nullam sedem esse patiuntur, vias omnes ad immortalitatē obstruunt. Ex quo fit, vt illorum scriptores de litteris bene meriti, horum vero autores litterarum corruptores habeantur, illis immortales agantur gratiæ, hi autem contumeliis afficiantur. Itaq; quantum hi male scribendo infamiæ, tantum illi gloriæ bene scribendo sunt adepti. Cum igitur superioribus

rioribus

Digitized by Google

rioribus diebus Clementis Aranei nihilominus pii, quam eruditi ſermones, mihi in manus inci-diſſent, ſtatim iudicaui & autoris ſtudio deben-dum eſſe plurimum, qui talem nobis edidit par-tum, & librum ipſum valde dignum, qui, vt iam eſt conſuetudine receptum, in alicuius inſignis vi-ri nomine nunc iterum appareret; cuiuſmodi vi-ris, quamquam hæc noſtra ciuitas, quod vni Di-uinæ liberalitati referre debemus acceptum, ſem-per floruerit, ac magis quam antea floreat, tu ta-men vnus occurriſti, qui hoc qualicunq; munere digniſsimus viderere, qui pietatem cum litteris, quæ ſunt propria eccleſiaſticorum hominum ſtu-dia coniunxiſti, quibus ingenuo viro dignis exer-citationibus ita tuam adoleſcentiam, & hic, & Romæ imbuere ſtuduiſti, vt iam cum ætate ma-iores in iiſdem proceſſus facere videare: nihil enim (quod maxime in nobili uiro, & ad ali-quem in chriſtiana republica dignitatis gra-dum euecto mirantur homines) nihil, inquam, prætermittis, quod vel ad doctrinam, vel ad vir-tutem quoquo modo pertinere videatur. Quo vitæ genere, tantum Vgoniæ familiæ, cuius nobilitas & antiquitas alium locum, & orationem deſide-rant, quotidie maiores honoris, & gloriæ fiunt ac-

ceſsiones

Digitized by Google

cessiones. Quid enim aliud, te a vulgarium hominum commercio, ad insigniorem eorum qui diuinas res curant, societatem traduxit, nisi tua illa virtutum decora, quæ tibi cum non mediocrem inter ciues tuos gloriam iam pepererunt, tum vero longe maiorem despondent? Quare est quod gaudeas, Horati humanissime, te singulis fere diebus, quam sit erga te liberalis Deus, experiri: tuus quoq; gaudeat frater amantissimus Virginius, quo cum tu ita viuis, & ille tecum viuit, vt quid in vtriusq; vita reprehendi, quid ad fraternam concordiam, & beneuolentiam desiderari possit, non facile sit inuenire. Vtinam iste fraternus amor, quo vtriusq; vestrum nexus est animus, iis propositus ad imitandum sit, qui cum natura sint fratres, moribus tamen, atq; sententiis hostes potius quam fratres videri possunt. Plura hic, si me admiratione paterer tuæ virtutis prouehi, dicerem, sed cum hanc tibi Epistolam eo gratiorem fore sperem, quo parcius in ea tuis de laudibus loquar, cætera facile patiar in animo meo tui studiosissimo residere, vt quoties tuæ virtutis meminero (meminero autem firme semper) toties ad tuas laudes prædicandas exciter. Vale.

Digitized by Google

INDEX HISTORIARVM SACRAE SCRIPTVRAE

quæ in hoc opere declarantur.

Ex libro Geneseos.

Cap.2. *HISTORIA plantationis Paradisi. fol. 738. 1*
11 *Historia ædificantium turrim, & confusionis linguarum.* 564. 1
14 *Abrahæ contra quatuor Reges.* 895. 1
15 *Abrahæ mactantis animalia.* 620. 1
Item. 743. 1
18 *Abrahæ recipientis hospitio tres viros.* 462. 1
28 *Scalæ visæ a Iacob.* 704. 1
38 *Iacob mittentis Iosephum ad fratres suos.* 396. 1
47 *Somnij Regis Pharaonis.* 730. 1

Ex libro Exodi.

2 *MOYSI aquis expositi.* 529. 1
3 *Vocationis Moysi ex rubo incōbusto.* 374. 1
4 *Transitus Hebræorū p mare rubrū.* 605. 1
12 *Ietro & Moysis.* 883. 1
12 *Esus agni Paschalis.* 926. 1
19 *Moysis vocati ad montem Synai.* 628. 1
25 *Fabricæ sanctuarij.* 452. 1
30 *Speculorum circa labium templi.* 633. 1

Ex libro Numeri.

10 *HISTORIA Tubarum argentearum.* 555. 1
11 *Congregationis septuaginta senum.* 878. 1
14 *Virgarum germinantium.* 828. 1
16 *Aaron deprecantis inter viuos & mortuos.* 499. 1
20 *Seon Regis Amoreorum.* 612. 1

Ex Deuteronomio.

Cap.21 *CAPTIVAE mulieris desponsandæ.* 900. 1

Ex libro Iosuæ.

Cpa.7. *Acam lapidati iussu Dei.* 891. 1
10 *Iosuæ contra quatuor Reges.* 747. 1
Dotis filiæ Iosuæ q̄ nupsit Othonieli. 917. 1 15
Iosuæ protestantis populo vt Deo seruirent. 864. 1 24

Ex libro Iudicum.

EGLON Regis Moabitarum. 366. 1 Cap.3.
Delboræ. 449 1 4. & 5
Militum incuruato genu bibētium. 477. 1 5. & 7
Sansonis & Dalidæ. 768. 1 6

Ex libris Regum.

ANNAE sterilis. 809. 1 Lib.1. c.1.
Samuelis vocati a Deo. 552. 1 Cap.3.
Item. 754. 1
Saulis à Deo reprobati. 929. 1 5
Fabri ferrarij qui non reperiebatur in terra Israel. 719. 1 13
Dauid congredientis Goliam. 660. 1 18
Dauid parcentis Sauli. 586. 1 24. 25
Archæ fœderis positæ in domo Aminadab. 460. 1 Lib.2. c.6.
Legatorum Dauid ad Regē Amon. 777. 1 Cap.10.
Theucistis mulieris. 458. 1 14
Absalonis tribus lanceis confossi. 558. 1 15
Absalonis quærentis Ionatham. 461. 1 17
Abigail placantis Dauidem. 455. 1 25
Semei occisi. 898. 1 Lib.3. c.2.
Salomonis orantis p bono regimine. 873. 1 Cap.3.
Reginæ Sabbæ. 506. 1 10
Pluuiæ in diebus Heliæ. 442. 1 18
Heliæ corripientis Acab Regem. 833. 1 18
Ollæ Helisæi. 532. 1 Lib.4. c.4.
Filij mulieris per Heliseum ad vitam reuocati. 788. 1 Cap.4.
Cenaculi parui Heliseo parati. 919. 1 4
Ezechiæ Regis ægroti. 383. 1 20. 21
Ioachim Regis in captiuitate positi. 9[illegible]2. 1 23
Captiui Regis Sedechiæ. 869. 1 25
Regis Manasses ægroti. 625. 1 33

Ex libris Paralipomen.

MANASSES Regis ægroti. 625. 1 33

Amo-

Lib.2.c.33 *Amonis filij Manasses interfecti.* 820. 1
4. Cap.32. *Ezechiæ Regis ægroti.* 383. 1

Ex libris Esdræ.

Lib.2. c. 8. & 10. *ESDRAE legentis legem populo.* 573. 1
3. Cap. 3. *Cœnæ Darij Regis.* 521. 2

Ex libro Thobiæ.

Cap.1.& 4 *SALVBRIS tentationis Thobiæ.* 577. 1

Ex libro Iudith.

Cap. 6. *IVDITH contra Holofernem.* 457. 1
13 *Iudith obtruncantis Holofernem.* 847. 1

Ex libro Hester.

Hester placantis Regem Assuerum. 457. 2
Exaltationis Mardochei. 688. 1
Item. 710. 1

Ex libro Iob.

Cap. 1. *HISTORIA tentationis Iob, atque illius patientiæ.* 581. 1

Ex Psalmo 134.

EGO cognoui quòd magnus est Dominus, & Deus pro omnibus Dijs. 417. 1

Ex Ecclesiastis cap. nono.

HANC quoq; vidi sub sole sapiētiam, & probaui &c.

Ex Canticis canticorum.

Cap. 6. *Vocatio sunamitis.* 725. 1
vltim. *Pone me vt signaculū sup cor tuū.* 653. 1

Ex libro Sapientiæ.

Cap. 16. *CREATVRA tibi factori seruiens exardescit in tormentum aduersus iniustos.* 838. 1

Ex libris Prophetarum.

Isaiæ. 6. *VISIONIS Domini sedentis super solio excelso.* 467. 1
Item. 594. 1
32. *Ezechiæ Regis ægroti.* 853. 1
Hieremiæ. 1 *Visionis virgæ vigilantis.* 860. 1
13 *Vocationis adulteræ mulieris.* 725. 1
19 *Descensus Hieremiæ in agrū figuli.* 424. 1

Item. 594. 1
Ioachimi captiui in manu Regis Nabucodonosor. 902. 1 — 24
Lamentationis Iudæorum portantium peccata parentum. 795. 1 — 31
Historia gladij rasorij. 906. 1 — Ezechiel. 5.
Eleuationis prophetæ inter cœlum & terram. 674. 1 — 8. & 9.
Abhominationum & signi Thau. 670. 1 — Ezechiel. 9
Abhominationis secundæ. 679. 1 — 9
Abhominationis mulierum plangentium Adonidem. 982. 1 — 9
Abhominationis quartæ auersionis, videlicet à Deo. 684. 1 — 9
Visionis aquilæ grandis. 692. 1 — 17
Causæ subuersionis Hierusalem. 887. 1
Campi pleni aridis ossibus. 813. 1 — 24
Aquarum egredientium templum. 909. 1 — 37
Somniorum Nabucodonosor Regis. 408. 1 — 47
Arboris visæ à Nabucodonosor Rege. 485. 1 — Danielis. 2 / 4
Item. 852. 1
Item. 872. 1
Conuiuij Balthasar. 570. 1 — 5
Abacuch trāsportati ad Danielem. 782. 1 — 13
Erucæ historia, locustæ, ac Bruci. 664. 1 — Ioelis. 1.
Visionis multitudinis Locustarum. 697. 1 — Amos. 7.
Niniuitarum pœnitentia. 802. 1 — Ionæ. 3.
Mulieris à Miluis transportatæ. 759. 1 — Zachar. 5.

Ex libris Machabeorum.

MATHATIAE reprehendentis Iudæos. 614. 2 — 1. Cap. 2.
Antiochi orantis, qui non est exauditus à Deo. 855. 1 — Cap. 2.
Oniæ sacerdotis. 598. 1 — 2. Cap. vlt.

Ex 24. cap. D. Matthæi.

DE fideli seruo & prudenti. 641. 1

Ex vndecimo cap. Epistolæ Diui Pauli ad Hebræos.

DE fide antiquorum patrum. 560. 1

Ex Apocalypsi cap. 17. Historia.

MVLIERIS fornicariæ sedentis super bestia. 763 1.

FINIS.

Digitized by Google

TABVLA SVMMARIA SERMONVM,

A PRIMA DOMINICA ADVENTVS, vſque ad Epiphaniam; et a Septuageſima, vſque ad tertiam feriam Paſchæ.

1 DOminica prima in Aduẽtu Domini. Chriſtus venit per incarnationẽ ꝓpter peccatum primorum parentum. Item tempus incarnationis per Apoſtolum dicitur plenitudo tẽporis, propter octo rationes. Item inſupernaturalibus tota ratio facti eſt voluntas facientis, ideo circa ea abſtineatur a curioſitate. Item propter quiq; rationes potius Chriſtus ex virgine carnem aſſumpſit, q̃ ex alia muliere. Item imitanda eſt beata virgo in multis virtutibus. Item laudem Deo dandam pręcedant bona opera, vt ſit accepta. Itẽ quibus pręuijs Deus à nobis excipiendus. Et multa alia moralia in hoc Euãgelio. Item de eadem Dominica breuis expoſitio de Dei miſericordia, & liberalitate in hominem, quamuis rebellem, ſaluandum tanguntur.

2 Dominica ſecunda erunt ſigna &c. In hoc Euangelio moraliter continentur ſigna, quæ prauis accidunt in morte. In ſpeciali quomodo in mortis ꝓpinquitate in prauis lumen rationis obnubilatur, & voluntas obſtinatur in malo. Et euenit eis magna conturbatio in ſenſibus & phantaſia. Habetur inſuper de modis, quibus tentant pro tunc in morte dęmones. Item q̃ magna turbatio tunc fit in conſcientia miſeri peccatoris, vt excedat in eo omnes alios dolores, & quomodo areſcunt homines in tali tempore. Habetur etiam quomodo boni, & mali Angeli erunt contra prauos in morte. Et Chriſtus prauis quandoq; tali tempore apparet ad cõdemnationem eorum. Deinde boni confortantur, ne terreantur, ſi quid eis pro tunc aduerſi euenerit, quia erit eis ad meritum. Et cõcluditur certitudo prædictorũ.

3 De eadem Dominica alia expoſitio. In qua continetur, quia homo participat omnem creaturam, ideo merito omnis creatura offenſo creatore ab eo, in eum inſurgit. Et hic declaratur quid ſit fatum, & de eius nullitate, ac falſitate, vt eo iudiciarij aſtrologi vtuntur. Quid ſit fortuna & quid caſus, & ꝙ in his duobus theologi, & veri philoſophi conueniunt. Habetur etiam ꝙ omne malum pęnę eſt directè a Deo, ſed culpę permiſſiuè tentum, & ꝙ cœli directe in liberum arbitrium non poſſunt influere, ſed bene in ſenſibus, quibus vtitur intellectus & voluntas, propterea indirecte influunt in intellectu, & voluntate inclinatiue, tamen ſapiens dominabitur aſtris. Et vnde prouenit quandoque Aſtrologos diuinatores diuinari circa contingentia, & actus humanos. Item ibidem oſtenditur exemplariter ex ſacra ſcriptura, ꝙ Deus punit hominem per creaturam corporalem, & ſenſibilem, nec non & per homines prauos, & per Angelos bonos & malos.

Item de eadem Dominica expoſitio. 4

Digitized by Google

tio breuis litteralis Euangelij. Et in particulari habetur, q ante iuditium in omni creatura signa præcedent. Et quomodo erit obscuratio Solis, & Lunæ, ac casus stellarũ, & qua de causa Luna conuertetur in sanguinem, & in terris pressura gentium, vt merito tũc in prauis cithara eorum conuertatur in luctum.

5 Item de eadem Dñica secundum moralem expositioné de signis præcedentibus certã ruinã prouinciarũ, & ciuitatũ. Et in particulari assimilant presidentes puinciarũ & ciuitatũ soli tripliciter. Ité principes & rectores debent habere penes se triplicem legé, scilicet diuinã, ecclesiasticã, quantũ ad ipsos spectat, & humanã. Ité pro vsu prudentiæ principibus tria sunt necessaria habere. Ité habetur quomodo peruersi iudices vt Luna conuertuntur in sanguinem. Ité qualiter praui electores & iuuenes ciuitatis sicut stellæ cadunt de celo per prauitates eorũ. Ité ostenditur certitudo ruinæ prouinciarum & ciuitatũ ex signis in Euangelio moraliter contentis, & ex signis ex sacra scriptura deductis.

6 De eadem secunda Dominica, de ruinę signis status Ecclesiastici & secularium tã in communi q̃ in particulari. Et hic quomodo Ecclesiastici assimilantur soli in quatuor eius proprietatibus. Et quomodo sol est Pontifex, cuius sunt Cardinales stella matutina, & hij quando obscurantur. In Luna denotantur cęteri prelati potioris dignitatis, qui eclipsantur, & in sanguinem conuertuntur, cum degenerãt vita, verbo, doctrina, & exéplaritate, & patrimonium Christi in vanitatibus consumunt. Per stellas notantur doctores & prædicatores ac confessores, qui sunt ornamentũ Ecclesiæ sed quandoq; cadunt a veritate &c. Per pressuras gentium notantur cæteri ecclesiastici dissidétes adinuicem varijs modis. Et hic habes ruinam & punitionem eorum.

7 Dominica tertia in Aduentu Euangelium moraliter interpretatum continet grauitatem mortalis peccati, & de modis excussionis eius. Insuper habetur in particulari perpulchra declaratio, qualiter per mortale tres maculas incurrit anima mortales, a quibus non emundatur nec liberatur nisi per specialem gratiam Dei. Ité habetur, quomodo omnis peccans est ignorans & cęcus, & quomodo dęmon sub specie boni malum suadet. Item q peccatores extra passionem existentes dicunt se male agere quod agunt, sed in passione constituti dicunt malum bonum. Et ibidé qũo peccatores mortuo, cęco, surdo, muto, claudo, leproso & pauperibus, & arundini assimilantur, & q in peccatis molliriarũ existentes pleni sunt prauis adinuentionibus absq; pœnitentia. Et hic habetur perpulchra instructio qui legati, & quibus verbis ad Christũ sunt mittendi pro reconciliatione.

De eadem Dominica. Continetur de malo ingratitudinis ad Deum, & quibus modis sibi est gratificandum & reconciliandum, & q Deo parentibus & magistris per equalitatem non potest satisfieri. Hic etiam habetur, q nullus sit verus christianus, qui saltem semel in die non meditatur Dei beneficia, & propriam ingratitudiné ad Deum. Insuper vt fiat in peccatore renouatio spiritualis in omnibus sensibus suis & in sua vita oportet ad Chrm destinare p suos legatos recognitioné, & bonũ affectũ ac propositũ. 8

Dñica. 4. in Aduẽtu, Euãgeliũ moraliter est de cognitione sui ipsius, cuius causa Deus suos legatos mittit ad homines. Et hic habet, q̃ graue peccatũ sit pdicatores Chri p multa ludibria repræsentare, vt fit qñq; p laruas, & theatrales rpñsentationes. Ité pulchrè discurrit sup vitã hoïs, tu qs es. i. exéplariter p vitã pborũ & prauorũ discurrit, ad quã parté p imitationé declinat miser homo. Ité verus christianus est, non qui nomine sed operibus Chrm imitat. Ité ppulchrè discurrit, q chrianus debeat esse zelator legis Dei, & eius vita tota debet esse in pœniten- 9

Digitized by Google

nitentia p imitationē Heliæ prophetæ. Itē verus christianus de futuris prouidendis debet esse solicitus, vt caueat a malis, & abstineat ab iniquitatibus. Item perpulchrum documentum q sibi ipsi quilibet debeat prædicare, vt saluetur.

10 De eadē Dñica peramplius ostenditur, q maxima virtutū sit sui ipsius recognitio, sine qua nō est salus, & q ipsa sit scala sancti Iacob, p quā ascenditur in cęlū, qa tali scalę recognitionis, Deus innitit. Itē habet q sunt legati, quos Deus mittit ad nos ad nostrā recognitionē. Itē ex tenebrositate aię nrę in Dei beneficiorū cognitionē ascendimus. Itē ex dotibus qbus De⁹ aīam nrām decorauit, in dignitatē ei⁹ deuenimus, vt nō degeneremus, sed futura bona thesaurizemus. Itē ex miseria corporis nri in contēptū voluptatū excitamur. Itē ideo participamus oium elementorū imperfectiones, vt humiliemur corā Deo, nec secū paria sentiamus. Item pulcher discursus de miseria hoīs ex participatione imperfectionis terræ, quæ est frenū nræ indomitatis. Itē ppulchrè discurritur, q instabilis & fluxibilis sit homo ad oēm malū profluxū, si nō frenet timore Dei, quia est sicut aqua nūq in eodē statu pmanens. Itē flagellū Dei est frenū stultorum. Itē miser homo sicut aer periculosissimus in se cōcipit tēpestates prauitatū in sui ruinā & proximorū, nisi calore solis Christi, praui vapores cogitationum eius resoluantur. Item quomodo igni insaciabili miseri homines ad omne malum assimilantur. Item dantur nobis imitandi, Christus & probi viri omni virtute ornati.

11 De eadē Dñica apud præsbiteros. Quare Deus tradit terras & Ecclesias christianorū infidelibus. Et ibi habet pulcher discursus Eusebij Pāphili circa huiusmodi. Item q taliū inter alia sunt causa, quatuor peccata. Et perpulchrè discurritur per sacram scripturam circa huiusmodi.

12 Dñica infra octauam nati. Dñi. In hoc Euangelio sunt perpulchra documenta ad omnem statum hominū, quia virginibus datur beata virgo imitari, maxime in suis tribus virtutibus. Et ibi habes de prauitate ocij cū suis exēplis. Insuper habetur de laudibus Mariæ, & q deuotio virginū debet associari cū humilitate. Et de laudibus verecūdię q pmaxime virginibus conuenit, q plurimū conari debēt custodire claustra oculi, linguæ, & auditus sui. Hic etiā habet: peccatū lasciuię, nisi statim in principio incētiuo cōprimat, vix vincitur. Insup habetur & de malo linguæ. Itē datur consiliū ex sacra scriptura parentibus p cōseruatione honestatis suarū filiarū, & q sex sint q conseruāt castitatē. Itē habētur documēta p coniugatis p pulchra dicta scripturæ & eorū filijs, & qualiter debēt filios enutrire. Itē senes habent sua documēta, & ibi de laude prudentū senū. Habēt & viduę sua documenta, & ibi de tribus cōditionibus viduarū, & de tribus defectibus periculosis in mulieribus, & q S. viduę sint ab eis imitandę. Et cauendū sit a nocumento viduarū, quarū lachrima ad Deum ascendit. Insuper habetur quomodo ex palato sano & non sano Christi bonus odor alij est vita in vitam, alij mors in mortem.

In Vigilia Epiphaniæ habetur de grauitate & malo peccati mortalis. Et q miser peccator vocatus a Domino, vt exeat a tenebrositate vitæ suæ, nō debeat procrastinare ratione periculi & irę Dei. Et ibi qualiter de cetero exeuntes a tenebrosa vita sua debeant vitam innocentiæ, & pœnitentię apprehendere, eundo de bono in melius cum confidentia diuinæ protectionis. 13

In festo Epiphaniæ habentur perpulchra moralia documēta & q Christi exinanitio facta est pro salute totius generis humani. Item vigilātibus & non dormientibus gratiæ a Deo cōferuntur. Item qui confidentiam in homine ponunt Deo post posito, amittunt lumen gratiæ Dei. Item etiam 14

sapientibus necessario est vti consilio. Item quandoq; subtrahitur a S. viris gratia Dei, vt humilientur. Item subtrahitur gratia spiritus sancti in consilijs, dum a prauis consilia expetuntur, neglectis ꝓbis viris. Et q̃ dãnosũ sit in consilijs subticere veritatẽ. Itẽ q̃ dãnosum, & periculosum sit adulari principibus in male factis, aut faciendis. Quã grauiter fuit punitus in filijs suis Dauid Rex, ob iniustitiam factã contra Miphiboset ex adulatorijs, & mẽdacibus verbis Fibbe cõtra ipsum Miphiboset Dominum suum, vt propterea. 10. tribus separatę a Coboam adheserint Hieroboam seruo suo. Itẽ prauorum consortia absq; mora sunt euitanda. Item qui ad Deum adorandum venit, imitetur reges moraliter, vt sit accepta Deo adoratio eius. Et qualiter Deo oblationem offerre debemus, vt sit accepta coram eo.

15 Dñica in 70. Moraliter hoc Euangelium continet admiranda documenta. Est enim in communi, quomodo Deus pater & tota sancta Trinitas, quæ habet totum mundum cum diuersis habitaculis & creaturis omnes conditiones & etates vocat operari in vinea sua ad salutem ipsorum. Et ꝙ hæc vinea sit anima cuiuslibet, quæ est sedes Dei, quæ est seminanda seminibus fructiferis, vt possint ex se dare gemmas & flores, ac fructus spirituales temporibus suis. Ibiq; habetur vt fructificet qualiter sit excolenda. Item quomodo Deus stabilis existens dicitur exire, & de varijs modis exitus eius ad hominem. Et de admirabili pulchritudine animæ. Item habetur quomodo tentationibus est respõdendum. Item quomodo infantia & pueritia dirigenda & erudienda sit à parentibus, & de distinctione talium etatum. Item habetur. Qui in infantia & pueritia male adolescunt, peiores fiunt in adolescentia & alijs ætatibus. Item habetur a quibus cauere & in quibus exerceri debent adolescentes. Insuper quibus modis refrenari possit iuuentus ab intenso calore suarum concupiscentiarum. Et de senum ac decrepitę ætatis miseria, tamen pius Deus vocat omnes ad salutem. Notantur etiam ex sacra scriptura cautelę ad omnem cõditionem hominum. Item cum maximo timore iudiciorum Dei debent esse, qui ad decrepitam etatẽ reducunt se ad pęnitentiam agendum. Nihilominus datur eis regula, quid in tali ętate sit cõsiderandum, vt salui fiant. Vltimo habetur, non sunt veri christiani, qui solo nomine, & non operibus Christo militant, quia tales quamuis sint vocati non tamen electi.

Dominica in 60. In hoc Euangelio 16
continetur de varijs seminatoribus verbi Dei, omnes tamen sunt de mala moneta remunerati. Item habetur de nobilitate & vtilitate verbi Dei, sed quòd verbum bonum seminatum alijs sit mors in mortem, alijs vita in vitam, hoc accidit ex mala dispositione audientium, vt patet in sacro Euãgelio, quia aliud semen cecidit secus viam, aliud in petra, aliud inter spinas, & solum fructificauit quod cecidit in terram bonam. Insuper habetur cum prædicatores sint Dei legati, in eis non eorum persona abiecta, sed persona & dignitas mittentis eos, est inspicienda, & cum honore & reuerentia excipienda & tractanda. Habetur etiam quòd prædicatores debent seminare in suis prædicationibus non semina gentilium, sed sacræ scripturæ, quæ illuminat & intellectum dat paruulis, gentilium tamen doctrina vtendum tamquam domina Ancillis. Item habetur, solicite est currendum ad audiendum legationem Dei in prædicatoribus, eos audiendo non speculatiue ex curiositate, sed practice cum deuotione & contritione cordis. Item habetur, maxime impeditiua sunt cognitionis veritatis, & obstaculi prædicationis ne fructificet, tria vitia, scilicet luxuria, auaritia, & superbia. Itẽ habetur pulcherrimus discursus per sacram scripturam, qũo Deus seminauit a prin-

Digitized by Google

cipio in hominibus per optima semina viritatis, & a primo Adam vsq; ad vltimum pessimum fructum omnes dederunt.

17 Dominica in 50. habetur per totũ interpretationem. Vnde cęcitas spiritualis, quæ significat peccatorem peccato malitiæ peccantem, accidit, & quàm periculosa & insanabilis sit nisi clementia Dei specialis ei adsit, quoniam hæc cecitas est, quæ se legi naturæ, & diuinę, & legi gratiæ opponit ex aduerso, contra eas ambulando ad sui, & temporalem, & spiritualem interitum. Sed pius Iesus huic etiam appropinquãt, quia non venit vocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam. Venit insuper pro omnibus peccatoribus pati turpissimam mortem, quam isti miseri debent recogitare, & non iterum suis turpitudinibus crucifigere eum. Sed cum hoc ceco clamare ex corde ad Christum fili Dauid miserere mei, illuminaque oculos meos, ne vnquam amplius obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus præualui aduersus eũ. Et per totum habes pulchras practicas circa supradicta. Et quàm periculosum fit in hoc mundo esse sine Deo.

18 De eadẽ Dominica habetur. Quid nomine quinquagesimæ intelligitur, & de figuratiua significatione Iubilei veteris legis, vt quæ in ipso fiebant literaliter, in nobis debent fieri spiritualiter. Habetur etiam de seruitute bona & mala, quia bona libertatem animi dicit, mala subiectionem. Item frenum dissolutionum maxime carnis priuij est meditatio passionis Christi, quæ facta est pro liberatione hominis a peccato, & per consequens a diabolica potestate, & ꝙ miser dissolutus tã preciosũ effectũ in se factũ vilipẽdat, iterũq; crucifigere intendit Christum Iesum in suis peccatis. Item perpulchrè ostenditur, quomodo omnis peccans, spiritualiter est cęcus, & de diuersitate spiritualis cęcitatis.

19 Feria. 4. Cinerum, tria documenta in generali Christi fidelibus pœnitentiã agendi dat sacrũ Euangeliũ.s. p ieiuniũ & humilitatẽ, secundũ per lotionẽ spiritualẽ cũ eleemosina, tertiũ p contemptũ terrenorũ, & thesaurizationẽ ęternorũ. Et in particulari dat tria remedia contra tria peccata. Et habetur de vtilitate ieiunij, & abstinentiæ per exẽpla sanctorũ veteris testamenti, & de demerito, ac vanitate hypocritarum, & qũo facies spiritualis sit lauanda, perpulchrè discurrit per pœnitentes in veteri testamento. Itẽ ita vtendũ est tẽporalibus, vt non amittantur æterna. Et hic discurritur de modo thesaurizationis in cęlo. Itẽ qũo intelligit, vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

Fer. 5. Cinerũ, tria necessariũ est habere petentibus misericordiã a Deo. 20
Itẽ est triplex grã Dei. Vna est antecedẽs, 2. subsequens. 3. proficiens. Itẽ pro tẽporaliũ ex oratione Deo est solũ pponenda necessitas, qui p optime nouit, quid cuiq; expedit. Itẽ stulta est gloriatio eorũ, qui solum in exteriori cultu diuinorũ gloriantur. Item confunduntur asserentes se non posse saluos fieri implicando se negotijs secularibus pro necessitate domus suæ.

De eadem feria. 5. Cinerum. Con- 21
tinuus successus bonorum temporalium, est signum ęternę damnationis, & periculositas pinguedinis temporalium ostenditur per exẽpla sacræ scripturæ. Itẽ ꝙ peccatores pueris q sunt absq; discursu, assimilant. Itẽ ociositatis periculũ. Itẽ nihil grauius inordinata conscientia. Item documentum est peccatoribus sanctos implorare, vt orent pro eis.

Feria. 6. Cinerum. Totum Euange- 22
lium est de dilectione inimicorum. In quo habetur, ꝙ opera spiritualia misericordiæ sunt. 7. & in quibus deficere potest homo, in his sibi est succurrendũ. Itẽ documenta, quæ debemus in dilectione, proximis cõicare. Itẽ p pulchrè soluunt obiectiones habite, ex dictis Chri pcipientis quędã opa sup erogatiua. Itẽ in aliquo casu nõ resistere malo est pręceptũ, in aliquo est

consilium, in aliquo est turpe & malum, & quòd in huiusmodi est vtendum prudentia serpentina cum simplicitate columbina. Item habetur, quid non sit necessarium, & obligatorium remittere inimico. Item circa vtilitatem remittendi inimicis perpulchre discurritur. Item ponuntur perpulchra inductiua ad remissionem inimicorum. Item perpulchre discurritur per exépla quales homines imitandi sunt in dilectione inimicorum, pro secunda parte Euangelij, quæ est de eleemosyna, vide sermonem nostrum de eadem. Et hic habes quomodo eleemosyna sit facienda abscondite, idest non ex intentione vanæ gloriæ, sed intuitu Dei, quia hoc modo facta etiam publice, est facta in abscondito, tamen imperfectiores quantũ possunt occultent bona opera sua, ne in ipsis parua scintilla vento superbiæ flante extinguatur.

23 Sabbato Cinerum moraliter interpretando Euangelium continetur de quatuor ventis tentationum, quibus periculose homines agitantur. Et de quatuor remedijs cum confidentia diuina per imitationem Iosaphat Regis Iuda.2.Paralip.20. Et de præmio victoriȩ in tentationibus.

24 Dominica prima Quadrag. in hoc Euangelio habetur. Quomodo Christus per omnia est tentatus, vt se nobis conformaret, & similem ostenderet, nosque non diffidamus de salute nostra propter tentationes occurrentes, nec desistamus à bene ceptis propter eas. quia Deus dat prouentum in tentationibus. Item in Euangelio moraliter exponendo habetur. Quomodo miseri peccatores Deum varijs modis tentant in grauem sui & temporalem & spiritualem ruinam per totum.

25 Feria secunda primæ Dom. Quadrag. habetur quòd iudicium vniuersale erit inter alia, propter appenditias aliquas in quibus mortui vsque ad iudicium viuũt inter homines huius vitæ. Et hic est perpulcher discursus circa bona & mala quæ proueniunt ex effectibus relictis viuis, ab ipsis mortuis. Habetur etiam perpulchra cum suis practicis declaratio punctualis totius Euangelij. De his quæ in iudicio fient super bonos, & malos.

Feria tertia primȩ Dom. secundum expositionem moralem in hoc Euangelio habetur admiranda commotio spiritualis in homine, dum Christus per misericordiam suam venit ad eũ visitandum, vt cunctis inspicientibus sit stupori conuersio eius. Item habetur quòd inuidia semper persequitur bonos mores, & quid faciendum & dicendum sit conuertenti se ad Christum, cum dissuadetur sibi desistere ab incepto itinere sanctæ pœnitentiæ. 26

Feria quarta primæ Dom. habentur inter alia tria documenta spiritualia. Primum est. Prauos Christianos signa & miracula nó conuertunt, sed indurant ad modum Pharaonis & similium. Secundum est de spirituali adulterio animæ. Scilicet quomodo contrahitur. Et hic habetur quomodo anima nostra est sponsa Dei cum omnibus conditionibus veræ desponsationis. Tertium de confusione magna quam habebunt mali Christiani indurati in beneficijs diuinis & prædicationibus factis ad eos, comparatione conuersionis Niniuitarum, & aduentus Sabbæ Reginæ ad audiendum sapientiam Salomonis. 27

Feria quinta primæ Dom. In hoc Euangelio habentur perpulchra documenta. Primum est vt simus veri christiani, necessarium est audire verbum Dei, & quomodo est audiendum. Secundum nihil prodest ad salutem animæ & coram Deo nobilitas generis absque morum probitate. Tertium est de grauitate peccati. Quartum ꝙ loquela sua ostendit virum qualis sit in moribus. Quintum est. Qui sunt filij diaboli. 28

Feria sexta primȩ Dominicȩ Quadrag. sanctum Euangelium huius diei 29

mo-

Digitized by Google

moraliter exponendo est totum de pœnitentia & quæ agenda & meditanda in ea sunt, & de periculo recidiuationis. Item quòd per pœnitentiam sanantur omnes spiritualiter infirmi. Item quòd extra Ecclesiam catholicam pœnitentia est inualida. Et quòd non debent esse confessores vel spirituales præsidentes personarum acceptatores, quia Deus vult omnes saluos fieri. Item quàm magnum periculum sit habituatis in malo, nihilominus misericorditer eos incitat Deus ad surgendum, & progrediendum sine mora de bono in melius.

30 Sabbato secundo Quadrag. in Euangelio moraliter exposito continetur necessitas pœnitentiæ pro consecutione dulcedinis patriæ cœlestis. Itẽ quę sunt media in particulari quibus patria cœlestis acquiritur, & ibidem declaratur magna dulcedo cum suis delectabilibus patriæ cœlestis sub figura explorantium terrã Cananæorũ & sacri Euangelij, propterea ęquo animo Christus est imitandus in suis passionibus, vt cum ipso conglorificemur.

31 Dominica secũda Quadrag. In hoc Euangelio describitur moraliter admiranda pietas Christi erga peccatores & grandis peccatoris ad Deũ conuersio, ac modus quo ipse peccator debet reuerti ad eum, quia cum feruenti oratione, cum grandi humilitate, & fide, ac perseuerantia. In particulari etiam perpulchre describitur pessima mercatio spiritualis, quam miseri peccatores faciunt cum dęmone. Et ibi ostenditur qualiter anima propria vt dilecta filia, debeat custodiri, ne adulteret à Deo, adhærens diabolo per varia vitia. Item describitur differentia inter vexationem & tentationem, & perpulchre discurritur de securitate bonæ conscientiæ, & inquietudine ac vexatione malę conscientiæ. Item per modum reuertendi ad Deum per totum Euangelium perpulchre discurritur, & ponuntur conditiones orationis ex audiendi.

De eadem Dominica secunda interpretatio. Hic agitur de magna pietate Ecclesiæ & prælatorum eius erga suos subditos, maxime peccatores significatos in Cananæa & eius dilecta filia, & ibi de dolore parturientis Ecclesiæ suos peccatores, & quòd ipsa Ecclesia in suis pręlatis parata est omnia pati pro suis subditis. Insuper quòd pręlati debeant pascere gregem suum temporaliter de suo superfluo, & spiritualiter verbo & exemplo. ibidem etiam declaratur, qualiter bonus populus est templum Dei, malus autem est habitaculum dęmoniorum, qui vexatur male in prosperorum pinguedine per elationem, & aduersitatum tribulatione per impatientiam, & blasphemiam, ac per malam consuetudinem in varijs vitijs & de periculo recidiuationis. item instanter est orandum etiam repulsis, quoniam iuditia Dei sunt abissus, qui quandoquę insperate ex lapidibus suscitat filios Abrahę. 32

Fer. 2. Dom. 2. in hoc Euangelio ostenditur, quàm male sit eis, qui lucem veritatis odiunt. in speciali ostenditur perpulchre quàm malũ sit miseri peccatori, cum Dominus ab eo. insuper ponitur hic, quomodo Deus tripliciter concurrit ad operationem hominis. item habetur quomodo Deo hominem derelinquente, ipsum tota creatura derelinquit in sui interitum. itẽ perpulchre declaratur, quare deus hominem derelinquit cum sit pius & misericors. Et ibi ponuntur ex sacra scriptura huius quatuor causæ. Item ostenditur qui sunt quibus Christus dicit, in peccato vestro moriemini. Quod dictum valde pertimescendum est omnibus habituatis, & obstinatis, & ingratis, & similibus. 33

Feria 3. Dom. 2. habentur pulchra moralia documenta. Scilicet quãtum nocent in Ecclesia Dei mali prælati, quàmq; vtiles sunt discreti circa subditos suos. Hic etiam describuntur perpulchre boni prælati & præsidentis conditiones per interpretationem 34

nominis Moysi. Item figuratur perpulchre cathedra Moysi per quatuor virtutes Cardinales, quas cathedrantes, præsidentesque debent habere, & abstinere à quatuor passionibus. Item quales debeant constitui præsidentes super cathedram regiminis, & quòd plurimum cathedrantes debent animaduertere, qui sunt sibi assistentes, & qui sui administratores.

35 Fer. 4. Dom. 2. continet hoc Euangelium, quid à Deo sit petendum in nostris orationibus. Vbi etiam perpulchre declaratur dictũ Pauli. Quid oremus, sicut oportet nescimus, quia in generali possumus scire, sed non in speciali, & quomodo hoc sit. Item perpulchre declaratur quomodo diabolus quatuor modis decipit homines, & quòd tentationum sunt quatuor species. Item regulę quibus possit discerni inter bonum & malũ Angelum in apparitionibus. Item perpulchre declaratur in nostris petitionibus, quid sit petendum implicite & explicite, vt oratio fiat salubris & sit impetratiua. Item declaratur, quòd regnum cœlorũ vim patitur, & quòd violenti rapiunt illud per debita media.

36 Feria quinta Dom. 2. In hoc Euangelio ostenditur, quòd sicut vita bonorum, & malorum est contraria in moribus in vita eorum, ita etiam in morte & post mortem remuneratio eorũ in merito & demerito erit contraria. Et hic describitur Epulonis diuitis praua vita & crudelitas in proximum. Insuper declaratur quibus diuitiæ sunt cum merito & peccato. Et quibus ornata vestiméta sint cum peccato & absque peccato. Item epulari quando est cum peccato, & sine peccato. Insuper ostenditur quòd tribulationes electis à Deo infliguntur ad purgationem & meritum eorum. Et hic describitur crudelitas Domini & seruorum in pauperes, vt sint in hac pietate prudentiores gentiles filij tenebrarum, filijs lucis, idest, Christianorum. Item de bona morte electorum quacunque via in Christo decesserunt, & de morte prauorum, per quam in inferno sepelientur quacunque morte morientur extra Christum. Et per pulchram figuram declaratur, permutatio gloriosorum & tribulatorum in alia vita, cum sint in hac vita dispares in gaudio & tristitia.

37 Feria sexta Dom. 2. In hoc Euangelio de vinea locata agricolis, perpulchre discurritur per sacræ scripturæ exempla prophetarum. Quomodo fere omnes ab agricolis Hebræis mala moneta remunerati sunt, varijsque mortibus interfecti & tribulationibus affecti. Deinde ponitur moralis interpretatio Euangelij, tota ad hominem & vitam eius applicata. Et quomodo Deus ab ipso mirabilibus donis exornato, quærit fructum culturæ eius. Insuper habes moraliter quomodo excolenda & plantanda sit, vt fructum bonum producat acceptabilem coram Deo. Vlterius habetur periculosa persecutio prædicatorum à Deo missorum pro exactione fructuum spiritualium à populo. Et declaratur hic quomodo peccatores in peccatis Christum iterum crucifigũt in quorum punitionem lapis Christus, vel cadet super eos conterendo ad interitum æternum vel ex misericordia, qui super ipsum ceciderit conuertetur ad ipsum restitutus pristinæ spirituali sanctitati.

38 Sabbato 2. Dom. Quadrag. In hoc Euangelio datur maxima spes omni quantumcunque enormi peccatori reuertenti ad Deum. Et in speciali declaratur quid sit substantia data prodigo, & quomodo miser peccator à Deo, qui est vbique per peccata sua, & bonorum sibi datorum inordinatam distractionem recedit in longinquas partes per abusum. Et hic declaratur quòd puer pro illo instanti quo incipit esse compos rationis, non potest peccare venialiter, sed mortaliter vel est in gratia Dei ex bono proposito declinandi ad virtutem saltem

in

Digitized by Google

in confuso, quomodo pro illa ætate est capax. Et propterea plurimum parentes quibus vt bonis agricolis plantulæ infantium sunt commendatę à Deo, conari debent eos in etate infantili dirigere, & tali modo excolere, vt pro illo instanti suæ rationis, ex bona habituali instructione declinēt ad virtutes, aliter districtam rationem reddent Deo de ipsis. Item perpulchre contemplantur modi quibus reuertendum est ad Deum per imitationem huius prodigi, & quomodo pater misericordiæ excepit eum & bonis amissis sit restitutus, cum gaudio totius cœlestis curię ac militantis ecclesię.

39 Dominica tertia Quadrag. Est documentum de malignitate inuidiæ. Item de malignitate discordiæ & partialitatum. Item de incorrigibilitate susurronis. Item declaratur auctoritas sapientiæ ex Prouerbijs, quæ dicit, sex sunt quæ odit Dominus, & septimum est quod detestatur anima eius, scilicet qui inter fratres seminat discordias. Item de grandi periculo recidiuationis. Demum exponitur Euangelium moraliter, quomodo miser peccator est cæcus, surdus, mutus, & dæmoniacus, & ab his vinculis soluitur per sanctam confessionem & absolutionem sacerdotis.

40 Feria secunda Dom. 3. Quadrag. documentum est cum quibus Deus libenter conuersatur cum suis gratijs, & à quibus recedit. Item de excitatiuis causis ad deuotionem veram, & quòd separandum est quandoque ab hominum tumultu, & contemplationi insistendum. Et hic tangitur à quibus Deus separatur, & qua de causa nemo propheta acceptus est in patria sua. Item quomodo Deus transit per homines varijs modis, sed cauendum ne pertranseat. Item de malo iræ.

41 Feria tertia Dom. 3. totum Euangelium est de correctione fraterna, in quo notatur qualiter quilibet debet suam fragilitatem considerare. Et semper attendere principaliter ad salutem animæ proximi, vbi non potest simul cum fama eius conseruari. Et hic declaratur, an correctio sit facienda in peccatis, quæ in nocumentum sint multorum, vel sit prælatis denunciandum. Similiter dantur perpulchrę regulę obseruandę in correctionibus.

Feria quarta Do. 3. In hoc Euangelio est documentum contra iudicantes aliorum facta & vitam, sua minus ponderando. Item qualiter lotio spiritualis sit facienda. Item grauitas peccati eorum, qui propter traditiones hominum, aut eorum legum, Dei & ecclesiæ mandata transgrediuntur. Item Deus non delectatur solo cultu exteriori absque interiori deuotione. Item de honore parentum. Item qui sunt qui sine causa Deum colunt. Item de plantatione bona & mala. 42

Feria quinta Dom. 3. de grauitate peccatorum tam spiritualium, quàm corporalium. Et ibi ad longum de eis disseritur cum suis practicis. Item habetur de Christi misericordia, qui venit in hunc mundum omnes languores animæ curare, & peccatores ad misericordiam recipere. Et talibus peccatoribus plurimum est inuocare sanctos pro sua spirituali sanatione. Et demum sanatus statim exeat in ministeria bonorum operum. 43

Feria sexta Dominica tertia Quadragesi. Euangelium moraliter expositum continet magnam Dei misericordiam erga peccatores, quos vocat ad pœnitentiam, & ad aquas suarum gratiarum. Ibique habetur de tribus generibus adulterantium, & pessimum genus est Christianorum, qui scientes adulterant varijs modis à domino Deo. Insuper habetur differentia inter aquas spirituales & temporales. 44

Sabbato. Dom. 3. In hoc Euangelio sunt plura perpulchra documenta. Inter alia patientes debent esse prædicatores, si eis malum pro bono redditur. 45

Digitized by Google

tur. Item de ingratitudine christianorum erga Christum. Item veritas odium parit. Item qualis debeat esse verus prędicator. Et perpulchrè ostẽditur causa, quare rustici deuotius cõcurrunt ad audiendum verbum Dei quàm ciues, & in eis maior fructus fit. Itẽ cibus spiritualis solicite est quærendus. Item Christus vtilia prædicabat, & quæ sunt illa. Item erumna & confusio conuertit peccatores. Item iudices erga reos in corde debent habere pietatem. Item hic agitur contra prauos iudices.

46 Dominica quarta Quadrag. de periculis mundi. Item Christi tribulationes a Christianis sunt imitandæ. Item pœnitentia in hoc mundo est agenda, & in ea a quibus est cauendũ. Item de magna vtilitate in memorando nouissima. Item super 5. panes notantur quinq; conditiones, quas vere penitentes debent habere. Item de 12. fructibus confessionis.

47 Fer. 2. Dom. 4. Quamuis Deus sit vbiq;, tamen in speciali habitat in anima iusti: Et hic ostenditur, quando Christus ad nos diuertit. Item de præparatione ad Eucharistiam. Item festa sunt seruanda cum deuotione. Item qualiter Dominus est in templo corde aure & oculis, & quali respectu & reuerentia in Ecclesia debemus esse. Item perpulchrè exponitur, fecit flagellum, & ibi perpulchrè declaratur, quales ab Ecclesia a Christo expelluntur. Item in homine nõ est confidendum.

48 Feria 3. Dom. 4. Eundum est ad Paradisum cum labore sicut Hebręi per desertum ad terram promissionis. Itẽ Deo non placent solemnitates tumultuosæ & absq; deuotione. Item perpulchrè ostenditur, ꝙ Deus sua secreta simplicibus & humilibus reuelat, vt vna vetula in secretis diuinis doctior sit humilis existens, omni magno philosopho superbo. Item perpulchra moralitas de quatuor minimis terræ sapientioribus omni sapientes. Item de iudicio temerario.

49 Fer. 4. Dom. 4. Sex modis Dei flagella contingunt. Item quomodo peccatores inueterati sunt ceci a cunabulis. Et quomodo sanantur perpulchrè per totum proceditur. Item bonorum est pati tribulationes.

50 Fer. 5. Dom. 4. de tribus generibus peccantium & peccatorum. Et hic perpulchrè discurritur, quomodo peccator & mortale peccatum mortuo assimilatur. Item de instabilitate in mortali existentiũ, & quomodo mortuus in peccato maxime consuetudinario a morte resuscitatur.

51 Feria. 6. Dom. 4. omnis peccator est languens. Itẽ afflicti consolandi sunt. item de mente quieta viri iusti, & obscura, ac inquieta peccatoris. Item in hac vita nemo est condemnandus. Item proborum virorum est vita, & sanctus excessus. Item quomodo in morte carorum est plorandum. Item de grauitate consuetudinarij peccatoris, & quomodo resuscitatur cum magna difficultate.

52 Sabbato Dom. 4. De commendatione & excellentia fidei. Item de virtutibus Christi, in quibus a nobis est imitandus.

53 Dominica. 5. Quadrag. In hoc Euãgelio sunt plura documenta, & inter alia parati debemus esse omni correctioni, & exemplo Christi. Item qualis debet esse prædicator, vt fructificet. Item de certis signis gratiæ Dei. Item male est illis a quibus Christus recedit.

54 Fer. 2. Dom. 5. Sunt in eo plura documenta. Inter alia. Deus a quibusdam queritur sed non inuenitur. Et hic per totum quomodo Christus est quærendus, vt inueniatur.

55 Fer. 3. Dom. 5. Hic sunt plura documenta permaxime, inter quos Christus ambulat, & a quibus se separat, & quid sit conuerti, & auerti a Deo. Itẽ perpulchrè declaratur, ꝙ gesta, & festa sanctorum describuntur & fiunt propter septem causas.

56 Feria. 4. Dom. 5. Perpulchra commendatio templi Dei, ideo nõ est [illegible] lan-

landum, sed valde honorandum, & de punitionibus oppositum facientibus. Item de signis veris, gratiæ Dei in oui bus significatis.

57 Fer. 5. Dom. 5. totum Euang. est ꝑ pulchrè in practica positum de conversione Mariæ Magd. Et in speciali de causis inhonestatis mulierum. Et modis quomodo Christus Magdalenam conuertit. Et de sex modis quibus similes mulieres solent Deum offendere, & Maria Magdalena per quæ peccauit, pœnitentiam perfecit.

58 Fer. 6 Dom. 5. Quadrag. Necessarij sunt boni consiliarij maximę principibus & iudicibus, & tales non sint iuuenes. Item quales debent eligi coadiutores principum. Item comminatio contra prauos iudices, & consiliarios eorum. Item quinq; conditiones in iudicio sunt obseruandæ. Item signa non conuertunt prauos sed indurant. Item qui ex vna parte fugit Dei prouidentiam, ex alia in eam incidit. Item certa ruina principum & populi, cum salutis eorum intuitu, Dei præcepta ab eis transgrediuntur. Item ꝙ gratiæ gratis datæ etiam malis conferuntur in confirmationem veritatis diuinæ. Item magna ruina populi in exaltatione prauorum. Item graue peccatum præeligentium ad regimen ineptiores.

59 Sabbato Dom. 5. Quadrag. Christus fuit in vita assiduus in orationibus, maxime in rebus arduis. Et ibi de oratione de qua habes plures nostros sermones. i. 2. libro.

60 Dominica Palmarum. In hoc Euangelio perpulchra documenta habentur. Et in speciali Christi vita fuit exemplar vitæ nostræ. Item sensualitas ratione domanda est. Item de fauoris & laudis popularis fallacitate Item de præparatione ad sacramentum Eucharistiæ. Item de ruina Hierusalem propter ingratitudinem.

61 Feria 2. Palmarum. Tria opera pęnitentibus sunt necessaria. s. opera pietatis, amaritudo peccatorum, & abstinentia a peccatis absolutis. Item ꝙ Deus vult oẽs homines saluos fieri.

Feria. 3. Palmarum. Quomomodo granum frumenti in Christo est mortificatum, & de fructibus habitis per mortificationem Christi. Item quomodo in nobis hoc granum debet mortificari, vt magnum fructum afferat, & hoc per imitationem Christi. 62

Fer. 6. in Parasceue. De ordine amare passionis Christi pro nobis, & in ꝓhemio habere pulchra figura mortis Christi, & quomodo tota creatura sibi compassa est. Item declaratur ꝙ q̃uis quælibet Christi actio & passio erat sufficiens ad salutem humanam, cum erat suppositi diuini, tamen ratione ordinationis totius trinitatis ꝑ hanc viam mortis necessaria erat ad hoc mors Christi per Crucem. Insuper habes multas pulchras moderatas & pias contemplationes tam ad beatam virginem quàm ad Christum spectantes. Habes insuper practice, & contemplatiue declarationem septem verborum Christi in cruce. Et multa alia in progressu sermonis deuota continuantur cum attestationibus & cõtemplationibus sanctorum, cum aliquibus figuris breuiter tactis. 63

In die Paschæ habetur de quatuor locis inferorum, & ꝙ Christus secundum animam ad omnes descendit virtualiter, & solum ad limbum patrum virtualiter & personaliter secundum animã. Et hic habetur quomodo apud omnes inferos prędicauit secundum Petrum. Inde tamen solus ex limbo patrum ascendendo secum eduxit, animas autem ex purgatorio ante satisfactionem ex misericordia, & liberalitate. Hic etiam pie contemplatur quomodo Angelo, præuio Christi, noluerunt dæmones aperire portas inferni, donec veniret Christus agnus occisus. Et multa pertinentia ad exultationem patrum ex nouo lumine pręuio Christi. Deinde habes deuotam contemplationem, quando Angelus venit ad Mariam nunciare sibi Christi resurrectionem. Et quomodo venit Christus ad ipsam cum comitiua 64

ca-

captiuorum, & de confabulatione beatæ Virginis cum Christo, & quare quinq; plagas Christus reseruauerit. Et in recessu ab ea constituit eam reginam cęli, & matrem peccatorum. Et quomodo Christus profectus sit ab ea, & apparuit mulieribus, & Petro & alijs discipulis.

65 Feria. 2. Paschæ. Quomodo homo est peregrinus in hoc mũdo, ideo per ipsum modo peregrinorum debet pertransire. Et in particulari perpulchrè cum auctoritatibus scripturę & exemplis, ac figuris declaratur peregrinatio nostra in hoc mundo, in quo sunt plura mala, & ibi ad lõgum differitur. Et cum ita sit, debemus peregrinando habitu peregrinantium in circunstantijs moraliter indui, vt securi transeamus ad vitam æternam, vbi frangetur nobis panis dulcedinis glorię ęternę.

66 Fer. 3. Paschæ. Principaliter prædicabimus de pace, quam hoc mane Christus discipulis in salutando eos, dedit. Et in particulari, quia hodie a prædicatoribus ad populum benedictio solet dari, ideo describitur, quòd Christus nobis tanquam iure hęreditario in tota vita sua pacem reliquit. Et hic etiam declaratur de triplici pace, quam debemus habere. Primo cũ Deo, & quomodo, prolixius declaratur. Secũdo nobiscum, & quomodo, declaratur. Tertio cum proximo, & quomodo, declaratur. Vltimo pro benedictione danda, primo hortatur omnes pulcherrima adhortatione Tobiæ, qua hortatus est filium suum credens se cito moriturum. Deinde leguntur omni cõditioni personarum, quæ sunt hæreditatis eorum. Tertio & vltimo datur sancta benedictio: postquam in pace Christi populus relinquitur. Sit laus sanctę Trinitati.

FINIS.

Digitized by Google

TABVLA
SVMMARIA
TOTAM SVBSTANTIAM CONTINENS SERMONVM
DE INCARNATIONE VERBI DEI.

SErmo primus continet declarationem euangelij in pricipio erat verbum,& inter alia in spirituali notatur, quomodo fili⁹ Dei sit in patre,& econuerso pater in filio. Item aliter sunt res in seipsis,aliter in Deo, & quia anima nostra tam admirabiliter est à Deo nobilitata, ideo turpissimum sibi est degenerare à sui conditione. Item quòd Deus est lux hominum tripliciter,scilicet per lumen rationis, per lumen gratiæ suæ, & per lumen gloriæ. Et aliqua declarantur de emanatione verbi Dei super Psalm. Eructauit cor meum verbum bonum. Insuper in eodem sermone perpulchre figuratur historia Aioth occidentis Aglom Regem Moabitarum, applicata ad verbum patris incarnatum, quod mirabili sua secreta prudentia prostrauit luciferum cum suis satellitibus ad interitum æternum, & genus humanum detetum ab eo penitus liberauit.

Sermo secundus declarat quid sit verbum Dei, & quomodo formatur, &quòd per similitudinem verbi nostri deuenimus in cognitionem verbi Dei secundum Aug. & quomodo hoc fit,declaratur. Item habetur quomodo nostris tribus verbis verbum incarnatum assimilatur. Insuper habetur quæ sint de ratione verbi secundum Theologos,& secūdum Philosophos, & quòd sint quatuor conuenientię & differentiæ verbi Dei cum verbo nostro & econuerso. Et hic perpulchre vnica ratione probatur distinctio realis inter Deum patrem producentem verbum,& inter ipsum verbum productum. Item colligitur breuibus & claris verbis, modus formationis verbi Dei. Insuper in eodem sermone habetur figuratio super historiā, quando Deus descendit super rubum, & Moysen mandauit ad clamorem Hebræorum, liberare eos à seruitute Ægyptiaca in signis & prodigijs, &c. & quòd ita Christus à patre fit missus in hunc mundum liberare genus humanum in signis & portentis à seruitute diaboli, educendo illud per aquam passionis rubricatę.&c.ad terram promissionis paradisi, vbi inebriabimur ab vbertate domus Dei, &c.

Sermo tertius, quòd verbum Dei est verus filius Dei patris.vbi notantur quatuor diuersitates generationis, & quòd quilibet suo modo generat sibi simile.Et probatur generationem veram esse in Deo per argumentum à minori,& per dictū sacræ scripturę.Ibique declaratur,quæ dicunt in creaturis perfectionem, aut quæ nullam imperfectionem important, Deo possunt attribui.Insuper perpulchre ostenditur, verbum Dei habere in se omnes sex conditiones verę filiationis,& quòd in Deo non est distinctio realis per absoluta,sed solum per relatiua Et hic soluuntur plures obiectiones hæreticorum circa distinctionem diuinarum personarum. Et superadditur de nominibus quibus filius Dei nuncupatur in sacra scriptura.Et quòd inter psonas diuinas nō est ali

aliqua prioritas & posterioritas naturæ, sed solum est ibi ordo originis, vt à quo alius, & qui non ab alio, & cæt. Item perpulchra imaginatio de vnitate naturæ & distinctione personarum inter patrem & filium in diuinis. Et notantur perpulchrę regulæ ibidem ex S. Thom. quibus in attributione nominum diuinarum personarum sit vtendum. Deinde exponitur historia Ezechiæ Regis, quando infirmitate ad mortem est percussus. Et figuratur pro primis parentibus, & de medelis eis collatis per misericordiam Dei post eorum peccatum, & quòd plane sanatus sit per incarnationem filij Dei, qui est sol iustitiæ, cum retrocessit vmbratice per decem lineas in horologio Achab, secūdum quod Paulus dicit. Exinaniuit se formam serui accipiens. &c. 396

Sermo quartus. Inter alias rationes quare potius verbum Dei carnem assumpsit humanam, est maior hominis similitudo ad Deum. vbi habetur quadruplicem similitudinem esse in natura. Item quòd duplex similitudo creaturarum ad Deum. vna est vestigij, alia est imaginis, & quomodo hoc sit perpulchre declaratur. Item declaratur. In tota creatura absolute accepta repræsentatur vnitas Dei, sed trinitas personarum quo ad appropriata earum, & ad hanc cognitionem etiam philosophi deuenerunt. Sed in cognitionem personarum diuinarum quo ad propria earum præsupposita fide, peruenitur per considerationem animæ intellectualis, in qua personæ trinitatis relucent. Et quomodo hoc sit perpulchre declaratur. Insuper hic habentur solutiones circa dubia, an philosophi vere cognouerint personas sanctæ Trinitatis quoad proprietates earum. Post hæc per plures rationes ostenditur, quomodo filius Dei magis homini assimilatur, ideo incarnatus est humanam naturam assumēdo, tum quia corpus humanum ratione alterius partis hominis potest dici ad similitudinem Dei participatiue, tum quia in solo homine tota creatura continetur. Tum ratione prædestinationis qua carnem humanam accepit, tum ratione completionis omnis generationis. tum quia per assumptionem hominis totam creaturam nobilitauit. Tum vt vltimum primo principio coniungatur, sicut fit in circulo. Deinde exponitur figuraliter historia missionis Ioseph ad fratres suos, quando de morte eius consilium fecerunt, & quomodo post multa sua ludibria Christus, sicut Ioseph Ægypti factus est princeps totius creaturæ, vt dicit S. Paulus. Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Et Psalmus. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem. &c.

Ser. 5. continet, an verbum Dei sit in aliquo mutatum, ex quo caro nouiter factum est. Et hic habes pro declaratione huius, quòd quando aliquę proprietates absolute adueniunt alicui de nouo, in eo fit mutatio, non autem hoc dicendum est de relatione, quæ potest de nouo aliquem denominare absque alia sui mutatione, sicut sunt relationes rationis, vt est scibilis relati ad scientiam, vel columnæ immobilis ad dextrum, vel sinistrū hominis, qumodo refertur Deus ad creaturam in omnibus operationibus suis, quæ extra se in creatura, siue ab antiquis, siue de nouo operetur, sed sola fit mutatio in creatura, circa quam operatur. Et de his est creatio noua mundi, assiduaque conseruatio eius in toto & in partibus, & locutio Dei ad sanctos patres veteris testamenti, donatioque gratiarum. & cæt. Et de his est etiam incarnatio verbi Dei. Quæ stabilitas Dei in sua incarnatione perpulchra exempla sacræ scripturæ, & naturalium similitudinum ostenditur. permaxime verbi nostri. Et plura alia ad propositum declarantur. Insuper habetur litteralis & figuralis expositio statuę monstruosę, quam vidit Nabuchodonosor. 400

for. Et hic proceditur per quatuor monarchias mundi earumq; gloriam & humiliationem, & quòd in omni monarchia Deus aliquam suam virtutem specialem ostendit. Et concluditur, quòd per lapidem Christum abscissum de monte æternitatis, & de vtero Virginis Mariæ procedentem absque humana operatione, hæc tota monarchiarum statua in fauillam deducta est. Et quòd lapis paruulus factus est ita magnus, q totum mundum impleuerit.

417 Ser. 6. de admirabili diuina potentia Dei, & humanæ naturæ obedientia, in qua verbum Dei caro factum est. vbi etiam in particulari declaratur in creatura esse triplicem potentiam. Item quòd incarnationis mysterium excedat omnia opera diuina exterius operata. Item perpulchre in tabernaculo figurat incarnatio Christi, & ibi declaratur quomodo intelligitur humanitatem positam esse in diuinitate, & ponitur superexcessiua hæc vnio ad alias vniones, & plura alia ad propositum declarantur cum expositione figurali.

424 Ser. 7. de admirabili dignatione Dei tam sublimis, quòd vnierit se tam vili secundum carnem. vbi in particulari ponitur pulchra distinctio & declaratio entium variabilium & inuariabilium in natura & in operatione. Et de immutabilitate omnimoda Dei & tamé admirabili modo propter hominem se exinaniuit formam serui accipiens. Et declaratur quomodo decem lineis Sol iustitiæ, idest Christus Deus noster retrocessit figuratiuè in horologio Achab. Item exponitur figuraliter ad propositum historia figuli apud Hieremiam facientis vas fictile, in quo etiam denotatur magna Dei misericordia ad hominem reparandum.

431 Serm. 8. Quibus nominibus Iesus est in veteri testamento vocatus, tam figuraliter quàm realiter, & de nomine Iesu quo vocatus est ab Angelo priusquàm nasceretur.

Serm. 9. figuralis super Ecclesiastici cap. 9. de viro paupere & sapiente, qui liberauit humanũ genus à diabolica obsidione. Et in particulari habetur filiũ Dei in sacra scriptura quatuor nominibus nuncupatum. Item de stupenda pro hominis salute filij Dei incarnatione, necnon & de excellentia incarnationis filij Dei super omnia diuina opera exterius operata, & de hominum ingratitudine, per maxime christianorum, pro Christi incarnatione & salute operata. 430

Ser. 10. in quo habetur perpulchra declaratio, quomodo beata Virgo est vera mater Dei & hominis, quamuis sola ipsa absque humano semine concurrerit ad Christi incarnationem. Et ibidé perpulchre declaratur, quòd in generationibus speciem & similitudinem habent corpora genita ex termino ad quem, & non à quo. Insuper adduntur adaptatę similitudines prædicationum ad propositum, quòd Maria vera sit mater Dei & hominis, & quomodo corpus Christi fuit Dei instrumentum intrinsecum, propter qđ Dei propria opera homini Christo attribuuntur, & quòd nos sumus Dei instrumentum extrinsecum, ideo propria opera diuina homini absolute non attribuuntur. Itẽ hic habetur expositio figuralis quomodo post trium annorum cum dimidio mystice ex nubecula, idest, virgine Maria, magna abundantia omnium gratiarum facta est, & postquam Christus qui in nube hac apparuerat sub vestigijs hominis descendit de cœlo, & postquam Sol obscuratus est in eius morte, terra, idest genus humanum in terra dedit admirabilem suum fructum. Et plura alia in hac figura declarantur, quæ spectant ad patres veteris testamenti. 442

Ser. 11. super figuralem expositionem, quòd beata Virgo sit nobis data, vt sit nostra aduocata. 449

Ser. 12. super figuralem expositionem, quòd beata Virgo sit propitiatorium nostrũ inter patrem & filium. 452

Ser.

455 Ser. 13. super figuralem expositionem quòd beata Virgo sua prudentia & meritis præcurrit placando iram Dei in miseros peccatores.

458 Ser. 14. super figuralem expositionem, quòd beata Virgo suo ploratu reconciliat peccatorem cum Deo patre.

460 Ser. 15. super figuralem expositionem de Assumptione beatę Virginis, & in fine redditur causa quare auctor omisit scribere sermonem promissum de Concept. B. Virginis.

462 Ser. 16. expositio breuis, sed deuota Angelicę salutationis, in qua ostenditur, quàm admirabilis est beata virgo per gratiam Dei, quòd excesserit Angelos & homines.

465 Ser. 17. super figuralem expositionem, quomodo beata Virgo abscondit peccatorem à iustitia & flagellis Dei ipsum persequentibus.

467 Serm. 18. de vtilitate incarnationis verbi Dei, quia per ipsam, dilectionemque Dei prouocamur admirabili modo ad virtutes necessarias nostræ saluti. Insuper excitamur ad remotionem & declinationem à vitijs. Ibi etiam ponuntur. 7. vtilitates ex incarnatione filij Dei secundum Lucam cap. 4 Item ponuntur vtilitates, quas S August. Greg & Bernard. assignant. Demum exponitur visio Isaię, in qua vidit Dominum sedentem super solium excelsum. Et hic declaratur quòd visio prophetalis quatuor modis fit. Et per totam expositionem vide admirabilem Dei misericordiam, & sapientiam circa salutem generis humani.

477 Serm. 19 qualem se Christus exhibuit in plenitudine temporis. Et est totus sermo præsens super expositionem figuralē somnij, quod vidit quidam in castris Ged. Et in speciali ponuntur rationes congruentiæ incarnationis Christi, & quod Christus sicut leui, non fuit decimatus in Abraham, nec fuit conueniens humanam naturam reparari per Angelum. Nec Angeli mali reparandi sunt, quia peccatum eorū est irreparabile propter plures rationes. Item de congruitate temporis incarnationis Christi, vt nec ante, nec post illud tempus venerit. Et multa alia ibi prosequuntur.

Serm. 20. continet principaliter casum primorum parentum, propter quem verbum Dei caro factum est. In speciali autem de donis in quibus primi parentes erant creati, & quomodo successores eorum in statu innocentię essent, si ipsi nō peccassent. Hic etiam soluitur dubium, quare Eua ex transgressione sua statim nudam se esse nō cognouerit, cum amiserit tūc gratiam Dei, sed post peccatum Adæ. Et hic etiam declaratur ex iustitia originali, quid sit peccatum originale, contraq; stultos prædicatores qui licentiose de hoc loquuntur additur. Declaratur quoq; qualis scientia & affectus voluntatis erat in primis parentibus, & qualis concupiscentia. Item declaratur quare mulier tam sapiens verbis serpentis credidit, & multa alia circa dominium hominis. Item perpulchre practice declaratur tentatio & assensus tentationi in parentibus primis. Et quòd verus serpens fuerit per quem diabolus eos vicit. demum figuratiue arbor visa per Nabuchodonosor, & deinde incisa ostendit dignitatem primorū parentum in sua creatione, & miseriam post eorum peccatum. 485

Ser 21. Quærit an filius Dei incarnatus esset, si homo non peccasset. Et ostenditur perpulchre ex scriptura & dictis sanctorū, quod non venisset. Et soluuntur perpulchre plures dubitationes circa hoc. Deinde exponitur spiritualiter ad propositum applicata historia orationis Aaron, & modi eius, mandato Moysi, vt stans inter viuos & mortuos, idest, incarnatus Christus, stet inter existentes in hoc mūdo & patres in limbo coram Deo, vt propitietur eis. 499

Ser. 22. continet per totum perpulchram & curiosam disputationem, & collationem gentilitatis cum christicolis 507

colis

Digitized by Google

colis de Christi principalioribus mysterijs, cum expositione figurali curiosa, disputationis Reginę Sabbę cum Salomone. Insuper in eodem sermone habetur pulchra declinatio, quomodo prædicata diuina & humana coniunctiue& diuisiue de Christo Deo & homine dicuntur.

529 Ser.23. Ostendit, quòd contra Christum & Ecclesiam eius & contra membra ipsius insurrexit magnus lucifer cum socijs suis, & prauis membris eorum omnis generis, & nihilominus veritas vicit omnia, quia Christus manu inermi, & brachio in cruce extento, vicit omnes tartareas potestates. Hic etiam exponitur ad propositum perpulchrè spiritualiter historia Eunuchorum Darij regis concertantium adinuicem, quid fortius sit. Et ibi concluditur. Veritas omnia vincit. Habetur etiam in principio huius sermonis, quòd de Deo duplex est veritas, & quòd necessario ponenda sit in Deo supernaturalis veritas, quæ excedit omnem intellectum, quæ solum per eius reuelationem habetur. Item in fine sermo. habetur pulchra figura pro festo innocentum super occisionem Hebræorum infantium.

533 Ser.24. De veritate Aduentus Christi in carne per testimonia sacræ scripturæ. Et primo quòd debeat nasci ex gente Iudęorum, secũdo quòd sua genealogia sit in Abraham & Dauid. tertio quòd debet nasci tempore, quo simpliciter sceptrum iudęorum translatum est ad gentes, quarto quòd debeat nasci in Bethleem & de virgine: quinto de eius natura, quia Deus & homo, sexto qualis perfectionis erit hic puer natus, septimo qualis eius vita, octauo qui eius socij, nono quibus contradictionibus, & tribulationibus agitabitur, decimo quo fine vita eius terminabitur. 11. quo fine morietur. 12. de eius sepultura, & descensu ad inferos, & quòd inde sanctos patres eduxit. 13. de eius resurrectione. 14. de eius ascensione. 15. de missione spiritus sancti. 16. de sessione eius ad dexteram Dei. 17. de potestate sibi data a patre iudicare viuos & mortuos. 18. de gloria beatorum & pęnis damnatorum. Insuper hic declaratur prophetia Dan. de 70. hebdomadibus. Et exponitur figuraliter ad propositum historia de coctionis amarę, contra quam clamauerunt filij prophetarum ad Heliseũ. Mors in olla pater: & modus dulcorationis eius per Heliseum. In quibus omnibus denotatur moralis expositio & extorsio mortifera sacræ scripturæ per Hebræos, sed dulcoratur per Christi instructionem, qui aperuit Apostolis sensum, & dedit eis spiritũ sanctum ad intelligendum scripturas. Et plura alia vide notatione digna circa huiusmodi.

Digitized by Google

TABVLA
SERMONVM SEQVENTIVM,

BREVITER CONTINENS TOTAM SVBstantiam eorum; cum alia ipsorummet sermonum, per Aduentum & Quadragesimam, ac principaliores dies festos ordinata; addita his ad pleniorem prædicantium vtilitatem, quorundum tabulari annotatione, doctrinalium, ac vtilium sermonum per eosdem dies; ex S. Vincentio Ord. prædicatorum.

SErmo primus est, Deus vult omnes hoës saluos fieri. Et declaratur hoc dictū S. Pauli tripliciter, & pro auditorib⁹ tertia expositio. s. de volūtate Dei antecedente, & consequentē est delectabilior. Hicq; ostenditur per exempla & auctoritates sacræ scripturæ, bona opera cooperantur necessario saluti hominis. Et ad propositum præcedentium figuratur perpulchrè & prolixe historia Gedeonis circa reprobationem & electionem militum pro Christi militia. Insuper additur de modis, quibus ad pugnam spiritualem vtendum sit, vt militi Gedeonis vsi sunt, & vicerunt in nomine Domini.

Ser. 2. Quomodo Deus seminauit omni creaturæ intellectuali suæ incarnationis mysteria, & in omni etate homini idem fecit. Et hic declaratur ad propositum figuratiuè historia vocationis Samuelis a domino Deo. Nam quaterna eius vocatio denotat diuersa tempora diuinarum reuelationum. Cætera vide in sermone inferius notato, tu es qui venturus est.

Ser. 3. Figuralis de admirabili necessitate & vtilitate verbi Dei prædicati. Vbi etiam redditur causa, quare nostris temporibus perparuum fructum in populo faciunt prędicatores. Item notantur admirādi fructus, qui producuntur in homine ex verbi Dei prædicatione. Et declaratur etiam moraliter, tuba Ecclesiæ ad quatuor deseruit.

Ser. 4. figuralis super historiam vanę pulchritudinis Absalonis & turpis mortis eius. In qua notantur moraliter causę prouocationis iræ Dei cōtra hominem. Et tandem tales miseri prouocantes iram Dei, confodiuntur in hac vita tribus lanceis diuinæ iustitiæ. s. fame, peste, & gladio, & post hāc vitam sepeliuntur in cauerna inferni. Et fit exhortatio pulchra, ne conformemur huic seculo &c.

Ser. 5.

Digitized by Google

Ser. 5. De tribus gradibus fidei, scilicet credere Deum, credere Deo, & credere in Deum. Quoad primum, declaratur inter alia, quomodo philosophi quinq; vijs deuenerunt in cognitionem vnitatis Dei. Et ꝙ in his duobus articulis Pauli, scilicet accedétem ad Deum oportet credere quia est; & quòd quærentibus eum sit remunerator, continentur implicite omnes articuli fidei tam pertinentes ad diuinas personas, quàm etiam ad mysteria incarnationis Christi. Et practice discutitur, ꝙ Deus habeat prouidentiam maxime circa actus humanos, quos bene scrutatur in puniendo vel remunerando eos. Quoad secundum gradum fidei, ibi notantur perpulchrè, esse quatuor gradus cognitionis nostræ, sed tres primæ possunt esse cum errore, sed non quarta, quæ est per lumen fidei, sed error in hac cognitione ex parte nostra accidit, quando hæc supernaturalia secundũ naturalia volumus iudicare, vt nobis sensus & nostra intelligentia suggerit. Et quado doctores vtuntur rationibus naturalibus in his quæ sunt fidei, hoc non faciunt pro necessitate confirmationis fidei, sed potius ad clarificationem intellectus, & vt clarius ignorantes percipiant diuina, quamuis etiam theologia vtatur rationibus naturalibus in soluendo obiecta contra fidem facta ab infidelibus. Additur etiam ꝙ quæ sunt fidei, credenda sint sine disputatione, & sine diminutione, & sine dubitatione. Et plura alia ad propositũ declarantur. Quoad tertium gradum fidei notatur, ꝙ fides sine operibus est mortua, & plura ad propositum.

Ser. 6. Figuralis totus de moribus primitiuę Ecclesiæ, quæ in orientali plaga habitabat .i. téporibus vel post tépora Chfi recétiora. Et de moribus nostræ miseræ Ecclesiæ habitáte in occasu solis in suis subditis. Hic etiã prolixius declaratur, quales esse debét mores cuiuslibet cõditionis hoĩs vtriusq; sexus. In principio etiã sermonis declaratur, qũo quidã distant a Deo prauis moribus, quos tandem Deus confundit & diuidit in interitum ipsorũ, sicut hic Babilonios.

Ser. 7. Totus figuralis super apparitionem digitorum Baldasar regi, ꝙ reddituri sumus districtam rationem totius vitæ nostræ, cuius sunt numerata omnia cogitata, operata, & neglecta, & omnia talia librantur a Deo rigore iustitiæ, & tandem praui diuidentur à regno Dei, traditi in manus tortorum. Et plura alia vide ibi.

Ser. 8. Figuralis super Neemiam. 8. & 10. cap. de vtilitate verbi Dei, & veris modis veræ pœnitentiæ perpulchrè prolixius per totum declaratur.

Ser. 9. Quod malum pœnę sit a Deo non autem malum culpæ. Et hic declaratur, quomodo priuatio gratię & gloriæ sit a Deo, tamen non absq; causa. Similiter dicendum est de cæteris pęnosis malis siue a natura, siue ab hominibus, siue à bonis vel malis Angelis illatis, nullus tamen propterea est defectus in creatore agente sed in creatura patiente. Et ꝙ hæc pęnalia sunt quibusdam odor vitæ in vitam, quibusdam mors in mortem, & multa alia ibidem declarantur.

Ser. 10. De grauitate peccati super omne malum pœnę. Et habentur perpulchrè declarationes ad propositum doctrinales. Insuper habetur vt supra, ꝙ omnia mala pęnæ tam spiritualia q̃ temporalia sint a Deo, malum autem culpæ non est à Deo, sed a praua voluntate. Insuper notantur vtilitates tribulationum & mali pęnæ, & grauitates peccati maxime mortalis.

Ser 11. De necessitate dilectionis inimicorum. Vbi habetur quòd dilectio inimicorum sicut & inimicus tripliciter potest considerari. Et hic etiam declaratur, an & quando inimico signa beneuolentiæ, vel effectus dilectionis debeant impendi. Declaratur etiam quòd in offensa contra proximum sunt duo, scilicet ipsa offensa, & damnum illatum in persona vel in rebus. Primò necessario est remittendum, sed non secundum. Potest

test enim exigi de huiusmodi satisfactio per viam debitam. Insuper 4 remedia ex seneca ponuntur contra illatas iniurias.

590 Ser. 12. De comparatione dilectionis amicorum & inimicorum, quorũ dilectio sit magis meritoria, & hic distingitur hæc dilectio ex parte obiecti diligibilis, vel ex parte rationis formalis, propter quam est dilectio amici & inimici, & soluuntur obiectiones in oppositum. Deinde perpulchrè cũ suis practicis fulcitis auctoritatibus sacræ scripturæ differitur de causis inductiuis per totum ad remissionem inimicorum.

594 Ser. 13. Declaratur visio Isaiæ quando vidit Dominum sedentem super solium cum pulchris incidentibus ad multa diuina opera, & quòd paratus sit punire prauos.

590 Ser. 14. De cognitione animarum post mortem, & plura alia curiosa ad animas separatas pertinentia, cũ suis pulchris solutionibus dubitationũ.

605 Ser. 15. De confidentia in solo Deo. Vbi perpulchrè ostenditur, quòd in solo Deo principaliter est spes ponenda, in homine autem secundario, sed cum magna moderatione, & pensitatione propter latẽtes & instabiles mores ac malitias hominum.

612 Ser. 16. De auxilijs contra tentationes diabolicas datis nobis a Domino, vt æqua & fortior sit conditio nostra in pugna diabolica, cuius secundum Iob testiculi sunt perplexi.

614 Ser. 17. De remedijs contra diabolicas tentationes. Et hic exponitur iter figuratiue populi Israel euntis versus terram promissionis per Amorreorũ terram, & volentis pertransire nõ tangendo quicquam de eorum fructibus, sed via regia pertranseundo. Quoniã abrenunciantibus pompis diabolicis in Baptismo, & euntibus versus patriam cælestem, necesse est sic transire per bona temporalia, vt non amittant æterna, allecti dulcedine terrenorum.

620 Ser. 18. De cognitione propriorum & aliorum peccatorum in iudicio generali. Et hic notatur, quòd sicut in humano iudicio iusto erunt quinq; sic & in hoc diuino, scilicet iustus iudex, reus, accusatores, testes, & processus. Insuper ponuntur perpulchrè dubitationes & solutiones, vtputa an boni mala cognoscent, quę sibi per pęnitentiam sunt deleta. Item an mali recordabũtur de bonis factis per eos. Item an sicut vnicuiq; propria merita & demerita peccatorum sint nota, ita etiam erunt nota vnicuiq; aliena. Et figuratur ad propositum mactatio animalium per Abrahã facta, vbi terrore magno fuit perterritus. Et vidit ibi ignem transeuntem inter illas diuisiones animalium, quia ibi erit iusta seuera iustitia Dei.

Ser. 19. Qualiter sit Deo satisfaciendum, cum quicquid est in nobis secundum August. sit vel Deus, vel ex Deo. Et ibi perpulchrè declaratur, Deo satisfaciendum est non per æqualitatem sicut nec parentibus & magistris, sed per proportionalitatẽ, idest secundum valorem nostrum. Et primo ratione beneficiorum ab ipso receptorum per gratiarum actiones, & laudes: secundo ratione offensę & ingratitudinis per dolorem & emendationem ac fidelitatem in futurum, & ponuntur aliqua exempla ex sacra scriptura. 625

Ser. 20. An mala penalia, quæ homini adueniunt in natura sint ordinata a Deo in punitionem propter peccata eius, vel eorum, qui multi dicunt hæc procedere ex influxu cœli. Vbi perpulchrè declaratur, quòd Deus produxit creaturas ex causa quintuplici. Vna est ad manifestationem suę sapientiæ. Secunda est ad communicationem suæ bonitatis. Tertia est propter vtilitatem creaturæ. Quarta est vt ipsa creatura sit in punitionem hominis transgredientis Dei mãdata: Quinta est vt pręter suam naturalem inclinationem & cursum, etiam sit sub obedientia creatoris ad nutum suum, tam in beneficiando, quàm in puniendo homines. 620

Ser.

Digitized by Google

633 Ser. 21. De sacerdotum dignitate. Vbi habetur pulcher discursus, quo Ecclesia militans gubernatur in suis ordinibus ad similitudinem Ecclesiæ triumphantis. Et in Ecclesia triumphāti ponitur purgatio, illuminatio, perfectio. Hæc tria sunt etiam officia. Item figurantur perpulchrè ornamenta sacerdotij Aaron. Hic etiam ostenditur quo honore honorandi sunt sacerdotes, & qui inhonorant eos qualiter a Deo puniuntur.

637 Ser. 22. De qualitatibus sacerdotū, & ibi ponitur, quales debent esse, & quales non debent esse, figurando dicta sacræ scripturæ prolixius cum suis practicis.

641 Ser. 23. Perpulchrè declaratur necessitas obligatoria ad eleemosinam, & de periculo diuitum. Item ponuntur perpulchrè exhortationes ex sacra scriptura ad eleemosinam, & quòd districtam rationem reddituri sunt, bonis sibi collatis abutentes, cum sint non possessores, sed administratores bonorum. Insuper ponuntur vtilitates eleemosinę. Et plura alia ad propositum vide.

647 Ser. 24. Quomodo omni creaturæ intellectuali, etiam genere humano cō præhenso, Christi incarnatio fuit reuelata, ita quòd omnes poterant dicere Christo, tu es qui venturus est. Et hic multa perpulchrè declarantur de Angelorum bonorum, & malorum cognitionis varietate circa prædicta. Insuper quomodo quidam in genere humano cognouerunt Christum incarnandum explicite, quidam implicite, & hoc in qualibet lege tam naturæ, q̄ scriptæ pro omni etate.

653 Ser. 25. De triplici amore quo Deus est diligēdus, scilicet amore naturali, concupiscentiæ, & amicitiæ. Et per totum pulchrè declaratur practice de his, & permaxime de amore concupiscentiæ, quæ est communiter inter homines, ac de vero & falso amico. Declarantur insuper sex modi, quibus Deus diligendus est secundū lib. Canticorum.

660 Ser. 26. Perpulcher figuralis de pugna spirituali cum dæmone & concupiscentijs, & quibus modis secum est congrediendum, modo quo Dauid cō tra Leonē, Vrsum, & Goliath, & hic describitur magna fortitudo diaboli pugnantis cōtra nos, sed Dei auxilio vincitur à forti athleta Domini, & non propria virtute.

664 Ser. 27. Totus de renouatione Ecclesiæ in communi, & in particulari, in omni statu, & conditione in malum collapsę, super quatuor animalia Ioelis, quæ totam pulchritudinem plantarum Ecclesiæ ad radicem corroserunt.

670 Ser. 28. De cognitione gratiæ. Vbi diuiditur gratia, in gratiam gratis datam, & hic perpulchrè declaratur de his gradibus gratię gratis datæ. Diuiditur etiam in gratiam gratum facientem, & hic declaratur quid sit hęc gratia, & quomodo potest quis se cognoscere esse in hac gratia, & quę sunt signa huius cognitionis, & applicatur ad propositum huius cognitionis gemitus dolentium super peccata populi in Ezechiele figuraliter.

674 Ser. 29. Figuralis super abominationes Hierusalē quas vidit Ezechiel, & de ruina eius. Et figurat quatuor abominationes populi christiani, quæ sunt causa & temporalis & spiritualis ruinę eorum. Et in prima parte, scilicet in prima abominatione spiritualiter intelligitur graue, & abominabile peccatum eorum, qui ad Phitonissas & alios diabolicos diuinatores pro sui auxilio accedunt, & eorum qui negromanticas artes operantur. Et in principio declaratur, quomodo ira sit in Deo, & quomodo intelligitur Deum se prouocare ad iram in peccatis nostris.

679 Ser. 30. Super eandem visionem de secunda abominatione, quam vidit Ezechiel, quia erant omnia idola depicta animalium in atrio tēpli, quod denotat moraliter in atrio templi animæ nostræ debet depingi vita Christi & sanctorum eius, & tamen depin-

depinguntur in ea a miseris christianis omnium mortalium vitiorũ monstruositates.

602 Ser. 31. super eandem visionem de tertia abominatione, in qua confluentes mulieres ad Ecclesiã faciebant anniuersarium Adonidi Deo amoris, deplorando eius mortem. In quibus notantur christianorum inhonestates & lasciuiæ, maxime quæ fiũt in templo, vt sit facta Ecclesia spelunca latronum & porcorum.

604 Ser. 32. De quarta abominatione, quæ fiebat in templo, quia dorsa habebãt cõtra altare Dñi, & facies ad orientem in Dei contemptũ, & adorabant ad ortum solis &c. In quibus denotatũ christianorũ prauitas, qui contempto Deo vertunt se per varia vitia ad creaturas, & de graui, & seuera iustitia diuina contra prædictas abominationes diuinas, quia sex viri iræ Dei interfecerunt a minimo vsq; ad maximum, cũ ruina & exarsione ciuitatis nulli parcendo, nisi solum eis qui gemebant peccata sua & populi. Et hic etiam declaratur, iram Dei triplici ordine procedere, & quod tertia dicitur funiculus triplex, qui difficile rumpitur, quia est absolute exterminatiua.

600 Ser. 33. Perpulchrè ostendit sublimitatem hominis per gratiam super Angelos tã in Christo q̃ in beata virgine, qui sunt super Angelos eleuati, q̃ in hominibus qui erunt equales Angelis in cælo secundum intensionẽ charitatis. Et hic perpulchrè moralizatur historia Hester. 6. Assueri regis exaltantis Mardocheum super alios principes ad propositum prædictorum.

692 Ser. 34. In festo sancti Ioannis Euangelistæ super visionem Ezechielis de aquila grandi magnarum alarum, quæ tota figuratur pro sancto Ioanne secundum proprietates aquilæ. Et hic perpulchrè declaratur de tribus gradibus cognitionis intellectualis. Vnus est philosophorum, qui quatuor vijs in Dei cognitionem deuenerunt. Secundus gradus est per visionem imaginariam prophetarum, Tertius est intellectualis sanctæ Trinitatis, quam habuit Ioannes, per quam intelligentiam decantauit in principio erat verbum &c. deinde figurantur sancti Euãgelistæ in quatuor animalibus, animal etiam accipiendo pro hominis figura.

Ser. 35. An orationes sanctorum hic & in patria cælesti semper exaudiantur, super visionem Amos prophetæ, qui vidit locustas creari super terrã, deinde ignem consurgere, tertio Deũ linientem muros Hierusalem, & in prima & secunda visione est exauditus, in tertia noluit orare videns diuinam diffinitiuam sententiam in ruinam populi Israel. Et in particulari descendendo ad orationes sanctorum declaratur, quando sancti in Paradiso existentes, orationes pro suis deuotis exaudiantur, vel non exaudiatur. Itẽ an semper iusti in hoc seculo existentes & orantes pro populo, & suis deuotis exaudiantur. Item declaratur q̃ Dei stabilitas stat cum cõminatione eius, sicut factũ est in Niniuitis &c. Insuper plura in hoc sermone incidentaliter curiosa, & digna scitu declarantur circa diuina secreta. 697

Ser. 36. super visionem scalæ Iacob de recognitione suipsius. Et hic perpulchrè declaratur, quomodo anima per sui cognitionem deuenit ad cognitionem Dei, & ad omnes quatuor sui causas, & aliqua incidentalia declarantur circa cognitionem sensuum, an scilicet sensus cognoscant suam sensationem. Et perpulchrè per totum practice cum sacra scriptura discurritur de vtilitate recognitionis suipsius. 704

Sermo. 37. super historiam regis Assueri ducentis noctem insomnem, & de exaltatione Mardochei. Vbi in particulari agitur, quomodo Deus habet prouidentiam rerum, & cuncta suauiter disponat. Et de libris vitæ, & mortis. Et deducitur quomodo sancti permaxime martires & cæteri mundum contemnentes pro 710

Christo de mala moneta sunt in hoc mundo donati, sed Deus reseruat eos in alio mundo magna gloria exaltandos.

719 Ser. 38. Pro festo. S. Thomæ sup hi storiam, quòd tempore Saul non erat ensis vel gladius in terra Israel. Vbi declaratur pro principio, quòd veritas omnia vincit plusquam bellica arma, quamuis infinitus sit numerus stultorum contra ipsam. His etiam declaratur conatus diaboli ne in Eccle sia Dei sacræ scripturæ ensis sit, sed quòd mendicent prædicatores & alij christianorum doctores doctrinā gentilium. Cętera perpulchrè applicantur ad S. Thomam Aquinatem, maxime ad eius doctrinam, quæ est in Ecclesia Dei sicut gladius anceps contra prauorum sectas.

725 Ser. 39. De causis obdurationis. Et ostenditur ibi qualiter secundum Aug ex quatuor causis accidit. Et ibi declarantur causæ tres alleuiationis peccantium, quòd absq; respectu diuinorum iudiciorum transgrediuntur mandata Dei. Et adduntur perpulchrę practicę ad propositum.

730 Ser. 40. An homo possit dici obstinatus in hac vita, vt non valeat de malo conuerti ad bonum: Et his declaratur, quid importetur in hoc nomine obstinatio, declaratur etiam, quomodo & in quibus est hæc obstinatio incurabilis, ne possit ab ea redire ad recognitionem, & in quibus est curabilis. Item declaratur quomodo dicitur obstinatio irremissibilis coram Deo. Item hic curiose & perpulchrè declaratur, quomodo & pro quo puncto in morte contingit hominem remanere in obstinatione incurabili. Et hic moralizatur somnium Pharaonis interpretatum sibi per Ioseph de septem spicis & bobus pinguibus & tenuibus, quia in hac vita misericordia Dei regnat, & in alia, iustitia ei⁹; ideo hic congregandæ: sunt virtutes pro alia vita, viuendi tempore iustitię diuinæ.

734 Ser. 41. De desperatione & causis ac remedijs ei⁹ per totum cum pulchris practicis. Et hic declaratur quid sit spes theologica, & de eius ratione, quæ sunt & per oppositum quid sit desperatio, & quę sunt de ratione ei⁹, & de eius grauitate cum figura de singulo apud Hieremiam.

Ser. 42. In quibus virtutibus Deus sit imitandus, & in quibus non potest imitari, & quomodo Deus plantauit in Ecclesia sancta Paradisum voluptatis, &c. Quia lignum vitæ, idest Christum, non solum vt Deum, sed vt hominem a nobis imitandum, & lingua omnis generis, idest sanctos omnis generis, ad omnem conditionem hominum imitandi eos. Et plura hic declarantur figuratiue super plantationem Paradisi. 730

Ser. 43. An dæmones omnibus, & quomodo apparent in morte, & quibus modis tunc acrius tentant. Et instruitur qualiter secum tunc sit pugnandum. Et de varijs modis quibus apparere potest hominibus perpulchrè, & doctrinaliter declaratur. Insuper quomodo bonis Christus apparet in morte, & quomodo malis, & plura alia pro consolatione bonorum declarantur. Et hic ad propositum habes figuram historiæ mactationis animalium per Abraham Dei mandato. 743

Ser 44. De prædominio rationis supra sensualitatem, vbi in particulari declaratur triplex appetitus. s. naturalis, sensualis & rationalis, & quomodo rationalis dominatur sensuali politico dominio. Et perpulchrè declaratur, quomodo appetitus superior mouet inferiorem, sicut sphera superior inferiorem. Item perpulchrè declaratur, in quibus homo minor mundus assimilatur maiori mundo. Et soluitur secularium dubium, qui dicunt vellem abstinere sed non possum, & Pauli dictum habeo aliam legem in membris meis &c. vt quod nolo id ago, quoniam inclinatiue concupiscentia inferior incitat, sed superior reprimit eius incitamenta ratione. Et plura alia hic ad propositum declara- 747

Digitized by Google

tur. Deinde ponitur figuratiua expositio ad propositum historiæ Iosue, quando quinq; reges in ligno suspendit, quia quinque sensus nostri mortificandi sunt per imitationem crucis Christi.

Ser. 45. De modis quibus Deus ad se trahit & vocat hominem, libere tamen. Vbi in particulari declaratur, quòd Deus in omni actione tam naturali, quàm libera operatur vt prima causa: & quòd operatur suauiter secundum subiectam materiam, vt in natura cooperatur naturaliter, in voluntarijs libere & perpulchrè declaratur. Et quòd voluntas neq; subiecto cogitur cum non sit in organo corporeo subiectiue, nec obiecto, quia semper circa illud sibi ostensum est libera, nisi sit ei oblatum bonum, quod habet completam rationem boni, vt vltimus finis. Et hic declaratur etiam quomodo mutatio qua mutat Deus hominem ad bonum, non potest dici coactio, & quomodo eum mutat dupliciter. Et soluuntur aliquę obiectiones, quæ videntur in hominis motione violentiam præ se ferre. Et hic habetur declaratio triplicis actus voluntatis. s. eliciti, imperati, & executiui. Et vltimo ad propositum moraliter exponitur quaterna vocatio per Dominum Samuelis.

Ser. 46 De pęnis inferni spiritualibus, & sunt inter alias nouem grauissimę. Et ad propositum exponitur figuratiuè visio Zachariæ de muliere impia, quam super amphoram deferebant milui in terram Senaar, idest ad fętorem inferni habitandum.

Ser. 47. De pęnis inferni corporalibus. Et ibi declaratur figuratiue visio Ioan. in Apoca. de mulieris fornicarię damnatione, quæ sedebat super bestiam coccineam, quæ habebat septem capita & 10. cornua &c.

Ser. 48. De operibus bonis ad meritum, scilicet si valent in mortali facta & si per mortificationem amittantur, & si per pęnitentiam amissa restituantur. Et deinde ad propositum perpulchrè moralizatur ligatio Sansonis per Philisteos mediante muliere, & quomodo sibi restituta fuerit pristina amissa gratia septem donorum spiritus sancti, de quibus hic habetur declaratio, quia data sunt homini cōtra septem peccata mortalia. Et quā periculosa sit auaritia, luxuria, & superbia, quæ etiam altos cypressos disjciunt, nisi principijs obstetur.

Ser. 49. De cognitione cordis, scilicet quòd cor hominis inscrutabile a solo Deo in sua radice cognoscitur, ab Angelis bonis & malis in suis effectibus, vel signis interioribus & exterioribus. Et obstaculi huius quòd in radice voluntas hominis non possit ab aliqua creatura cognosci est eius libertas, quæ nullius creaturæ imperio subiacet. Et hic ponuntur perpulchrę rationes grauitatis peccati iudicantium temerarie de corde proximi. Insuper declaratur esse opera humana in quadruplici differentia. Et quando de eis iudicare sit licitum vel veniale vel mortale peccatum. Insuper ponuntur malignitates huius peccati cum historia Amon regis temerarie abscindentis barbas & vestimenta legatorum Dauid, quos miserat ad eū cōsolandum supra mortem sui patris, quod fuit magnę ruinę causa ipsius Amon.

Ser. 50. De veritate purgatorij, & de loco eius, & soluuntur ac declarantur plures dubitationes de igne purgatorij agente in animam cum sit spiritus & ignis, corpus & declaratur cū suis practicis, quæ sunt peccata, pro quibus animæ in purgatorio detinentur & purgantur. Et si voluntarie hanc pęnam tolerant. Et quis deducit animas illuc, & per quem puniuntur an per Angelos vel dæmones. Deinde ad propositum exponitur figuratiue historia delationis Abacuc prophetæ in lacum Babiloniæ ad Danielē. Vide in superioribus sermonibus de cognitione animarum separatarū.

Ser. 51. De suffragijs pro mortuis, quibus mortui soluuntur, & quę sunt

eis

Digitized by Google

nis magis proficua, & an pro vno facta cæteris valeant, & quid ac quomodo valent pro eis indulgentiæ, & si prosit pro eis offerre oleum, candelas & similia, & de legatis factis pro se, valeant eis in purgatorio. Et si detrimentum patiantur, si legata eorum non exequantur facta pro solutione, à purgatorio. Item declaratur quomodo pauperes non habentes in vita vnde possint iuuari, vt soluantur à pœnis purgatorij, quomodo adiuuantur pietate Dei per aliorum suffragia sibi superflua, vel non necessaria. Item pro quibus magis est meritorium orare pro peccatoribus obstinatis vel pro mortuis. Item pulchre declaratur de valore missæ, & quomodo per vnam missam satisfit pluribus eleemosynis, & plura alia ad propositum. Deinde ponitur figuralis expositio ad propositum de muliere, cuius filium resuscitauit Helisæus propheta.

Serm. 52. An vnus homo puniatur pro peccato alterius? Et hic perpulchre ponuntur distinctiones diuersitatum punitionum, & causæ earum cũ suis perpulchris practicis & exemplis ex sacra scriptura.

Serm. 53. De pœnitentia & modis quibus agenda sit. Item ponuntur quinque actus quæ veram pœnitentiam præcedunt. Item ponitur diffinitio pœnitentiæ cuius sunt duo actus necessarij. Et hic agitur an sit necessaria pœnitentia de veniali. Et ad propositum totius sermonis ponuntur perpulchre in practica pertinentia ad veram pœnitentiam. Et quòd sit proficua non solum ad salutem animæ, sed etiam ad placandam iram Dei discurrendo per sacrã scripturam.

Serm. 54. De contritione. vbi habetur quid sit contritio, & de triplici dolore pro peccatis, scilicet deficiẽte, sufficiente & supereminente cum suis practicis & exemplis.

Serm. 55. De differentia contritionis & attritionis. Et perpulchre exemplificatur, quomodo ex attritio fit contritus vi clauium. Item habes de contritione venialium, insuper dantur perpulchrę regulæ doctrinales cõfessoribus cum audiunt in confessione attritos, quid ab eis sit exigendum, vt sit ipsis valida confessio, & ex attritis fiant contriti: deinde ponuntur duę figurales expositiones ad propositum contritionis & attritionis super historia Annæ & Fenennæ ex 1. Regum 1. capitu. Et de ossibus aridis resuscitatis apud Ezechielem.

Serm. 56. De pœnitentia in vltimo facta a peccatoribus an sit valida. Et declaratur, quamuis homo sit liberi arbitrij vsque ad punctum mortis, vt in sermone de obstinatione clarius est declaratum, & possit de mala in bonam voluntatem conuerti, tamen talis pœnitentia est periculosa, & vt in pluribus minus ad salutem valida, propter multa hic declarata cum historia Amon filij Regis Manasse. Et per totum Sermonem ad propositum perpulchre discurritur.

Serm. 57. quòd quidam cadunt sub Dei misericordia, quidam sub eius iustitia, quidam sub eius liberalitate cum suis practicis, ac historia de virgis Aaron fructificatis, cæteris aridis remanentibus.

Serm. 58. figuralis per totum super historiam sacrificij Helię & sacerdotum Baal. vbi agitur de falsis & veris Christianis, eorumque sacrificijs. Et in particulari de audacia prædicatorum in prauos, & quòd populus imitatur suorum principum mores. Item quòd Deus odit sacrificia prauorum. Insuper sacrificia iustorum quales conditiones debent habere, vt ignis acceptionis diuinæ cadat super ea.

Serm. 59. Quomodo tota creatura est administratiua Dei dispositionis circa hominem, tam in puniendo, quàm in beneficia sibi conferendo. vbi habetur de officijs Angelorum.

Et

Et quòd boni Angeli quandoque sunt administratores Dei in puniendo hominem. Idem dicendum est de hominibus. similiter damnati & purgandi per ignem sunt ministri iustitiæ diuinæ cum ipso etiam igne. Item praui homines tam infideles quàm christiani, postquam perfecerint opus à Deo eis dispositum, propter malam eorum voluntatem in exequendo Dei voluntatem, ipsi etiam à Deo puniuntur & dissipantur.

Serm. 60. De causa permissionis diuinæ, quare regna & templa christianorum sub ditione infidelium tradantur, cum exemplis, rationibus & auctoritatibus sacræ scripturæ ac attestatione sanctorum.

Serm. 61. De orationis necessitate. Et in particulari. oratio & alia bona opera sunt media ad impetrandū petita. Item in oratione Deo in hac vita iungimur. Item oratio est excitatiua ad virtutes, & collatiua donorum Dei. Et vt oratio sit impetratiua quid requiritur. Item declaratur quando prolixius & quando breuius est orandum, & quæ potior oratio vocalis vel mentalis. Item instruuntur seculares, quòd interdum debeant à suis curis separari per orationem. Et quòd potius in oratione quàm in vana spe sit confidendum. Et plura alia practicę dicuntur ad propositum.

Serm. 62. Quando oratio sit impetratiua, & ibi ponuntur conditiones impetratiuę orationis cum suis declarationibus & practicis.

Serm. 63. An Deus peccatores exaudiat? Et in particulari quamuis Deus remittat culpam vere ingemiscenti, non tamen semper remittit pœnam temporalem meritam pro peccatis, etiam orantibus pro tali remissione. Item circa salutem animæ quamuis Deus peccatores exaudiat quandoq; ratione naturæ bonæ in eis, non tamen vt peccatores. Item in temporalibus exaudiuntur etiam mali peccatores propter aliquod bonum quod agunt. Item quandoque Deus prauos exaudit ad eorum interitum. Item enumerantur peccata, quæ sunt causa non exauditionis orationis, & hic prolixius discurritur practice.

Serm. 64. figuralis expositio arboris Nabuchodonosor in Daniele applicata ad regimen principum: Et hãc figuram possis ad infrascriptos serm. de repub. applicare.

Serm. 65. De duplici ira, scilicet Dei & hominis. Et in particulari quó modo intelligitur iram esse in Deo, & quomodo Deus homini irascitur tripliciter, & quàm periculosum sit comminatę irę Dei pœnitentia non obuiare. Item quòd diffinitiua ira Dei est certa in flagellando, & ideo timendæ sunt Dei comminationes, quarum terminus ignoratur. Et plura alia practice dicuntur ad propositum. de ira hominis zelatiua tam in excessu quàm in defectu ac moderatione. Item quòd præsidentes debent auctoritatiue reprehendere delinquentes. Item quanta mala proueniunt dum parentes suos filios insolentes non reprehendunt auctoritatiue. Item iudex caueat in consultando à concupiscibili & irascibili, sed in exequendo vtatur eis, vt ministris iustitiæ regulante tamen ratione. Itẽ in iudice est magna pietas, iustitiam debitam facere, & impietas est maleficis parcere. Item habetur & de ira criminali.

Serm. 66. Deus in homine ad virtutes libere operatur. Et in particulari Deus mouet dupliciter hominem ad opera bona voluntaria, scilicet, vt causa efficiens & finalis, & suauiter absque coactione. Item declaratur qualiter intelligitur Deum excitare hominem ad malum. Item Deo non placet coacta seruitia, deinde ad propositum exponitur moraliter perpulchre historia Iosue quando conuocauit populum, & enarratis ei diuinis beneficijs quæsiuit ab eo, an libere Deo velint seruire, vel Baal quia sibi coacta seruitia non placent. Et ibi declaratur, quòd fœdus homo facit cum

Deo

Digitized by Google

Deo in baptiſmo & penitentia ac confeſſione. Et de proteſtatione, quam prædicator debet facere populo coram crucifixo, quòd eis fuerit locutus, quæ Deus ſibi loqui mandauit.

Serm. 67. figuralis ſuper hiſtoriam captionis Sedechiæ Regis. Et eſt totus de grauitate & malignitate peccati, quam miſer peccator incurrit ex ipſo. Et in particulari inter alia vide de tribus maculis ex mortali contractis. Et quòd anima Deo coniuncta per charitatem habet quinque dona, quæ perdit per mortale. Item de ordine, quomodo contrahitur obſtinatio & damnatio in peccatore.

Ser. 68. Expoſitio moralis arboris Nabuchodonoſor applicata ad vitam & feſtum S. Thomæ de Aquino ord. Prædicatorum.

Serm. 69. De regimine principum. Et in particulari, Rex vel princeps debet eſſe deicola, quia eſt Dei miniſter, cuius timor eſt frænum paſſionum eius. Item quòd pro ſuo recto regimine indiget ſeptem donis Spiritus ſancti, & declaratur de quolibet dono in particulari. Item per Auguſt. doctrinā, narratur qui Imperatores ſint vere fœlices.

Ser. 70. De prudentia principum. Et in particulari, prudentia conſiſtit in ratione practica. Item prudens in ſui conſideratione quatuor præſupponit. Item quòd tres ſint partes prudentiæ, vt memoria præteritorum, vbi habetur conſilium Ariſt. ad Alexandrum, ſecunda eſt intelligentia præſentium, ad quam tria exiguntur. vbi oſtenditur quòd neceſſarium eſt prudenti conſilium ſeniorum, inſuper quòd tria ſint ſibi neceſſaria. Primo recte conſulere de decem circunſtantijs prudentiæ quę hic notantur. Secundo de conſultis recte iudicare. Tertium recte præcipere. tertia pars prudentiæ futurorum præuiſio, vel prouidentia. Et hic breuiter colliguntur, quæ ad prudentem principem exiguntur. Et quòd iuuenes non poſſunt eſſe prudentes. Hic etiam prout erit melius ad propoſitum poſſis applicare expoſitionem ſuperius poſitam ſermo. 83. ſuper arborem Nabuchodonoſor.

Ser. 71. De indumentis virtutum quibus debent eſſe ornati principes. Et in particulari ponitur conſilium Ietro ſoceri Moyſi, quales debet eligere ſibi coadiutores, deinde ſubſequuntur aliæ virtutes perpulchre ad propoſitum, ſcilicet, quòd ſit zelator legis Dei & Eccleſiæ ac legum ciuilium ſiue municipalium. Iuſtus cū debito proceſſu iudicans, & habeat penes ſe miniſtros probos, & non adulatores. Item debet eſſe manſuetus, caueatque ab iracundia. Item pius & caueat ab impietate, quia manſuetudo & pietas in principe eſt miniſtra iuſtitiæ. Item debet eſſe continens, & ponuntur exempla de malo luxuriæ in principe & Solonis ſapientiſſimum ac perneceſſarium conſilium ponitur ad principes.

Ser. 72. figuralis perpulcher ſuper ollam rubigine obductam, quæ nec per ignem poterat emundari ſuper Ezech. de cauſis ruinæ ciuitatum & prouinciarum, quæ fuerunt etiam cauſa ruinæ & captiuitatis Hieruſalem & Hebræorum. vide quia in particulari per omnia cum ſuis practicis in ſacra ſcriptura diſcurritur.

Serm. 73 omnes in gratia exiſtentes ſunt participes omnium bonorum quæ fiunt in Eccleſia. vbi in particulari notatur pulchra aſſimilatio corporis myſtici ad corpus naturale in participatione meritorum in Eccleſia. Item perpulchre diſcurritur quid ſint indulgentiæ, & quomodo ab eccleſia ſunt approbatæ, & quando indulgentiæ cœperunt in Eccleſia patenter, & tangitur de magna auctoritate pontificis. Item perpulchra ſimilitudo inter corpus naturale, & myſticum in cibo aſſumpto diffuſiuo ad membra. Item de membris putridis in Eccleſia, & de malignitate eorum.

Serm. 74. Perpulchre figuratur hi-

Ro ... [catchword, illegible]

storia victoriæ Abraham super quin que reges adaptata ad aliquem sanctorum vbi in particulari habetur. Quales sunt veri Christi prędicatores. Itē quibus armis debent vti Christiani prędicatores. Item Christi prę dicatores bella gerunt contra quatuor inimicos crucis Christi. Item gesta sanctorum describuntur in Ecclesia propter septem rationes.

Serm. 75. De recidiui periculo. Et in particulari, quamuis iustitia Dei vult mortem peccatoris, tamen Dei misericordia propitiatur, sed tali ad mortem cauendum est à recidiuo, & ibi ostenditur, quàm periculosum sit recidiuum, & quòd non sit in potestate recidiuantis, quādo vult ad Deum reuerti.

900. Serm. 76. figuralis expositio super mandatum Dei de egrediente ad prę lium, quomodo captiuam mulierem adamatā debeat habere in vxorem. Et applicatur quibus modis & medijs adultera anima ad Christū sponsum est redeunda. Et in particulari habetur, quid facere debet anima adulterata à Christo sponso reuertendo ad ipsum, vt ab eo suscipiatur. Item notatur de grauitate peccati & peccatoris fœditate, & quibus modis peccator ad Christum sit reducendus. Et quòd peccatores sæpius debēt meditari iustitiam seueram Dei, tamen ne desperent, contemperent eam misericordiam eius, qui non vult mortem peccatoris.

902. Serm. 77. Expositio figuralis super visionem Hiere. de duobus calathis, de prophetia comminatiua, & diffinitiua prophetarum, & prædicatorum, & de flagellatis misericorditer, ac à flagellis exclusis ad interitum. Et hic notatur quòd Deus quandoque in flagellis comminatis mutat sententiam, nunquam tamen consilium, & quòd valde timendæ sint comminationes prophetarum, maxime quia ignoratur, quo fine claudentur. Item quem Deus non flagellat in delictis signum est irę Dei in eum. Item de differentia tribulatorum in Ecclesia militanti, & dimissorum in pinguedine prosperitatum in ruinam animę & corporis.

Serm. 78. figuralis ad propositum de confessione peccatorum, super visionem Ezechielis de gladio rasorio. Et in particulari notatur qualiter debet fieri confessio. Et additur pulchra exhortatio ad confessionem. 906

Serm. 79. super Ezech. visione de aquis egredientibus à parte dextera templi. vbi agitur mystice exponendo de vnitate & diuersitate beatitudinis. Insuper notatur quomodo Deus naturaliter & voluntarie se cō municat beatis. Item quomodo in Angelis, quod non est in hominibus, diuersitas beatitudinis ex parte conditionis eorum, & ex parte Dei dantis eis beatitudinem est. Et ibi discurritur practice de tribus gaudijs beatorum, & quòd tertium est intransmeabile. Et prolixius declaratur de aurea, aureola, palma, & fructibus sā ctorum in beatitudine, & practice discurritur. Item de quatuor dotibus corporum beatorum. Et breuiter colligendo, practice percurritur de gloria beatorum in omnibus potentijs suis. 909

Ser. 80. figuralis de nobilitate animæ super historiam Caleph & filiæ eius dotata ab ipso. Et ibi notatur, quòd Christianus nō debet esse quietus in temporalibus, sed quærat gratiam Dei in hoc mundo, & in alio gloriam signatam per irriguum inferius & superius. 917

Ser. 81. Expositio figuralis de præparatione ad Eucharistiam, vel receptionem gratiæ Dei super historiam mulieris Sunamitis quæ præparauit cęnaculum Helisæo ad eius domum diuertenti. Et ibi perpulchre agitur super expositionem mensæ propositionis in templo. Et ibidem de duodecim beneficijs diuinis datis Christianis. 919

Serm. 82. De dispositionibus quibus communicandum est, idest quales 922.

Digitized by Google

les debemus esse ante communionem, in actu communionis, & post communionem, perpulchrę instructiones figura. cum suis contemplationibus.

Ser. 83. figuralis expositio de duodecim dispositionibus ad Sacramentum suscipiendum super commestionem agni Paschalis cum 12. obseruationibus. Et ibi ponitur maledictio in digne communicantium.

Sermo. 84. Figuralis expositio super mandatum Dei, quibus prohibitum est comedere agnum paschalem. In quo denotatur qui indigne ad damnationem suam communicant.

Serm. 85. figuralis super inobedientiam Saulis Regis, & quomodo fuit propter eam reprobatus à Domino, & datus vexationi diabolicæ. Et habetur quòd Deus mandat nobis sensualitatem mortificare cum omnibus sensibus suis, & quòd de anathemate mundano non accipiamus, idest concupiscetijs à Deo prohibitis non vtamur. ne reprobemur à Domino, & tradamur torturæ diabolicæ. Et ibi notantur septé causæ propter quas Deus reprobat iter impiorum. Et quomodo anima concipit & parit peccatum. Et de grauissimis vexationibus quas in anima patiuntur peccatores. Insuper ponitur quòd Deus approbat viam iustorum propter septé rationes. Et moraliter interpretantur cordę cytharæ Dauid. &c.

Ser. 86. An Deus cognoscat nostras imperfectiones? Et ibi declaratur triplicem esse Dei cognitionem, scilicet simplicis notitiæ, intuitionis, & approbationis, vel reprobationis. Et declaratur, quomodo Deus cognoscit mala pęnæ & culpæ cũ suis practicis.

Finis huius tabulæ summariæ.

Ordo Sermonum pręcedentium applicabilium per Aduentum & Quadragesimam ac principaliores sanctos.

Dominica prima in Aduentu Domini habes plures sermones ad propositũ pertinentes ad incarnationẽ christi in primo lib.

Dominica secunda. An omnibus dæmon morientibus appareat in morte. sermo. 43. & plures habes morales sermones nostros super idem Euangelium. quos vide. vel an mala quæ homini proueniunt sint à Deo ordinata propter punitionem eius. vel sint à fato & cœli influxu. ser. 20.

Dominica tertia, de grauitate peccati. sermo. 67. Item super, tu es qui venturus es. sermo. 24. vel de gratia. sermo. 28.

Dominica quarta, de recognitione suiipsius. sermo. 36.

Dominica quarta secundum presbyteros. quare Deus regna Christianorum tradit infidelibus. sermo. 60.

In die Natalis Domini habes plures. sermo. de incarnatione verbi Dei in 1. libr.

Dominica infra octauã Natiuitatis Domini. veritas omnia vincit, habes penultimum sermonem. primi libri.

In festo Circuncisionis de nomine Iesu habes sermo. in primo libro. sermo. 8.

In vigilia Epiphaniæ, de confidentia in solo Deo. ser. 154.

In die Epiphaniæ habes plures ser. de incarnatione in primo libro.

Dominica infrà octau. Epiphaniæ, Quomodo incarnatio filij Dei omni crea-

creaturæ rationali fuit reuelata ser. 2. & 24. libri secundi.

Dominica 1. post octa. Epiph. de nuptijs Paradisi. ser. 70.

Dominica 2. post octa. Epipha. de grauitate peccati super omne malum pœnæ. serm. 10.

Dominica 3. post octauam Epiphaniæ, de auxilijs contra tentationes diabolicas datis, à Domino. sermo 16.

Dominica 4. post octauam Epiphaniæ. De renouatione Ecclesiæ, tam in communi, quàm in particulari. sermo 27.

Dominica in Septuag. vult Deus omnes saluos facere, serm. 1. vel quomodo quidam cadunt sub actu iustitiæ, aliqui sub actu misericordiæ Dei aliqui sub eius liberalitate. ser. 57.

Dominica in Sexag. de verbo Dei prædicato. ser. 3. vel de verbo incarnato seminato in omni lege & statu. ser. 2. & 24.

Dominica in Quinquag. super historiam vanæ pulchritudinis Absalonis. ser. 4.

Fer. 4. Cinerum, super Esdræ prædicationem. Ser. 8. vel de causis obdurationis. ser. [illegible]

Fer. 5. Cinerum de grauitate peccati super malum pœnæ, vt supra Dominica 2. post Epipha. vel de conditionibus impetratiuæ orationis. Sermo 62.

Fer. 6. de necessitate dilectionis inimicorum ser. 11. vel de causis inductiuis ad dilectionem inimicorum. Sermo 12.

Sabbato, de beata Virgine, habes plures figuras & sermones eius in primo libro ab 11. vsque ad 17. Sermo. vel de confidentia in Deo. ser. 15.

Dominica prima in Quadrag. de pugna spirituali cum demone & eius concupiscentijs. Serm. 26. vel de remedijs contra diabolicas tentationes. Sermo 17.

Fer. 2. 1. Dom. Quadrag. de cognitione propriorum & aliorum peccatorum in iudicio. serm. 18.

Fer. 3. 1. Dom. Quadrag. de orationis necessitate. Serm. 61. vel de abominationibus, quę fiunt in templo Dei, & punitione graui. Sermo 30. & 31. & 32.

Fer. 4. 1. Dom. Quadrag. de anima sponsa Christi, & quomodo adulterat ab eo, qualiterque reducenda sit ad ipsum, &c. Ser. 76.

Fer. 5. 1. Dom. Quadrag. quomodo per peccatum reprobatur peccator à Deo, & datur in manus diaboli, & de septem causis propter quas Deus reprobat iter impiorum, & cæt. sermo. 85.

Fer. 6. 1. Dom. Quadrag. de periculo recidiui. ser. 75.

Sabbato 1. Dom. Quadrag. de beata Virgine habes plures figuras & sermones de incarnatione verbi Dei, vel de gaudio beatorum, aut dotibus eorum. Serm. 79. vel quod à Deo est petẽdum irriguum inferius & superius. Sermo. 80.

Dominica secunda Quadrag. An Deus peccatores exaudiat & de causis non exauditionis orationis. &cęt. Sermo. 63.

Fer. 2. Dom. 2. Quadrag. de desperatione & causis & remedijs eius. Sermo. 41.

Fer. 3. Dom. 2. Quadrag. de indumentis quibus debent esse ornati principes, vel sedentes super cathedram Moysi. Ser. 71.

Fer. 4. Dom. 2. Quadrag. Deus in homine ad virtutes libere operatur, tam effectiue quàm finaliter mouens eum. Ser. 66.

Fer. 5. Dom. 2. Quadrag. de Epulone & Lazaro & de cognitione animarum separatarum. Ser. 14. vel de pœnis inferni spiritualibus & corporalibus. Ser. 46. & 47.

Fer. 6. Dom. 2. Quadrag. de cognitione Messiæ in omni statu. sermo 2. & serm. 24.

Sabbato. Dom. 2. Quadrag. de filio prodigo, scilicet de contritione & differentia contritionis, & attritionis. Ser. 54. & 55. vel de beata Virgine.

Domi-

Digitized by Google

Dominica 3. Quadrag. Quomodo tota creatura est administratiua iustitiæ diuinæ super peccatores. Sermo.59.

Fer.2. Dom.3. Quadrag. de duplici ira, scilicet Dei & hominis. Sermo.65.

Fer.3. Dom.3. Quadrag. de confessione. ser.78.

Fer.4. Dom.3. Quadrag. super calathos plenos ficis bonis, & malis moraliter, quia in Ecclesia sunt boni & mali, & de differentia tribulatorum in ecclesia militanti &c. serm. 77.

Fer.5. Dom.3. Quadrag. de pœnitentia facta in vltimis, scilicet in morte quam sit periculosa cum declarationibus ad propositum. ser.36.

Fer.6. Dom.3. Quadrag. super historiam Caleph, de nobilitate animæ, & quod a Deo petenda est gratia in hoc mundo & gloria in alio, vbi sunt aquæ vbertatis vitæ æternæ. Sermo.80.

Sabbato. Dom.3. Quadrag. de beata Virgine, vt in sabbatis præcedentibus, vel de prudentia principum cum multis perpulchris ad eos pertinentibus. ser. 69.70. & 71.

Dominica.4. Quadrag. de pœnitentia & eius conditionibus. ser.53.

Fer.2. Dom.4 Quadrag de abominationibus Christiani populi ex operibus suis. ser. 27. 29. & 30.

Fer.3 Dom.4. Quadrag. de cognitione cordis, & hic agitur de malignitate iudicij temerarij. ser.49.

Fer. 4 Dom.4. Quadrag. An vnus puniatur pro peccato alterius, & hic plura declarantur ad propositum punitionum. ser.52.

Fer.5. Dom.4. Quadrag. De purgatorio & de suffragijs mortuorum. sermo.50.&51.

Fer. 6. Dom. Quadrag. de Lazaro languido & de operibus bonis mortuis & mortificatis, & an reuertantur per pœnitentiam. ser.48.

Sabbato.4. Dom. Quadrag. de beata Virgine, vt in præcedenti sabbato, vel in quibus virtutibus Christus sit nobis imitandus, & de imitatione sanctorũ qui in Paradiso ecclesiæ sunt plantati ser.42.

Dominica quinta Quadrag. An homo possit dici obstinatus in hac vita, vt non valeat de malo conuerti ad bonum, & multa pulchra ad propositum. ser. 40.

Fer.2. Dom.5. Quadrag. de sacrificio bonorum & malorum apud Deũ super historiam sacrificij Heliæ & sacerdotum Baal. serm.58.

Fer.3. Dom.5. Quadrag. Qualiter Deo potest satisfieri cum sit infinitus, & omnia nostra opera sunt sua. sermo.19.

Fer. 4. Dom. 5. Quadrag. De ouibus Christi. An quis possit cognoscere se esse in gratia Dei. ser.28.

Fer.5. Dom.5. Quadrag de contritione & eius varietate. ser.54 & 55.

Fer. 6. Dom. Quadrag. De causis ruinæ ciuitatum super ollam æneam rubigine obductam apud Ezech. sermo.72.

Sabbato Dom.5. Quadrag. An orationes sanctorum hic & in patria semper exaudiantur. ser.35.

Dominica in ramis Palmarum. De lapide paruo de monte exciso apud Danielem, vide hanc orationem in sermonibus de incarnatione.

Feria secunda Palmarum, de eleemosyna. ser.23.

Feria tertia & quarta habes plures figuras de præparatione ad communionem. ser.81.82.& 83.

In die Paschæ, vide sermonem, quem scripsi in hac die in interpretatione nostra morali Euangeliorum.

Feria secunda Paschæ, de veritate aduentus Christi per sacram scripturam, vide in sermonibus de incarnatione. ser. 24.

Feria tertia Paschæ, de collatione gentilitatis cum Christiano circa Christi mysteria, vide in sermonibus de incarnatione. ser.22.

ORDO SERMONVM APPLICABILIVM AD SANCTOS.

IN festo sancti Andreæ, de modis quibus Deus ad se trahit homines libere. Sermo. 45. 754

In festo Sancti Nicolai, de eleemosyna. Ser. 23. vel de moribus antiquis. ser. 6.

In festo sanctificationis beatę Mariæ, habes plures sermones ad propositum in sermonibus de incarnatione. ser. 11. vsque ad 17.

In festo S. Luciæ de dominio rationis, & appetitus intellectualis supra sensualitatem. ser. 44.

In festo S. Thomę Apostoli, de tribus gradibus fidei. ser. 5.

In festo sancti Stephani, de triplici amore, quo Deus est diligendus. sermo. 25.

In festo sancti Ioannis Apostoli, super visionem Ezechielis, de Aquila. sermo. 34.

In festo Innocentum, de animabus separatis. ser. 14. & in primo libro in fine. serm. 23.

In festo sancti Matthiæ Apostoli, de sublimitate hominis per gratiam super Angelos. serm. 33.

In Cathedra sancti Petri, de dignitate sacerdotali ser. 21.

In festo sancti Thomę de Aquino, super historiam non erat ensis in Israel. sermo. 38. & super arboris Nabuchodonosor pulchritudinem. sermo. 68.

In festo Sancti Petri martyris, super historiam exaltationis Mardochei. ser. 37.

In festo Sancti Gregorij Papæ, de qualitatibus sacerdotum. ser. 22.

In festo sancti Ioseph. omnes in gratia existētes sunt participes omnium bonorum, quæ fiunt in Ecclesia. Sermo. 73.

In festo Annunciationis, vide sermonem de verbo incarnato. An Deus mutatus est in aliquo ex Assumptione humanitatis. ser. 5. vel accipe ser. An fuerit vera mater Dei & hominis, vel interpretationem salutationis Angelicæ in primo libro.

In festo sancti Dominici, perpulchre figuratur ad propositum historia victoriæ Abraham de quatuor regibus. ser. 74.

In festo sancti Augustini, vt superius in festo S. Thomæ de Aquino.

Finis ordinatæ tabulæ per annum Sermonum prædictorum.

Tabula vltra pręscriptas ordinata secundum exigentiam dierum aliquorum Sermonum, tam pro ferijs, quàm pro sanctis, magis vtilium S. Vincentij ord. Præd. ad vtilitatem prædicantium.

DOminica in Septuag. Sermo de triplici opere Dei, scilicet creationis, gubernationis, & redemptionis, vide Dominica 12. post Trinitatem. ser. 1. & si vis adde pro principio sermonis, quòd Deus quadruplici de causa creauit mundum, de hoc vide nostrum sermo. 20. & S. Thom. 1. par. q. 65. art. 2.

Dominica in Sexag. Quanta bona facit verbum Dei prædicatum in anima,

Digitized by Google

ma, Dominica tertia post octau. Pasc. sermo quarto super Epistolam.

Dominica in quinquagesima quin que modis ambulatur per bonam viã ad cœlum, Dominica 6. post trinitatem sermone quinto. Item moraliter, de portis Hierusalem, per quas spiritualiter ascenditur, & ingreditur in vitam æternam, Dominica decimasexta post Tri. sermone.4.

Feria quarta Cinerum de renouatióne spirituali, Dominica. 19. post Trinit. ser.5. vel 8. sunt, quæ concurrunt necessario ad omnem pœnitentiam, Dominica in octa. Paschæ. Et de eadem materia, in Die sanctæ Tri ser. 4. vel de sex operibus pœnitentibus ad lauandum animam, Dominica prima post octa. Epiphaniæ, sermo 3.

Feria quinta Cinerum quomodo peccata inducunt stultitiam mentis, & quòd sunt eius stultitiæ septem. Do minica. 20. post Tri. ser. 4. pro doctrinali tñ principio poteris addere dubium. An cęcitas mentis & hebetudo sensus oriatur ex vitijs, & ex qui bus magis. Et videtur quòd non, quia lumen naturale in intellectu non deficit, quoad homo est compos mentis, & sumus semper liberi ad bonum, & ad malum vsq; ad mortem. Ad qđ respondetur, quòd mortalia peccata cęcant mentem, & hebetant sensus no stros secundum quod Sopho cap. primo dicitur. Ambulauerunt vt cęci, quia Domino peccauerunt. Et hoc etiam persuadetur. Nam cęcus & hebes sensu dicitur, qui non videt pericula, quæ circunstant eum. Sic spiritualiter accidit cęco per mortale con tractum. Nam non videt superius iudicem sibi iratum, non inferius horrendum inferni chaos, non a latere dæ mones eum ad infernum expectantes trahendum, non animaduertit ad ver mem conscientiæ eius, & quòd offenso creatore tota creatura offenditur, vt merito insurgat contra ipsum in vindictam & vltionem. Prima Thesalo. cap. 5. Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus interitus eis superueniet. Item cęcus corporaliter in suo itinere non tenet rectam viam, sed huc illuc ve declinat, quasi vtroque pede claudicans, ita spiritualiter cęcus, contra Dei mandatum ad dexteram & ad sinistram declinat, sicut hirundo vento agitata Deutero. 5. cap. non declinabis neque ad dexteram neque ad sinistram, sed per viã quam præcepit Dominus Deus vester ambulabitis. Vide de hoc Sap. 5. cap. quid miseri cęci per peccatum dicturi sunt in inferno. Vide etiam Isaiæ. 42. cap. circa finem, quia sunt ad propositum, & cuncta ad practicam deducas, Sed quæres quæ sunt illa peccata quæ magis obcecant men tem & sensus hebetant. Vide. S. T. 22. quæst. 15. artic. 3. vel qualiter fidei sit adherendum & credendum, Domi nica in Albis. serm. 5.

Feria sexta Cinerum de quatuor operibus misericordiæ. Dominica 4. post Trinit. serm. 3 & quinto. Item quòd vita christiani debeat esse ordinata circa se, circa pauperes, & circa amicos & inimicos Dominica. 17. post Trinit. ser. primo.

Sabbato Cinerum de confidentia in Deo, & qualis debeat esse, Dominica. 19. post Trin. Sermo secundo.

Dominica prima Quadragesimæ de triplici tentatione, Dominica nona post Trinit. Serm. 5. Et pro prima tentatione vide vt notat Sanctus Vincentius; pro. 2. vide sanctum Tho. 1. parte. quæst. 14. artic. 3. pro 3. tentatione, vide sanctũ Tho. 1. par. q. 82. art. 3. ad serm.

Item de eadem prima Dominica, de spirituali armatura, & modis eius ac defensione castri animæ, Dominica. 21. post Tri. ser. 3. & ser. 4. & ser. 5. eiusdem Dominicæ.

Feria secunda Dom. primæ Quadrag. de iudicij vniuersalis ordinatione, Dominica tertia post octau. Paschæ, serm. primo, & in hac die lune, serm. secundo. Item vide etiam Dominica prima in Aduentu Domini, sermo. primo vel quare datur

æterna pœna peccato mortali temporaliter perpetrato, Dominica prima in Aduentu. sermo.3. circa medium, vbi quærit eãdem quæstionem. Item de eadẽ materia, Dominica 19. ser.3. post Tri.

Feria tertia Dom. 1. Quadrag. super auct. Psalmi, peccatori, autem dixit Deus, quare tu enarras iustitiam meam. Et tu applica in particulari ad mundanos, quos Deus expellet à regno Dei, Dominica tertia post Pascha. ser.2.

Fer. quarta Dom. 1. Quadrag. quòd nostra peccata accusabuntur à tribus in iudicio, & ponuntur plures quæstiones ad propositum, Dominica infra octau. Ascensionis. Sermo primo. Vel quòd Deus de tribus arguet animam post mortem, Dominica tertia post octau. Paschæ. Sermo tertio. vbi etiam habes in prohemio, quòd tota vita Christi fuit ad extirpandum vitia.

Fer. quinta Dom. 1. Qradrag. quòd Deo sit satisfaciendum per debitam pœnitentiam, vt filij Abrahæ simus, & ad cœlum ascendamus, & quibus vijs hæc pœnitentia sit agenda, vt sit Deo accepta. In die Trinitatis. sermo.4.

Fer. sexta Dom. 1. Quadrag. quàm mala & periculosa sit peccatorum vita, Dominica quinta post Trin. ser.4. Et de modis curationis infirmi spiritualis, Dominica tertia Quadragesimæ ser.5.

Sabbato Dom. 1. Quadrag. vide de quatuor dotibus Dominica in Albis. sermo.3.

Dominica secunda Quadrag super illud filia mea male à dæmonio vexatur. Quot modis ligatur liberum arbitrium Dominica quarta post Trinit. sermo. 4. quia per gehennam, de hoc etiam vide S. Thom. 2. sentent. distinctio.7. quæstio.1. artic.2. in corpore, ligatur etiam per culpam, vide S. Thom. 1.2. quæstio 85. artic.1. & artic.2. tertio ligatur per gratiam, quia etiam modicus ignis gratiæ sufficiens est omne peccatum vincere, dulcitur tamẽ trahit quem trahit. vnde christus super illud qui sitit, viuentem aquam Christus dicit, agentem semper, quia semper aliquid boni operatur, & ociositas est siccitatis inditium, spiritus enim sancti gratia cum in mentem intrauit, & firma fuerit, omni fonte magis emanat, & nec deficit, neque euacuatur, neque stat. Videbit quis vtique hoc ad sapientiam Stephani, ad Petri linguam, ad Pauli fluxum inspiciens, nihil enim eos detinebat, sed sicut flumina multo impetu delati, omnia secum trahentes abibant. hæc ille. De his multa in nostris sermonibus dixi. Ligatur etiam per gloriam beatam. De hoc vide S. Thom. 2. sentent. distinctio.7. artic.1. vide etiam si vis, quòd in solo Deo est perfectissimum liberum arbitrium. vbi supra distinctio.25.

Fer.2. Dom.2. Quadrag. super id, in peccato vestro moriemini. Quibus vijs ad infernum descenditur, Dominica 11. post Tri. serm.4.

Fer.3. Dom.2. Quadrag. super cathedram, &c. quòd fides est mortua, sine charitate & sine bonis operibus, Dominica tertia in Aduentu. Sermo secundo circa finem. Item de tribus gradibus fidei Dominica 21. post Tri. ser.2. vel quomodo Christus tribus modis stat cum Ecclesiasticis, Dominica in Albis. ser.7.

Fer.4 Dom.2. Quadrag. Vide expositionem orationis Dominicæ, Dominica quarta post octa. Paschæ. sermo.2.

Fer.5. Dom.2. Quadrag. quòd tres dies per maxime sunt venturi, & diligentur præcogitandi, scilicet mortis, iudicij, & vitæ æternæ. Dominica 25. post Tri. ser.2.

Fer.6. Dom.2. Quadrag. super illud malos male perdet. Quibus datur hæreditas regni Dei. Vide in vigilia Epipha. Sermo primo. vel de cognitione Messiæ primo libr.

Sabbato Dom.2. Quadrag. de quatuor signis certe resurrectionis à peccato,

Digitized by Google

cato,& reconciliationis cum Deo. Dominica 16. post Tri.ser.2. Vel septem opera penitētialia sunt necessaria ad salut.Dom.21. post Tri.ser.1.

Dominica tertia Quadrag. De potestatibus mirabilibus à Deo hominibus collatis fer 6.infra oct.Pasche.sermo.1. Vel de signis & causis ruinæ mūdi & prouinciarū Dominica 2. in Aduentu.ferm.5. Et in eadem Dominica in prohemio,sermo.3.Et per amplius Dominica tertia in Aduentu.Ser.7.in prohemio.

Fer.2.Dom. 3. Quadrag. De tribus causis non exauditionis orationis,Dominica 11.post Tri.fermo.5.Vel quòd Deus quinquies fuit in periculo mortis, in sermo. de Exaltatione sanctæ Crucis.

Fer.3.Dom.3.Quadrag.de sex gradibus Dei misericordiæ.Dominica 4. post Tri.ser.2.

Fer.4.Dom 3. Quadrag. Vide perpulchros tres sermones sancti Vincentij infra octa.sancti Dominici.ser.1.2. & 3. Quomodo prima tria præcepta hominem ordinant circa Deum,secunda tria circa proximum, tertia tria circa iustitiam seruandam in proximum.Et pro his etiam vide Dominica 18. post Tri ser.3. quòd Dei mandata sint animæ ornamentum. Item si vis prędicare de honore parentum, vide duos sermones Discipuli Dominica infra octa. Epiphaniæ, vbi perpulchre in sermo.23.docet, quòd parentes ad sex teneantur filijs & in sermo.24. quòd filij in sex teneantur parentibus.

Fer.5. Dom.3.Quadrag.pulcher sermo de diuersitate locorum, ad quæ damnati deducūtur ex diuersitate demeritorum, feria sexta post Penthecosten.Vel sex sunt necessaria cuilibet infirmo spiritualiter.Dominica duodecima post Trinitat.fermo.2. Vel de decem modis curandi infirmum spiritualiter Dominica 17. post Trinit. sermo 4.

Fer.6.Dom.3 Quadrag. de septem conditionibus vere sapientię christianorum Dominica 2. post Tri.serm.5. Item de signis male mulieris,pulchre discurritur in vigilia Natiuitatis Domini.

Sabbato.Dom.3.Quadrag. Habemus modicum de perfectione,& quòd Deus omnia mala nostra cognoscit, Dominica 2.post octa.Paschæ Et pro doctrinali intellectione huius sermonis vide nostrum vltimum in 2. libro sermonum. An Deus cognoscat nostras imperfectiones, quia Abacuc. 1. dicitur: Mundi sunt oculi tui, ne videant malum, & ad iniquitatem respicere non poteris. Et fatuis virginibus Matth.25. dicitur, nescio vos. In contrarium est Psalm.Delicta mea à te non sunt abscondita.

Dominica quarta Quadrag. De beneficijs nobis à Christo collatis, est enim valde curiosū Dominica 1. post oct.Epiph. ser.4.

Fer.2. Dom. 4. Quadrag. An bona temporalia cadant sub merito,& qualiter diuitiæ sunt fallaces, & qualiter non. Dominica 15.post Tri.ser.1.& 3. pro doctrinali parte. vide sanctū Thomam 1.2.quæst. vlt.articulo vltimo. Deinde prosequere sanctum Vincentium in prædictis duobus sermonib⁹. Et vide etiam quæ dicit in prohemio sancti Andreæ.

Fer.3.Dom.4.Quadrag. de illis qui saluantur & qui damnantur & de causa eorum saluationis & damnationis. Dominica decimanona post Trinita. Sermo. 3. De pueris absque baptismo decedentibus habes aliquas resolutiones in nostris sermonibus. Similiter de damnatis habes solutionem dubij de Traiano, pro quo orauit Gregor. in nostro sermone de obstinatione. Item de paganis secundum legem naturæ viuentibus non audito Christi nomine an saluarentur. Vide S. Tho. Rom. capitulo 10.lectione 3.super illud,sed dico nunquid non audierunt, & secunda sentent. distinctio. trigesimanona, quæstio.prima,articu.2.ad quartum.

Feria quarta Dom.4. Quadragesi.

Digitized by Google

Tribulationes sunt patienter sustinendæ. Dominica.16. Serm.6. est ser. pulcher.

Feria quinta Dom. 4 Quadrag. De quatuor locis decedentium ex hac vita. Dominica. 17. post Trinit. Ser. 2. Item de veritate purgatorij Dominica prima in Aduentu Domini. Ser. tertio circa finem. Item de quatuor modis morientium Dominica in Septuagesima, Ser. 2. Item de quatuor conditionibus in purgatorio existentium Dominica. 11. Ser. 2. post Trin. Item Dominica. 15. post Tri. Ser.2. declaratur quomodo quidam in purgatorio assimilantur stipulæ, quidam fœno, quidam ligno. Et Dom.5. post Trini.Ser. 2. pulchra dicit de animabus purgatorij. Itē super hoc euangelium habes pulchas quæstiones cum suis declarationibus Dñica.16. post Tri Ser.1.Et ibi etiam habes perpulchras mortalitates.

Feria sexta Dom. quarta Quadrag. Quomodo somnus peccati maculam in animam inducit,& quomodo ab ea sit resurgendum, Dominica prima in Aduentu serm. 5. Sed sic ordina eum primo quære an & quomodo peccatum causat tenebram in anima. Vide S. Thom. 1. 2.quæst. 86. artic. 1. Deinde prosequere, quòd merito pèccator somno assimilat Eph.5 cap. exurge qui dormis, & exurge à mortuis, & idem Prouerb. 6. cap. Et hoc merito,primo quia sicut somnolentus voluntarie se ad dormiendum deponit, ita omnis peccans, quia dicit Bernardus tolle voluntatem, & infernus non erit, &c. Secundo quia omnis dormiens est semimortuus, ita peccans mortaliter non est viuus, vt superius Paulus dixit, quia mortuus est spiritualiter. Bernardus vita sine fructu grauior est morte, & Ambro. Melius est peccatoribus male' agentibus mori, quàm in peccatis diu viuere. Tertio dormiens non timet, ita miser peccator dum in profundum peccatorum venerit, iam non timet, scilicet mala futura. Practica propterea dicit scriptura, memorare nouissima, & in æternum non peccabis. Quarto peccator pascitur transitorijs sicut in somnis chimeris. Vide de hoc Sap. 5. cap. & Psal. Nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis. Quinto peccatum mortale sicut & somnus ociositatem inducit, vt habetur Prouerb. 5. cap. 6. sicut dormientes ligantur omni operatione sensitiua, ita peccator nullum bonum viuum & meritoriū facit, vt hic declarat Sanctus Vincentius. Septimo sicut dormiens nullum sentit saporem, ita miser peccator nullam spiritualem dulcedinem, sed dicit cum Hebræis super manna, nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo, & recordabantur de cibis Ægyptiacis, idest voluptatibus, in tenebras exteriores inferni, & interiores mentis, eos proijcientibus. Et quomodo sit surgendum ab hoc somno, hic perpulchrè. S. Vincentius declarat. Vide etiam de modis curationis infirmi spiritualiter superius, Dominica tertia, feria quinta Quadrag. Ser. primo,& secundo.

Sabbato Dominica 4. Quadrag. Quomodo Deus est prope, & quomodo longe a peccatoribus cum sit vbique &c. Vide Dominica secunda in Aduētu, Ser. 7.& in Dominica.5. post Trinit. Ser.1. Vide etiam de hoc in festo S. Matthiæ Apostoli in ꝓhemio.

Dominica.5. Quadrag. De septem cōditionibus peccatorum, de quibus graue fit iuditium deficiente humana iustitia. Dominica infra octa. Ascensionis.Ser.1.Et est super auctoritatem Micheæ sermo pulcher.

Fer.2.Dom.5. Quadrag. De periculis peccati mortalis ligantis hominē, ne possit bona facere, Dom. sexta post Trinit. Ser. 3. Et vide pro doctrinali introductione. S.Th. secundo sen. dist. 28.q. 1. art. 1. circa finem in corpore, & ad tertium,& quæ addit prima secundæ.q. 109.& art.2.ad primum.

Fer. 3. Dom. 5. Quadrag. De quatuor causis cadendi in peccatum etiā bonis viris Dom.9. post Tri. Ser.4.

Fer,4.

Digitized by Google

Fer.4.Dom. Quadrag. De quatuor signis spiritualibus .s. caracteribus, quos Deus dedit hominibus in nouo testamento, sicut figuraliter dedit in veteri. Dominica in Albis Ser. 6. Itē Dom.5 post tri.Ser.5.de quatuor conditionibus personarum, quæ benedictionem hæreditate possidebunt, vel de gradibus bonę vitę, ꝑ quos potest cognosci, quis sit in gratia Dei. Dom. 17.Ser.3.Itē de cognitione huius gratiæ. Dominica.8. post tri.Serm.6. per totum.

Fer.5. Dom.5. Quadrag. Dom. 14. post tri. Ser. primo ꝙ vera pœnitentia consistit in numero denario, circa finem sermonis, & plura alia in eodē sermone ad propositum præmittit.

Fer.6.Dom.5.Quadrag. Quomodo Christus ꝑtulit peccata nostra in suo corpore, & perpulchra significatio totius eius passionis. Dominica prima post octa.Paschæ.Ser.3.

Sabbato.Dom.5.Quadrag. De modis orādi feria.2. in rogationibus. Ser. tertius. Item de conditionibus orationis.Dominica.5.post tri. Ser.6. Et sūt pulchri sermones.

Dominica in Ramis palmarum de quintuplici fletu Christi. Dñica 10. post tri.Ser.3. vel de gradibus Dei misericordię, Dominica quarta post tri. Ser.6. est pulcher Sermo.

Feria.2. Palmarum. De eleemosina vt supra in feria.6. Cinerū, vel quòd debitores sumus Deo proximo, & nobis ipsis.Dom.8.post tri.Ser.5.

Feria tertia Palmarum de tribus salutiferis orationibus ex sacra scriptura, scilicet publicani, Centurionis, & Villici.Dominica.22.post tri.Ser.3.

Fer. 4. Palmarum habes de sacramento Eucharistiæ plures sermones in festo corporis Christi, & in octa. eiusdem festi.

Fer.5. Palmarū de 7. plagis Christi in cruce.Dominica prima post oct.Paschę.Ser.3.

F. 2. Paschæ de quinq; cautelis necessarijs cuilibet ꝑegrināti moraliter. D. 20.post tri.Ser.6. Sed quære si vis ꝑ principio an beatitudo hoīs possit cōsistere in aliquo bono creato, S. Th. prima secundæ.q.3 art.8.

Fer. 3. Paschæ de triplici pace habenda.Dom.in Albis.Ser.2. vel dic de effectibus quos gratia Dei facit in homine, & ibi in principio perpulchrè declarat an possimus bona opera facere pro vita æterna absq; gratia, est pulcher sermo, & doctrinalis.

Dñica 1. in Aduentu Dñi de gradibus scalæ Iacob, suꝑ quam visus est Deus innixus. Dominica in quinquagesima.Ser.3.per totum, pulchra moralizatio.

Dominica.2. de quibus sit reddenda ratio etiam in iudicio particulari post mortem.Dom.9.Ser.2.

Dominica.3. in Aduentu de lepra spūali, Dñica.2.post oct.Epiph.Ser.2.

Dñica.4. in Aduentu de quintuplici Baptismo Dñica infra octa. Ascensionis.Ser.4.

In die nati. Christi, de triplici generatione Christi, vbi etiam perpulchrè declaratur de prædestinatione Dominica. 18.Ser.2.post tri.

In festo.S. Andreæ Apostoli de modis quibus Deus nos trahit ad se, feria quarta post Pente. Ser. vnico, & multa per totum ad propositum.

In festo sancti Nicolai quale debet esse cor christiani, & est sermo perpulcher appropriabilis ad quemlibet sanctorum, Dominica.16. post tri. Ser.7. vel de moribus primitiuę Ecclesiæ & & nostri temporis. Vide eam in festo sancti Ioannis Baptistæ, Sermo.2.

In festo sanctæ Luciæ quare vigilandūm sit in hoc mundo, vide in oct. Sancti Dominici Serm. primo. Vel de quatuor necessarijs ad recipiendum lucem spiritus sancti, vide in die Pentecostes sermone primo, & vide, pro hoc sermone pulchram figuralem practicam super columbam Noe in fine sermonis in vigilia eiusdem festi, quo modo columba idest spiritus sanctus in nullo statu inuenit vbi reclinaret.

In festo S. Thomæ Apost. de septē secretis, ꝙbus extirpantur oēs errores

in fide,& est totus sermo moralis, Dominica.8. post tri.ser.3. vel de tribus gradibus charitatis Dominica infra octa. Ascensionis.Ser.6. Et vide etiam superius de fide ser.4.Cinerum.

In festo sancti Stephani prothomartiris de modis dilectionis proximi,Dominica secunda post tri. Ser. 6.

In festo sancti Ioannis Euangelistę de 7. causis, propter quas, quis a Deo diligitur in die eiusdem festi,vel quòd à Deo sint omnia tam spiritualia quã personalia opera, & nos sumus sicut aër tenebrosus, in quo totum lumen est à sole, ab ipso autem tenebra Dominica 13.Sermo.3.

In festo sanctorũ Innocentium Dominica prima post octa. Epiphaniæ Sermo secundo tribus conditionibus personarum Deus manifestat gloriam suam,quando decedunt.

In festo sancti Antonij Abbatis de 8. virtutibus per quas in regnum Domini datur introitus.Domini. 15.post tri.Ser.5.

In festo sancti Sebastiani de triplici timore Dei. Dominica secunda post octa. Paschæ. Ser. 5. & habebimus ab eo multa bona si in nobis fuerit.

In festo sancti Vincentij martiris p pulcher Sermo. de quatuor conditionibus personarum, quæ ascendunt in cœlum, & quibus virtutibus, Dominica.11.post tri.Ser. 3. Et pro principio,si vis quære. An opera primi hominis fuerint minus efficatia ad meritum,quàm opera nostra. Vide. S.T. prima parte. q.95.ar.4.

In festo conuersionis sancti Pauli de modis qbus Deus vocat ad se peccatores. Dominica secunda post tri. Ser.3.

In festo sancti Blasij, de quibus fit magnum festum in Paradiso feria. 5. post Penthe.

In festo sancti Matthię Apostoli de dispositionibus ad recipiendum gratiam spiritus sancti, vt supra in festo sanctæ Luciæ scripsi.

In Cathedra sancti Petri vide superius feria.3. Dom. 2.Q. Quomodo Chrs tribus modis stat cũ Ecclesiast.

In festo.S.T.de Aquino. Quòd sancti in Paradiso sint similes Angelis. Dom. 18.Ser.primo post tri.

In festo sancti Benedicti de nobilitatibus hominis, & quibus vijs in cęlum proficiscitur. Dom. 2. post tri. Ser. 4. & hic ex.2. sen. potest quærere pulchras. q. cuius causa Deus hominem creauit,cum omne agens agat ppter finem,& ibi finis non sit ad extra. Item habes vbi supra, quare Deus distincte diuersas creaturas distinxit.

In festo sancti Gregorij. Quas proprietates debet habere anima, vt reponatur in cœlo.Dom.23.Ser.3. vel de donis spiritus sancti feria secũda post Penthe.

In festo sancti Ioseph, bonum opus nec incipere nec prosequi nec perficere possum⁹ absq; gratia Dei. Dom.22. post tri.Ser.5.

In festo sancti Vincentij vel Apostolorũ de tribus retributionibus,quas Deus dat bonis vel malis operibus in hoc mundo in morte & in iudicio,vel ad propositum sancti Vincentij accipe aliquem sermonem ex notatis superius.

In festo sanctæ Catherinæ. Deo quatuor dare debemus .s. cor, os, corpus & bona opera, est pulcher sermo. Dom. infra oct. Ascensionis.Ser.5.

In festo sancti Antonini de tribus gradibus charitatis. Dom. infra octa. Ascensionis Ser. 6. vel de cognitione gratiæ vt superius notaui fer.4. D. 5. Quadragesimæ.

In festo sancti Petri martiris, Deus vult octo a nobis vt saluemur. D. 24. Ser.3.& Dominica oct. post tri. Ser.4. q tria Deus vult a nobis vt saluemur. Et sub alijs verbis idem vide. Dom. infra oct Epiph. Ser. primo.

In festo Apostolorum Philippi, & Iacobi Deus diuisit & dat nobis in mẽsura quatuor. Et ibi de fide perpulchrè discurritur. Dom. infra oct. Epipha.Ser.3. De sancta Trinitate in eodem festo habes perpulchros sermones.

In

In festo sancti Thomæ de sex virtutibus propter quas Deo placemus, & applica quæ sanctus Vincentius notat in festo sancti Nicolai.

In festo sancti Dominici plures pulchros sermones ponit per totam eius octauam.

In festo sancti Frãcisci, vt superius notaui in festo sanctæ Catherinæ.

In festo sancti Matthæi Euangelistæ vt superius de vocationibus & diuinis attractionibus, vt in die sancti Andreæ notauimus.

In festo sancti Hiero. nostra conuersatio est in cælo Dominica.23.post tri. Ser.4.

In festo sancti Martini de operibus misericordiæ, vt in 6.fer.Cinerum, & 2.Palmarum.

In festo omnium sanctorum homines assumuntur ad choros Angelorũ, & quibus vijs. Sabbato post Ascensionẽ. Vide etiam Dominica prima post Pascha. Ser. secundo vbi pro pleniori doctrina quære ex sancto Th.2.sen. di. 9.q.prima.art.2.Et prima par. q.108. art.8.an homines assumantur ad choros Angelornm.

In festo mortuorum de tribus conditionibus decedentium Dominica, 9.post tri.fer.6.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS.

A

Astrologia iuditialis. 21.1
Adulationis damna. 82.1
Adoratio Dei. 84.1
Anima iusti sedes Dei. 85.2
Animæ plantationes. 88.1
Animæ fructus. 89.2
Animæ cultus. 89.2
Appetitus vetitorum. 94.1
Apostolorum martyria. 103.1
Auaritia impedimentum prædicationis. 108.1
Auxilij diuini confidentia. 147.2
Aduentu Christi commouentur homines. 162.1
Auersio hominum à bono opere. 164.1
Auaritia impedimentũ cognitionis. 108.1
Anima christiana sponsa Christi. 167.2
Adulterium animæ. 167.2
Audire verbũ Dei necesse est. 172.1
Acceptare personas non debent Ecclesiastici. 179.1
Anima quomodo custodienda ne adulteretur. 187.1
Aquirēdi regnum Cælorũ modus. 211.1
Animæ ornamenta. 220.1
Animæ custodia. 220.2
Accepus est nemo propheta in patria sua. 239.1
Adulterātes à Deo genera tria. 257.1
Adultera non adulter iubetur lapidari. 264.2
Afflict. consoland. 288.1
Auersio & conuersio quid. 301.1
Actionis passionisq; Christi. Sufficientia pro humana redemptione. 327.2
Agonia Christi & eius causa. 336.1
Abundantia donorum per Christum incarnatum, & eius matrem. 446.1
Angelorum peccatũ irreparabile. 480.2
Adam quomodo imposuit nomina animalibus, illisq; dominabatur longe distantibus. 492.1
Arma in spirituali pugna. 550.2
Appropinquare quomodo dicatur Deus. 565.1
Animæ separatæ cognitio. 598.1
Animarum separatarum apparitiones an veræ. 600.2
Apparitionum bonarum & malarum regula. 602.1
Animæ an ex limbo appareant. 602.1
Animæ decedentes in solo originali. 602.2
Auxiliũ Dei quomodo implorandũ. 609.2
Angelorum cognitio. 647.1
Angelorum operationes. 648.1
Adæ desiderium pro Christi incarnatione ante peccatum & post. 649.2
Amor Dei triplex. 653.2
Amicitia fallax. 654.1
Amor Dei verus. 657.2
Amoris Dei modi sex. 659.2
Abbominationes Hierusalem & illius ruina. 674.1
Abbominationes christianorum. 676.2
In anima christiana vita Christi non abbominationes sunt delineandæ. 679.1
Anima christiana quibus monstruositatibus depingatur. 680.2
Auersio christianorum à Deo. 684.2
Angelorum veneratio. 688.2
Angelorũ numerus apud christianos. 690.2
Assensus animæ, ad Dei cognitionẽ. 704.2
Anima reflexiuè cognoscit Deum causam suam. 705.1
Animæ pulchritudo ex virtutibus. 708.1
Apparitiones bonorum malorũq; dæmonũ hominibus in morte. 743.1
Auxiliũ Angelorũ prs morientibus. 745.2
Appetitus cum illius motuum declaratione. 747.1
Animæ quibus modis soluantur a purgatorio. 788.2
Attritio quid sit. 814.1
Attritioni necessario nõ inest gratia. 814.1

Attri-

Attritus fit contritus vi clauium, nisi po natur obex. 815. 2
Agentia tria in natura distincta in modo operandi. 820. 2
Audatia prædicatorum in prauos homines. 833. 2
Angelorum officia. 838. 2
Angeli aliquando ab hominum custodia desistunt. 839. 1
Angeli boni quandoq; sunt ministri in puniendis hominibus. 839. 2
Anima per caritatem Deo iuncta qualis. 870. 1
Anima per peccatum gratia priuata qualis. 870. 1
Anima adultera quomodo ad Christum reuertatur. 900. 1
Animæ nobilitas demonstratur. 917. 1

B

BVcellæ Iudæ porrectæ consideratio. 334 2
Balthasar occisio. 413. 1
Britaniæ regis exemplum curiosum. 655. 1
Beatitudo vna & plures. 910. 1
Beatis se Deus communicat naturaliter et voluntariè. 911. 1
Beatitudinis diuersitas. 911. 1
Beatorum gaudia. 911. 2
Beatorum aureolæ. 912. 2
Beatorum dotes. 914. 2
Beneficia duodena in sacramenti Eucaristiæ communione. 922. 1

C

CVriositatis censura. 3. 2
Christus cur ex virgine. 4. 2
Creatura omnis insurgit contra insensatos. 19. 1
Casus & fortuna. 19. 1
Cithara in luctum conuersa. 24. 1
Casus prælatorum. 34. 2
Cognitio & affectus, legati ad Deũ. 49. 1
Cognitio sui. 49. 1
Contemptus voluptatum ex miseria propria. 57. 1
Castitatis conseruatores. 71. 2
Coniugatorum documenta. 71. 2
Consilij necessitas. 81. 2
Consiliorum damna. 82. 1
In consilijs veritas detegenda. 82. 1
Consortia mala euitanda. 83. 2
Cultus animæ. 89. 2
Cautelæ omnium hominum. 94. 1
Consideratio miseriarum senum. 95. 1
Cæcitas spiritualis vnde fit. 112. 1
Contemplatio pass. Christi frænum dissolutionum. 125. 2
Cæcus spiritualiter. 125. 1
Conscientiæ lotio. 130. 1
Cor hominis ibi est vbi thesaurus. 132. 1
Conscientia inordinata grauissima res est. 139. 2
Confidentia auxilij diuini. 147. 2
Commotio hominis ad salutem per Christi Aduentum. 158. 1
Condemnatio Christianorum comparatiua. 167. 1
Commutatio pessima hominum. 186. 1
Custodia animæ ne adulteret. 187. 1
Conscientiæ bonæ securitas. 188. 2
Conscientiæ malæ inquietudo. 188. 2
Cathedræ Moysi quibus conditionibus præsidendum. 205. 2
Custodia animæ. 220. 2
Crucifigere Christum per prauos christianos. 222. 1
Conuersatio hominũ, quãdo fugiẽda. 235. 2
In communitatem peccantes. 242. 2
Cultus interior erga Deum. 249. 2
Cibus spiritualis sollecite q̃rendus. 262. 1
Christus quæ prædicauerit. 265. 2
Christi tribulationes imitandæ. 268. 1
Christi diuersio ad suos. 272. 2
Confidere in homine non est tutum. 276. 1
Christi potentia. 297. 2
Consolandi afflicti. 288. 1
Condemnandus nullus in hac vita. 288. 2
Consuetudo in peccatis. 289. 2
Christus in quibus sit imitandus. 292. 2
Correctio fraterna amplexanda. 294. 1
Christi recessus hominibus malus. 296. 2
Christus à quibus inueniatur. 297. 2
Conuersio & auersio quid. 301. 1
Conuersio Magdalenæ qualis. 308. 1
Cõsiliarij boni principibus necessarij. 313. 1
Creatura tota inuitat ad planctum. 337. 1
Christi actionum ac passionum sufficientia per humana redemptione. 327. 2
Causa dolorum Christi. 330. 2
Christi cum matre sua colloquium. 333. 1
Christi agonia. 336. 1

Captu-

Digitized by Google

Captura Christi. 339. 1
Christi patientia. 339. 1
Christi flagellatio & derisio. 340. 2
Christus in morte misericordiam ostendit, quam in vita prædicauit. 345. 1
Christi depositio à cruce. 346. 2
Christi testamentum. 360. 1
Cognitio personarum diuinarum quo ad Philosophos, et quo ad Theologos. 400. 1
Custodia Dei contra Hebræos. 414. 1
Christus vir pauper & sapiens liberauit hominem. 441. 2
Christus non fuit decimatus vt leui in Abraham. 479. 2
Christus sub lege quomodo dicatur. 482. 2
Christi vita exemplar morum. 484. 2
Christianorum cum gentilitate comparatio. 506. 2
Christus quos defectus assumpsit in homine. 513. 2
Christi pbationes q verus esset De⁹. 523. 2
Christi mysteria omnia per scripturas ostẽduntur. 535. 1
Christi vita tota 532. 1
Contritione duplici vani homines conuertuntur. 559. 1
Cognitionem Dei habuerunt Philosophi quinq; vĳs. 560. 2
Cognitionibus tribus naturalibus inesse potest error. 562. 1
Credenda q̃uo sint quæ fidei sunt. 563 1
Culpæ malum. 578. 2
Causa mali Deus & quomodo. 580. 1
Certitudo remißionis peccatorum ex inimicorum dilectione. 592. 1
Cognitio animæ separatæ. 599. 2
Creaturarum vsus. 606. 1
Cognitio delictorum in iuditio. 620 2
Creationis mundi causa. 629. 1
Cognitio Angelorum. 647. 1
Christianorum prima punitio. 676. 1
Cognitionis qua triplex gradus. 692. 1
Cognitionis Dei quatuor viæ. 693. 2
Cor hominis prauũ & inscrutabile. 777. 2
Cognitio mutua animarum & Angelorũ circa conceptus suos locorum distantia non impedita. 778. 2
Contritionis diffinitio. 809. 2
Contritionis mentalis dolor. 810. 1
Contritio in purgatorio qualis. 812. 1
Cõtritionis & attritionis differẽtia. 814. 1
Contritio quid. 814. 1
Contritio est necessario cum gratia, attritio autem non. 814. 2
Contritus fit ex attrito vi clauium nisi obex ponatur. 815. 1
Contritionis veræ signa. 816. 2
Confessorum instructio pro audientia confeßionum. 816. 2
Confitẽtibus peccata q̃ requirãtur. 817. 2
Confitentium peccata sua voluntas præsens à Dei iudicatur, non discursus vanus de futuro. 818. 1
Contritio venialium qualis. 818. 2
Cadere sub Dei misericordia iustitia, liberalitate. 828. 1
Creaturæ intellectuales diuersimode sub diuinis attributis cadentes. 829. 2
Creaturæ omnis ministerium contra homines. 828. 1
Creatura quadruplex. 838. 1
Christianorum ruina vnde sit, ex D. Hieronymo. 845. 2
Comminationum Dei terminus timendus. 861. 1
Coacta seruitia Deo non placent. 867. 2
Causæ subuersionis vrbium ac prouintiarum. 888. 1
Corporis mystici ad naturale pulchra similitudo. 894. 1
confeßio tractatur. 906. 1
Ad confeßionem adhortatio. 908. 2
christianus quærat gratiam Dei, non temporalia. 919. 1
communionem præcedentia. 924. 2
in cõmnnionis actu quæ meditanda. 925. 1
communionem subsequentia. 925. 2
à communicantibus quomodo agnus sumendus est. 926. 1
à communione exclusi. 928. 1
communicantes indigne. 928. 2
cithara Dauid moraliter interpretata. 932. 1
cognitio Dei triplex. 933. 1
cognoscit Deus nostras imperfectiones, culpas etiam & pænas. 933. 1

D

Dæmonum tentationes contra homines morientes. 16. 1
Deuotio erga Mariam. 70. 1

Digitized by Google

Dilectio proximi. 142. 1
Dilectio Dei quanta, & qualis. 168. 2
Dolor Ecclesiæ parientis. 196. 1
Demonum habitatio populus malus. 198. 1
Deum elongari ab aliquo maximum illi malum est. 200. 2
Diabolica deceptio. 209. 1
Diuitiæ cum peccato, & cū merito. 213. 1
Discordiæ malum. 231. 1
Diuersio Christi ad suos. 272. 2
Dolorum Christi causa. 330. 2
Derisio Christi etiam flagellatio. 340. 1
Depositio Christi à cruce. 346. 2
Descensus Christi ad 4. loca inferni. 348. 1
Degenerandum non est propter animæ nobilitatem. 369. 1
Deo tribuendæ sunt creaturarum perfectiones. 386. 1
Desponsatio virginis declaratur. 419. 2
Donorum abundantia per Christum & eius matrem. 446. 1
Decimatus non fuit Christus in Abraham vt Leui. 479. 2
Dona status innocentiæ. 486. 1
Dæmonū nomina ex sacra scriptura. 571 2
Dilectio inimicorum. 586. 2
Dilectionis signa necessario exhibenda. 587. 1
Dilectionis amicorum & inimicorum differentia. 590. 1
Deus eleuatus super solio ad malorum punitionem 591. 1
Damnati si videant beatorū gloriā. 604. 2
Deo soli fidendum simpliciter, hominibus autem cum cautela. 605. 2
Deus fidelis in promißionibus. 607. 1
Deus circa promissa temporalia, animæ salutem respicit. 608. 1
Deo debemus gratiarum actionem, dolorē, emendationem. 625. 2
Dilectio Dei triplex. 653. 2
Difficultas discernendi habitus naturales ab actibus gratuitis est similitudo inter eos. 673. 2
Damnatio sua nulli reuelatur nisi sub conditione. 702. 1
Deus quid secundum Philosophos. 720. 1
Diaboli conatus contra bonū semen Christi, & seminatores illius. 720. 2
Doctrinæ diui Thomæ laus. 720. 2
Desperatio & spes. 735. 1
Desperationis causa. 736. 1
Dæmones quō assumant corpora. 743. 2
Dæmon Christo in morte apparuit. 744. 1
Deceptiones dæmonum. 744. 2
Dominium supra appetitum. 751. 2
Dæmonum vincula contra homines. 774. 1
Dei pietas erga peccatores. 802. 2
Dolor pænitentis. 805. 1
Dolor duplex in pænitentia. 811. 2
Dari in reprobum sensum quomodo intelligatur. 821. 2
Diabolo quomodo resistendum. 825. 1
Dei misericordia, iustitia, liberalitas, sub quibus homo cadit. 828. 1
Deus vno nomine nominabitur in cælo. 829. 1
Deum ex creaturis tripliciter cognoscere. 829. 1
Dæmones in bonum, quandoq; & in malum sunt ministri. 840. 1
Damnationis & obstinationis ordo. 870. 2
Dona spiritus regibus necessaria. 876. 1
Docibilitas principibus necessaria. 880. 2

E

Ecclesiastici cælo aßimilantur. 31. 1
In Ecclesia Sol Luna, & Stellæ. 31. 2
Ecclypsis prælatorum. 32. 2
Ecclesiasticorum mores. 34. 1
Equiualens Deo, parentibus & magistris. 45. 1
Exinanitio Christi ꝑpter homines. 79. 1
Eleemosina. 129. 2
Eleemosina. 146. 1
Exire Dei. 87. 2
Educatio filiorum. 92. 1
Ecclesiastici non debent esse acceptatores personarum. 179. 1
Excitat Christus male habituatos ad surgendum. 179. 2
Excitatio ad orationem. 192. 2
Ecclesiæ pietas erga peccatores. 195. 1
Ecclesiæ parturientis dolor. 196. 1
Elongari Deum ab aliquo malum maximum. 200. 2
Ecclesiæ præsidens malus quantum noceat. 204. 2
Epulari quando liceat. 213. 1
Eucharistiam antecedes præparatio. 273. 2
Ecclesiarum reuerentia. 274. 1

Eccle-

Ecclesiæ purgatio. 275. 1
Exaltatio malorum ruina populi. 316 1
Eucharistiam sanctam præcedens præparatio. 319. 1
Entium quatuor gradus, & quatuor modi generationis. 384. 1
Emplastrum triplex dedit Deus humano generi. 393. 1
Entiũ in natura destinctio pulchra. 424. 2
Exinanitio Dei propter hominem. 426. 1
Exinanitio Dei stupenda propter hominem. 439. 2
Euæ peccatum. 486. 2
Eua se nudam nouit. 486. 2
Eua cur credidit serpenti. 491. 1
Errantes in fide ex simplicitate 563. 2
Errores circa fidem. 563. 2
Ecclesiæ mores in orientali & occidentali. 564. 1
Eucharistiæ communicationis ritus secundum diuersa tempora. 566. 2
Ecclesia primitiua virtuosa. 566. 2
Aetates hõiũm quales esse debeant. 566. 2
Ecclesia nostrorum temporum. 568. 2
Exercitij vtilitas. 616.
Ecclesiæ militantis ad triumphantem in gubernatione comparatio. 534. 1
Eleemosinæ necessitas, & vtilitas. 641. 2
Eleemosinam suadentia. 645. 2
Ecclesiæ renouatio in omni statu. 665. 2
Exaltatio humanæ naturæ. 688. 2
Elementorum, cælorumque ecceßus mutuus. 690. 2
Euangelistæ figurantur. 695. 1
Ezechiæ ægrotationis causa. 853. 1
Excitatio Dei ad opera bona. 864. 2
Excitatio ad malum. 866. 2
Eucharistiã præcedens præparatio. 921. 2
Flagellum Christi in purgatione templi. 275. 1
Fidere hominibus non est tutum. 276. 1
Flagella quot modis eueniant. 280. 1
Fidei excellentia & laus. 291. 1
Festa sanctorum. 302. 2
Fauor popularis fallax. 319. 1
Fructus mortificationis Christi. 323. 2
Figura mortis Christi. 327. 1
Flagellatio Christi, & derisio. 340. 2
Filius in patre quomodo sit. 367. 2
Filiatione sex requisita Deo conueniunt. 386. 1
Figuratio incarnationis Dei. 419. 1
Figuli vas. 424. 1
Filius Dei quatuor nominibus vocatur. 439. 1
Filiationis veræ signa, & cõditiones. 508. 1
Fidei gradus. 560. 1
Fidei omnes articuli in duobus D. Pauli continentur. 561. 1
In fide dubius cum mortali, & sine mortali. 563. 2
Circa fidem errores. 563. 2
Flagellorum vtilitas. 585. 1
Fidendum Deo simpliciter hominibus autem cum cautela. 605. 2
Fidelis Deus in promißis. 607. 2
Fidere amicis quomodo. 610. 2
Fortitudo Diaboli pugnantis cum homine. 662. 2
Flagellorum cur indeterminata pronuntiatio. 668. 1
Finis duplex. 711. 2
Fœdus in baptismate protestandum à prædicatoribus. 868. 1
Flagella Dei contra delinquentes, signa sunt illius ira in eum. 904. 2

F

FOrtuna & casus. 19. 2
Flagella Dei stultorum fræna. 58. 2
Flagella Dei in christianos prauos. 62. 1
Fidentes hominibus non Deo lumen gratiæ amittunt. 81. 1
Fructus animæ. 89. 1
Filiorum educatio. 92. 1
Photinus Philosophus. 92. 2
Frænum appetitus contra vetita. 95. 2
Festorum obseruatio. 273. 2

G

GRatia vigilantibus conferũtur. 80. 2
Gratiæ subtractio. 81. 2
Generis nobilitas sine moribus nihili est. 173. 1
Grauitas peccati. 173. 2
Gregem pascere. 197. 1
Gratiæ signa. 296. 1
Gesta sanctorum. 301. 2
Gratiæ gratis datæ malis propter quid conferantur. 316. 1

Digitized by Google

Generationis modi quatuor, sicut entium quatuor gradus. 384. 2
Generatiua virtus probatur in Deo. 385. 2
Generatio in statu innocentiæ. 490. 1
Gratiæ Dei Vigor. 612. 2
Gratia gratis data propter alios
Gratum faciens propter seipsam. 670. 2
Gratiæ gratis datæ cum causis finalibus. 671. 1
Gratiæ omnes gratis datæ in D. Thoma Aquinate. 671. 2
Gratiæ gratum facientis cognitio. 673. 1
Gradus pœnitentiales. 806. 2
Gratia si adsit vltimo pœnitentibus. 827. 1

H

HVmiliatur homo Deo suo imperfectionũ multitudine considerata. 57 2
Hominũ omniũ cautelæ admirabiles. 93. 2
Hypochrisis vana. 124. 1
Habituatorum male, periculas. 179 2
Hominibus fidere non est tutum. 276. 1
Humilibus Dei secreta reuelantur. 278. 1
Hebræi custoditi à Deo. 414. 1
Humanitas in diuinitate posita declaratur. 419. 1
Humanitas Christi instrumentum eius intrinsecum. 445. 2
Hebræa lingua erat Adam. 565. 2
Humilitatis virtus. 615. 2
Hominis dignitas super Angelos, ideo non est degenerandum. 691. 2

I

INcarnationis causa. 2. 1
Incarnationis tempus. 2. 1
Incarnationis temporis rationes octo. 3. 1
Iuditialis Astrologia. 21. 1
Iuditium signa præcedentia. 23. 2
Iudices peruersi in sanguinem vertuntur vt Luna. 27. 2
In Ecclesia est Sol, Luna, Stellæ. 31. 2
Ingratitudnis malum. 44 1
Ingratus qui nõ meditatur beneficia Dei, & propriam ingratitudinem. 45. 2
Imitatio Christi. 53. 1
Instabilitas hominis Dei timore frænata. 58. 1
Imitatio Christi & sanctorum, ac proborum hominum. 60. 2
Imitatio viduarum sanctarum. 74. 2
Ingratitudo hominis contra Deum. 86. 2
Impedimenta prædicationis. 108. 1
Iubileum veteris legis. 119. 2
Ieiunij vtilitas. 128. 2
Ingrati christiani reprobantur. 136. 1
Imploratio sanctorum. 139. 2
Inimico remittere vtile est & necessarium. 143. 2
Inimicis parcere suademur. 142. 2
Iuditium vniuersale. 158. 1
Inuidia prosequitur virtutes. 164. 1
Induratio prauorum per signa. 165. 2
Inquietudo malæ conscientiæ. 188. 2
Inuidiæ malignitas. 230. 1
Incorrigibilitas. 232. 2
Iræ hominis malum. 240. 2
Inueterati peccatores. 243. 1
Iudicantes aliorum facta. 245. 1
Ingratitudo aduersus prædicatores. 261. 1
Iudicium temerarium. 279. 2
Instabilitas peccatorum. 285. 2
Imitatio Christi. 292. 2
Inuenire Christum. 298. 1
Iudicibus prauis comminatio. 314 2
Iudicum considerationes. 314. 2
Indurantur praui propter signa. 315. 1
Ingratitudo fuit ruina Hierusalem. 320. 1
In Iudam contemplatio. 331. 2
Iudæ malignitas in Christum. 334. 2
In Iudam contemplatio. 337. 1
In Iudæ osculum. 338. 1
Inferni quatuor loca ad quæ Christus descendit. 348. 1
Infernus puerorum decedentium in solo originali. 349. 1
Innocentiæ status nobilis. 391. 2
Incarnationis opus omnia opera exterius excedit. 418. 2
Incarnationis Dei figuratio. 419. 1
Incorruptibilia variabilia et non. 425. 2
Immutabilitas Dei. 426. 1
Iesus nomine qui appellati sint. 431. 1
Iesus nominis virtutes. 435. 1
Incarnationis opus omnia alia opera Dei excedit. 440. 1
Instrumentum intrinsecum humanitas Christi. 445. 2
Incarnationis vtilitates. 467. 2
Incarnationis congruentia. 479. 1

Incar-

Digitized by Google

Incarnationis congruentiam quo ad tempus. 481. 1
Incarnationis tempus cur plenitudo dicatur. 482. 1
Innocentiæ status dona. 486. 1
Iustitia originalis quid. 487. 2
Innocentiæ in statu generatio. 490. 1
Incarnatus non esset Deus si homo non peccasset. 499. 2
Et dubia circa hoc. 502. 1
Incarnationem filij sui Deus reuelauit omni creaturæ. 552. 2
Ira Dei prouocata. 558. 2
Interitus malorum. 569. 1
Iustitia Dei seuera. 572. 1
Inimicorum dilectio. 585. 1
Inimicus tripliciter consideratus. 586. 2
Inimicos conciliandi modus. 592. 2
Inimicorum dilectio ex Plinio, & ex Christi exemplo discenda. 593. 2
Iudicij diuini integritas. 620. 2
Iudicij terror. 622. 2
Incarnatio toti creaturæ reuelata. 647. 1
Ingnorantia Hebræorum circa Christum est inexcusabilis. 652. 2
Ira Dei quomodo intelligatur, & dicatur lacessita. 675. 1
Iustitia Dei contra auersos. 685. 2
Ira Dei ordo triplex. 686. 2
Intelligentiarum numerus secundũ Astrologos, & D. Albertum Magnum. 690. 1
Intellectus solus supra se reflexiuꝰ. 704. 2
Intellectuales res in differentia triplici. 738. 2
Imitatio Christi & sanctorum. 738. 2
Infernales pœnæ graues. 761. 1
Iudicij temerarij grauitas. 779. 1
Indulgentiæ pro defunctis. 789. 2
Sub Dei Iustitia, misericordia diberalitate cadere. 828. 1
Iustorum sacrificia qualia. 825. 2
Italiæ ruina vnde fuerit, ex Diuo Gregorio. 846. 2
Ira quomodo dicatur in Deo. 860. 1
Ira Dei triplex. 860. 2
Iræ Dei comminatio, & flagellorum grauitas. 860. 2
Ira Dei diffinitiua. 861. 1
Ira, & zelus in homine. 861. 2
Iudicum pietas & iustitia. 863. 2
Ira criminalis in homine. 864. 1
Indulgentia quid. 893. 1
Indulgentiæ quando esse ceperint in Ecclesia. 893. 1
Iustitia Dei ad peccatorum mortem respiciens. 899. 1
Iustorum via à Deo probata. 931. 2

L

LVna in sanguinem versa. 23. 2
Legati peccatorum ad Christum. 42. 1
Legatorum verba. 42. 2
Legati ad Deum mittendi qui sint. 48. 1
Legatorũ Dei ad homines descriptio. 56. 1
Loca christianorum cur infidelibus tradantur. 61. 2
Laus Mariæ Virginis. 69. 2
Laus verecundiæ. 70. 2
Luxuriæ antidotus. 71. 1
Linguæ malum. 71. 1
Laus senum. 74. 1
Luxuria impedimentũ cognitionis. 108. 1
Lotio spiritualis. 129. 2
Lotio conscientiæ. 131. 2
Loquela hominis morum ostensiua. 174. 2
Lotio spiritualis. 247. 1
Lapidari iubetur adultera non adulter. 254. 2
Labor in via Paradisi. 277. 1
Locutio ad Mariam. 338. 2
Lux hominum multiplex ipse Deus. 369. 2
Lingua Dei. 370. 2
Loqui de personis diuinis quomodo debeamus. 390. 2
Lapis excisus in fauillam redactus. 411. 2
Lapidis abscisi virtus. 415. 2
Leyer Regis Britanniæ exemplum. 655. 1
Lasciuiæ christianorũ in tẽplo Dei. 682. 2
Liber vitæ & mortis. 714. 1
Ligno vitæ Christus assimilatur imitandus. 738. 2
Lex carnis. 747. 1
Legata quid prosint defunctis & executorum negligentia quid obsit. 791. 2
Legatorum solutionis mora culpabilis. 794. 1
Sub Dei liberalitate, misericordia, iustitia cadere. 818. 1

M

MAriæ virtutes. 4. 2
Misericordia & liberalitas Dei contra

tra

Digitized by Google

tra homines. 11. 1
Morientibus prauis hominibus quæ eueniant. 14. 2
Morientes hoïes quomodo tententur. 16. 1
Morientium maxima turbatio. 16. 2
Morientibus prauis aduersantur mali, ac etiam boni Angeli. 17. 2
Morientio ratione obscurata remanet obdurata voluntas. 14. 1
Morientes boni confortantur ne pauescant. 18. 1
Malum, & macula peccati. 37. 1
Miseria hominis frenum indomitatis illius. 57. 2
Miseria propria voluptatũ contẽptus. 57. 1
Miseri hominis insatiabilitati ignis comparati. 59. 2
Mariæ laudes. 67. 1
Maria virgo imitanda. 68. 1
Maria cum deuotione veneranda. 70. 1
Mulierum defectus 74. 1
Miseriæ senum. 95. 1
Martyria Apostolorum. 103. 1
Misericordiam petentibus tria necessaria. 133. 2
Mortui viuunt inter homines quinq; rationibus. 157. 1
Malum linguæ. 71. 1
Mercatio mala hominum. 186. 1
Mori in peccato. 203. 1
Misericordiarum Dei mirabilia. 223. 2
Morti propinquiores debetur in bonis operibus esse solliciti. 260. 2
Minima quatuor omni sapiente prudentiora. 278. 2
Mentis obscuratio. 288. 1
Mors proborum vita est. 289. 1
Mortui quomodo plorandi. 289. 1
Magdalena quomodo sit conuersa. 308. 1
Mulieris inhonestæ peccata. 310. 1
Mortificationis Christi fructus. 323. 2
Mortificationis nostræ modus. 325. 1
Mortis Christi figura. 327. 1
Mariæ cum Christo colloquium. 333. 1
Militum crudelitas in Christum. 338. 2
Misericordiam Christus ostendit in morte quam in vita prædicauit. 345. 1
Mundi malignitas. 355. 2
Mutatio non est in Dei cum ad extra operatur. 409. 2
Mariæ desponsatio. 419. 2
Maria mater Dei quomodo dicatur. 445. 1
Maria aduocata nostra ostenditur. 449. 1
Mariæ priuilegia 451. 2
Maria propitiatorium. 452. 1
Maria iratum Deum placans. 455. 1
Maria concilians nobis Deum. 458. 1
Mariæ virginis conceptio prætermittitur prædicanda. 461. 2
Maria virtutes ex illius salutatione. 462. 2
Maria peccatorum protetrix. 465. 1
Mulier cur credidit verbis serpẽtis. 491. 2
Militia spiritualis. 546. 1
Militiæ spirituali ineptos Deus excludit. 554. 2
Mysteria Christi omni statui hominum reuelata. 553. 1
Malum culpæ, & malum pœnæ. 578. 1
Memoria delictorum damnatis pœna, beatis gaudium. 622. 2
Macula peccatorum. 639. 1
Morientium tentationes, & consolationes. 743. 1
Morientibus dantur regulæ, & scrupulosis. 744. 2
Motus appetituum. 749. 2
Mundus minor maiori assimilatus. 750. 1
Mutatio voluntatis humanæ. 756. 1
Merita per peccatum amissa quomodo alteri valeant. 772. 1
Minima quatuor prudentiora. 825. 2
Sub Dei misericordia cadere; sub iustitia sub liberalitate. 828. 1
Mores principum quos populus imitatur. 834. 1
Ministerium totius creaturæ erga homines. 838. 1
Ministri diuinæ iustitiæ quãplures. 841. 2
Motus ad opera bona. 865. 1
Mouere Dei ad opera sine violentia. 866. 1
Membra putrida in Ecclesia. 894. 2
Misericordia Dei indulgens. 899. 1
Minæ prophetarum. 903. 1
Mutat sententiam Deus nunquam consilium. 903. 2

N

NOscere se ipsum. 55. 1
Nobilitas generis sine moribus nihili est. 173. 1
Nocet Ecclesiæ malus præsidens. 204 1

No-

Digitized by Google

Nouißimarũ memoria cũ vtilitate. 269. 1
Negatio Petri in Christo. 340. 1
Nobilitas animæ consideranda. 369. 1
Nomina filij Dei ex sacra scriptura. 388. 2
Nobilitas status prothoplastorum. 390. 2
Nomen Dei admirabile. 420. 2
Nomen Iesus. 431. 2
Nomina Iesus antiqua. 432. 1
Nominis Iesus virtutes. 435. 1
Nomina quatuor filij Dei. 439. 1
Natiuitas Christi quõ naturalis. 443. 1
Nomina dæmonum. 571. 2
Naturæ humanæ exaltatio. 688. 2
Natura humana super Angelos assumpta. 689. 1
Nomine vno Deus in cælo nominabitur. 819. 1

O

OCij periculum. 139. 1
Opera misericordiæ spiritualia. 141. 1
Oratio. 146. 1
Odor Christi bonus. 75. 1
Oblatio offerenda qualis. 94. 2
Obstaculum cognitionis. 108. 1
Orare Deum pro temporali, quomodo debeamus. 134. 2
Orandi modus excitatiuus. 192. 2
Orationis conditiones. 193. 1
Orandum instanter. 199. 1
Operationibus hominum Deus interuenit tripliciter. 200. 2
Oramus quod scimus, quõ dicitur. 208. 2
Ornamenta animæ. 220. 1
Odibilia Deo. 231. 1
Obscuratio mentis. 288. 1
Ouium Christi signa. 306. 2
Opera tria pœnitentibus necessaria. 321. 1
Osculum Iudæ. 338. 1
Operationes Dei ad extra non sunt cum aliqua illius mutatione. 409. 2
Occisio Balthasar. 413. 1
Opus incarnationis omnia exterius opera excedit. 418. 1
Originalis iustitia & peccatum. 487. 2
Ocium damnatur in Ecclesia. 493. 2
Oblata acceptantur, quæ non oblata respuuntur. 495. 1
Opera bona ad salutem necessaria. 554. 1
Omnia bona à Deo. 607. 1
Orationis efficatia. 615. 1
Obedientia creaturæ ad Deum duplex est. 628. 2
Orationes nostræ & sanctorum quando exaudiuntur. 697. 2
Orandum est etiam si non exaudiuntur orationes. 701. 2
Obduratio peccantium. 725. 2
Obstinatio quid, quando curabilis quando non. 731. 1
Obstinatus in morte. 733. 1
Obedientia potestatibus præstanda. 741. 2
Operationes Dei exteriores. 754. 1
Opera nostra, quando meritoria, quando mortua, quando mortificata. 768. 1
Opera amissa per mortale peccatum, quomodo restituantur. 772. 1
Opera humana quadruplicia. 779. 2
Oblationes pro defunctis quid illis prosint. 791. 1
Orationes pro venia delictorum non exauditæ. 823. 1
Officia Angelorum. 838. 1
Orationis necessitas, vtilitas, modus. 847. 1
Oratio & opera bona sunt media ad impetrandum. 847. 1
Oratione Deo iungimur in hac vita. 848. 1
Oratio excitatiua virtutum, & collatiua donorum. 848. 2
Oratio impetratiua qualis. 850. 1
Orandum quando breuius, quando prolixius. 850. 2
Orationi fidendum potius quàm spei vanæ. 852. 1
Orationis impetratiuæ conditiones. 853. 1
Orationibus vacandum licet postulata differantur. 854. 1
Orandi modus specialis. 854. 2
Oratio p̄ remissione pœnæ tẽporalis. 855. 1
Orationes quandoq; exaudiuntur ratione naturæ, non ratione hominis peccatoris. 855. 2
Orationes pro temporalibus. 856. 1
Orationes exauditæ ad orantium interitum. 856. 2
Orationes propter quæ peccata non exaudiuntur. 857. 1
Ad opera bona moueri. 865. 1
Obstinationis & damnationis ordo. 870. 2

Pecca-

Digitized by Google

P

Peccatum prothoparentum diuinæ incarnationis causa. 2. 1
Præparationis ad Dominum excipiendũ. 11. 1
Punit Deus peccatores per sensibilem rationalem & intellectualẽ creaturam. 24. 1
Pressura gentium in terris. 23. 2
Præsidentes soli asimilantur. 25. 1
Prælatorum ecclypsis. 32. 2
Prædicatores quando cadant de cælo vt stellæ. 33. 1
Punitio. 34. 2
Peccator quomodo cæcus. 38. 1
Peccator quomodo ignarus. 38. 1
Peccator quando dicit se male agere. 39. 2
Peccator quomodo claudus. 39. 2
Peccator quando leprosus. 40. 2
Peccator quomodo mortuus dicatur. 41. 2
Pauper spiritu quis dicatur. 41. 2
Peccatoris instabilitas. 41. 2
Pænitentiæ signa in veteri testamẽto. 42. 1
Peccatorum legati ad Christum. 42. 2
Prædicare sibi optimè consulitur. 54. 2
Peccati mortalis grauitas. 76. 1
A peccatis surrectio repentina. 76. 2
Pænitentium fidutia. 79. 1
Praui homines vitandi. 83. 2
Pater familias Deus. 86. 1
Pulchritudo hominis. 87. 2
Plantationes animæ. 88. 1
Plantæ. 88. 1
Parentum censura. 91. 2
Prædicatores male remunerati. 91. 1
Prædicatorum sermo qualis. 100. 1
Prædicanda quæ sint populo. 100. 1
Prædicantes sine fructu. 105. 2
Prædicationis obstaculum. 108. 1
Peccati ex malitia malignitas. 112. 1
Periculũ maximũ est esse sine Deo. 114. 1
Pasionis Christi contemplatio frænum dissolutionum. 123. 2
Pænitentiæ remedia tria. 129. 2
Petentibus misericordiam tria necesaria. 133. 2
Prosperitas temporalium continua signũ damnationis æternæ. 137. 1
Peccatores asimilantur pueris. 139. 1
Pænitentes à dæmonibus tẽtantur. 147. 2
Præmium in victoria tentationum. 150. 1
Peccati grauitas. 173. 2
Pænitentiæ, sex requiruntur. 176. 1
Penitentibus sex proponuntur meditanda. 177. 1
Pænitentia saluat ab omni genere peccatorum. 178. 2
Periculum male habituatorum. 179. 2
Patriæ cælestis dulcedinem præcedit necessario pænitentiam. 181. 1
Patriæ adipiscendæ media proportionata. 181. 2
Pietas Ecclesiæ erga peccatores. 195. 1
Patientis Ecclesiæ dolor. 196. 1
Prælati pascantur gregem. 197. 1
Populus bonus templum Dei. 198. 1
Populus malꝰ habitatio demoniorũ. 198. 1
Periculum recidiuantium. 199. 2
Præsidens malus Ecclesiæ quantum noceat. 204. 2
Prælati boni descriptio. 205. 1
Præsidentes Cathedræ Moysi. 205. 2
Principibus asistentes quales. 206. 2
Pauperibus irrogata crudelitas. 214. 2
Prauorum & bonorum permutatio. 216. 1
Prophetis antiquis irrogata iniuria. 217. 2
Praui christiani quomodo Christum crucifigant. 222. 1
Pueri quando rationis capaces. 225. 1
Propheta nullus acceptꝰ in patria. 239. 1
Peccatoribus compatiendum. 241. 1
Peccatores inueterati. 242. 2
Peccatorum mortalium vexatio 250. 2
Prædicatores male remunerati. 261. 1
Prædicatio Christi qualis. 263. 2
Pænitentia agenda est, & quomodo. 268. 2
Pænitentium conditiones. 269. 2
Præparatio ad Sacramentum Eucharistiæ. 273. 2
Paradisi via cum labore. 277. 1
Prudentiora omni sapiente quatuor minima. 278. 2
Potentia Christi. 279. 2
Peccatores inueterati quomodo sanantur. 281. 1
Peccantium genera tria, quibus & asimilentur. 283. 1
Peccatorum instabilitas. 285. 2
Peccator omnis languens est. 287. 2
Peccatorum mens obscurata. 288. 1
Prædicatoris qualitas. 294. 1

Principibus boni consiliarij sunt necessarij. 313.1
Principum coadiutores. 314.1
Præparatio ante Sacramentum Eucharistiæ. 319.1
Pœnitentibus tria opera necessaria. 321.1
Planctū nobis indicit sola creatura. 337.1
Passionis actionisq; Christi sufficientia per humana redemptione. 327.2
Passionum Christi causa. 330.2
Planctus mulierum dum Christus ibat in Hierusalem ad passionem. 334.2
Patientia Christi. 339.1
Petri negatio. 340.1
Pueri decedentes solo originali. 349.1
Peregrini sunt homines in mundo ad cælum transmeaturi. 354.1
Peregrinatio humana. 358.1
Pax tribus habenda. 361.1
Prædicatoris testamentū in recessu. 363.2
Perfectiones creaturarum Deo attribuendæ. 386.1
De personis diuinis quomodo loquendum. 390.2
Prothoplastorum nobilitas. 391.2
Pœnitentia Nabucodonosor. 411.2
Potentia Dei admirabilis. 417.1
Potentia Dei triplex in creatura. 417.2
Pietas Dei cōtra hoīem admirabilis 429.1
Pauper sapiens. 438.1
Prædicationes humanæ & diuinæ logicaliter adinuicem declarantur. 444.1
Prædicatorum similitudo. 445.1
Prophetarum anxietas ob Christi incarnationem. 446.1
Peccatū Angelorū non reparabile. 480.2
Peccatum originale. 487.2
Prædicatores licentiosi arguuntur. 488.2
Prothoparentum scientia. 489.2
Prothoparentum tentatio. 493.2
Prædicationes humanæ & diuinæ in Christo. 513.2 [523.2
Probationes Christi ꝙ verus esset Deus.
Pœnitentiæ veræ conditiones. 576.1
Pœnæ malum. 578.2
Peccati grauitas supra malū pœnæ. 582.1
Placatio Dei quibus fiat. 627.2
Peccatū quomodo causat maculas. 638.1
Potestas in vita nulli est tradenda & exemplum istius curiosum. 654.2
Pugna spiritualis cum dæmone & concupiscentia. 660.1
Punitio prima christianorum. 676.1
Peccantium grauitas quandoq; excedit bonorum supplicationem. 702.2
Peccatoribus ingratis valde timendum. 702.2
Prouidentia Dei. 710.2
Peccantium alleuiatio. 728.1
Potestatibus etiam secularibus obedientia præstanda. 741.2
Pœnarum infernalium grauitas. 761.2
Pœnarum infernalium corporearum declaratio. 765.2
Purgatorij veritas probatur. 782.1
Purgatorio quibus modis animæ liberentur. 788.2
Pauperes quō suffragijs iuuentur. 792.1
Punitiones filiorum propter peccata parentum. 795.1
Pœnitentia de mortali, & veniali. 802.1
Pietas Dei erga peccatores. 802.2
Pœnitentiam præcedentes actus, quinque. 804.1
Pœnitentiæ diffinitio. 804.2
Pœnitentiæ actus duo. 805.1
Pœnitentis dolor. 805.1
Pœnitentiales gradus. 806.2
in Purgatorio qualis sit contritio. 812.1
Peccatorum venialium contritio qualis. 818.1
Pœnitentia serotina. 820.1
Pœnitentia Traiani Imperatoris. 821.1
Pœnitentia vltima. 823.2
Pœnitentia ex seruili solo timore. 824.1
Prudentiora quatuor minima. 825.2
Populus suorum principum mores imitantur. 834.1
Praui voti sui compotes facti in prauitatibus dissipantur. 842.1
Prauitas christianorum, causa ruinæ regnorum. 843.2
Peccatores si exaudiantur. 855.1
Peccata impedientia exauditionem peccatorum. 857.1
Principes quales debeant esse. 858.1
Præsidentes debent autoritatiue reprehendere. 862.2
Principum & iudicum pietas & iustitia. 863.2
Prædicatoris protestatio coram crucifixo. 868.2

Peccati

Digitized by Google

Peccati mortalis damna. 869. 1
Peccatum mortale quid. & illius mala. 869. 2
Peccati mortali grauitas. 870. 2
Prudentia principibus necessaria. 879. 1
Prudentiæ tres partes. 879. 2
Prudens non potest esse iuuenis. 882. 1
Principibus necessaria. 881. 2
Principib⁹ necessariæ sũt virtutes. 883. 1
Principum ornamenta, & conditiones debitæ. 883. 2
Principibus datur exemplum contra adulatores. 884. 2
Participatio omnium bonorum in gratia existentium. 891. 1
Papæ authoritas maxima. 893. 2
Prædicatores veri quales sint. 896. 1
Prædicatores quibus verbis vti debeant. 896. 2
Prædicatum bellum contra quatuor inimicos crucis Christi. 897. 2
Peccatorum grauitas. 901. 2
Peccator quomodo ad Christum reuertatur. 901. 2
Prophetia cõminatiua & diffinitiua qualis. 903. 1
Prosperitas ad damnationem. 904. 2
Peccati conceptio. 931. 1
Peccantiũ vexationes internæ. 931. 1

Q

Quinquagesimæ nomine quid habeatur. 119. 1
Quatuor minima prudentiora omni sapiente. 278. 2
Quærere Christum. 298. 2

R

Remedia pœnitentiæ tria. 129. 2
Resistendum malo quomodo, & quando. 142. 2
Remittere inimico necessarium. 143. 2
Ruina regnorum. 130. 2
Regibus pro regimine tria necessaria. 27. 1
Religiosi cœlo assimilantur. 31. 1
Ruina prælatorum. 34. 2
Reddere equiualens Deo parentibus, & Magistris. 45. 1
Repræsentare peccatores per turpia graue peccatum est. 50. 1
Remuneratio mala prædicatorum. 91. 1
Reuertendi ad Deum modus pulcherrimus. 189. 2
Recidiuantium periculum. 199. 2
Relinquente Deo hominem tota etiam creatura relinquit. 201. 2
Relinquendi hominem D. habet causas plures. 202. 1
Regnum cœlorum aquirendi modus. 211. 1
Reuertendi ad Deum modus. 223. 2
Rationis capacitas, & vsus. 225. 1
Reuertendi ad Deum modus. 227. 1
Recidiuantium periculum. 234. 1
Resurgere a peccatorũ consuetudine quomodo. 289. 2
Resurrectionem spiritualem quæ præcedunt. 290. 1
Recessus Christi hominibus malus. 296. 2
Ruina Hierusalem ingratitudo fuit. 320. 1
Res in se, & in causa quomodo considerentur. 369. 1
Relationis diuinarum declaratio. 387. 2
Reparatio humana per Christum fuit conueniens non per Angelorum. 480. 1
Reparabile non fuit peccatum Angelorũ. 480. 2
Restituta per Christum spiritualiter, quæ in destructione templi temporaliter amiserant Iudæi. 538. 1
Rationes Deo reddendæ. 570. 1
Reddens Deus vnicuiq; secundum opera sua. 570. 1
Remedia contra tentationes. 614. 2
Recordatio delictorum damnatis pœna beatis gaudium. 622. 2
In reprobum sensum dari, quomodo intelligatur. 821. 2
Resistere diabolo. 825. 1
Ruinæ templorum, regnorum, ciuitatum, causæ. 843. 2
Ruina christianorum vnde fit, ex Hieronymo. 845. 2
Ruina tempore D. Augustini. 846. 1
Ruina Italiæ ex Gregorio. 846. 2
Remittit Deus quandoq; peccata non tamen illis debitam pœnam. 855. 1
Reprehensio præsidentium debet esse authoritatiua. 852. 2
Regimen principum. 874. 2
Regem timere. 874. 1

4. 2 Reges

Digitized by Google

Reges indigent in regimine, donis S. Spiritus. 874. 2
Reges Fælices & Imperatores. 877. 1
Ruinæ ciuitatum causæ. 888. 1
Recediuatio cauenda. 899. 1
Recidiuantium impotentia ad surgendum. 899. 2
Reprobatio prauorum, & vota de male acquisitis. 930. 2

S

Signa præcedentia iudicium in omni creatura. 23. 1
Stellæ de cælo cadentes. 23. 2
Signa pœnitentiæ in lege veteri 42. 1
Satisfare Deo, si possit homo. 45. 2
Sollicitudo christiana circa futura. 54. 1
Senum prudentium laus. 73. 1
Sapientibus necessarium consilium. 81. 2
Sedes Dei. 85. 1
Satio in anima. 88. 1
Semina in anima. 88. 1
Senum miseriæ. 95. 1
Seminatores verbi Dei remunerati. 91. 1
Sollicitudo circa verbum Dei audiendum. 101. 1
Seminatores verbi Dei. 101. 2
Semen Dei pessimè fructificans. 107. 1
Sine Deo esse quid. 114. 1
Seruitus bona & mala. 121. 2
Saluari non posse asserentes confurantur. 135. 2
Sanctorum imploratio. 139. 1
Spes veniæ pœnitentibus necessaria. 147. 2
Signa prauos indurantia. 165. 2
Senum laus. 74. 1
Superbia impedimentū cognitionis. 1 8. 1
Sponsa Christi anima christiana. 167. 2
Securitas conscientiæ. 188. 2
Separatur se Deus ab aliquibus. 238 2
Sollicitudo bonorum operum morti propinquioribus commendatur. 260. 2
Sollicite querēdus cibus spiritualis. 262. 1
Solemnitates Deo placentes. 277. 2
Secreta Dei humilibus reuelantur. 278. 1
Signa gratiæ. 296. 1
Sanctorum festa ac gesta. 302. 2
Signa ouium Christi. 306 2
Signis indurantur praui. 315. 1
Sensualitas ratione domanda. 319. 1
Sufficientia actionum Christi & passionum pro naturæ redemptione. 327. 2
Status protho plastorum nobilis. 390. 2
Similitudo vestigij & imaginis. 398. 1
Similantur personæ diuinæ in tota creatura. 398. 2
Similitudines Dei cum solo homine. 402. 1
Similitudo suppositalis vnionis Dei cum homine. 41[illegible]. 1
Sapiens pauper. 438. 1
Similitudo prædicatorum. 445. 1
Status innocentiæ dona. 486. 1
Serpens verus qui prothoparentes seduxit. 494. 1
Saluos fieri omnes homines vult Deus. 546 2
Signa dilectionis necessario exhibenda. 587. 1
Spes in creatura vana est. 610. 1
Sacramentorum virtutes, & donorum spiritus. 613. 1
Superbiæ prauitas. 615. 2
Satisfieri non potest Deo, paren. & magistris per æqualitatem. 626. 2
Sacerdotum dignitas. 633. 2
Sacerdotum veneratio. 636. 1
Sacerdotes inhonorātes arguuntur. 632. 2
Sacerdotum mores & doctrina. 637. 2
Sanctorū aliqua facta admiranda potiusq̄ imitanda. 656. 2
Sacramenta Ecclesiæ a Christo instituta. 696. 1
Sancti in patria vident nostras affectiones in verbo & existentes in limbo per reuelationem tantum. 698. 2
Sancti quando orant pro suis deuotis supplicibus. 700. 2
Stabilitas Dei quomodo stat cum mutabilitante effectuum. 703. 1
Sensus suas operationes quomodo cognoscant. 705. 1
Spes & desperatio. 735. 1
Scrupulosorum regulæ. 744. 2
Sensualitas ratione recta. 748. 2
Sensuum mortificatio per crucem. 753. 1
Spiritus dona dātur cōtra peccata. 773. 1
Suffragia pro defunctis. 790. 1
Suffragia pro vno facta an pro alijs valeāt. 790. 2
Suffragia pauperibus quomodo iuuent. 792. 1

In

In sensum reprobum dari quomodo intelligatur. 821.2
Sacrificium iustorum quale. 835.2
Sacramenta ad quid ordinata. 845.1
Seruitia coacta displicent. 867.2
Solertia principibus necessaria. 880.1
Subuersionis ciuitatum causæ. 888.1
Sanctorum gesta cur in Ecclesia scribantur. 890.2
Sensuum mortificatio. 929.1

T

Tempestates conceptæ in homine 59.1
Tyranni à Deo excitati aduersus christianos. 62.2
Translatio de gente in gentē propter quatuor peccata. 63.2
Thesaurizandi modus. 131.2
Thesaurus vbi est ibi cor. 132.2
Tentationes contra agentes pœnitentiam. 147.2
Tentat Dæmon per se, per alios & per fantasmata. 148.1
Tentationis remedium. 149.1
Tentationum victoria & præmium. 150.1
Tentat Deum homines ad sui ruinā. 153.1
Templum Dei populus bonus. 198.1
Tentationum Dæmonis species. 209.1
Tribulationes quando ad meritum. 214.1
Transitus Dei per homines. 239.2
Transgressio mandatorum Dei propter hominum mandata. 248.1
Tribulationes Christi imitandæ. 268.1
Templorum reuerentia vbi Dominus habitat. 274.1
Tribulationes pati bonum est. 282.2
Templi cōmendatio & reuerentia. 304.2
Testamentum Christi. 360.1
Testamentū prædicatoris in recessu. 363.2
Tentatio prothoparentum. 492.2
Templi in destructione quæ amiserunt Iudei temporaliter, per Christum sunt spiritualiter sunt restituta. 538.1
Tentatio circa fidem martyrio grauior. 563.2
Tentationum vtilitas. 585.1
Tentatis inuocantibus ex corde, auxiliū Dei semper adest. 612.1
Tentatis in tentatione remedium. 614.1
Tentatis industria contra tentationes bona est. 614
In tentatione cum dæmone non est disputandū ne sicut Eua decipiamur. 616.2
In tentatione qua prudentia vtendum sit. 615.2
D. Thomas habuit omnes gratias gratis datas. 671.2
Tactus duplex. 711.2
D. Thomæ doctrina laudatur. 720.2
Transgressio mandatorum Dei. 729.2
Tentationes malorum Dæmonum contra morientes. 743.1
Tentatorum solatium. 743.1
Tentationes diabolicæ conditionales despiciendæ. 816.1
Tentationum diabolicarum modus circa homines morientes. 824.2
Tentationibus diabolicis quomodo resistendum. 825.1
Tactus Dei dulcis. 866.1
S. Thomæ Aquinatis vita. 872.1
Tribulati ad salutem. 904.1

V

Voluptatum contemptus ex miseria propria. 57.1
Verecundiæ laus. 70.2
Virginum documenta. 70.2
Viduarum descriptio. 74.1
Viduarum sanctarum imitatio. 74.1
Viduæ euitandæ. 74.2
Vigilantibus gratiæ conferuntur. 8 .2
Veritas delegenda in consilijs. 82.1
Vocatio Dei in vineam suam. 85.1
Vocatio omnium ætatum ad Dei vineam. 90.1
Vetitorum appetitus. 94.1
Verbi seminatores malè remunerati. 91.1
Verbum Dei cum sollicitudine hauriendum. 101.1
Verbi Dei seminatores varij. 101.2
Verba Dei quando male fructificāt. 107.1
Vindicta licita. 142.2
Victoria tentationum cum præmio. 150.1
Viuere inter mortuos. 157.1
Virtutes ab inuidia molestātur. 164.1
Verbum Dei, quomodo audiendum. 172.1
Verbi Dei necessitas. 172.1
Vexatio Dæmonum & tentatio differunt. 188.1

Vexatio peccatorum mortalium. 250.2
Vtilia Christus prædicauit. 263. 2
Vtilitas in nouissimorum memoria. 269. 2
Verbi Dei cognitio ex verbi nostri similitudine. 375. 1
Verbi nostri similitudo ad verbum diuinum. 377. 1
Verbis nostris simile. Verbũ diuinũ 377.2
Verbi nostri ad diuinum verbum dissimilitudo. 378.1
Verbum secundum Theologos & Philosophos. 378.1
Verbum distinctũ à patre quomodo. 378.2
Vnionis suppositalis Dei cum homine similitudo. 410. 1
Virtutes Dei monarchijs quatuor ostensæ. 411. 2
Virtus lapidis abscissi. 415. 1
Virginis Mariæ desponsatio. 419. 1
Vnionis diuinæ excessus cum hoĩe. 420. 1
Vas figuli. 424. 1
Variabilia incorruptibilia. 425.2
Virtus nominis Iesus. 435.1
Vtilitates incarnationis. 467. 2
Veritas mysteriorum Christi. 507. 2
Veritas christiana. 517. 1
Verũ se esse Deũ probauit Christus. 523. 2
Veritas omnia vicit. 526. 1
Voluntas Dei antecedens & consequens. 547. 2
Verbi Dei prædicati necessitas, & vtilitas. 555. 2
Verbi Dei prædicati effectus admirabiles. 556. 2
Vtilitas verbi Dei prædicati. 573. 1
Visiones prophetarum. 596. 1
Vsus creaturarum. 606. 1
Vindicta Dei causa in prauos. 687. 2
Veritas vicit arma diaboli & infinitum numerum stultorum. 720. 1
Virtutes congregandæ pro tempore mortis. 7[illegible]. 2
Vnctionis extremæ mirabilis efficatia. 746. 1
Voluntas quomodo non possit cogi. 755. 1
Voluntas hominis quomodo mutetur à Deo. 756. 1
Voluntatis actus triplex. 758. 1
Venialium peccatorum contritio qualis. 818. 1
Veniam petentes non exauditi. 823. 1
Via iustorum Deo probata. 7. rationibus. 931. 2

Z

Zelus christianus. 53. 2
Zelus & ira hominis. 861. 2
Zeli hominis similitudo. 862. 1

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DOMINICA PRIMA ADVENTVS,

SERMO VNICVS.

INCARNATIONIS CAVSA; PLENITVDO temporis illius; curiositas circa hæc; caro ex Virgine; Virginis virtutes; laus Dei, opera nostra; Deus excipiendus; Dei misericordia, & liberalitas erga hominem etiam rebellem, tanguntur.

Matth.21.

CVM APPROPINQVASSET IESVS Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti, &c. Math. 21.

SANCTA mater Ecclesia secundũ quod sunt quatuor Aduentus Christi, scilicet in carne, in iudicio, in gratia ad hominem in hac mortali vita, & in gloria in patria cęlesti, per totum aduentum, eos repre-sentat in officio & in missis, & hoc pro pterea agit, quatenus non obliuiscamur mirabilium operum diuinorum sed sine intermissione gratias agam⁹, & gloriose cantemus domino canticũ nouum; qui nos ad mortem corporis, & animæ vulneratos, dignatus est oriēs ex alto visitare, & medelam suæ misericordiæ super vulnus nostrum apponere, vt viuentes gratia eius, in suo iudicio iustificemur, & secum cũ Deo patre, & spiritu sancto conregnemus in seculorum secula.

Cũ appropinquasset &c. Nostre intentionis est dilectissimi in Christo p omnes Dominicas in Aduentu Domini, septuagesimæ, & subsequentiũ Dominicarum, ac dierum quadragesimæ moraliter sacra Euangelia, modo declamatorio declarare, ac moralizando in practicam deducere, secundum quod subiecta materia requirit. Nam quandoq; sanctum Euãgelium præsertim historicum mysticè cum spiritualibus documẽtis percurram, quandoq; solis documẽtis vtar, quia quædam Euangelia doctrinalia occurrunt, vt sunt communiter Euangelia sancti Ioannis, quę solis spiritualibus documentis contenta sunt, & vtilitati audientium in omnibus meis sermonibus inseruiam. Tu autem declamator, si nostri sermones cordi erũt, eos emenda, & abbreuia, aut distende, se-

Digitized by Google

cundum quod spiritus sanctus te dire xerit. Et si his quid doctrinale, vel alti⁹ addere volueris, videre potes alios nostros sermones doctrinales cũ suis figuris ex historijs biblię acceptis, & secundum quod proposito tuo seruierint, his inserere poteris.

I. Cã ĩcarnationis fuit peccatũ.

Presens Euangelium bis in anno legitur scilicet in Dominica palmarum secundum literalem sensum, & hodie in prima Dominica in Aduentu Domini in aliquibus Ecclesijs, & specialiter in Ecclesijs fratrum prædicatorum secundum sensum allegoricum, vel secundum quandam adaptationẽ, & representationem Ecclesiæ quæ p Aduentum Christi in Hierusalem ad passionem; representat eius Aduentũ mysticè ad humanam naturam per incarnationem, vnde nos spiritualiter ipsum exponentes dicamus. Tria specialiter continẽtur in præsenti Euãgelio, in prima parte vsque ad illud, & eum desuper sedere fecerunt, continetur Aduentus Christi in carne pro humana salute In secunda parte ibi, plurima autem turba, continetur sanctorum patrum gaudium in Aduentu Christi. Et in tertia moraliter, qua præparatione nos ipsum debemus recipere conformando nos sanctis patribus, non solum venientem in carne, sed venientem in animam nostram p gratiam.

Quoad primum dicit Euangelista Cũ approquinquasset Iesus Hiero. Dicit sanctus Tho. 3. par. q. 1. artic. 3. & 3. senten. distin. 1. q. 1. De diuinis rebus supernaturalibus nihil scire possumus, nisi inquantũ est scriptũ in sacra scriptura, vel reuelatũ sanctis patribus, qui spiritu sancto inspirati locuti sunt, & permaxime approbatis p Ecclesiã. Et in sacra scriptura, & apud sanctos doctores Ecclesiæ, de quibus existimandum est, quòd spiritu sancto inspirati locuti sint, nullam aliã causam Aduentus filij Dei in carnem inuenimus, nisi peccatum hominis, secundum quod sanctus Paul. dicit. Fidelis sermo & oĩ acceptione dignus, 1. Thi. 1. quia Christus Iesus venit in hũc mũdum, peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. Et Christus, contra Phariseos murmurantes, quia recipit peccatores, & manducat cum peccatoribus, Non est opus medicus valentibus, sed male habentibus. Hoc idem confirmat Aug. super Ioannem, & in Glo. primæ Thi. 1. Nulla causa venien di Christo domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicinæ. Venit Matth. 9. ergo de cęlo magnus medicus, quia per totum mundum vbiq; iacebat magnus ęgrotus. Genus ergo humanum totũ perierat, ex quo peccauit vnus in quo totum erat, ideo venit vnus sine peccato, qui saluos faceret omnes sine peccato: non enim eum de cęlo ad terram merita nostra sed peccata traxerunt. Et Ambr. super Luc. Ille iustus venit ad nos peccatores, vt ex peccatoribus faceret iustos: pius venit ad impios, vt nos pios faceret: humilis venit ad superbos, vt ex superbis faceret humiles. Et idem in cantico, exultet iam angelica turba fideliũ dicit: felix culpa quæ talẽ, ac tantum meruit habere redemptorem. Et Leo Papa in sermone de natiuit. Si huomo ad imaginem & similitudinẽ Dei factus in suo honore mansisset, creator mundi creatura nõ fieret, aut sempiternus temporalitatẽ subiret, aut equalis Deo patri, Dei filihs formam serui assumeret. Cæteras probationes ad propositum sanctorum, in nostra prædicatione de causa Aduentus Christi in carne, si volueris vide.

Dicit ergo cum appropinquasset. i. cum plenitudo temporis gratiæ venisset, quo Deus pater filium suum per carnem in mundum mitteret, quia secundum Paulum. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suũ Gal. 4. factum ex muliere, idest qui secundũ diuinitatem non factus nec creatus, sed ab æterno genitus, factus tamen in tempore ex muliere, corpus ex ea assumendo. Factum sub lege. i. sub legis onere, quia legaliter circuncisus, in

in templum secundum legem oblatus
legali hostia redemptus, Lucæ. 2. non
tamen sub lege idest sub legis auctori
tatæ, quia ipse erat Dominus legis,
vt Paul. dicit ibidem. 3. cap. lex ordi-
nata per Angelos in manu mediato-
ris, vt eos qui sub lege erant redime-
ret, scilicet à seruitute legis & pecca-
ti, precio sanguinis, vt adoptionem fi
liorum scilicet gratiæ qua fiunt filij
Dei & gloriæ reciperemus, idest iterũ
Tp̃s incarnationis Chisti dr̃ plenitudo propter 8. rationes. acciperemus, quam per peccatum pri
morum parentũ amisimus. Vnde Au-
gustinus, Ideo filius Dei factus est ho
mo, vt homines faceret filios Dei. Et
dicitur tempus Christi incarnationis
plenitudo temporis, propter plenitu
dinem pacis quam attulit nobis paci
ficando patrem cęli & totã trinitatẽ
nobiscũ, & faciendo vtraq; vnum .i.
gẽtiles & Hæbreos vnũ ouile sub ipso
75. vno pastore. Psal In pace factus est lo
71. cus eius. Et iterum, orietur in diebus
eius iustitia & abundantia pacis. Se-
cundo propter plenitudinem gratia-
Io. 1. rum, quas oriens ex alto attulit no-
bis. De plenitudine eius omnes ac-
cepimus. Tertio propter adimpletio-
nem figurarum legalium. Non veni le
Matth. 5. gẽ soluere, sed adimplere. vnde & in
Cruce ad Patrem dixit. Cõsumatum
est .i. iam compleui cuncta, quæ mihi
complenda sunt a te imposita. Quar-
to propter plenitudinem diuinarum
promissionum. Quotquot promissio-
2. Cor. 1. nes Dei sunt in illo est .i. in illo imple
te sunt. Quinto propter impletionẽ
propheticarum visionum. Tu autem
Dan. 9. animaduerte sermonem, & intellige
visionem. 70. hebdomades abbreuiate
sunt super populum tuum, & super
vrbem sanctam tuam, vt consumetur
pręuaricatio, & finem accipiat pecca
tum, & deleatur iniquitas, & adduca-
tur iustitia sempiterna, & impleatur
visio & prophetia, & vngatur sanctus
sanctorum. Si vis videre de his Danie
lis hebdomadibus declarationem, vi-
de in nostra prædica de probatione
Aduentus messiæ. Sexto propter im-
109. pletionem ruine Angelorum. Psal. Im
plebit ruinas. Septimo propter pleni-
tudinem præmiorum, quæ daturus
est diligentibus se, quia vt dicit Pau.
Nec oculus vidit, nec auris audiuit,
nec in cor hominis ascẽdit, quę Deus
præparauit diligentibus se. Et Imple Isai. 58.
bit splendoribus animam tuam. Octa
uo propter plenitudinem vniuerso- Eph. 1.
rum. Proposuit in ipso in dispensatio
ne plenitudinis, ipsum instaurare om
nia, quæ in Cœlis, & quæ in terra .s.
sunt restauranda. Sed dices, postquã
est humano generi tam vtilis incarna
tio filij Dei, cur ante non venerit, vt
statim post peccatum Adę, & Euę,
vel tempore legis naturalis, aut circũ
cisionis datę, aut legis scripte, & in-
staurare omnia, quæ in Cœlis sunt,
& in terra? Ad hoc dicimus, quod vo Cõtẽti debem⁹ eẽ in cognitione sup̃naturaliũ reuelatione.
luntatis secretorum diuinorum nulla
ratio efficax potest adduci ab homi-
ne, quæ pater posuit in sua potestate
& voluntate fienda, quando voluit, &
vbi voluit, & quibus voluit. In huius-
modi .n. secretis diuinis tota ratio fa
cti, est voluntas facientis, & rationem
facti nisi ipse dignetur, riuelare, apud
se reseruat. Et dicit omnibus curiosis
scrutatoribus secretorum eius. Sicut Proue. 29.
qui mel multum comedit, non est ei
bonum, sic qui scrutator est maiesta- Eccles. 3.
tis opprimetur a gloria. Et Altiora te
ne quæsieris .s. curiose, non enim ne-
cessarium est quæ abscondita sunt vi-
dere oculis tuis. Sed dic vt dicitur. Ec Eccle. 42.
cle. 42. Memor ero operum Domini,
& quæ vidi annunciabo in sermoni-
bus Domini opera eius, Sol illuminãs
per omnia respexit, & gloria Domini
plenum est opus eius. Et de his secre-
tissimis diuinis quorum rationẽ apud
se esse voluit, est tempus incarnatio-
nis filij Dei, de quo aliud in sacra scri
ptura non reperimus, nisi quod Pau.
dicit. At Vbi venit plenitudo tempo Gal. 4.
ris, misit Deus filium &c. Quasi no-
bis vellet dicere. Quare filius Dei nõ
sit missus olim sub lege naturali, vel
immediate post peccatum primorũ
parentum, aut Circuncisionis, vel le-
gis scripte, vel vlterius non proroga-

Digitized by Google

uit, hoc me nescire profiteor, sed hoc solum scio, quod venit, quãdo accessit plenitudo temporis suæ missionis. Nihilominus sacri doctores non incõgrue plures rationes, vtcunq; circa secreta diuina balbutiendo, semper tamen captiuantes intellectum suum in obsequium Christi, adducunt, de congruentia plenitudinis temporis, quas ego breuiter collegi in nostro doctrinali sermone, de causa incarnationis filij Dei, ibi videas. Cum igitur appropinquasset. i. plenitudo temporis aduenisset, vt filius Dei veniret in Hierusalem. i. in hoc mundo, vnde & fratres dixerunt Christo. Si hæc opera facis, manifesta te mundo. i populo in Hierusalem, vbi fere totus mundus confluebat. Et Hierusalem interpretatur pacificus, quia venit reconciliare nos patri Cœli, vt dicit. S. Pau. Quoniam in ipso. i. in Christo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum recõciliari, omnia in ipsum pacificans per sanguinem Crucis eius, siue quæ in terris, siue quę in Cœlis sunt. Et Psal. In pace factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. In signum huius pacificationis Angeli cantarunt. Gloria in altissimis Deo, pax hominibus bonę voluntatis. De vtilitatibus eius incarnationis, vide sermonem nostrum vbi supra. Et venisset bethphage. Bethphage interpretatur domus oris. i. verbi Dei, & significat beatam Virginem Mariam, in ventre cuius antequam verbum Dei mundo se ostenderet, habitare venit ex pietate ad hominẽ carne humana ex ea assumpta. De qua Isa. præcinit dicens. Ecce Virgo concipiet & pariet filiũ, & vocabitur nomen ei⁹ Emanuel idest nobiscum Deus. Et sanctus Lucas, Angelus nuncians sibi dixit. Ne timeas Maria, quia concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & altissimi fili⁹ vocabitur. Et quare poti⁹ ex ea carnẽ assumpsit quam ex alia muliere? Dicimus inter alia propter quinq; causas, primo ratione puritatis, quia purissima in corpore, & in anima vltra omnes alias mulieres, vt superius dixit. Ecce virgo. Apud Hębreos habetur. Ecce alma. i. virgo, de integritate cuius nullum est dubium, quin sit Virgo ante partum, in partu, & post partum, sicut declaraui in nostra doctrinali prædica, ꝙ sit vera Dei Mater, vide ibi, quia multa dixi ad propositum. De hac Ezec. dicit. Et conuerti me ad viam porte sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientem & erat clausa. i. ad orientalem portã exterioris sanctuarij Angelus me duxit. Et erat clausa;. Et dixit Dominus idest Angelus ad me in persona Domini. Porta hæc clausa erit, & nõ aperietur, & vir non transiet per eã. Quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi; Hęc ibi. Per illã portam orientalem quidam conuenienter intelligunt Virginem Christiferam sanctam Mariam ante partum, in partu, & post partũ intactam, quoniã Deus Israel ingressus est per eam. De quo loquitur Zacharias. Benedict⁹ Dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Ingressus est quippe vnigenitus filius Dei vterum eius, ex purissimis eius sanguinibus corpus assumendo humanum. Et rursus per eã mundum est ingressus atq; ecclesiam, hominibus visibiliter apparendo, & cum eis veraciter conuersando, iuxta illud. Qui fecit Stellas, hic Deus noster est, & post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Fuit ergo hæc porta principi clausa, quoniam Soli patuit Christo, qui sedit in ea. Quoniam in eius castissimo vtero nouem mensibus requieuit, vt comedat panem corã Domino. Quia illic panem comedit corã Deo patre desponsans sibi ecclesiã, atq; humanã operãs ibi salutem. Siquidẽ Christus a primo suæ incarnationis momento pro nobis orare, mereri, ac satisfacere cępit. Secundo ex ea carnẽ assumpsit ratione humilitatis, vnde & bethphage alio modo interpretaē domus oris

vallium,

[Margin notes: Ioan. 7. — Coll. 1. — Psal. 75. — Isa. 7. — Luc. 1. — Propter quinq; rationes potius Christus ex virgine carnẽ assumpsit quã ex alia muliere. — Eze. 44. — Luc. 1. — Baruch 3.]

vallium,quia beata Virgo mirabili humilitate tanq̃ vallis bassa ꝓtulit verbũ humilitatis in angelica salutatiõe. Percurre totã seriẽ Euãgelij angelicæ salutationis ad Mariã,& videbis ac audies, vnde cor tuũ admirabit̃,& dilatabit̃ in ipsius affectioné, scđm quod ipsa in suo Cãt. dicit. Magnificat aĩa &c. Quia respexit humilitaté ancillæ suæ ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Angelus.n.salutans eam:gratia plenam asserit esse,& q̀ secum sit dñs nouo modo,quã cum cęteris creaturis, ideo dixit sibi absolute dñs tecum, quia cum cęteris intellectualibus creaturis est dñs priuatis modis,sed secum modo vniuersali cõprehendens in hoc oẽm modũ possibilé creaturæ in participando Deum. Quasi diceret. Tecũ pater Cęli est vt sponsus cũ sponsa. Tecum filius Dei, vt filius cũ Matre. Tecũ spiritus sanctus de cuius plenitudine nõ ex virili semine sed mystico spiramine concipies. Addit.Bñdicta tu in mulieribus maiori.s.bñdictione a Deo donata q̃ fuerit vnq̃ mulier a Deo dotata.Quia & fructus ventris tui,erit altissimi Filius,a quo oĩa,ex quo omnia, in quo oĩa, & per qué oĩa facta & fienda sunt in sua creatura Ideo magnus dicitur ꝑ superlatiuũ gradũ. Et nihilominus nõ inflata vt Eua ex donis sibi a Deo collatis,vt appeteret esse sicut dij sciẽtes bonũ & malũ,sed humili non ficta voce,mẽte sua humiliori respondente ait:Ecce ancilla.i.immerita per humilitaté serua domini, nõ diaboli per inflationem.Fiat mihi secundũ verbũ tuũ. Et statim inuenit se in vtero concepisse, vbi dicũt doctores nisi Maria prius filium Dei per humilitatem in mente concepisset, non conciperet eũ in vẽtre.Quia spũs sanct⁹. Disciplinæ effugiet fictum, & aufert se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur a superueniente iniquitate. Hic practice posse aliqua dicere de humilitatis altitudine, ꝓpter quam tantum beata Virgo beatificatur apud omnes generatiões. Et de superbię prauitate propter quam mater Eua maledicitur ab omni generatione, quoniã occasione eius superbię.Deo abominabiles facti sumus. Sap. 1.

Tertio ratione charitatis.Quis enĩ vnquã in humana natura post hominis lapsum plus Deũ dilexit,quã beata virgo, quæ fuit sanctificata in vtero matris, vt nunquã secundũ doctores etiã venialiter peccauerit? Vñ August. Excepta sancta Virgine Maria,si oẽs sancti & sanctæ cum hic viuerent interrogati fuissent, vtrũ sine peccato essent omnes vna voce clamassent. Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est,excepta inquã hac sancta Virgine, de qua propter honoré Dñi cũ de peccatis agitur,nullã prorsus volo quæstionem habere. Scimus enim q̀ ei plus collatum gratiæ fuerit ad peccatum ab omni parte vincendum,quę illum cõcipere & parere meruit, quẽ constat nullum habuisse peccatum.Et Ber. q̀ & copiosior sanctificationis benedictio, quam in alijs sanctis in vtero sanctificatis in eam descenderit, quæ non solũ ipsius ortum sanctificaret,sed & vitam eius ab omni peccato deinceps immuné conseruaret, quod alteri nemini in natis quidẽ mulierũ creditur esse donatũ. Hæc ille. Ex his gratijs conseruationis ab omni peccato certissime argumentatur de eius intensa charitate cũ Deo, vt melius ipsa possit dicere,quã Paulus aut alij sãcti viri, quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio,an angustia, an nuditas an fames? Et tu practica de huiusmodi.De hac figuratiue. Dicit̃. Fulcite me floribus.i. O vos omnes seculi amatores, ꝑmittite me esse fulcitã floribus,nõ impediendo delectationẽ meã, quã habeo de Deo,q est flos. Stipate me malis.i.permittatis me stipatam malis.i. non impediendo dulcedinẽ meã, quam habeo de Deo dilecto meo in contemplando eum, qui est malus.i.arbor semꝑ viridis, & dulcis vltra oẽs arbores siluestres & domesticas. Quia amore lãgueo.i.ex ei⁹ Rom. 8. Cant. 2.

contemplatione. Vnde dicit Albertus in libro missus est, quod beata virgo mortua est ex amore Christi, quia summe desiderabat secum esse in patria. Et.8.cap. Pone me vt signaculum super cor tuum i. per contemplationem tui. Et vt signaculum super brachium tuum, vt pro te mirabilia operer sine tedio. Quia fortis est vt mors dilectio tua, idest sicut mors separat ab amicis & mũdo, ita amor tuus me separauit ab omni mundana delectatione, dura sicut infernus emulatio, quia vellem, semper aperta esset anima mea in tui dilectione, sicut infernus in animarum receptione. Lampades ignis & flammarum, idest vt sicut intus ardeo per amorem tui, ita & extra proximo luceam per exemplaritatem. Aque multę, idest multę tribulationes quas de te fili recepi in tuis passionibus, & post Ascensionem tuam a Iudæis, non potuerunt extinguere charitatem meam, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. In figurã, & veritatẽ huius charitatis ad Christum, ipsa & pater dolentes quærebant eum amissum in comitatu, & in passione filij, ex dilectione nunquã recessit a Cruce vsque ad sepulturam eius. Et quamuis lachrime eius erant panes die ac nocte ex naturali affectione ad filium patientem, tamen mens erat immota, semper perfectissimo, & intenso modo conformans se Dei voluntati, qui filium suum sic exposuit pro salute humana.

Quarto similiter ratione spei, quis enim in hac vita mortali firmiorẽ spẽ habuit de Deo in promissis & de filio Dei q̃ ipsa, quæ secũdum doctores totam scripturã clarius nouerat q̃ aliqs moralium, & spem firmã habebat de omnibus promissionibus diuinis, pijde vt si Dauid dixit, super senes, idest præcedẽtes patriarchas & prophetas ego secreta Dei intellexi, quanto magis de Virgine Maria hoc dicendum sit super omnes patriarchas. prophetas & apostolos, quã spiritus sanctus vsq; ad plenitudinem adimpleuit, vt secundum quod Hier. dicit gratia plena, quia alijs per partes, sed tibi tota est infusa. De hac firma eius spe. dicitur. Leua eius, idest vita eius & Christi passio, quam in hoc mundo per leuam notatam habuit, sub capite meo idest fuit in contemplatione mea, tanquam cubans super capizale, vel grabbatum. Et dextera illius, idest protectio eius cũ firma spe ad ipsum amplexabitur me. Et.5.cap. Ego dormio, & cor meum vigilat scilicet ad Christum per veram spem sibi inhærendo. Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, qa caput meũ plenũ est rore, idest sudore, quia etiã in oratione Christi, dum esset factus in agonia sudor sanguineus decurrebat ex eius corpore in terram. Et cõiter in agonia sudantibus sudor in capite vel in frõte prius apparet. Et cincini mei guttis noctiũ, quia ex spinea corona Christi caput, vt dicit magister hist. scol. sanguine aspersus est, ex vulneratione spinarũ. Et.6.cap. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Et.7.cap. Ego dilecto meo, & ad me cõuersio eius. Et breuiter de ea cãtat sancta mater ecclesia illud. In omnibus requiẽ quæsiui, in Christo Iesu beatificari, & in hæreditate domini morabor. Tunc præcepit & dixit mihi Creator oĩum, & q creauit me requeuit in tabernaculo meo.

Quinto ratione fidei. Quis. n. ipsa Virgine vnquã firmiorẽ fidem habuit in Christo, quæ cum fide sincera cordis & operis est Christum secuta vsq; ad mortẽ & sepulturã? Nã cęteri apostoli fugerunt solo eo relicto in manib⁹ iudęorũ, & Petr⁹ negauit ter Christũ ore ex timore, quamuis nõ corde, beata autem virgo semper sincerissime in cũctis se habuit, Can. vt supra. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Et iterũ ego dilecto meo, & ad me cõuersio eius, & aquę multę nõ potuerunt extinguere charitatẽ eius. Poteris

Psal. 118.

Cant. 2.

Cant. 5.

Cant. 6.

Cant. 7.

Eccle. 14.

Imitanda ẽ beata virgo in multis virtutibus.

Digitized by Google

ris. Hi e cōuertere sermonē ad auditores, vt & ipsi sint capacces recipere, & concipere Christū in vētre mētis suę imitentur beatā virginē in munditia.
Sap. 1. Qm̄ peruerse cogitationes separant a Deo, & in maliuolā animā non introibit sapiētia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et spiritus sanctus aufert se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur a superueniēte iniquitate. Imitētur in humili-
1. Petr. 5. tate, quia suꝑbis Deus resistit, humilibus dat gratiā. Imitenī in charitate & dilectione Dei, qa dicit Christus, q diligit me diligeī a patre meo, & ego
Ioan. 24. diligā eū. Imitenī in spe, qa. Spe salui
Rom. 12. facti sunt patres nostri. Et ad Titū. Hę
Tit. 3. redes simus secundū spē vitę æternæ. Imitenī fide cordis & oris, qa Paulus
Rom. 10. dicit. Corde credit ad iustitiā, ore au-
Isa. 27. tē fit cōfessio ad salutē. Isa. A facie tua dn̄e cōcepimus, & quasi parturiuimꝰ & peperimus spiritū salutis. Ille a facie dn̄i cōcipit, qui Dei hēt amorē, & & in eo spē & fidē cū munditia animę & corporis & humilitate, concipit dico bonas cogitationes quæ sunt scd̄m Deum, & parturit cum conatur conceptū fętum bonarū cogitationū extra ventrē mentis suæ in lucē bonorū operum ꝑducere. Et peperit. Qn̄ in opus exit, tunc vere peperit spiritū salutis, qa tūc gratia Dei & fide formata charitate opera sua merentur vitā ęternam.
Rom. 6. nam. Pau. gratia Dei vita æterna, & gratia Dei sum id quod sum, & gratia
Cor. 15. eius in me vacua non fuit. Sequiī & venisset Bethphage ad montē Oliueti. In hoc ostendiī, ꝙ Christi Aduentus fuit, vt peccatoribus daret oleū pietatis suæ, quē ex monte æternitatis, ad nos portauit. Oleū.n. est lenitiuū plagarū. Et vere vt dicit Aug. qn̄ magnus ęgrotus iacebat in terra, venit magnꝰ medicus de Cęlo. Figuratus per samaritanū, qui vulnerati ad mortē misertus est, apponens super plagā eius vinū charitatis & oleum pietatis. Hoc Euangeliū figuratū vide in nostra prædica vbi supra, de causa incarnationis filij Dei. De hac charitate & pietate dicitur. In perpetua charitate dilexi
Hier. 31. te, ideo atraxi te miserans, & Zacharias in suo cantico. Per viscera misericordię Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto, &c. Tūc misit duos ex discipulis in Hierusalē dicens. Ite in castellum quod contra vos est, & inuenietis asinā alligatā & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. In quo ostenditur, & notatur spiritualiter, ꝙ Christus non solū personaliter voluit venire in Hierusalē, idest in hunc mūdum pro salute humana, notata in asina ligata soluenda, sed etiā ꝑ suos apostolos & alios ꝑdicatores salutē operatus est in medio terræ. Nā asina significat genus humanum stolidum & pigrum ad omne opus bonū. Et.n. ita est stolidū aīal, vt se permiserit ligari per diabolū vinculo ferreo, quo ligata fuit arboris radix incisa arbore, & tota eiꝰ pulchritudine euulsa apud Danielem. Quia genus humanū peccato primorū parentū ita stolidū est effectum, cum a rectitudine innocentiæ decidit. solum modo hoc inueni,
Eccle. 7. quod fecerit Deus hominē rectū, & ipse se infinitis miscuit quæstionibus vt asinæ merito comparari possit ratione peccati originalis quo fuit ligata, nullatenus nisi per Christū, vel ex mandato eius per discipulorū prædicationē, & ad fidē Christi conuersionem & subiectionē dissoluenda. Pro-
Gene. 8. pter quā vinculationem. Dicitur, sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia
Rom. 7. sua. Et Pau. habeo aliam legē in membris meis repugnantem legis mentis meæ, vt quod nolo id ago, idest sensualitate stimulāte saltē in primis motibus. Et quid stolidius miseris hominibus, vt colerent simulacra muta, & mutarent gloriā incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadru
Rom. 1. pedum, & serpentū? De grauitate peccati originalis eiusq; insolubilibꝰ nodis nisi per Christū soluendis, hēs in nostra ꝑdica vbi supra. Itē de grauitate mortaliū peccatorum habes figurā

Sedechiæ exoculati, & vinculati per Nabuc, in alijs nostris sermonib⁹. Pullus insuper indomitus asinæ, denotat post peccatũ, indomitũ effectũ genus humanũ, vt nec lex naturalis, nec lex scripta iugo suo, illud potuerit domare. Hoc notũ est, si a principio creationis mundi vsq; in finẽ consideres malitias & iniquitates humanæ generationis in vtroq; sexu, & qualibet cõditione. Si volueris pcurrere sacræ scripturæ historias ab Abel & Chaim, & ante diluuiũ prauitates & corruptiones &c Item breuiter hebreorũ duritiã cordis tange. De quibus S. Stephanus in actibus apostolorum dicit. Dura ceruice & incircuncisi cordibus, & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, ita & vos. Quem prophetarũ non sunt persecuti patres vestri, & occiderunt eos, q pdicabant de Aduentu iusti cuius vos nũc pditores & homicide fuistis? Qui accepistis legẽ in dispositione Angelorũ, & non custodistis. Duo discipuli missi in Hierusalẽ ad soluendã asinã ligatã & Christo eã adducendã solutã designant omnes sanctos Apostolos, & alios Christi prædicatores. Quos Christus misit binos. i. in charitate Dei, & proximi salutẽ, quiq; prædicarẽt dilectionem Dei, & proximi ex nouo & veteri testamento, pdicarẽtq; Christũ & legẽ gratiæ, ad quã lex vetus est ordinata, qa dixit Christ⁹. Omnes prophete & lex vsq; ad Ioannẽ. s. inclusiue. Quia a Christo cepit lex gratiæ & baptismi. Et Pau. Hæc autẽ oĩa in figura contingebãt illis. Et dicit S. Chris. ꝙ fuit Petrus & Phili. Et hoc nõ sine misterio. Petrus. n. interpretat̃ agnoscens & dissoluens, vel discalciãs, Philip. interpretat̃ os lapadis. Et hoc ad denotandũ, ꝙ prædicatores mittũtur a Christo, vt mũdus per eos agnoscat Christi veritatem, & postq̃ eam agnouerit dissoluat a se oẽs fasciculos deprimentes & incuruantes eũ ad mũdana desideria, deponendo veterem hominem, & induendo nouum, qui secundum Deum creatus est in sanctitate, & iustitia, & vt doceant eum abrenuntiare per baptismum diabolo, & pompis eius, subijciendo & captiuando intellectũ, & affectum suum in seruitutem, & obsequium Christo vero Saluatori, qui oriens ex alto venit illuminare mundum, & soluere mundanos a seruitute, & ligamine peccati, & diaboli. Vult insuper Christus, quod sui prædicatores sint os lampadis, de qua lãpade. dicit̃. Lampades eius vt dicit̃ lampades ignis, & flammarum, quia prædicatores debent prædicare verbum Dei igni assimilatum. Psalmus. Ignitum eloquium tuum vehementer, Intus in se per charitatem ardentes, & extra proximum per exemplaritatem ędificantes. Vos estis lux mundi & cætera. Propterea dicit Paulus. Igitur sic curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Et iterum factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Omnia factus sum omnibus, vt omnes lucrifacerem. Omnia autem facio propter Euangelium, vt particeps eius efficiar. Et Christus dixit discipulis, exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Et Act. Cepit Iesus facere & docere, & Matth. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cœlorum. Quando igitur per prædicatores iussu Christi, quia non estis vos qui loquimini, sed spiritus sanctus qui loquitur in vobis, dissoluitur, aliquis peccator a ligamine peccatorum suorum, debet super indui bonis vestimentis idest exemplis suorum prædicatorum. Et prædicatores sua bona exempla ponere super eos. Pau. Rogo vos imitatores mei estote, sicut & ego Iesu Christi. Iõ misi ad vos Thimotæum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, qui vos commonefaciat vias meas, quæ sunt

Marginalia: Act. 7. — Matth. 16. 23. — Matth. 11. — 1. Cor. 10. — Cant. 8. — Psal. 118. — Matth. 5. — 1. Cor. 9. — Ioan. 13. — Act. 1. — Matth. 5. — 1. Cor. 4. & 11

Digitized by Google

Phil.3. in Christo Iesu, sicut vbiq; in oĩ Ecclesia doceo Et iterũ Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, q ita ambulant sicut habetis formã nostrã Et ideo plurimum aduertere debent prædicatores, qui Christi legatione
2.Cor.3. funguntur vt ait.Paul.pro Chro legatione fungimur tamquã Deo exhortante per nos, ne aliquem expusillis qui
Matth.18. in Christo credũt scandalizarẽt,quoniam talibus Christus ait expedit vt ligetur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. In signum huius,prodigo conuerso, pater misericordiæ, seruis præcepit cal
Luc.15. ciamenta in pedibus dare. Super asinam vestitam optimis exemplis sanctorum prædicatorum Christus sedit, quando conuersus peccator ad Christum,cum immutatione vitę preteritę,quę totaliter fuit asinina,Christo se subicit per obseruantiã mãdatorum eius,redigendo intellectũ & affectum suum in obsequium Christi,
2.Mac.7. quia Iustum est subditum esse Deo. Quoniã & anima iusti sedes Dei est.
2.Cor.6. Vos enim estis templum Dei,& nescitis
1.Cor.3. quia templum Dei estis scilicet in quo sedet Dñs & spiritus Dei habitat in vobis. Et lucia dixit tyrãno,qui caste viuũt tẽplum Dei sunt dicit Apostolus, & spiritus sanctus habitat in eis. Et vere cũ Christus per gratiã suã sederit super conuersum peccatorem bonis operibus vestitum, tunc cognoscit mundus,quia Rex Christus venit mansuetus, quia dicit per prophetam
Ezech.18. Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, & q venerit pecca
Matth.9. tores recipit & manducat cũ eis, Insuper cum alias indomitos peccatores, vt erant publicani & meretrices, dic practicę de his, viderit domatos, vt puer possit eos, minari secundum
Isai.11. quod Isai. dicit, habitabit lupus cum agno, vt Paulus tam crudelis cum anania & sanctis Apostolis, & similiter de alijs dic, & pardus idest doctores varijs scientijs peregrinis colorati, cum hedo idest cum ignorantibus, sed edoctis a Domino. Et cum viderit quòd vitulus idest martires Christi venerantur a leonibus & tyrannis, qui eos perimebant, & quòd ouis idest mansueti christiani electi Domini, inter superbos & gloriosos secundum seculum simul morantur in consilijs & spiritualibus mynisterijs cum humilitate & patientia. Et puer paruulus minabit eos.i. Petrus Apostolus cum cæteris præsidentibus Ecclesiæ, quia Christus Apostolos vocauit pueros, dicens eis. Pueri habetis pulmentum? Gubernabit & reget eos secun- Io. 21.
dum imperium Christi, tunc cognoscet mundus, quoniam hic est vere Io. 6.
propheta, qui venturus est in mundum, de quo dicitur, Dicite filiæ Zach.9.
sion idest Hierusalem vel mundus, quæ secundum rab. erat sita in monte sion. Ecce Rex tuus idest Rex regum,tuus idest tibi in lege promissus, venit tibi idest ad tui vtilitatem & salutem. Cris.i si intellexeris, vt saluet te, si non intellexeris venit contra te, mansuetus vt plus ametur quam timeatur. Ita quòd timorem veteris legis in amorem legis gratiæ conuertet. Et propheta addit. Iustus est saluator & pauper, quia insignia regis nostri Christi sunt pietas, quia in vita eius legimus sepius misericordia motus contulit aliquas gratias petentibus. Sunt iustitia quia præcepit dare quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Sunt paupertas vt scilicet necessarijs simus contenti, & non vtamur præsenti seculo ad intemperantiam & libidinem, sed sic transeamus per bona tẽporalia vt non amittamus ęterna. Et potius thesaurizemus in cęlo, vbi nec erugo, nec tinea demolit, nec fures effodiunt & furant. Scda pars, Plurima autem turba &c. In quo denotatur magnum gaudium sanctorum patrum,quod habuerunt ex Aduentu Christi, quia prophetæ futura quæ de Christo denuntiabant ratione certitudinis, tanq̃ pñtia inuisionibus suis intuebãtur. Vnde & per

modum

modũ pręteritorũ,& præsentiũ ea de nũtiabant, vt clare patet hoc mane in prophetia Zach.9.adduta in Euangelio. Quia dicit. Ecce Rex tuus venit &c. Hæ igitur turbę quę pręcedebãt significant sanctos Patriarchas & prophetas,q plurimũ exultabãt ex aduentu messię ꝓmissi in lege,de quibus fuit Abrahã pater noster,vt Chr̄s dixit Iudeis, pater vester Abrahã exultauit,vt videret diẽ meũ, vidit & ga-
Io.8. uisus est. Suꝑ quo dicit Aug.Iste dies est dies incarnationis, quã futurã,fide cognouit Deo dicẽte, ex te nascet̃, in quo oẽs gẽtes benedicẽtur.Et omissis alijs prophetis, ne sim vobis tedio concludamus, id quod dicit̃ de hoc
Abac.3. gaudio.Ego autem in domino gaudebo,& exultabo in Deo Iesu meo.Et q sequebant̃ similiter exultabant in Aduentu Christi ꝓ salute humana.Et sumus nos, de qbus Christus dixit Thomę,beati qui nõ viderunt & crediderunt. Et Apostolis etiam in persona nostra. Beati oculi qui vidẽt,quæ vos
Matth.13. videtis,Et debemus clamare Osanna, idest laus in excelsis, quia non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos,sed secundũ suam misericordiã saluos nos
Tit.3. fecit. Benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei, nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum renouationis & regenerationis spiritus sancti, quẽ effudit in nobis abunde, per Iesum Christum saluatorem nostrum,vt iustificati gratia ipsius hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Fide-
Eph.2. lis sermo est. Et ad Ephe. gratia enim saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura creati, in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Et prosequere totum capitulum,quia pulchra dicit ad propositum, ꝙ gentes memores debent esse,quia in ignorantia & prauis operibus ambulantes saluati sunt ex misericordia Dei per Iesum Christum per crucem,qui euangelizauit pacem vobis, qui longe fuistis ab eo,& alijs qui prope, vt Iudeis. Et per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem, hæc ibi sententialiter. Vnde clamemus ex corde sibi benedictus qui venit in nomine domini.

Tertia pars & quoniam laus vilescit in ore peccatoris, ideo hoc mane spiritualiter loquendo, laudem nostram præcedant opera bona, vt sint accepta coram Deo. Quoniam vt dixit sanctus Petrus in omni gente qui timet Deum & operatur iustitiam acceptus est illi, hæc ibi. Ideo cum Christo processiones & laudes offerimus, vestimenta nostra deponentes sternamus in via, qua Christus transit, modo quo scilicet Paulus nos docet. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestre, & induite nouum hominem,qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mẽdatium, loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo,quoniam sumus inuicem membra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracũdiam vestram.Nolite locum dare Diabolo. Qui furatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis,quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quid bonum est ad edificationem fidei, vt det gratiã audientibus, & nolite contristare spiritum sanctum Dei, quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor & blasphemia, tollatur a vobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & Deus in Christo donauit vobis, hæc ibi. Vide etiã Paulũ Coll. tertio capitulo vbi similẽ exhortationem per pulchrę facit. Et ad Rom. 6.

Laudem Deo dãdã: ꝓcedãt bona opera. Itẽ qualiter debemus dispo ni ad Christum suscipiendum. Act. 10. Eph.4. Psal.4. Coll. 3. Rom.6.

Et

Et in fine cōcludit. Quem ergo fructū habuistis, in illis in quib⁹ nūc erubesci tis? Nam finis illorū mors est, hęc ibi. Et ante Christū hæc vestiméta ꝓijcia mus, quia ipse exuit se & exinaniuit vsq; ad mortem crucis pro nobis, vt nos in nouā creaturam regeneraret, & nos amore eius deponamus pristinā conuersationē, de qua erubescimus se cundū rationē, quoniā finis illorū est mors. Et insuper cedamus ramos de arboribus nostris. i. mortificem⁹ corpora nr̄a, q̄ sunt su ꝑ terrā, præcidēdo amore Iesu Christi oēm superfluitatē a nobis, abijciētes opera tenebrarū induamur armis lucis, nō in comessatio nibus & ebrietatibus, nō in cubilibus & impudicitijs, nō in contentione & emulatione, Itē abscindamus ramos de arboribus. i. oēs occasiones peccati q̄ faciunt nos lasciuire, ne fructū producamus in via Dn̄i. Quoniā colloquia praua corrūpunt bonos mores. Et Psalmus cū sancto sanctus eris, & cū ꝑuerso peruerteris. Et odiui Eccle siā malignantiū, & cū impijs nō sedebo. Itē abijciam⁹ ramos. i. peccata no stra lasciuientia, quæ sicut rami non putati lasciuiunt, corā Christo ea ꝓijcientes, idest corā Sacerdote locum Christi tenente, ꝑ confessionē & satisfactionē debitā, vt simus digni recipe re in nobis per gratiā iustificantē tan tum regem, qui saluabit animam nostrā, & mundabit nostram conscientiā. Et non minus purificemus animas nostras expectantes beatā spē, & Aduentū magni Dei ad nos, sicut mundamus domos nostras in expectatione ad nos alicuius magni Domini, vt Sanctus Gregorius dicit. Ad propositum harum expositionū pro Aduentu Chr̄i in carne, vide nr̄os doctrinales sermones de verbo Dei incarnato.

Rom. 13.

Psal. 17.

Psal. 25.

BREVIS EXPOSITIO Euangelij.

De Dei misericordia, & liberalitate in hominem saluādū licet ingratū & rebellem.

CHristus Iesus nō solū ꝑ seipsū dignatur vocare oēs ad salutē, & soluere oēs a ligamine peccatorū domesticos, ac humanos in sancta conuersatione facere suis verbis, & exemplis, quia Matth. 9. dixit Pharisæis murmurātibus, quia mādu cat cū peccatoribus: discite, quid est misericordiā volo & nō sacrificiū: non enim veni vocare iustos, sed peccatores &c. Sed etiam ordinauit sanctos Apostolos & prædicatores discurrere per to tum mundum, vt soluant asinam alligatam, & pullū cū ea, & sibi adducant idest vt homines ligatos diabolica cathena Chr̄o soluāt, & ad omne bonū agendū excitēt, stolidos & insensatos ad veritatis cognitionē reducāt, & lasciuiētes, vt onager Siluestris, in oēm voluptatē ad tēperātiā ꝓuocēt, & ad Chr̄m & eius ouile sua prędicatione, Dei virtute eis subministrata, cōducāt. Et quis Chr̄s ꝓuiderit mundū malignū contra ipsum & suos discipulos fore ingratū & crudelē, sc̄d̄m q̄d dixit Ecce mitto ad vos ꝓphetas & sapien tes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis &c. nihilominus pius Dn̄s nō cessat ex misericordia peccatores saluos facere, & ad imaginē veritatis adducere. Ecce quomodo mūdus in dies magis & magis cōtra Chr̄m & discipulos, sicut alias fuit, ita & nūc est, & tn̄ rebellib⁹ & ingratis nō cessat suas tubas mittere, vt denuntiēt populo scelera eorū, & cōuertātur ad eū, quia be nignus & misericors est, & præstabilis super malitia. Vere vt Christus ait, nisi pęnitentiā habueritis oēs simul pe ribitis, sicut illi super quos insperate cecidit turris Dic practicę discurrendo per decem præcepta diuina. De hac recalcitratione scribitur contra Hæbreos, quæ etiam ad nos applicantur similia agentes. Et constitui super vos speculatores, idest bonos prædicatores, & dixi. Audite vocem tubæ. Et dixerunt non audiemus: ideo audite gentes & cognoscite congregatio, quanta ego faciam eis. Audi terra. Ecce ego adduco mala super populum istum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt, & legem meam proie-

Matth. 13

Luc. 13.

Hier. 6.

Digitized by Google

proiecerunt. Vt quid mihi thus de Sabba affertis,& cala mum suaue olen tem de terra longinqua. Holocausta- mata vestra non sunt accepta,& victi mæ vestræ non placuerunt mihi Propterea hæc dicit Dominus. Ecce ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres & filij, simul vicinus & proximus peribit,hæc ibi.Nec solum sufficit ad tempus recipere prędicatores,& audire cum laudibus voces eorum sicut hic fecerunt Iudæi occurrentes Christo obuiam cum clamore dicendo,osanna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Domini,& in die veneris obliti omnium beneficiorum Christi, contra eum clamauerunt,Crucifige,Crucifige seductorem & perturbatorem, sed oportet perseuerare in laude Dei cum bonis operibus,gratias agendo Deo pro omnibus quæ tribuit nobis immeritis,ne accidat nobis,sicut & ipsis euenit, quibus propter ingratitudinem eorum in Christum, & Apostolos in actibus Apostolorum factam, persequendo Christum, & ecclesiam eius, non est relictus in eis lapis super lapidem. Vide de his aliqua, quæ scripsi in Dominica Palmarum,quia ibi moralizaui totum hoc Euangelium, vt ad mores spectat.

DOMINICAE SECVNDAE IN ADVENTV DOMINI, SERMO PRIMVS.

ENARRANTVR QVAE PRAVIS hominibus eueniant,in morte, quoad eorum condemnationem, & quæ bonis ad meritum.

Luc. 21. *ERVNT SIGNA IN SOLE, LVNA, Stellis. Lucæ. 21.*

VVLGARE verum est dictum, oderunt peccare mali formidine pene. Iesus Christus, vt homines qui ad Deum nõ cõuertũtur amore paterno ex tantis beneficijs ab ipso habitis,saltem timore pęnarum ad se trahantur, hoc mane nobis pręnuntiat terrifica signa præuenientia suũ iudicium cunctis pertimescendum, quod erit in resurrectione omnium mortuorum,dum tuba terribilis Angeli insonuerit clamantis,surgite mortui venite ad iudicium. De quo hoc mane in Euangelio tangitur, & Matth. 25. Prolixius enarratur, in quo discussio fit hędorum & ouium, & sententia secundum merita, & demerita vtrorumq; in reuocabiliter promulgatur. Ad propositum totius expositionis vide nostrum sermonẽ doctrinalem, an demones appareant hominibus visibiles in morte. Hoc mane ad consolationem & vtilitatem meorum auditorum prædicabimus moraliter super sacrum Euangelium,de signis, quæ accidunt hominibus male viuentibus in morte. Nam plus mouent ad bona opera præsentium malorum imminentia signa terroris,quam distantia vel ad prolixum tempus prouenientia.

Digitized by Google

nientia. Dicit ergo Euangelista. Erunt signa in Sole &c. Dicit. S. Augustinus. Nihil grauius quam in eo statu viuere, in quo nolles mori. Moraliter hic per Solē recte intelligitur intellectus, & ratio hominis, quę soli assimilatur. Quoniam sicut Sol Lunam illuminat & cuncta inferiora hæc per suum lumē calefacit & fouet, ita & intellectus illuminat voluntatem, quia voluntatis obiectum est bonum cognitum, secundum philosophum. 3. de anima. Et Aug. inuisa possumus diligere, incognita autem nequaquam. Et ratio est ipsa, quæ dirigit appetitum voluntatis liberum in suis actibus, & omnes alias potentias sensitiuas, ne error cōtingat in humanis actibus, qui sensibus exercentur. Hic autem Sol & ratio obnubilatur, & obscuratur in praue viuentibus hominibus in mortis suæ articulo. Vt, sicut hic in Euangelio mundo pereunte, in eo obscuratio præcedit Solis, ita & ibi deficiente tali prauo homine, in eius occasu, Sol. i. ratio & intellectus obscuratur, Psal. Nescierunt neq; intellexerunt in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terræ. i. quia tunc totus homo cōturbatur, vt infra intelliges. Nā generaliter dicunt doctores, quod timor magnus obscurat intellectum, & rationem, perinde vt talis penitus fiat ex tali timore insensatus. Hoc experimētaliter videmus in nautis, qui in magnis tempestatibus grandi timore percussi, perdūtur, & sensatione deficiunt vsq; ad naufragium. Et in militia, timidi milites mente capiuntur & succumbūt. Et qui super tecta vel cordas altas ambulant aut vias præcipitosas, ex timore pereunt & in præcipitem cadunt. Quoniam secundum cōmune dictum experientia approbatum. Imaginatio facit casum, sicut accidit meo consotio, qui dum iremus ad prædicandum, ex subitanea morte in barcha nostri confratris conuersi concepto timore, non est ausus exire de barcha per scalam etiā protensam in terram, ad arborem barchę & terram colligata fuue, qua in exeundo sustentaretur ne cadat, sed semper proclamabat omnino cadam. Tandem dū esset in medio scalle vel tabulę protēse in terram, vt amens se a corda remouit, & in mare cecidit. Tunc enim corde debilitato ex timore imaginato fuit turbatus in phantasia, quę turbata, qualis est talia & phantasmata offert intellectui, quia intelligentem oportet phantasma speculari, & sic & intellectus venit ad obscuritatē & ratio perplexa efficitur, vt fiat sicut lepusculus ad omnem motum leuem vacillans absq; rationis iudicio. In signum huius in bello Gedeonis. Noluit formidolosos & timidos De⁹. De hoc timore obscuratiuo intellectus & rationis dicit Psalmus Timor & tremor venerūt super me, & contexerunt me tenebre. Nam in misero peccatore deducto ad mortis punctum vel prope eum, phantasmata horribilia formantur de vita sua inordinata, quæ ad intellectum & rationem deducuntur, & intellectus incipit cogitare omnes vias suæ vitæ, recogitādo omnes annos suos prauos & voluptuosos in amaritudine animæ suæ. Practice tange vitam praui hominis. De tēpore, de loco, de modis, de vanitatib⁹ suis, de ingratitudine. Et propheta dicit, Scrutabitur Hierusalem in lucernis, quia Deū latere nihil potest, qui scrutatur corda & renes. Insuper considerat, ꝙ Christus qui misericordia sua eum redemit, exigente districta iustitia eum condemnabit, & deputabit eum cum demonibus ad ignē eternum, vbi fiet ei districtum iudicium, eo quia non fecit misericordiam in proximū, vel vt dicitur Pro. nesciunt vbi corruant, quia dicit Isai. viam pacis nescierunt. O quot desperationes eum præment plusquam Chaim ob fratricidium proclamantem de terra vindictam in maleficum. De his potest intelligi illud Isai. vade & dices populo huic. Audite audientes, & nolite intelligere idest audietis confessores & consiliarios & monitores tunc, & eos

Iud. 7.
Psal. 54.
Soph. 1.
Proue. 4.
Isa. 56.
Isa. 8.

eos non intelligetis per acceptionem vt appræhendatis monita salubria. Et videte visionem, & nolite cognoscere quia talibus quandoq; multæ visiones & damnationes phantasiantur & præuidentur, & tamen quasi non habuissent eas remanent obstinati, & ad dit Propheta, dixit sibi Deus. Exceca cor populi huius .i. ad verba tua salubria permittam eos in cecitate remanere. Et aures eius aggraua .i. grauiter, monita salubria ei patefaciã, quia talibus fastidiunt vt in pluribus monitores salutis. Et oculos eius claude scilicet vt non penetrent pericula sua, & se ad remedium conspiciendũ cõuertant. Ne forte videat oculis suis & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, ne sanem eũ. Et hoc intellige. quasi diceret Deus. Ita erit suis demeritis talis cecatus iusto meo iudicio, vel deerunt qui eum ad salutem inducant, vel nullo pacto remedium pęnitentiæ vt Chaim desperatus assumet, diffidendo de Dei misericordia, O quanta exempla passim sparsa habentur de similibus.

Qũo volũtas obstinatã in malũ obscurata rõne.

Sequitur. Erunt signa in Luna, quę potest denotare voluntatem, quã sol idest intellectus illuminat, & ratio dirigit in suo electiuo appetitu. Quę in tali statu miseri peccatoris obscuratur, & in sanguinem conuertitur. Nã obscurato Sole necessario Luna remanet obscurata, immo conuersa in sanguinem idest in obstinationem. Nam sanguis in sacra scriptura denotat obstinationem. Manus vestræ plenę sũt sanguine. Est enim sanguineus vir crudelis & obstinatus. Et Ezech. sanguis eius in medio eius, vide ibi si vis, quæ dicit Propheta de olla obstinata. Tales igitur remanent sibi ipsi crudeles, & sanguinei, quia nolunt conuerti ad Deum, contra illud. Miserere animæ tuæ placens Deo. Sapientes sunt, vt faciant mala. Practica per omnia vitia. Bene autem facere nescierunt. Et 6. cap. sicut frigidã fecit cisterna aquã suam, sic frigidam fecit malitiam suã. Et infra erubescere nescierunt. Et si oc

Isai. 1. Ezec. 24. Eccle. 30. Hier. 4.

currerit eis dolor & tristitia de peccatis, iusto Dei iudicio fit, vt non amore & reuerentia in Deum, & horrore peccati, sed timore pęnarum inferni, & aliarum confusionum, quas sibi imminere prę uident, dolcant, & cõfitean tur, & communicent. Et talis pęnitentia non saluat, sed damnat eos. Sicut nec Regem Antiochum superbissimũ tyranuum hæbreorũ inimicum atrocissimum non saluauit, dum percussus grauissima infirmitatæ, ad Deum oculos conuertens dixit. Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Et orabat scelestus Dominum, a quo non erat misericordiam consecuturus. Et in fine capituli concluditur. Igitur homicida & blasphemus pessime percussus, & vt ipse alios tractauerat, peregre in montibus miserabili obitu vita functus est vel sibi accidet sicut apud sanctũ Gregorium Grisairori in dialogo. In morte horribilibus visionibus suæ damnationis oppssus, inducias petijt a Deo, quas non est consecutus. Et mortuus est damnatus, nec sibi filij sui monachi exhortatio profuit, dum pro pęnitentia agenda crastinas dies, & non pręsentem punctum quo agitabatur, quærebat in penitendo. Psalmus. Tẽpus faciendi domine dissipauerunt legem tuam. Et iterum. Conuertere domine, & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam, quoniam nõ est in morte, idest qui in peccato obstinationis, vel habituatus in peccatis, & deductus ad mortem, memor sit tui. In inferno autem quis confitebitur tibi? O quanti dicunt in tali puncto deducti, vellem cõteri vel dolere, & tamen nolunt, nec dolent, quia solum in eis est velleitas quædã, & non vera volũtas doloris. Habes de his infinita exẽpla in speculo & discipulo, & passim apud alios.

2. Maca. 9. 118 6

Magna turbatio in morte prauorum in sensu.

Et stellis, per stellas quibus cęlum ornatur possumus interiores & exteriores notare potentias sensitiuas in homine, quibus homo sicut cęlũ stellis ornatur. Nam sicut dicit Matt. 24. Et

Matth. 24.

Digitized by Google

Et stellæ cadent de cęlo, idest quasi caderent de cęlo apparebunt: Ita & in morte miseri peccatoris, ita erit magna turbatio in potentijs sensitiuis tā interioribus quā exterioribus, quasi haberent decidere & deficere, in misero homine propter varias passiones, quas in ipsis sentiet in morte. Isaię. 47. Veniet super te miseria repente, quam nescis. Nam phantasia miseri peccatoris tunc patitur horribiles visiones & apparitiones, quibus in varijs formis terreficis Diabolus se transfigurat, sicut superius de Grisaroro Romano dicit sanctus Gregorias. In quorum Hier.4. personam potest dici. Ventrem meū, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me, quoniam vocem buccine audiuit anima mea, clamorem prelij, supple audiuit anima mea, venter est memoria, quæ est locus & scrinium conseruatiuum specierum. Cum miser homo tunc ceperit recordari omnium quæ hactenus in vita sua operatus sit, & ꝙ vixit sicut Eccle.1. Eccle. dicit. omnia quæ desiderauerūt oculi mei non eis negaui, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ præparaueram. Insuper sensus cordis mei turbati sunt, idest omnes potentiæ interiores & exteriores, quarum virtus a corde procedit, quia cor est principium vitalium operationum. Quoniam tali tempore propinquitatis ad mortem omnes sensus etiam exteriores turbantur. Dum audiunt vocem tubę, quia naturali quasi instinctu præuident suam damnationē, & vocē prælij, idest dū naturali instinctu ex peccatis cognoscunt pręsentes diabolicos insultus, vel dū sentiunt in se turbationes humorum ex timore propter quas in robore suo deficiūt, vel causatiue intellige, dum miser peccator in tali necessitate se deductum videt, quod sit de propinquo sibi moriēdum, in sensibus etiam exterioribus ex timore deficit.

De visiue potentiæ passionibus dicit Iob. Vadent & venient super eum Iob. 20. horribiles. i. diabolicę visiones horribiles.

De potentia aurium. Et aures Isai.6. eius aggraua, dum assidue sibilant, quasi ad aures eius tentationes diabolicę desperationis.

Nares & spirituales habent & corporales quasi fetidas, quia de ipsis potest dici, quod de Antiocho dicitur. 2.Mac.5. Nemo poterat propter intollerantiā portare eum. Nam in vitis patrum obturauit Angelus nares, dum pertrāsiret mulier ornata habitu meretricio, & vnguētis peruncta odoriferis, quia sibi fętidissima erat in anima propter sua peccata, & tamen corpus cadaueris sibi nō fętebat, vnde propheta. Cō Ioel.1. putruerunt iumenta in stercoribus suis. Putridus enim spirituali vita sibijpsi fętori erit.

In gustu tam spirituali quam corporali, quia palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis, sicut enim de cibo & potu materiali tunc propter palatum infectum non habet saporem, sed amaritudinem, ita miser tunc peccator non sentit gustum de aliquo actu spirituali, sed dicit vt hębrei. Nauseat anima nostra super isto Nume.21. cibo leuissimo. Tedet enim tales, vt quicquam dicatur eis de spiritualibus, sed dicunt vt praui hębrei. Lo- Isai.30. quimini nobis placentia.

De tactu clarum est & alijs sensibus vltra immutationes eorum sensibiles dum pallescunt, nigrescunt, tremunt, terrentur, cruciantur, agitātur absq; requie, de huiusmodi practica pro libito. Et si vis, discurre sermonem Petri Damiani de tribulationibus quas morientes in sensibus patiuntur. Dicit Gregorius. Ibi fertur intentio mentis, vbi sentitur vis doloris. Practica, quia ibi est cor eorum, vbi & thesaurus eorum bonus, vel malus. Et in terris pressura gentium idest demonum, qui tunc ex qualibet parte cōprimūt grauiter & stricte miserum peccatorē, vt non solum dicat sicut Christus dixit comprimente eum turba: Aliquis me tetigit, sed exercitus demonum

num me circunstant grauiter suis tentationibus comprimentes, & expectãtes infelicem exitum meum, me deducendum ad inferos. Mich. obsidioné posuerunt super nos. Et ostendam tibi quomodo Diabolus tales obsidet, quia sicut canes leporem. Nam baculo lepus expellitur, & falcones in aere expectant exitum eius, & capiunt eũ exeũtem ex cauerna vel latibulo suo. Falcones in aere sunt demones, sicut corui Noe volantes super cadauera mortuorum, & sicut aues quas Abrã expellebat, ne cadauera debaccarent Tam enim magna multitudo demonũ tunc volant super miserum peccatorem, scientes quia peramplius non habebunt potestatem super eum, si tali tempore mortis eum non debaccauerint & comprehenderint, vt vere possit dicere miser vt supra Micheas obsidioné posuerunt super nos. Et demones sibi respondent illud Micheæ Tunc idest per separationem animæ tuę a corpore vastaberis filia latronis idest peccatoris, vt latro impenitentis. De hoc Psalmus. Circundederũt me canes multi, idest demones tanquam canes ad escam, vel venationé præparati. Baculus quo expellitur lepus, est mors vel potestas diuina, qua anima a corpore per mortem expellitur, sicut parabolicæ in historia Barlaam in voragine vnicornis persequebatur hominem perimendum dic historiam vel parabolam, quia est pulchra Ideo Christus omnes monet, vigilate, quia nescitis qua hora fur veniet expoliandum domum vestram. Et breuiter tunc miserum peccatoré demones expectant, sicut manigoldi expectant sententiam ad mortem & suspendium, vt cum Ioachim prauo rege. Sepultura asini sepeliatur. Ipsi enim optime & melius noscunt mortis hominis tempus & horam, quam quicunq; subtilissimus indagator medicus, & ideo tunc maiores laqueos ex qualibet parte extendunt super miserum peccatorem, vt merito possit sicut S. Antoni[9] exclamare. O quis hos laqueos euadere possit? Sed quia in tali misero nó est humilitas vt in Anto. cui dictum est sola humilitas, ideo actum est de tali misero superbo & voluptuoso, quia dabitur in manus tortorum deducendus, vbi erit fletus & stridor dentium & tenebre exteriores, vt dicit Christus. Exemplum hic appone extransitu sancti Hieronymi de S. Eusebio grauissime tentato in morte a Diabolo de desperatione. Et multa exempla habes in discipulo & speculo exemplorum. Titulo tẽtatio, & mors, & desperatio, &c. Et hæc omnia confirmat S. Gregor. in homelia dicens. Antiquus hostis ad rapiendũ peccatorum animas, tempore mortis crudelitatis effrenatur violentia. Et quos viuentes blanditijs decipit, morientes seruitijs rapit, hæc ille.

Mich. 5. — Gen. 8. — Gen. 15. — De mõ tẽtationum demonum in morte. — Mich. 5. — Psal. 21. — Hier. 22.

Præ confusione sonitus maris. Sicut. n. quando mare est turbatũ, est cõfusissimũ, & agitatur fecibus & vndis & tempestatibus, ita quãdo miser peccator se videt agitatum malæ cõscientiæ fecibus & vndis, ac tempestatibus prauissimę vitę suę est confusissimus. Quoniã sicut dicit sapientia Prou. 15. secura mens quasi iuge conuiuiũ, ita ex opposito turbata & perplexa conscientia iuge lamentum & iugis tristitia. In figuram huius dicit. Luctum vnigeniti, fac tibi planctum amarum, quia repẽte veniet vastator sup vos. Hęc ibi Etenim nihil graui[9] quam in eo statu esse & viuere, in quo times mori. Hæc est etiam sententia Aug. vnde & dicit. Iussisti domine, & ita est pena est sibi omnis inordinatus affectus. Et dicit textus sonitus maris, quia dicit Hier. Scito & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem eius apud te dicit Dominus Hoc experientia norunt similes peccatores, qui quandoq; constituti in periculo; mortis grauiorem sentiunt turbationem in se ex conscientia sua praua & amara, quam ex infirmitate. vt etiam sui obliuiscantur, & relanati dicũt, se nescisse, quid pro tunc egerint

Maxima turbatio in consciẽtia accidit in morte peccatorũ quæ excedit alias penas ei[9]. Hier. 6. — Hier. 2.

rint vel circa confessionem vel circa testamenta. De hoc Paul. inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die, cum iudicabit Deus occulta hominũ. Hoc ostẽsum est in quodam sancto patre in vitis patrum moriente & timente, cui fratres assistentes dixerunt, nunquid & tu times pater? & ille vere timeo, quia alia sunt iudicia Dei, alia hominum. Et Eccle. sunt iusti & sapientes, & opera eorũ in manu Dei, & tñ nescit homo, vtrũ amore an odio dign⁹ sit, sed oĩa in futurum reseruantur certa. Hęc ibi. O si hæc fiunt in viridi, q̃d fiet in arido misero peccatore? vnde Iob sanctus dicit. Verebar omnia opa mea, sciens ꝙ non parceres delinquẽti. Et in eodem cap. de hoc plura. Arescentibus hominibus. Hoc ad literã patet in morte non solũ de peccatoribus sed etiam de sanctis viris, vt diximus, timent, tremunt, pallescunt, arescunt, mutanturq; in varias qualitates. Psa. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrę. Quia peccata tenebrosa operiẽt miserũ peccatorem vsq; ad mortem & desperationem, sed bonis Deum timentibus dicit Christus nolite timere, ego sũ vobiscum vsq; ad consumationẽ seculi. Practice dic breuiter causam timoris prauorũ in morte, quia superius prędident oculo mentali iudicem supra se iratũ: Inferius horrendum chaos ad deglutiendũ eos, a dextris peccata eorum eos accusantia, a sinistris demonia ad infernum eos trahentia. Iob dimitte vt plangam dolorem meũ paululũ, antequã vadã, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miserię & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempitern⁹ horror inhabitat. Hæc ibi. Et de morte hominis iniusti dicit. Eccle. O mors quam amara est memoria tua homini iniusto, vel vt dicit alia litera pacem habenti in substantijs suis. Practica hæc. Et expectatione quæ superuenient vniuerso orbi idest homini qui participat in se totam creaturã mundi, vt dicit S. Greg. Isti miseri timore & tenebrositate operientur expectantes, non solum separationem perpetuam a suis charis amicis, diuitijs, voluptatibus, & de cęteris tu practica, sed etiam per maledictionem æternam a societate Angelorum & beatorũ, tradẽdi demonibus ad ignem æternum sine misericordia. Psal. Mors peccatorum pessima Vnde Bern. super Cant. ser. 56. Ego autem qm̃ peccator sum, dissolui non cupio, sed formido, sciens quia mors peccatorum pessima. Quomodo non pessima mors, vbi non subuenit vita. Formido exire, & in ipso cõtremisco portus ingressu, dum non confido prope assistere, qui excipiat exeũtem. Quid enim? secure ne exeo, si non Dominus custodiat exitum meum? heu ero ludibrium demonum intercipiẽtium me, non assistente qui redimat, neq; qui saluum faciat. Nihil tale verendum erat animæ Pauli, cui ab aspectu & cõplexu dilecti vnus tantummodo paries obsistebat, videlicet lex peccati, quam inueniebat in membris suis, & Iob tam iustus & simplex. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me, si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Etiam si simplex fuero hoc ipsũ ignorabit anima mea & tedebit me vitæ meæ. Hæc si vis superius pone, ad illud Iob verebar oĩa opera mea. Nam virtutes cęlorum mouebuntur idest boni Angeli, specialiter qui dati sunt hominibus in custodia, dico mouebuntur contra miserum peccatorẽ, quia nullũ fructum ex tam solicita custodia eorũ sunt cõsecuti. Similiter mouebuntur & mali contra eum, & vtriq; accusantes & testificantes scd̃m oẽs circunstantias tẽporis, loci, ꝑsonarũ, beneficiorũ & ingratitudinũ. Et tu practica de similib⁹ ingratitudinibus. Ecce. n. in cęlo testis meus, & conscius meus in excelsis. Et tunc etiam separabuntur Angeli boni a tali misero, & mali assistẽt sibi, q̃a etiã in Hierusalẽ vox audita est in tẽplo, vt dicit Ioseph⁹ tp̃ib⁹ Titi & Ve

B spe-

Rom. 2.
Eccle. 9.
Iob. 9.
Iob. 10.
Eccle. 41.
Iob. 9.
Boni & mali Angeli erũt cõtra prauos in morte.
Iob. 16.

spesiani. Exeamus ab his sedibus. Habes de hoc exemplum in milite regis Cōradi qui noluit confiteri, sed despe ratus mortuus est: qui in mortis arti culo vidit Angelum dereliquisse eum, quia in libro vitæ eius nihil boni fece rat. Et vidit se traditum Angelis prauis, quia infinita mala erant scripta vitæ suæ praue in libro eorum: Ex speculo exemplorū. Vide ibi T. Cōfessio.

Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubæ cum potestate magna & maiestate, non ad miserandum sed ad iustificandum, quia dicit Leo Papa, qui misericordia te redemit, iustitia te condemnabit. Et legimus quãdoq; Christum apparuisse in morte ad condemnandum obstinatum. De hoc Malach. Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris, & periuris, & qui calumniãtur mercedē mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me dicit Dominus. Ego Dominus & non mutor. Hæc ibi.

Mala. 3.

His autem incipientibus fieri. O timorati viri & mulieres, respicite per confidentiam in Deum, qui nullus est confusus qui in Deo a confidit. Eccle. 2. Respicite filij nationum hominum idest in tribulationibus nostris, & scitote, quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. Et leuate capita vestra idest in cęlum per orationem & confidentiam. Eccle. vbi supra. Quis permãsit ĩ mãdatis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit eum, & despexit illum: quoniã pius & misericors est, & remitit in die tribulationis peccata, & protector est omnibus inquirentibus se in veritate. Hęc ibi.

Cōfortant boni ne terreantur ex occurrētibus eis in morte.

Qm̄ appropinquat redēptio. i. effectus redemptionis vestræ scilicet Regnum Cœlorum, quod nec oculos vidit &c. quæ Deus pręparauit diligentibus se dicit Paulus. Vnde Cyprian⁹ in Epist. Mori timeat qui ex aqua & spiritu non renatus gehennæ ignibus mancipatur. Mori timeat qui nō Christi cruce, & passione censetur. Mori timeat, qui de hac morte ad secundam mortem transibit. Mori timeat, quem de seculo recedentem perennibus pęnis æterna flamma torquebit. Mori timeat, cui hoc mora longiore cōfertur vt cruciatus eius & gemitus interim differat. Multi ex nostris in hac mortalitate moriuntur, Hoc est multi ex nostris de seculo liberantur. Mortalitas ista Iudeis & gentilibus, & Christi hostibus pestis est, Dei autem seruis salutaris excessus est. Hæc ille. Amen dico vobis &c. idest experientia hęc quæ diximus, etiam pręsentes ex vobis obstinati esse vera cognoscetis, quia cœlum & terram &c. Mala. Ego Deus & non mutor. Et non est Deus vt homo, vt mentiatur, nec quasi filius hoīs, vt mutetur. Hæc ibi. Mala. 3. Num. 23.

SERMO

Digitized by Google

SERMO SECVNDVS.

HOMINI OFFENDENTI DEVM, OMNEM creaturam aduersari, errores iudiciariorum astrologorum circa Fatum: Quid fortuna,& casus; Malum pœnæ directe à Deo; permisiuè malum culpæ: Influxum cœlorum in homines: Diuinationes Astrologorum: Punitionem hominis, per creaturas, exacte demostrat. Item signa præcedentia iuditium, in omni creatura, obscuratio Solis, ac Lunæ, stellarum casus, conuersio Lunæ in sanguinem, & gentium pressura declarantur.

ERVNT SIGNA IN SOLE, LVNA, ET Stellis &c. Lucæ. 21.

Hō participat de oībus creaturis, iō merito tota insurgit contra insensatos.

INuenio in sacra scriptura Deum quatuor modis punire hominē, secundum quod sunt quatuor genera creaturarū, & ad hos oēs alij modi reducuntur. Nā quædā est pure corporalis, habens solū esse, vt cælum & elementa: quædam vegetabilis vt arbores &c. quædam sensibilis vt animata: quædam partim corporalis partim intellectualis vt homo: quædam pure spiritualis, vt boni & mali Angeli. Et quia homo trangrediens mandata Dei cū ex his omnibus creaturis constet, dum oēs participat, qa habet esse cū elementis, viuere cū plantis, sentire cum aīalibus, intelligere cū Angelis, ideo merito tota hæc creatura armatur contra ipsum ingratū Dei beneficijs, ad puniendū eū, vt impleat in eo illud quod dicit Propheta inimici hoīs domestici eius, & idē Math. 10. Et Psal. 36. Gladius ipsorum intret in corda eorū. Quoniam secundū Gregorium, offenso creatore tota creatura eius offenditur, ideo merito creatura insurgit in hoīem offendētē Deū. Sap. pugnabit cū illo orbis terrarū cōtra insensatos, & ibi multa ad ꝓpositū vide. Nec dicas vt astrologi qdā iudiciarij erroneè asserunt, etiā negātes diuinā ꝓuidentiā, aliqui ex insensatis philosophis, ꝙ oīa, aut fato, aut casu, aut fortuna, in his inferioribus ꝓueniant, qm̄ de oībus cura est sibi, vt ēt nec folia ex arboribus cadāt absq; Dei volūtate, & Propheta Amos. 3. contra hos exp̄sse dicit. Si erit. i. nō erit malū in ciuitate, qđ nō fecerit Dn̄s, & intellige scd̄m expositores de malo pęnæ positiuè sed de malo culpę ꝑmissiue, non autē positiuè, qa in alio loco dicit scriptura: Fuge peccatū tanq̄ a facie colubri, cui⁹ peccati īpsa praua volūtas est cā, scd̄m; scripturā & sacros expositores. Et nota ꝑ declaratione horū nominū, fati, casus, & fortunæ, ꝙ hæc tria nomina plurimū euitāt sancti Theologi, qa verus Christianus credit, ꝙ oīa etiā pęnalia a Deo ꝓueniāt nō a fato vel casu, aut fortuna, qa cūcta ad ipsum cōparata, ꝓueniūt ꝑ sciā eius practicā. Dicūt aūt philosophi, illud esse a casu, qđ ꝓuenit ꝑter intētionē agentis particularis in inuolūtarijs agētibus. Vt si equ⁹ caderet sub eqtāte, vel si equ⁹ fugiens inimicos, inueniret in

Mich. 7.

Sap. 5.

Quid sit fatū, casus fortuna, & ostenditur falsitas astrologię iudicialis circa fatū.

Eccles. 21.

Digitized by Google

via hordeũ, & ibi sisteret gradũ, vel diuerteret ad stabulũ, & ibi in hordeo in uento occuparet, & saluaretur. Illud dr̃ a fortuna, quod accidit in agẽtibus per intellectũ præter intentionẽ eorũ vt si quis fodiẽdo terrã vel sepulchrũ ibi inueniret thesaurum, aut pro aliquo suo opere exiẽs ꝑter intẽtionẽ inuenit debitorẽ. Et Astrologi aliqui iudiciales dicũt, illud esse a fato, q̃ ꝓuenit vel nascitur in inferioribus ꝓpter dispositionẽ secũdarũ cãrũ .i. cęlorũ, & sub hac dispõne erronee extẽdunt etiam effectus contingentes, q̃ proueniunt ex libero arbitrio hoĩs, vt quia ẽ sub tali colligatione planetarũ talis dispõ hoĩs, ideo talis effectus ab eo ꝓducet, & similiter talis est natus sub tali colligatione stellarũ, ideo ab ipso nato tales effectus procedent etiã voluntarij. Et q̃uis etiã scd̃m theologos multa ꝓueniãt in inferioribus a casu & fortuna, vt veri philosophi asserũt cõformiter cũ theologis, si consideremus tales effectus vt a particularibus causis sũt scd̃m exẽpla dicta, tñ si consideremꝰ tales effectus ꝑ cõparationẽ ad cãs vniuersales, & ad Deũ vltimate qui scit certitudinaliter scientia visionis tales effectus ꝓuenturos, tunc non pñt dici tales effectus fore a casu vel a fortuna. Ideo ꝓpheta bene dicit: Nõ ẽ malũ. s. pęnæ, qđ non fecit Dñs. Quia etiã scd̃m philosophos veros, quicq̃d, est causa causę, est cã causati, vt q̃ est cã motionis baculi, vt moueat petrã, etiã ipse petrã mouet. Et qui manũ dirigit ad scribendum, etiã ipse scribit. Immo scd̃m librũ de causis, magis in effectũ influit prima cã, q̃ scd̃a, vt cũ sol & homo generat hoĩem, magis sol influit in generatione hoĩs. Ita etiam quia cęli influũt ad tẽpestates in hęc inferiora, & cęlũ mouetur a Deo, ergo ad has, magis Deus influit. Patet igit aliquẽ effectũ pręter intentionẽ agentis particularis prouenire, ille tñ met effectus non potest esse vel ꝓuenire ꝑter intentionẽ agentis vniuersalis vt cœlorum & Dei influentis in oĩa inferiora sua virtute, vitamus tamen his

Philosophi & theologi cõueniũt in positione fortunæ & casus.

nominibus in sacra theologia vti, ne errorem ex eis accipiant ignari: Et cũ stultis, de quibus Iob dicit, super cardines cœli deambulãt, & nostra non cõsiderat credant Deũ non habere prouidentiam rerũ inferiorum. Et quãuis cęli gubernẽt res tẽporales naturales, tamẽ non habent potestatẽ supra liberũ arbitriũ, aliter non esset liberum si cęlis subderetur. Insuper cęli sunt corporei, & liberũ arbitrium est res spiritualis, corpus autẽ non potest agere in spiritũ, cum spiritus sit perfectior corpore, & imperfectius vt sic nõ agit in rem perfectiorem se, quia agens vt sic, nobilius est passo. Nõ possunt igitur cœli directe influere in liberum arbitrium, sed bene indirecte, vt cũ agũt & influunt in partẽ sensitiuã, & oportet intelligentẽ phantasma speculari, quæ nobiliora sunt ex bono influxu cœli, propterea quis aptior habet, q̃s minus aptus ad sciam & alias cognitiones intellectuales. Insuper quia irascibilis & cõcupiscibilis in bona complexione est moderatior, ideo & voluntas indirecte magis & minus inordinatur, dum magis & minus sequitur sensualitatẽ inclinatiuã. Inclinãt igit cœli hoĩes indirecte ad passiones circa liberũ arbitriũ ratione cõcupiscentiæ, quę subdit cęlis directe, non tñ directe põt influere, vt cogat liberũ arbitriũ. Qm̃ sapiẽs dominabit astris scd̃m Ptolomeũ, & philosophia Boetio, at q̃ talia tibi arma cõtuleramus, quæ nisi abiecisses, inuicta te firmitate tuerẽtur. Ideo philosophi & theologi conformiter dicunt, quòd fatum nihil est, si vtamur nomine fati vt astrologi iudiciales vtuntur circa effectus contingentes, qui procedunt a libero arbitrio, & si quando diuinantur circa actus humanos, hoc fit quia communiter homines sequuntur sua voluntate passiones & inclinationes suas corporales & aĩales, vt irã luxuriam. Sensus & cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescentia sua, ad quas secundũ corpus & animã sensitiuã inclinantur, ꝓpter quas Gen. 8.

pro-

Digitized by Google

prouenjunt in dictis sensibus bella & homicidia. Quia etiã secundũ sapientiã Prou. indignatio regis nuncij mortis. Dicamus igit, ꝙ res cõtingẽtes futuræ non possunt ꝑ astrologos cognosci, qa tales sunt a Deo, vt diximus, a quo solo præuident vt certa, & qbus ipse dignatur reuelare, quẽadmodum multa reuelauit de huiusmodi sanctis prophetis, qui nobis ea denunciarũt scd̃m diuinã ordinationẽ. Et tales prę nunciationes habuerunt certitudinẽ euentus, sicut res preuisæ a Deo, qui eas sibi reuelauit. Et reuelat eas non omnibus, sed quibus placitũ est suæ inscrutabili maiestati. Propterea minime est verũ, ꝙ dicunt Astrologi iudiciales circa actus humanos. Et hæc ars est ꝓhibita scd̃m sacros canones, vt credere ꝙ Ecclesia regat & gubernat a cęlo, & a secundis causis, qm̃ gubernatur, & regit a spiritu sancto. Theorica aũt astrologia, nõ est ꝓhibita, quia de huiusmodi falsitatibus nõ se intromittit. Est igit creatura pure corporalis, & ꝑ eã Deus punit peccata hoĩum, qa dicit. Armabit Deus creaturã in vltionẽ inimicorũ suorũ. Et quoniã exempla magis mouẽt ꝓmaxime sacræ scripturæ, quæ tota scd̃m Paul. ad nostrã doctrinã & instructionem est scripta, ideo exẽplariter in his & infrascriptis ex sacra scriptura ꝓcedamus, solũ tangendo locũ, tu autẽ vide in fonte. Hęc punitio per creaturam insensibilẽ facta est in diluuio vniuersali tempore Noe. Quando omnis caro corruperat viam suam. Vbi dicit. Videns Deus, ꝙ multa malitia hoĩum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis esset intenta ad malum omni tẽpore, dixit. Delebo hoĩem, quẽ creaui a facie terræ, ab homine vsq; ad animantia, a reptili vsq; ad volucres cęli. Practica hanc auctoritatem sicut declaraui eã in sequentibus sermonibus de signis punitionis ex sacra scriptura. Item Deus pluit super Sodomã & Gomorram sulphur & ignem de cęlo, & subuertit eas. Et vt gratia breuitatis intermittã alia exẽpla, lege. Quomodo propter peccata regis Achab & populi eius, non pluit super terram tribus annis cum dimidio. Et Ioel. vbi narratur secundum doctores, ꝙ tãta siccitas & fames fuit in terra promissionis, vt iumenta ꝓpter fontium etiam desiccationes, nõ inuenientia aquam ad bibendũ, ibant congregata quasi homines faciẽtes ꝓcessionem, mugientiaq; versus cęlum oculos leuabant, quasi a Deo auxiliũ petentia. Vnde dicit textus. Bestiæ agri quasi area sitientes imbrem, inspexerunt ad te, quoniam siccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti. Hæc ibi. Ad hæc adde, quæ dicit Deus Hæbreis de huiusmodi punitionibus Deut. 28. circa medium cap. vbi incipit. Si audire nolueris &c. Et hæc nobis Christus bene in Euangelio ostendit, in quo ponit signa pręcedẽtia iudiciũ & ruinam mundi, vt in obscuratione solis, & lunæ & casu stellarum, & sonitus maris & fluctuum, vbi dicit Greg. Iuste nos omnia feriunt, vt quot prius in mundo habuimus gaudia, tot postmodũ sentiamus tormenta. In signis enĩ cęli & terræ, ac maris intelligunt cæterę punitiones, quę in creatura insensibili continent. Et tu extende te practicę ad consolationes quę ex creatura insensibili percipiuntur incipiendo a cęlo vsq; ad centrũ terræ, quibus qa abusi sumus, Deus totã conuertet in vltionẽ contra nos, vt per quæ peccauimus, ꝑ ea & torqueamur. Et non immerito, qa dicit Greg. Offenso creatore offendit tota creatura, ideo merito per creaturam miseri peccatores in vltionẽ Dei sunt puniẽdi. O quantos abusus facis miser in Dei creatura, quæ data est tibi ad rectũ seruitiũ, vt gladij ad incisionem & defensionẽ, tu autem vteris eis ad homicidia &c. Diuitię vt etiã pauperibus subuenias tu autẽ vt epulo eas conuertis in voluptates & crudelitatẽ. Indumenta ad cooperiendũ te honeste scd̃m tua conditionẽ, tibi autẽ frons meretricis factus es, abominabilisq; es corã Deo in tuis adinuẽtionibus. Et ꝑ alia similia

Pro. 16.

Prohibita ẽ apud canonnes astrologia iudicialis.

Sap. 5.

Gen. 6.

Gen. 19.

3. Reg. 17.

Ioel. 1.

Deut. 28.

beneficia a Deo data homini discurre, secundũ quod opus fuerit. Secũdo punit pet creaturam sensibilem, de quibus Deutur. Vbi incipit. Immittã in vos bestias agri, quæ consumant vos & pecora vestra, & ad paucita tem cuncta redigant deserteq; fient viæ vestræ. Et de hoc lege Ioel vbi supra Vbi eruca, bruchus, locusta, & erugo cuncta virentia consumpsit. Et idem contra obstinationes Pharaonis. Vide Exodi. 9. 10 & 11. capitulo, decem grauissimas plagas, quibus fuit punitus. Et breuiter de his concludendo dic historiam, propter quid in Ecclesia dies rogationum celebrantur. Et ex historia sancti Gregorij, quomodo aerem Romanum infecit draco mortuus, & seuissima strages in populo facta est propter peccata populi, quibus nisi beata Virgo succurrisset omnes deleuisset. Et quoniã hæc creatura sensibilis etiam est homo, in quo secundum sanctum Gregorium est omnis creatura, ideo Christus hoc mane tangens flagellum exterminatiuum mundi per hominem, subintellexit etiam in eo vt diximus alias sensibiles creaturas, quæ tunc sine dubio erunt contra insensatos homines cum ipsa insensibili creatura. Dicit ergo ꝙ erit tunc punitio per homines vt per pressuras & inimicitias, & alias insultationes adinuicem, & per timorẽ quẽ ex prædictis malis concipient. De huiusmodi punitionibus, & flagellis quas Deus exercet per tyrannos, & prauos homines super terram non solum plena est sacra scriptura, sed hæc experientia quotidie didicimus, vt habes in nostris concionibus quas feci de flagellis diuinis. Vide ibi. Insuper Angelos malos tamquã ministros iustitiæ suæ præparat Deus in vltionẽ inimicorũ suorum varijs modis, vt habes in nostra prædica de hac materia. Inspeciali habes. 3. ℟. vltimo, vbi ꝑmissus est Diabolus decipere achab ꝑ falsos ꝓphetas in suũ interitũ. Et de his Dicit semꝑ iurgia querit mal⁹, Angelus aũt crudelis mittetur cõtra eũ. Et Diabolus ꝑmissus est vexare Saul ꝓpter suã inobedientiã. Practica de huiusmodi malis, quæ hoĩbus ꝑ Diaboli administrationes fiunt, & fieri permittitũtur, vt sunt affascinationes & varie ligationes & oppressiones tam virorũ quã hominum, & puerorum ac infantiũ ꝓpter suꝑstiosas & Diabolicas operationes in eos contra præceptũ diuinũ, qui ꝑcepit tales phytonissas absq; misericordia a toto populo lapidari, quia ipse specialiter contra diuinũ honorẽ se exercẽt, Diabolo diuina opera attribuentes (modo quo Diabolus Christo dixit) & eum adorantes, sibiq; multa sacrificia offerentes. Psal. Diabolus stet a dextris eius. Vnde Leuit. vir siue mulier in quibus phitonic⁹ vel diuinationis spirit⁹ fuerit morte moriatur, lapidibus obruãt eos, sanguis eorũ sit super eos. Insuꝑ nouimus ex sacra scriptura quandoq; malos puniri etiã ꝑ Angelos bonos. Vt quando puniuit Ægiptum occidẽdo eorũ primogenita. Et quãdo puniuit. 2. ℟. vltimo cap. Dauid & populũ graui peste tribus dieb⁹ & trib⁹ noctibus. Sic & alios malos Deus ꝑ eos punit. Et hoc Chřs oñdit hoc mane in eo ꝙ dixit. Virtutes cęlorũ mouebunt. i. boni & mali Angeli cõtra insensatorũ peccata & ingratitudines ꝑ varias accusationes & punitiones. Et in speciali vide in libro Ezechielis. 9. cap. quõ sex viri. i. Angeli in forma virorũ ostẽsi sibi, peremerunt totã ciuitatẽ Hierusalẽ, incipiẽdo a tẽplo Dei vsq; ad paruulos vtriusq; sexus, solũ liberati ab hoc excidio fuerunt gemẽtes sua & populi peccata. Practica super hæc. Ideo & Christus in huiusmodi tribulationibus, quas etiam quandoq; probi & iusti viri patiuntur cũ malis nõ ad interitũ suũ spiritualẽ, sed ad maius eorũ meritum ex patientia, eos cõsolatur dicens. Vos autẽ iusti viri & timentes Deum cũ hæc mala euenerint, & propter peccata populi super vos ceciderint, leuate capita vestra qa appropinquat redẽptio vestra &c. Amen dico vobis &c. nõ ꝑteribit &c.

quia

Margin notes: Deut. 26 — Punitio ꝑ creaturã sensibilẽ. — Punitio fit per malos Angelos. — Proue. 17. — 1. Reg. 16. — Psal. 108. — Leuit. 20. — Punitio fit per bonos Angelos.

quia Deus hæc quæ prædixit contra insensatos, faciet. Et cætera tu dic practice. Ad propositū huius sermonis vide nostrum sermonem ex doctrinalibus, quomodo tota creatura est Deo administratiua, maxime in puniendo hominem.

LITTERALIS EXPOSItio Euangelij.

PRo declaratione clariori est notandum ꝙ creaturarum quædā sunt pure spirituales, vt Angeli boni & mali, quædam pure corporales. Et harum quædam sunt incorruptibiles vt cęli, & quæ sunt in cęlis, quædam corruptibiles saltim secundum partes vt elementa, quædam secundum totum vt elementata. Quædam sunt animales, quædam autem sunt partim corporales & partim spirituales, vt homo, qui secundum Gregorium habet esse cum lapidibus, viuere cum plantis, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. In omnibus his creaturis secundum Cris. ante iuditium erūt signa, & in eis erit aliqua immutatio. Erunt signa secundū ordinē Euangelij in creatura corporali incorruptibili, vt in cęlis, scilicet in Sole Luna & Stellis. Vt sicut in principio mūdi, hæc luminaria posita sunt ad illuminandū mundum, & indicarent eum esse factum, ita in fine mundi peccatis hominum exigentibus obscurabuntur, vt indicent mundum periturum. Erit in Sole signū & quale Ioel exprimit. Sol conuertetur in tenebras. Et Matth. 20. Sol obscurabitur. Ista obscuratio poterit esse ex Christi lucidiori sole præsentia, sicut nec modo videtur stellę orto iam Sole. Vel erit ex obedientia diuina, qa creatura obediet ad nutū Deo supra suā naturalē inclinationē, quia inditione eius cuncta sunt posita. Quēadmodū & apud Danielē ignis in fornace refrigerabat tres pueros ibi positos. Et hoc fiet dicit sanctus Thomas ad terrorē prauorū. Psal. timor & tremor venerūt sup me, & cōtexerūt me tenebrę. Et de obscuratione solis Io. dicit Sol factus est sicut saccus cilicinus, qui denotat rigidam Dei futuram iustitiā, sicut & saccus est ridig⁹, contra obstenationē prauorū. Itē erūt signa in Luna Et quale signū. Ioel. 3. c. exprimit dicēs. Sol vertet in tenebras & Luna in sāguinē, anteꝗ veniat dies Dñi, magnus. s. electis, & terribilis reꝓbis. Et merito in sanguinē cōtra sanguinolentos & crudeles in ꝓximum: de qbus Isa. Manus vestræ plene sunt sanguine, qa sine misericordia in ꝓximū. Ideo vt Iacob⁹ dicit. Fiet eis iustitia sine misericordia. Ac si vellet Luna dicere, sanguinē sitisti, sanguinē & bibes, non post multos hos dies, quos mea sāguinolētia tibi ꝑnūtiat. Et hęc cōuersio Lunæ in sanguinē poterit fieri diuino mādato, vel ecclipsatione, vel eleuatione multa & assidua calidorū & siccorū vaporū, quō etiam qñq; apparet rubea & sanguinea tēporib⁹ magne siccitatis. Erunt signa in stellis quia stellę cadent de cęlo scd̄m Mattheū. Sed hoc intelligit scd̄m apparentiā ꝓpter vehemētes & assiduas igneas exalationes in aere, ex superabundātia vaporū calidorū & siccorū, q virtute solis eleuāt vsq; ad superiorē sphærā aeris, sicut etiā & modo cū scintille fiunt in aere, vidētur stellæ cadere. Et Ioel dicit. Et stellæ rethraxerunt lumen suum. Quod etiam potest esse vt supra ex obedientia ad Dei nutum, vt quia homines dilexerunt magis tenebras in vita sua tenebrosa quā lucem virtutum, ideo qui sordide vixit, in sordibus & in tenebris sordescat. Et in terris pressura gentiū Ecce signū in hominibus. Et Matt. declarat hoc dicēs. Et erit angustia & turbatio magna, qualis nunquam fuit ab initio mundi, nec fiet vmquā. Et merito qa oppressionibus & alijs rapinis, ac malis aquisitionibus, & tyrannicis exactionibus multos coangustauerunt & turbauerūt. Erūt signa in creatura corporali corruptibili. Ommissis signis q̄ dicit sanctus Hierony. inuenisse in anna-

Margin notes (left): An iuditiū in omnibus creaturis erūt signa. — Gen. 1. — Ioel. 3. Obscuratio solis quō erit. — Psal. 54.

Margin notes (right): Apoc. 6. — Quare luna conuertet in sanguinem. — Isai. 2. — Ioe. 2. Quō stelle dicunt cadere de cęlo. — Quare in terris erit ꝑssura gentium.

annalibus iudeorum. De quibus sanctus Thomas in quarto sen. dicit, quod omnia non sint vera. Dicamus secundum Euangelium. Et in mari erit tẽpestas maxima. Intellige etiã in fluminibus, ideo dicit præconfusione sonitus maris. Nã cataractę cęli aperientur ad influẽdũ in terra oẽs tẽpestates. Et merito, quia miseri peccatores per abusum creaturarum multa facinora contraxerunt, armabit Deus totam suam creaturam in vltionem inimicorũ suorum, Arescentibus hominibus. Hic tangit signa futura in hominibus. Superius dixit de pressura gentium, nũc autem addit arescentibus hominibus. Et non immerito vt qui concupiscentijs & affectibus inordinatis tabescebant, tabescant tunc in spiritu & in corpore, vt velut aridi efficiantur & mortis imago, & quasi præangustia tribulationum seipsos consument. Spiritus tristis desiccat ossa. De hoc Rom. Reuelabitur ira Dei de cęlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iustitia detinent, idest qui cognoscunt veritatem, & eam negant, vel eam non ponunt in effectu sunt similes illis. Vbi concluditur. Repletos omni iniquitate & cętera. Virtutes cęlorum mouebuntur, idest boni & mali Angeli ad accusandum malos, & testificandum contra ipsos. Iob, quia ecce in cęlo testis meus, & in excelso conscius meus. Vel secundum Gregorium quia visibiles apparebunt ad impios puniendos, tamquam ministri iustitiæ diuinæ. Et tunc videbunt filium hominis apparentem, vt dicit sanctus Matthęus 24. cum cruce. Et qui in carne venit in humilitate & despectus, veniet ĩ iudicio in maiestate plusquã sunt 12. legiones, & præeminẽtia imperiali ad bonos præmiandos, & cum potestate ad malos puniendos. In nube non ad necessitatem, sed ad decorem suæ maiestatis. Vnde August. sic veniet in iudicio, sicut abijt ascendendo in cęlum. His autem incipientibus. Hic consolatur electos patientes in tribulationibus, quos hæc mala imminentia in parte tangent, sed ad ipsorum meritum, citius eis post has tribulationes euenturũ. Amen dico vobis. Hic certitudinẽ doctorũ affirmat, & confirmat euentura, quia ipse est Deus, qui nõ mutatur vt homo, quia possibilius est mutari immutabilia, q̃ verba Dei nõ peruentura. Et tempus eorũ euentus erit sub tẽpore sextæ etatis in qua sumus nõ determinãdo horã vel diẽ, vt quilibet sit paratus expectans in timore illũ. Multa diximus in nostra prædica doctrinali de similibus, & in Euangelio secundæ feriæ post. p.d. q. Et ideo dicit generatio hæc scilicet sextæ ętatis.

Sap. 5. Couertet merito cithara ĩ luctum.

Pro. 17.

Rom. 1.

Matth. 24.

SER

SERMO TERTIVS.

SIGNA PRAECEDENTIA RVInam prouinciarum, & ciuitatum; Rectores quid deceat; & principibus quid necessarium sit: Qui dicantur caderet de cęlo; & certitudo lapsus eorum ex scripturæ signis optime demonstrantur.

ERVNT SIGNA IN SOLE, LVNA, ET Stellis &c. Luca. 21.

POst breuē expositionem litteralis sensus accedam⁹ ad sensum mysticum & moralem ipsius Euangelij. In quo habebimus, quę sunt signa conseruatiua regnorum & ciuitatum, & quæ sunt signa, propinque ruinæ eorum. Dicit erunt signa in Sole, & Luna, & stellis &c. Sol habet in se inter alias tres proprietates. Primo est illuminatiuus. Secundo est virtualiter calefactiuus. Tertio est influxiu⁹ in effectibus sub ipso contentis in hac inferiori sphera corruptibiliū. Quia Cœli non recipiunt peregrinas impressiones secundum philosophos. Et influit secundum exigentiam subiectorum, semper præsupposita vniuersali conseruatione. Hic igitur Sol potest denotare moraliter omnes præsidentes regnorum & ciuitatum. Vnde & de Christo rege regum sancta mater ecclesia cātat beatæ Virgini. Quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster. Isti præsidentes merito sunt sol iustitiæ. Qui debent primo esse illuminatiui & splendidi ac lucidi per vitam suam exemplarem, quæ secundum Platonem magis populum excitat ad virtutes, quā bellica arma. Et per oppositum prauitas principiū plurimum a populo imitatur. Eccle. Secundum iudicem populi, & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Vnde & secundum philosophū debet esse princeps deicola. Sap. Timor Domini principium sapientiæ. Et timor Domini odit malum. Postquam ergo timorem Domini & exemplarem vitam suam habuerit, debet esse lucidus scientia legis, qua se & alios possit regere, quia Psalmus dicit. Lex Domini immaculata conuertens animas, & legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper. Et triplici lege debet esse splendidus, & lucidus. Primo debet habere legem diuinam penes se, ne erret ipse & populus eius in his quæ sunt Dei & honoris eius. De hoc habemus Deut. Postquam Rex sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronominū legis huius in volumine, accipiens exemplar a sacerdotibus leuiticæ tribus, & habebit secum, legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & cerimonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, nec declinet in partem dexteram vel sinistram vt longo tempore regnet ipse, & filij eius super Israel. Hæc ibi. Secundo debet habere etiam scientiam legis ecclesiasticę quantum ad ipsum & eius regimen requiritur, cui in omnibus debet esse subditus. Quoniam Deute. vbi supra Deus mandat. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram & nō lepram, & iudicium intra portas tuas vide-

Præsidentes assimilantur Soli in trib⁹.

Eccle. 10.

Sap. 8.

Deut. 8.

videris verba variari, Vade ad sacerdotem leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, dicit lyra. Intelligitur hoc vel diuisiue, vt ad sacerdotem de his quæ sunt legis, ad iudicem de his quę ad ius ciuile pertinēt, vel coniunctim de vtroq; ad vtrumque. Quæresq; ab eis, qui indicabunt tibi, iudicij veritatem, & facies quod cunq; dixerint, qui præsunt loco, quē elegerit Dominus, sequęrisq; sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neq; ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Hæc ibi. Et hoc etiam obseruauit. Iosaphat Rex iuda, constituēs iudices per ciuitates cum optimis exhortationibus ad eos, qui in ciuilibus iudicarent, & sacerdotes cum eisdem adhortationibus, vt legem domini populum docerent, & iudicarent circa causas ad legem pertinentes. Addens eis quod si defecerint prædicti in eis delegatis, iudicium a Domino habebunt. Vide historiam, quia sunt pulchra & practicabilia. Tertio debet esse lucidus in statutis legis humanę & municipalis. Quoniā secundū S. Tho. & alios doctores, leges humanę deriuantur a lege naturæ, dummodo sint secundum rectam rationē cōstitute, quia ratio a lege naturæ orditur, eiq; in omnibus conformatur. Et limitat ac determinat legem naturæ ad particularia, dum lex naturæ, verbi gratia, dictat maleficos puniendos in communi, sed lex humana per suam constitutionem hoc limitat ad talem & talem pœnam, & ita dicit benemeritos honorandos, sed lex humana determinat, quales honores dandi sint talibus & talibus bonis operibus & exercitijs virtuosis. Et secundo debet esse calefactiuus vt sol, scilicet, vt calore charitatis sit ignitus in gubernando populum, secundum quod dicit Aug. Non

2. Para. 19

se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente fęlicem. Rectorem te posuerunt noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curam illorum habe, & sic considera, & omni vra tua explicita recumbe, vt leteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem cō sequaris coronationis, hæc ibi. Ideo dixit Deus superius de rege, ne eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos. Ne accidat talibus sicut superbo Saul regi conuerso in tyrannidem supra populum, & ipsum Dominus propter inobedientiam reprobauit ne regnet super Israel, & permissione diuina agitabatur a spiritu maligno Tertio debet influere in populum secundum necessitatem vniuscuiusq;, semper respiciendo ad bonum commune populi quam ad suum priuatum. Quoniam statim postquā accepit solium gubernaculi, & sceptrum eius, etiam alia veste, quam sua priuata vtitur cum insignijs suis, ad denotādum ꝙ per amplius expoliatus est omni propria concupiscētia, & totus indutus est boni cōmunis vestimētis & respectibus, suisq; stipēddijs sit cōtētus. Quoniam dicit sapientia. Dux indigens prudentia, multos opprimet ꝑ calumniam, qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius. Et Rex iustus erigit terram, vir auarus destruet eam. Et Auaro nihil scelestius. Nam ipse est pater totius multitudinis quam cōtinet sub se, quos omnes adoptauit in filios, & ideo superius regi præcepit Deus ne extollatur in superbiam supra fratres suos, ideo esse prouidus debet in prouidendis tempore oportuno, maxime dum præuidet annum minus placabilem. Et vtantur cōsilio S. Ioseph ad pharaonē pro tempore præuisę futuræ sterilitatis, & magnitudinis inopiæ. Vbi dixit. Nunc ergo prouideat rex virum sapientem & industrium, & præficiat eum terræ egipti, qui constituat prępositos per cunctas regiones, & quintam partem fructuū per. 7. annos steriliili

Eccle. 32.
1. Reg. 16.
Prou. 26.
Eccle. 10.
Gene. 41.

Digitized by Google

rilitatis,qui iam futuri sunt congreget in horreo, & omne frumẽtum sub pharaonis potestate condatur,serueturq; in vrbibus,& præparetur futuræ septem annorum fami,quę oppressura est egiptum, & non consumetur terra inopia.Et placuit pharaoni cõsilium & cunctis ministris, hæc ibi.O quantum principes crescunt in deuotione & fidelitate populi, dum sic sua prudentia] vtuntur in conseruatione eorum.Lege 1.Paral. Quando populus & omnis Israel congregatus venit ad Dauid regem. Os tuum sumus, & caro tua.Tibi.n.dixit Dominus Deus tuus,tu pasces populum meum Israel & tu eris princeps super eũ. Hæc ibi. Sed vt prædicta valeat consequi & habere, tria sunt sibi necessaria secundũ philosophum. Primo vt sit bene consiliatiuus, quia vnus non potest omnia scire,sed consilio regna firmantur.Inter superbos semper sunt iurgia, qui autem agunt omnia cum consilio reguntur sapientia. Et vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus & validus, quia cum dispositione initur bellum,& erit salus, vbi multa consilia sunt. Et Vir consilij non disperdet intelligentiam, alienus & superbus non pertimescet timorem. Fili sine consilio nihil facias, & post factum non pęnitebis. Et dicit fasciculus temporum.Qui se extimat sapientem stultissimus est, quia non vult doctrinam alterius, sed qui se extimat insipientem, hic sapientissimus est, quia quærit talis edoceri ab alio.Vnde & Aug dicebat,ego senex & Episcopus,vellem edoceri a puero.;Secundo debet esse bene iudicatiuus, vt ex consilio & determinatione eius declinet ad potius consultum, & nõ innitatur prudentiæ suæ, vt dicit sapientia in prouerbijs, nec faciat sicut Roboam, qui consilium senum sanum noluit sequi,sed iuuenum, & amisit magnam partem regni per rebellionem populi.Et dat regulam seneca iudicibus dicens. Ego illum verum iudicem extimo,qui cito intelligit, nõ tardiate negligentiæ, sed põderositatis. Quoniã maxime in rebus arduis,plumbeo pede est incedendum, quoniam in prouidi & imprudentis iudicis est dicere non putaram sic euenturum. Regula ergo est in iudicando, vt semper eligatur melius bonum,& verius,& vtilius secundum rationem & iustitiam.Et vt hæc eliciantur vtendum est iudicibus Boetij doctrina.In quoq; si vis tramite recto carpere callem,gaudia pelle, pelle timorem,spemq; fugato,nec dolor adsit,nubila mens est, vinctaq; frenis,hæc vbi regnant.Tertio debet esse rectus & iusti executiuus,sed caueat a præcipitatione passionabili. Quoniã secũdum philosophum intus existẽs prohibent sensationem, & præcipitatio in principibus est periculosa vt accidit in Theodosio Imperatore,interficiente ex impetu passionis in thesalonica multa milia hominum innocentum. Vide eius historiam in vita sancti Ambrosij.Et tunc(vt dicitur,)sibi Sanctus Ambrosius post pœnitentiã imposuit, quod nunquam sentẽtiam per ipsum iudicatam ante spaciũ triginta dierum promulget,& in executionem ponat, quia in prouerbijs indignatio regis nuntij mortis, & vir sapiens placabit eum idest interim. Et iterum idem. Leo rugiens & vrsus exuriens, princeps impius sup populum pauperem.O in quantos pericolosos lamberintus cadunt impetuosi iudices, qui non sedato animo iudicant, & qui sententias suas iniustas quas tenentur reuocare, non reuocãt.Practica de huiusmodi. Secundum signum, luna conuertitur in sanguinem,in qua denotari possunt iudices regum & principum delegati,siue criminalis siue ciuilis potestatis, qui conuertuntur vere in sanguinem, dũ non recte iudicant inter lepram, & lepram,& inter rectum & prauum, se ducti passionibus odij, amoris,vtilitatis proprię,& huiusmodi, in damnationem sanguineam animæ eorum. Quia vt dicitur Sap.Horrende,& cito apparebit vobis,quoniam iudiciũ du

Marginal notes: 1.Paral.11 — Tria sunt necessaria regi p vsu prudentię Regiæ. — Proue.13. — Proue. 24. — Eccle.32. — 3.Reg 12. — Qũo peruersi iudices vt luna conuertũtur in sanguinem. — Proue. 16 — Proue. 28 — Sap.6.

Deut. 16. durissimum in his qui prę sunt fiet. Vide totum cap. quia est ad propositū. Et omnibus principibus Deus dixit per Moysen. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. Non accipies personam nec munera, quia munera obcecant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Iuste quod iustū est prosequeris, vt viuas & possideas terram. Hæc ibi Isti igitur, vt Luna plena luceant obscuro populo,

Exod. 22. secundum quod Deus præcepit. Maleficos non patiaris in terra viuere, sed.s.secundum merita, & demerita sua, omnes transeant sub ęqua libra

2. Para. 19 eis contingente, vide. 2. Paral. Consilium admirabile ad suos iudices tam seculares quam spirituales, & practice expone vt superius notaui. De huiusmodi habes latum campum practicandi ad cunctos magistratus secundum subiectam materiam. Tertium signum stellę obscurabūtur, & cadent ex firmamento, quando electores principum & aliorum iudicum, qui sunt, vt stellę ornamētum reipublice, tanquā Cœli, vt accidit in republicis & similibus regiminibus, quæ per multitudinem suos præsidentes, atq; officiales eligunt. Posposito.n. Dei timore in talibus actibus, non respiciunt ad bonū, commune ciuitatis, sed amore, vel passione affecti, aut proprijs vtilitatibus fascinati, eligunt ineptiores, & deteriores ad similia officia. Vere hij merito nuncupandi sunt ciuitatis manifesti proditores, & merito a Domino Deo eradicandi, vt nec semen illorum viuat super terram, quia & sibi ipsis & alijs mors sunt ex tali ipsorum prauitate, vt impleatur de eis illud. Psal. Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur, vt qui ex se spirauerunt igneas scintillationes in suam rempublicam, cadant de Cœlo, & corruant cum magno lucifero duplici Dei contritione.

Prou. 28. Prou. In exaltatione.n. iustorū multa gloria, regnantibus impijs ruinæ hominum. Vide reliquum capituli. Item stellę sunt iuuenes, & talium ętates, q sicut stellę sunt cęli ornamētū ita ipsi sūt ornamētū ciuitatū, qñ bñ, & virtuose lucēt, practica de his virtutib⁹, q maxime eos decet habere, sed cadūt de Cœlo, dum obtenebrescunt in eis. Practica super vitia eorum. Quartum signum est cum vides pressurā hominum in terra, i. diuisiones, odia, bella intestina, & similia, practica de his. Et breuiter, cum vides in hominibus mala quæ S. Paulus ponit. Hoc scito quia in nouissimis diebus, instabunt tempora periculosa. Erunt homines seipsos amantes. Cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus inobedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinētes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatū amatores, magis quam Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutē eius abnegantes. Et hoc deuita. Hæc ibi. 1. Thi. 2.

Quando ergo hæc vides, vere prope est ęstas, & ęstus diuinæ seueræ iustitiæ. Quintum signum est cum vides amaras lachrimas, & lamētationes fieri in ciuitatibus, inundationes & tempestates prauorum contra bonos iustos ac innocentes. Practica hic de multis insolentijs, quæ fiunt in regnis, & ciuitatibus a potentioribus, maxime iunioribus, & nulla de his fit iustitia, ac nullum remedium his amaris malis adhibetur, Psal. iuuenes eorum comedit ignis, & Virgines eorum non sunt lamentatę, Iam actum est de tali regno, & republica, & ciuitate. Lege Exod. 22.

quid Deus dicit contra tales. Pupillo & viduę ne nocebitis. Si autem leseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam eorum clamorem, & indignabitur furor meus, & percutiā vos gladio, & erunt vxores vestræ viduę, & filij vestri pupilli. Et Prou. Qui abscondunt frumentum maledicentur in populo, & talium maledictio exauditur, vt patet vbi supra. Exo. Et Prouer. Qui calumniatur egenti, exprobrat factori suo. Et cætera tu adde secun- Prou. 11. Prou. 14.

cun-

cundum quod occurrerit. Sextum signum Arescētibus. Cum vides bonos arescere, & quasi tabescere dolendo & ingemiscendo super peccata prędicta populi, vt apud Ezec. factum est, tunc certissime dicas. Prope sunt sex viri accinti ensibus iustitię diuinæ ad percutiendum in interitum omnes & singulos, nulli parcentes incipiēdo a sanctuario Dei vsq; ad infantes. Septimum signum est cum vides te tuis demeritis derelictum a Deo, & a protectione angelica, vt dictum fuit apud Hier. ab Angelis confusæ Babiloni, noluit accipere medicinā relinquamus eam, scilicet in interitum, & naufragium, sicut nauem absq; gubernaculo, vt impingat ad omnem flatum in suum interitum, quia iudicium eius ascendit vsq; in Cœlum, tunc dicas, iam actum est de me, sicut Isa. Dicit de decem tribubus. Derelinquetur filia Sion, vt vmbraculū in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, sicut ciuitas quæ vastatur. Et tu omnia supradicta secundum exigentiam materiæ applica etiam ad sexum muliebrē omnis conditionis. Octauum signum. Cum videbis filium hominis iam prope venturum, vt qui te misericordia redemit ingratum & scelestum, iustitia seuera iudicabit & condemnabit, quia in manu forti & brachio extento regnabit super te, rememorans omnia mala tua, vt veniat sup te omnis sanguis iustus, qui effusus est a sanguine Abel vsq; ad sanguinem Zachariæ iusti effusi, iam actū est de te. Quia arcū suum tetendit & vibrauit illum, & in eo parauit vasa mortis. Tunc dico videbis filium hominis venientem super te seuera iustitia sua, vt dicitur. Ezech. Tunc finis super te, & immittā furorem meū in te, & iudicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas, & non parcet oculus meus super te, & non miserebor tui. Hæc ibi. Nec dicas sicut hæbrei. Deridendo comminationes prophetarum contra ipsos, dicebāt. Manda remanda, manda remanda, manda remanda. Idest semper comminamini nobis diuina flagella, quod veniēt super nos, modicum ibi modicum ibi. Idest post modicum paruum tempus venient, & tamen nos non videmus hoc modicum. Sequitur in textu. Hęc dicunt, vt vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur. Propter hoc audite verbum Domini viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Hierusalē. Dixistis enim, quia percussimus fędus cum morte, & cum inferno fecimus pactū, flagellū inundās cum transierit, non veniet super nos quia posuimus mēdatiū spem nostrā, mēdatio protecti sumus. Iccirco hęc dicit dominus Deus. Ecce ego mittā in fundamētis Sion lapidem, lapidem probatū, angularē, preciosum, in fundamēto fundatum, qui crediderit, nō festinet. Et ponā in pondere, iudiciū & iustitiam in mensura, & subuertet grando spē mendatij, & protectionē. Aquę inundabunt, & delebitur fędus vestrum cum morte, & pactum vestrū cum inferno non stabit. Flagellū inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem. Quandocunq; pertransierit, tollet vos, quoniam mane diluculo pertransibit in die & in nocte, & tātū modo sola vexatio intellectū dabit. Coangustatum est enim stratū, ita vt alter decidat, & palliū breue vtrunque operire nō potest. Sicut.n. in mōte diuisionum stabit Dn̄s, sic in valle, quę est in Gabaon. Nā Gabaon interpretatur vallis mestitię, procliuiū iniquitatis, quasi dicat, sic in valle, idest collectione omniū spurcitiarū, quia ad ipsas currunt spurcitiæ, irascet, vt faciat opus suū. Hæc ibi. Ne dicas igitur cū his prauis, quando venient hęc mala super nos, quia dicit tibi Deus hoc mane. Fiet omnino, quod os Dn̄i locutū est. Et non præteribit hæc praua generatio in se vel in suis prauis successoribus, quin hæc videat. Qm̄ possibilius est Cęlū & terram perire, quàm verba Dei non impleri. Non est Deus quasi homo, vt mentiatur, nec vt

Isa. 1.

Ezec. 7.

Isa. 28.

Num. 23.

Luc. 17. vt filius hominis, vt mutetur, Et accidet vobis vt Lucas ait. Sicut factum est in diebus Noe, & in diebus Loth. Edebant & bibebant, vxores ducebāt & dabantur ad nuptias vsq; in diem qua intrauit Noe in archam, & venit diluuium, & perdidit omnes. Et in diebus Loth, similiter faciebant: et qua die exijt Loth a Sodomis ignem & sulphur de Cœlo perdidit. Et quod accidit apud Danielem regi Baldasar in conuiuio, cum sibi manus scribentis in pariete apparuit, mane Thethel phares, scribens. Vide interpretationem horum in nostra prædica de actibus in iudicio generali, vbi hanc historiam declaraui, & in alio loco eandem figuraui. Possis his addere signa ruinæ mundi, quę ponit sacra scriptura. Propter quæ diluuium factum est, & applicare ea ad nostra miserima tempora, quia eisdem vitijs mundus est plenus, & vbi sunt eedem vel similes causæ, necessario producunt similes effectus. Oliua. n. semper oliuam producit. Dicit. n. textus. Videns Deus. s cui omnia sunt aperta, quod multa malitia. Ecce peccatum non ex infirmitate, sed ex malitia, quod plurimum aggrauat iuxta Iob dixerunt impij Deo suo, recede a nobis, viam scientiarum tuarum nolumus. Dicit multa, in quo denotatur multitudo non paucorum se multorum peccatorum, vt sint merito vasa irę domini, modo quo dicitur. Nec prohibui cor meū, quin omni voluptate frueretur. Dicit tertio hominum, in quo denotatur multitudo peccantium, vt in sodomis, modo quo dicit Psal. Dominus prospexit de Cœlo suo, vt videat, si est intelligens aut requirens Deum, & vidit quia nō est, qui faciat bonum vsq; ad vnum. Quarto dicit in terra in quo denotatur impunitas malorum, quia in omni loco & pro omni tempore mala in terra fiebāt absq; castigatione, vbi dicit Aug. hæc est magna ira Dei, cum desit correctio, & depta iustitia quid sunt regna quam latrocinia. De his. Non est veritas, non misericordia, nō scientia Dei in terra, maledictum, & mendacium, & homicidum, & furtum adulterium, inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit, propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea. Hæc ibi. Quinto dicit omnis cogitatio cordis, intēta ad malum, in quo notatur, quod non solum erant peruersi in factis apertis, sed ēt in cordibus, quoniā & in ipsis ex abūdantia cordis os loquebatur. Sexto dicit in malum, in quo denotatur inuerecundia, qua ad omne malum, ac si essent opera virtuosa currebant inuerecunde, dicentes illud Isa. Bonū malum & malum bonum, & ponētes dulce in amarum, & amarū in dulce. Psal. Non est timor ante oculos eorum. Et iterum cogitauit sicut nouacula acuta dolum, & astitit omni viæ malę malitiam non odiuit. Septimo dicit omni tempore in quo notatur perseuerātia sine pęnitentia, modo quo dicitur Hier. seculo. i. a cunabulis, confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti non seruiam. Octauo ponitur non curare prædicatores, & deridere prædicta eis prænunciantes, sicut isti fecerunt in Noe & Loth, prænunciantes alter diluuium, alter submersionē Sodomę & Gomorrę. Et in fine horū conuerte & reflecte prædicta mala in populum cui prędicas, replicando ea in particulari, vt si, vel quia hæc mala sunt in te, ideo dico vobis venient similia mala super hanc generationē pessimam, vide ad propositum huius sermonis, nostrum sermonem de causis ruinæ Regnorum.

[Marginal notes: 8. Peccata sunt ruina regnorum ex sacra scriptura. — Gene. 6. — Eccle. 2. — Ose. 4. — Isa. 5. — Hier. 2.]

SERMO

Digitized by Google

SERMO QVARTVS.

TRACTANTVR SIGNA PRAEcedentia ruinam status ecclesiastici; & qui per Solem, Lunam, & Stellas, in ecclesia designentur.

ERVNT SIGNA IN SOLE, LVNA, ET Stellis. &c. Lucæ. 21.

PRO intellectione est prænotandũ in sacra scriptura ecclesiasticos viros, per Cęlos & per firmamentum denotari, secundum quod dicit Psal. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Et hoc non absq; causa, quia sicut Cœli eleuati sunt a terra, ita & ipsi debent habere affectum suũ eleuatum a terrenorum concupiscentijs conuersationem habere cęlicam, vt dicit Apostolus. Nostra conuersatio est in Cœlis. Secundo debent esse Cœlum ornatum stellis. i. relucentia virtutũ ornari, modo quo dicit Psal. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circũamicta varietate. s. virtutum. Species Cœli. i. pulchritudo ecclesiasticorum, gloria stellarũ. s. varietatis virtutum. Tertio debent esse lucidi, vt in se ardeant ardore, & lãpadibus charitatis, & extra luceant doctrina & sancta conuersatione, de quibus in canticis sponsa ad spõsum. Lampades tuæ lampades ignis. s. per internam charitatem, & flammarum scilicet per externam ad proximum conuersationẽ, quia scdm Ber. ecclesiastici debẽt intus ardere, & foris lucere. Et Christ⁹. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in Cœlis est. Quarto debẽt esse spiritu feruentes nõ pigri, sed habentes veloces pedes ad currendã viã Domini, & ad euangelizandum Euangelium Christi, modo quo Cœli volubilitate sua continua enarrãt Dei gloriam, & firmamentum. i. Cœlum stellatum annuntiat opera manuum Dei, vt suam sapientiam, suam potẽtiam, & alia attributa diuina, Vnde Paul. Quosdam quidem in ecclesia sua dedit Apostolos, quosdam prophetas, alios vero Euangelistas, alios pastores & doctores, ad consumationẽ sanctorum, in opus mysterij in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi. Reuertentes igitur ad sacrum Euãgelium dicamus. Erunt signa in Sole, & Luna. Vt supra diximus in superioribus literalibus expositionibus; per solem hic potest nobis denotari Pontifex, qui in ecclesia Christi ipsum repræsentat, qui est sol iustitiæ, cuius vices plenaria auctoritate gerit in sancta ecclesia, vt sicut sol omnia illuminat, ita & ipse cunctos fideles illuminat & in fide stabilit. cui Christus dixit in persona Petri: Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, sed tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et sicut solem stella matutina de nocte præcedit, & de die sequitur, ita Cardinales eius fratres vocati, ipsi semper assistunt die noctuq; pertractantes secum, quæ sunt ad ecclesiæ ædificationem, & per Pontificem decisa, & declarata populo denunciant, tãquam veri luminis claritatem, qua per cęcitatem & claritatẽ huiusmodi ad

[Marginal notes: Ecclesiastici Cęlo assimilãtur ꝓpter quatuor. — Phil. 3. — Eccle. 43. — Matth. 5. — Ephe. 4. — Per solem Põtifex significatur cuius sunt Cardinales sicut Stella Matutina ꝑcedens Solẽ & de die sequẽs & hi quando obscurantur.]

ad cęlestem patriam proficiscuntur absq; itineris errore. Et ideo vocantur Cardinales, quia ipsi sunt conclaues Apostolici, per quos denunciatiue iussu Pontificis, portę Regni Cœlorum aperiuntur & clauduntur. O quàm bene cum ecclesia est, quando cardines terræ cum sancto Pontifice recte rigant, concorditerq; vita doctrina, & exemplis conueniunt in ędificationem ecclesiæ, vere funiculus triplex difficile rumpitur. Sed heu ipsos contingit ecclipsari in ruinam, & obscuritatem ecclesiæ, cum nec vita, nec doctrina, nec exemplaritate sancta lucent, sed conuertuntur in obscuritatem degeneris vitæ, doctrinæ, & exempli. Sed dico conuertuntur in saccum cilicinum, non per pœnitentiam vt Niniuitæ, aut castigationem suorum membrorum, vt Apostolus Paulus, qui dicebat castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne cum alijs ꝑdicauero, ipse reprobus efficiar, sed conuertũtur in saccum cilicinum deponentes a se nouum hominem, qui secundum Deum est, & induentes veterem, qui secundum carnem est scilicet cum a Christi paupertate & imitatione expoliantur, & induuntur diuitijs & mollibus vestiuntur sicut epulo, & sicut Sobna apud Isai. ꝓpositus tépli, (Isai. 22.) de quo vide ibi perpulchram historiam, quia tota est ad propositum. Tu autem de alijs moderatius quo poteris practica, in communi semper loquendo per compassionem, hortando omnes, ne inconsutilem Christi tunicam dilacerent, & diuidant per odia dissensiones & similia, & ne patrimonium Christi consument in scortum, & alias vanitates, sed ĩ pauperes Christi, quorum labores comedunt, & in protectionem ecclesię, maxime his miseris temporibus, in quibus blasphemus Sennacherib & Goliath Philistæ contra Christum & membra eius rugiunt, deuorant, dissipant, & conculcant vsq; ad vituperationem & expoliationem ecclesiarũ. Percurre tu per alia mala, quæ passim per eos in Christianos fiunt absq; Christianorum remedio, vt propter peccata nostra secundum quod Iob. dicit. (Iob. 12.) Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem, Baltheum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum. Dicit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat, commutans labium veracium, & doctrinam senum auferés. Effundit despectionem super principes & eos qui oppressi fuerant releuans. Hæc ibi. Erunt signa in luna, quæ totum lumen suum habet & accipit a sole. In luna possunt denotari cęteri prælati a prædictis in ecclesia Dei, illuminati & confirmati per Pontificé verum solem ecclesiæ, vt regant & illuminét omnes nocturnos. i. tenebrosos peccatores, sicut luna illuminata a sole illuminat noctem. Practica de his prælatis, vt sunt Patriarchę, Archiepiscopi, & Episcopi, & cæteri immediatam curam habétes de suis subditis. De his quales debent esse & quales debent per dioceses institui, ad plenum ponit sanctus Paulus ad Titum Archiepiscopum Cretensem, vide ibi & nostros sermones de qualitatibus sacerdotum. Isti vere ecclipsantur quando degenerant verbo doctrina, & vita ac exemplaritate, ab his quæ his Paulus enumerauit: Et hij vt luna merito conuertuntur in sanguinem, quia vt Ezechieli Deus dicit de talibus, sanguinem eorum, scilicet subditorum, requiram de manibus eorum. Et non sine causa, quoniam isti, mala & praua vita & exéplaritate, & quandoq; peruersa doctrina interficiunt spiritualiter suos subditos. De quibus idem. Ex parte Dei dicit, ve pastoribus Israel qui pascebant semetipsos. (Ezec. 25.) Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod enim infirmum fuit non consolidastis, quod ęgrotum non sanastis, quod confractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat, non quęsistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cũ potentia

(In Luna denotãtur cęteri ꝑlati in ecclesia potioris dignitatis, q eccli psant dgenerãtes vita, verbo doctrina, ac exemplaritate.)

Digitized by Google

tentia.&c.vide si vis.

Erunt signa in stellis, idest in prædicatoribus & doctoribus ac confessoribus,de quibus.Dan.dicit. Qui autem fiunt docti,fulgebunt,quasi splendor firmamenti : Et qui ad iustitiam erudiunt multos , quasi stellę in perpetuas æternitates. Hę stellę Cęli mystice tunc in ecclesia cadunt de Cęlo, quando doctores,vt dicit Isa.Dicunt bonum malum, & malum bonum , & per varias hæreses suo sensui innitentes diuidunt inconsutilem Christi tunicam, glossantes & peruertentes sacram scripturam, non ad eum sensum quem sancti ecclesiæ doctores,qui vt dicit sanctus Petrus,spiritu sancto inspirati loquentes tradiderunt, sed vt dicit idem Petrus secundæ cano. suæ vltimo.Instabiles deprauant ad suam ipsorum perditionem.De his vide totum hoc cap. Dicuntur etiam cadere de Cęlo,quando prædicatores omissa sacra scriptura,fabulas , & Poetas, Platones, & Aristoteles , Cicerones, & alios similes prædicant, vt Paulus ad Tim.dicit. Quando etiam in confirmationem dictorum Christi,principaliter vtuntur humanis rationibus, vel auctoritatibus , aut poetarum fabulis,interptando eas ad mysticũ sensum Christi & ecclesię ac morũ,tanq̃ Christus indigeret ꝓ sui testimonio diabolica attestatione,cũ etiam in huius signum, noluit testimoniũ verum diaboli proclamantis, scimus ꝙ tu es Christus, sed eum increpãs præcepit vt obmutesceret . Testimonia autem Christi, & veritatis eius , sunt sacræ scripturæ attestationes, de qua Christus dixit.Scrutamini scripturas, ipsę enim testimonium perhibent de me . Idem faciunt, qui falsese varijs fucationibus,& coloribus, non Christum sed seipsum prædicant, contra Pau.q dicit . Nos auté prædicamus Christũ Crucifixũ,iudæis quidé scandalũ,gentibus stultitiã, nobis autem Dei virtutem,& sapientiam. Qũo auté Christus prædicãdus est, vide sanctũ Pau. ad Roma.& Cor. Cadũt etiã stellę de

Dan. 12.
Per Stellas prędicatores,& doctores notantur, sed qũo cadũt de Cęlo ecclesię hic notatur.
Isa. 5.
Ioan. 5.
Rom. 15.

Cęlo,cũ confessores per ignorantiam nesciunt discernere inter leprã, & leprã,& inter prophanum,& honestũ , aut virtutes . Et cum ligant & soluũt non ligãda, vel soluenda, & hoc maxime cũ fit spe lucri vel fauoris , aut timoris,vel humani respectus, in dãnationé animæ vtriusq;.s.ipsius confitétis.quoniam.Christus dicit. Qui erubuerit me,& meos sermones corã hominibus, hunc erubescet filius hominis cum venerit in maiestate sua & patris & Angelorũ sanctorũ . Cõtra hos etiam dicit.Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrũpere iniqtates. Mihi dixit quidã famosus doctor. Hodie perdidi animã meam,quia absolui quendã comité tenétem aliena bona.Et a fide digno religioso audiui,ꝙ quidã magnus confessor moriens vocauit prioré,& dixit sibi. Ego morior & vadã ad infernũ , qa audiui in confessione talé principé.Sed per optime fecit quidã deuotus prædicator ordi. S. Frãcisci in partibus Apulię,prædicãs in castro cuiusdã comitis, qđ emerat,& pascua cõia in possessioné propriam plantauerat,dixit sibi cõnteti, Dñe tu emisti hoc castrũ, sed nõ licet tibi cõia pascua appropriare.Ad cuiꝰ verba iratus ab eo discessit & ex palatio suo mandauit sibi, vt in spacio cõsumationis accensę candelę ex castro discederet,ꝙ & fecit.Sequit. Et in terris præssura gentiũ. Nã Christus dissidétibus adinuicé discipulis de principatu,quis eorũ maior esset, dixit sententialiter. Reges gentiũ.s. ambitiose quærunt principatũ,& tyrannice dominant super suos subditos , vos auté non sic,sed qui maior est inter vos,sit minister vester, qa filius hominis non venit ministrari sed ministrare.Et iterũ nisi efficiamini sicut paruulus iste, nõ intrabitis in regnũ Cęlorũ. Mystice ergo in terrenis clericis,& ecclesiasticis fit prę̃ssura gétiũ, cũ ex ambitione dissidét adinuicé in principatu acqrédo,cũ nemo debet assumere illud,nisi vocatus sicut sanctus Aaron, vt dicit Pau. In eis ét ꝑssurę terrenę fiũt,

1. Cor.10
Luc. 9.
Eccle. 7.

Digitized by Google

imitando gentes in altercationibus & diuisionibus, ac alijs sectis adinuicē, dicentesq;. Ego sum Apollo, ego Cęphe, ego Pauli, & non vt dicit de se
1. Cor. 1. Pau. ego sum Iesu Christi, q̃ pro me est crucifixus, & non Apollo, vel Cęphe &c. A quodam religioso est mihi relatū, in conuentu vbi aliquando fuit ꝓlatus, mortuo fratre alter frater ibi cū quo semper dissidebat sepultus reuoluit se dorso ad ipsū, nouiter mortuū, & secū sepeliendū, quasi vellet dicere. Ecce nec mortuus tecū quietus ero. An hæc dissensio diabolica sit inter ecclesiasticos vtriusq; sexus & cōditionis vobis constat, cū assidue ebu
De praua conuersatione ecclesiasticorum. liant etiā ad aures seculariū, vel causa fauoré habēdi ab ipsis, vel ex odio ꝓrumpente, sicut fornax sup accēsa exterius. Præ confusione sonitus maris, & fluctuum eius. In quo potest notari amara vita sicut mare, & conuersatio clericalis coram Deo & hominibus, in qua recipiuntur oēs fęces spurcitiarū sicut in mari, maxime in statu religiosorum. De quibus Aug. sicut non vidi meliores, q̃ qui in claustro profecerūt ita nō vidi deteriores, q̃ qui ab eo defecerunt, quod luce clarius cōstat. Pōt insuper notari in undarū inflationibus, eorū vt diximus diabolica ambitio, & crudelitas, vt quādoq; excedāt tyrannorū asperitates. In signum huius, Deus apud Ezechielem præcepit sex viris iræ suæ incipere a suo sanctuario. O quantę paupercul̨ę animæ periclitantur ex eorum prauitatibus. De huiusmodi practica, tamen sp cū meliori moderatione qua poteris, ne ligna ponas in fornacē accēsam. Psal. Tange montes & fumigabunt. Cōtra
Leuit. 21. hos Deus. Dixit Moysi. Loquere filijs Aaron. Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen sanctum eius, incensum Domini, & panes offerūt Dei sui ideo sancti erunt, concubinas nō habebunt, quia cōsecrati sunt a Deo suo & panes propositionis offerunt, sint ergo sancti, quia ego sanctus sum, qui sanctifico vos, Cōtra hos etiā potest
2. Reg. 12. figuratiue dici illud quod. Nathan dixit regi Dauid adulteranti, & homicidiū perpetrāti. Ego vnxi te in regē super Israel, dediq; tibi domū Israel & Iuda, & tu contēpsisti verbū domini, vt faceres malū in conspectu meo, & in facto tuo fecisti blasphemare inimicos nomen Domini, quamobrē nō recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternū, eo ꝙ despexeris me. Hæc ibi. Et breuiter ac summatim omnia prodigia mystice superius enarrata colligendo in auctoritate Amos. Quā per Amos. 9.
pulchre postillator Nico. Lyra moralizat, concludā. Vidi Dominū stantē super altare in templo, vbi immolabantur hostiæ, & dixit executoribus suæ iustitiæ. s. Nabuc. Percute cardinē. i. foramen inferius, super quo portę templi in parte inferiori sustentabantur. i. Pontificem paruum quicūq; sit ille. Et commoueantur super liminaria. i. lignū transuersum in superiori parte portarum Idest sint etiā puniti praui clerici, qui in ecclesijs deseruiunt: Qui videntes prauas vitas Pontificum, ipsi deteriores sunt facti. Et causa punitionis additur. Auaritia in capite omnium tam capitū, spiritualium, q̃ temporalium, de qua Hier. A Hier. 6.
minore vsq; ad maiorem omnes auaritiæ student. Et a propheta. i. prædicatore prauo vsq; ad sacerdotē cūcti faciunt dolū, & sequitur in Amos punitio eorum irremediabilis. Et nouissimum eorum gladio interficiam, & non erit fuga eis. Et qui fugerit ex eis,
non saluabitur, vide etiam. Hier. Vbi Hier. vlt.
ponitur historice hæc punitio tēpore Sedechię regis per Nabuchodonosor.
Et iterū, Amos. dicit. Venit finis sup Amos. 8.
populum meum Israel, & non adijciā vltra, vt pertranseam eum. s. sine punitione. Et stridebunt cardines tēpli. i. Pontifices, & Cardinales, & alij inferiores prælati in die illa dicit Dominus, hæc Lyra. Dico stridebunt in hoc mūdo per flagella tēporalia, & in alio vbi erit fletus & stridor dentiū per flagella ęterna, iuxta illud duplici cōtritione cōtere eos Domine. Nā stridor etiā ferratorū cardinū potest accidere

ex

Digitized by Google

ex rubigine, quæ denotat ecclesiastici corum obstinationem, de qua dicit. Eze. Nec rubigo ollæ potuit emundari per ignem. i. obstinatio non emẽdatur per flagella, sed durior efficitur, vt accidit in Pharaone & similibus. Insu per stridor cardinum denotat spirituales, scientes legẽ domini, & tamen ex malitia, & non ex fragilitate eam trãsgrediunt, vt de Phariseis dicit Christus, qui præponebant suas traditiones mandatis Dei. Quæ transgressio clamat & stridet ad Deum pro vindicta crudeli contra ipsos, super mala quorũ tabescũt boni & probi vtriusq; sexus viri & mulieres, q̃a ecclesia Dei tam pulchre a Deo ornata, sit conuersa in lambruscã, vt dicitur. Isa. Quare merito insurgunt Angelicę potestates, & ministri sathanæ contra eos, q̃a vt dicitur Sap. Deus armabit creaturã suam in vltionem inimicorum. Et veniet cõtra eos Iesus Christus in potestate suæ seuerę iustitiæ, quia abusi sunt eius misericordia. Et hæc omnino fiẽt, dic vt supra, vt destruatur corpus peccati, & fiat noua ędificatio in ecclesia Dei. Vide ad propositum huius sermonis nostrum sermonẽ de renouatione ecclesiæ, sup quatuor animalia Ioelis corrodentia totã pulchritudinem prædioli. Pro destructione, & ruina status seculariũ, breuiter pręd icta possis applicare secundũ subiectã materiã, addendo his illud quod. 2. Para Azarias pphetauit de tẽporibus futuris in Israel. Hanc auctoritatẽ declaraui in præcedenti expositione de signis ruinæ status secularium, dic etiam quæ S. Pau. dicit de vltimis temporibus 2. Thim. Deinde descendendo magis in particulari ad ciuitatẽ, cui ad præsens prædico, quia particularia magis mouent, dicamus, legitur Lucę. Aderant eo tempore quo Iesus in Galilęa prædicabat, quidã nunciantes ei de Galilęis occisis per Herodẽ. Quidã. n. dicens se esse filiũ Dei multos seduxerat de Galilæis. Quos dum duxisset in Garizim, vbi dixerat se ascensurũ in Celũ, coram eis, dũ ei sacrificarent, superueniens Pilatus ipsum cum omnibus occidit. Et respondit Iesus. Putatis, q hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt, nõ dico vobis Iudæos his minus sceleratos. Ideo nisi pęnitentiam habueritis omnes similiter peribitis, sicut illi. 18. super quos cecidit turris in Syloe, & occidit eos. Putatis, quod & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hierusalem. Hæc applica ad ciuitatem Ragusinam vel similem, quæ videt ruinas fieri circũquaq; ipsa intacta vel minus patiente, & tamẽ non est melior, & vtinam non deterior in motibus, vere signum ruinæ tuæ est, quia in te tabescunt boni super malã, & prauam vitam tuorum inemendabilem, quia sub flagellis, si quas passa es deterior es effecta. Nam. Eze. cum sibi fuerat reuelata ruina populi sui, panẽ in tribulatione comedit, & aquã in merore bibit. Et vide quid fecit S. Mathatias Machabeorũ pater. In huiusmodi. Et apud Ezechielẽ nonne pęnitentes & probi viri gemebant peccata populi, quando ira Dei sęuit in eos, vt nulli sex viri iræ Dei parcerent. Et Samuel. Vsq; ad mortem suã luxit Saul regem, reprobatum a Deo. Et Aug. fletu & dolore magno amarissimã vitam ducebat, quod tẽporibus suis Vuandali vniuersam Africam deuastassent, rapinis, cęde, incendijs nulli sexui vel ętati parcentes. Et sub hac tribulatione mortuus est. Et tu tamẽ o ciuitas ĩgrata Deo tuo adhuc viuis vtinam non in grauiorem ruinam, ex lento gradu in te iræ Dei. Iam dico tibi, Deus super te præparat creaturam in vltionem, vt relinquaris ab Angelis sicut Babilon apud Hiere. quia noluit ab eis accipere medicinam, & curationem. Et Deus qui hactenus te misericordia supportauit, iustitia seuera condemnabit. Et dico tibi fiet cito nisi conuersi fueritis, &c.

Eze. 24. Isa. 5. Sap. 5. 2. Par. 15. 2. Thim. 3. Luc. 13. Eze. 12. 1. Maca. 1. 1. Reg. 16. Hier. 51.

Digitized by Google

DOMINICAE TERTIAE IN ADVENTV DOMINI.

SERMO PRIMVS.

QVAM GRAVE MALVM SIT PECCATVM mortale: quod tamen excutitur multis modis: quod etiam deturpat animam, quam gratia perlustrat: Peccans ignorans est, & cæcus, mortuoque, muto ac claudo, & leproso, pauperibus & arundini comparatur: & instruitur, vt pro reconciliatione mittat legatos ad Christum.

Matth. 11. *CVM AVDISSET IOANNES IN VINCVLIS opera Christi. &c. Matth. 11.*

SVper omnia mala ipsiꝰ miseri peccatoris est, absq; gr̃a Dei existere, quia ipsa cõiũgit & reconciliat eũ cũ ipso. Ideo Deꝰ dixit Paulo tribulato, sufficit tibi gratia mea. Et per cõ-
Eccle. 12. trarium. Eccle. Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitenti-
Hiere. 2. bus. Propterea. Hiere. De prauis peccatoribus dicit. Scito & vide, quia malum & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorẽ eius apud te dicit Dominus. Hęc ibi. Et hoc non sine causa, quia apud sacros theologos, sicut aĩa informat corpus & dat sibi principium vitę & opationis, & sine ipsa corpus est mortuum, graue, & ad putrefactionem tẽdens, ita gratia Dei est forma animæ spiritualis, dans sibi vitales & meritorias operationes, & sine ipsa anima est mortua spiritualiter, & absq; vitali meritoria operatione pro vita æterna. Et ex põderositate peccati, priuata gratia Dei tendit, iterum ad grauitatem peccati, vt dicit Greg. & ad corruptionem spiritualem.

Hoc mane expossituri sumꝰ moraliter sacrũ Euangeliũ, in quo principaliter duo cõtinent. Primo grauitas peccati mortalis. Secundo quõ solicite & sine pcrastinatione debemus excuti ab ipso, & de modis excusionis eius.

Quo ad primum dicit Euangeliũ, cum audisset. Herodes qui interpretatur pellibus glorians significat diabolum, qui gloriatur cum vincit & vinculat hominem vinculatione peccati mortalis, vt patet per exemplum, quod legitur in dialogo Sancti Greg. de Iudæo de nocte ingresso in templo gentilium. Qui facto sibi ex timore signo Crucis super frontẽ, vidit aduenisse multitudinem dęmonũ, & vni principaliori tanq̃ principi sedes posita est sup quã sedit. Et cepit inqrere dęmones de operibꝰ suis, & vnus accessit

cessit gloriās se, quod Episcopū Fundensem deduxerit ad concupiscentiā carnalem in quandam lauatricem, & plurimum ab eo commendatus est, exhortans eum, vt ad opus perduceret incepta. Tandem princeps, sentio quendam in ecclesia, videte quis est. Et illi retulerunt, quod sit vas signatum, sed vacuum: Et non sunt ausi eū tangere propter signum Crucis impressum in fronte eius. Et dicitur pellibus gloriās, quia multum gloriatur ex victoria, quā principaliter habuit contra primos nostros parentes expulsos a Deo propter peccatum ipsorum ex Paradiso in tunicis pelliceis. Hic igitur vinculat Ioannem qui interpretatur gratia Dei. i. hominem cum inducit eum ad peccatū, vt amittat gratiam Dei. Et quanto quis innocentius viuit tanto magis quærit vinculare ipsum, modo quo & demon ausus est Christum post ieiunium tentare, si quo modo sicut primos parentes posset sibi subijcere eum per peccatum Et Christus de ipso dicit, dum in Cruce esset, venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Nam dicit Beda, & S. Vinc. quod demon sedit supra Crucem Christi, si quo modo posset aliquid, quod suum esset in ipso inuenire. Vinculatur igitur quandoq; miser homo post gratiam habitam a Deo per peccatum a diabolo, vt post remissium peccatum iterum reuertatur, vt canis ad vomitum ad peccatū, vel cū post baptismū in quo diabolo & pompis eius abrenunciauit, & innocentiam baptismalem habuit, labitur per mortale peccatum in vincula diaboli. O quā grauis, & periculosa est hæc peccati vinculatio, quia ducit ad mortem, vnde & Io. vinculatus occiditur. Dico ducit ad mortem æternā, quæ sine morte cruciat æternaliter. Quia vinculatus peccato mortali tria mala incurrit secundum sacros doctores. Primo deordinationem voluntatis actus, in qua formaliter consistit culpa, vel incurrit maculam quod idem est, quia sicut ordinatio actus voluntatis potest dici decor, ita inordinatio eius actus potest dici macula, secūdo incurritur carentia gratiæ, quę dicitur offensa, quatenus gratia est solū ad amicum, potest etiam dici macula, sicut gratia est quædam decor. tertio incurritur reatus pœnę æternæ, quia statim per peccatum mortale incurritur ligatio ad pœnam æternā Sed ab his tribus malis nisi per Dei misericordiā nemo per se potest excuti, nec absolui, sicut per se voluntarie se potuit diaboli vinculis subijci. Nā peccatum ideo peccatum, quia voluntarium. Et Ber. Tolle voluntatem & infernus non erit. Et Aug non est, quod cuiquam nostram erumnam ascribamus nisi nostræ volūtati Et dant exēpla sancti doctores. Potest quis per se in foueam cadere, sed per se non potest nisi adiutus inde exire. Similiter populus voluntarie supra se regem instituit, sed per se non potest peramplius ab eius iugo excuti. Et hoc est, quod Christus dixit. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt oīa, quæ possidet, nisi fortior eo aduenerit, & abstulerit ei atriū, & oīa spolia & arma in quibus confidebat. Post peccatū igitur mortale, non est hominis dirigere & ordinare voluntatem in Deū, vt ad finē suum supernaturalē diligendum, vt ei placeat, quia Christus dixit. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit illū, quia Pau ait. Gr͞a Dei est vita ęterna. Vt igitur sic recte ordinetur, necesse est speciale auxiliū diuinū ad hoc, ordinās iterū voluntatē inordinatam & actus eius in ipsum Deū, vt summum bonū, summeq; amandū in toto corde & aīa, & ex oībus virib⁹ tanq̄ obiectum vltimę felicitatis. Similiter quo ad gr͞am amissam recuperandā, vt recōciliemur iterū Deo, nō ē in potestate nr͞a, sed acceptātis & donantis Dei offensi. Similiter a reat⁹ ligamine pęnę ęternę, p̄ nullū nim finitū actū possumus absolui, nisi ex mera liberalitate Dei remittētis, & pęnā & culpam ęternam.

Per pulchra declaratio quo modo per peccatum mortale incurrit tria mala incurrit, a quibus nō liberaī nisi per specialē Dei gratiam.

ęternā. Facilis.n.est descēsus auerni, sed reuocare gradus ad superos, hoc opus, & hic labor est. Facile etenim est nodum ligare, sed si fortius ligetur, difficile est ipsum soluere, & Denodare. Ita facile est peccatum mortale, quo nodo nihil est fortius perpetrare sed difficile est ab eo solui. Nam facile est irasci cōtra proximum, sed difficile est iræ parcere. Facile lingua ad detractionem soluitur, sed difficiliter detractio reuocatur. Facile est vsuras facere, sed difficile aliena accepta restituere. Quia vnus malignus spirit⁹ dicit accipe, legio autem demonū cōcurrens, multis modis persuadet non restituere. Et tu practica per alia vitia. Iob. Quis dimisit onagrum.i.asinum siluestrem liberū, & vincula eius quis soluit? Psal. Funes peccatorum circumplexi sunt me. Et hoc figuratur in Petro incarcerato, non potuit nisi per multas orationes ecclesiæ, vt dicitur in actis Apostolorum, & per Angelum a carceribus absolui & liberari.

Iob. 36.

Peccatores cęco assimilātur.

Act. 12.

Et adhuc clarius ostēdit sacrū Euāgelium moraliter periculum & grauitatem vinculationis spiritualis. Nam talis est cęcus spiritualiter, dicit enim philosophus, omnis peccans est ignorans, quia non considerat consideranda, & ratio huius est, quia secundum Dionisium nemo sciens ad malum currit, sed quia ignorat esse malum. Nam semper omni inordinate appetēti aliquid, illud sibi obijcitur sub ratione boni, vnde & Angelus sathanæ, vt decipiat, se trans figurat in Angelum lucis, quia semper malum quod alicui proponit & offert, sub specie boni offert, quia nunquam aliter aliquem posset decipere, quoniam quilibet tā vehementer seipsum diligit, vt nunquam sibi cupiat nocere, & omne malum in se plurimum nocet omni homini, quia malum, vt malum ex sui natura, & nominis interpretatione est malum & nociuum. Demon igitur inclinato ad elationem offert sibi excellentiam & supereminentiam, quæ in se est bona, sed mala est, cum extra limites est a Deo homini præfixos, quia debet potius de se in suo appetitu humilia sentire, vnde malum tacet, & bonum in malo offert. Qui igitur in superbiā erigitur peccat ignorans, quia superbiæ venenum sub excellentia propositum sibi a diabolo non considerat. Et qui concupiscit vxorem proximi sui ad męcandum, sibi proponitur talis appetitus sub ratione delectationis, & huiusmodi, quæ non est mala in se, sed est mala, qa sub ipsa cōtinetur transgressio præcepti diuini. Item auaro vel pauperi offertur vsuras facere sub ratione succurrendi familiæ suę, quod est bonum vt succurrere familiæ indigenti, sed est malum succurrere per vsuras prohibitas a Deo, quoniam non sunt facienda mala, vt veniant bona. Et ita tu practica de alijs peccatis & sensualitatibus. Et de hac cęcitate dicit homini voluptuoso sapientia. Occurrit iuueni mulier in ornatu meretricio præparata ad decipiendum animas, garrula, & vaga, nunc foris, nūc in plateis, nunc iuxta angulos insidians, apprehensumque deosculatur iuuenem & procaci vultu blanditur, dicens. Victimas pro salute tua deuoui, hodie reddidi vota mea, iccirco egressa sum in occursum tuum, desideraui te videre & reperi. Intexui funibus lectulum meum. Et tu vide totum capitulum, quanta proponit sibi blandimenta sub specie delectabilis. Et in fine concludit. Irretiuit eum multis sermonibus: & blanditijs labiorum suorum protraxit illum, statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans, & nescit, quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius, velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quod de periculo animæ eius agitur. Nunc ergo fili mi audi me, & attende verbis oris mei: Ne abstrahatur in vijs eius mens tua, neq; decipiaris semitis eius. Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi

Quō omnis peccās est ignorās & quomodo demon sub specie boni malū suadet.

Proue. 7.

ſimi quique interfecti ſunt ab ea, viç inferi penetrantes interiora mortis, hæc ibi, quæ omnia poſſis applicare ad omnem concupiſcentiam, quam diabolus offert homini ſub ſpecie pulchritudinis, & ſub cæteris oblectationibus, blandis verbis ducentibus ad mortem æternam. Et Iſa. 49. viam pacis neſcierunt, & non eſt iudicium in greſſibus eorum, ſemitę eorum incuruatę ſunt eis, omnis qui calcat in eis ignorat pacem. Propter hoc elongatum eſt iudicium a nobis, vt non apprehenderet nos iuſtitia. Expectauimus lucem & ecce tenebræ, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſq; oculis attrectauimus. Impegimus meridie quaſi in tenebris, in caliginoſis quaſi mortui. Hæc ibi. Pſalmus. Neſcierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant. Et Sopho. Ambulauerunt, vt cæci, quia domino peccauerunt, & Tren. errauerunt cæci in plateis, id eſt in manifeſtis malis, & Sapien 2. Neſcierunt Sacramenta Dei. Et Eſa. 28. præ vino neſcierunt, id eſt inebriati vino in quo eſt luxuria. Paulus nolite inebriati vino, in quo eſt luxuria. Neſcierunt dico, quia non conſiderant pericula in quibus ſunt, quia habent ſuperius Deum iratum ſuper ſe, vibrantem enſem ſeuerę iuſtitiæ ſuæ. Non conſiderant, quia diaboli cathenis trahuntur ad profundum inferni. Non conſiderant ſuas abominabiles fęces, in quibus iacent, & breuiter non recordantur nouiſſimorum, & periculorum, quæ accidunt non conſiderantibus, & ſui ipſius oblitis. De his dicit Iſa. 5. Ve qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Hæc ibi. Pro pleniori doctrina quomodo omnis peccans eſt ignorans vide Sanctum Thomam prima. 2. quæſtio. 78. articul. 1. & quæſtio. 77. artic. 2. ad 4. & 5. Vbi etiam notandum, quia peccatum ex certa

Pſal. 81.

Soph. 1.

Tren. 4.

Peccatores extra paſſionem conſtituti

malitia, & ex paſſione non ſpem, ſed gradu perfectionis, & imperfectionis differunt, prouenit, quod in eadem ſpecie qui prius adulterium ex paſſione commiſit, poſt modum habituatus ex certa malitia adulteratur. Vnde tales habituati verum aiunt, dicentes ſe cognoſcere, quod male agunt, & quod volunt nihilominus illud facere. Sciunt enim actualiter hoc eſſe malum nunc, quod in ipſa paſſione poſiti, dicentes ſe ſcire mentiuntur. Quamuis etiam habituati, vt dictum eſt laborent velint nolint ignorantia priuatiua actualis recti iudicij practici comparationis proſequendę, vel fugiendę. Sunt ſurdi obturantes aures ſuas, ſicut aſpis, ad vocem incantantium prædicatorum, & confeſſorum. Pſalmus noluit intelligere, vt bene ageret. De his Prouerb. 5. Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem me docentium, & magiſtris non inclinaui aurem meam, pœnè fui in in omni malo, in medio eccleſiæ, & & ſinagogę. Et iterum, qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Et Pſalmus quoniam non eſt in morte, id eſt in mortali peccato vinculatus, qui memor ſit tui, ſcilicet, vt audiat ad guſtandum verbum vitæ. De his practica ad omnes conditiones vtriuſque ſexus, quomodo miſeri ſurdeſcunt ad omnem vocationem diuinam, quibus diuerſis modis horis, & temporibus clamat ad eos. Sunt claudi, claudus enim vtroque pede in terram declinat, vt merito ſit vinculatis aſſimilatus. Sic miſer vinculatus vinculis peccatorum, ita grauatur, vt non poſſit ad vitam erigi. Pſalmus funes peccatorum circumplexi me ſunt. Et iterum non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſę ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatę ſunt ſuper me, & miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem. Vnde

dicunt ſe male agere, non autẽ in paſſione.

Prou. 28.

Peccatores claudo aſſimilantur.

de Grego. peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Boetius, heu quam præcipiti mersa profundo, més habet, & propria luce relicta, tendit in externas ire tenebras, terrenis quotiens flatibus acta, crescit in immensum noxia cura. Et post multa, in quibus ostendit Boetium non oppressum passione cęlicam conuersationem habuisse, concludit de eodem oppresso passionibus. Nunc iacet effecto, idest vacuato lumine mentis, & pressus grauidis colla cathenis, decliuumque gerens pondere vultum, cogitur heu stolidam cernere terram. Hæc ibi. Vis videre claudicationem spiritualem miseri peccatoris, maxime habituati in vitijs, vt claudi ad declinationem versus terram? Quęre a similibus, velles remoueri ab his malis in quibus iaces claudus, & intelliges, quia respondet vellem, sed non possum, quia grauatur claudicatione spirituali. Nonne & Christo claudus dixit interroganti eum, vis sanus fieri, volo, sed non possum, quia non habeo hominem, qui me in piscinam mittat. Quære a concubinarijs, a lusoribus, a latronibus, & similibus, omnes dicunt, non possum abstinere. De his dicit Hiere. Si potest Æthiops mutare pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum. Et Amos. Nunquid non filij Æthiopum vos estis mihi filij Israel ait Dominus? Et Psalmus. Claudicauerunt a semitis suis. His & nobis moraliter. Helias sicut ad populum Israel adorantem Deum, & idola ait, vsquequo claudicatis in duas partes? Ille claudicat in duas partes, qui de male acquisitis offert sacrificia, & capellas, & ecclesias fabricat, & elemosinas distribuit. Eccle. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Et qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Et qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario fratres sunt. Hæc ibi. Et tu practica de alijs similibus, de quibus ecclesiastici vbi supra. Qui baptizatur a mortuo, idest lauatur a tactu morticinij, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Hęc ibi. Quam auctoritatem possis practicare ad omnes qui claudicant in spiritualibus, vt meretrices multa de genere bonorum facientes, & inimicitias, & partialitates tenentes, & conseruantes, &c. & cæteri, de quibus Agge 1. Qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum, quia scilicet bona facta in mortali secundum sacros theologos sunt mortua, vt infra dicetur, & in nostris sermonibus habes. Leprosi mundantur. Nam peccata mortalia merito lepræ assimilantur. Nam lepra est inflatiua, ita peccatores miseri sunt inflati superbia. Et hij significantur per lepram. Ozie. 2. Para. 34. Vide historiam, quia est pulchra, lepra est exustiua, ita miseri peccatores sunt iracundi, & hi figurãtur ꝑ leprã Simonis indignantis contra Christum, quia Magdalenã recepit. Lepra sitim generat, & significat auaros, qui nũquã implentur diuitijs in appetitu, quia & si cuncta vitia senescant senescente homine, at sola auaritia iuuenescit. Et hi figurantur per lepram giezi, Lepra est ponderosa, & significat accidiosos, & hij figurantur per lepram Moysi. Quod cum misisset manum suã protulit eã leprosam. Lepra est pruriginosa, & significat gulosos. Et hi figurantur per lepram quatuor virorum leprosorum in portę Samarię introitu, qui post fugam Syriorum, ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederunt, & biberunt. Lepra est putrefactiua, & significat inuidiosos, hi figurant ꝑ leprã Marię sororis

Hier. 13.
Amos.
3. Reg. 18.
Eccle. 34.
Agge. 1.
Peccatores leprosis assimilantur.
Matth. 17.
4. Reg. 5.
Exod. 4.
4. Reg. 7.

Digitized by Google

Num.12. roris Moysi. Lepra est fetida, & significat luxuriosos. Et hi figurantur in
2.Reg.3. lepra Ioab. Dauid Rex maledixit, quia in dolo occidit Abner: dicens. Nec deficiat de domo Ioab fluxum sanguinis sustinens, & leprosus. Et in communi de leprositate spirituali, etiam perfectorum virorum, quanto
Isai.64. magis prauorum, dicit Isai. Facti sumus immundi oēs nos, & quasi pānus menstruatæ, vniuersę iustitiæ nr̄æ. Et
Iob. 25. Iob. Ecce Luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ, idest Angeli in conspectu eius, quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis. Hic possis practicare, si sancti & Angeli corā Deo nō sunt mūdi, quid sit dicēdū de te putrido peccatore? Mortui resurgūt. Nā peccator mortuo cōparat̄. (Peccator mortuo cōparat̄.) Quia sicut mortuꝰ opa vitalia nō operatur, sed intus & extra putrescit, ita & peccatis inuolutus mortalibus, opera vitalia gratię & charitatis non producit, vt superius Aggeas dixit, sed putrescit in cogitationibus intus, & extra in prauioribus operationibus, & adhuc fętidissime in consuetudinibus, vt assimiletur non solum mortuę puellæ in domo resuscitatæ a Christo sed etiam adolescenti, qui extra ciuitatem portabatur sepeliendus, & Lazaro quatriduano fętido, vt propheta dicit, computruerunt iumenta in
Apoc.3. stercoribus suis. Apoc. scio opera tua, quia habes nomen quòd viuas, & mortuus es. Hic possis practicare ad omnem conditionem hominum, qui nomine tantum & apparentia sunt christiani, sed cor & opera eorum sūt longe a Deo. Pauper est peccator. Nā miseri homines peccatis mortalibus vinculati pauperibus assimilantur. (Pauperes spiritu sūt peccatores) Dico pauperibus spiritu, non per contemptum temporalium, de quibus Christus loquitur dicens. Beati pauperes spiritu, sed per charitatem diuitiarum gratiæ, & charitatis Dei. De quibus pauperibus,
Apoc.3. Apoc. Dicis quia diues es & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser & miserabilis, pauper, cæcus, & nudus. Practica ad omne verbum, contra omnes potentes & in bonis quibuscunque dotatos, sed superbientes vt Phariseus & epulo, & ille diues apud S. Luc. cuius ager Luc.12.
vberes fructus attulit, & cogitabat intra se dicens. Quid faciam, quòd non habeo, quo congregem fructus meos? & dixit hoc faciam, destruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo, omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ. Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus. Stulte hac nocte animam tuam repetent a te, quæ autem parasti cuius erunt? Ecce quam diues in temporalibus, quam pauper fuit in spiritualibus in anima, cuius quando ignorat, demones animam repetent portandam ad infernum. Nam miser erat, quia reputabat se aliquid cum nihil sit, miserabilis, quia dandus in manus tortorum post mortem perpetuo cruciandus, pauper quia sine bonis meritis coram Deo, nudus quia sine veste nuptiali virtutum, & cæcus, quia ambulauerunt vt cęci, modo quo Pharao in mare rubro ad interitum, & submersionem æternam. So- Sopho.1.
pho. ambulabunt vt cęci, quia domino peccauerunt, sed pauperes priuati gratia Dei, tunc euangelizantur, & Dei magnalia prædicant, cum fiunt diuites Christi per humilitatem spiritus, sic enim diuites in Christo fiūt. Sunt insuper sicut harundo vento agita, quamuis vinculis Diaboli teneantur ne ab eius potestate & subiectione discedant: quia quanto miser peccator instabilior est in suis operibus, tanto magis vinculatus est cathenis Diaboli. (Peccatores sunt instabiles.) Quoniam quot instabilitates ostendit, tot cathenas diabolicas eum detinendas conficit, vt Tre. Tre.1.
peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Et Psalm. Iob.12.
in circuitu impij ambulant, & Iob. 12. Adducit consiliarios in stultum finem & iudices in stuporem, & multa ibi

ibi de huiusmodi, & in fine concludit qui immutat cor principum populi terræ,& decipit eos, vt frustra incedant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios idest Deus omnia hæc facit propter peccata hominum, & eorum instabilitates. Et breuiter tales ad omnem ventum & paruã auram super ea quæ phantasiæ vel appetitui eorum offeruntur, se flectũt: in nullo ꝓhibentes cor & oculos suos, quin omni voluptate fruãtur. Eccle. 2. Insuper mollibus vestiuntur, dum nullam pęnitentiam faciunt, & ostendunt in sua vita, sed potius facti sunt abominabiles in adinuẽtionibus suis, vt dicit. Psal. dum varias pompositates & vanitates pro suis desiderijs excogitãt. Vere opus est si a vinculis peccatorũ prædictorum absolui vis superiudui nouum hominem, vt dicit Paul. veteri deposito, mortificando membra nostra quæ sunt super terrã. Nam in veteri testamento inuenimus signa pœnitentiæ fuisse expoliationẽ suorum vestimentorum, & induitionem ciliciorum, & aspersionem cineris super caput, hoc ostensum, est in pœnitentia Achab regis, dum sibi ex parte Dei comminaretur Helias, qui cum audisset sermones Prophetæ sibi ex parte Dei comminantis, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnẽ suam, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et 2. Esdre. dum Esdra scriba legeret ex libro legis populo congregato nemine excepto, & populus deuote audiens legem Domini, & animaduertens in quibus trangressi sunt legem, flebat vberrime. Et alia die conuenerunt filij Israel in ieiunio: & in saccis & hum⁹ super eos. Et apud Ionam Rex Niniue intelligens comminationem Ionæ ex parte Dei, ꝙ adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertet, surrexit de solio suo, & abiecit vestimẽtum suum a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Isai. Et vocabit Dñs Deus exercituũ in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulũ sacci. Ecce igitur quid facit malignitas vinculationis spiritualis, quæ est ex peccatis mortalibus. Nec talis vinculatio spiritualis potest solui nisi in ieiunio, & fletu, & planctu. Vnde Christus hoc genus demoniorum non eijcitur nisi in oratione & ieiunio. Quod ostẽsum est in Nicolao Sene in legenda sancti Andreæ. Qui in senili & decrepita etate, quia habituatus in malo, nullo potuit modo a fornicationibus abstinere, nisi cum sanctus Andreas pro eo se multis orationibus & ieiunijs afflixisset. Et tandem facta est vox ad eum. Obtines Andreas pro Sene, sed sicut tu pro eo, ita & ipse ieiunijs se affligat vt saluetur.

Peccatores sunt in pęnitentes pleni adinuentionibus malis.

Signa pęnitẽtię in veteri testamento, quibus De⁹ placabat.

2. Esdr. 8.

Ion. 22.

Secunda pars reuertentes igitur ad propositum. Tu, O miser peccator habituatus in omni malo, vt dicit Psal. astitit omni viæ malæ, malitiam non odiuit, videns tuam propinquam mortem corporalẽ, & animaduertens ad tuam vinculationem spiritualem, qua cathenis diabolicis in mortẽ ęternam detineris. Animaduertens ad tuã spiritualem cecitatem & surditatem, & multitudinem spiritualem sed linguam prauam, aduertens ad tuã claudicationem, quia totus ad mundana ex qualibet parte declinans, nihil de Deo vel de diuinis gustans, pauper & mendicus in gratia diuina & meritis, instabilis in omni via tua, & tua etate plenus voluptatibus & pompis mundanis, totus leprosus a capite vsq; ad pedes sicut Ozias, vt merito extra Ecclesiam & militantem & triũphantẽ sis expellendus, & tamquam qui vestẽ non habes nuptialem proijciendus in tenebras exteriores, mitte duos discipulos tuos ad Christum, sanantem, cęcos, surdos, mutos, claudos, & leprosos. Mitte dico intellectum & voluntatem, idest recognitionem & affectum. Dicens cum Ezechia rege peccatore. Domine recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et cum Dauid, cogitaui vias meas, & cõuerti pedes meos in testimonia tua, & quia

Quõ ad Christũ reconciliandũ legati sunt mittendi per pulchra deductio & cõtemplatio.

Quib⁹ verbis vtẽdũ est in hac spirituali legatione ad Chrm.

quia scio q̄ sis saluator mundi, adueniens peccatores saluos facere. Nō em̄ venisti vocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam, vt per Mattheū Euāgelistam dixisti contra murmurantes Phariseos, q̄ recipis & manducas cum publicanis & peccatoribus, & per Paulum peccatorem, quem vas electionis fecisti. Fidelis sermo & omni acceptione dign⁹, Christus Iesus venit in hūc mūdum peccatores saluos facere. Dic ei, tu es qui venturus es? Hęc legatio secundum Ambrosium non fuit dubitationis sed pietatis & admirationis, quasi diceret. Stupet cœlum & terra, & Angeli mirantur, de tam tuo admirādo mysterio, quod veneris propter nos homines, & propter nostram salutem descendens de cęlo, & similis nobis apparuisti. Propterea quia infirmus sum, miserere mei, sana me Domine, qm̄ conturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turbata es valde. Solue me, non a cathenis & corporeis tribulationibus, quæ electis tuis confers in salutem animæ, sed a vinculis improperij huius, idest subiectionis peccati mysticè, quibus a Diabolo detineor in peccato. Et illumina oculos meos, vt dicit Dauid, ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus præualui aduersus eū. Et aperi aures meas ad audiendum legem tuam, ne mea oratio sit execrabilis coram te, vt dicit Ecclesiasticus. Et solue linguam meam & labia mea ad confitendum nomini tuo Domine, vt dicam cum Dauid peccatore. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiā meā, & tu remisisti impietatē peccati mei. Et pedes meos claudos cum Dauid cōuerte in testimonia tua. Et cum eodē amplius laua me ab iniquitate mea. Et resuscita me in mente per sanctas cogitationes, vt puellam in domo. Et ꝑ sanctas operationes vt adolescentem extra domum. Et dicas mihi Lazaro fętido, & quadriduano per malam habituationem in peccato, Lazare veni foras. Et dissolue omnia membra mea ligata fascijs diabolicis, vt prodeam extra fętidam sepulturam vitæ meæ putridę sine procrastinatione, quæ contraria est saluti. Psal. Tempus faciendi dissipauerūt legem tuam Domine. Quoniam vt dicit S. Ambr. spiritus sancti gratia, nescit tarda molimina. Et me instabilem confirmes, & stabilias in gratia tua, vt sim plantatus sicut dicit Dauid, secus decursus aquarum, fructum dans in tempore suo bonorum operum. Et per amplius omnia arbitrer sicut stercora, vt te lucri faciam. Et abrenuntiem vero & sincero corde & ore sathanæ, & omnibus pompis eius, dicendo cum Dauid, mihi adhęrere Deo bonum est, & ponere in Deo spem meam. Et conclude illud sponsę ad sponsum in Canticis. Pone me vt signaculum super cor tuū per cōtemplationem, & sicut signaculum super brachium tuum per perseuerantem operationem, quia fortis est vt mors dilectio tua. Quoniam sicut separat homines mors a memoria omnium amicorum mundi, ita dilectio tua tuos amatores separet ab omni appetitu mundano, q̄ sic transeant per bona tēporalia vt non amittant ęterna. Et dura sicut infernus emulatio tua, quia ꝓ quolibet tēpore est aperta anima mea ad susceptionem tui amoris, sicut infernus ad susceptionē animarum Lampades eius sicut lampades ignis & flāmarum, quæ scilicet intus ardere in Deum per amorem, & extra ad proximum per bonam faciūt exemplaritatem. Et multæ aquæ scilicet tribulationum nō potuerunt extinguere charitatem tuam in me. Vere his legationibus auditis a te Christus, soluet te a vinculo diabolico. Et resuscitabit te a morte peccati, & illuminabit mentem tuam ponēdo lucernam pedibus tuis in via Dei recte ambulandi, & aperiet linguam tuam in sui laudem & tuam rectam confessionem, & emundans te a peccatis, ditabit doque gratiæ suę, stabiliendo te in amorem suum per contemptum mundi & diaboli cum omnibus pompis suis, vt semper anheles cum Paul. dicēdo.

Can. 8.

do. Cupio dissolui & esse cum Christo, vt videam quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ Deus præparauit diligentibus se. Ad propositum prædictę expositionis de malignitate peccati, vide in secundo libro nostrorum sermonum figuratum super historiam ex oculationis Sedechiæ per Nabucodonosor.

SERMO SECVNDVS.

MALVM INGRATITVDINIS DESCRIBItur, & reconciliatio cum Deo; Doceturq; non posse Deo, parentibus, & magistris reddi æquiualens. Item recolenda beneficia Dei, propriamq; ingratitudinem: & procurandam renouationem in sensibus; & destinandum per legatos bonum propositum ad Deum.

CVM AVDISSET IOANNES IN VINCVLIS opera Christi, &c. Matth. 11.

HOC mane moraliter exposituri sumus Euangelium, in quo continetur de malo ingratitudinis, & quib' modis ingratitudo nostra, nosq; cum Deo reconciliari possumus.

Dicamus igitur Ioannes interpretatur cui a Domino donatio facta est potest quemlibet in genere & in specie significare, qui a Domino magna beneficia habet, sicut de Iob demon Deo dixit, dum sibi iustitiam & simplicitatem & rectitudinem cõmendaret. Numquid frustra Iob timet Dominum? Vallasti eum & domum eius, & substantiam eius in circuitu, benedixisti omnibus operibus manuum suarum, & possessio eius nimis creuit super terram. Sed quandoq; miser homo est ingratus Deo & hominibus, incarceratur diabolico vinculo & cathenis, significato per Herodẽ, qui interpretatur pellibus glorians, idest in vanitatibus, quia & Christo Diabol' superbus dixit, dabo tibi omnia regna mundi, quæ tamẽ sunt transitoria nõ minus quàm pellis corrupta. De hoc ingrato homine Deo & hominibus, Christus loquitur sub similitudine, de illo qui sibi erat obligatus 10. milium talẽtorum, quia Deo obligamur in omnibus quæ videntur nostra, & tamen sunt sua, quæ contulit nobis ad tempus tamquam bonis dispensatoribus, quoniam dicit Aug. quicquid in nobis est, aut est Deus, aut a Deo. Et tamen non habens vnde ea redderet, consumendo omnia bona sua prodige cum adolescente, qui totam substantiam suam a patre acceptam dissipauit, roganti dimisit & donauit totum debitum, sed ipse non solum in Deum sed in proximũ paruissime sibi debito rẽ fuit ingratus & impi', ideo merito datus est tortoribus .i. demonib', vel hic in hoc mundo in potestate, quia q facit peccatum seruus est peccati, vel in alio mundo per æternas pœnas, vbi in soluendo, numquam absoluetur. A quibus carceribus non potest absolui nisi per Christum, vt dixit Christus

Matth. 18.

Io. 8.

Sed

Deo, magistris, & parentibus, nõ põt satisfieri ꝑ equalitatem. Sed nota quomodo potest miser peccator Deo ingratus absolui per Christum, dico ꝙ secundum philosophum Deo, parentibus & magistris maxime sumus debitores, nec eis põt vllo pacto per equalitatem satisfieri, sed solum per proportionalitaté recompensatur. Nam a parentibus habemus esse quo nihil preciosus, quia Iob dicit pellem pro pelle, & oĩa dabit homo ꝑ anima, idest vita sua. Habemus insuper & bene esse, quia vltra nutrimentum, non essemus christiani, nisi per ipsos eorumq; eruditioné, quo quid preciosius? Quam enim commutationem homo dabit pro anima sua dicit Christus. Ideo eis honor exhibendus est & seruitium secundum proportionalitatem, scilicet quantum valemus. In signum huius Deus dat parentes honorantibus admirabiles benedictiones in se, & in suis filijs, & inhonorantibus horribiles maledictiones in se & in suis filijs. Similiter & magistris obligamur, quia ipsi effectiue sunt perfectio nostri intellectus, cum per intelligentiam maxime Deo intellectuali assimilamur. Immo idiotæ a philosophis assimilãtur hominibus depictis, & viri eruditi hominibus viuis. Vnde & Plato gratias Deo agebat, quia sub Socratis disciplina profecit. Hic possis te extendere ad pueros erudiendos in ciuitate. Quapropter & magistri valde sunt honorandi. Et quilibet iuniorum aduertat, ad id ꝙ sapientia. Pro. 5. Cur detestatus sum disciplinam, & increpationib⁹ nõ acquieuit cor meũ, nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam. Pene fui in omni malo in medio Ecclesiæ & sinagogæ. Deo autem super omnia obligamur, qui in nobis omnia opera nostra operatur. Iob. 10. De quo Iob pelle & carne vestisti me, ossibus & neruis, compegisti me, vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum. Cui nullo pacto possumus vices rependere, quia quicquid est in nobis, aut est Deus, aut ab ipso Deo, sed sibi vices repẽdimus per proportionalitatem, quantum possumus. Et hoc tripliciter. Isai. 31. Deo tripliciter est satisfaciédũ ꝑ ꝓporcionalitatem. Primo per gratiarum actiones, secundũ quod Psal. dicit. Benedicã Dominum in omni tẽpore, semper laus eius in ore meo. Et iterum quomodo hæc benedictio debet esse ostendit dicens, se ipsum ad hoc prouocando. Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto ei⁹. Benedic & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, & qui replet in bonis desiderium tuum, renouabit̃, vt aquilę iuuentus tua &c. Practica hanc auct. Et dico vobis nullus est verus christianus, qui saltim semel in die, prædicta non meditat̃, siue ad Ecclesiam veniés, vbi est locus specialis incitationis ad huiusmodi contemplationé ex omnibus incitatiuus, siue alibi. Nullus est ver⁹ chr̃ianus, q saltim semel in die non meditat̃ Dei beneficia, & ꝓpriã ingratitudiné ad Deum. Hoc habem⁹ in sancto Isaac quando Rebecca sponsa eius cum suo procuratore veniebant ad domum ipsius sponsi, inuenerunt ipsum Isaac meditanté in campo solitariũ Gen. 28. Quia & bene ille dicebat, numquã minus sum solus, quam cum solus sum, quoniam secundum Ber. in lectione Deus loquitur nobiscum, & in oratione nos cum Deo. Dauid auté septies in die laudem huius meditationis domino dicebat. Dic exemplum hic de militibus tribus socijs conuersis, quomodo tertius in iugi erat meditatione diuinorum occupatus, in lectione trium litterarum, quas cum docuit magister suus in principio suæ conuersionis in vita monastica, vt per totum diem eas legendo, tedio non afficeretur. Vna littera dixit socijs, est scripta nigro colore, q̃ significat peccata mea, quæ denigrauerunt animam meam, & falsitatem mundi, ac eius instabilitatem & pęnas inferni, secunda scripta est colore rubeo, q̃ significat passioné Chri, quã ꝑ nobis sustinuit, tertia scripta est aureis litteris quę significat

gnificat gaudia cęlestis patrię. Primā lego a mane vsq; ad missam, secundā a missa vsq; ad nonam, tertiam vsq; ad completoriū, & tamen erat ignarus litterarum. Psal. 7. in die laudem dixit tibi. Et iterum, sacrificium Deo spiritus contribulatus, scilicet dum hæc cogitat, & recognoscit suam ingratitudinē, & conatur Deo per hoc meditationis sacrificium satisfacere. Psal. quid retribuam Domino ꝓ omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Et iterum sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei. Et iterum semper laus eius in ore meo, & immola Deo sacrificium laudis. Secundo Deus placatur per contritionem cordis, sicut offensus Leo per prostrationem in terra, secundum quod propheta dicit, Leo rugiet quis non timebit idest Deus? Hier. Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam. Rugiens rugiet super decorem suum. Quid enim crudelius Leone? qui tamen mitigatur prostratione. Psal. cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Hoc. n. ostensum est in Achab. Vide historiā. Hoc in Dauid dum comminationi diuinæ per prophetam dixit, peccaui. Hoc in percussione Ezechiæ infirmitate ad mortem, cū dixit, recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine animæ meæ. Hoc in Manasse sceleratissimo. 2. Para. Hoc in Niniuitis apud Ionam Prophetam. Et vt concludam, hoc in Magdalenæ lachrimis. Hoc in prodigi adolescentis reuersione. Hoc in publicano iustificato. Hoc in latrone. Et breuiter habemus in Michea ꝓpheta, dum esset iratus Dominus contra populum, & populus vellet sibi recōciliari, & quęreret a Propheta. Nūquid placabimus Deum in milibus ouium &c numquid si offeramus filium nostrum in sacrificium more gentilium &c. Respondet Propheta, Deꝰ hæc a te non requirit, sed hoc vnum a te exigit & vult. Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid Dominꝰ a te requirat. Vtiq; facere iuditium, & diligere misericordiam, & solicitū ambulare cum Deo tuo. Et Isai. Propheta hanc reconciliationem pro omnibus nostris ingratitudinibus, & peccatis qualiter debeat fieri ostendit dicens, lauamini mundi estote, auferte mala cogitationum vestrarum ab oculis meis, discite bene facere, quiescite peruersa agere &c. & venite & arguite me, si fuerint peccata vestra vt coccinum, mox sicut nix dealbabunt &c. Et Hier. laua a malitia cor tuum Hierusalem, vt salua fias. Vsq; quo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Et Ioel conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra & non vestimenta vestra &c. De elemosynis etiam quomodo Deus placatur per eas, habes in nostra prędica de elemosina, & ad propositum vide Thobiæ exhortationem. Et nisi populus meus hæc documenta acceperit, ipsi remanebunt in cecitate sua. De qua Isai. Exceca cor populi huius, idest denuntia excecatum per errorum sequelam, & aures eius aggraua idest aggrauatas denuntia in affectu per obstinationem, & oculos eius claude, scilicet vt non videat sicut Pharao pericula suæ obstinationis. Ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, quia quem Deus reprobauit nemo potest corrigere, & conuertatur, ne sanem eum. Et hæc eo vsq;, donec desolentur, & terra eorum relinquatur deserta. Remanebit in sua surditate de qua Hier. Ecce incircuncisę sunt & obturatę aures eorum, & audire non possunt, ecce verbum Domini factum est in opprobriū eis, & non suscipiunt illud, iccirco furore Domini plenus sum, quia Propheta pręuidebat ex hac ipsorum surditate furorem Domini super populum. Remanebit in suę linguæ ligatione ad laudes diuinas, sed erit solutus, sicut illi de quibus Isai. Ve genti peccatrici, scilicet quæ sicut fluminis impe-

Psal. 118. Psal. 115. Hier. 25. 3. Reg. 21. 2. Reg. 12. Isai. 38. 2. Para. 33. & 37. Isai. Hier. 4. Ioel. 2. Thob. 4. Isai. 6. Hier. 6. Isai. 1.

Digitized by Google

petus currit per peccata, populo graui iniquitate, scilicet addendo continue aggrauationẽ in peccatis & preuaricationibus semini nequam, quia tales non sunt de semine Christi sed Diaboli, qui ab initio in veritate non stetit, filijs sceleratis, qui scilicet non peccant per fragilitatẽ sed p malitiã. Dereliquerunt Dominum, scilicet lingua & opere inique agentes, blasphemauerunt sanctum Israel, contra promissa in baptismo, alienati sũt retrorsum, quia ambulãt sicut equus & mulus in quibus non est intellectus. Remanebit claudus modo quo populus Hæbreorum, de quibus Helia, quosq; claudicatis in duas partes, Deo & Diabolo sacrificia offerẽtes. Ita & miseri christiani nomine & lingua, ac cultu exteriori sunt cum Deo, & mente, ac corde & cultu interiori cum Diabolo & pompis eius. Practica supes huiusmodi, de quibus Christus, sine causa me colunt, & de quibus Psalmus populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Quia Christus dicit, multi veniunt ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in domo patris mei, & iterum filij regni eijcientur foras. Filij alieni, id est Iudei & Christiani, qui tãquam alieni, mẽtiti sunt mihi in pmissionibus baptismi. Filij alieni, idest ijdem inueterati sunt, scilicet in malo, vt pellis ethiopis: & claudicauerunt a semitis suis, idest a preceptis diuinis & virtutibus Remanebit leprosus, vt qui in sordibus est dicit Apocalipsis sordescat, modo quo dicit propheta Ioel. Cõputruerũt iumẽta in stercoribus suis. Et 2. cap. quia supbe ẽgit ascẽdet fetor eius & putredo eius. s. in cęlũ, vt merito extra Ecclesiã & militantẽ & triũphantẽ ppetuo remaneat, sicut insanabilis leprosus in veteri lege de qbus leprosis in præcedenti sermone huius Euangelij tetigimus, secundum quod legit. De Ozia Rege superbo. Ex abundantia qua eum Dominus roborauit, eleuatum est cor eius in interitũ suũ, & neglexit Dominum Deũ suum. &c. & orta est lepra in fronte eius, & statim expulsus est ex templo, & leprosus mortuus est extra consortium hominum. Remanebit pauper spiritu, licet elatus superbia, de quibus dicit Scio opera tua, dicis diues sum & locupletat⁹, & nullius indigeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis, pauper cæcus & nudus. Et ibi subditur, suadeo tibi emere a me aurum ignitũ probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt nõ appareat cõfusio nuditatis tuæ, & collyrio inũge oculos tuos vt videas. Super hæc facile est practice extendi. Remanebit instabilis sicut harundo vento agitata, quia dicitur. Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Et in circuitu impij ambulant. Et Psal. Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ, nõ est pax ossib⁹ meis a facie peccatorum meorum, quoniã iniquitates meæ supergressę sunt caput meum, & figuratiue percussus a crisia sicut latrunculi Syrie, qui apertis oculis in medio inimicorum scilicet in Samaria sunt inuẽti, & sicut Pharao curret ad submersionem. Remanebit in damnatione sua in suis vanitatibus, non prospiciens tanquam spiritualis ppheta ad propria futura mala. Quoniam & Christus dixit plorando super ingratam Hierusalem. Quoniam si cognouisses & tu, & quidẽ in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quoniam venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabũt te vndiq; & ad terram prosternẽt, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo q non cognoueris tẽpus visitationis tuæ. Hec ibi. Sed vt renoueris in spirituali homine a capite vsq; ad pedes, & a tua cecitate spirituali illumineris, & aperiantur aures tuæ clausę ad omne rectum consilium, & lingua tua soluatur in laudes conditoris, & pedes tui firmentur in semitis mandatorũ Dei, & ca-

Marginal notes: 3. Reg. 18. — Ioel. 1. — 2. Para 25.

cadat a te leprosa vita tua, & restituaris puerili innocētiæ, et incipias Euāgelizare, et dicere quæ ad Dei honorem et laudē sint, et stabiliaris in charitate Dei, et omnia vt stercora comparatiue ad Christum arbitreris, prospiciendo de cætero ad ea quæ sunt tuæ salutis, et fias tāquā Angelus Dei quia iusti erunt in Paradiso sicut Angeli Dei, mitte ad Christum sic iacens in tuis peccatis, et vinculis ingratitudinis, legatum recognitionis tuæ, cū Psalmo sibi dicendo. Domine cogitaui vias meas scilicet prauas, et totam meam ingratitudinem, cui tanta beneficia contulisti. Quia quem nutristi, et spiritualibus cibis, quia nō in solo pane viuit homo, practica de huiusmodi, quæ collata sint ciuitati, et in temporalibus prosperitatibus, etc. quem exaltasti per inscriptionem nominis tui, et in pluribus magnificasti, spreui te. Sed nūc cognosco, illud qđ dicit Hiere. 2. capit. populo suo ingrato. Scito et vide quia malum et amarum est reliquisse te Dominum Deū tuum, et non esse timorem eius apud te dicit Dominus. Miserere mei secundum magnam misericordiam tuam, sicut misert⁹ es latroni te in cruce cōuiciāti. Miserere, sicut misertus es Petro te neganti. Miserere sicut misertus es Magdalenę amare flēti. Miserere sicut misertus es adulteræ merito lapidandæ. Miserere sicut misertus es Paulo tui et sanctorum tuorum persecutori, vt eum faceres de vase contumelię vas electionis. Miserere sicut misertus es publicani, qui præ multitudine peccatorum suorum non audebat oculos in cęlum leuare. Miserere sicut misertus es prodigi, qui totam substantiam suam consumpsit luxuriose. Resuscita me Lazarum quatriduanum & fetidum, et languidum, qui non habet hominem, qui eum deferat ad lotionem aquarum, quæ ab omni morbo sanāt. Quoniam dicit Sapientia. Scio ꝙ nō possum esse continens, nisi tu dederis et nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum, et sine me nihil potestis facere. Secundum legatū post recognitionem tuam mitte firmum affectum cum bono & executiuo proposito ad virtutes. Ideo dixit Dauid post suam recognitionem, & cōuerti pedes meos in testimonia tua non retrocedendo sicut canis ad vomitum per imitationem vxoris Loth, cōtra Dei mandatum retro respicientis ad delicias præteritæ vitę, nec recorderis ollę carnium, & voluptatū Ægipti, vt tibi nauseat cibus spiritualis, & pertedeat te itineris Dei ad terrā promissionis, quoniam regnum celorū vim patitur, & violenti rapiunt illud dicit Christus. Et tunc vere renouabitur vt aquilę iuuentus tua. Quia tunc dices cum Psalmo. oculi mei semper ad Dominū, quoniam ipse euellet de laqueo diabolico pedes meos. Tūc aperientur aures tuæ incircuncisę ad vocē Domini tui, te varijs modis vocantis & dices præsto sum Dñe, loquere quia audit seruus tuus. Tunc Dei virtute & misericordia ad tuā legationem linguæ tuæ ligamina soluētur in laudes conditoris, sicut scriptū est de pueris innocentibus. Ex ore infantiū, & lactentiū perfecisti laudem, & illud osanna filio Dauid benedictus qui venit in nomine Dñi. Tunc anima tua lauabitur ab omni labe criminū, & restituetur sicut caro pueri significata per lepram sanatā Naaman Syri. Tunc. n. eris alias pauper, sed conuersus, Christi, eiusq; laudū præco, sicut Samaritana cōuersa, vt etiā alios sua cōuersione cōuerterit. Tunc enim stabilieris cū Paulo in charitate Christi, ab ea nullo pacto separandus. Tunc in veritate, omnia arbitraberis vt stercora comparatiue ad Christum, & eris sicut Angelus Dei, lauamini ergo vt dicit Isai. vide & dic totum. Et Paulus. Deponite, &c. & Coll. lege totum capitulum. Ad propositum totius huius sermonis vide in alio libro nostrū sermonem. Quomodo Deo est ab homine satisfaciendum.

Duo legati sunt ad Chrm mittēdi. s. recognitio et bonus affect⁹, vt fiat in peccatore mutatio dexterę excelsi.

Sap. 8.

1. Reg. 4.

Isa. 1. Eph. 5.

DOMI-

DOMINICAE QVARTAE IN ADVENTV DOMINI.

SERMO PRIMVS.

VT COGNOSCAT SEIPSVM HOMO; Deus ad eum suos legatos mittit: quos per ludibria representare peccatum est.

Prauorum ac bonorum vita examinatur: qui bonus est operibus Christum imitetur; sitq; zelator legis Dei, ac pœnitentiæ vt alter Helias: præuideat futura; caueat a malis, & sibimet prædicet, vt saluetur.

Io. 1. *MISERVNT IVDAEI AB HIEROSOLIMIS SACERDOTES Et Leuitas, &c. Ioann. 1.*

SOlum hoīe inter cętera animantia nouimus refluxū sup seipsum & suijpsius consideratiuum quoniam sensus non sunt reflexiui supra seipsos quibus etiam animalia cognoscunt sua obiecta sensibilia, & discernunt naturali quodam instinctu sua cognoscibilia, sed hoc est propriū intellectiuę potentiæ. Ideo bene dicit philosoph. 1. de anima, ꝙ ipsa nostra anima in principio sui est sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum, depingenda tamen omni figura cognitionis, quia habet intellectum agentem cuius est secundum eundem oīa facere, & possibilem cuius est omnia fieri. Et hoc nobis confirmat Psalmus dicens. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. vultus autē Domini est speculum mundissimum vt dicit sapientia, cuius munditiam participat ique debemus imitari, quantum est possibile nobis: Et hoc melius non potest fieri nisi per considerationem animæ nostræ, dum eam inspicimus tanquam in speculo, an sit depicta maculosis figuris peccatorum vel mundis virtutum, vt ab immunditijs lauemur, & in virtutum munditia conseruemur, secundum quod figuratiue nobis Dominus instituit, vt ingredientes tabernaculum se primo inspicerent in speculis ibi positis, & maculas inuentas super se lauarent ante ingressum. Et hoc mystice hoc mane notatur in Euangelio. Exo. 38.

Hoc mane exponemus moraliter sacrum Euangelium, quod est totum, quomodo Ecclesia sancta mittit mundo ꝑdicatores ad recognitionē suijpsius, & per consequens ad conuersionem & pęnitentiam agendam.

Dicit ergo miserunt Iudæi idest viri qui erant de tribu Iuda, quæ erat tribus regia. Isti mysticè significare possunt nobis Ecclesiasticos prælatos vel Ecclesiam, in qua est præsidens Pontifex Vicarius Christi,

qui est de tribu Iuda .i. confitentium Dño & ceteri prelati sui coauditores. vos estis sacerdotium regale, dicit Petrus. Isti mittunt sacerdotes & leuitas ex Hierosolymis idest prædicatores ordinant, in quibus tã mores quã scientia legis debet eminere. Nã & sãctus Hiero. dicit sacerdotis officiũ est interrogatum de lege respondere. Et Malach. labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituũ est. Et debent mitti, & non propria voluntate ire. Quia Paulus dicit. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Quoniam non sunt meliores q̃ Hier. Qui dum mitteretur a Dño ad prædicandum excusans se dixit a,a,a, Domine Deus, ego nescio loqui quia puer sum, nec quam Isa. se dicens virũ pollutum labijs. Et postquam Angelus labia sua calculo ex altari sumpto tetigit dicens, mundaui labia tua a peccato, tunc ipse Deo interroganti quem mittam ad populum, dixit. Ecce ego. mitte me Domine. Et dixit ei vade & dices populo huic, &c. Et in his ostenditur quam grauiter peccent in Deum, & sanctos, qui per laruas, vel qui per mascharas, etiam quod vituperosius est turpioribus gestis & verbis repræsentant sacros p̃dicatores conuertentes sacram scripturam in leuitates & vaniloquia. Et quod abominabili⁹ est, cũ legati vel magnates dominorũ derisiue repræsentant, fiunt vindictę, & multæ punitiones, sed cum Christus in prædicatoribus suis deridetur, omnes concurrunt ad audiendũ, absq; respectu humano vel diuino terrore ad interitum animæ eorũ, super hæc extende te quantũ necesse fuerit populo cui prædicatur. Vnde Aug. ego fratres charissimi quid sum nisi cophinus seminatoris Dei. Ille in me ponere dignatus est, quæ vobis spargo. Nolite attendere ad vilitaté cophini, sed ad claritatem seminis, & potestatem seminatoris. Hæc ille. Legati enim & si viles personæ sint, at honorandi sunt causa regiæ potestatis mittentis eos.

Mala. 2.

Rom. 10.

Hier. 1.

Isai. 2.

Quã graue peccatũ est p̃dicatores tanq̃ Dei legatos vitupe rose p̃ laruas & turpia colloq̃a repræsentare.

Paulus, dicit, legatione fungimur pro Christo, tanquam Deo exhortante p̃ nos. Et ad Ephe. per omnem orationẽ & obsecrationẽ orãtes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis & pro me, vt det mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium Euangelij, p̃ quo legatione fungor in cathena ista, ita vt in ipso audeam, sed vt me oportet loqui. Hæc ille.

2. Cor. 5.

Eph. 6.

Ioannes qui interpretatur gratia Dei, vel cui donatio a dño facta est, significat hominẽ, qui imagine Dei est donatus, vt dicitur Gen. 2. Significat etiã specialius christianos, qui in baptismo gratiam Dei consecuti sunt, & deinde magnis donis tam temporalibus quam spiritualibus sunt dotati, & in cõmuni & in particulari. De hoc Ber. in canticis. O homo imagine Dei insignitus, similitudine decoratus, gratia dotatus, fide desponsatus, Christi sanguine redemptus, cum Angelis deputatus, capax rationis, compos beatitudinis, quid tibi cum carne, ex qua tanta mala pateris? Mittuntur ergo p̃dicatores ad beneficiatos homines a Deo, maxime christianos. Et in spirituali ad meos auditores ego indignus legatus sum missus, interrogare vos. O tu a Deo tantis beneficijs decorate. Tu quis es, qui dotatus es tantis beneficijs a Deo? Es ne Adam non recognoscens suum peccatum, sed in sociam q̃ Deus sibi dedit ad sui adiutoriũ retorquẽs delictũ vel sis latro qui in cruce cõtra sociũ Christũ blasphemantẽ dixit. tace, nos digna factis recepimus, hic aũt quid fecit? Sis Eua superba, vel Maria humilis Ancilla Dñi? Sis corruptor terræ & sentina vitiorũ, sicut hoẽs & mulieres q̃ in diluuio perierũt vel sis sanctus Noe iustus, atq; p̃fect⁹ in generatione sua? Sis Abel iustus, cuius Deus sacrificiũ odoratus est, quia Deo, debito reuerẽtię obtulit pinguiora animalia, vel Chaim fratricida contra quẽ sanguis fratris clamat de terra vindictã, cuius sacrificiũ Deus despexit

Perpulcher discursus super vitam hominis, tu quis es.

spexit

ſpexit,quia ꝑ irreuerentiã obtulit ſibi corroſos fructus terræ, Sis ne ſeméſo domorũ, ſuper quos; Deus pluit igné & ſulphur, & merito ſubmergendus, vel Loth q abominaris & deteſtaris talia ſpurciſſima peccata,& ſeparas te a cóſortio taliũ,ne ira Dei cũ ipſis tecóprehendat?Es ne ſu pbus & blaſphe mus Nembroth cũ ſuis ſequacibus edi ficator Babiloniæ,& cõfuſionis, q in robore ſuo cõfidentes,ne a Deo attin gant̃ confuſi ſunt, vel ſis humilians te ſub ditione Dei, cuius manus a cęlo vſq; ad infernũ diſtendit̃? Es ne Hiſmael bonorũ perſecutor, & ſimplices ad malũ,& vitia trahés, vel Iſaac obe diens & benedictus a Dño,qui eius cõ ſortia fugiebat cũ poſteris ſuis. Es ne obediens & timés Deum, Abrahã, vel Deo ex aduerſo incedens ſicut tranſgreſſor abſq; timore mandatorũ Dei? Es ne Iacob ſimplex & ſupplantator vitiorũ dilectus a Dño, vel es Eſau rufus & calid⁹,odio a Deo habit⁹? Es ne vt fratres Ioſeph inuidi & maligni, q fratré tuũ cupis ſupplãtare & ſubuer tere, vel Ioſeph ſãctus innocés & caſtus, & qui nõ recordatur iniuriæ fra trũ ſuorũ in eũ?Sis ne Moyſes mitiſſimus virorũ ſed iuſtus, qui nõ ſinebat maleficos viuere ſuper terram? vel ſis tyrannus, princeps latronũ & furũ,q pupillo & viduę nõ iudicas,ſed maleficorũ ſoci⁹ & defenſor, ac tolerator? Sis heli ſimilis qui iudex exiſtẽs in po pulo filios ſuos auctoritat iue non reprӕhendebat de ſuis malignitatibus, vt Deus ꝓpter hoc eũ maledixerit in ſuis ſucceſſoribus,vel ſis non reſpiciẽs ꝑſonã ſcd̃m mandatũ diuinũ quẽlibet puniendo ſcd̃m ſua demerita? Sis ſan ctus Samuel,q exiſtens iudex populi, nũquã a quoquã muneris acceperit, aut operãti ſtatim ſibi debitã mercedé nõ dederit,vel ſis acceptor munerũ & pauperũ defraudator, vt clamét cõ tra te vindictã in cęlum? ſis Saul Rex tyrannus vel Dauid manſuetus & im memor iniuriarũ?Sis ſequés Dauid in adulterio & homicidio,& nõ ſequeris eũ in pœnitentia? Sis inhoneſtiſſimus Salamon & Manaſſes iuſtorum perſecutor vel ſis ſanctus Rex Ezechia,qui Deo dixit, memento Dñe quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, & quod placitũ eſt co rã te fecerim. Sitis vos o pueri a pue- 4.Reg. 20.
ritia bonis moribus a parentibus eruditi, vel vt puer quinq; annorũ blaſphemus apud ſanctum Gregoriũ in dialogo, quẽ demones ex gremio patris blaſphemantem rapientes in fruſtra corpus eius decerpſerunt. O ado leſcentes ſitis de quibus dicit ſcriptu ra. Bonum eſt viro cum ab adoleſcen- Tre.3.
tia iugum.i. Dñi portauerit,obedien tes parentibus,honeſti verecundi,vir tutibus inherentes & operam dantes, vel ſitis de quibus Hier. a ſeculo ideſt Hier.3.
a pueritia confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, dixiſti non ſeruiam? O iuuenes ſitis de quibus Eccl. Eccle. 11.
In bono ſit cor tuum in die iuuentutis tuæ, & 12. memento creatoris tui in diebus iuuentutis, antequã veniat tempus afflictionis tuæ & appropinquent anni,de quibus dicas non mihi placent,vel ſitis de quibus Sap. veni- Sap.2.
te ergo & fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentu te celeriter, vino precioſo & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos tẽporis. Coronemus nos roſis,antequam marceſcant,,nullũ pratum ſit quod non prætereat luxuria noſtra? Et vide totũ capitulum, quia multa ad hoc ꝓpoſitũ dicit. Et de quibus. Pſal. Iuuenes eorũ comedit ignis & virgines eorũ non ſunt lamentatę. O ſenes & decrepiti ſitis de quibus dr Prouer. dignitas ſenũ canities,& de q Pro. 20.
bus Eccle.25. q̃ ſpecioſum caniciei iu diciũ, & pręsbiteris cognoſcere cõſiliũ, q̃ ſpecioſa veteranis ſapientia,& glorioſis intellectus & cõſiliũ, corona ſenũ multa peritia,& gloria illorũ timor Dei.Et ſicut apud Mach 2.lib.6. Eleazarus ſenex, qui noluit etiã ficte ſe cõtaminare in comeſtibilibus cõtra legé Dei, ne fieret etiã adoleſcentibus & iuuenibus malũ exemplũ in ſenectu te ſua. vide hiſtoriã,quia eſt pulchra,

vel sis de quibus Dan.dicit.13. inuete rate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, & species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum, vel de quibus Eccle. 25. dr, tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde aiæ illorũ, pauperẽ superbũ, & diuitẽ mendacẽ, & senem fatuum & insensatum. Quæ in iuuentute tua non congregasti, quõ in senectute tua inuenies? Similiter descendamus ad sexum muliebrẽ. O tu adolescẽtula sis verecunda, humilis & nõ ociosa, vt fuit beata Virgo, & Catherina, vel Cęcilia &c. & in veteri testamento sancta Rebecca, & Hester Virgines ante maritationẽ, & Marta soror Lazari, de quarũ integritate non erat vlla suspitio, vel sitis Dina filia Iacob curiosę & vanę sine verecundia, pompis & vanitatibus deditę, de quibus Aug. virgines sunt corpore, sed maritatę & corrupte mente. Et de quibus Isa.5. pro eo q leuatę sunt filiæ Sion, & extento collo ambulauerunt, vide capitulũ. O maritatę sitis de quibus Prouerb. 19. dicitur, a Domino Deo est prudens mulier viro suo, & Eccle. 26. datum Dei est mulier sensata, & tacita, & gratia super gratiã mulier sancta & pudorata, Et iterũ. 41. Amicus & sodalis in tẽpore conuenientes, & super vtrosq; mulier cum viro. Et de quibus Pet. similiter & mulieres subditę sint viris suis, & si qui non credũt verbo per mulierũ conuersationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore sanctã conuersationẽ vestram & ibi multa dicit de eis. Et de quibus sanctus Paul. similiter mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut Margaritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione, docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in virum, sed esse in silentio, vel sint circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua Prouerb. 11. Et iterum 21. melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda. & 27. tecta per stillantia in die frigoris, & litigiosa mulier cõparantur. Et iterum. 3. cap. mouetur terra per odiosam mulierem, cum in matrimonio fuerit assumpta. Et Eccle. 25. Nõ est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Commorari Leoni & Draconi placebit, quam habitare cum muliere nequã. Nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcecabit vultum suũ tanquam vrsus, & quasi saccum ostendet in medio proximorum. Ingemuit vir eius, & audiens suspirauit modicum, breuis omnis malitia super malitiam mulieris, sors peccatorum cadat super illam. Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto. Et tu vidua sis de numero Annę prophetissę deuotissimę, quæ Deo iugiter in orationibus insistebat. Et de quibus Paulus honora viduas, quæ vere viduę sunt, vel de quibus dicit idem, vidua quæ in delitijs ambulat mortua est? Es tu anus & vetula, an sis garrulosa & impatiẽs sicut tinea, quæ lignum & vestes consumit, vel sis timens Deum & orans, ac patienter expectans diem mortis tuę? Et tu misera & inuerecũda meretrix, quę secuta es Mariã Magdalenã in peccatis, & nõ sequeris in pęnitentia, considera, tu quis es, quia immunda, & fętida & plenũ vas abominationis & blasphemię, quæ sis causa tantorũ nõ solum mortis corporis, sed etiã animarum, quas illaqueas in dies tuis blanditijs & lasciuitatibus. Quid dicã de Eccles. pręlatis, an sint, pascẽtes gregem suũ verbo opere & exẽplo, & superflua patrimonij Christi & Ecclesiæ pauperibus & nõ canibus & meretricibus & alijs vanitatibus expendentes, vel sint de quibus dr Ezech. ve pastoribus Israel, qui pascebãt semetipsos &c. Qđ infirmũ fuit nõ consolidastis, & quod egrotum non sanastis, qđ con-

1.Pet.3.

1.Thi.2.

1.Tho.5.

Ezec.34.

confractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quæsistis, sed cum aucto ritate imperabatis eis & cum potentia. Et dispersę sunt oues meæ, eo quod non est pastor, & factæ sunt in deuorationem omniū bestiarum agri, & dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret. Hæc ibi. Et de illis de quibus Isai. ad Sobnam præpositum templi, cui dictum est. Quid tu hic? aut quasi quis tu hic? vide si vis historiā, Et tu qui fers in dies vasa Dñi, an mūdus accedis ad Dei sacramenta ministranda & sumenda dicendo cū Tobia mundam seruaui animam meam, vel omnes tuæ iustitiæ sint, sicut pannus menstruatę, maculā habentes, non corporis sed animæ, vt merito cum Oza tangente, immundus archam Domini morte percutiaris, & vtinā non ęterna. Paulus, probet aūt seipsum homo, & sic de illo pane edat, & de illo calice bibat. Quia q indigne manducat, aut bibit, iudicium sibi mādučat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Insuper & religiosi vtriusq; sexus considerent illud Augu. dictū. Sicut difficile sū expertus meliores, q̃ q in monasterijs profecerūt, ita nō sū peiores expertus meliores, q̃ q im monasterijs defecerūt, &c. Et cōfessus est & non negauit. Quia vere si qlibet vestrū q nunc auditis legationē Dei factā p me vobis interrogaret, an pdicator vera dixit, diceret cum Psal. Omnes declinauerunt, quia non imitamur vestigia proborum, sed potius malorū virorū. Et interrogauerunt eum si tu es Christus? Et dixit. non. Nā omnibus dicit Paulus estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Quæro igitur a te o christiane, qui a Christo denominaris. Sequeris ne vitam Christi vel Diaboli? Et quilibet consideret, an sit Christi, operibus, qa opera & non nomen Christi facit christianum: Et omnibus dixit Deus. Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte idest in Christo in cruce exaltato monstratum est. Exo. Et Iob vestigia eius secutus est pes me⁹. Et Iaco. Estote factores verbi & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Quod perpulchre August. de vita christiana ostendit dicens. Nō nobis q nomine tantum christiani sumus blandiamur, sed propter hoc esse iudicandos nos credamus, si nobis nomen frustra vendicemus alienum. Quis. n. tam vanus & miser est, qui se aduocatum cum litteras nesciat, audeat confiteri? Quis tam insanus & excors, se profiteatur militem, qui nesciat arma gestare. Nemo enim quodcunq; nomē sine causa sortitur, sutor vt dicaĩ necesse est q calciamēta conficiat, vt vocetur quis faber, aut artifex, artis peritia facit, Huiusmodi quidē exemplū dicimus, quia nullū sine actu nomen, & omne nomen ab actu diciĩ. Tu ergo qūo christianus diceris, in quo nullū christiani actus apparet? Christianus iustitiæ bonitatis, integritatis, patientiæ, castitatis, prudentiæ, humilitatis humanitatis & pietatis nomen est. Et tu illud qūo defendis, & vindicas, cui de tam plurimis rebus, nec pauca subsistunt? Christianus ille est qui Christum in omnibus imitatur & sequitur. Qui sanctus, innocens, incontaminatus, & intactus est. Cuius in pectore sola pietas consistit & bonitas. Qui nemini nouit nocere, neminē ledere, sed oībus opē ferre chr̄ianus ille est q exēplo Chr̄i, nec inimicos nouit odire, sed magis aduersantib⁹ sibi benefacere, & p psecutoribus & hostib⁹ suis exorare. Na & q aliquē ledere, aut ei nocere paratus est, ille chr̄ianū se esse mētiĩ. Hæc ille. Helias es tu? Helias interptaĩ robust⁹ dominator. Fuit. n. vir maximi zeli virtutū legis Dei, & vixit in maxima pęnitētia, parc⁹ in cibo & potu, & duris vestibus opertus:. vnde 4. Reg. 1. capit. erat vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Moraliter figurat nobis Helias virum christianum robustum dominatorem sensuum & concupiscentiarum, cum secundū Paulū habemus in mēbris nr̄is

Isai. 22.

Tob. 3.

Eph. 5.

Ver⁹ chr̄ianus est, nō q nomine sed operibus imitatur Christum.

Exo. 25.

Iaco. 1.

Perpulcher discursus, q christian⁹ debeat eē zelator Dei pęnitens & virtutū psecutor per imitationē Helyæ.

aliam legem repugnantem legi mentis nostræ. Et corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Qui debet esse zelator & prosecutor, ac imitator virtutum, & legis Dei, cuius tota vita debet esse pęnitentia, vnde & Christus a pœnitentiæ proclamatione primo cępit prædicare, dicendo Matth. 4. pęnitentiã agite, appropinquat .n. regnũ cœlorũ. Tu ergo o christiane Helias es, idest es ne robustus dominator passionum, vel vt Ecclesiast. dicit. Et omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meũ, quin omni voluptate frueret, & oblectaret se in his quæ præparaueram, & hanc ratus sum partem meam, si vterer labore meo? Es ne zelator legis Dei & virtutum imitator, vel assidue Deo stas ex aduerso transgressor præceptorum Dei? Et tu iudex potius zelas in transgressores tuarum traditionum, quã in legis Dei & honoris eius blasphematores & vituperatores. Helyas es tu, facis ne pęnitentiam in vita tua tuorum peccatorum? abijcis ne quandoq; a te, vt Rex Niniue descendens de solio gloriæ suæ vestimenta tua leuia & honorabilia, & indueris cilicio vel saccis, vel saltem moderatis indumentis? Deponis ne tuas vanitates & adinuentiones pomposas omnis generis? Et tu mulier: practica de his quæ ad mulieres spectant, & descende ad omnes gradus & ętates vtriusq; sexus circa vitia & virtutes. Propheta es tu idest præuides ne a longe quę circa te futura sint, vt iudicem futurum, qui in lucernis scrutabitur totam vitam tuam, vt reddas rationem totius villicationis tuæ, & omnium talentorum tuorum quæ a Deo habuisti. Descende ad hæc in particulari vt expedit. Consideras ne certitudinem mortis, & incertitudinem modi & temporis eius? Considera, quia sub te sternetur tinea, & operimẽtum tuum erunt vermes? & oẽs viri diuitiarũ nihil post se portabũt in aliã vitam, nisi sola bona opera? Et quæ hic seminaueris, ea ibi & metes, siue benedictioné siue maledictioné? Practica de omnibus quæ verus christianus in hac vita militari cõsiderare debet, vt saluetur. Psal. Tempus enim faciendi dissipauerunt legé tuã Domine. Et si hæc nouissima prævideas, scias abstinebis a tuis stultitijs & conuertes pedes tuos in testimonia Domini, & non in auaritiã idest concupiscentiã temporalium, quorum finis est mors. Et vt Paulus dicit, considera quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescetis, quorum finis est mors. Et audacter confitere & dic. Ego sum vox clamãtis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Nam si Deus vnicuiq; mãdauit de proximo suo, quanto magis Deus mandat vnicuiq;, vt de seipso curam habeat, & sibijpsi misericordiã impendat. Et nulla maior misericordia potest sibijpsi impendi, quam vt ad seipsum proclamet, & sibijpsi prędicet, ea quæ sunt salutis animæ suæ. Eccle. 30. Miserere animæ tuæ placẽs Deo moraliter ergo hunc passum conuertamus ad nos ipsos miseros peccatores, qui nec christiani veri sumus, Christũ imitantes verbo & exemplo, nec imitantes sanctos suos, & parum de se considerantes. Et dicamus nobis ipsis. Ego vox clamantis &c. Ego ex nunc ero mihi ipsi vox clamantis idest prædicator ꝙ debeam Christum imitari, & sanctos suos. Et mihi deserto omni virtute, vt sim propheta præuidens iam periculum animæ meæ. quo hactenus iacui, & parabo de[illegible]tero viam Domini idest curam d[illegible]tero per viam mandatorũ Dei, [illegible]niam cogitaui vias meas dicit. [illegible]t conuerti pedes meos in test[illegible]ia Dei. Et peramplius rectas fac[illegible]itas Dei, quia rectificabo per[illegible]us me in tota vita mea, in qua [illegible]cus fui a capite vsq; ad pedes. [illegible]quar cõsiliũ Petri. Qua propter fra[illegible]es mei satagite vt ꝑ bona opera vestra certã vestram vocationem & electioné faciatis. Quia sic Christus nos baptizabit spiritu sancto, & donabit suã gratiã, vt qui alias ꝑ peccata nostra a nobis

Eccle. 2.

Ver⁹ christianus de futuris ꝓuidendis debet esse solicitus, vt caueat a malis & abstineat ab iniquitatibus.

Per pulchrũ documẽtũ, qũo qlibet debet sibijpsi prædicare vt saluetur.

2. Pet. 1.

bis separatus fuerat, p gratiã suã redo natã & restitutã nobis, erit in medio nostri, quod nobis concedat qui viuit & regnat in secula. Amen. Vide ad propositum huius sermonis nostrum sermonẽ in 2. lib. in quibus & qũo Chrs & sancti viri sunt a nobis imitandi, super historiam plantationis Paradisi.

SERMO SECVNDVS.

SVI IPSIVS COGNITIO MAXIMA VIRTVtum dicitur, & scala Iacob qua itur ad cœlum. Et docemur quos Deus legatos mittat ad nos; vt ex tenebris animæ nostræ in illius beneficiorum cognitionem veniamus, excitemurq́; in contemptum corporis ac voluptatum: Item quanta sit hominis miseria, quæ ex participatione imperfectionum omnium elementorum per pulchre demonstratur.

MISERVNT IVDAEI AB HIEROSOLIMIS SACERDOTES Et Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es? Io. 1.

Per pulchre discurrit maximã virtutũ fore nosce seipsũ, qm̃ sic in cognitionẽ peruenit, tãquã per scallã quã Iacob vidit Dñũ super eam innixum.

DIcunt tam naturales philosophi, q̃ etiã sacri theologi. Maxima virtutũ est ĩ hoĩe cognoscere seipsum, vnde & demon in statua idoli, quæsitus, quæ maior virtus in homine potest esse: Respondit, nosce teipsum. Et ratio excellentiæ huius virtutis est, scd̃m sanctũ Bern. in tractatu de medi. 1. cap. per cognitionem mei venio in cognitionẽ Dei, & quanto in mei cognitione proficio, tanto ad Dei cognitionem accedo secundum interiorem hominem. s. memoriã qua recordor de ipso, eiusq; amore in me. Intelligentia intueor, quid sit Deus in seipso, quia incóprehensibilis, &c. Et postquam non possum me intelligere, quãto magis ipse sit incompræhensibilis? Quid sit in Angelis, qa talis est, q ab ipsis sit summe desiderabilis: Quid sit in sanctis, quia eis est sũme delectabilis, in quo est summa eorũ fęlicitas. Quid sit in creaturis, qa admirabilis, qm̃ oĩa potenter creat, sapienter gubernat, benigne dispẽsat. Quid sit in hominibus, quia amabilis, eorumq; Deus. Et 5. ca. dicit, stude cognoscere te, quia multo melior & laudabilior es, si te cognoueris, quã si te neglecto cuncta cognosceres. Redde ergo te tibi, & rege tuos affectus, dirige actus, corrige gressus, in te nihil remaneat indisciplinatum. Et multa pulchra dicit ad propositum in his capitulis. Et bene hoc considerans Eccle. vlt. cap. dicit. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deũ time, & mãdata eius obserua hoc est omnis homo. Hæc ibi. In his enim verbis si bene aduertim⁹ dat nobis modũ Deũ cognoscendi per hanc nouissimã recognitionẽ suijpsius. Nã cum nos ipsos cognouerimus, q simus sub Deo, & q Deus sit Dominus noster & vniuersorum, cognoscimus, q sit timendus. Et q eius mandata tanq̃ serui Dñi mandata debemus obseruare. Et hoc est sũma virtus in homine, quia hoc est oĩs

homo idest tota perfectio omnis hoīs est, & stat in hoc Deum cognoscere vt Dn̄m, & eum timere, ac eius mandata seruare, vt seruus Domini mandata. Imo dico vt filius patris sui mādata, quia dicit Christus. Iam non dico vos seruos sed amicos. Vnde debet esse timor in nobis non solum seruilis, vt q̄a timemus ne puniamur, sed timor reuerentialis. In signum huius fecit nos ad imaginem & similitudinem suā, similitudo autem est filiorum & non seruorum. De hac cognitione suijpsius, per quam in Deum deuenitur, dicitur Hier. Hæc dicit Dn̄s. Non glorietur sapiens in sapientia sua? Nec fortis in fortitudine sua. Et non glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietᷣ qui gloriatᷣ, scire & nosce me. i. scire p̄ discursum de se ipso ad me ascendendo, q̄m scd̄m Paulū. Per ea quæ facta sunt, intellecta de Deo conspiciūtur. Et philosophis. 1. post scientiā est conclusio p̄ premissas demōstrata. Et nosse me. s. p̄ recognitioné beneficiorum meorū, quæ quilibet nostrū in se esse, & a Deo sibi collata cognoscit. Vnde Eccle. Nosse eñ te consumata iustitia est, quia p̄ hanc scalam quā Iacob Patriarcha vidit, & super eā innixū Dominū, ascēditᷣ. s. a recognitione sui ipsius, ad cognitioné Dei omnipotétis. Sequitur in Eccle. Et scire iustitiā & virtuté tuam, radix est immortalitatis. Hæc ibi. Nā & Christus de hac iustitia dixit. Reddite quę sunt Cęsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo.

Hier. 9.

Rom. 1.

Eccle. 15.

Hoc igitur mane moraliter interp̄tando sacrum Euangeliū, quia est totū de recognitione sui ipsius, dicam⁹, q̄ isti legati de Hierusalē missi ad Ioāne q̄ interpretatur gratia Dei, & donatus a Dn̄o. s. multis beneficijs, sunt legati, q̄ mittūtur a Deo nobis. Et isti sunt vel Angeli custodes nostri, vel instinctus diuinus. Psa. signatū est super nos vultus tui Dn̄e. Vel sunt prædicatores de quibus in præcedenti expositione tetigimus, quos Dn̄s mittit ad nos vt cōsideremus quid sumus scd̄m animā, & quid scd̄m corpus & quid scd̄m virtutes. Tu quis es. i. cognosce homo te ipsum scd̄m aīam, quia ex nihilo creata, & ideo vt dicit Sāct⁹ Thomas. Facile declinans ad malū ex se, ratione huius nihileitatis. Immo dicit Paulus nec cogitare quicq̄ possumus ex nobis quasi ex nobis, sed tota nostra sufficientia est ex Deo. Et sumus in natura animæ sicut aer tenebrosus qui totum splendorem suum a Sole habet & recipit, nec potest dici lucidus ex se, sed ab extrinseco sole. Propterea soli tota lux aeris attribuēda est, licet attribuatur aeri participatiue passiue per receptionem solam. Et cōformiter huic dicto philosophus dicit primo de anima. Anima nostra in principio sui est sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum. Si ergo cognouerimus nos scd̄m naturam quid sumus, recognoscemus nostrā naturalé imperfectioné, & ex hac deuenimus ad Dei donū, & suā maximā perfectionem, q̄ potés est ex nihilo oīa facere, & facta suis donis ornare. Tu quis es etiā scd̄m gratiā Dei te in anima ornanté? quia ad imaginem Dei facta p̄ repræsentationem summę trinitatis memoria intelligentia & volūtate, vt alias in nostris prædicis de verbo Dei incarnato, & super in principio erat verbum declaraui, decoratus similitudine qua possis Deum imitari in tuis virtutibus, quantum tuæ conditioni conuenit, dotatus gratia sua, qua merita nostra a Deo acceptantur, despōsatus in anima fide, redemptus sanguine Christi, Angelis sociatus, cōpos rationis, & capax beatitudinis. Et ideo cognosce, o miser homo dignitatem tuam, & noli degeneri conuersatione animam tuam vilificare sic in Deum conuersam per gratiā, quasi esses De⁹ & filius Dei. Iuxta illud ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Et Io. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et Paulus voluntarie nos genuit idest elegit in filios Dei. Insuper Aug. fecit Deus creaturam rationalem vt summū bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret possidendo frue-

Qui sunt legati q̄ a Dn̄o assidue ad nos mittūtᷣ vt recognoscamur.

Ex tenebrositate aīę nostrę recognoscimus diuina beneficia.

Ex dotib⁹ qbus De⁹ aīam nostrā decorauit in dignitatem eius deuenimus vt non degeneremus. Sed futura bona thesaurizemus.

frueretur. Ideo dicit Paul. Quia non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Propterea q̃ sursum sunt quærite, & sapite, non q̃ super terram. Christus nolite thesaurizare, &c. sed thesaurizate thesauros in Cœlo &c. vide quid Cris. dicit. Ibi substantiam tuam colloca, vbi patriã habes, quoniam incorruptibiles sunt sanctorum diuitiæ. Quæ stultitia est illic relinquere vnde exiturus es, & illuc non præmittere quo iturus es. Qui enim collocat thesaurum suum in terra, non habet quod speret in Cęlo. Vt quid respiciat Cœlum, vbi nihil habet repositum hæc ibi. Vnde in figuram huius Matusalem sub vepribus, & papillonibus toto tempore vitam egit, nolens pro tãtillo temporis domum ædificare, cum tamen secundum fasciculum temporis, dixerit sibi Deus existenti. 500. annorum, adhuc super viues annis quingẽtis. Ideo congregemus bona opera illuc præmittenda, dũ tp̃s habemus meritorũ. Quis est tu secundum corpus, quia dicit Iob homo natus de muliere repletur multis miserijs. De miserijs humanis vide si vis sanctum Bernardũ in meditationibus cap. 2. & in sequentibus. Quæ enim miseriæ non præmunt miserum hominem, vt in his excedat cuncta animalia? Discurre practice a capite vsq; ad pedes, & inuenies, non esse sanitatem, sed miseriam in toto corpore hominis miseri ac omni calamitate pleni. Et vere equus tuarum concupiscentiarum effrenatarũ subsistet, & tantum non recalcitrabit. Quis es secũdum corpus? quia ex omnibus elementis compositus, vt omnium elementorum imperfectionem participares, Psal. Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo. Quia omnium creaturarum est particeps, vt omnium imperfectionem in se sentiret, & semp humiliaretur corã Deo, & non secũ paria sentiret, sed in oĩbus subditũ ei se præberet, sine quo nihil boni pôt facere, & a quo derelictus ad omnem profluxũ vitiorũ, & malorum currit. Propterea Psal. Infirmus sum Domine, non me derelinquas vsquequaq;. Et Sap. 8. Scio quod non possum esse continens, nisi Deus det. Et hoc ipsum erat summa sapiẽtia scire, cuius esset hoc donũ. Et concludit in nono cap. Noli me Domine derelinquere a pueris tuis, q̃m seruus tuus ego sum, & filius ancillę tuę, homo infirmus & exigui tẽporis, & minor ad intellectũ iudicij, & legum. Hæc ibi.

De miseria corporis nostri: per quã in cõtemptũ voluptatum deuenimus.

Imperfectionũ omnium creaturarũ homo est particeps, vt se humiliet coram Deo.

Participamus in nobis terræ imperfectioné, quia dictũ est homini de limo terræ formato, puluis es & in puluere reuerteris, immo in putredinem terræ fętidissimã. Ber. de vilitate hominis. Quid fętidius humano cadauere? Quid horribilius mortuo hoĩe, cuius erat in vita gratissimus amplexus, sic in morte horribilis aspectus, vt & ꝓpheta Isa. 14. dicat. Subter te sternetur tinea, & operimentũ tuũ erũt vermes. Experientia te docet de miserijs, & putrefactione hominis, dũ inspicis sepulcra eorũ. Vbi non discernit, quis pauper, q̃s diues, q̃s nobilis, q̃s ignobilis, quis fortis, quis debilis, q̃s pulcher, quis turpis, &c. sed vnica miseria cunctorũ corpora concludunt. Vere qui hæc considerat, etiã si esset grauissimus & sceleratissimus ribaldus, a prauitatibus suis desisteret. Exẽplum habes de quodã scolari Bononię mundanę cõuersationis, q̃ nullo pacto volebat in morte cõstitutus, ꝙ sibi de salute animę loqueretur. Venit ad ipsũ visitandũ quidã frater ordinis nostri eius cõpatriota, & non permisit eũ ad se ingredi. Tunc frater dixit seruitoribus, dicatis ei, quia solũ duo verba sibi sum dicturus, & recedã, q̃ admissus ab eo, dixit ei, subter te sternetur tinea, & operimentũ tuũ erunt vermes, & recessit. Tũc infirmus cępit cogitare, & secũ sępiꝰ reuoluere, dicẽdo, subter te sternetur tinea, & operimentũ tuũ erunt vermes. Et ita cõmotus fuit intrinsecus in corde ĩ his verbis, ꝙ reuocaret eundẽ fratrẽ, & sibi cũ magna contritione est confessus. Propterea bene dicitur. Eccl. Memorare nouissima, &

Pulcher discursus de miseria hominis ex participatione terrę quę est frenũ nostræ indomitatis.

Eccle. 7.

ma,& in æternum non peccabis,& iterum o mors bonum est iudicium tuũ homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate,& cui de oĩbus cura est,& incredibili qui perdit sapientiam. Et Melius est ire ad domũ luctus,quam ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum,& viuens cogitat quid futurum sit. Eccle.Quid superbis terra,& cinis?Lazarus quatriduanus fętebat,vt dicerent sorores eius Christo volenti aperiri sepulchrum, vbi erat positus, Domine iam fętet quatriduanus est.Quasi dicerent abominabile est, fętidi sepulturam aperire.Participat homo de aqua quæ fluxibilis est ex omni parte, nisi cõtineatur. Quid enim fluxibilius misero homine in corpore & in anima,qui continue sub tempore senescit & fluit,& nunquam in eodem statu permanet, non solum in corpore sed etiam in anima,vt sic sicut harundo vento agitata ad vtranq; partem se flectẽs. Nam cõtinuis agitatur phantasijs, vt si quis posset inspicere cellulam eius phantasiæ, videret & inspiceret caput eius monstruosius,& horribilius,quã erat statua mõstruosa,q̃ vidit Nabuchodonosor & territus est.Eccle. A facie verbi parturit fatuus,quia ad omnẽ phantasiam occurrentem fatuus, & instabilis,parturit iniustitiã, vt dicit. Psal. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, tanquam gemitus partus infantis, quia partus, & fœtus talis est plenus gemitu, quoniã gemenda profert ex se, quia ex abundantia cordis os loquitur, a quo corde exeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, falsa testimonia, blasphemiæ,quę coinquinant hominem vt Christus dixit. Math.15. Sequitur in textu ecclesiastici. sagitta infixa femori canis,sic verbum in corde hominis stulti, quia sicut canis cui infixa est in fęmore sagitta, circumquaque per inquietem reuoluitur, ita stultus in phãtasmatibus infixis in corde eiꝰ. Vt dicatur de ipso incircuitu impij ambulant. Et nisi miser homo stabilietur firmitate timoris Dei, circumquaque labetur in periculosissima præcipitia nociua,& sibi,& ꝓximo ad mortalem ruinam & destructionem. Quis enim inflatũ spiritum continere possit. Iob.4.Conceptum sermonem tenere quis poterit?& Prou.27. Impetum conciati spiritus ferre quis poterit? Et Isa.2. Quiescite ab homine,cuius spiritus est in naribus. Et breuiter de fluxibilitate miseri hominis Augu.in manuali. Cor hominum in desiderio æternitatis non fixum,nunquam stabile potest esse, sed omni volubilitate volubilius de alio in aliud trãsit,quærens requiem,vbi non est. In his autẽ caducis,& transitorijs,in quibus eius affectus captiuus tenetur, veram requiem inuenire non valet. Quoniam tantę est dignitatis vt nullum bonum præter summum ei sufficere possit. Et nihil magis refrenat instabilitatẽ mẽtalem miseri hominis, quam percussio,& flagellum diuinum Psal. In chamo,& freno maxillas eorum constringe,qui non approximant ad te, quia sicut equus indomitus nimis præcipitanter curreret, nisi chamo, & freno maxilla eius vsq; ad spumam cõstringeretur. Et Dauid de se in præcipitiũ currente dicit,conuersus sum in erumna mea,dum configitur spina Et tunc fuit quando. Cõminatus est sibi propheta Natham pro adulterio, & homicidio. Et idem legitur de Antiocho superbo. Vide historias,quia sunt pulchrę. Ideo. Psal.Imple facies eorũ ignominia, & quærent nomen tuum Domine.Et iterum multiplicatę sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Ideo cum aliquem Deus ex magna misericordia flagellat,non induret,vt Pharao ad interitum suum, sed mollescat,& recognoscat se, & sua delicta,pro quibus merito a Deo, est punitus,sicut fecit Nabuchodonosor, vt saluetur. Quia secundum Grego. Quod fornax auro, quod flagellum grano,quod lima ferro, hoc facit tribulatio viro iusto. Vel dicas es fluxibilis,

Eccle.41.

Eccle. 7.

Eccle.10.

Eccle. 19.

Psal. 7.

Per pulchre discurritur, quàm instabilis, & fluxibilis, fit homo ad omnem malum ꝑ fluxum, si non frenetur, & terminet timore Dei quia est sicut aqua, nunquã in eodem statu permanens.

Flagellum Dei est frenum stultorum.

2.Reg.12.

2.Maca.9.

Digitized by Google

bilis, quia certus de morte, sed incertus de tempore & modo mortis. O si inspiceremus super Cœlos Angelum rotam Cœli girantem, vere quod hic inferius vnius anni est spacium, appareret nobis quod in momento perficietur, Ideo dicit scriptura memorare nouissima &c. & Eccle. Memor esto quoniam mors non tardabit. Hic dicas exemplum de illo quem mors decepit in promittendo dare signũ mortis sibi. Est & aereus in quo omnes tẽpestates generantur. Nam vt diximus nõ põt inueniri monstruosius animal hoĩe, q̃ ꝑmittit ascẽdere ad suũ caput prauas, & corruptas exalationes vitiosarum cogitationum. Quas si sol iustitiæ calore gratiæ suę non resoluat, in nihilumq; redigat, iã actum est de tali homine in corpore, & in anima. Quia prodient ex eo omnia stercora, & tonitrua ac fulgura vitiorum, seditionum, discordiarum, grandinesque percussionum, & homicidiorum. Et deniq; nisi lapis descendat de Cœlo, angularis, & percutiat statuam hanc monstruosam, & in fauillam conuertat, & in nihilum redigat, replebitur tota terra iniquitate ad destructionẽ sicut fuit repleta, & corrupta tempore diluuij, vt patet. Gen. Vbi dicitur. Videns Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pęnituit eum, quod hominem fecisset in terra, & deleuit eum cũ oĩbus rebus ad se pertinẽtib⁹. Practica de huiusmodi, quia habes latum campum practicandi, de omni genere hominum & iniquitatum, de quibus Paulus ad Rom. primo multis ennarratis concludit. Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absq; fœdere, sine misericordia. Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, nõ solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Hæc ille. Tu igitur qui inclinatus est ad aliquas prauitates, quia ascendunt ad caput phantasiæ tuæ aliquæ prauæ perturbationes, recurre ad solem iustitiæ dicendo humiliter cum Ezech. Domine vim patior: responde pro me, & comprime fluctus, & vndas ac tempestates nauiculam meam exagitantes ad submersionem, ne pereã. Et calore amoris tui resolue, & dissipa omnes, qui bella volunt, & pacem da seruo tuo, quia secura mens quasi iuge conuiuium dicit sapientia. Et tu scis, quia non possum esse continens, nisi tu Domine dederis. Insuper es aereus, quia in misero homine infinitę infirmitates generantur, nec non fęre infinitis aduersitatibus & infortunijs premitur, vt Iob in his amaritudinibus diceret, tedet aĩam meã vitæ meæ. Dic eius infortunia, & cuncta excitata in ipsum, & suo libro primo, & secundo capitulo. Est igneus in concupiscentijs suis. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ab adolescentia in malum. De qua Paulus, habeo aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, vt quæ nolo id ago. Et Ioan. Quicquid est in mũdo, aut est concupiscentia oculorum aut carnis, aut superbia vitæ, o quantum olla miseri hominis ebullit, igne concupiscentiarum, vt nunquam dicat sufficit. Prou. 30 Tria sunt insatiabilia, & quartum quod nunquam dicit sufficit. Infernus, & os vuluę, & terra quæ non saciatur aqua, ignis vero nunquam dicit sufficit. Moraliter infernus est insatiabilis, quia incrudelibus viris, & discordias infernales tenentibus sicut in inferno, nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat, qui nunquam dicunt sufficit, nisi cunctos deuorẽt, extinguãt destruãt, dissipent,

Eccle. 14.

Miser homo, sicut aer periculosissimas, in se concipit tempestates ĩ ruinã sui, & proximorũ nisi calore solis Christi resoluant praui vapores cogitationũ eius.

Gen. 6.

Proue. 15.

Sap. 8.

Quomodo igni insaciabili miseri homines ad omne malum assimilantur.

Digitized by Google

dissipent, vsq; ad interitum. Horum exempla, quotidiana experientia dignoscuntur. De hoc igne inferni, dicit Christus, omne regnū in seipsum diuisum desolabitur, & domus super domum cadet. Secundo os etiam vulue est insatiabile. Quid insatiabilius
Sap. 11. concupiscentia carnali? Sap. Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. In figuram huius adolescens prodigus consumpsit totam substantiam suam viuendo luxuriose. Vnde & Salomonem sapientissimum
3. Reg. 11. in senectute alienauit. Cum esset iam senex, deprauatū est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos, nec cor eius erat perfectum in Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius. De insaciabilitate eius experientia ostendit in iunioribus maxime concubinarijs, qui etiam moriuntur cum talibus diabolicis laqueis, o quot vitam honores, & substantiam perdūt propter luxuriam, & carnis concupiscentiam, in qua est continua pugna, & rara victoria, vt patet de filocaptis. De
Prou. 2. hac Prou. Omnes qui ingrediūtur ad eam non reuertentur, nec apprehendent semitas vitę. Et de huiusmodi vitijs irretitis, est plena sacra scriptura. Tertio est terra quæ non saciatur, idest auari terrenis cupiditatibus inno
Eccle. 5. dati, de his. Eccle. Auarus non imple-
Eccle. 10. bitur pecunia, & auaro nihil est scelestius Et Hiero. Cum omnia vitia homine senescente senescunt, sola tamen auaritia iuuenescit. Quarto ignis nūquam dicit sufficit, in quo notantur inuidi, qui quanto magis vident proximum odiosum sibi virtutibus pollentem, tanto magis igne inuidię exardescunt. Sicut quāto magis ligna igni accenso apponuntur, tanto magis ex
Prou. 14. citatur & exardescit. Proue. Putredo ossium inuidia. Est enim tanquā ignis vulgariter dictus S. Antonij, de hac dicit. Psal. Exarsit ignis in sinagoga eo-
Psal. 105. rum. Et exarserunt sicut ignis in spi-
Eccle. 43. nis, & Eccle. Extinguet viride, idest intendit inuidus extinguere omnem vir
Mich. 6. tutem proximi, sicut ignis. Et Michee

Adhuc ignis in domo impij. Et Eccle. Ecc. 48. 45.
De hoc igne dicitur. Inuidia sua pauci facti sunt. Et propter inuidiam circundederunt eum, idest Moysen homines in deserto, qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio chore in iracundia, & consumpti sunt in impetu iracundiæ, &c. vide ibi. Et ne Christus vel Helias, vel propheta? & respondit non. Vbi nota, quod dati sunt nobis imitādi in hac vita militari Christus, Helias, & propheta. Christus est datus nobis imitari, qui est regula rectissima, quia Deus, & homo, qui dicit de seipso. Ego sum via, & ideo sequenda, veritas, & ideo addiscēda, vita & ideo quærenda. Et iterum quis me arguet de peccato? Poterat enim quis dicere, ego non imitor homines, quia omnis homo mēdax, dicit ꝓpheta. Et Christus non se credebat eis dicit S. Ioannes, quia ipse sciebat quid esset in homine. Ideo. Exod. In figuram horum Exod. 25.
Deus Moysi dixit, in specie & fac tibi secundum exemplar in monte monstratum. i. inspice Christi vitā o Christiane, & fac. i. imitari eum, qui fuit exaltatus in monte Caluariæ in Cruce, & ideo Christus dixit. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Eph. Imita Ephe. 5.
tores estote Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit nos. Et quoniam posset dicere, ego non possum imitari, nec sequi Christū, quia ipse est verus Deus in quo nō potest cadere error, vel peccatum, ideo dati sunt nobis viri sancti imitari, qui fuerunt eiusdem naturæ, & conditionis nobiscum, qui nihil ab humano habuerunt. Vnde & Paul. Imitatores mei estote fratres, sicut & 1. Cor. 11.
ego Christi. Et Phil. Imitatores mei Phil. 3.
estote fratres, & obseruare eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Extende te practice ad virtutes diuersorum proborum virorū, vt habes in gestis sanctorum. Propheta es tu? quia debemus etiam prophetas imitari per prudentem præuisionem circunstantiarū, quæ necessario con-

Dātur nobis imitandi Christ. & Sancti ac ꝓbi viri.

currunt

currūt ad virtutes, vt quis, quid, cur, quando, quomodo, quibus, &c. quoniam Seneca dicit de quatuor virtutibus. Si prudens est animus tuus tribus temporibus dispensetur, præsentia ordina, futura præuide, præterita recordare. Nam qui nihil de preteritis cogitat, vitam perdit, qui nihil de futuro premeditatur, in omnia incautus incedit. Et iterum, melius est ante tempus occurrere, quam post vulnus datum remedium quærere. Cuilibet ergo nostrum dicunt legati Dei, es ne Christus.i. imitaris, ne vitam Christi o Christiane, q denominaris a Christo Christianus? Item Helias es tu.i. imitaris ne sanctos, & Zelatores legis Dei vel non? Item propheta es tu gubernaris ne prouidentia per considerationem omniū, quę circa te agūtur vel curris sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus? Prædicas ne tibi ipsi deserto omni bono & omni virtute, miserendo animæ tuæ, secundū quod dicit scriptura, miserere animę tuæ, placens Deo Deinde possis addere aliqua in præcedenti sermone dicta, secundum quod erit ad propositum. Et ad propositum huius sermonis vide in alio libro nostrum sermonem de cognitione sui ipsius.

SERMO TERTIVS.

IN EADEM DOMINICA SED SECVNDVM CVRIAM ROM.

DEVS PERMITTERE DICITVR INFIDELIbus posesſionem terrarum christianorum, præsertim ob quatuor peccatorum genera; Fitq; pulcher discursus super his, ex Eusebio Pamp. & ex sacra scriptura.

ANNO QVINTODECIMO TIBERII Cæsaris. Luc. 3.

Hac materia in lib. 2. Ser. 72.

DIcit Arist. quod nos sumus quodammodo finis omnium, idest omnis creatura est facta a Deo, propter seruitiū & vsum eius, secundaria Dei intentione, quia ex principali intentione cuncta Deus creauit propter se, idest gloriam suam secundum scripturam, deinde omnia infra hominem constituta proprer hominem. Insuper, & Angelos secundario fine constituit fore administratores hominum vt dicit Pau. Propterea quia ingratitudo desiccat fontem pietatis, iusto Dei iudicio fit, vt tota creatura conuertatur in vltionem hominis Deo ingrati & peccatoris, vt dicitur. Sap. 5. Et secundum quod Deus præcomminatus est sibi Deut. 28. Vide ibi totum capitulum, & quod sibi auferatur omne quod habet, & quod habere videtur. Et hoc cōfirmat Christus contra ingratos hæbreos, qui filium Dei occiderunt, venientem pro salute eorum dicens, malos male perdet, & locabit alijs vineam suam, auferetur a vobis regnum, vt hodie & Euanin- Heb. 1.

Euangelio ostenditur.

Hoc mane moraliter applicantes sacrum Euangelium dicimus, quod in eo continetur, Deum quandoq; fidelium, & Christianorum regna infidelibus tradere propter peccata eorum. Secundo habetur in Euangelio, quod Deus pius non desinit suos prædicatores ex misericordia mittere ad suos Christianos rebelles sibi, vt pœnitentiam agant, & mereantur consequi salutare Dei, ne pereant. Tertio qualiter debemus disponi, & præparari, in aduentu Dei nostri ad nos per gratiam & suam misericordiam.

Quo ad primum prænotãdum est ex Euangelio, vt dicunt expositores terra hæbreorum propter peccata eorum fuit diuisa in quatuor partes, in quibus sub Tiberio Romano Imperatore gentiles regnabant secundũ prophetiam Iacob patriarchę dicentis. Nõ auferetur sceptrũ de Iuda, & dux de fęmore eius donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Nam in vna parte scilicet in Iudæa gubernator erat Pontius Pilatus in secunda parte. s. in Galilæa, regnabat Herodes Agrippa, in tertia parte frater Herodis Philippus regnabat. s. in regione Ytureæ, & Trachonytidis in quarta parte. s. in regione Abilina regnabat Lysania. Insuper addit adhuc grauius, quod sicut principatus secularium erat diuisus in Iudæa, ita etiam principatus sacerdotij magni erat sub potestate secularium gentilium, qui vendebant summum sacerdotium annuatim, & quandoq; pluries in anno summus sacerdos mutabatur, vt clare patet in Euangelio, vbi dicitur factum esse verbum super Ioannem sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caypha. Ad propositum nostrũ dicit Eusebius Pamphilus de præparatione Euangelica. Quando in ciuitatibus a Deo abundant flagitia, vt nulla legum reuerentia sit, tunc Deus vt vitia repellat, & ad virtutes homines compellat, crudelibus atq; tyrannis viris non iniuria potentiam præbet vitiorum. n. cumulus sine crudelitate mundari non potest. Et quemadmodum iudices publicarũ rerum ad homicidas, proditores, & sacrilegos interficiendos publice aluntur, non quia tale exercitium hominis laudatur, sed quia populo necessarium est. Eodem profecto pacto huius mundi gubernator, quasi communes iudices tyrannos in ciuitates suscitat, vt iniuriam atq; impietatẽ aliaq; huiusmodi vi, & crudelitate puniat. Qui quoniam non recto animi proposito, sed crudelitate commoti diuinæ voluntati subministrant, vt ignis consumpta materia demum extinguitur, sic & ipsi cum ciuitates prauas hominum fecerint inanes, tunc demum in perniciem incidunt. Quid autem miramur si tyrannorum ministerio effusas hominum iniurias Deus compescit, cũ etiam sępius non aliorum opere, sed per seipsum fame, terremotu, peste, alijsq; huiusmodi, quibus multas vrbes desolatas videmus id factitet. Et quia exempla sacræ scripturæ magis mouent multis omissis, lege librum iudicum, in quo videbis qualiter Deus tradidit pluries gentem Iudæam infidelibus propter peccata eorum, quamuis reuersos ad eum per pœnitentiam iterum, restituerit pristinæ libertati. Nam in eodem libro, secundo capitulo. Dixit Angelus Domini transgressoribus hæbreis, dicit Domin⁹. Nolui delere Amoneos, qui erant de terra promissionis a facie vestra, vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam. Et tertio capitulo fecerunt malum in conspectu Dei, & obliti sunt Dei sui, & iratus Deus tradidit eos in manus regis Mesopotamiæ, & seruierunt ei annis. 8. Sed quia vexatio dat intellectum, pęnitentes clamauerunt ad Deum, & liberauit eos per Othoniel. Iterum addiderunt filij Israel facere malum in conspectu Domini, qui confortauit aduersus eos Eglon regem Moab, & percussit Israel, seruieruntq; filij Israel ei annis. 18. sed vexatione dante intellectum

Per pulcher discursus Eusebij circa flagella diuina, non solumquę Deus, per seipsum immittit, sed etiam per excitationes tyrannorum in prauorum ciuitates.

Pulchre discurritur per scripturã circa excitationes tyrannorum in populũ Dei ꝓpter eorum peccata.

tellectum clamantes ad Dominum liberauit eos per Aioth. Iterum vt supra, & tradidit eos in manus regis Amoreorum qui clamauerunt ad Dominum, & liberauit eos per prophetissam Delboram. Iterum vt supra. Et tradidit eos in manus Madian annis. 7. Et oppressi sunt valde ab eis, & clamãtes ad Deum, liberauit eos per Gedeonem. Iterũ tradidit eos in manus Philistijm, afflictiq; sunt, & oppressi vehementer annis. 18. Et clamantes ad Dominum dixerunt. Peccauimus tibi, redde nobis quicquid tibi placet, tantummodo libera nos. Qui doluit super miserijs eorum, & liberauit eos per Ieptę. Iterum, vt supra fecerunt malum, & tradidit eos iterum in manus Philistinorum annis. 40. & clamãtes ad Dominum per Sanson liberati sunt. De huiusmodi etiam habes per omnes libros regum, sed breuiter his
4. Reg. 15. addo. Tempore Phaceæ filij Romoliæ de stirpe Hieroboam regis Israel, qui cum populo suo fecit malum coram Domino, sicut fecerunt patres eorum, contra eum venit Teglatphalasar rex Assyriæ, & fecit multa mala, quia trãstulit tres tribus in Assyrios. Et post ipsum tempore aliquo interpolato venit filius eius Salmanasar, q̃ captiuauit, & transtulit reliquas septé tribus Israel in Assyrios. Et in Samariam transtulit suos Assyrios. Sed vt Deus ostenderet, quòd Assyrij non propria virtute eos debellauerint, sed peccatis & transgressionibus ipsorum immisit Leones, qui istos Samaritas
4. Reg. 17. Idolatras passim vastabant. Demum Nabucodonosor tertio anno obsidionis eius cepit ciuitatem, & destruxit ac combussit eam, & transtulit reliquos Iudæos, idest duas tribus in Ba
Hiere. vlt. 4. Reg. 21. biloniam cum rege Sedechia. Et omissis alijs sacræ scripturæ historijs, hoc mane tangit nobis sacrum Euangeliũ terram hæbreorum subiectam Romano Imperio, & ex ordinatione Tiberij Cæsaris in quatuor sub regulos, vel gubernatores gentiles fuit diuisa, qui præerãt plenaria potestate super eos vsq; ad venditionem summi sacerdotij. Tandem secundum Danielis prophetiam de. 70. ebdomadibus, per Titũ & Vespasianũ cum ciuitate sua exterminati sunt. De quorum ruina vide Iosephum in libro de bello iudaico, & ĩ Voragine, in historia sancti Iacobi minoris, quia ibi describitur exterminium eorum, vt secũdum Christi prænuntiationem in Hierusalem non est relictus lapis super lapidem. Et quod hæc eis acciderint propter peccata eorũ vltra attestationes propheticas. Dicit Dauid in Psalmo, memẽto Domine Dauid, si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc quæ docebo eos, & filij eorum sedebunt super sedem tuã. Et in libro vidit q̃nto capitulo Achor Holoferni admiranti, quod se non traderét in manus suas hæbrei, dixit sententialiter. Deus hębreorum odit iniquitatem, & ideo perquire. Si est iniquitas aliqua eorum in cõspectu Dei eorum, ascendamus ad illos, quoniam tradet eos Deus eorum tibi, si vero nõ est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorũ defendet illos, & erimus in opprobrium vniuersæ terræ. Hæc ibi. Et hoc confirmatur Prouer. Prou. 28.
vbi dicitur. Propter peccata terræ multi principes eius, sicut & hoc mane sacrum Euangelium tangit. Pro toto hoc sermone vide nostrum sermonem in alio libro sub prædicto titulo. Sed quæres in particulari, quæ peccata principaliter inducunt, & causant ruinam, & translationem regnorum, vt scias præcauere ab eis. Ad hoc dicimus quamuis iustitia Dei abissus multa, tamen in sacra scriptura. Eccle. 10. Inuenimus. Regnum a gente in gentem transfertur propter iniusticias, & iniurias, & contumelias, ac diuersos dolos. Hæc ibi. In his verbis continentur implicite omnia vitia in Deum, & proximum perpetrata, corde ore, & opere. Primo dicit ꝓpter iniustitias. Dicit in plurali propter iniustitias. Nam quædam est iniustitia contra Deum,

Propter quatuor peccata regna transferunt de géte in gente.

Deum, quædam contra proximum, quia de ratione iustitiæ distributiue est reddere vnicuiq; quod suum est, secundum quod Christus dixit, reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quę sunt Dei Deo. Deo enim debemus latriam & reuerentiā, gratiarum actiones, & subiectionem ac cordis humilitatem. Sed cum hæc non redduntur Deo maxime a principibus, quibus dedit potestatem, & regimen. Et similiter cum non redduntur, quę sunt hominis homini, vt debitam iustitiam, & regimen moderatum, practica de omnibus quæ exigūtur ab eis, vt Deo & proximo reddant reddenda. Immo ex aduerso cum Deo ambulant, & omnibus modis subditos offendunt, ideo Deus humiliat eos, & subuertit eorū sedes. Eccle. 10. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Et semen hominum honorabitur, hoc quod timet Deum, & semen hoc exhonorabitur, quod prætererit mandata Domini. Et ibidem in manu Dei potestas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentiū. Et contra malos principes. Sap. 6. Audite reges, & intelligite. Vide totū capitulum, quia pulchra dicit ad propositum præsidétium male regentium populum. Plura etiam ad principes, & iudices pertinentia superius declaraui super Euangelium, erunt signa in Sole, & Luna, vide ibi. Et vide nostros sermones de regimine principium.

2. Para. 19. Hoc animaduertens sanctus Rex Iosaphat. Conuocatis iudicibus quos constituerat per prouincias, mandauit eis, & protestatus est, vt in timore Dei iudicent, ne veniat ira Dei super eos, & super ciuitatem, dicens eis. Videte quid facitis. Non enim hominis exercetis iudiciū, sed Domini & quodcunq; iudicaueritis, in vos redūdabit. Sit timor domini vobiscum, & cum diligentia. i. prudenter non præcipitanter cuncta facite. Non enim est apud Deum vestrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerū. Confortamini, & agite diligenter, & erit Dominus vobiscum, ne veniat ira Dei super vos, & sup fratres vestros idest subditos vestros. Hæc ibi sententialiter. Alia vide in textu. De omnibus ingratis diuinis beneficijs. Isa. Isa. 1.
Deus lamentatur inuocando Cęlum, & terram in testimonium, & admirationem dicens. Audite Cœli, auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me nō cognouit, & populus meus me nō intellexit. Prosequere si volueris reliquum capituli Secundo transferuntur regna propter iniurias. s. quæ fiūt Deo, & proximo. Deo p blasphemias, & periuria, & inhonorationem ecclesiarum, quæ hodie factæ sunt speluncħę latronum. Nam Deus sanctificauit locum suum. i. ecclesiā suam, quia dicit Psal. Dominus in templo sancto suo, & posuit cor in ea & oculos & aures, vt. s. videat zelum quem habetis ad ecclesiam honorandam, & statū vestrum in incessu, & habitu, & in alijs motibus vestris, vt etiam audiat, an orationes vestræ sint ex corde, vel ore pclamatę. Aliter merito fune irę Dei expellendi eritis, & a loco in quo statis, gratia Dei priuandi: Iniuriæ etiā fiunt proximo cum dehonestantur domus eorum Practica de concupiscentijs, & alijs dehonestationibus. Psal. Iuuenes eorum comedit ignis, & Virgines eorum non sunt lamentatę. Iniuriæ fiunt cum vxores proximorum vi
tuperantur, vt dicit. Ezech. Leuatis Eze. 33.
oculos vestros ad īmūdicias, & vnusquisq; vxoré pximi sui polluit, sicut & senes iudices exardescentes in concupiscentiam Susannę deuenerunt ad hanc stultitiam, vt eam false, & accusarent, & ad mortem condemnarét. O quāta mala, & quam magnę discordiæ proueniunt in ciuitatibus, vbi hæ stultitiæ operātur. Exemplum sit omnibus Dina filia Iacob, ex cuius raptu fratres ipsius, ciues cum principe suo corruptore peremerunt, nemini parcentes,

Gen. 34. eentes, & ciuitatem pro seipsis obtinentes, & occupantes. Gene. Tertio transferuntur regna propter contumelias, quæ causa fuerunt initij sectę Machometanę, vt dicit Lyra super Apoc. Nã Heraclius Imperator post habitam victoriam contra regẽ Cosdroã, principes suos posuit per ciuitates & prouincias regni Persarum. At ipsi elati suos subditos contumelijs vituperosis afficiebant: Et subditi non valentes hæc sufferre, non solum rebellarunt imperio, sed etiam fidem abnegantes Machometum eiusq; sectam vsq; in hodiernum diem secuti

Eccle. 32. sunt. Eccle. Rectorem te constituerũt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curam illorum habe, & sic cõsidera, & omni cura tua explicita recũbe, vt lęteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignitatem cõsequaris coronationis.

Proue. 10. Prou. Qui profert contumeliam insipiens est. Et vbi fuerit superbia ibi, &

Proue. 11. contumelia. Quarto, & varios dolos

Hier. 9. qui sunt infiniti. Hier. Vnusquisq; custodiat se a proximo suo, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater i. qui videbatur esse frater supplantans supplantabit, & omnis amicus. i. quia est simulator amicus, fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit. i. deludet, & decipiet, & veritatem non loquetur. Et

Mich. 7. Micheæ. Nolite credere amico, & noli te confidere in duce. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui, quia filius contumeliam facit patri, & filia consurget aduersus matrẽ suam, nurus aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Hæc ibi. Et vt breuius concludam, vt dixit superius Achor. Iniquitas est causa, quod Deus populum suum tradat in manus etiam infidelium. Et ratio vltra prędicta hoc dictat. Quoniã secundum philosophos, media ordinata sunt ad finem, & deficiente fine, media deficiunt, videamus quis finis sit ciuitatum & populi, & principum, & iudicum, ecclesiasticorum, & religiosorum, ecclesiarum, & sacramentorũ, artium, & rusticorum, & sic de similibus, vide circa hunc discursum ad longum nostram prædicam de causis ruinę regnorum, & quod cuncta per infideles destruuntur, capiuntur, captiuantur, inhonorantur, & hic applica propter peccata omnium prædictorũ. Ideo merito accidit his sicut apud Ezech. Quando sex Angeli missi sunt ad interficiẽdum absq; misericordia, incipiendo a templo Dei vsq; ad minimum. Et ibi concluditur. Dixerunt enim dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt, igitur nec meus parcet oculus, nec miserebor, viam eorum super caput eorum reddã. Et Isa. Ve Assur. i. qui fuit Dei instrumentum ad puniendum. i. Assirij ad puniendum hæbreos, virga furoris mei, baculus ipse est. In manu eius indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eum. i. ad iudæos fallaces & deceptores, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia. i. spoliet vos, & diripiat prædam idest diuidat prędam factam, & ponat illum in conculcationem, quasi lutũ platearum, hæc ibi, de huiusmodi ruinis per infideles qui sunt Dei flagellũ, habemus mirabile exemplum cũ exhortatione sua in huiusmodi casibus, in 2. Mac. qñ Antioch⁹ cępit ciuitatẽ Hierusalẽ, & in tribus diebus peremit quadraginta milia, & 20. milia venundauit, & 20. milia in captiuitatem duxit, & templum Dei expoliauit, vide historiam, vbi etiam prodigia visa super Hierusalem prænuntiarunt talem ruinam. Sequitur in textu. Et factum est verbũ Dñi super Ioãnẽ per Angelum, vel internam inspirationẽ in deserto, vbi pęnitentiam agebat, vt prædicaret pęnitentiæ baptismũ. Nã pi⁹ & misericors Deus, nõ faciet verbũ nisi suis ꝓphetis reuelauerit denũciandũ, & ideo sapientia in Prouer. dicit. cum prophetia i. prophetarum prædicatores defecerit dissipabitur populus. Ego igitur indignus prędicator Ioannem hic ex parte Dei vobis repræsentans Isa. 10. 2. Maca. 5. Proue. 29.

Digitized by Google

sentans, missus sum ad vos, prædicare vobis baptismum pęnitentiæ, iuxta Isa. consilium. Lauamini mundi estote, auferte mala cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite peruersa agere, discite benefacere, iudicate pupillo, & viduę. &c. Clamo tibi deserto omni bono, pleno cōditione omnium siluestrium animalium. Practica de huiusmodi, de quibus. Isa. Moraliter loquendo. In Babilone requiescent bestię. i. homines bestialiter viuentes, & conuersantes. Et replebuntur domus eorum draconibus. i. hominibus pestiferis flatu suorum sermonū alios inficientibus, vel igne concupiscentię inflammatis, influxu seu aqua luxuriæ commorantibus, sicut dracones propter naturæ suæ vehementem calorem commorantur in aquis. Et habitabunt ibi strutiones. i. hypocritę, & hæretici, qui pennas contemplationis videlicet sanctam conuersationem, & scientiam habere videntur, non tamē ad cęlestia possūnt per veram contemplationem volare, quemadmodū strutio alas habet nec volat. Et pilosi. i. vanis cogitationibus tanquam pilis repleti saltabunt. i. instabiliter petulanterq; viuent. Et respondebunt ibi vlulę. i. auari qui terrenis inhiant, sicut vlulę, quæ rostrum terræ infigunt, & comminatores iracundi atq; feroces, qui ad instar vlularū horrēdos emittūt clamores. Et syrene. i. dolosi & adulatores, qui tanquam syrene dulciter canunt carmen fallaciæ, respondebūt in delubris voluptatis. i. in theatris suis, oportunisq; locis illicitę voluptatis. Clamo igitur ad vos sicut Io. Matth. Clamabat ad Phariseos ad Baptismum non corde, sed exteriori apparentia venientes, genimina viperarum, quis ostendet vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pęnitentiæ, quia vt Christus Luc. dicit. Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Parate ergo viam domino disponendo vos per contritionem, & confessionem & satisfactionē. Rectas facite semitas Dei. i. Dei cultū facite, non ore tantum, sed & corde per rectam intentionem. Quia vanū est buccis concrepare, & repræsentationes facere exteriori cultu sicut larue & mascharę, & Deū corde & prauis vituperare. Sic humiliatus in te, vt vallis impleberis gratijs Dei, & mons idest supercilia tua ambitiosa humiliabuntur. Aliter superbis Deus resistit. Et erunt praua in directa. i. hactenus in prauitate cordis ambulasti erga Deum, & proximum, nunc autem posside cor rectum erga eos. Et asperitatem tuam. i. duritiam tuam & tuam crudelitatem in proximum, conuerte in vias planas mansuetudinis, & mollificationis cordis, quia sic persenties super te aduentum & salutare Domini in auxiliando & protegēdo te. Amē.

Marginalia: Isa. 1. — Isa. 13. — Matth. 3. — Luc. 13.

Digitized by Google

CONCIONES PRO DIE NATIVITATIS & Circuncisionis Domini, sunt quærendæ inter multos sermones authoris de verbo incarnato: Cęterum pro Dominica infra octauas Natiuitatis Domini, & sequentibus vsq; ad Feriam quartam cinerum hic ordinate ponuntur.

DOMINICAE INFRA OCTAVAS NATALIS DOMINI.

SERMO VNICVS.

EX LAVDIBVS BEATISSIMAE VIRGINIS omnem statum instruit, præcipue Virginum, fugare otium; humilitatem sequi; custodire sensus; comprimere lasciuiam; Frenare linguam; sensare honestatem; Item docet educationem filiorum; laudat prudentiam in senibus; monstrat pericula Viduarum; & Christi bonus odor quomodo alijs vita sit in vitam, & alijs mors in mortem.

Luc. 2. *ERANT IOSEPH ET MARIA MATER Iesu mirantes super his quæ dicebantur de puero. Luc. 2.*

SEcundum cõmune sed verum dictum ac prouerbium. Magis ad virtutes sequendas & imitandas mouent exempla quam verba. Bene enim dicere tam proborum quam malorum est cõmune, sed bene operari est solum bonorum, vt dicit Christus. Bona arbor non potest malos fructus facere, vnde & S. Hiero. Hortatur quandam viduam, suas filias cõlociet virtuosis puellis, vt simul bona emulatione emulentur adinuicem in operibus suis. In signum huius Deus dixit Moysi. Exod. Inspice & fac secundum exemplar tibi monstratum in monte, propterea & gesta sanctorum in ecclesijs conscribuntur, vt ab inspicientibus imitentur. Chris. Propterea seipsos nobis prębent exẽplum, vt ex ipsis proficiamus. Ideo hoc mane nobis offert sancta Mater ecclesia sacrũ Euangelium, in quo notantur omnes hominum ac mulierum conditiones in suis virtutibus imitandę. [illegible]

Hiero. — Exod. 22. — Chris.

Hoc mane exponemus breuiter moraliter sacrum Euangeliũ. In quo cõ-

tinetur, quos debemus sequi in vita spirituali, vt gratia Dei sit nobiscum.

Mariā debent sequi virgines in domo parentū existentes in tribus virtutibus.

Mariam debent sequi Virgines in domo parentum existentes. Quæ debét Mariam imitari in sedulitate, in verecundia, & deuotione humili. Nam nihil est omni conditioni periculosius, non solum in vita corporali, sed etiā spirituali, quàm ociositas, quæ Mater corruptionis, & egestatis est. Nam generaliter videmus, ociantes omni genere infirmitatū oppressos, sicut aquā quæ non mouetur, putredine & corruptione, qui auté operantur vel exercitio occupantur communiter sanitate gaudent. De egestate ociantium dicitur. Sap. Qui operatur terram suā saciabitur panibus, qui autem sectatur ocium, replebitur egestate. De ruina autem spirituali ociosorum. Eccle. Multam malitiam docuit ociositas, quoniam semper ociosus est in malis, & prauis cogitationibus, & desiderijs. Quia qui inertiam sequitur, cum secundum scripturam. Gene. Sensus, & cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescentia sua, potius ad malitiam declinat cor eius, quàm ad bonitatem, & simplicitatem, quoniā communiter homines sequūtur suas inclinationes, nisi freno rationis gubernentur & constringantur, vnde Ioannes Casian⁹. mens ociosi nihil aliud cogitare nouit, quàm de escis aut ventre. Et Casiodorus in Epistolis, natura quidem humana sicut duris laboribus instruitur, ita per ocia torpentia fatuatur. Quod ostendit. S. Aug adhęre per tria exempla admirabilium virorum in sacra scriptura, qui ex ociositate in grauissima vitia declinarunt, a quibus alieni erant in exercitio. Eia fratres charissimi cogitate, quamdiu Dauid exercitauit se in militia, nō insultauit sibi luxuria, sed postquam in domo ociosus remāsit, laborauit adulterio, & homicidium commisit. Sanson dum cum Philisteis pugnauit ab hostibus capi non potuit, sed postquā dormiuit in sinu feminę, & ociosus cum ea remansit, mox capitur, & cęcatur ab hostibus. Salomon dum in ędificatione tēpli esset occupatus luxuriam non sensit, sed ab opere recedens luxuriæ insultum persensit, & fœmina instigante idola adorauit, vigilate ergo fratres mei, & nolite deficere, quia nec sanctiores Dauid, nec fortiores Sansone, nec sapiétiores Salomone vos esse cognosco. Hæc ille. Et sanctus Hiere. in sermone. semper aliquid operis facito, vt te diabolus inueniat occupatum. Non. n. facile capitur a diabolo, qui bono vacat exercitio. Hæc ille. Et cum ociositas sit nouerca omnium virtutum, vt dicit S. Bernar. maxime tamen inimicatur virginitati, quam in ocio impossibile est conseruare, quia si carnis pugna est cōtinua secūdum Aug. & rara victoria, quomodo vincet carnis pugnā iners virgo, cuius mens ociosa phantasias patitur, vt venter parturientis dolores. Nam inter alias causas inhonestissimę vitæ Sodomorum scriptura ponit ocium. Et non sine causa, quia més ociosi, vt dicit Casian. Nihil aliud cogitare nouit, quàm de escis, & de ventre, quæ sunt & fomentum, & nutrimentum luxuriæ. Ideo bene dicitur, sine Cerere & Bacco friget venus. Huius occasione apud Romanos mulieribus. erat infamia vinum bibere, quia in hoc impudicę designabantur. De laude mulieris solicitę, & non ociosæ Prou. Mulierem fortem quis inueniet procul & de vltimis finibus precium eius, quæsiuit lanam, & linum, & operata est cōsilio manuum suarum, manum suā misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum. Non timebit domui suæ a frigoribus niuis, fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Considerauit semitas domus suę, & panem ociosa nō comedit. Multę filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia & vana pulchritudo, mulier timens Deū ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarū, & laudét eā in portis opera eius, hæc ibi, q̄ tu lcdm quod erit ad ꝑpositū practica.

De

Marginalia: Sap. 28. — Eccle. 33. — Gene. 8. — De prauitate ocij sequentiūq; illud. — Augu. — Hiere. — Bernar. — Augu. — Casianus. — Proue. 31.

Digitized by Google

Matth. 25. De his virginibus operosis, & quę accumulauerũt merita ex virtuosis operationibus dicit Christus. Matth. Simile est regnum Cęlorum decem Virginibus, vbi dicit Chris. Hæc parabola ponitur sub comparatione Virginum, vt ostendatur, quod Virginitas sit aliquid magnum, tamen si bonis operibus non sit adornata non approbatur. Quæ accipientes lampades suas, idest secundum Augu. opera bona de genere suo. Et lumen in istis lampadibus accensum, est fides in operando dirigens. Exierunt ab ocio in opus bonum de genere suo, obuiam sponso & sponsæ, idest Christo, & ecclesiæ suæ, quia vterq; vult operarios in vinea sua & non ociosos. Quinque igitur ex ipsis prudentes ordinantes Vitam suam ad rectum finem per sanctã operationem suam, exeuntes coram Christo, & sua ecclesia, & in morte eorum adueniente sponso, receptę sunt in æterna tabernacula ad nuptias, quas nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ Deus præparauit eis. Sed quinque fatuę, & imprudentes, quibus Deus dedit potentias operatiuas, vt eas dirigerent ad rectam intentionem & bona opera, non sumpserunt oleũ secum, secundum Hiero. opera bona, in quibus fides extinguebatur, quia fides sine operibus mortua est, vt sanctus Iacob. dicit. Et istis in morte claudetur ianua Cœli, & aperietur os inferni, & dicetur eis petentibus ingressum, quem habuerunt cæteræ prudentes Virgines. Amen dico vobis nescio vos idest per approbationem. Quia opera illorum sequuntur illos dicit Sanctus. Ioan. in Apoc. Secundo debet esse deuota cum humilitate. Nam deuotio ad Deum, & suos sanctos stimulat eas ad imitationem eorum, vt cum recolit vitam gloriosæ Virginis, de qua dicit beatus Ambrosius super Lucam. Quid nobilius Dei Matre? Quid splendidius ea, quam splendor elegit? Quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generauit. Et vt de cæteris eius virtutibus taceam. Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi peritior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperum spem reponens, intenta operi, verecunda sermone, & arbitrum mentis non hominem, sed Deum quærere, nullum lędere, omnibus bene velle, maioribus assurgere, æqualibus non inuidere, iactantiam fugere, rationem sequi, veritatem amare. Quando ista fastidiuit humilem? quando risit debilem? quando vitauit inopem? Nihil in oculis tuorum, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum, non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior, vt ipsa corporis species simulachrum fuerit mentis, figura probitatis. Talem hanc Euangelista monstrauit, talẽ Angelus reperit, talem spiritus sanctus elegit. Quid. n. in singulis moror, quæ digna fuit ex qua Dei filiꝰ nasceretur? Et iterũ disce Virginem moribus, disce Virginem verecundia, disce Virginem oraculo, disce Virginem mysterio, solam in penetralibus. Quam nemo virorum viderat, solus Angelus reperit, solam sine comite, solam sine teste, ne quo dignũ damnaretur affatu. Disce ergo virgo, verborũ vitare lasciuiam. Maria autẽ Angeli salutationem verebatur, ab Angelo salutata vbi clauso super se ostio orabat patrem in abscõdito, vnde & S. Vincen. in sermone de Ascensione dicit. Quia beata Virgo post Christi Ascensionẽ, omnia Christi mysteria visitabat, non gressu corporis, sed mentis contemplationeq;, quod est nobilius. Et hęc visitatio mulieribus maxime virginibus magis cõgrua est. Et possis adducere exempla etiam Sanctarum Virginum, vt Catherinę, Cecilię, Lucię, Agnetis, Margaritę, & aliarũ Virginũ, secũdũ quod Deus te direxerit. Insuꝑ dico ꝙ deuotio Virginũ debet esse mixta humilitate, quia & beata Virgo de suis donis præ-

Iacob. 3. Apoc. Ambr.

De laudibus beatæ Virginis Mariæ.

Vinc. ser. de Ascen.

Deuotio Virginum debet esse cũ, humili tate. Greg. homi.6.

præexaltat suam humilitatem dicẽs. Quia respexit humilitaté ancillę suę, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, Vnde Greg. homi.6. Qui sine humilitate virtutes cõ gregat, quasi in ventum pulueré portat. Et si quando necessitate conditionis suæ se secundum consuetudinem ciuitatis ornent, imitentur S. Cęciliã quæ biduanis, & triduanis cũ cilicio, & desuper aurata veste ieiunijs se affligés orabat, seq; sanctis omnibus cõ mendabat, vt suam pudicitiam custodirét. De virginibus aũt quas. S. Aug. Nuncupat Dominicas Virgines, alia documenta non iacio, nisi quæ ipsemet in libro ad sacras Virgines ponit dicẽs. Dominica virgo debet cognoscere qnibus præceptis insistere cõueniat, vel a quantis vitijs debeat abstinere, si vult in sæculo posita cũ Deo, esse, & cum eodem post huius vitæ resolutionem in claritate cęlesti regnare. Dominica virgo primitus publicos debet vitare conspectus, & plateaꝛum frequentiam deuitare, atq; in domo posita operi lanificio insistere, vel lectioni diuinæ. Dominica Virgo nec ornatu capitis, nec habitu, comę, nec oculis erectis, aut lętis, sed crinibus ad terram cum vultũ demisso procedat, ne in se viles inducat amores, & si non pereat, alijs causa perditionis existat. Dominica Vigo ab omni inuerecundo sermone, vel risu debet pęnitus abstinere, & cum silentio, & disciplina omnem vitam suam ornare. Dominica Virgo, vt docet Apostolus de Viduis casta iudicari nõ potest sermone garrula aut loquacitate verbosa, vel curiositate superflua, immo ꝓstituta, & ad luxuriam magis accẽdi. Dominica Virgo nec sermonis iactantia, nec diuitijs, nec generis nobilitate se debet extollere, sed humilitate & paupertate spiritus Christo accepta debet quandiu vixerit permanere. Hæc ibi.

Tertio Virgo debet esse verecunda quia verecundia in mulieribus maxime virginibus, est custos castitatis, cum sit de ratione eius pudor mali. Ambr. de Virginitate. Vbiq; in Virgine comes singularũ virtutum est pudor. Hic indiuiduus debet esse Virginitatis, sine quo non potest esse Virgi nitas, teritur officijs pudor, audacia emicat, risus obrepit, modestia soluitur, dum Vrbanitas affectatur. Et idé sit sermo Virginis pudorosus, modestus, & rarus, nec tam eloquentia preciosus q̃ pudore. Et S. Ber. Verecũdia soror est continentiæ, nullum ęque manifestũ iudicium columbinę simplicitatis, & ideo etiã testis est innocentiæ, lampas pudicitiæ mentis iugiter lucens, vt nil in ea turpe, vel indecorum residere attentet, quod non illa ilico perdat. Ratione huius, & Eccle. Monet parentes ne ostendant hilarem vultum filiabus, quia nimia familiaritas parit contemptum, & causat inuerecundiam. Dicit. n. filiæ tibi sunt, serua corpus illarum, & non ostendas faciem tuã hilarem ad illas. Quasi diceret aliter cum difficultate in castitate eas conseruabis amissa verecundia. Et quamuis Virgines omnes sensus suos debent claudere ab illicitis, tamen circa visum & auditum maxima eius custodia est adhibenda. Sunt. n. hæ duæ fenestrę, per quas nisi clausę teneantur, semper mors intrat per eas. Hier. Ascendit mors per fenestram. Et maxime mors virginitatem, & castitaté suffocans. Tren. Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ. Dicit quidam, cum aspectu inordinato quis respicit ad speciem mulieris, & econuerso mulier ad speciem adolescentis, non est in potestate talium retrahere sagittam diuertere, vel retrahere. Huius habemus exemplum in S. Ber. Pudicissimo dum recordaretur cuiusdam mulieris visę ab ipso, grauissima tentatione carnis fuit vulneratus. Et S. Benedic. eodem stimulo agitatus fuit, propterea. Iob. Simplex, & iustus hoc animaduertens dicebat pepigi fœdus cũ oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine, vbi dicit. S. Tho. Peccatũ luxuriæ

Ambr. de Virginita. De laudibus verecundiæ, q̃ maxime virginibus competit.

Eccle. 7.

Virgines maxime visum, & auditũ debent claudere.

Hiere. 9.

Tren. 3.

Iob. 31.

Peccatum

luxuriæ in lubrico est positum, & nisi aliquis principia vitet, vtputa cogitationem, vix a posterioribus possit pedem retrahere. Videbatur. n. S. Iob difficile, si incideret in cogitationem quin in alia labetur.i.in delectationẽ & consensum. Hoc exemplariter ostensum est in Dina filia Iacob. Gene. Vbi dicitur. Egressa est Dina filia Lyę, vt videret mulieres regionis illius, quã cum vidisset Sichem filius Emor Æuei princeps terræ illius, adamauit eam, & rapuit, & dormiuit cum illa vi opprimens Virginem. Hæc ibi. Item debet plurimum cauere a curioso auditu, quia secundum. Isa. In silentio, & in spe erit fortitudo vestra. Et vide, vt silias, noli timere. Et Paulus collo quia praua corrumpunt bonos mores. Propterea. Eccle. Datur consilium omnibus, sæpi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis Aurum tuum, & argentum tuum confla, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem. Hæc ibi. Et concludamus pro parentibus habentibus Virgines in domo cõsilium. Eccle. Filia patris abscondita est. Vigilia, & solicitudo eius aufert somnum, ne forte in adolescentia sua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat, ne quando polluatur in virginitate sua, & in patris suis grauida inueniatur, ne forte cum viro commorata transgrediatur, aut certe sterilis efficiatur. Super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis a detractione in ciuitate, & abiectione plebis, & confundat te in multitudine populi, omni homini noli intendere in specie, & in medio mulierum noli commorari. De vestimentis enim procedit tinea, & a muliere iniquitas viri. Hæc ibi. Exemplum & figuram habemus in Thamar filia Dauid. Quia sola virgo cum solo fratre fuit in camera ab eo fuit deflorata. Et hæc significat Virgines nimis de sua continentia confidentes, talibus dęmon intus prunas ardere facit, vnde Aug. de cohabitatione clericorum. Graué inimicum sortita est castitas, cui non consistendum, sed fugiendum est, dimisso freno longius. Nec eo minus cauendę sunt, quia religiosæ videntur, quia quanto religiosiores, tanto citius alliciũt, & sub prætextu pietatis latet libidinis incestus. Experto crede coram Deo loquor, nõ mentior. Cedros libani, duces gregũ sub hac peste excidisse repij: De quorum casu non magis suspicabar, quã Ambrosij, vel Hieronymi. Hæc ille. Et Chris. super Matth. Sex sunt, quæ incorruptam seruant castitatem, sobrietas, operatio, asperitas cultus, inhibitio sensuum, raritas sermonis cũ honestate, euitatio oportunitatis personæ, loci, & temporis. Hęc ille. Tu autem practica omne verbum Chris.

[Margin: luxurię nisi in principio incẽtiuo statim comprimatur, vix vincitur. — Gene. 34. — Isa. 30. & 7. — De malo linguę. Eccle. 28. — Eccle. 42. — 2. Reg. 12. — Augu. — Chris. sup Matth. Sex sunt q̃ conseruãt castitatẽ.]

In hoc Euangelio documẽtum possunt habere qui iuncti sunt matrimonio. In quo debet esse fidelitas, amor, & debita subiectio, non seruilis, sed socialis. In signum cuius mulier non de capite Adę, vt sit domina eius, nec de pedibus, vt sit serua, sed de pectore, vt sint consocij cordiales adinuicem. De his conditionibus tribus aliud nõ scribo, relinquens eas practico lectori, solum documenta sancti Pauli, & Petri annotabo, quę dant in matrimonio copulatis dicitur. Similiter, & mulieres similes sint viris suis, vt si qui non credunt verbo per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant considerantes in timore sanctam conuersationem vestram, quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus, est cordis homo, & incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuplex. Si enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in Deo ornabant se subiectę proprijs viris, sicut Sarra obediebat

[Margin: Documenta Apostolorũ in matrimonio existentibus. 1. Petr. 3.]

Digitized by Google

Abrææ Dominum eum vocans, cuius estis filiæ benefacientes, & non pertinentes vllam perturbationem, viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam cohæredibus gratiæ vitæ, & non impediantur orationes vestræ. Et Paul. ad Ephe. Mulieres viris subditę sint sicut domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, ipse Saluator corporis eius, sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita viris suis mulieres in omnibus, viri diligite vxores vestras, sicut & Christus ecclesiam dilexit, & seipsum tradidit pro ea, vt ipsam sanctificaret, mundans eam lauacro aquę in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata. Itaq; & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit seipsum diligit. Nemo enim carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam sicut, & Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo, & in ecclesia, veruntamen, & vos singuli vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligat. Vxor autem timeat virum suum. Hæc ille. Et ad Timoth. Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira, & disceptatione Similiter, & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus aut auro, aut Margaritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres pietatem per opera bona, Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Æua. Et Adam non est seductus, mulier autem seducta in preuaricatione fuit, saluabitur autē per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cū sobrietate. Hæc ibi. Et Vxor viro debitū reddat similiter vir vxori Mulier aūt potestatē sui corporis nō hēt sed vir, similiter nec vir hēt ptātē sui corporis sed mulier. Nolite defraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos sathanas pp incontinētiā vestrā. Hoc aūt dico scd̄m indulgentiā, non aūt scd̄m imperiū. Et addit multa alia, dic de Monica Matre Aug quō virum phantasticum honorabat, & supportabat cum mansuetudine, ex speculo exemplorum. Insuper hic docentur qualiter parentes debent filios suos enutrire. Quia primo debent aduertere circa salutem ipsorum, vt sacramentis ecclesiasticis secundum cōditionem ætatis ipsorum muniantur sine negligentia. Et notatur in eo quia & circuncisus Christus fuit, & oblatus in templo Domino secundum tēpus a lege diuina præfixum, practica hic de negligentia parentum circa huiusmodi, maxime de negligentia baptizādi, cum in tali ætate sint in qua ex quolibet contrario facile, subito moriuntur. Insuper in alijs doctrinalibus vel artibus doceant eos. Eccle. Filij tibi sunt erudi eos, & curua illos a pueritia eorum. Filiæ tibi sunt serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuā ad illas. Et Prou. Qui parcit virgæ, odit filium suum, & stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinę fugabit eam, & si percusseris eum virga non morietur, & Psalmus. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Et Eccle. Ne iocunderis in filijs impijs si multiplicentur, nec oblecteris super ipsos, si non est timor Dei in illis, non credas vitæ illorum, & ne respexeris in labores eorum. Melius est vnus timens Deum, quàm mille filij impij. Et vtile est mori sine filijs, quam relinquere

Eph. 5.

Thim. 2.

1. Cor. 7.

Qualiter parentes suos filios enutrire debent.

Eccle. 1.

Proue. 13. & 22. & 23

Psal.

Eccle. 61.

Digitized by Google

linquere filios impios. Ab vno sensato inhabitabitur patria,& a tribus impijs deseretur. Multa talia vidit oculus meus, & fortiora horum audiuit auris mea. Hæc ibi. Quales autem debent esse pueri erga parentes, quia
Luc.2. Christus Lucæ.2.erat subditus parentibus, vide in nostra prædica in q. super Euangeliũ. Honora patrẽ tuũ &c. vnum tamen accipe ex Euangelio pro doctrina & profectu eorum de bono
Luc.5. in melius. Quia de Christo dicit. Luc. puer autem crescebat,& confortabatur plenus sapiẽtia,& gratia Dei erat
Luc.1. in illo. Lucæ. debent enim pueri secundum bonam doctrinam traditam eis a parentibus non retrocedere, sed progredi in omni vita morigerata, secundum quod crescunt annorum etate & corporis cremento, vt sicut corpus crementum accipit in quantitate molis ex nutrimento materiali, ita & anima accipiat crementum in quantitate virtutis ex cibo & doctrina bona parentum, vt sint sicut arbor plantata secus decursus aquarum, quæ fructũ suum dabit in tempore oporturno, & folium eius non defluet,& omnia quę cunq; faciet prosperabuntur, vt dicit.
Psal. Psal. Et se totum scilicet caput mediũ, & caudam mundum offerant Domino in sacrificium, vt gratia Dei secum
Tre.3. inhabitet. Et de his dicitur Tre. bonum est viro cum ab adolescentia iugum idest Domini portauerit, ne accidat eis sicut puero. 5. annorũ apud Gregor. insuper senes habent documentum in sene Simeone iusto & ti-
Laus senũ morato expectante redemptionem
prudentiũ plebis Israel. Ita senes debent ornari virtutibus, vt sint Deo accepti, expectantes cito resolutionem sui corporis,& effectum redemptionis Christi. Dicitur, quod senex hic erat iustus,& timoratus. Iustus dico iustitia morali & legali, quę est reddere Deo quæ sūt Dei vt obseruare Dei mandata ex le-
Tob.1. ge Dei præcepta, vnde & de Tobia sene.1.cap. dicitur. Memor fuit Domini in toto corde suo. Iustus etiam coram hominibus bono exemplo & con filio suo & dilectione, quia a boue maiori discat arare minor. Eccles. tres Eccle. 25.
species odiuit anima mea,& aggrauor valde animæ illorum, pauperem superbum,& diuitem mendacem, & senem fatuum & insensatum. Quæ in iuuentute tua nõ congregasti, quomodo in senectute tua inuenies? quàm speciosum canitiei iuditium, & pręsbiteris cognoscere cõsiliũ. Quã speciosa veteranis sapiẽtia,& gloriosis intellectũ & cõsiliũ. Corona senũ multa peritia,& gloria illorũ timor Dei. Hæc ibi. De istis senib⁹ honorãdis dicit Deus Leu. Leuit.11.
Moysi. Cõgrega mihi septuaginta viros de seniorib⁹ Israel, quos tu nosti, ꝙ senes populi sint & magistri, vt sustineãt tecũ on⁹ populi, & nõ tu solus graueris. Et hij senes merito honorandi sunt, non illi qui sunt pueri centum annorum, & mente capti, de quibus, Deus Leuitici. 19. Coram Leuit. 19.
cano capite consurge, & honora personam senis, & time Dominum Deũ tuum. Et de his imitandis senioribus fuit sanct⁹ Eleazar senex.2. Mach. 2. Mach.6.
6. Qui vir nobilis etate prouectus, & vultu decorus aperto ore hians cõpellebatur carnem porcinam manducare, at ille gloriosissimam mortem, quàm odibilem vitam complectens, volontarie præibat ad supplicium, patienter sustinere destinans non admittere illicita propter vitæ temporalis amorem, & ne malum esset exemplum iunioribus, & maculam, atque execrationem suæ senectuti conquireret. Vide exemplum in fonte, quia est pulchrum, & multum ad propositum, contra insensatos senes Susannæ plenos dierum malorum apud Dan. 13. capitulo. Insu- Dan.13.
per in Anna vidua, viduæ habent documentum continentiæ, & deuotionis, quia iuuencula vidua relicta post mortem mariti, alium virum noluit ducere, sed in castitate conuinens de templo non discedebat, ieiunijs & orationibus seruiens nocte Thi.5.
& die. De qua Apostolus prima Thi. quinto quę vere vidua est & desolata.

spe-

Digitized by Google

De tribus generibus viduarũ.

ſperet in Deo, & inſtet vt Anna orationibus nocte & die. Vbi notandum ſecundum Auguſtinum ſunt tria genera viduarum. Vnum eſt perfectiſſimũ de quibus fuit Anna ſeruiens Deo in ieiunijs & orationibus. Aliud quod intendit curę domus, non tamen obnoxia peccatis, de quibus Apoſtolus prima Thi. 5. Si autem vidua filios, aut nepotes habet, diſcat primo domum ſuam regere, eſt enim acceptum coram Deo. Quoniam ſi quis ſuorum maxime domeſticorum curam nõ habet, fidem negauit, & infideli deterior eſt. Hæc ille. Et hoc q̃a ad viduas ſpectat familiam habere deuotam & honeſtam. Tertium genus viduarum eſt, quod intendit epulis & delitijs, quod æternę morti ſeruatur & pęnæ, de q̃bus Apoſt. vidua quæ in delitijs eſt viuens, mortua eſt. Et breuiter, dicit ibi Apoſt. Et hoc præcipe vt irrepręhenſibiles ſint. Et adoleſcentiores viduas de vitã, & hoc ratione periculi vtriuſq;. Et addit. Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matres familias eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia. Iam enim quædam conuerſę ſunt retro poſt ſatanam. Et addit ſimul & ocioſe diſcũt circuire domos, non ſolum ocioſe, ſed & verboſe & curioſe, loquẽtes quę nõ oportet. Vbi nota ſecundum Criſ. mulieres ſunt iucautę, molles, & fragiles. Quia incautę ideo de facili decipiuntur. Quia molles ideo de facili ad bonum & ad malũ flectuntur. Quia fragiles, ideo de facili ſuperantur. De viduis Apoſtoli cap. allegatum practica, ſecundum quod fuerit ad propoſitum. Et conentur imitari ſanctam Iudit cap. 8. quæ poſt viri mortem fecit habitaculum ſecretum in domo ſua, in quo cũ puellis ſuis clauſa, nota clauſa, morabatur, & habẽs ſuper lumbos ſuos cilitium, ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ præter Sabbata & Neomenias, & feſta domus Iſrael. Et erat pulchra valde, & timebat Dominum valde, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. Et ibi multa glorioſa

Thi. 5.

Thi. 5.

Tres defectus periculoſi in mulierib⁹.

Iudit 8.

De ſanctis viduis imitandis, a viduis.

de ipſa dicuntur. Imitentur & viduæ elemoſinariam illam pauperẽ. Luc. 21. quæ duo minuta obtulit in gazophilatio, plus accepta Deo cunctis ditioribus in oblatione munerum. Imitentur S. Eliſabet Vngarię, quæ filijs sũt priuatę. Vide aliqua in eius hiſtoria. Et matrem sãctis regis Ludouici, quæ filio ſuo dicebat, ſe potius velle ipsũ mortuum quàm mortali crimine infici, Imitentur & ſanctam Melaniam de qua Sanctus Hieronymus cum eadem die eſſet orbata viro & duobus filijs, genuflexa ante crucifixũ gratias egit, q̃ eam liberauerit a cura eorum, vt ſibi ſoli deſeruiat. Et omnes nocentes eis aduertant ad cap. 22. Exo. Vbi dicitur, viduę & pupillo non nocebitis. Si leſeritis eos vociferabunt ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores veſtrę viduæ, & filij veſtri pupilli. Hæc ibi. Eſt vltimo documentum omnibus, quomodo Chr̃i bonus odor alijs eſt mors in mortem, alijs vita in vitam, vt dicit Apoſt. & hoc quia omne quod recipitur ſecundum philoſophum, recipitur per modum recipientis, & actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito. Et Aug. palato non ſano pęna eſt panis, qui ſano eſt ſuauis, & oculis egris odioſa eſt lux, quæ puris eſt amabilis. Exempla horũ ponit Aug. in Pharaone & Nabucodonoſor. Quo ad naturam erãt ambo homines, quo ad dignitatẽ ambo reges, quo ad peccatum vterq; Dei populum captiuũ tenebat. Et tamen vterq; miſericorditer puniti, vt reſipiſcant in flagellis, alter propria voluntate in ipſis flagellis indurauit, & damnatus eſt. Alter in flagellis propria voluntate ſuſpirauit ad Deum & ſaluatus eſt. Hoc idẽ poſſis practicare per omnia beneficia Dei data homini vt ſe recognoſcat, & tamen aliqui ſequuntur epulonem in diuitijs, aliqui autem ſanctum Iob q̃ tam in aduerſis quàm in proſperis eodem vultu remãſit, ſemper Dominum benedicens. Et dicebat ſi bona recepimus

Luc. 21.

Exo. 22. Cauẽdum eſt a nocumento viduarum.

2. Cor. 2. Chriſti bonus odor alijs eſt vita in vitã, alijs eſt mors in mortem.

mus a Domino, mala autem quare nõ sustineamus. Dominus dedit, Domin⁹ abstulit, fiat voluntas Dei. Nec vnquã quicquam stulti labijs contra Dominum est locutus. Ecce hic sanctũ Euãgelium dicit. Ecce hic positus est in signum cui contradicetur, videte quæ Christi odor bonus in vita sua est operatus. Nam aliqui dicebant, quia bonus, aliqui quia malus. Et sciebant qa nemo fecit talia signa, quæ ipse facit, & tamen hoc videntes, & scientes Pharisei & Pontifices per inuidiam tradiderunt eum in mortem. Et in hoc consolētur Christi prædicatores, quibus prædixit Christus. Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt & vos persequētur, si sermonem meũ seruauerunt, & vestrum seruabunt. Et concludit. Nunc autem & viderunt & oderunt, & me & patrem meum, vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis idest sine causa Io. 15. Vide ad propositum totius sermonis, nostrũ sermonem in alio libro de moribus primitiuę Ecclesiæ figuratum super historiam. Gen. terra erat labij vnius, & vnius sermonis. Io. 15.

ALIVS SERMO SVPER idem Euangelium.

QVomodo totus mundus surrexit contra Christũ & Ecclesiam eius, sed veritas omnia vincit. Hunc sermonem habes in nostris doctrinalibus prædicis, quē ad propositum præsentis Euangelij vide, quia in eo discurritur per omnia attentata cõtra Christum & ecclesiam & membra eius, sed veritas oĩa vicit manu inermi & brachio extento in cruce, contra omnes tartareas potestates.

IN VIGILIA EPIPHANIAE,

SERMO VNICVS.

GRAVE MALVM PECCATVM MORTALE, in quo, qui vocatus est a Deo, non debet procrastinare propter illius iram; sed egredi, vitamq; pęnitentiæ instituere, cum diuinę protectionis confidentia.

Matth. 2.

DEFVNCTO HERODE. MATTH. II.

PIus Dominus videt hominem formatum de limo terræ, ꝓpter qđ facile inclinatur ad fractionẽ suã non solum corporalem, sed etiã spiritualem, vnde Iob de miserijs humanis ad casum corporalẽ dicit, homo natus de muliere &c. De spirituali autem casu eius dicit. Psal. nũquid qui cadit, non adijciet vt resurgat? & Paul. videat qui stat ne cadat, & ideo recordatur figmenti sui fracti quandoq; per peccatum, & tamquam figulus ex eodem peccatore facit vas aliud & quandoq; pulchrius, sicut ꝑ Hiere. dixit, quia & Paulus dicit, vbi abundauit peccatum superabundauit & gratia, & Matth. potens est Deus ex his lapidibus filios Abrae suscitare. Vnde non cessat varijs modis vocare peccatorem, quatenus exeat de sua tenebro-

Iob. Psal. Matth. 3.

brositate,& vitam innocentẽ per pęnitentiam agat reuertendo ad electorum conuersationem. Et hæc moraliter in præsenti Euangelio continenť.

Moraliter Ægiptus quæ interpretatur tenebrę,designari potest quemlibet miserum peccatorem,qui in tenebris peccatorum suorũ moratur. Vnde & de Christo Io. dicit. Et tenebrę eum non compręhenderunt. Et merito talis per tenebras signatur. Quia per peccatum mortale deordinatur homo a lumine rationis, vt per amplius sensualiter viuat,& a rectitudine tamquam cæcus,per deuium incedat. Iuxta Soph. primo. Ambulauerunt vt cæci, quia Domino peccauerunt,& Tren. 4. & errauerunt cæci in plateis, & Psalmus in circuitu impij ambulant scilicet, vt cæci via veritatis rationis amissa. Secundo priuatur gratia Dei speciali, tam dirigẽte eum ad opera bona,quàm gratum faciente vt sint opera sua meritoria. Amos. 8. tenebrescere faciam terram in die luminis,& Iob. 18. non ne lux impij extinguetur,nec splẽdebit flamma ignis eius,lux obtenebrescet in tabernaculo illius,& lucerna quæ super eum est extinguetur. Et Tren. 4. obtenebrata est super carbones facies eorum. De malitia autem peccati mortalis habes figuram super capturam & cęcationem Sedechie regis Iuda, quam si vis,vide in alijs nostris sermonibus. Et vide ad propositum nostram prædicam de bonis nostris operibus factis in peccato mortali,Et breuiter anima Deo coniuncta,conformatur Deo.cõuertitur ad Deum,coniungitur Deo, illuminatur a Deo, fulget ex Deo,sed separata ab eo ex peccato, resistit Deo,auertitur a Deo,separať a Deo, non illuminatur a Deo, non fulget ex Deo,sed tenebrescit ex peccato,& hęc animæ macula sunt. S.Th. prima.2. q. 76.ar.2. Huic igitur Angelus mittitur vt surgat & fugiat tenebrositatem. Habes in nostra prædica de vocatione, quot modis Deus peccatores vocąt ad se. Dicit ergo surge,idest sine mora excute te miser peccator,& non facias vt coruus procrastinando, quia hoc est magnum periculum misero peccatori, misericorditer a Deo vocati, cũ retardat procrastinãdo, quasi in potestate eius esset Deum flectere cum voluerit ad misericordiam. De hoc vide nostram prædicam de cecitate spirituali. Vnde sanctus Ambrosius spiritus sancti gratia nescit tarda molimina. Eccle. Non tardes conuerti ad Dominum,& ne differas de die in diem, subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Hæc ibi. Psal. hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in irritatione, secundum diem tentationis, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea. Surge ergo sic vocatus, & a Dei Angelo excitatus, surge inquam sine mora, & dic, cum latrone, memento mei Domine. Respexit enim te Deus, negantem se fide vel bonis operibus vt Petrum, exi vt Petrus statim foras amare flens. Tetigit cor tuum vt cor Magdalenæ, resolue te totum in lamẽtis,& per quæ peccasti per ea & pęnitentiam age. Percussit te vt Paulũ lumine suæ gratiæ ad rebellionem currentem, statim cum Paulo percussus dię, Domine quid me vis facere? vocat te vt Mattheũ ab officio sui teloneara tus, statim omnibus relictis sequere Christum & tu practica de similibus, & noli de propitiato peccato esse sine metu,& ne tardes conuerti ad Dominum vt dicit Eccle. vbi supra, neq; adijcias peccatum super peccatum,& ne dicas miseratio Domini magna est multitutidinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & irą ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Hęc ibi. Et accipe puerum & matrem eius & vade in terram Israel,idest. Accipe de cætero puerum,idest vitam innocentię de cętero sequere, quoniã Deus dixit per Ezechielem in quacunq; hora peccator ingemuerit saluus erit, & omniũ iniquitatum eius nõ recordabor. Et

Isa.

Io.1. Soph.1. Psal. Amos.8. Iob.18. Tren. 4. Ambros. Eccle. 5. Psal. Pulchra adhortatio Surgẽdum est sine mora tacto a Domino ad conuersionem.

Isa. 1. Isai. lauamini. M. estote, auferte, &c. quia si fuerint peccata vestra vt cocci num, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra vt vermiculus, velut lana alba erunt. Hæc ibi. Accipe puerū, idest sanctam humilitatem deposita superbia, quia Christus dixit, nisi efficiamini, idest humiles sicut paruuli, non intrabitis in regnum cęlorum. Ia-
Iaco. 4. cob. Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam, imitando non Phariseū se de meritis iactantem, sed publicanum, qui non audebat respicere cęlū, sed dicebat ex corde, propitius esto mihi peccatori. Accipe puerum Christum, qui crescebat etate & gratia coram Deo & hominibus, quia hactenus & Deum offendisti fontem aquæ viuę & extruxisti cisternam temporalium voluptatum, quæ aquas gratiæ conti
Hier. 2. nere nō possunt. Hiere. Et proximum scandalizasti vita praua, & doctrina deteriori. Nunc autem incipe crescere de bono in melius coram Deo & hominibus, bona & sancta vita. Practica de hoc sancto cremento per virtutes. Accipe & matrem pueri, idest sanctam pœnitentiam, quæ est mater
Isai. 26. omnis gratiæ & innocentiæ. Isa. A facie tua idest a tua vocatione & pietatis inspectione, qua & Petrū & alios peccatores misericorditer inspexisti, concepimus scilicet in corde dolorem
Psal. Psal. cor meum conturbatum est in me, & in meditatione mea exardescet ignis idest doloris. Et quasi parturiuimus, idest quia creditur corde ad iustitiam, oris autem confessio fit ad
Rom. 10. salutem. Ro. Et sicut parturiens mulier in dolore est, ita assuetus prauis operibus cum difficultate parit, sed conatum facit confidens in Dei auxilio pariendi bona opera. Et peperim⁹ opere, dum bona opera pro vita æterna de cætero producimus. Vel concipimus per bonum propositum, parturimus per gressum pedum ad confessorem eundo. Et peperimus dum confessionem facimus. Nec simus sicut ficus fulta solis folijs sine fructu, cui male-
Matth. 21. dixit Christus & aruit, Matth. sed si mus sicut arbor de qua dicit. Psal. & erit tanquam lignum quod plantatū est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet, & omnia quę cunq; faciet prosperabuntur. Nam in figuram huius mulieres steriles in veteri testamento erant opprobrio, sic, & anima sterilis bonis operibus, opprobrio est coram Deo & Ecclesia. Et sicut quæ concipit & facit aborsū est vituperabilis, ita anima quæ bonum conceptum sui boni propositi interficit idest cum non parturit bona opera concepta, sed suffocat ea & mortificat per mortalia & reuersionē sicut canis ad vomitum, vel dum bonum propositum opere non exequitur, sed sicut conceptum est, ita & suffucatum est. De hac fide sine operibus perpulchrè differit sanctus Iaco. in sua can. cap. 2. circa medium vsq; in finem Vide quia sunt ad propositum, & Ioa. in Apoc. 3. cap. circa finem. Et vade in terram Israel. Israel interpretatur fortis directio Dei idest ad Deū sic vocatus recurrere [illegible] in eius protectione & directione, quia. Psal. dicit fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem, & de conuersis peccatoribus. Hęc mutatio dexterę excelsi. Nec sis corde pauidus, aut timidus, Iudi. 7. vt milites Gedeonis, qui a Deo exclusi sunt a militia, dum tibi Diabolus offert tentationes, non poteris sequi viam Domini, quia arcta est via quæ ducit ad vitam, sicut Christus dicit. Proseque re practice tentationes quas conuersis Diabolus infert difficultando aggredi viam Domini, ne exeant a tenebrosa vita sua, sed tu confidenter dicas. Dominus fortitudo mea & salus mea, & factus est mihi in salutem. Et cum Paulo omnia possum in eo, qui me confortat Phi. 4. Nam & omnes q egressi sunt de Ægypto ex filiis Israel propter diffidentiā priuati sunt terra promissionis, præter Iosue & Caleph fideles Dño. Dic aliquem versiculum Psa. Qui habitat. Dic ergo sufficit diei ma-

Right margin notes: Psal. — Iacob. 2. — Penitētes debent in Dei protectione confidere. — Apoc. 3. — Psal. — Psal. — Philip. 4.

malitia sua. Nec declines in partes Galileæ vbi sũt inimici tui spirituales qui te perimere quærunt. Galilei interpretantur volubiles vel rotati, significant prauos socios, qui sunt occasio occisionis spiritualis misero peccatori, quia Paulus dicit. Colloquia

Psal. praua corrumpunt bonos mores. Et Psalmus odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Et Dauid conuersus dicit dissuadentibus sibi pœnitentiam in fletu & alijs afflictionibus facere. Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei, &c. Insuper, sicut recessisti a tenebrositate peccati, noli peramplius conuertere te ad mundum mundanamq; conuersationem volubilem & rotantem, quia scriptum est, tran-

Psal. sit mundus & omnis concupiscentia eius. Et Psalmus, nihil inuenerunt om-

Gal. 5. nes viri diuitiarum in manibus suis. Practica de huiusmodi, sed conuersus vade in Nazaret qui interpretatur floridus, idest. Incipe florere & fructificare fructus spiritus sancti, deponendo fructus carnis, de quibus Paulus. Enarratis primo quæ sunt manifesta opera carnis addit, fructus autem spiritus sunt, idest quia spiritus sanctus, qui habitat in nobis operatur talia opera bona meritoria pro vita æterna, & facit talia opera in nobis delectabilia, sicut fructus bonus ex arbore bona comestus. Primus ergo fructus est charitas, per quam inclinamur ad bonum, & ex qua omnes virtutes proficiscuntur, sicut enim ex inclinatione appetitus naturæ ad finem suum producitur motus naturalis, vt elementi in descendendo vel ascendendo ad suũ locũ, ita ex inclinatione volũtatis per charitatem cętera bona producuntur, sine qua charitate secundum Gregorium nihil valet fructus boni operis, nisi sit firmatus in radice eius. Ex charitate sequitur gaudium, qui charitatem habens, iam habet quod amat, ideo gaudet. Tertio est pax, quia iam cum cõtentus est de acceptione boni, quod habet ex charitate, intus in animo generatur pax totius hominis. Quarto patientia. Nã multa sunt quæ pacem nostram valẽt perturbare, ideo necessaria est patientia. Quinto longanimitas, idest expectatio vltimi boni, & vltime pacis, quæ ex longanimitate dilationis non debet affligere. Nam spes quæ differtur affligit animum. Sexto est bonitas, quæ est rectitudo & dulcedo animæ erga proximum, & sua bona intentio. Septimo est mansuetudo quo ad dulcedinem cum proximo. Octauo est benignitas ad subuentionem necessitatibus proximi. Nono est fides. Decimo est iustitia quæ verbis, & actibus modum imponit. Vndecimo est continentia. Duodecimo castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Hæc ille.

Digitized by Google

IN EPIPHANIA DOMINI, SERMO VNICVS.

CHRISTI EXINANITIO PRO HOMINVM salute; Vigilantibus collata gratia; illius amißio ob confidentiam in solis hominibus, tractantur.

Item multa de consilijs sapientum, & de adulatione, ob quam grauiter punitus est Dauid, & quomodo adorandus sit Deus, & qualiter illi offerendum, vt accepta sit illi oblatio nostra.

Matth. 2.

CVM NATVS ESSET IESVS. MATTH. II.

SICVT apis argumentosa ex diuersis floribus mella colligit, ita & prędicator ex varijs sententijs in sacra scriptura, & maxime ex Christi Euāgelijs debet figurales mellifluos & dulcissimos sensus secundum subiectam materiam colligere Eccle. breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius. De hoc etiā Can. comedi fauum cum melle meo, idest sacrum Euangelium, quod est vt fauū mellis, comedit prædicator & doctor cum melle, dum quæ masticans, ex sacra scriptura excerpta, per internam dulcedinem gustat. Et hæc figurata sunt apud Ezech. in libro oblato sibi a Deo vt comedat illum, & in comedendo eum, & viscera eius completa sunt volumine isto, & in ore eius sicut mel sibi fuit dulce. Et hoc est fauus mellis, quem Christus comedit post resurrectionem. Lucæ. De hoc Prou. comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum guturi tuo, sic & doctrina sapientiæ animæ tuæ, quam cum inueneris habebis in nouissimo spem, quæ nō peribit. Hos mellifluos sensus hoc sacrum Euāgelium ponit.

Eccle. 11. Can. 5. Ezech. 3. Pro. 24.

Solum exponemus sacrum Euangelium quantum spectat, ad moralia documenta. In quo fit perpulchra instructio ad vitam spiritualem.

Dicit cum natus esset Iesus, idest saluator mundi, quia ad salutem mundi natus est secundum carnem temporaliter, qui ab æterno genitus est a patre, secundum quod Micheas dicit. Et egressus eius a diebus æternitatis. Natus esset vt sit noster frater & cōsocius, vt sit noster magister & legifer, vt sit propitiatio pro peccatis nostris inter nos & patrem celi. Natus vt esset nobis via veritas & vita cibus noster & nostrum meritum, vt se nobis similem ostēderet, temptatus per omnia pro similitudine absq; peccato, vt adeamus cum fiducia ad thronū gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiā inueniamus in auxilio opportuno, vt dicit Pau. Natus est in Bethlem. Dicit Chris. Creator omnium rerum, orbis terræ Dominus, postea] quam se propter nos nostra angustauit in carne, cępit habere huma-

Mich. Hæb. 4. Chrisost.

Digitized by Google

manam patriam, cepit iudaicæ ciuitatis esse ciuis? parentes habere cepit parentum omnium ipse parens, vt inuitaret amor, atraheret charitas, vinciret affectio, suaderet humanitas, quos fugarat damnatio, metus disperserat, & fecerat vis potestatis extorres. In Bethlem est natus. Nã Bethlé interpretatur dom⁹ refectionis, quia natus est vt sit nobis domus plena re-
Matth.11 fectione Matth. 11. venite omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Et Io. caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Et qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Dicitur in Bethlem Iudæ. Iuda interpretatur glorificatio, quia venit ad glorificandum nos, quia non est alia natio, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. Qui glorificabit nos in corpore, in potentia, per dotes impassibilitatis, agilitatis, subtilitatis, & claritatis, vt dicit sanctus Paulus
1.Cor.6. & in anima, quia videbimus eum facie ad faciem sicuti est, vt idem dicit vbi supra. 13. Et de hac gloria Christus dicit. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, &
Io.19. quem misisti Iesum Christum, Io. Et nono capitulo. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Et figuratiue nobis ostensa est hæc glorificatio in trãsfiguratione Iesu Christi, cum Petrus dixit. Domine bonum est nos hic esse. Et Petrus alias dixit, ad qué ibimus a te Domine? Verba æter-
Io.6. næ vitæ habes. Io. Natus est in Iudea & tempore Herodis ad denotãdum, ꝙ non solum pro salute Iudæorum, sed etiam pro salute gentilium est natus. Vnde Leo, saluator noster hodie natus est gaudeamus. Nec enim fas est locum esse tristitiæ vbi est Natalis vitæ. Nemo ab hui⁹ diei alacritate secernitur. Vna cũctis letitię cõis ratio est. Exultet iustus quia appropinquat ad palmam, animetur gentilis, quia vocatur ad vitam, gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam. Verbum enim Dei, Deus filius Dei ad liberandum hominem ab æterna morte factus est homo. Hęc ille. &c. Insuper natus est in diebus Hęrodis, vt impleretur prophetia Patriarchæ Iacob Gen.29.
de Christo dicentis. Gen. non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentiũ. Et Hębrei habent in caldaica expositione, donec veniat Messias. Ecce Magi ab Oriente venerunt, quibus stella denotatiua Christi natiuitatẽ in partibus suis ad hoc vigilantibus, secundum aliquos, apparuit. Vbi est documentum quòd vigilãtibus & non dormientibus iura subueniunt, & similiter Dei gratia illuminãs apparet, qua ad viam salutis diriguntur. Hoc osten- Vigilantibus gratiæ dantur.
sum est figuratiue etiã in pastoribus, quibus vigilantibus Christi natiuitas est reuelata. Et sapientia diuina dicit Prouerb. Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilauerint ad me inueniẽt 1.Pet.4.
me. Et fratres sobrij estote & vigilate. Apoc.16.
Et Apocalip. beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Pra- Rom.12.
ctica de hac vigilia contra somnolentiam. Paulus Rom. solicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino ser- Pro.21.
uientes Prouerb. piger omnis in egestate est. Item documentum est quia signa ad veritatem cognoscendam dantur infidelibus, non autem fidelibus, sed dicitur eis illud quod Abrahã dixit epuloni. Habent Moysem & Prophetas, ipsos audiant. Et scitote vbi inter christianos signa apparent, est extimandum potius malum omen futurum, quia duriores fiunt in signis visis, & hoc experientia docet. De his plenius scripsi super Euangelium primæ Dominicæ Quadragesimæ, in feria tertia super illud, generatio praua & adultera signũ quærit, &c. Et in ap- Amb.
paritione stellæ statim iter arripiunt quoniam spiritus sancti gratia, nescit tarda molimina vt dicit Sanctus Ambrosius. De hoc vide in præcedenti ser-

fermone vigiliȩ huius diei. Et stella, idest gratia Dei illustrans hominem, eum dirigit in altũ & bassum, sursum, & deorsum ꝓgredi, qa dirigit eũ ne improsperitatis altitudine extollat̃, & ne in aduersitatum depressione contristetur. Et facit eũ euitare scopulos temptationum, & deuia itinera ad regnum Dei, & sibi viam rectam ostendit, quæ ducit ad vitã. Psal. cadẽt a latere tuo mille, & decẽ millia a dextris tuis, ad te autẽ non appropinquabũt. Et stella subtracta est magis, dum ire disponerent in ciuitatem Hierusalem. Quia qui amittunt confidentiam in Deo, & brachium hominis spem suã ponũt, sibi merito gr̃a Dei subtrahit̃. Quoniam qui in Domino confidit sicut mons Sion non commouebitur. De hoc vide Hiere. quia in Domino confidentes benedicuntur, & benedictionibus replebuntur, & qui confidunt in hominibus maledicuntur, & maledictionibus replentur. Et de Assa rege egrotante dicitur. Egrotauit Assa dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est, & mortuus est. Hoc moraliza spiritualiter, quia non confidentes in Domino sed in homine, moriuntur in corpore & anima. Item vide ibidem, de eodem Assa dicitur. Dũ contra eum veniret magnus exercitus Ethiopum, & inuocaret Dominum Deum dicens. Domine non est apud te vlla distantia, vtrũ in paucis auxilieris, aut in pluribus, adiuua nos Domine Deus noster. In te enim & in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra hanc multitudinem. Et Dominus exterruit Ethiopes coram illo, & Domino cedente contriti sunt. Vide si vis historiam. Et ecõtra de eiusdem inconfidentia de Domino, & in auxilio hominum infidelium confidentia, contra regem Israel, Dominus grauiter iratus prædicit sibi, ꝙ in præsenti tempore aduersum te bella consurgent. Vide in eodem lib sunt per pulchrȩ historiæ. De huiusmodi cõfidentia vide nostrã predicã de confidentia, qa ibi multa dixit ad propositum Insuper stella eis ad tempus subtrahitur, vt quilibet non despiciat in rebus arduis consilia exquirere a sapientibus, qua vis etiam virtute & gratia polleat. Prou. ibi salus, vbi multa consilia. Et qui sapiens est audit consilia. Et qui autem omnia agunt cum consilio, reguntur sapientia. Et maxime hoc debẽt facere idiotȩ vtriusq; sexus & presertim mulieres, quoniam Angelus sathane sepius eis se transformat in Angelum lucis, & decipit eos ad interitũ. Insuper subtrahitur gratia ab aliquibus vt humilientur, sicut & Petro accidit animose Christo dicenti, etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Et etiam vt dicit sanctus Paulus ex te ipso iudica ea quæ sunt proximi. Et vt quilibet cognoscat vt dicit sapientia se non posse esse continentem, nisi Deus dederit. Et ideo ab ipso & incipere & ꝑficere, & ꝑficere sũma ex oratione est petendũ humiliter, quia omne donum optimum procedit a patre luminum, sine quo vt dicit Paul. nec cogitare quidquam possumus. Et in dialogo sancti Gregor. quidam ex sanctis patribus vir virtute clarissimus, in risum concitatus non poterat moderari, qui in magnis virtuti bus erat perspicuus. Et hoc vt idem dicit, Deus fecit, vt cognoscat suam infirmitatem, si in paruis rebus succumbebat immoderate, quid faceret, si Deus derelinqueret eum in magnis temptationibus. Item subtrahitur gratia, quando quis reuertitur colloquium habere cum Herode, idest cum prauis viris & prauis consiliarijs, vt accidit Roboam consulenti iuniores omisso seniorum consilio. Psal. odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Et ingressi sunt Hierusalem. Quærunt intrepide vbi est, qui natus est Rex Iudeorũ. In quo datur documentũ ꝑdicatoribus missis a Deo inspiratione & missione diuina, denũtiare mundo salutare Dei nr̃i intrepide.

Psal.

Quicõfidẽtiã in hoĩe ponunt, Deo postposito amittũt lumen gratiæ Dei.

Hier. 17.

2. Para. 16.

necessariũ etiã sapiẽtibus est vti cõsilio.

Pro. 11. & 12. & 13.

Subtrahit̃ qñq; a sanctis viris gr̃a vt humilientur.

Psal.

Digitized by Google

Luc.9.

Eccle. 4. Quã dam nosum sit in cõsilijs subticere veritatẽ.

de. Quoniam Christus dicit. Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua & patris & sanctorum Angelorum, & Eccl. pro anima tua ne confundaris dicere verum. Insuper est documẽtũ quã periculosum sit in cõsilijs subticere veritatem. Nã si scribę & principes & sacerdotes dicerent complete & non truncate auctoritatem Michee Herodi .s. q̃ egressus eius sit a diebus ęternitatis, scilicet q̃ esset Deus & homo, forsan Herodes timeret attentare quidquã contra Christum & innocẽtes, timẽs Dei potentiã cui nihil possit resistere. Et hic possis practicare de iudicibus infectis passione, & cõsiliarijs, ac aduocatis, quos munera obcęcant vel fauor dominorũ. Pro. princeps qui libenter audit verba mendatij, oẽs ministros hẽt impios. Isa. Ve q̃ iudicatis impiũ ꝓ muneribus, & iustitiã iusti aufertis ab eo. Et multa ibi dicit de huiusmodi. Et de his vide pulchra documenta, q̃ dat Deus Moysi de iudicibus. Exo. & Deut. Audiens Rex turbatus est & oĩs Hierosolima cũ eo. Non est credendum q̃ Hierosolima vere in corde sit turbata, quoniã cũ magno gaudio ꝓmissum eis in lege prophetã expectabant tãquã redemptorẽ Israel, vt patet in cantico Simeonis iusti, & in cantico Zachariæ, sed turbati sunt ficte ꝑ adulationẽ. Vnde & veritatẽ ꝓphetię subticuerunt ad plenũ. Sic eñ solent & magnates in ciuitatibus, & populi per adulationem in principem secum turbari in malum, secundum q̃d. Psal. dicit admiratiue. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christũ eius. Considerate q̃ magnum sit hoc adulationis malum, maxime cum principibus adulatur in malum. Nam dicit Salomon Prou. Indignatio regis nuncij mortis, vir sapiẽs placabit eum. Et hic miseri apponunt ligna super ignẽ accensum, vt comburat omne obuiũ

Pro.29.
Isai.5.

Exo.23. & 24.
Deut. 16.

Psal.

Pro. 16. Quã periculosũ & dãnosum

sibi Proue. sicut noxius est qui mittit sagittas & lanceas in mortem, ita vir qui fraudulenter nocet amico suo, & cũ fuerit depræhensus, ludens feci dicit. Cũ defecerint ligna extinguetur ignis, & susurrone subtracto iurgia cõquiescunt. Sicut carbones ad prunas & ligna ad ignẽ, sic homo iracũdus suscitat rixas, verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniũt ad intima cordis. Quõ si argẽto sordido formare vas fictile velis, sic labia tumẽtia cũ pessimo corde sociata, labijs suis intelligit inimicus, cũ in corde tractauerit dolos. Quãdo submiserit vocẽ suã ne credideris ei, qm̃ septem nequitię sunt in corde illius, lege primũ cap. Hester, quã magnum malum fecerunt adulantes regi Assuero ebrio & irato in vhasti Reginam, dicentes irato. Ista est regis indignatio cõtra Reginã, vt exemplo eius cæterę mulieres deferant honorem viris. Et Rex fecit secundũ consiliũ eorũ. Cum deberet eũ temperare. Item in eodem lib. irato Amon contra Mardocheũ, & Iudeos iniuste, dixerunt sibi familiares. Iube parari excelsam trabem, vt in ea suspẽdatur Mardocheus. Item Alchimus ꝓditor ciuitatis hæbreus volens placere demerito [illegible] locutus est de Iuda Machabeo. [illegible] vide historiã. Item 3. Reg. quia noluit regi Achab Michea propheta loqui placentia oderat ipsum, sacerdotibus & prophetis falso adulãtibus regi de victoria futura, & ipsum in sui ruinam & mortem fecit mittere in carcerem, & sustentare pane tribulationis, & aqua angustię, donec reuertatur in pace ex prelio, in quo fuit occisus. Quanti mali & ruinę causa fuerunt regi Roboam iuniores cõsiliarij sibi adulantes, vt decem tribus ei rebellantes seruo adhererẽt, & Para. principes Iuda adorauerunt regem, qui eorum delinitus obsequijs acquieuit eis, & dereliquerunt templũ Domini, seruieruntq; lucis & sculptilibus, & facta est ira Domini cõtra Iudam & Hierusalem propter hoc peccatum. Tandem redargutus cum po-

Sit adulari principibus in malis.
Pro.26.

Hest.1.

Hest.4.

3.Mac.14.
3.Reg. vlt.

2.Para 24.

Digitized by Google

populo per Zachariam, inter templũ & altare fuit iussu regis a populo lapidatus. Et de huiusmodi plena est sacra scriptura. Et similes adulationes periculosę in omni arte & conditione regnant, & sunt periculosissimę. Et qs est qui se abscondat a calore eorum? Hos detestatur Deus Prouer. Detestatur anima Domini, qui seminat inter fratres discordias. Et 8. ca. timor Domini odit malum, arrogantiam & superbiam & viam prauã, & os bilingue detestor. Et 17. semper iurgia quęrit malus, Angelus autẽ crudelis mittetur contra eũ, & 26. verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniũt ad intima cordis lege 2. Reg. pius & prudens Rex Dauid adulatoris & susurronis dulcedine, quã grauiter deliquit. Cũ.n. Dauid trãsiret paululum montis verticem apparuit sibi rusticus, miphiboset, vocatus Sibba, in occursum eius cũ duobus asinis, q onerati erant ducentis panibus, & cẽtum alligaturis vuæ passæ, & septẽ massis palatarum & duobus vtribus vini. Et dixit Rex Sibbe, quid sibi volunt hęc? Rñdit Sibba. Dñe mi Rex Asini domestici regis, & panes & palatę ad vescẽdum pueris tuis, vinum aũt vt bibat si quid defecerit in deserto. Et ait Rex vbi est filius Dñi tui miphiboset. Rñdit Sibba Regi. Remansit in Hierusalem dicens. Hodie restituet mihi Dñs Israel regnum patris mei. Et hæc mendaciter dixit adulando regi, vt subriperet bona Dñi sui, vt patet infra 19. cap. Et ait Rex Sibbe. tua sint oĩa q̃ fuerunt miphiboset. Propter quã iniustitiã dicit lyra, Deus diuisit regnũ eius tempore Roboam sui nepotis, vt decem tribus Hieroboã seruo adhererent, & sibi sole duę tribus scilicet Iuda, & Effraim remanserunt. Accipiãt hic principes exemplum, neminẽ condemnandum ex solis verbis maxime adulatorũ, sed examinent in lucernis quis iustus, quisue innocẽs sit. In figurã hui⁹ & Deus audiẽs clamorẽ sodomorũ multiplicatũ ꝑuenisse ad ipsum dixit, descẽdã & videbo vtrũ clamorẽ

Prou. 6. & 8. & 17. & 28.

2. Reg. 16

q venit ad me opere cõpleuerint, an nõ est ita, vt sciã. Hæc Gen. pluries .n. Angelus sathanę in Angelum lucis se transfigurat dulcibus verbis mẽdaciter ad decipiẽdũ, vnde & de Chr̃o legitur Io. Chr̃s aũt nõ credebat se eis, ipse.n. sciebat qd esset in hoĩe. Insuꝑ est documentũ q̃ cito poteris excute te a prauorũ cõsortio, qa qui tetigerit picẽ inquinabit ab ipsa, & Psal. Cũ sancto sanctus eris & cũ puerso puerteris. Eccle. cõserua tẽp⁹, & deuita a malo. Et 1. Thi. ineptas aũt & aniles fabulas deuita, & 5. ca. adolescẽtes viduas deuita. & 2. Thi. prophana autẽ & vaniloquia deuita. multum .n. ꝓficiunt ad impietatẽ, & sermo eorum vt cancer serpit. Ex quibus est Himeneus & Philerus hæretici. Et iterũ stultas & sine disciplina quõnes deuita, & ad Titũ pugnas legis deuita, & pugnas verborũ deuita, & hæreticum hoĩem post primã & secundã correctionẽ deuita. Et 2. Ioã. oĩs qui recedit & nõ ꝑmanet in doctrina Chr̃i, Deũ nõ habet. Qui ꝑmanet in doctrina patrẽ & filiũ habet. Si quis venit ad vos & hanc doctrinã non affert, nolite recipere eũ in domũ, nec aue ei dixeritis. Qui aũt dicit ei Aue, cõicat ei operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis, vt in die Dñi nõ confundamini. Hiere. Fugite de medio Babilonis. i. confusis hoĩbus vt saluet vnusquisq; aĩam suã 1. Thi. Tu aũt o hõ Dei fuge hæc. i. nominata mala, sectare vero iustitiã pietatẽ, fidem, charitatem, patientiã mansuetudinem, certa bonum certamen fidei apprehende vitam æternã, in qua vocatus es, & confessus bonã confessionẽ corã multis testibus. Hæc ibi & ibi ꝑsequitur multa bona documenta. Est vlterius documentũ, quales nosipsos debemus offere Deo vt sit nostrũ sacrificium acceptum corã eo. Nã cõiter dicunt doctores, & S Th. confirmat, q hi Magi fuerunt reges viri sapientes, fuerũt insuper tres numero. Et ad Chr̃m adorandum portauerunt secum munera .s. ꝓcidentes adorauerunt eũ, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei

Gen. 18.

Io. 2.

Prauorum consortia absq; mora sunt euitanda.

1. Thi. 4.

2. Io. 1.

Hier. 51.

1. Thi. 6.

S. Th.

munera, aurũ, thus, & myrrhã. Et responsum habuerunt, ne redirẽt ad Herodem, sed per aliam viã reuertantur in regionem suam. Moraliter qui vult ad Deum venerandũ & adorandũ ire, oportet ꝙ sit Rex sui corporis, ꝙ cohibeat suos sensus ab illicitis concupiscentijs, sub regula rationis oẽs act⁹ suos regendo. De his vide ad longũ nostrã p̃dicã, de dñio rationis supra sensualitatẽ. Hæc est.n. dulcis armonia, qua plurimum Deus delectat̃. Ideo & homo scd̃m philos. vocat̃ minor mundus, quia ad instar maioris mundi regimen debet regi & gubernari, vt sicut ipse non deuiat ab intentione Dei gubernantis eũ, ita nec tota hominis machina debeat deuiare a regimine rationis. Itẽ debet esse sapiẽs, qm̃ Prou. filius sapiens letificat patrẽ i. cęli & filius stultus mestitia est matris suę. i. Ecclesiæ. Et qua sapientia debet esse sapiẽs ibidẽ dr̃. Qui cõgregat in messe. i. dũ est in hac vita vbi merita bona seminãt̃ & metẽt̃, ac cõgregant̃ filius sapiens est. Qui aũt stertit estate. i. naribus dormiẽdo resonat, cedit̃ labijs. i. percutitur ꝓpter laborũ stultitiam. Idest ocio vacãs pcutiẽt labijs & suis & Angelorũ & Dei eũ reprobantiũ. In signum huius qui venit ad nuptias sine veste nuptiali expuls⁹ est a nuptijs celi, & datus est tortoribus s. inferni. Qm̃ & piger lapidabit̃ stercore bouũ Eccle. vnde talis sic fętidus expellitur a Dei p̃ entia, tãq̃ immundus & indignus. Fuerunt tres numero, quia sine fide sanctissime trinitatis & articulorũ fidei, impossibile est placere Deo. Nec debet chr̃ianus vacuus corã Deo assistere. Exod. nõ appareas in cõspectu meo vacuus. Quid igit̃ Deo deferendũ est, vt sit acceptũ corã Deo. Dico aperi thesaurũ cordis tui. i. rectam tua intentionem, ostende vt oĩa. s. tua cogitata, opera, & dicta, ad laudẽ Dei sint ordinata, 1. Corin. 10. siue manducatis siue bibitis vel aliud quid facitis, oĩa in gloriã Dei facite. Idẽ Coll. offer ergo aurũ ex corde Prou. prębe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant. i. primo & principaliter ex corde tuo offer Deo aurũ. i. rectã intentionem, qua oĩa cogitata & acta in hoĩe ad Deum aurificant̃, sicut eñ super oĩa metalla est aurũ, ita nihil præciosius recta intentione. Secundo offer Deo thus. i. deuotã & odoriferam orationẽ. Psal. Dirigatur oratio mea, sicut incẽsum in cõspectu tuo, vt scilicet non ex solo ore procedat, sed exeat ex igne cordis, & ex abundantia cordis os loquat̃, ne dicat̃ nobis illud ꝓphetę. Populus meus hic labijs me honorat, cor aũt eorũ longe est a me. De hac oratione vide nr̃as p̃dicas, de qua etiã infra in quadragesima sum⁹ locuturi, in Euang. qñ Chrs eiecit de tẽplo ementes &c. Tertio offer & myrrham idest bonum exemplum in renouatione vitæ tuæ, vt quos scandalizasti, tua corruptibili, & immunda vita edifices vnctione virtutum imputrefactibilium, quæ te a corrupta & vitiosa vita custodient. Insuper & mortificate dicit Paulus membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immundiciam, libidinẽ, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus, propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis, in q̃bus & vos ambulastis aliqñ cum viueritis in illis. Insuper offer sibi aurum doloris, incensum confessionis, & myrrham satisfactionis, de his dicit. Psa. Cor mũdũ crea in me Deus & spiritum rectũ innoua in visceribus meis. Et cor cõtritum & humiliatum Deus nõ despiciet. Et de hac oblatione Mich. clare ostendit quærenti populo & dicẽti. Quid dignũ offerã Domino? curuabo genu Deo excelso? Nũquid offerã ei holodaustomata, & vitulos anniculos? Nũq̃d placari potest Dñs in milibus arietum? an in multis milibus hircorũ pinguiũ? Nũq̃d dabo primogenitũ meũ ꝓ scelere meo, fructũ ventris mei ꝓ peccato aĩæ meę. i. in holocaustũ. Indicabo tibi o homo q̃d sit bonũ, & quid Dñs req̃rat a te. vtiq; facere iudiciũ, & diligere misericordiã, & solicitum ambulare cũ Deo tuo.

Qui ad Deũ adorandũ venit vt sit accepta adoratio imitat̃ reges moraliter.

Pro. 10.

Eccle. 22.

Heb. 11.

Exod. 23.

1. Cor. 6.

Coll. 31.

Pro. 23.

Qualem Deo oblationẽ debemus offerre vt sit corã Deo accepta.

Psal.

Coll. 3.

Psal.

Mich. 6.

Digitized by Google

Eccle. vlt. tuo.Hęc ibi.Eccle. cõcludit . Finẽ loquẽdi pariter oẽs audiam⁹.Deũ time, & mãdata ei⁹ obserua, hoc est oĩs homo. Et ꝓcidẽtes adorauerũt eũt,quia Deo honor latrię est dãdus , sicut recta & humiliata intentione mẽtis , ita ẽt deuota ꝓstratione corporis, nẽ minus , sed quãto es maior oĩbus humilia te,tanq̃ si corã regib⁹ ꝓstratus
Eccle.19. exquireres gratiã,qa dicit Eccle. ex visu cognoscit vir , & ab occursu faciei cognoscit sensatus , amictus corporis & risus dentiũ, & ingressus hoĩs denũtiãt de illo . Hic practice dic cõtra illos q̃ oculis,lingua,gestibus & alijs motibus,paruã ostẽdunt in Deũ reuerentiã in Ecclesia . Insuꝑ est documentũ ad pręteritã vitã tenebrosam ne reuertaris . Paulus,quẽ fructũ habuistis in illis,in quibus nũc erubescetis . Nã finis illorũ mors est . Sed ꝑ aliam viã Rom.6.
reuertere ad tuam patriam , vt superius diximus , qm̃ non habemus hic manentẽ ciuitatẽ,sed futuram inquirimus dicit Paulus . Et S. Petrus . Qua 2.Pet.1.
propter fratres magis satagite, vt per bona opera certã vestram vocationẽ , & electionem faciatis . Hæc enim facientes non peccabitis aliquando . Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnũ Dñi , & salutaris nostri Iesu Christi . Amẽ.

IN SEPTVAGESIMA SERMO VNICVS.

DEVS, OMNIVM AETATVM, ET CVIVScunq; status homines vocat adoperandum in vinea, quæ est anima humana, excolenda, vt fructificet: Deus item multis modis dicitur exire ad homines: quorum ętates distinguntur,& probè instituuntur: in quibus qui solo nomine,Christo militant,non operibus, electi non sunt,licet fuerint vocati.

SIMILE EST REGNVM COELORVM HOMINI patrisfamilias, qui exijt &c. Matth. 20.

Matth.20.

QVãuis scđm S. Pa. nõ sint condignę passiones hui⁹ tẽporis ad futuram gloriã,q̃ reuelabit in nobis. Et scđm
Isa.64. Isai. quasi pãnus mẽstruatę vniuersę iustitię nrę , tñ Deus munificus in opibus suis licet nõ ex cõdigno,excõgruo tñ rõne suæ ꝓmissionis ꝓmittit & vt fidelis in ꝓmissis dat pro bonis operib⁹,q̃ nec oculus vidit , nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascẽderũt . Et hoc oñdit hoc mane in sacro Euãgelio vbi Deus sub figura prissamilias vocat operarios oĩs conditionis in vineã suã,qb⁹ ꝑ labore dedit denariũ.i. mercedẽ vitę ęternę in denario significatã. ¶ Hoc mane recitato Euangelio scđm lrãlẽ sensũ, exponemus ipsũ scđm sensũ moralẽ, in quo principaliter tria cõtinent. ¶ Primo magna Dei munificẽtia & dilectio in hoiẽ , dũ vocat oẽs ꝑ bona oꝑa ad salutẽ. Scđo q̃ ꝑ oĩ bono oꝑe dat remunerationem , q̃dq; bona oꝑa nõ metiũt tm̃ apud ipsum ex multitudine,q̃to ex feruore & charitate,dum oẽs acceperũt singulos denarios. Tertio cõcludit terrificũ dictũ,qa fides sine opib⁹ ẽ mortua. Qm̃ chrĩan⁹ vt saluet,chrĩane debet viue- Aĩa iusti sedes Dei est.

re ꝓpterea dicit multi sũt vocati ꝑ fi dẽ,sed pauci electi ꝑ bona oꝑa. Quoad primũ dicit simile est regnũ cęlorũ homini prĩfamilias. Nã regnũ cęlorũ pluribꝰ modis accipit, vel ꝓpriã cęlesti, vel ꝓ militãti ecclesia, q̃ in vnitate pacis in similitudinẽ triũphãtis Ecclesię debet viuere, vel ꝓ anima rationali q̃ debet ita viuere cũ Deo, vt sit sicut cęlũ sedes Dei iuxta illud Isa. cęlum sedes mea est, & Psal. Dñs in cęlo idest in anima cuius conuersatio vt Paulus ait,in cęlo est,parauit sedẽ suã. Et Eccle. timẽtis Deũ beata est anima, & secundũ commune dictũ anima iusti sedes Dei est. Hæc igiť aĩa pacifica cum Deo iusti hoĩs, & cęlo assimilať & patrifamilias. Quia hec aĩa spãliter cũ Deo hẽt amicitiã & vnionẽ, tanq̃ ipsa esset Deus. Psal. Ego dixi dij estis,& filij excelsi oẽs, & est dña suarũ potentiarũ. Hic prĩfamilias est Deus oĩpotens, qui vt paterfamilias possidet & gubernat totũ mundũ,maxime hoĩem quẽ ad sui similitudinẽ creauit, vt sũmũ bonũ intelligeret, intelligẽdo amaret,amãdo possideret,possidendo frueretur vt dicit Aug. Nã ipse habet tres ordines suæ familię. Quia q totũ mũdũ creauit,in eo ordinauit familiã Angelorũ in cęlo triumphantiũ cũ sanctis suis ordinauit & hẽt in terra familiã militãtiũ,qm̃ vt dicit Iob,vita hominis militia est suꝑ terrã. Habet & familiã sub terra,delinquẽtiũ, q ꝓpria voluntate ab ipso in ꝑpetuũ declinauerunt,vt sunt dãnati. Habet & familiã puerorũ in solo originali morientiũ. Et merito diciť esse paterfamilias, qa ab ipso Deo vnicuiq; datum est,& suũ esse,& bene esse, & conseruari, vt Paul. dicit,a quo oĩa,in quo oĩa, & ꝑ quẽ oĩa,ipsi gloria in secula. Et in speciali hoĩ dat recreationẽ spiritualẽ ꝑ donũ grĩæ gratũ faciẽtis,quẽ etiã decorat alijs virtutibꝰ & ornamẽtis spũalibus abũdãter. Qm̃ vt dicit Aug. quicquid est in nobis,aut est Deus, aut ab ipso Deo. Et breuiter dicit. Ps. Benedic aĩa mea Dño, & oĩa q̃ intra me sũt nomini sãcto eiꝰ, & noli obliuisci oẽs retributiones eius. Qui ꝓpitiať oĩbus iniquitatibꝰ tuis, q sanat oẽs infirmitates tuas, q redimit de interitu vitã tuã, qui coronat te in misericordia & miserationibus, q replet in bonis desideriũ tuũ, renouabiť vt aquile iuuẽtꝰ tua. Pr igiť familias est Deus nr̃ pius in cõdonãdo,& in relaxando vitia, pr̃ ratione creationis, recreationis, gubernationis,& instructionis, vñ Isai. Tu Dñe pr̃ nr̃ es, & redẽptor nr̃ a seculo nomẽ tuũ. Tñ heu dolendũ est, vt dicit Isa. de magna ingratitudine filiorũ erga Deũ patrẽ. Filios enutriui & exaltaui,& ipsi spreuerũt me. Cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus p̃sepe Dñi,populus aũt meus me nõ cognouit,& Israel me nõ intellexit. Et Mal. Filius honorat prẽm, & seruus Dñm suũ,si ego pr̃ sum, vbi est honor meꝰ? & si Dñs ego sũ, vbi est timor meus? Qui exijt primo mane. Cum Deus sit vbiq; ꝑ essentiã,ꝑ p̃sentiã, & ꝑ potentiã, & vt aĩa nr̃a tota est in toto corpore & tota in qualibet parte corporis,quõ dr̃ Deus exire,&c. quasi mutaret locũ,in quo nõ erat, cõtra dictum scripturæ,ego Deꝰ & non mutor? Ad qđ dr̃, ꝙ Deꝰ stabilis est,& vbiq; semper manẽs. dat cũcta moueri, sed diciť qñq; in scriptura nouiter exire vel ambulare & similia, ratione noui influxus in creaturã, quẽ alias creatura nõ participabat in se, sicut & mundũ nouiter creauit,& in eo semꝑ nouum influxũ ꝓducit absq; sui mutatione, sed cum nouitate creaturę. Exijt ergo pietosissimus Deꝰ ad hoĩe cũ suo gratiosissimo influxu vel ꝑ seipsũ cor eiꝰ tãgẽdo, vt sentiat Dei potestatẽ & misericordiã suꝑ se iuxta ꝓphetę Oseę. dictũ. Io. ꝓpheta. Isa. ca. ignis eorũ nõ extinguet in ęternum,& Mar. vermis eorũ nõ morietur, vel ꝑ Angelicã custodiã, Psal. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in oĩbus vijs tuis, vel ꝑ creaturarũ pulchritudinẽ. Psal. Delectasti me Domine in factura tua, vel per beneficiorum donationem tam spiritualium quam temporalium. Psal. A fructu frumenti vini, & olei

Isai. 66. Psal. Eccle. 34. Psal. Aug. Deꝰ est verus prĩfamilias habẽs tres ordines earũ,& qa oĩa sũt ab eo. Iob. Paul. Psal.

Isai. 64. Isa. 1. De ingratitudine hominis ad Deum. Mala. 1. Quomodo dr̃ Deꝰ exire. Oseæ. 2. Rom. Isai. 66. Mar. 9. Psal. Psal. Psal.

Digitized by Google

& olei sui multiplicati sunt, Et iterũ. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, vel per misericordiæ flagella in eis cõplacendo vt pater in filijs, quoniã quem De⁹ diligit corripit & castigat, & vt pater in filio complacet in eo, vel per sacrã scripturã, in qua de cunctis ad vitę regimẽ & ad salutem edocemur, vt Paulus ait, quæcunq; scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, vel per prædicatores, qui vt tuba exaltant vocem ad populum Dei mirabilia enarrando, ex parte Dei quandoq; obsecrando, qñq; increpando, quandoq; cõminando, quandoq; exhortando, quandoq; docendo, vt Paulus ait ad Thi. &c. tu autem argue obsecra increpa &c. O quã felix est, quẽ sic pietas diuina misericorditer visitat. Psal. Expecta Dominũ & viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dñm. Quando igitur o popule persentis ad te aliquo prædictorũ modorum exijsse Dominũ, nolite vt dicit Psal. obdurare corda vestra, si hodie vocẽ eius audieritis, sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea, ne dicatur tibi, vt ibi subditur. Et isti non cognouerunt vias meas, vt iuraui in ira mea, si introibunt idest non introibunt in requiẽ meã. Exijt ergo primo mane in vineã suã, &c. vinea hæc moraliter est aĩa rationalis, quę est vinea ꝓprie Dñi, quia vt etiã philosophus ait, aĩa nostra deforis est, qm̃ a parentibus est corpus mediãte diuino influxu, qa & philosophus ait. Sol & homo generat hoĩem .i. quo ad corpus, sed aĩa rationalis organizato corpore in ventre matris, a Deo solo creata ipsi corpori infundiť, de qua Aug. Creando infunditur & infundendo creatur. Bene ergo diciť, est anima nostra Dei vinea. Et merito vineæ assimilatur sicut & ꝑ Isa. domus Israel vel sinagoga. Vinea Dñi Sabaoth domus Israel est, &c. quã mirabili modo Deus excoluit & exornauit. Quid .n. pulchri⁹ homine quo ad corpus, & magis quo ad animã, cui Deus dedit os sublime, vt cęlũ neglecta terra contempletur, & non immergatur terrenis cupiditatibus, sicut animalia bruta terrã facie sua spectantia, sed in terrenis sic transeat per bona tẽporalia, vt nõ amittat æterna, vt cũ Pau. sit nr̃a conuersatio in cęlis, quæ sursum sunt quærendo & sapiẽdo? Quid pulchrius hoĩe quo ad aĩam quæ facta est ad Dei imaginẽ? de qua Bern. in medi. O aĩa insignita Dei imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redẽpta sanguine, deputata cũ Agelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps, quid tibi cum carne? nunquã vilius sterquilinium inuenisti. Item Ber. super Cant. Est cęlũ sãcta aĩa habens solem intellectũ, Lunã fidem, astra virtutes, vel certe Sol iustitiæ, zelus, aut feruens charitas, & Luna continentia. Et breuiter ita est nobilis, vt idẽ Ber. ait. Animę desideranti Dñs festinus occurrit cęlesti rorę circumfusus, vnguentis optimis delibutus, animã recreat fatigatã, esuriẽtem reficit, aridã impinguat terrenorũ oblitam, suijpsius immemorem. Et Isido. lib. 1. de summo bono. O homo quid miraris siderũ altitudinem, & ꝓfunditatem maris? Animi tui abyssum intra, & mirare si potes. Et Seneca Epist. Tutũ iter & iocundũ est, ad qđ natura te instruxit, Dedit tibi illa, q̃ si nõ deserueris, par Deo consurges. Parẽ aũt Deo te pecunia non facit qa Deus nihil hẽt, ꝑtexta nõ faciet, De⁹ nudus est, fama nõ faciet, nec tui ostẽtatio. Nemo vehit Deum, licet multi male de illo extiment & non impune. Nõ turba seruorũ lecticã tuã portantiũ. Deus ille maxim⁹ potentissimusq; ipse vehit oĩa. Nec forma quidẽ & vires beatũ te facere possunt. Nihil horũ non patitur vetustatẽ. Quid ergo animus? sed hic rectus bonus magnus Quid aliud hũc voces, q̃ Deũ in corpore humano hospitantẽ? Hic anim⁹ tã in equitem Romanũ, q̃ libertinũ, q̃ in seruũ põt cadere. Et Ber. in sermone

[Margin notes: Paulu. — Psal. — Psal. — Philos. — Isai. 6. — Pulchritudo hoĩs. — Ber. — Ber. — Isido. Sũmo homo lib. 1. — Sen. Epist. 13. — Ber.]

Digitized by Google

dedicationis. Ad imaginem quippe Dei facta aīa rationalis, cæteris oībus occupari pōt, repleri non pōt. Capacē.n. Dei, quicquid Deo minus est nō implebit. Et breuiter cōcludēdo eius nobilitatē dicit Isidor. ethimolo. Aīa dū viuificat corp⁹ aīa est, dū vult animus est dū scit mēs, dū recolit memoria ē, dū rectū iudicat rō est, dū spirat spūs est, dū aliq̄d sētit sensus est. Noli ergo o homo in tāta dignitate cōstitutus diuersis te q̄stionib⁹ miseri, & prauis morib⁹ degenerē facere, trāsformādo te vitijs & cōcupiscētijs ī beluas & aīalia bruta, practica de hmōi. Nō igit̄ ꝓijciam⁹ tā nobilē Dei imaginē in lutū & feces vitiorū, ꝓ qua recuperāda Chr̄s ꝓciosum sanguinē effudit: Petr⁹ empti estis ꝓcioso sanguine Chr̄i &c. Noli vineā hanc Dei Diabolo consignare, & eā gratis sibi venundare. Q̄m quid ꝓdest homini, si vniuersum mūdum lucretur, animæ vero suæ detrimentū patiatur? dic exemplū ex speculo exemplorum. T. aīa, de Gallo, qui ꝓ pastu animā Diabolo vendidit, a quo cū corpore fuit ablatus a taberna inter socios precio animæ pastatus. Et plurimum animaduertendū est omni christiano, q̄d in ea seminandū, q̄due plantandū sit, vt sit decora corā Deo & hominibus, vt in Cant. 7. dicit̄ pulcha es amica mea suauis & decora. Nā pro vita humana principaliter duo genera fructuum seminantur & plantantur. s. granū ex quo panis conficitur, & vites ex quibus vua fit, deinde in vinum exprimitur, quod letificat cor hominis, & ad decorē cæteri fructus & flores odoriferi. Ita moraliter plurimum attendendum est pro vita spirituali, ꝙ in ea granum seminetur verbi Dei, quod illuminat, & intellectum dat paruulis, quia non in solo pane viuitur, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. De hac seminatione in sequenti Dominica dicturi sumus. Deinde plantanda est vitibus vuas domesticas producentibus, pro vino letificante cor hominis. Nam Christus dixit, se vitem esse veram huius vineę, quæ mirabiles palmites ex se producit. Quoniam Christus in Ecclesia sua se plantauit per bonam imitationem suę vitæ. Paulus imitatores Dei estote sicut filij charissimi. Nos igitur tunc in aīa nr̄a hanc vitem plantamus, cum imitamur Christum sicut filij charissimi, Christum dico plātatum per crucem suam idest per considerationem crucifixi in anima nostra. Insuper inserendi vel plantandi sunt palmites Christi, idest imitandi sūt & sācti a nobis, sicut dicit Apostolus. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Vlterius. Et nostri palmites infructiferi eradicentur, de quibus Apostolus, quem fructum habuistis in illis in quibus nūc erubescitis? nonne finis illorum est mors? & loco eorum plantentur, vt diximus, palmites ex vite Christi excelsi, de quibus Psal. dicit. Et erit tāquā lignum quod plantatum est secus decursus aquarū, quod fructum suum dabit in tempore suo. Vt etiā anima nostra sit sicut Paradisus consitus omnis generis arboribus, dantibus fructum pulchrum visu & dulcem gustu. Et quilibet per considerationem animæ suæ comparet vitam suam ad vitam Christi, & inserat siluestrem vitam suam in domesticam vitam Christi, vt superbiā in humilitatem Christi, & id genus cōuertat per imitationem. Inuidiā fraternā, in amorē proximi. Quia Christus pro inimicis animam suā in mortem tradidit, odium Dei & fraternū, in Christi amorem & proximi dilectionē & honorem gulositatē in abstinentiam, ebrietatē in sobrietatem, luxurias & immundicias in continentiam, iram in mansuetudinem, accidiam in solicitudinem spiritualē, auaritiam in opera pietatis, necessitatem patientibus distribuendo, &c. Paulus Rom. sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete mēbra vr̄a seruire iustitiæ in sanctificationē. Quoniā vt idē Paulus ait ibidem. Si em̄ cōplātati facti sumus similitudini mor-

Isido.

Quid in aīa seminādū quidue plantādū.

Plurimū ē attēdēdū, q̄b⁹ seminibus aīa est seminā da, & plantis plātāda, & ab ea infructifera sūt extirpāda.

Apost.

Psal.

Aīa vostra debet in se producere ad modum fructiferi arboris moratiter quatuor.

Rom. 6.

mortis eius, simul & resurrectionis
Rom. 11. erimus. Et ad Ro. Et si radix sancta est & rami debent esse sancti, quia igitur Christus est Sanctus, q est radix, & vitis fructifera, palmitum nostrorũ, & nos sibi inserti debemus esse Sancti.
Hiere. 11. De hoc Hiere. Oliuam vberẽ, pulchrã, fructiferã, speciosam, vocauit nomen tuum. Debet igitur per imitationẽ vitę Christi anima nostra producere gẽmas bonarum cogitationum. Quoniã
Sap. 1. vt dicitur. Sap. Peruersæ cogitationes separant a Deo, & spiritusſantus aufert se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Secundo flores odoriferos
Cant. 2. bonę exemplaritatis. Cant. Vineę florentes odorem dederunt. Et Christus secundũ Math. Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera
Cant. vlt. bona vestra, & glorificent patrẽ vestrũ qui in Cęlis est. Et Cant. Lampades tua lampades ignis, & flãmarum, quia Christi vita intus debet ardere, & extra lucere in nobis. Tertio fruct⁹ bonorũ operũ, quoniã fides sine operibus ociosa & mortua est, vt dicit. S. Ia
Iacob. 2. cob. Et quales debent esse fructus veri
Gal. 5. Christiani S. Paul. docit. Gal. Postquã enumerauit fructus vel opera carnis, quæ vide si vis, addit. Fructus spiritus est charitas. s. per quã inclinamur ad bonum, & ab ea cæteræ virtutes proficiscuntur. Sicut. n. ex inclinatione appetitus naturæ ad finem suum producitur motus naturalis, ita ex inclinatione per charitatem cætera bona, quia nihil valet fructus boni operis, nisi sit firmatus in radice charitatis. Ex charitate sequitur gaudiũ, qa charitatem habens, iam habet quod amat, ideo gaudet. Tertio est pax, qa iam contentus est de adoptione boni, quod habet ex charitate, ex quo int⁹ generatur in animo pax totius hominis. Quarto patientia. Nã multa sunt quæ pacem nostram vellent turbare, ideo necessaria est patientia. Quinto longanimitas. s. expectatio vltimi boni, & vltimę pacis, quæ ex longanimitate dilationis non debet affligere. Sexto spes, quæ differtur affligit animã. Septimo bonitas. i. rectitudo, & dulcedo animi circa proximũ, & sua bona intentio. Octauo mansuetudo quo ad dulcedinem. Nono benignitas ad subueniendũ proximi necessitatibus. Decimo fides occultorũ Dei. Vndecimo modestia, quæ verbis, & actibus modũ imponit. Duodecimo continentia.

Quarto debet producere folia quibus fructus producti tuentur, & defenduntur contra imbres, & tempestates. Idest ita debet Christianus cautelam adhibere, ne gemmę bonarum cogitationum, & flores exemplatę vitę, & fructus bonorum operum producti decidant per tẽtationes carnis, mũdi, & diaboli, semper cõtra omnes tentationes per cautelã se opponendo. Ideo Petrus dicit contra diaboli tentationes, cui resistite fortes in fide. Et Christus figuratiue, hoc genus dæmoniorũ nõ eijcitur, nisi in Oratione, & ieiunio. Et in oĩ cautela tẽtationũ imitemur Christi respõsiones ad diabolũ per sacrã scripturã. Vt dũ tentamur de supbia, dicamus illud Iacobi. De⁹ supbis resistit humilibus dat gratiã. Si cõtra inuidiã, dicamus inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ. Et similiter cõtra odiũ dic. qui non diligit manet ĩ morte, cõtra auaritiã dic. trãsit mũdus, & cõcupiscẽtia eius, cõtra luxuriã dic, q nutriti sunt in croceis amplexati sunt stercora, cõtra accidiã. Exurge piger dicit Paul. q dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus, & voca operarios & nõ Ehe. 5.
ociosos, & redde illis mercedẽ suã &c. cõtra rapacitates & infamias dicam⁹. non dimittit peccatũ, nisi restituatur ablatũ. Et ita practica de similibus, vt necesse fuerit. Hæc florificatio palmarũ in vinea Domini figuratur. Num. Num. 17.
In virga Aaron, quę posita in tabernaculo testimoni corã dño, sequẽti die inuẽta est germinasse, qa turgentibus gẽmis eruperãt flores, q folijs dilatatis in amigdalas deformati sunt. Signũ igitur, q quis sit electus a dño in verũ Christianũ est, cum eius palmites germinant gemmas, & flores, & folia, & fructus

Per pulchrè declaratur, quibus modis anima excoli debet mortaliter, vt fructificet.

fructus, vt dictum est in domo Domini.i.in ecclesia militanti. Sed vt palmites cuiusq; Christiani germinent prędicta, plurimum obseruandum est, ꝙ arbor eius plantetur profunde per humilitatem, ne per flatū superbię eum contingat eradicari. Et hoc fiet per recognitionem proprię infirmitatis tā corporis quàm animę. Practica de carnis nostrę vilitate, quia cinis, quia fęnum, quia vmbra, quia vltimate subter te sternetur tinea, & operimentū tuum erunt vermes. Et de anima, qa nec cogitare aliquid possumus ex nobis.&c. Debet fodi per assiduam rememorationem, quid in ea tectum, quid ue curuum, & obliquum sit. Quoniā verus Christianus nullam diem pertransire debeat sine hac consideratione, & circunfusione vitæ suæ, quomodo ambulauerit die tali in via Domini. Debet ingrassari assiduitate doctrinæ verbi Dei, quod est plurimum impinguatiuum animæ, quia non in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Debet Zizanijs extirpari, & mundari, quæ impediunt crementum eius per sanctam confessionem, & putari per satisfactionem, & vitæ mutationem renouari deponendo veterem hominem, & induendo nouum, qui secundū Deū est creatus, in mundicia, & sanctificatiōe. Debet etiam sæpius adaquari ꝑ deuotionem, & lachrimarum effusionem. Et similis erit arbori in primo.

Psal. Psal. vbi dr̄. Et erit tanꝗ lignū, ꝙ plantatū est secus decursus aquarū, quo fructū dabit in tp̄e suo, & foliū eiꝰ nō defluet, & oīa q̄cunq; faciet ꝓsperabūtur. Et nō sic impij nō sic, sed erūt corā Deo tanꝗ puluis, quē ꝓijcit vētus a terrę facie, nec tales resurgēt in iudicio approbationis, sed cōdēnatiōis, vbi ꝓijcient in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium.&c. hæc omnia possis amplissime practicare. Exijt primo mane conducere operarios suos. Nota quod sunt quinque ætates principales hominum, quas omnes Deus pietate sua vocat operari in vinea sua.i.in ecclesia militanti, vbi est labor, & dolor, ad requiē ęternam, vbi est gaudium, & quies sempiterna, vocat etiam omnes operari in vinea sua.i.in anima sua, dum eam, vt supra quilibet virtutibus debet excultam exornare ad producendum fructum pro vita æterna. Prima ætas largo modo, quam Deus licet sub obscuritate conducit, potest infantia dici, quam commisit parētibus debito modo illustrandam, & gubernandam ac excolendam secundum capacitatem suam, quatenus & in ipsa possit produci, cum venerit ad pueritiam, compos q; mentis fuerit, fructus boni operis, quia quod testa noua capit inueterata sapit. Vnde & in veteri testamento legis naturæ de fide Saluatoris pro ipsis natis fiebant oblationes, vel aliquid simile, quod erat protestatio q̄-dam in ipsis fidei per fidem parētum. Deinde per circūcisionem datum est hoc salutis signaculum Abraæ, & successoribus, perfectissimo autem modo fides Christi in infantibꝰ sub lege gratiæ per baptismum, in fide lucida parentum, ab eis susceptum, protestatur qui omnes propter huiusmodi protestationes parentum, vel Matris ecclesiæ, pro eis factas saluantur per passionē Christi, & in resurrectione sua Christus omnes ex limbo sanctorum patrū, quia in fide parentū fidē habuerunt eduxit, & cum ipso in Cœlū ascēderunt. Isti.n. infantes sunt talis conditionis, vt in suo primo septenio veritatem, nec per se intelligere possunt nec eam ab alio capere, sed proprie, vt animalia diriguntur per parentum auroram ad omnia opera assuefienda pro eorum capacitate. Vnde in hac ætate nulli contractui apti sunt, perinde vt nec sponsalia possunt contrahere. Quia cum ponsalia sint promissiones futurarum nuptiarū, & ante septenium nullam habet puer sufficientem prudentiam, non potest tūc sponsalia cōtrahere. Verum est, quod etiam in tali ætate legimus puerum blasphemum quinq; annorum apud

O ēs qnq; ætates vocat Deus, in vineam suam.

Nota.

De his ad plenum in sermonibus de verbo incarnato dixi, quę vide.

Digitized by Google

Greg. in li. dialogo. sanctum Gregorium in suo dialogo damnatum, sed hoc non est pro regula communi sumendum, vbi propter bonitatem complexionis in aliquibus ante tempus ordinarium acceleratur ratio, vel mentis cōpositio. Simile. Sicut quandoq; in arboribus nouellis ante tempus ordinarium producitur insperatus fructus, quod creditur in tali puero eueniſſe. Hos nihilominus pius Deus vocat licet sub obscuritate operari, non meritorie, sed dispositiue per assuefactionem in bono, & per fidem, & instructionem suorum parentū, quatenus sic assuefacti facilius cum venerint ad finem sui septenij, & ceperint esse in principio auroræ, vel cognitionis rationis, quamuis debilissimi luminis, valeant producere ex se illum primum actum voluntarium meritorie bonum, qua bonitate natura illa debilis luminis possit producere. Nā dicit. S. Th. vt inferius dicturi sumus in Euangelio prodigi. S. Tho. Puer in principio primi septenij cum ceperit esse compos rationis, non potest tunc venialiter peccare, sed vel mortaliter, vel opus meritorium pro vita æterna producit, saltem dum declinat confuso modo, pro vt illa ætas patitur ad bonum, vel ad virtutem. Et ideo etiā talis infantilis ętas rectificāda est, moderate tamen in bonis actibus, & cerimonijs virtuosis, vt dum ad rationis compositionem peruenerit, quasi ex præuio bono naturæ habituatę in bonum, declinet ad virtutem per rationem. Est & proprie prima ætas pueritia aurora comparata, quæ cum sit in fine infantilis ætatis, & in principio pueritiæ, & durat vsq; ad finem secūdi septenij, aliqualiter conuenit cum infantia, & adolescentia, quia vt dicit philosophus in tertio phisi. mediū participat rationē vtriusq; extremi, vt palledo participās de albedine, & nigredine, ita & pueritia, quæ in fine infantiæ incipit, habet aliqualem rationem infantiæ, sed quia incipit tūc primo conualescere scilicet in fine primi septenij, quod principium octaui anni est, quantum ad ea, quę sunt personæ eius, ad quæ naturalis ratio citius conualescit, dum conuertitur, & declinat tunc ad virtutes, & vitia, ideo tunc etiam incipit esse aptus ad aliqua promittendum in futurum per sponsalia, non autem ad obligandum se vinculo perpetuo per matrimoniū quia adhuc non habet firmam voluntatem. Vnde in hoc statu pueritię potest puer talis capere ab alio veritatē directus & instructus, sed ipse nō sufficit ad eam per se intelligēdo. De hoc statu puerili dicit Salomon virga, & correctio tribuit sapientiam, & puer qui dimittitur voluntati suæ, confundet matrem suam. Et iterum erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delitias animæ tuæ, & 23. Noli subtrahere a puero disciplinā. Si. n. percusseris eum virga, non morietur. Hic conuerte te ad practicam contra parētes vtramq; ætatem negligentes. Practica contra parentes. Immo eas dimittentes proprię voluntati, & arridētes malitię earum in damnationē animę vtriusq;, cum semper agricola reddere debeat rationē de plantulis tortis, & per negligentiam eius incultis, & imputatis, & ī adacquatis Simile. sicut præsentibus temporibus pueri suæ voluntati dimissi iuuenum sunt, & senum malitiam super excedentes, praui blasphemi, sicut apud Sanctum Gregorium puer damnatus, irreuerentes, parentibus inobediētes, & quod turpius est, forsan malo exemplo lasciuiarū, parētū cū quibus in eodē lecto quandoq; dormiunt, vel inspiciūt turpia eos operari, ac loqui turpiora, & nefanda, & ipsi in ætate inualida operantur, & proloquuntur similia. Exijt, & circa horam tertiam quando sol magis declinat ab aurora. Immo quando sol magis calescit, & lucescit, quam calescebat, & lucebat per totam ætatem puerilem, hoc est vsq; ad annum. 14. Vnde hæc ætas secunda, vel tertia computando infantiam in ordine ætatū est in statu, in quo, & ab alio potest capere veritatem, & per se ipsam eam considerare, & intelligere,

licet

Digitized by Google

licet defectibiliori modo, quam cum sol vlterius procedit circa sextam, vel nonam horam vt infra. Hæc ætas habilis est etiam ad matrimonia tã corporalia, quam spiritualia per vota contrahenda. Quoniam circa proprium corpus & propriam personam sunt in potestate propria, cũ habeant in tali statu firmam volũtatem. Exijt ergo circa horam tertiã, & vidit alios stantes ociosos in foro. Ad denotandũ quod fragilitas humana quãdoq; declinat in adolescentia per varias ociositates. Est enim hæc ætas valde inclinata ad ociositatem, nisi excitetur ab aliquo, tanquã æquus accidiosus calcaribus. Tediosum enim est sibi aggredi opera virtuosa, quæ cognoscit, ipsam debere sequi, de quo Prouer. 13. Vult & non vult piger, & 15. Iter pigrorum quasi sæpes spinarum, & pigrum deijcit timor, animæ autem effeminatorum esurient. Et 19. Abscondit piger manũ sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Et propter frigus piger arare noluit. Mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi. Et per agrũ hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticę, & operuerũt superficiem eius spinę, & maceria lapidum destructa erat. Quod cũ vidissem posui in corde meo, & exemplo didici disciplinã, vsq; quo piger domus vsquequo de somno consurges? parum in quam dormies, modicum dormitabis, pausillũ manus conseres, vt quiescas, & veniet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi vir armatus. Et multa alia per totum vsq; ad. 26. capitulũ. Istos igitur in adolescentia ocio torpentes in bono opere aggrediendi, & procedendi per suam pietatem Deus excitat, & vocat ad bona opera excolenda in sua anima dicit. Vidit, idest oculo misericordiæ tangit cor ociosorũ adolescentum, vt iugum suum ab adolescentia portent, & non torpescant, quia vt dicit scriptura bonum est viro cum ab adolescentia sua iugum, idest domini portauerit. Tren. Dicit ergo eis. Ite & vos in vineam meã & quod iustum est dabo vobis. Nota quod dicit in plurali vidit alios &c. quia stultorum infinitus est numerus & pauci adolescẽtũ sunt, qui non declinant in sua adolescentia per voluptatum præcipitia. Quoniam, vt dicit scripturam. Gene. Sensus enim & cogitatio humani cordis prona sunt ab adolescentia sua in malum, & difficile est ab inclinatione deduci, nisi timor domini compescat eos, & bonũ regimen in pueritia a parentibus imbibitum prauam inclinationem rectificet. Nam Phocion philosophus adolescentibus dabat per pulchrum exẽplum adolescendi in bonũ, vel virtutes, & declinandi ad vitia, ex assuefactione. Nam duos catulos ex eadẽ matre natos, alterum coquinę, & ollis lecandis enutritum, alterum lepores capiendi proposuit in exemplum. Ei q coquinæ erat assuetus leporem proponit, nec tamen ipsum respicere voluit, proposuit deinde ollam plenam carnibus, & ad ipsam toto capite se iniecit. Postea ammoto eo, alterum duxit, & sibi ollam carnibus plenam ante ponit & leporem, tunc omissã ollã contra leporem cucurrit. Ita addẽs in quo quis ab adolescentia, vel pueritia adoleuerit, in eo vsq; ad senectam perseuerabit. Hic igitur parentes discant, quam graui peccato ligantur & pergrauantur, dum suos pueros proprię voluntati sinunt viuere, vt necessario sit eis in adolescẽtia, & alijs ętatibus per profluxum prauitatis male habituatis profluere, sicut equus, & mulus in quibus non est intellectus. Et nota nõ sine mysterio dicit his adolescentibus ociosis. Ite & vos in vineã meam, & quod iustum fuerit dabo vobis, & cum pueris pactum fecit de denario diurno, quia pueri cum ceperint esse compotes rationis, totam vitam suam debent dirigere ad Dei honorem sine cessatione. Vt siue bibant siue comedant, vel alia quæq; opera faciant non de genere malorum, omnia debent in laudem Dei facere, vt

dicit

Proue. 13. & 15. & 18. & 20. 24.

Qui ĩ pueritia male adolescũt, peiores fiunt ĩ adolescẽtia, & ita in alijs

ætatibus. Tren. 3.

Gene. 8.

Photion philosophus exẽplum.

dicit Sanctus Paulus, quibus ex condigno promissionis perseuerantibus in bonum, datur denarius diurnus, sic iustitia Dei promittentis exigente. Sed adolescentes torpentes punitione digni sunt, dum adolescentiam suã deprauant per concupiscentias, & in laudem Dei sunt negligentes operari. Tren. 3. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Dicit ergo eis. Ex ingratitudine, & torpore vestro ad bona opera licet nec pane quo vescimini estis digni, sed ex pietate mea non deficiam vobis in misericordia, ite & operamini in anima vestra excitati a torpore, & non deficiam donare vobis quod iustum fuerit, non ex condigno, quia ingrati fuistis, donis vobis collatis, cum bonum semen in vobis splendoris mei seminauerim. Psal. Signatum est super nos lumens vultus tui Domine, & tamen ab adolescentia fregistis iugum Domini. Hier. A seculo. i. a pueritia & adolescentia fregisti iugum meum, quod est suaue, & onus leue, rupisti vincula mea. i. quibus in baptismo per promissionem abrenuntiando sathanæ, & pompis eius vos ligastis. Et dixisti non seruiam. i. Deo, sed diabolo, & pompis eius, secũdum quod talibus Christus per Ioan. dixit Vos ex patre diabolo estis, & patris vestri desideria vultis facere, quia qui non est mecum contra me est, & qui mecum non colligit, dispergit. Lu. Practica hic hortando iuuenes ad virtutes. Vnde Arist. ethi. De temperantia. Ab intemperantia maxime cauendũ est præsertim in adolescentia, vt gustus tactus, gustus. n. est circa cibum, & potum, tactus circa venerem prouocantia, vt sunt oscula, amplexus, & ludi theatrales &c. Hij duo sensus sũt abiectissimi, vtpote nobis & brutis valde communes, totumq; hominem, & præsertim animum maculant, qui vt vaccæ lasciuientes viuunt, dum aciem intellectus & rationis offuscant, & obtundunt, vt sua officia exercere nõ valeant, sed vt mare fęcibus agitatum, & aer fuligine obductus omni claritati fiat fuscus Et potissime vt dicit Aristo. In ętate iuuenili vtendum est temperantia quia iuuenes magisquam senes cupitatibus molestantur. Ergo generosi adolescentes quibus honestas cordi est, hanc virtutem fundamentum omnium virtutum amplectimini, ea præsertim ætate, qua per bonũ educationem facilius eam acquirere potestis, & in ea assuescere. Quia qđ testa noua capit, inueterata sapit. Et sub his ætatibus pueritiæ, & adolescentiæ, ac aliarum ætatum vtrumq; sexum compræhendo. Et tu prædicator vnicuiq; gradui secundum exigentiam regulas dabis, de quibus vide Eccle. Parẽtibus enim erga filios & filias & suas vxores dicit Filij tibi sunt, erudi eos, & curua illos a pueritia eorũ. Filiæ tibi sunt serua corpus earum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas, trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam. Et adolescentibus. 9. cap. cũ saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. Virginem ne cõspicias, ne forte scandalizeris in decore illius, ne des fornicarijs animam tuã in vllo, ne perdas te & hæreditatem tuam. Noli circunspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. Auerte faciem tuam à muliere compta, & nè circumspitias speciem alienam. Propter speciẽ mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Speciẽ mulieris multi admirati, reprobi facti sunt. Colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Cum aliena muliere ne sedeas omnino, nec acumbas cum ea super cubitum, & non alterceris cũ illa in uino, ne forte declinet cor tuũ in illã, & sanguine tuo labaris in perditionem. Item, ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi. Non zeles gloriam & opes peccatoris non enim scis quę ventura sit illius subuersio. Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo, & cum

Margin notes: Ter. 3 — Psal. — Hiere. 2. — Ioan. 8. — Luc. 11. — Arist. 3. — Nota. — Arist. — Eccle. 1. Hic notatur ex sacra scriptura admirãdado ctrina cautelę ad omnem conditionem.

&cũ ſapientibus,& prudentibus tracta. viri iuſti ſint tibi conuiuę, & in timore Dei ſit tibi gloriatio,& in ſenſu ſit tibi cogitatio Dei. Et omnis enarratio tua in præceptis altiſſimi. Terribilis eſt in ciuitate homo linguoſus,& temerarius in uerbo ſuo odibi-

3. cap. lis erit.hæc ibi. Et pulchra dat documenta. Vbi dicit inter alia, pro animabus filiorũ colligabit vulnera ſua, & ſuper omnem uocem turbabuntur viſcera eius. Equus indomitus euadet durus, & filius remiſſus euadet præceps. Lacta filium tuum,& pauẽtẽ te faciet,non corrideas illi,ne condoleas, & in nouiſſimo obſtupeſcent dentes tui, non des illi poteſtatem in iuuentute,& ne deſpicias cogitatus illius. Curua ceruicem eius in iuuentute,& tũde latera eius dum infans eſt, ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum,& operare in illo,ne in turpitudinem illius offendas hæc ibi. Iterum exijt circa horam ſextam & nonam & fecit & ſimiliter, ſcilicet inueniẽs eos ocioſos mittit in uineam ſuam & cetera, vt circa horam tertiam eſt præ-

4. Ætas. miſſum. Hora ſexta in qua Sol & lumine & calore fortiſſimus eſt, quia ſuper caput noſtrum eſt in meridie, & in eſtate circa meridiem propter eſtũ magnum ſolis pauſant uiatores ſub umbra, ſignificat ætatem inuenilem, quæ multum uiget ingenio. viget fortitudine,audacia, viribus,pulchritudine,agilitate,valetudine. Et breuiter plurimum ardet hæc ætas concupiſcentia, ratione caloris magni ſanguinis in eis. Quia ſicut ſol in meridie eſt ſuper capita exiſtentiũ in terra,ardentiſſime concremans ſuo directo & uehementi calore,ita hæc ætas eſt calidiſſima, vt fornax in concupiſcendo uetita. Et propterea ſi non tẽperet freno rationis, ebullitione ſua vehementi cuncta proſtrabit verbis & factis. Cuncta enim tunc in ipſa naturalia ad uitia eam impellunt. Ingenium ad elationem, fortitudo & virium robuſticitas ad audatiam præ-

Omnia, q̃ ſunt in iuuene naturalia, ipſũ impetuoſe impellunt ad vetita,niſi ratione frenetur per cõſiderationem nouiſſimorũ occurrentium docẽte experiẽtia.

ſumptuoſam,qua nec mortem timet, pulchritudo ad laſciuias,valetudo ad inanem ſpem diu viuendi. Et breuiter malus habitus à cunabulis imbibitus, facit eam in profluxum omniũ vitiorum in preceps currere abſque remedio. Hoc oſtenſum eſt in Salomone ingenioſo. Hoc in Sanſone forti. Hoc in Abſalone pulcherrimo. Hoc in Amon filio Dauid opprimente ſororem. Hoc in Dauid omni virtute prædito. Hoc in Saule rege in tyrannidem conuerſo. Et breuiter,quis poteſt in iuuentute ſpiritum inflatum continere? Quis poteſt equum & mulum abſque freno à præcipitato ſuo curſu cohibere, vſque ad proprium interitum & cetera? Hos etiam vocat Deus miſericordia ſua in uinea ſua,ideſt in anima ſua operari,& virtuoſe viuere, dum terram colere,ideſt animæ ſuæ vitioſæ vitam erumnoſam reuoluere hortatur bonis inſpirationibus, & alijs influxibus in principio dictis, vt ad cor ſuum redeant & recogitent nouiſſima tempora ad quæ prolabuntur Et inclinationes ſuas prauas contemperent, cogitando quia Deus ſuperbis reſiſtit,humilibus dat gratiam. Et quòd Deus depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Et ubi ſunt gigantes ſimiles ſibi, quos Deus proſtrauit, & eorum equos & currus eneruauit, & uirtutem ipſorum ad nihilum redegit, Conſiderent inſuper,quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius ſicut flos agri, hodie eſt, & cras in clibanũ mititur. Conſiderent quia ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuũ erunt vermes. Conſiderent, quia qui nutriti ſunt in croceis, amplexati ſunt ſtercora. Et ubi ſunt ſimiles tui,qui uſque in cęlum vt Babilonici ſe extendere, & confuſi ſunt vſque ad interitum & confuſionem & & cetera? Et quòd dominus mortificat & uiuificat, deducit ad inferos & reducit. Et quòd multos decepit,el bẽ ſaremo,vt propter hanc ſpem in puncto per uarios caſus ad inferna deſcẽderint.

Similia.

derint. Hortare igitur nunc tales, secundum quod Deus inspirauerit, vt dum tempus est resipiscant per pœnitentiam, ne subito præoccupati die mortis spacium pœnitentiæ quærãt, & inuenire nõ possint. Exijt circa nonam & similiter fecit. Hęc etas significat senectutem incipientem ab anno quinquagesimo vel parũ ante, in qua ætate sicut circa horam nonam Sol declinare à meridie incipit, & à calore intenso temperari, ita hæc ætas iuuenili succedens, declinat ad multa indigentia, tepescens à feruoribus concupiscentiarum. Nam hæc ætas, incipit considerare, iam vires meæ in me tepescunt & declinant, pulchritudo turpescit, & crispatur, incipiunt barba & capilli canescere, solisque occasu, idest mortalitati appropinquor. Iam incipiunt febres, podagræ. Practica de alijs miserijs hominum. Iam alius necessario me cinget obuolutũ. Iam alterius adiutorio indigeo. Et si famulatus est filijs & filiabus, cogitat de illis in uita eorum, & quid de eis post mortem. Et si in etate iuuenili nõ congregauerit in horreum dicit, enim iam non ualeo uillicare. Et sic de similibus practica, tũc se dat auaritiæ, & per multas solicitudines & varietates iniustis acquisitionibus non respiciendo ad salutem animæ, sed ad conseruationem sui, & suorum temporalem. De Deo parum cogitat occupatus & suffocatus spinis auaritiæ & aliarum indigentiarum. Practica, filij plorãt, petunt, egent, lasciuiunt, sibi furantur, mortem eius expetunt, vt citius domini loco eius succedant, filiæ uolunt pompizare, nuptui tradi. Mulier garrula stimulat, agitat cõtra eum pro se & filiabus &c. Et breuiter tot laquei temptationum eum apprehendunt vt merito proclamet, o, quis hos laqueos euadet. Et tunc incipit prorumpere in impatientiam & blasphemiam contra Deum & sanctos, quandoq; maledicens diei in qua natus est &c. Et ita similiter practica de vtroque sexu talis ætatis, concludẽdo ex parte eorum illud Iob, tedet animam meam uitæ meæ, & loquar in amaritudine animæ meæ &c. Hos igitur pius Deus licet immeritos vocat. Exurge mulier qui dormis, & exurge à mortuis, & recipiet te Deus. Et considera in hac ætate quem fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis. Et quid prodest huiusmodi si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur, sciens quòd qui diligit patrẽ aut matrẽm aut filios, aut filias plusquam Deum, non est Deo dignus, sed diabolo & Angelis eius &c. & proicietur vbi erit fletus & stridor dentium, &c. Cogita ergo cum Psal. vias tuas prauas, & conuerte pedes tuos in testimonia Dei, & non in auaritiam. Sed si quem offendisti subtrahens ab eo aliena, dic & fac vt Zacheus, domine. Si quem defraudaui reddam quadruplũ, & dimidiũ bonorum meorum do pauperibus. Quoniam vxor & filij in morte solum te associabunt vsque ad sepulturam, ibique te proicient vermibus corrodendum. Mundus de omnibus acquisitis tribuet tibi unum linteamen pro sepultura. Et omnes tui amici te derelinquent. Et solum comes tuus erũt bona opera, si quę post te reliquisti, quia opera eorum solũ sequũtur illos. Et Prouerbiorum 28. qui operatur terram saciabitur pane. Et Ecclesiast. ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum, omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut soliũ fructificans in arbore viridi, alia generantur & alia deijciuntur, sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur & alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illum operatur ibit cum illo. Et omne opus electum iustificabitur, & qui operatur illud iustificabitur in illo. Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia tua meditabitur & in sensu suo cogitabit circunspectionem Dei. Qui cogitat vias suas in corde suo, & in absconsis suis intelligens. Et in fine conclu-

5. Ætas.

De miseria senili in se & in sua familia.

Iob.

Senes, que debent cõsiderare, vt ad Deũ conuertantur.

Psal.

Apoc. 14.

Eccle. 14.

6. Ætas.

Digitized by Google

concludit, protegetur subtegmine illius à feruore, & in gloria illius requiescit. hæc ibi. Exijt circa vndecimam, idest circa occasum solis, cum calor & lux Solis totaliter declinat, quæ significat decrepitam ætatem, quam omnino mundus & amici ac caro derelinquunt. In qua ætate & sensus, & intelligentia deficit, vt sint in tali ætate comparati pueris insipientibus & similes facti sunt illis. Practice dic aliquas miserias huius ætatis. Hos etiam senes decrepitos tota die ociantes Deus misericorditer uocat. Nam quandoque cõtingit aliquos toto tempore vitæ suæ praua operari, & tunc solum à peccatis desistere cũ cum eos propter eorum in validitatẽ peccata dimittunt. Hæc enim ętas in toto corpore & in omnibus membris lãguescit ad mortem, in quibus sola uoluntas calescit. O quot maledicti similes decrepiti senes inueniantur. Sed pius dominus etiam, vocat hos miserrimos senes, quasi diceret eis. Miseri quid tota die statis ociosi. Idest, cõsiderate totam uitam vestrã, quæ ociosa dãnatione hactenus perseuerauerit omnibus uitijs & concupiscentijs plena. Cogitate miseri quo ad scintilla in uobis compotis rationis rutilat. Ite non gressu corporis, quia uirtus uestra dereliquit uos, sed animi vestri recogitatione, in recognoscẽdo vestram prauam & peruersam uitam, & cõuertimini saltem desiderio voluntatis sincerę ad dominũ Deum vestrum, quia pius & misericors est super malitiam vestram, quoniam in quacunque hora peccator ingemuerit, saluus erit. Et in eo quòd dicunt nemo nos conduxit, intelliguntur Dei vocationes vt Pharaonem obdurantes eos permissione diuina propter eorum peccata, tanquam nõ essent vocati quia obstinati Ecclesiast. (Eccle. 7.) cõsideraui opera Dei, quòd nemo potest corrigere quẽ ipse despexit. Quoniam scriptũ est Hier. (Hier. 5.) percussisti eos, & non doluerunt, attriuisti eos & noluerunt reuerti, sed indurauerunt faciem eorum super petram. Multos.n. Deus exigentibus eorũ demeritis dat in reprobum sensum, quandoque ad tempus constitutũ miserationis eius, secũdùm occultum eius iuditium, sicut accidit de latrone in cruce conuerso & similibus. Multos autem absolute dat in reprobũ sensum occulto Dei iuditio, cuius abissus nullus potest inuestigare, quoniã iuditia Dei abissus multa. Ideo quilibet maxime in prauitate uitæ perseuerans, timeat Dei iustitiam. Quoniam & Paulus ad Rom. (Rom. 2.) An diuitias bonitatis eius & patientię & longanimitatis contemnis? Ignorans quoniam benignitas Dei ad ad pœnitentiam te adducit, secũdùm autem duritiem tuam & impenitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die irę & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundùm opera eius. His quidem qui secundùm patientiam boni operis gloriam & honorem & in corruptionem quærentibus vitam ęternã His autem qui sunt ex contentione, & q non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Nemo igitur eos conduxit. Sic enim & Pharao poterat dicere toties percussus & uocatus à Domino, nemo nos conduxit, quia sic iusto Dei iuditio in flagellis indurauit. Quoniã si saltem in ultima plaga conuerteretur ad dominum, iam vltimo ex misericordia uocatus, iret conuersus in uineã pro anima sua, bona operando uoluntate & opere ad mercedẽ recipiendam, non ex promissione, sed absolute ex libera donatione Dei, cũ talis in ultima ætate uocatus solã uoluntatem bonã habet, vel cum ea parua opera, propter paruũ uitæ interuallum. Hoc idem dic de ultimo pœnitentibus vt latrone, quẽ nullus debet imitari sub spe venię in malitia, quia non omnis uocatus semper respondet ad sum, sed ut coruus procrastinat inducias petendo cum Christoforo apud S. Grego. in Dialog. (Grego. in dialog.) & non

sunt

sunt sibi date. De hoc S. Cyprianus in cap. de pœnit. Nec quisquam peccatis, aut annis retardatur, quæ minus ueniāt ad consequēdam salutem. In isto adhuc mundo manenti pœnitentia nulla secura est. hæc ille. Conformiter cum propheta, qui dicit, in quacunque hora peccator ingemuerit saluus erit, &c. Practica circa huiusmodi. Secunda pars Euangelij breuiter exponenda est cum circa eam moraliter expositores bene & abundanter dicunt. Hæc anima sic laborās pro uita ęterna remunerat per Christum, qui est Deus & homo, idest, remunerator, & procurator noster in morte, in qua unicuique datur præmium uel punitio pro omnibus suis. Sed nota quòd singuli acceperunt, singulos denarios, quia unus Deus est beatitudo omnium pro æterno tempore, sed variantur hi denarij intensiuè Deum participando plus & minus ex parte recipiētium denarium. Nam qui cum maiori hic charitate Deum dilexit, intēsiori modo Deum cognoscit, & eo fruit in patria, quia actus actiuorum sunt in patiente benè disposito. Et omne quod recipitur, recipitur per modum recipientis. Propterea & Christus dicit in domo patris mei plures māsiones sunt. De his uide nostram prædicam de diuersitate & unitate beatitudinis. Insuper acceperunt singuli &c. ad ostendendum quòd in meritis non multitudo operū mensuratur tantū, quantum in opere intensio charitatis. propterea & Maria Magdalena ex paucitate numerali operum præfertur à Christo multitudini operum Martę, quia multum dilexit, &c. cum igitur charitas sit radix mercedis, qui ex maiori charitate resurgit, æquatur, & præfertur etiam iustis, qui multa de genere bonorum non ex tanta charitate operati sunt. Ideo gaudium est super vno peccatore pęnitentiā agente, quàm supra 99. iustis, qui pœnitentia nō egent, quia quandoque vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia ut in Latrone, Paulo, Matthæo, Dauid, Manasſę &c. Et in paradiso nō est murmuratio, vbi quilibet sua sorte plene est contentus, tā paruus statura aurea veste gloriæ sibi proportionabili indutus, quàm magnus statura eadem aurea veste indutus secundùm suam proportioné &c. Sed modo similitudinario Christus tacite obiectioni nostræ, quibus terrena sapiunt respondit, quòd si ibi foret murmuratio de æqualitate mercedis varie laborantium, eis responderetur, amice non facio tibi iniuriam, tolle quod tuū est & vade, quia ex liberalitate mea volo dare, & huic nouissimo sicut & primo, quia mihi licet de meo facere quod volo &c. tibi tuum non subtrahendo vide ad propositū totius Euangelij nostrum sermonem in alio libro, quomodo Deus uocat omnes ad salutem, sed requirit bona opera à nobis. Item pro infrascripta parte Euangelij ibidem habes sermonem, quomodo quidam cadunt sub Dei misericordia, quidā sub Dei iustitia, quidam sub Dei liberalitate. Tertia pars multi sunt uocati & cæt. Hic agitur, quòd nō qui Christianus est & nuncupatur tali nomine, possidebit regnum cœlorum, quorum numerus est infinitus, quia multi dicūt verbis domine domine, sed factis negant Deum. Horum enim fides ociosa est ac mortua sine operibus, et dicit sanctus Iacobus, sed ille possidebit regnum cœlorum, qui electus est electione operum bonorum. Quoniam sanctus Petrus dicit fratres satagite per bona opera certam uestram vocationem & electionem facere. Et in his verbis Christi dicit Greg sententialiter. De se quisque minimè præsumat, quia & si iam ad fidem uocatus est, vtrum ad regnum eligendus sit, nescit. Et unusquisq; proximum suū quem iacere in vitijs conspicit, despe rare non audeat, quia diuinæ misericordię diuitias ignorat, exemplum in Iuda & Paulo. Concludamus igitur cum Gregor. in præsenti Euangelio. Grego.

Margin notes: 2. Pars. — 3. Pars.

Digitized by Google

Quia ergo ad uitam bonam, alius in pueritia, alius in adolescētia, alius in iuuentute, alius in senectute, alius in decrepita ætate perducitur, quasi diuersis horis operarij ad uineam vocantur. hæc ille. Qui igitur torpescit in pueritia, in adolescētia excitetur, qui in adolescentia ociatus est in iuuentute consurgat, & qui in iuuentute concupiscentijs inseruiuit, saltem in senectute ad cor redeat. Et qui iam senex indurauit, saltē decrepitus mollescat cum eum uitia dereliquerunt. Et addit Greg. Mores ergo vestros fratres aspicite, & si iam Dei operarij estis videte, pēset vnus quisque quid agat, & consideret si in Dei vinea laborat. Nam qui sibi viuit carnisque suę uoluptatibus pascitur recte ociosus redarguitur, quia fructum boni operis non sectatur. hæc ille sententialiter. Multi etenim inter parietes ecclesię hoc mane cōclusi estis, & omnes prædicationem auditis, & omnes in orationibus Christum proclamatis, sed forsam operibus ex alia parte Christum negatis. Forsan plures ex vobis dicūt cum Iudæis ad Deum per Ioelem. Non ne ieiunauimus, & cętera de genere bonorum fecimus, & non aspexistis. Et fuit responsum eis. Ecce in ieiunijs vestris inuenitur voluntas vestra, Vide epistolam in missa Cinerum, & practica eam. Nam plerique Deum vocibus sequuntur, moribus fugiunt. Hinc etenim ad Titum Paulus. Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Et Iaco. fides sine operibus mortua est. Hinc Psalm. Annuntiaui, & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Vocante autem Domino multis modis super numerum multiplicantur fideles, quia non vnquam & hij ad fidem veniunt, qui ad electorum numerum non pertingunt. Hic enim fidelibus per confessionē admixti sunt, sed propter vitam reprobam illuc per misericordiam in sorte fidelium non merentur admitti. Hoc ouile sanctæ ecclesiæ hædos cum agnis recipit, sed attestante Euangelio cum iudex aduenerit, bonos a malis separat, sicut pastor segregat oues ab hædis. Neque enim possunt qui carnis suæ voluptatibus hic seruiūt, illic in ouium grege numerari. Illic eos iudex à sorte humilium separat, qui se hic in superbiæ carnibus exaltat. Vide si vis ad hoc pulchras practicas circa hoc Euangelium in Homelia Sancti Gregorij.

Titum. 1.

Iacob. 2.

Psal.

IN

IN SEXAGESIMA, SERMO VNICVS.

VARII SEMINATORES VERBI DEI; VTILITAS verbi; fructus differentia; Dignitas prædicatoris ex persona Dei mittentis: Quę semina in prædicationibus seminãda sunt. Qua dispositione sunt audiendi prædicatores: & fructus prædicationis tribus vitijs potissimum impeditus: Item per optima Dei semina, & hominum fructus pessimi describuntur.

EXIIT QVI SEMINAT SEMINARE semen suum. Lucæ 8.

Luc. 8. Cic. Rhet. SEcundum Cice. Rhet. oratoris officiũ, est persuadere quo ad ipsum spectat. Quod aũt persuasio acceptetur, hoc spectat ad audienté. Plures. n. vidimus ornatissimos & eruditissimos oratores minime acceptos ab auditorib. Propterea bene dicit Phil. (Phil. 2. de anim.) Actus actiuorũ sunt in patiente bene disposito. (Similia.) Nunquã. n. pictor potest bene depingere figuram in tabula vel in carta, nisi sit bene polita. Nec ignis pót imprimi in ligno, nisi prius lignũ ab humiditate purget, & euacuetur. Ita ad propositum nr̃m & de prædicatione uerbi Dei accidit. predicator prædicãs verbũ Dei quod in se est bonũ, & illuminat vt ps. (Psalm.) Et intellectũ dat paruulis. & Paul. est acuti⁹ & penetrabilius oĩ gladio ancipiti, nihilominus qñq; parũ fructũ in populo facit pp populi, & audiẽtiũ indispositioné ad recipiendũ illud. secũdũ qđ hoc mane in Euãg. ostẽdit Chr̃s in sua p̃dicatione. Quia in vno loco seminatũ, tm̃ fructũ fecit. s. i terra bona & optima. &c. ¶Hoc mane p totũ Euang. locuturi sumus spiritualiter & moraliter, non tñ absq; litteralis sensus intelligẽtia, in quo cõtinet, varios seminatores fuisse verbi Dei. Et q̃uis fuerint admirabiles quali honore, uel vituperio ab hoĩbus sunt recepti tales legati, secũdario de nobilitate, & utilitate verbi Dei, tertio de mala & bona dispositione audiẽtiũ verbũ Dei ad fructificãdũ in eis. ¶Quoad primũ dicit Euang. cũ plurima turba cõueniret, & de ciuitatibus pperarẽt ad Iesũ, dixit p similitudiné. Immediatè ante ad hęc verba dicit S. Luc. Chr̃s iter faciebat p ciuitates & castella p̃dicans & euãgelizãs regnũ Dei. In quo notat p p̃dicatoribus verbi Dei, q̃bus data est gr̃a p̃dicandi verbũ Dei, nõ torpescãt in vno loco fructificãdi, forsan allecti aliquibus charitijs in eodẽ loco, sed debent discurrere sicut piscatores extendẽdo rete suũ ad pisces capiendos in diuersis locis. Quid scit si inspirate in aliquo loco capiat multitudiné pisciũ, vt et rete rũpat, sicut accidit apostolis, Chr̃i nutu rete proijcientibus in altũ, vt concluderent multitudiné pisciũ. Nã. & seminator oĩ anno in eadẽ terra nõ seminat, sed uariat loca vt interim terra alias seminata, aptior fiat ex sui pausatione ad iterũ seminandũ in ea: Ita & Chr̃s hoc mane iter faciebat p ciuitates & castella prædicãs & euãgelizãs regnũ Dei, Nota dicit prædicans & euangelizans regnũ Dei. In omni. n. actione primo debet p̃cedere finis intentus. qa oẽ agens agit pp finé. Et oĩa media debita debẽt ordinari p tali fine acq̃rẽdo, vt faciũt oẽs artifices & mercatores. dic tu practicè & exéplariter. Finis. n. p̃dicatoris verbi Dei est ad salutẽ hoĩes reducere, & docere cognitioné veritatis Dei, quia vt dicit Aug. fecit Deus rationalé creaturã vt summũ bonũ intelligeret, intelligẽdo amaret, amãdo possideret, possidendo frueret. Propterea totus cona-

tus pdicatoris ad salutē hoīs debet tē dere. Et ideo talia debet auditorib. pponere, q̄ sunt sibi via salutis. Et hæc sunt verba q̄ pertinent ad regnū Dei. Ideo Chrs hoc mane dans formā prædicatorib. docet eos debere prędicare & euāgelizare de regno Dei, & non q̄ sunt de regno diaboli. Sunt.n. prędicationes de regno diaboli, q̄ sūt fundatę nō sup Euāg. Chri & sacrę scripturæ, sed sup fabulas Ouidij & poetarū, ac sup oratorū faustū, & sup philosopho rū sapientiā humanā, nō redolentē diuinā pietatē & veritatem, quasi Chrs indigeat humana leuitate & adminicu lis leuiū virorū. Sed pdicationes quæ sunt de regno Chri, sūt totæ fundatæ in veritate sacræ scripturæ, q̄ tota est de regno Dei: Et si qnq; vtantur pdicatores obiter gentilium dictis, vt ét S. Paul. hoc non faciant principali suo intēto, sed q̄tū est eis ad propositum, declarandi quæ sunt de regno Dei. Et vtātur dictis eorū, sicut dña ancillis. iuxta dictum scripturæ vocauit ancillas ad arcē suam. Propterea bene dicit Paul. sermo meus & pdicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spūs & virtutis, vt fides vra non sit in sapientia hominū, sed in virtute Dei. hæc ille. Et sequebanē eū 12. discipuli & mulieres aliquæ, quæ erāt curatæ a spiritibus malignis & infirmitatibus, & Maria Magdalenæ, de qua 7. dæmonia exierāt, & Ioanna vxor Procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ mulieres q̄ ministrabāt ei de facultatibus suis. In quo notaē q qui beneficia aliqua spiritualia à pdicatoribus verbi Dei acceperint, nō debent sibi esse ingrati in subministrādo sibi in suis necessitatibus sequēdo eū, & si nō corporis gressu at mentis recordatione dulcorū verborū regni Dei. Vnde & Pau. dicebat. Si nos vobis seminamus spiritualia, magnū est, si carnalia vra metamus? si alij potestatis vræ participes sunt, quare nō potius nos? sed non vsi sumus hac potestate, sed oīa sustinemus, ne q offendiculum demus Euāg. Chri. Nescitis qui in sacrario operantur, q̄ de sacrario sunt, edūt, & q̄ altari deseruiūt cum altari participant. ita dñs ordinauit, q euangeliū euangelizāt debēt de euāgelio viuere. Ego aūt nullo horum vsus sum. Et S. Pau. hortatur vbi verbū Dei seminauerat, vt recordarenē prçceptorū eius, quę eis tradiderat. Et nō recedant sicut canis ad vomitum. Ideo hic & Maria Magdalena sequebatur Chrm tanq̄ firmiter inhęrēs eius doctrinę. Et quia generaliter fęmineus sexus deuotior est in pdicatores verbi Dei, ppea & sancta mr ecclesia in specia orat, & pro sexu fœmineo deuoto. Nec tñ exemplum capiatur absolutè, vt mulieres pdicatores gressu corporeo sequātur pp multa scandala & pericula vtriusque, quia in Chro nō poterat cadere peccatum &c. Sequitur in Euang. Cū plurima turba conueniret & de ciuitatibus properarēt ad Iesum. &c. Nā licet Pharisæi & principes Sacerdotū & scribæ pp inuidiā prosequerentur Chrm tñ populus simplex, & innocēs & deuotus videns eius sanctitatem in vita, veritatē in doctrina, virtutē in miraculis, & honestatē in exemplis, de ciuitatibus Galilçæ in quibus exierat fama de illo, cum magno desiderio properabant ad Christū tanquam ad medicum clementissimū, vt curarenē. Semel fuit interrogatus beatus Iordanis magister Generalis ordinis prędicatorū a quodā sapiēte. vnde est pī q in villis pdicatū verbū Dei acceptius est? qa cū magna deuotione & lachrymis a rusticis audiē, & in ciuitatib. nō immo p uci ad verbū Dei audiēdum cōcurrūt, & illi tepide & sine deuotione? Rndit. Ideo hoc esse. qa sicut illi q raro vinum bibunt, etiam paruo vino gustato statim inebriantur, sed q sunt assueti continuè vinum bibere etiam multo vino perbibito, non inebriantur. Ita accidit & de pdicatione verbi Dei apud rusticos in villulis. qa raro audiūt verbū Dei, ppea dū eis pdicaē, ita bibūt illud cū magna deuotiōe vt quasi ebrij de ipso in deuotione ac cen-

Euangelizare debent prædicatores, quæ sunt Dei. i. sacræ scripturæ, & non poetarum, quæ sunt diaboli.

1. Cor. 2.

1. Cor. 9.

cendantur. Sed in ciuitatibus, quia sæpius prædicatur apud ipsos, vilescit verbum Dei ex consuetudine, & non calefacit eos, nec de ipso audito inebriantur in deuotione. Ita & hoc mane accidit de prædicatione Christi, quam paruifaciebant magnates & doctores & nobiles, at plebei & rustici, inebriati verbis eius quę erant de regno Dei, sequebantur ipsum ebrietate verbi & miraculorũ eius calefacti. vnde properabant i. velocius currebant, & conueniebant ad illũ audiendum. In quo datur nobis exemplum velocius & solicite properandi & cõueniendi ad prædicationem de regno Dei, vtpote de patria audire, in qua semper habitaturi sumus, quã Deus diligẽtibus se preparauit, in qua sunt bona, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ Deus præparauit diligentibus se, vt ait Paul. Hic concursus figuratus & prænotatus est Esdrę 8. quãdo in platea ascẽdit in ambone legem Dei tenẽs in manibus suis toto populo congregato nemine excepto, & eis legem Dei legit cum magna deuotione & ploratu populi, aduertentis in quo legem dñi erant transgressi, & ieiunijs affligebantur confitentes domino peccata sua, & promittentes emẽdationem firmam vitę pręteritę, hęc ibi sentẽtialiter. Ita & populus meus hoc mane & per totã Quadragesimã, qui sunt dies pœnitentiæ, debẽt solicitè concurrere omnes nemine excepto ad prædicationem regni Dei cum deuotione, & lachrymis & afflictione pęnitentiali, cũ uero proposito emendandi uitam, in quibus deliquit dño Deo suo, &c. vide in nostris sermonibus perpulchrè ad propositũ moralizatam hanc historiam. Et Christus videns affectum turbæ concurrentis ad ipsum, conuersus ad eos gratioso vultu dixit per similitudinẽ. vbi sciendum plures causæ assignantur quare Dñs in prædicatione sua loquebatur parabolice. Prima causa est vt morẽ patrię Palestinæ seruaret, qui in suis

Solicitè ad pdicationẽ est currendum & cum deuotione & cõtritione audiẽdum verbũ dei.

prologuijs prouerbijs & similitudinibus vtebanẽ. secũdo vt quod dicebat magis commendaretur memoriè. tertio vt nobis daret modum exponẽdi scripturas difficiles per faciliora & cognita nobis, & ꝙ sit in eis quærendus spiritualis intellectus. Dicit ergo exijt qui seminat seminare semen suũ. vbi nota Ex sacra scriptura didicim⁹ plures fuisse seminatores verbi Dei magna veneratione excolendos ab auditoribus, quibus loqui legationem suã missi sunt. Est primus & principalis Deus ops, qui in omni lege seminauit semen suæ veritatis. Nam secundùm sacros Theologos in oĩ lege Deus aliquibus maioribus pro omni statu reuelauit sua secreta pro salute & redẽptione generis humani explicite, quæ ipsi deinde successiuè secundũ diuinã ordinationẽ, vel inspirationem, alijs dicebant, & referebant explicitè credẽda, quamuis oẽs maximæ vulgares personæ implicitè ea obligabanẽ credere, secundùm quod dicit Apost. accedẽtem ad Deum per fidem oportet primo credere, quia est. In quo articulo oẽs articuli implicitè continentur de vnitate Dei, & trinitate ꝑsonarũ. deinde oportet credere ꝙ sit remunerator quærentibus eum In quo articulo continentur implicitè, oẽs articuli humanitatis Christi. De his prolixius in nr̃a prędica doctrinali, tu es q uenturus es declaraui. vide ibi. li. 2. ser. vnde & Adã quæ de Chr̃i diuinitate & humanitate cognouit, suis successoribus reliquit credenda vsque ad Noe. Deinde Noe & filij eius suis successorib. Nã & Iob gentilis fuit, & clare de Chr̃o est locutus & plures Sybillæ multa de mysterijs Chr̃i disseruerũt. Et tp̃e Helenę & Constantini inuẽta est in sepoltura supra pect⁹ hoĩs iacẽtis lamina aurea, in qua erat scriptum. O sol iterũ me videbis sub temporibus Helenę & Constantini. Chr̃s nasceẽ ex Virgine, & ego credo in eũ. hæc ex hist. Rom. & de hoc S. Tho. Et addit. Si qui tñ saluati fuerũt, quibus non est facta reuelatio, nõ fuerũt saluati

De uarijs seminatoribus Dei verbi.

S. Tho. 22. q. 2 art. 7. ad 3.

Digitized by Google

uati absq; fide mediatoris. Quia & si nō habuerūt fidem explicitam, habuerūt tñ fidem implicitā in diuina prouidentia, credentes Deum esse liberatorem hominū secundùm modos sibi placitos, & secundùm quod aliquibus veritatem cognoscentibus spiritus reuelasset. hęc ille. Et clara est reuelatio de Christo facta Abrahæ & prophetis apud Iudæos, vt non indigeat probatione: Et hoc confirmat Paul. multifariè multisque modis Deus locutus est patribus in prophetis. Deinde alij seminatores fuerunt missi à domino tanquam sui legati, ad Iudæos in speciali. s. Patriarchæ & Prophetæ, vt patet per totam sacram scripturam, qui habeant pdicare secreta Dei eis, & hortari ad obseruantiam mandatorum Dei ad salutem eorum & temporalem & spiritualem, secundùm quod Christus dicit in Euangelio de vinea commendata agricolis. Deinde alius seminator fuit missus à Deo, scilicet, filius eius per incarnationem similis nobis apparens, prædicans, & euangelizās nobis, vt hoc mane dicitur de regno Dei. vnde & Pau. addit. Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum per quē fecit & sæcula, &c. Postea Christus seminator veri consilij post resurrectionē suam ascendendo in cœlū, misit suos discipulos per totum orbem seminare Euang. per ipsum nobis reuelatum, & ut prædicaret secreta regni Dei populis & nationib⁹. Et post apostolos à Deo & ab Ecclesia eius alij seminatores verbi Dei missi sunt, vt in vinea Dñi nunquam semen verbi Dei seminari cesset, aut deficiat. Quia vt dicitur, cum prophetia. i. prędicatores prophetarum & sacræ scrip. defecerint, dissipabitur populus. Et Isai. nisi dominus exercituū reliquisset nobis semē, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus. De istis omnibus seminatoribus qui seminarunt admirabile semen secretorum diuinorū dicitur. Audite quoniam de rebus magnis locutura sum dicit sapientia, & aperientur labia, vt recta prædicent, veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, & non est in eis prauū quid, neque peruersum. Recti sunt intelligentibus, & ęqui inuenientibus scientiā. Accipite disciplinam meam, & non pecuniā, doctrinam magis q̃ aurum eligere. Et multa ibi ad propositum si vis prosequere. Debent igitur hi tā nobilissimi seminatores cū magno honore suscipi, & amplecti. tum rōne personarum, tum ratione legationis quā representant. Tū rōne expositionis eorum quæ per eos exponūtur, quia de magnis rebus & rectis consilijs loquūtur, Et nihilominus oēs de mala moneta soluti sūt & remunerati. Deus. n. oīs qui locutus est patribus in prophetis sua diuina & saluberrima consilia dicit lamētando de suis vituperijs, & ingratitudine Iudæorum, in quibus admirāda semina seminauit. Ego plantauī te vineā electam, omne semen verū, qūo conuersa es mihi in prauū vinea aliena? O quotiēs ab exitu Israel de Ægypto vsque in finem videntes mirabilia Dei, &c. ad idolatriam pessimam sunt derelicto Deo suo conuersi. filios enutriui, ipsi autem spreuerunt me. &c. De gentibus aūt quid dicam. de quibus Paul. non de vulgaribus sed de doctis viris & magnatibus dicit? Quod notū est Dei, manifestum est in illis. Deus. n. illis manifestauit. Inuisibilia enim illius à creatura mundi per ea q̃ facta sunt intellecta conspiciunt, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Quia cū cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerūt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorū. dicentes. n. se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & serpentum. Propterea tradidit illos Deus in de-

Hebr. 1. Prou. 29. Isa. 1. Prouer. 8. Hier. 2. Isa. 1. Rom. 1.

sideria cordis eorum, immundiciã, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Quia commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & seruiunt creaturę potius quã creatori, qui est benedictus in sæcula amen, Insuper quã mala moneta prophetæ in ueteri testaméto sunt remunerati à Iudæis, quibus seminabant à Deo commissa eis. dicit S. Stepha. de eis. dura ceruice & incircũcisi auribus & cordibus, vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri ita & vos. Quem prophetarũ non sunt persecuti patres vestri, & occiderũt eos, qui pręnuntiabant de aduentu iusti, cuius uos nunc proditores & homicide fuistis? De his habes exépla in Euãgelio de vinea agricolis cõmendata in nostra interpretatione inferius. Postea dicit Paul. nouissime misit filium suum, qui fuit Deus & homo seminator admirabilium seminum viæ veritatis, & vitæ in magnis signis & portentis, quæ nemo alius fecit, vt patet per Euãgelia. Hic etiam fuit promissus in lege, vt ipse dixit. scrutamini scripturas, ipsę loquuntur de me, & nihilominus fuit remuneratus de pessima moneta, secundùm quod ipse de seipso prædixit in euangelio sequétis dominicæ. Ecce ascendimus Hierosolimam &c. Et in Euangelio de vinea, quam plantauit paterfamilias & locauit eam agricolis. Omitto gratia breuitatis quanta mala passa est Ecclesia in Actib. Apostolorum à Iudæis per totum librũ Act. Apost. Deinde Christus misit Discipulos suos per orbem terrarum post resurrectionem tempore Ascensionis. Illi auté profecti prędicauerunt vbiq; domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, sed pro oĩbus his de mala moneta fuerunt donati. Nam Petrus sub Neronis ꝑsecutione cruci est affixus, & capite deorsum verso, martyrio est coronatus. Et Pau. Romæ eadé die capitis abscisione martyrium consumauit Andreas sub Ægea Proconsole in Achaia crucifixus est. Thomas apud Indos gladiò trãsuerberatus coronatus est. Iacobus maior frater Ioannis Euangelistæ Hierosolimis sub Herode Agrippa capite est trũcatus. Ioães dilectus Christi discipulus in feruentis olei dolio missus, & illæsus exiens deinde varijs tribulationibus & exilio expositus, apud Ephesũ propria morte in pace qeuit. Philippus in Hieropoli ciuitate Asiæ est crucifixus & lapidatus. Iacob⁹ minor de Pinna templi dum Christum ibi annunciaret deiectus & pertica fulonis excerebratus martyrij coronam suscepit. Bartholomeus in Albana ciuitate maioris Armeniæ, primo cæsus, de hinc excoriatus, nouissime palmam martyrij capitis abscisione percepit. Matthæus Euangelista apud Aethiopes Christũ constanter annuncians, orãs gladio à tergo punctus, & transfixus est. Simon Zelotes & Thadęus fratres pontificibus Idolorum irruẽtibus in eos in Persyde passi sunt martyrium. Matthias in Iudęa vitę verbum constanter prędicans lapidatus est, & securi percussus more Romanorũ, migrauit ad Christum, Barnabas apud Cyprum in Salamina ciuitate Christum constanter annuntians à Iudęis crudeliter combustus est. Et breuiter vt dicit fasciculus temporum post Petrum. 33. Pontifices successiuè martyrio pro Christo sunt coronati. Demũ post Apostolos alij legati feruẽtissimi pdicatores in pluribus partibus mundi varijs mortibus interfecti sunt pro Christo, modo quo dicit Apostol. ad Heb. Sancti per fidé vicerũt regna &c. Quis capite truncatus, quis sagittatus, quis lapidatus, quis excoriatus, quis pectinibus laniatus, quis igni vstus, quis euisceratus, quis membris truncatus. Et breuiter omnia fere genera tormentorũ experti sunt, & omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. Et his nostris miseris téporibus, nisi prædicatores, vt dictum est à populo Iudæorum Isaiæ, eis placentia prædicent, mortibus & venenis, infamijs, & exilijs afficiuntur, perinde vt

Act. 7. Mar. 16. Apostol. martyria.

Digitized by Google

1.Cor.4. Paul.ait.ludibria & pu gaméta mundi facti sumus. Puto q Deus nos apostolos nouissimos ostendit, vt Enoch & Heliam tãquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo & Angelis & hominibus. Quia omnes concurrunt ad videndum nr̃am mortem vt ad monstra. Per angelos intelligit bonos ad confortandum nos, & malos vt insultent & irrideãt. Et multis calumnijs interpositis dicit. tanq̃ purgamenta mundi huius facti sumus omnium peripsima vsq; ad huc idest tanquam purgamentũ pomi vel ferri. De cęteris verbi Dei prædicatoribus Christus ꝑdixit dicens. Ecce ego mitto ad uos ꝓphetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis in synagogis vr̃is, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, Et breuiter dixit Christus. eritis

Matt.25. odio omnibus hominibus propter nomen meũ. Exijt ergo qui seminat, primo Deus omnipotens seminator omnis seminis boni. Et proiecit semé in nobis legis naturæ, vt q tibi fieri vis alteri facias, & q tibi nõ uis fieri, nec tu alijs facias. Proiecit etiã legis scriptæ semina. s decem præceptorum. Exo.20. de his breuiter si vis discurre.

Exo. 26. Et concludit. Inspice & fac secundùm exẽplar, quod tibi in monte monstratum est. Et obseruantibus sua præcepta dat grandes benedictiones, & nõ obseruantibus infert magnas maledictiones. vide Deut.28. Et de his sanctus Pau. scriptum est maledictus omnis,

Gal. 3. qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt, in libro legis, vt faciat ea Et obseruantia præceptorum Dei vitam ęternam confert, vt Christus dixit legis perito, & iuueni quęrenti ab eo, quid faciens vitam æternam possidebo. Nec Deus contentus sua seminatione, misit ad nos prophetas veteris testamenti, qui exponerent & seminarent nobis ex parte ipsius Dei legationem seminum diuinorum, dicentes ad nos ex parte Dei. clama ne cesses & exalta uocem tuam sicut tuba, annuncia populo meo scelera eorum.

Isa. 58. Et Ezech 18. Conuertimini & agite pœnitentiã ab omnibus iniquitatibus vestris, & nõ erit vobis in ruinã iniquitas. Proijcite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus prę uaricati estis, & facite vobis cor nouum & spiritũ nouum. Et quare moriemini domus Israel? quia nolo mortem morientis dicit dominus Deus. Reuertimini & viuite. Exijt deinde seminator Christus, cuius egressus est vt dicit Michæas à diebus æternitatis per incarnationẽ, & seminauit in nobis admirãda semina vitę legis gratię per omnia euangelia, dans cunctis mandata, quæ ipse in se perfecit dicens. inter alia. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est q diligit me, Ioan.14.

qui autẽ diligit me diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Et infra, si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Manete ergo in me, & ego in uobis. quia qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multum. Et si quis in me nõ manserit mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eũ, & in ignem mittent, & ardet. Et iterũ filij regni. i. Christiani mali eijciẽtur foras in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. Et postquã cuncti in morte, & in iudicio reddiderint rationem suæ villicationis, bonis dicetur Venite benedicti &c. malis, ite maledicti. &c. Hic autem seminator casti consilij post Ascensionem suam in cęlum destinauit suos ad nos legatos Apostolos, & Prædicatores verbi Dei, vt non deficiat propheta in populo suo, ne populus dissipetur. Qui sunt secretarij & notarij eius, nobis legem eius rememorantes, & declarantes, secundùm quod S. Ioan. dicit. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus, quod perspeximus, & manus nostrę contrectauerunt de uerbo uitæ, & uita manifesta est, & uidimus & testamur, & annuntiamus uobis uitam æternam, Io. epist. 1.

quæ

quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. Et 5. cap. hæc est charitas Dei vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt. Et infra & scimus quonia filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus Deum verum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus & vita æterna. Filioli custodite vos a simulachris idest non solum idolis sed etiam vitijs mortalibus quæ simulachra dicunt in sacra scriptura, vñ & auaritia apud Paulum est idolorum seruitus. Insuper quoniam sicut simulachra videntur vitam habere ex simulatione statuę hominis, ꝙ tamen sine vita est, ita omnis transgressor legis & cultor vitiorum, quamuis videatur viuere gloriose, tamen est & manet in morte spiritualis gratiæ Dei in hoc mundo, donec sicut simulachra muta proijciatur post hanc vitam in mortem æternam gehennę ignis conflandus sine morte, vbi erit perpetuus dolor & stridor dentium &c. De his Pau. sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditię & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cum enim serui fuistis peccati, liberi fuistis idest a dominio iustitiæ vel sine iustitia q̃ liberos facit homines a peccato, quem ergo fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescetis? Nam finis illorum mors est, nunc vero liberati a peccato, serui facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati mors, gratia autem Dei vita æterna, in Christo Iesu Domino nostro. Et dum seminat aliud cecidit secus viam & conculcatum est, & ita sine fructu fuit talis seminatio. Aliud super petram & ortum aruit, quia sine humore fuit, & ita sine fructu fuit talis seminatio. Aliud inter spinas & exortum spinę concrescentes secum illud suffocauerunt, & sic sine fructu fuit talis seminatio. Quoniam & si ad tempus aliquid in eis viriditatis apparuit, tamen successu citissime tota

Rom. 6.

viriditas aruit & vana fuit. Aliud cecidit in terram bonam & ortum fecit centuplum. Notate cum timore & tremore deuoti auditores verba, & signa te mysteria. Ecce Deus filius Dei seminauit bonum semen, & tamen quarta seminis pars solum fructum fecit, & vne hoc fratres charissimi? Nunquid ex Dei defectu, cuius est optimum semen, a quo omne bonum & omne donum procedit a patre luminum descendens? Nam in Deo non cadit ignorantia seminatoris, non impotentia, non deficit voluntas bona qui vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis perducere, sed hoc accidit ex parte malitię audientium, quia vt dicit philosophus, omne quod recipitur, recipitur per modum recipientis. Radij enim solares pertranseunt vitrum, & conuertuntur in eum colorẽ quem in vitro adinueniunt. Et actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. Non enim bene sed maculate carta liuida scriptura recipit, vt patet, quamuis peroptimus sit artifex pictor, & scriptor Ita etiam verbum diuinum quod est nobilius omni tinctura mundi & omni balsamo purius, requirit bonam dispositionem & præparationem in homine suscipiendi illud, de hoc Iacob. propter quod abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitię, suscipite in mansuetudine insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Et Paul. Notũ autem vobis facio fratres Euãgelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini, qua ratione prædicauimus vobis si tenetis, nisi frustra credidistis. Propterea idem Apostolus. Quia Christi bonus odor sumus, quia scilicet Christus nobis bonus apparet in sua prædicatione & in moribus, Deo scilicet hic odor noster placens, quia Christũ prædicamus crucifixũ eiusq; virtutes. In his qui salui fiunt, quia tales recipientes sinceritatem prædicatam eis de Christo, & eius virtutibus, bono odore prædicato per nos re-

Nõ est mirũ ꝙ pdicatores q̃n- q; parũ in pdicando faciũt, qa ecce vnum tãtũ semẽ fructificauit ĩ Chri prædicatione.

1. Cor. 15

2. Cor. 2.

crean-

Digitized by Google

creantur ad salutẽ. Et in his qui pereunt, idest quia tales pereunt non ex odoriferis floribus scripturæ de Christo & virtutibus eius prædicatis, sed quia sicut bubones tales odores vineæ Christi florentis abominantur ex malitia eorum in damnationem animæ eorum. O quàm felix est prædicator, qui prædicat euidenter vt sit odor, sapienter vt sit bonus odor, veraciter vt sit odor Christi, non autem Antichristi fetor, gratanter vt sit bonus odor Deo, salubriter in his qui salui fiunt, sufficienter autẽ in his qui pereunt. Sequitur in Paul. sumus quidẽ nos prædicatores ita prędicantes bonus odor. Sed hic bon⁹ odor alijs suple auditoribus sumus odor mortis in mortem scilicet ex praua & mala dispositione eorum in recipiendo verbum Dei, quod saluat animas nostras. Alijs autem odor vitæ in vita idest quia in timore Dei, suscipiunt verbũ salutis eis prædicatum. Et ad hoc dicit Paul. Quis tam idoneus sicut ego idest vt sim ex veritate prædicata bonus odor ad salutem, non sic ut Pseudoprophetæ adulterantes verbum Dei, vnde addit. Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbũ Dei, scilicet carnalẽ sensum miscentes prædicationi Euangelij: sed ex sinceritate idest loquimur verbum Dei, ex vera sinceritate, & intentione bona, sicut ex Deo mouente Matth. non enĩ estis vos qui loquimini, sed spiritus sanct⁹ qui loquitur in vobis, dicit ergo sed ex sinceritate sicut ex Deo corã Deo inspectore corda nostra in Christo loquimur. Verumtamen plurimum ad recipiendum sincerius verbum prædicatum facit sinceritas vitæ prædicatoris. Quia dicit Paulus de seipso castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne cum ipse prædicauero alijs reprobus efficiar. Sed nos prædicatores sumus vt dicit Aug. sicut cophin⁹ seminatoris. Ille in me ponere dignatũs est, quæ vobis spargo, nolite attendere ad cophini vilitatem, sed ad seminis claritatem, & potestatem seminatoris. Hæc ille. Ita & ego obsecro vos, o deuoti auditores quamuis sim peccator & cophinus immundus & in malis meis inueteratus, nolite aĩaduertere ad cophinum, sed ad potestatem seminatoris, qua indignus semino vobis verba salutis æternæ. Sum enim legatus Christi, cuius persona non respicitur, cum quandoq; vilis conditionis regij legati sint, sed attenditur persona in eo mittentis ipsum, quem repręsentat, cuius verba ex parte legantis prolata ad quos missus est audiuntur cum honore & reuerentia magna, ac magno timore. Quia nos non loquimur vobis, sed spiritus sanctus per os nostrum. Et Cayphas cum esset Pontifex anni illius vere prophetauit de necessitate mortis Christi, Et Christus dicit de prauis Phariseis & scribis qui sedebunt super cathedram Moysi. Quæcunq; dixerint facite, secundum opera eorum nolite facere. Aqua enim limpida verbi Dei ꝑ quodcunq; canale ligneum vel argenteum emanat & fluit, potui est salubris, & ab omnibus exhauritur. Flores etiam ex spinis leguntur, spinis reiectis secundum Apostoli consilium. Quod bonum est sectamini in inuicem & in omnes. Hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis, spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere idest propheticas prędicationes sacræ scripturæ, vt sapientia in Prou. declarat dicens, cum prophetia defecerit dissipabitur populus, omnia autem probate, quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester & anima vestra, & corpus sine quærela in Aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur, fidelis est qui vocauit vos, qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Nolite ergo temerarie iudicare deuoti auditores dicentes. His nostris temporibus prædicatores paruum fructum faciunt, quasi ab eis & ex defectu accidat ipsorum, & non audientium, qui male dispo-

Simile.

Similia.

1. Thesa. 5.

Pro. 19.

Perpulchrè discurrĩt ꝑ sacrã scripturam de semine optimo adeo

in antiqs patrib? seminato, tamen pessimum fructum fecit.

nuntur ad recipiendum insitum verbum salutis. Nũquid meliores sumus Deo seminatore in veteri testamento qui bonum semen in primis parentibus seminauit, & ipsi optimum semẽ conuerterunt in amaritudinem. Qui seminauit in Abel, & Chaim optimũ semen, & Chaim fratricida, nec Deum sibi remittentem peccatum audire voluit, sed dixit maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. Nonne Noe vir iustus & simplex per centum annos prædicauerit contra corruptionem terræ, comminãdo ex parte Dei excidium futurum per diluuium, & derisa est iusti simplicitas, & solum familia domus eius scilicet vxor eius, & tres filij & vxores eorum audierũt eum, cæteri etiã serui & seruę si quos tunc habuerint non audierunt eum, & perierunt cum corruptoribus terræ. Non ne Loth, monitu Angeli suos generos hortabatur exeundi secum propter futuram subuersionem sodomæ, & noluerunt audire eum diridendo, & cum sodomitis perierunt? Quid dicendũ sit de Pharaonis durissimi obstinatione, vt nec signa, & prodigia, & propria excidia eum possent conuertere cum suo populo ad faciendũ Dei voluntatem, vide etiam libros Moysi quot trãsgressiones in Deum fecerint visis tot Dei signis & miraculis in oculis eorum perpetratis. Omitto cætera loca sacræ scripturæ causa breuitatis. Animaduertite ad sanctos prophetas præteritos, de quorum excidijs habes in prædica. inferius de vinea plantata secundæ. d. q. f. 6. Hoc solum ante vos ꝑpono. Quãta in Chr̃o fuerit mãsuetudo, q̃ta virtus, q̃ta sapientia, q̃ta patiẽtia promissus etiam eis in lege, & nihilominus paucissimos cõuertit, imo & conuersos in die palmarũ contra se habuit proclamatores crucifige, crucifige. Vnde ergo tanta in ipsis obstinatio, qui de se dixit, quis me arguet de peccato. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Sed causa fuit quã ipse dicit. Qui ex Deo est verba Dei audit, propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non estis. Et insuper sciebat Pilatus, quia per inuidiam tradidissent eum &c. Ecce hic seminauit Christus in hodierni diei Euangelio, & solum quartum semen fructificauit cadẽs in terram bonam. Alia autem semina euanuerunt varijs modis, secundum varias dispositiones recipientium verbum eius suaue, & dulce salutis æternæ. Vide nostram predicam doctrinalem de verbo Dei, quia ibi de his prolixe dixi. Et de vtilitate verbi Dei ad longum sum prosecutus. Et dum seminaret aliud cecidit secus viam, aliud supra petram, aliud inter spinas &c. Christus enim hic vt dicit S. Grego. ex hoc Euangelio dedit nobis exemplum & documẽtum exponendo per seipsum Euangelium parabolicum, vt sciamus rerum significationes quęrere, etiam in his quæ ipse per seipsum voluit exponere. Vnde & ipse Greg vltra Christi expositionem dat aliam expositionem consonam Euangelio dicens. Si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres demonia, spinas diuitias exposuerimus mens vestra ad credendũ nobis forsan dubitaret, sed Christus nobis per suam expositionẽ dedit documentum, & vt nos sciamus quærere rerum significationes. Nã & nos non incongrue possumus accipere per hęc tria loca in quibus vane & sine fructu semen verbi Dei cecidit tria principalia peccata, quæ sunt origo omnium malorum, & causa cecitatis omnis luminis & veritatis. Et sunt hæc tria, scilicet luxuriarum concupiscentia significata in via publica. Ambitionis, & superbię elatio, signata per petram aridam, & auaritiæ cupiditas signata Per spinas. Hęc enim tria peccata fuerunt occasio, ꝙ vocati ad cenam agni & ad nuptias Paradisi renuerent venire, vnus dicens villam emi, & necesse habeo exire & videre illam in quo secundum Aug. denotatur sequentis ꝑ superbiam honores & pompas, vbi dicit Greg. dum dicit, rogo habe me excusatum, & venire contemnit, humilitas

litas sonat in voce & superbia in actio ne. Alius dixit iuga bouum emi quandoq;,& eo probare illa, in quo ostenditur auaritia & eius solicitudo & nimia anxietas temporalium acquirendorum. Et dicuntur iuga bouũ quinq; quia hic omnibus conatibus sensuum terrenis, quasi duplicatus idest ligatus fortiter talibus solicitudinibus adherent. Alius dixit vxorem duxi non possum venire, in quo denotãtur carnis illecebrę. Vnde Aug qui vxorem duxit, carnẽ amplexatur, carnis voluptatibus iocundatur. Et hic coniugiũ quod est bonum non prohibetur, sed prohibetur cum accidit expetere secundum desiderium voluptates,& nõ propter fęcunditatem, vnde illicita mortale voluptas impedit ingressum regni Dei, quæ hic per connubium significatur, in quo quandoq; currũt voluptuosi sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, de quibus vide Tob.6.cap. ibi dicitur in quibus in matrimonio coniunctis habet demonium potestatem. Denotantur ergo in his tribus mortales illecebrę horum peccatorum, quæ excludunt a regno Dei. Hæc enim tria peccata maximum dant obstaculum veritati percipiendę & cognoscendę, & plurimum impediunt fructificandi in vinea Ecclesiæ, Dicamus igitur. Aliud cecidit secus viam idest in cor voluptuosorum & carnalium, ac luxuriantium, vt omnis veritas salutis in eis per tales voluptates conculcetur. De quibus Greg. in mora. Ex quo luxuria semel mentem alicuius occupauerit, vix eũ, bona desideria cogitare permittit, sũt eius viscosa desideria. Quia ex suggestione oritur cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione consensus, ex consensu operatio, ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio, ex desperatione peccati defensio, ex defensione gloriatio, ex gloriatione damnatio. Hæc ille. Et magister historię scolastice supra iudicũ ca.3. Reliquę tribus ad diuitias se tradentes, per epulas & libidinem iam imbelles facti, in cõuersatione legum integri non erãt.

Superbia & auaritia ac luxuria maxime sunt impeditiua veritatis cognitionis, & prædicationis obstaculũ.

Insignum huius cecitatis luxuriantiũ & comessantium Deus præcepit filijs Israel. Si genuerit homo filium contumacem & proteruũ, qui non audierit patris, ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit, apprehendent eum & ducent ad ciuitatis illius seniores, & ad portam iudicij, dicẽtq; ad eos. Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat & luxuriæ, atq; conuiuijs, lapidibus eũ obruet populus ciuitatis & morietur vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat. Prouer. Qui adulter est propter cordis inopiam perdet animam suã, turpitudinem & ignominiam congreget sibi, & opprobrium illius non delebitur. Et 2. qui ingrediuntur ad mulierem alienam quæ mollit sermones suos, & relinquit ducẽ pubertatis suę & pacti Dei sui oblita est, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ. Exemplum habemus in Salomone sapientissimo. Auerterũt mulieres cor eius, cunq; iam esset senex deprauatũ est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos, nec erat cor eius perfectum cum Domino. Et quia non legitur pœnitentia eius multi dicunt, ipsum esse damnatum Idem ostenditur in senibus contra Susannam quia concupiscentia peruertit sensum eorum & iustitiam, vtinam his temporibus idem non fiat in senibus nostris dnm virtus reliquit eos & concupiscentia durat vsq; ad mortem, practica. Et quare hæc via vbi semẽ cecidit, designet cor hominis luxuriosi & voluptuosi ratio est. Quia sicut via publica communis est & omnibus patẽs, ita voluptuosi cor & luxuriosi est tanquam publicum patens omnibus cogitationibus occurrentibus immundis, quia nulli resistit sed in eis delectatur, Et cuilibet tali dicitur posuisti vt terra corpus tuum, & quasi viã transeuntibus, verbum igitur Dei qđ cadit

Deut.21.

3. Reg. 11.

Isai.51.

eadit in corde sic publico cōculcatur quia malę cogitationes ipsum concul cant, & Diaboli per aues hic significa ti ratione velocitatis comedunt illud, dum de corde auferunt,ne afferat bonum fructum, volucres vero cęli dicuntur demones in aere habitantes, quia demones secundum Augu. vsq; ad diem iudicij erunt in isto aere cali ginoso ad hominum exercitationem. Ne credentes idest christiani credentes legi diuinæ, quam ipsi ex concupi scentia contemnunt salui fiant,sed in sua damnatione moriantur. Possis hic practicare contra vtrumq; sexum, q̄ periculosa sit vita lasciua. Aliud cęcidit supra petram non habentem humorem, & significat cor superborum, & qui pompis & vanitatibus delectantur, quæ faciunt irascibilem indurare in homine inflato signato per siccam, & duram petram. Nam durum est qd tactui non cedit sed repercutit se per cutientem, ita vanus & superbus nulla percussione vel monitione vel prędicatione humiliatur,sed induratur. De quibus Hier. Indurauerunt faciē suam supra petram, & noluerunt conuerti. De hac superbia dura dicebat, Tobia filio suo 4. superbiā nunquam in tuo sensu,aut in tuo verbo dominari permittas.In ipsa enim sumpsit initium omnis perditio.Et Aug. in regu la superbia insidiat, etiā bonis operibus vt pereant. Et Prou. Inter superbos semper sunt iurgia. Dei verbum Pro.13. igitur cadens & receptum in corde superborum,& qui vanitatibus operam dant, arescit, vt in sua proteruitate indurentur. Et si aliquando ex aliqua curiositate sibi placeant verba Dei, tamen cito semen hoc moritur, nec ad perfectum venit per opera bona, quia carent ex inflatione &c. gratiæ & charitatis humore. Apud quos quandoq; humilitas sonat in voce, & superbia in actione. Nam & si quandoq; videntur aliquam deuotionem vel scintillā deuotionis habere in exterioribus, tamē dicit Psal. tāge mon Psal. tes & fumigabunt. Nam vt bene dicit fasciculus temporum,stultus si se stultum putat, adhuc aliquid de lumine intelligentiæ habet, sed si sapientem extimat, tunc completa est stultitia eius, nec erudiri potest,sed sapientes persequitur,similesq; sibi sociat.Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, ex curiositate prædicas sequentes speculatiue & non practice. Sic quandoq; & laudāt prędicatores, & credunt verbis eorū imitantes diabolum,qui etiam ipse fidem solam habet de rebus diuinis. Nam & ipsi credunt & contremiscunt, vt dicitur Iac. Iaco. 5. sed non secundum spiritum. Propterea tales peracta prædicatione in tempore tētationis recedunt,quia de humore humilitatis parum vel nihil habent. Quod clarum est in hæreticis superbis & sapientibus secundum seculi scientiam quæ inflat & est absq; charitate. Practica hic de omni genere artium & officiorum & mulierum, quæ adinuentionibus pomparum in dies nouis modis operam dant, vt mi nime ex prædicatione emendentur. Aliud cecidit inter spinas, & simul ex ortę spinę suffocauerunt illud.Spinę hic denotant auaritiam,quæ est idolorum seruitus, per quam concupisci bilis anxiatur. De malignitate viri auari,dicitur auaro nihil scelestius,& Eccle.10. nihil iniquius,quam amare pecunias. Hic enim animā suam venalem habet quoniam in vita sua proiecit intima sua. De his primæ Thi. 6. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tētationem & in laqueum Diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quā quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo Dei hæc fuge. Merito ergo dicit Christus hoc mane. Quod autem in spinis cecidit, hi sunt qui audierūt verbum Dei, quia isti veniunt quandoq; ad sermones,& multa opera misericordiæ facere proponunt, & quandoq; restituere mala ablata cogitant.

Sed

Digitized by Google

Sed hi sunt qui audierunt, & a solicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocantur in proposito bono, & non referunt fructum: allecti cupiditatibus & diuitijs quasi obliuiscentes omnium quæ proposuerant. De his Christus ponit exemplum. Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se dicens. Quid faciam quòd nõ habeo quo congregem fructus meos? & dixit. Hoc faciam. Destruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi & bona mea, & dicam animæ meæ, anima habes multa posita in annos plurimos, reqesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus, stulte hac nocte animam tuam repetent a te, quæ autem parasti cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Et alibi. Facilius est Camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare regnum cęlorum. De hac auaritia Aug. insatiabilis auaritia, patri non parcit, nõ cognoscit matrem, fratri non obtemperat, non amico fidem seruat, inuadit bona viduæ, rapit rem pupilli, falsum testimonium profert, occupat res mortui, quasi non ipse moriturus. Deterior feris, quæ parcit prædę, cum fuerit saturata. Quartum semen cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Et sunt hi qui corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia, de hoc Christus laudanti mulieri ventrem quę eum portauit, dixit, quinimo beati qui audiunt, verbum Dei, & custodiunt illud. Secundum Greg. fructum per patientiam reddunt, quia cum humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic & vua calcibus tunditur, & in vini liquore liquatur. Sic oliua contusionibus expressa amurgam suam deserit, & in olei liquorem pinguescit Sic per trituram areæ a paleis grana separantur, & ad horreum purgata perueniũt. Qui ergo appetit plene vitia vincere, studeat humiliter purgationis suæ flagella tollerare, vt tanto post ad iudicem mundior veniat, quãto eius nunc rubiginem ignis tribulationis purgat. Et Psal. Domine quis habitabit in tarbernaculo tuo &c. dic si vis totum Psal. quia est ad propositum supra totum Euangelium.

Luc. 12. Matth. 19. Similia. Psal.

In homelia huius Euangelij perpulchras contemplationes ponit sanctus Gregorius de contemptu terrenorum & amore celestium, quia terrena sunt transitoria, sed cęlestia æterna, vide.

IN

IN QVINQVAGESIMA, SERMO PRIMVS.

CAECITAS SPIRITVALIS, VNDE ACCIdat peccanti, maximum istius cęcitatis periculum: Pietas Christi appropinquantis, & illuminantis, & passio eius recogitanda proponuntur; Insuper docemur quid nobis clamandum sit coram Deo & sine Deo esse quàm sit periculosum.

Luc. 18. *FACTVM EST AVTEM, CVM APPROPINQVARET Iesus Hierico, cæcus &c. Lucæ. 18.*

NIHIL magis homines retrahere solet a malo, & in bonum excitare: Quàm cum cósideratur grauitas, & periculum, qđ ex malo occurenti accidit, vel accidere potest, & ex bono magno, emolumentum, vel vtilitas magna. Propterea, solet dici, oderunt peccare mali formidine pęnę, Vnde & Dominus. Mandauit filios contumaces parentibus qui cómessationibus & conuiuijs & luxurię vacant per parentes coram iudicibus accusari, & ꝙ inuenti in huius delictis obruantur a populo lapidibus & moriantur, vt auferatur malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat, & similiter vtilitas ex bono, excitatiua est ad virtutes, quia omne opus graue leue est, magna vtilitate sperata ex illo.

Deut. 21.

Hoc igitur mane tempore carnis priuij, quo licentius hoíes ad ineptas & periculosas, ac damnabiles recreationes, vel vt melius dicam dissolutiones se dissoluunt, & a virtutibus retrahũt, sancta mater Ecclesia in exéplum figurale anteponit & dat nobis cęcum secus viam mendicantem, qui vt dicemus denotat miserum hominẽ his temporibus, cęcitate sua spirituali expositum viæ publicę lasciuiarum & ex hoc omni bono & virtute mendicum, pro cuius sanitate spirituali tam grauiter Christus passus est, qua tenus vel abstineamus ab insolentijs, vel vinum nostræ letitię sit aqua temperátię mixtum, ne Deus offendatur, & in cęcitate spirituali propter ingratitudinem relinquamur &c. Sed potius attendamus præteritam cęcitatem & spiritualem mendacitatem a nobis excutere, implorãdo Iesum humiliter illuminet nos ne vnquam obdormiamus in morte, ne dicat inimicus noster Diabolus, præualui aduersus eum.

In hoc Euangelio tria sunt puncta moralia, primo grauitas cęcitatis spiritualis, secundo modus sanationis, tertio perseuerantia in bonum.

Quoad primum. Quia supra Christi passionem inferius circa primam partem Euangelij locuturi sumus, hic cęcus secus viam mendicans, denotat meum populum præteritis diebus ex sua spirituali cęcitate expositum viæ publicę omnium concupiscentiarum, vt in præcedenti Dominica diximus,

& ideo

Digitized by Google

& ideo mendicum in bonis spiritualibus. Nam cęcitas accidit vel ex defectu & infectione pupillę oculi, vel ex defectu medij deferentis speciem ab obiecto, vt cum inter oculum & obiectum opponitur aliquod opacum, vt etiam accidit in aere fuliginato, vel quia obiectum aspiciendum est nimis distans vt virtus oculi ad ipsum non possit extendi, vel species obiecti ad oculum deferri, vel quia obiectum lucidum aspiciendum subtrahit suum splendorem vt in Ecclipsi solis, accidit, vel in noctę Sole sub terra existente, vel dum candela accensa abscondi tur. Ita a simili cęcitas spiritualis in misero homine accidit, quandoq; ex mala & infecta sua dispositione, vt cũ peccat ex malitia. Tunc enim talis macula spiritualis venenosissima oculum taliter excecat mentis, vt in aperto cespitet, iuxta dictum prophetæ, ambulauerunt vt ceci quia Domino peccauerunt. Quæ cęcitas figuratur in militibus Syriorum, qui acrisia percussi apertis oculis per mediam Samariã ad mortem sunt deducti, extimantes se non in Samariam, sed extra Samariam esse & deambulare. 4. Reg. 6. O quam periculosa est hæc cęcitas spiritualis ex macula malitiæ procedens. Quoniam est insanabilis in se, nisi magna Dei misericordia adsit ad remouendum a tali oculo hanc maculam. Et hac macula omnes illi sunt infecti, qui non peccant per ignorantiã. Quoniam a talibus cognita veritate, ignorantiæ cęcitas ab eis recedit. Et qui peccant per fragilitatem aliqua passione concitati, transacta passione recognoscuntur emendando suam infirmitatem. Sed aliter est de his qui peccant scienter contra mandata Dei, & contra legis Dei inhibitionem. Quia sciunt se male & pessime operari, nec ad hoc passione vel ignorantia deducuntur, sed consuetudine & malo habitu, qui in eis conuersus est in naturam, quiq; violenter & voluntarie naturæ inclinationem in bonum, deprauant ad malum, dicentes, vt bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucẽ, amarum in dulce, & dulce in amarum. De his sic cęcis dicit. Nunquid ethyops potest pellem mutare, aut pardus varietatem, ita & vos nunquid potestis benefacere cum didicistis male facere? De quibus dicit Isai. a planta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas, &c. quia tales communiter exponuntur absq; emendatione omni viæ malę, vt sint omnibus prauis desiderijs expositi calcari. Vulnus dicit, quia aperta est plaga eorum, quoniã inuerecunde tales operãtur. Et liuor, quia plaga eorum est mortalis, & insanabilis, vt liuida plaga. Et plaga tumens, quia isti nolunt corrigi, sed vt Psal. dicit tange montes & fumigabũt. Nam tales sunt impatientissimi in correctionibus sicut Iob. Dixerunt Deo suo recede a nobis, viam scientiarum tuarum nolumus. Non est circumligata scilicet freno rationis, nec curata medicamine vero, quia vel non curant de confessione salutifera, vel si cõfitentur impenitenter confitent. Nec fota oleo, quia talibus oleum misericordiæ a Deo non datur, sicut accidit Grisarori Romano apud sanctũ Greg. qui in morte demonibus circũdatus, inducias a Deo petijt, quas non est cõsecutus. Hi miseri sunt spiritualiter in via publica mendici vt prodigus, qui totam suam substantiam consumpsit viuendo luxuriose, & mendicans adiunxit se Diabolo porcos pascendos. Quoniam tales & corpus & animam Diabolo tradunt, qui eos facit voluptati in ceno porcorum omniũ spurcitiarum, donec cum ipso detrudãt in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentiũ, & cũ epulone q epulabat quotidie splẽdide, & induebatur purpura & bisso, crudelis animæ proprie & alijs, & sepultus est in morte in inferno. De his dicit Io. Dicis quia diues es & nullius indigeo, & nescis qa miser es & miserabilis, pauper & mendicus. Aliquando cęcitas accidit ex medij indispositione. Et hæc

Marginalia: Vnde cecitas spiritualis in homine accidit. — De malignitate peccati ex malitia. — Isai. 5. — Hier. 13. — Isai. 1. — Lib. dial. — Apoc. 3.

hæc significat peccantes ex ignorãtia. Quia sicut medio ad temperantiã deducto visio oculo restituit circa suum visibile, ita & peccatores ex aliqua occurente passione, transacta commotione ad recognitionem reducuntur. Horum fragilitati Deus citius succurrit. Psal. Recordatus est figmenti sui. Et Pau. de seipso. 1. Thi. 11. dicit. Quia ignoranter feci in incredulitate, misericordiam consecutus sum. Hoc accidit dicit Chris. in his qui pro veritate pugnant inuenta veritati quiescunt, qui autem ex malitia inuenta veritate non desistunt. Aliquando cęcitas accidit ex absentia vel subtractione obiecti, ita & in vita spirituali, quandoq; Deus iusto iudicio in reprobum sensum aliquos suis exigentibus demeritis dat, vt habetur Ro. 1. cap. per totũ. De his dicit Deus. Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Et nota cæcitatis periculum, quia cęcus non videt quæ post se relinquit, nec quæ sunt ante ipsum, nec quæ sũt vltra ipsum. Ita miser cecus spiritualiter, non considerat similia sibi, quia ante ipsum, fecerunt finem & interitũ ad mortem infernalem. Vide de his Sap. 5. ad longum, vbi incipit. Nos insensati vitam illorum extimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est, cætera prosequere. Non videt nec considerat, quia præsentium dulcedo concupiscentiarũ est cooperta, sicut marzapanus vel comestio desuper deaurata, & mixta aliquali dulcedine, & tamen tota est venenosa. Quoniam vt dicitur Tre qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Et Prouer. extrema gaudia luctus occupat. De quibus Christus dixit. Sicut factum est in diebus Noe ita erit in diebus filij hominis. Edebãt & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias vsque in diem qua intrauit Noe in archam, & venit diluuium, & perdidit omnes, similiter sicut factum est in diebus Loth. Edebant, & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & edificabant. Qua die autem exijt Loth a sodomis, pluit ignem & sulphur de cęlo & omnes perdidit. Similiter non præuidet futura, sicut Amon filius Manasses. 4. Reg. 21. Qui videns, quod Deus patri suo percisset super suas enormitates, voluit & ipse in sua iuuentute vitam patris imitari cum spe venię & interfectus est. Dico non præuidet futura, quoniam in tali statu moriens, certum est ipsum ad infernum deduci, & quòd sepultura asini sepelietur, vt Ioachim Rex triũphosus apud Hier. 22. Et quòd vt Sobna templi præpositus voluptuosus apud Isai. 22. coronans coronabitur confusione. Et quòd cito apparebunt sibi digiti sententiæ diuinæ vt Baldasar apud Dan. contra eum scribentes, mane Thethel Phares idest numeratę sunt omnes dissolutiones tuæ & acta & cogitata tua, & appensus es in statera iustitiæ diuinæ librandus, & inuentus es minus habere, quia vel nihil de genere bonorum fecisti, vel quia fuerunt talia tua bona mortua vel mortificata ex mortalibus tuis peccatis, & congregasti, vt Egea. 1. ca. dicit mercedes in sacculum pertusatum. Phares diuisiõ, quia iam tempus instat tuæ mortis, & quando non extimas eris diuisus a sanctorum regno, & datus Medis & Persis idest Diabolo & Angelis eius igne æterno sine fine cremandus, vt dixit Iesus apud Lucam de homine diuite auaro omni temporali bono aucto, dicente animæ suæ, anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus, stulte hac nocte animam tuam repetent a te, quæ autem parasti, cuius erunt? Secundo miser cæcus impingit huc atq; illuc, quia de peccato in peccatum cadit obstinatus, vt in fangum & feces luxuriæ, in lapides ocij, & obstina-

1. Thi. 11.
Isai. 6.
Tre. 4.
Pro. 111.
Luc. 17.
Luc. 12.

nationis, in ligna auaritiæ, quæ tineæ demoliuntur, in spinas iræ & rancoris, in foueam omniũ malorũ & in laqueos, vt aues, inextricabiles. Psalm°. Funes peccatorum circumplexi sunt me, modo quo Isaia.24. dicit de similibus. Secretum meum mihi, secretũ meum mihi. Ve mihi, præuaricatores præuaricati sunt, & pręuaricatione transgressorum præuaricati sunt scilicet quia ex malitia peccauerunt in Deum & legem. Ideo formido, & fouea, & laqueus super te, qui habitatores es is terrę. Et erit qui fugerit a facie formidinis, cadet in foueam, & qui se explicauerit de fouea tenebitur laqueo, quia cataractę de cęlo apertæ sunt, & concutientur fundamenta terræ &c. Et modo quo Pharao. Spiritualiter cæcatus currit in mortem insensatus, vt transiret mare rubrum exiccatum hæbreis, sicut hæbrei per miraculum transierunt illud. Et in medio malitię cõclusus fuit cũ toto exercitu suo, & suffocatus reuerso mare, dum in medio fluminis esset. Practica circa huiusmodi, est facile. Quia De⁹ & lumen naturale in talibus obtenebrari permittit, sicut ipsimet ꝓfitẽtur dicentes. Video periculũ certũ, & non possum ab eo explicari. Et non sine mysterio cęcus hic erat Hierico, qui interpretatur Luna & significat defectum & lunaticam mutabilitatem, & potest significare istum mundum, qui ad modum lunæ est defectuosus, & instabilis, imo ciuitas maledicta a Domino, quia contraria totaliter populo Dei vt habetur Ios. 6. De mundi huius periculo & instabilitate dicit perpulchrè beatus Aug. ad Heremitas. O munde immunde. Vide hãc auctoritatẽ inferius Dominica quarta. Nihilominus est valde periculosũ esse in hoc mundo. Primo sicut in mari magno sine gubernatore. Psalm. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vsq; ad animam meam. Matth. 14. Domine saluum me fac, secundo sicut in graui bellò sine duce. Ideo Moyses. Si non tu ipse pręcedas

Exod.14.

Quã magnũ picu-lum est in hoc mũdo esse sine Deo.

ne nos educas de loco isto. Deduc me in iustitia tua, ꝑpter inimicos meos. Tertio sicut via longa sine viatico pane. Si dimisero eos ieiunos deficient in via. Si ambulauero in medio vmbrę mortis nõ timebo, quia tu mecum es. Quarto sicut in carcere tenebroso sine lumine. Ideo. Educ de carcere animam meam. Ideo Christus visitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris sedent. Quinto sicut & in diuturno exilio sine consolatore. Ideo Apostolus. Benedictus Deus pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Sexto sicut in fornacis incendio sine vento refrigerante. Angelus Domini descendit in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit mediũ fornacis quasi rorem flantem. De eius maledictione habetur. Non quia creatura Dei quæ est bona, sed quia continet in se prauos homines omni iniquitate & immunditia plenos, vt dicit S. Paul. Hic enim continens pro contento accipitur. Qui merito a Domino sunt maledicti, & merito maledicendi vsque ad interitum, vt habetur ibidem in maledictionibus, quæ dantur his, qui Deo ex aduerso incedũt. Vide & dic ea breuiter si volueris. Cęcus igitur erat in hierico, quia hi mundani homines nihil de Deo sentiẽtes, sed contrarij tam legi diuinæ, quam naturali, vt quod tibi non vis, alteri non facias, & quod tibi velis fieri, fac tu & alijs, in contrarium vertunt hanc sententiam: Pupillo & viduæ nocentes, calumniantes & opprimentes iustos & innocentes, &c. Practica de his ad omnes conditiones hominum. Sũt dico contrarij legi scriptę morali, vt puta decem præceptis diuinis. Practice dic de horum præceptorum malitiosa transgressione. Sunt contrarij legi gratiæ & Iesu Christi institutis, cui in Baptismo promiserunt abrenunciare Diabolo & pompis eius, & tamen sicut canis ad vomitum, sibi

Exod.33.
Psal.
Matth.8.
Psal.
Psal.
2.Cor.3.
Dan.3.
Leuit.26.
Rom.1.

se

Digitized by Google

ſe iterum tradentes, de quibus Hier. 2. A ſeculo fregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, dixiſti non ſeruiam. Merito ergo vt maledicta Hierico in Dei maledictionibus corrues, vſq; ad interitum & temporale & ſpirituale, tu qui a cunabulis frāgis vincula Dñi & vincularis cathenis Diaboli, & factus es filius ethyopis, non valentis mutare pellem ſuam, ſicut tu prauam tuam in voluptatibus conſuetudinē. Inſuper appropinquat Ieſus hierico ideſt huic mundo, dum per incarnationem venit in hunc mundū mutabilē, & inſtabilē, vt a populo hæbreorū inſtabili multa opprobria toleraret. Nā quidam in populo dicebant quia bonus, quidam, quia malus, & ſeducit turbā, & multus murmur erat de eo. Et quid inſtabilius eis. In die palmarum exierunt obuiam ei cum tanto honore, & in die veneris ſancti eiuſdem ſeptimanę clamauerunt, crucifige crucifige. Practica de his Nihilominus quāuis ingrata Iudea & inſtabilis fuerit erga eum, tñ recordatus eſt figmenti ſui, quia venerat ad ſaluandū peccatores, vt ꝓ ſalute humani generis turpiſſimam mortē ſuſtineret, ſicut hoc mane in ſacro Euangelio in Eccleſia recitatur. De quo Pau. ꝑ patientiā curramus ad ꝓpoſitū nobis certamē, aſpicientes in actorē fidei, & conſumatorē Ieſum. Qui ꝓpoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucē cōfuſione contēpta, atq; in dextera Dei ſedet. Recogitate.n. eū, qui talē ſuſtinuit a peccatoribus, aduerſus ſemetipſum confractionē, vt ne fatigemini animis noſtris deficientes. Aſpicite ergo, o deuoti auditores his præſertim temporibus diſſolutionum in auctorem vitæ, tentatum per omnia pro ſimilitudine abſque peccato, vt Paul. dicit vt nos ſua morte a Diaboli poteſtate eriperet abſoluendo a peccatis. Aſpicite inquam oculo deuotionis cordialis & recognitionis, & nolite iterum crucifigere Chriſtum veſtris diſſolutionibus, vt dicit Pau. rurſum crucifigentes in ſemetipſis filium Dei. Nolite efficere inanem in

Hęb. 12.

Hæb. 4.

Hęb. 6.

vobis pro peccatis veſtris Chriſti paſſionem, dum conuertimini iterum ad ſimulachra, & theatralia gentium, quæ Chriſtus aboleuit ſua paſſione. Paul. An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis a Deo, & non eſtis veſtri. Empti enim eſtis precio magno, glorificate Deum in corpore veſtro. Practica glorificare Deum, non ſolum in anima ſed etiam in corpore, quia configurabimur etiā corpori Chriſti in beatitudine, & qa membra noſtra ſunt templum ſpiritus ſancti, quia in baptiſmo & corpus noſtrum eſt ſanctificatum Sed quilibet veſtrum conſideret an bonum ſit, corpus noſtrum de templo ſpiritus ſancti, efficere per enormes diſſolutiones templum demoniorum. Et nō glorificamus Deum in corpore noſtro, ſed Diabolum accipite vſque ad pedes, practica. De hoc Pſalm. Lamentatur ex parte Chriſti contra chriſtianos ad patrem dicens. Quem per Iudæos tu percuſſiſti ideſt percuſſionibus pro ſalute humani generis expoſuiſti, perſecuti ſunt me chriſtiani ſcilicet deterius, qui redempti præcioſiſſimo ſanguine meo ſunt. Et ſuper dolorem vulnerū meorum ideſt quantum ex parte ipſorum eſt addiderunt ſuis diſſolutionibus. Contra hæc S. Paul hortatur nos dicens. Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione ſicut Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum ꝓ nobis oblationē, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquiū, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſed magis gratiarum actio. Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorū ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hæc.n. venit ira Dei in filios diffiden-

Cor. 6.

Eph. 5.

H 2 tiæ.

Digitized by Google

tiæ. Nolite ergo effici participes eorũ. Eratis.n.aliqñ tenebrę, nunc aũt lux in Dño, & filij lucis ambulatis. Fruct⁹ eñ lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate, probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite cõmunicare operibus infructuosis tenebrarum, magis aũt redarguite. Quæ.n. in occulto fiunt ab ipsis turpe est & dicere oĩa aũt quæ arguunt̃, a lumine manifestant̃. Propter qđ dicit, surge q dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chřs, videte itaq; fratres quõ caute ambuletis, nõ quasi insipiẽtes, sed vt sapientes, redimẽtes tẽpus qm̃ mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligẽtes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto, loquentes vosmetipsis in Psalmis, Hymnis, & cãticis spũalibus, cãtantes, & psallẽtes in cordibus vřis Dño, grãs agẽtes semp ꝓ oĩbus in nomine Dñi nostri Iesu Chři Deo & patri. Hec Pau. Tu aũt practica hęc, ꝓut erit ad ꝓpositũ. Appropinquauit ergo Hierico.i. huic mũdo, vt & cęcũ.i. pñblicũ peccatorẽ omni bono mendicũ illuminet. Oĩa.n.genera peccatorũ Chřs ꝑ suum aduentũ sanauit, & illuminauit, aridorũ, claudorũ, cæcorũ, & mutorũ. Oĩa bene fecit, surdos fecit

Mar.6.

audire & mutos loqui. Et quotquot tangebant eũ salui fiebãt.s. merito suę fidei dispositiue, & potestate Christi

1.Thi.1.

effectiue. Fidelis sermo & omni acceptione dign⁹, Christus Iesus venit in hũc mundũ peccatores saluos facere, quorũ ego primus sum. Quando igit tu, o, cæce omni virtute spiritualis intelligentię destitute, qui curris nũc sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, persentis Christũ vel Christi prædicatores ꝑ te pertrãseuntes, tibiq; verbũ salutis ꝑdicantes, cognosce, quia venerunt tibi legati Dei, Nazarei & floridi, intelligentia veritatis ad tui salutẽ quęrendã. Et clama ad Chřm benignũ saluatorẽ. Iesu pie saluator fili Dauid, sine peccato cõceptus, sed de peccatoribus natus, miserere mei sicut Dauid es misertus, & cæterorũ peccatorũ, & illumina oculos meos cęcatos stercoribus hirũdinũ omniũ spurcitiarum, ne vnquã obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus præualui aduersus eum. Iã credet me ita in cæcitate & mendicitate publica manere. Doleo & penitet me omniũ scelerũ meorũ. Quoniã si a te illuminatus fuero, iam reuiuisco, iam a publica via recedo peccatorum, iam non mendicabo sed plenitudine gratiarum tuarũ replebor, vt vnde abundauit delictum, superabundet & gratia. Nec caret mysterio in eo ꝙ increpabatur vt taceret, quia caro, mundus & demonia obsistunt valde conuertentibus ad Christum, suas delectationes voluptates & lasciuias relinqre. Quoniam mundus, caro, demonia, diuersa mouent prelia: & incursu tot phantasmatum turbatur omne Sabbatum, modo quo Diabolus excitabat, vẽtos cum puluere cõtra quendam in vitis patrum mundum relinquentem, & ad monasterium monachorum currentẽ. Tandem proiectis vestimentis eũ impedientibus a cursu, nudus ad monasterium cucurrit. Insuper conuersi ad Christum habent amicos socios & parentes sibi dissuadentes viam salutis. Sed tu dic cum Dauid idẽ sibi dissuadentibus ne tantam pœnitentiam ageret. Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei, exaudiuit Dominus deprecationẽ meã. Erubescant & conturbentur oẽs inimici mei, cõuertant̃ & erubescant valde velociter. Practica hic de similibus a bono ꝓposito alios auertẽtib⁹, maxime hoc carnis priuio. Insuꝑ nõ caret mysterio, ꝙ Christus non ex ignorantia, sed vt ostendat ꝙ omnis cõuertens ad Deũ debet ex parte sua disponi & ꝑparari ad conuersionẽ. Quoniã pauci Pauli inueniuntur, quibus Deus sicut & latroni subitanee subuenit per illuminationẽ. Interrogat cęcũ clamantẽ ad ipsum, fili Dauid miserere mei. Quid tibi vis faciã? Quasi diceret. Paratus

Digitized by Google

ratus sum tibi subuenire, sed a te requiro dispositioné, vt desideres ex magno desiderio quærẽda, qm̃ actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. Et Aug. dicit. Qui fecit te sine te, non saluabit te sine te. Respondit domine vt videam, o sancta petitio visus est nobilissimus sensuum faciens cognoscere plures differentias rerum, quia terrestria & cęlestia. Beatus enĩ homo est, qui videt & prospicit quæ videnda sunt sibi ad salutem scilicet cognoscit, q̃ in terrenis transit mũdus & concupiscentia eius. In cęlestibus Deus præparauit se diligentibus, quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Practica hic de transitorijs, & de recognitione sui ipsius, & de amissione patriæ æternæ, & aquisitione damnationis æternę per peccatum. De quo. Scito & vide, quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esset timor eius apud te, dicit Dominus exercituum. Practica de huiusmodi. Et tunc pius Iesus recordatus figmenti sui, qui nos vt ait propheta descripsit in manibus suis, sic disposito dicit. Respice, dum talem illuminat, & dat intellectum paruulis, comendando fidem suam, qua saluus factus est videns per illuminationem, & surgens a prauitate vitæ præteritę per sequelam & imitationem Christi, vt Pau. hortatur superius, magnificando Deum per gratiarum actiones, & orationes, quia eum per illuminationem vocauit, & traxit ad se sequendum misericorditer, per imitationem suam & vitæ antiquatę mutationem. Plebs autem quæ de ipso scãdalum alias propter cęcatam, & publicanam vitam eius acceperat, videns hoc, dat laudem Deo, qui non est acceptor personarum, sed vt dicit S. Pet. Act. In veritate comperi quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi. Plures habes moralitates in Voragine in hac die. Super hoc Euangelio de cæco contemplatur sanctus Gregorius dicens. Videt & sequitur, qui bonum quod intelligit operatur. Practica. Hic cæcus videt, & statim sequit Christũ. Ex hoc moraliter datur intelligi, vt quilibet cum cognoscit veritatem lucis per illustrationem spiritus sancti, non debeat negligere amplecti & sequi eam, sed statim quasi e graui somno exurgens se ipsum velocius & excitare, & excutere a tempore & somno ignorantiæ, modo quo dicit Paul. Exurge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Iob. 29. quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Videt & non sequitur, qui bonum quod intelligit operari contemnit. Practica hic per omnes status ecclesiasticorum & secularium, quos omnes pro conditione status sui non desinit Deus illuminare, vt sequantur veritatem quam intelligunt, vt præsidentes & iudices, & iuuenes, ac virgines senes cum iunioribus. Ideo sequantur veritatem quam profitentur & represęntant, ne dicatur eis seruus sciens voluntatem Domini sui, & nõ faciens, verberabit eum plagis multis. Et ne dicatur eis Isai. 22. proposito templi Sobne, quid tu hic aut quasi quis tu hic? Quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale, diligenter impetra tabernaculum tibi. Ecce Dominus asportari te faciet sicut asportatur Gallus gallinaceus, & quasi amictum sic sublevabit te, coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam, & spaciosam. Et de his illuminatis a Christo, & nolentibus ambulare viam iustitiæ dicitur. Ambulauerunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Vnde tales illuminati a Deo d[illegible] negligunt vel contemnunt lumen eius directiuum, traduntur iusto Dei iuditio, vt bonũ

Hiere. 2. Act. 10. Luc. 12. Isai. 5.

cognitum dicant esse malum, & malū bonum, lucem tenebras, & tenebras lucem, ponentesq; amarum in dulce, & dulce in amarum. De his etiam Paul. Reuelatur autem ira Dei de cęlo super omnem impietatem & iniustitiā hominum, eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis, Deus enim illis manifestauit. Et infra. Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiēs cor eorum. Dicentes enim se sapientes esse, stulti facti sunt. Et multa ibi ad propositum prosequitur sanctus Pau. ꝙ tales tradidit Deus in reprobū sensum, vt sciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate. Vide totum. Et concludit. Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexere: quoniam qui talia agunt, digni sūt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt faciētibus, hęc Paul In figuram huius hely cęcus lumen coram archa non poterat videre nisi extingueretur. Sic maxime prędsidentes & cæteri ex malitia peccantes, nō possunt nec audire, nec videre Dei veritatis lumen eis prędicatū, nisi extinctū, modo quo apud Iob, dixerunt impij Deo suo, recede a nobis, qa viā sciētiarū tuarū nolumus. Sequitur in Greg. Si ergo fratres charissimi cæcitatem nostræ peregrinationis agnoscimus, si credendo in redemptoris nostri mysterium iuxta viam sedemus, si exorando quotidie ab auctore nostro vitæ lucem petimus, si eandem lucem iam per intellectum videndo illuminati, post cæcitatem, sumus, Iesum quem mente cernimus opere sequamur. Aspiciamus qua graditur, & eius vestigia imitando teneamus. Iesum enim sequitur qui immitatur. Hinc dicit, sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Sequere enim dicitur imitare. Io. 12. qui mihi ministrat me sequatur. Consideremus ergo qua gradere, vt sequi mereamur.

Isai. 5.
Rom. 1.
Matth. 8.

Nam Moysi dixit Deus. Inspice & fac tibi secundū exemplar datum in monte, figuratiue in Christo crucifixo in monte Caluarie, cuius tota vita & actio fuit nostra instructio. Hic circa vitam Christi percurre. Prosperari enim in hoc mundo noluit, sed blasphemias irrisiones & opprobria tolerauit, sputa, alapas, spineamq; coronam, ac crucem sustinuit. Et quia rerū corporalium delectatione a gaudio excidimus interno, cum qua amaritudine illic redeat respōdit. Quid itaq; homo pro se debet pati, si tanta Deus pro hoībus pertulit? Practica hic contra hominum stultitias, quę fiunt per annū ab eis, maxime hoc carnis priuio dissolutionibus, in quibus miseri christiani iā illuminati a Christo eundi viā salutis, ambulant per tenebras exteriores & interiores in dānationē animæ suæ, Deumq; irritant, vt meritò post grauia flagella in præsenti dentur in reprobū sensum, sineq; spe subleuationis repleantur omni iniquitate, vt dicit Apost. dū fructū passionis Christi eis collatū, in Zenū luxuriarū & aliarū voluptatū proijciunt. Contra quos etiam Christus patri lamentatur dicens in Psal. Quē tu percussisti, idest exposuisti pcussionibus iudeorū, supple christiani psecuti sunt, idest suis reiterationibus peccatorū, & carnis priuij dissolutionibus, & super dolorē vulnerū meorū addiderunt scilicet modo quo Pau. dicit. Iterū crucifigentes in semetipsis filiū Dei, & ostentui habentes. Reuocemus ergo fratres charissimi ante oculos peccata quæ fecimus & facimus. Consideremus q̄ terribilis iudex hæc puniturus adueniat. Mentem formemus ad lamenta. Vita nostra ad tempus amarescat in pęnitentia, ne æternā amaritudinem sentit in vindictam. Per fletus quippe ad gaudia ducimur veritate pollicente quę ait. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Ad fletum vero æternum per gaudia venitur, hæc eadem veritate attestante quæ ait. Ve vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis

Exo. 25.
Rom. 1.
Psal.
Hæb. 6.
Matth. 5.

& fle-

& flebitis. Si ergo retributionis gaudium in peruentione quærimus pęnitentiæ amaritudinē in via teneamus. Sicq; fit vt non solum vita nostra in Deū proficiat, sed ipsa hęc nostra cōuersatio ad laudem Dei, & alios accēdat. Vnde & hic subditur. Et oīs plebs vt vidit, dedit laudē Deo. Hanc Greg. moralitatem tu sententialiter & practice augendo recites & dicas secundum quod Deus te direxerit. Ad propositum huius diei vide in alio libro nostrum sermonem super historiam rebellionis Absalonis contra patrem. Et alium de reuersione Semei post rebellionem ad Dauid.

EIVSDEM DOMINICAE, SERMO SECVNDVS.

DE NOMINE QVINQVAGESIMAE; DE Iubilei significatione: De bona seruitute, & mala: De frenandis dissolutionibus carnis priuij, & de spiritualis cęcitatis diuersitate.

FACTVM EST AVTEM, CVM APPROPINQVARET Iesus Hierico, &c. Lucæ. 18.

IN hoc Euangelio qnquagesimę sūt tria annotanda pro nostra, spirituali instructione, maxime his tēporibus dissolutionum carnis priuij. Primo de nomine quinquagesimæ 2. de Christi passione. 3. de cæci illuminatione. Quo ad primum, quærere possunt auditores, quid hic per nomen quinquagesimæ importetur & significetur. Respondetur, ꝙ Deus præcepit. Solemnizari annum iubilei (Luc. 25.) idest remissionis & libertatis, & hoc fiebat quinquagesimo anno a die Paschę quo agnus immolabāt. Nā Deus instituit Hæbreis per Moysen, vt diē paschę obseruarēt in memoriā, quādo Angelus transiens de nocte ꝑ Ægiptū interfecit primogenita Ægipriorum saluis & intactis Hæbreis. Deinde ordinauit diem solemnissimum Iubilei vel Penthecosten quinquagesimo die a die Paschę, hoc est. Fiebat anno quinquagesimo post Pascha Iudęorum, in memoriam ꝙ 50. die ab exitu de ægipto acceperunt legem in monte Sinai. In hoc ergo festo Iubilei. i. remissionis, debita eis remittebantur, serui liberabantur, & omnes ad suas possessiones venditas reuertebantur. Et quia erat Iubileus solemnitas spiritualis, in ea etiam per contritionem ex parte operis operantis peccata eorum delebantur secundum interprætationem & significationem nominis. Et quoniam dicit sanctus Pau. omnia eis in figuram contingebant, & ipsorum solemnitates secundum mysticam significationem nostras solemnitates ꝑfigurabant, ideo ab hodierna die Dominicæ. l. vsq; ad Pascha nostrum, sunt. l. dies, & in nostra Pascha maximus Iubileus christianis per Christū datus est, Qm̄ dicit Pau. vt qūo Chrs surrexit a mortuis ꝑ gloriā pris, ita in nouitate vitæ ambulemus. (Rom. 6.) Qm̄ si cōplātati. i. consepulti ꝑ Baptismū, facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes

Quid nomine intelligit quinquagesimæ, & defi- | *guratiua significatione Iubilei veteris legis.*

quia verus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Si aũt mortui fumus cũ Christo credimus, quia simul etiam viuemus cum illo, scientes q̃ Christus resurgẽs ex mortuis, iã nõ moriť, mors illi vltra nõ dominabitur. Qui enim peccato mortu⁹ ẽ, mortu⁹ est semel, q aũt viuit viuit Deo. Ita & vos extimate vos mortuos quidem esse peccato, viuẽtes aũt Deo in Chro Iesu, nõ ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore, vt obediatis cõcupiscentijs eius. Et quomodo debemus renouari in nouitate mẽtis, quam significat Chri resurrectio ostendit Paul. 7. cap. Nunc autẽ soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur, per Christum, qui nos liberauit a iugo legis, quæ non aperiebat regnũ vitæ, ita vt seruiamus scilicet Deo in nouitate spiritus & non in uetustate litteræ, scilicet quia cerimoniẹ litterales legis antiquẹ mutatẹ sunt p̃ Christum per innouationem spiritualem, & mysticam. Et hoc ita esse declarat in sequenti cap. dicens. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit.n. me a lege peccati & mortis. Nã quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur p̃ carnẽ, Deus filiũ suũ mittens in similitudinẽ carnis peccati, & peccato peccatũ damnauit in carne, & iustificatio legis impleť in nobis, qui nõ secundũ carnẽ ambulemus sed scd̃m spiritũ. Et 12. cap. de hac renouatione figurata p̃ resurrectionẽ Chri dicit. Obsecro itaq; vos fratres p̃ misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiã viuentẽ, sanctã, Deo placentẽ, rationabile obsequiũ vestrũ, & nolite cõformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit volũtas Dei, bona & beneplacens & perfecta. In omnibus prædictis verbis sensus est, q̃ Christi resurrectio est figura nostræ innouationis spiritualis, vt amplius non seruiamus peccato liberati per mortẽ eius a peccato, sed in nouitate mentis ambulemus, quæ sunt veteris legis litteralia obseruantes secũdum spiritũ, quoniã legis opera non iustificabant, nec gratiam conferebant ex opere operato. Nã in lege circũcisio iustificabat loco Baptismi. Vide de hoc in primo libro non aũt opera legis in lege cerimonialiter ordinata, nisi vt opus operans, si ex charitate fiebãt, nõ aũt opus operatũ, vt apud nos faciunt sacramenta Ecclesiæ, q̃ efficiunt qđ figurãt. Vnde p̃ aquam expiationis in lege fiebat remissio pęnę legalis, non p̃prie peccati vel culpæ. Et ideo exhibemus nunc per veram renouationẽ vitæ nostræ corpora nostra hostiã viuentem, quia Christus iam viuit nunquam moriturus, sanctam, quia dicit Deus ego sum sanctus, ideo & vos sancti estote. Deo placentem, quia de Christo pater dixit. In quo mihi bene complacui, rationabile obsequium vestrum, quia Christus fuit via veritas & vita. Et nolite cõformari huic seculo, quia Christus dixit, ego non sum de mundo .i. conformis mundo, sed reformaminĩ in nouitate sensus vestri, vt totam veterẽ vitã in intellectu & voluntate, ac in omnibus vestris sensibus nouam faciatis, eo modo figuratiue, quo Naaman leprosi loti ad iussum Helisei viri Dei. 4. Reg. 5. cecidit leprosa caro, & noua facta est in eo sicut pueri, vt probetis quæ sit voluntas Dei, quia tota vita christiani debet esse in operibus bonis quẹ voluntati diuinæ placent, & cætera. Secundo debita eis remittebantur. Nos omnes sumus debitores Deo ex continuis delictis nostris, & nostris ingratitudinibus, secundum quod quotidie oramus dicentes. Et dimitte nobis debita nostra. Et debitum nostrum per parabolam Christi Lucæ. 7. ostenditur in debente decem milia talentorum, quia a cunabulis, vt dicit hic a seculo, idest ab ineunte etate compote rationis, fregisti iugum, rupisti vincula, & dixisti non seruiam: Et hæc sunt 10. milia talentorum. In denario enim numero, debitorũ intelli-

Matth. 3.

Hier. 2.

telligitur transgressio pro omni tempore ætatum, quia si iustus septies cadit, quid dicturi sumus de nobis peccatoribus, qui quotidie peccamus vsque septuagies septies, imo sine momēto fragile est figmentum nostrum? Et quamuis Deo nō possumus satisfacere secundùm æqualitatē, tamen deus requirit à nobis, non proportionem, sed proportionalitatem, vt scilicet ei satisfaciamus, & reddamus quantum possumus ex parte nostra, scilicet honorem & reuerentiam, quia dicit per
Malach. 1. prophetam. Si ego dominus, vbi est timor meus, scilicet reuerentialis. Circa quem honorem reddendum quantum deficimus clarum est, vt cœli obstupescant de tāta irreuerentia nostra erga Deum. vt simus merito à Deo despiciendi, sicut scriptum est. Væ qui
Isa. 33. spernis, non ne & ipse sperneris. Debemus etiam Deo gratitudinem. Hic possis te extendere de beneficijs diuinis datis & in communi, ciuitati, & in particulari priuatis hominibus. Et nihilominus, non est intelligens aut re-
Psalm. quirens Deum, vt dicit Psalm. sed omnes inutiles facti sunt, vt merito eis de siccetur fons pietatis diuinæ. Quia vt
Isa. 1. dicit Isai. Bos cognouit possessorē suū, & Asinus præsepe Domini pro paruo pabulo, populus autem meus me non cognouit, & Israel non intendit mihi, ut merito relinquatur domus nostra deserta. Insuper obligamur Deo per recognitionem, & satisfactionem pro delictis nostris assiduis, pro quibus satisfaciendis non solum sumus negligentes, sed etiam quotidie mala malis, & cumulum cumulis addimus, vt sit mi-
Hier. 4. sericordiæ Domini, ꝙ non simus consumpti, quia non defecerūt misericordiæ eius. De similibus tu prædicator practicè te extende, quia habes latum pratum. Et quamuis nostræ iniquitates & ingratitudines, & irreuerentiæ in Deum sint magnæ, tamen pius dominus quod seruus non satisfacit, nec satisfacere potuit. venit pro eodem in se ipso satisfacere, Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. De hoc Paul. Et uos cum mor- Coll. 2.
tui essetis in delictis & præputio carnis vestræ conuiuificauit, cum illo donans vobis omnia delicta, delēs quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio, affigēs illud cruci, & expolians principatus & potestates, traduxit cōfidenter palam triūphans illos in se ipso. Tertio per iubileum Hebræorum serui liberantur. Nam inuenio in sacra scriptura seruitutem bonam & seruitutem malā animæ, sed bona facit liberum hominem, mala fecit hominem ligatum. Serui- Seruitus bona & mala.
tus bona quæ facit hominem liberū, est seruitus qua Christo & honori eius ac mandatis inseruitur. Hęc enim seruitus libertatem dicit, quia magis cōfirmat eos in bonum & ad uirtutes. Vnde & Deus maximè est liber, in quo tamen nullum cadere peccatū potest, & Angeli boni ac beati confirmati in gratia sunt liberi, quia bonum quod faciunt, libere illud faciunt, quamuis peccare non possint. Nam peccare est deprauatę voluntatis liberę, sed secūdum rationem viuere est rectè voluntatis libere, quia flexibilitas ad malū non est de essentia libertatis, sed per accidens vnde glo. dicit, libera uoluntas erat in Christo, & tanto liberior quanto peccare non poterat. Paul. rationabile obsequium vestrum. Et Io- Iof. vlt.
sue dixit Hebræis, liberi estis ad seruiendum Deo, & Psal. Anima mea in Psalm.
manibus meis semper. Seruitus igitur bona est, quæ est amoris & non timoris seruilis, sed filialis, secundum August. Et de hac seruitute laudat se
Apo. dicens. Paulus seruus Iesu Chri- Rom. 1.
sti. Et Psalm. de lege domini dicit Etenim seruus tuus custodit ea, & iterū, seruus tuus ego sum, & filius ancillæ tuę. Et de remuneratione horum seruorum bonorū, qui mnas domini bene dispensant habetur. Propter hoc Isa. 61.
hæc dicit dominus Deus. Ecce serui mei comedūt, & vos esurietis, ecce serui mei bibent, & uos sitietis. Ecce serui mei lætabūtur, & uos confundemini.

Digitized by Google

ni. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis, & dimittetis nomen vestrum in iuramentis electis meis, & interficiet te dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio. Est alia seruitus quę est mala & damnosa misero homini, de qua Christus, qui facit peccatum, seruus est peccati. In hac enim seruitute culpa dominatur, & iustitia expellitur, de qua Apost. dicit. Cum serui essetis peccato, idest culpæ inseruistis, liberi fuistis iustitiæ, idest à domino iustitiæ, quasi diceret. Iustitia Dei & ordo rationis non dominabatur vobis. Iob 11. vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri se liberum putat natum. In peccatore enim ratio ligata est quasi vt furioso, vt quod turpissimum est iudicet pulchrum. Væ qui dicitis bonum malum & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucē tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Et Iob 31. esse sub gentibus delitias computabant. De malignitate huius seruitutis dicit sub similitudine Sap. per ancillam cū fuerit hæres domine suæ terra non solum mouetur, sed hoc sustinere non potest, Nam in peccatore sensualitas vsurpat dominium supra voluntatem & rationem. Ideo Christus vt supra dixit. Qui facit peccatū seruus est peccati. De his vltra in superioribus expositionibus declarata ad hoc propositum, vide super Euangelium primæ Dominicæ. q. f. 5 quæ scripsi. De hac seruitute nos Christi iubilemus liberat, quia dicit Christus Pharisæis. Qui facit peccatum seruus est peccati, à qua seruitute si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Et Paul. Itaque fratres non sumus ancillæ filij, de qua dictum est Abrahæ. Eijce ancillam & filium eius non enim erit hæres filius ancillę cum filio dominę, sed sumus filij liberę, qua libertate Christus nos liberauit. In quo Pauli dicto habetur figuratiue, quàm odibile est peccatum domino, & quod qui secundum sensualitatem viuit, comparatur filio ancillæ. Quia talis excludendus est à regno Dei, quod est datum in hæreditatem filijs, idest viuentibus secundùm rationem. Paul. Nunc autem liberati à peccato serui facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam, sed stipendia. i. retributio peccati mors, scilicet æterna. De hac liberatione iubilei per Christum dicit Paul. Fidelis sermo & omni acceptione dign⁹. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Ad propositum prædictorum vide Epistο. S. Pauli ad Ephes. 5. vbi ponit pulcherrimam exhortationē à peccatis abstinendi, quia talia operantes non hæreditabunt in regno Christi & Dei. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Et ad propositum temporis carnis priuij Deut. 22. Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea, abominabilis est, apud Deū, qui facit hoc. Non indueris vestimento, quod ex lana linoq́ue contextum est. Moraliter intelligit inter alia, quòd non debemus inordinatè viuere & sola exteriori apparētia & non interiori Christiana veste indui, idest nominari nomine christiano & apparentia exteriori, & interiori vitam diabolicam habere. Nam in veste ex lino & lana contexta apparet extra lana, qua cooperitur interius linum contextum. Hoc etiam spectat ad religiosos, qui extra lanam ostendunt, idest pœnitentiam. sed intus sunt linum, idest vani, sæculariq́ue, vt epulo, vita & camisia induti. Insuper ad propositum eorum qui sacra uel uerba vel vestes Deo dicatas conuertunt in derisum figuratiuè habes Exodi 30. Vbi pręcepit Deus oleum Vnctionis, quo Sacerdotes vnguntur est sanctum, caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta cōpositionem eius non facietis aliud, quia sanctum est,

Seruitus mala. Io. 8. Rom. 6. Isa. 5. Prou. 30. Io. 8. Gal. 4.

est, & sanctum erit vobis. Homo quicunque tale composuerit, & dederit ex eo alieno exterminabitur de populo suo. Nam in veteri testamento, quę erant deputata ad cultum Dei absolute, non conuertebantur ad prophanos vsus, De his multa dixi in sermone nostro de honore sacerdotali.

¶ Quarto omnes ad suas possessiones reuertebantur, quia uenditę possessiones olim, tēpore iubilei ad suos primos dominos redibant. Nam mystice primi parentes nostri vendiderunt possessionem regni Dei gratis, vt dicit scriptura, gratis venūdati estis, gratis redimemini. Dico vendiderunt pro appetitu scientiæ boni & mali, & pro inobedientia contra diuinū prę-ceptum inhibitiuū de esu pomi scientiæ boni & mali perdiderunt Paradisum Terrestre, à quo expulsi sunt pro se & posteris suis, & Paradisum Cœleste quod eis cum posteris suis clausum fuit usq; ad Christi mortem. Ad possessionem igitur nostram regni cœlorum redimus per mortem, & iubileum Christi. Paulus. Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente in redemptionem earum, prę-uaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionē accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Multa etiam habes sparsim per sacra euangelia de regno Dei, & quibus vijs sit conquirendū, & qualiter Christus docebat de regno Dei vt dicit Matth. docebat eos de regno Dei. Et de mercede eius habes in multis locis. Arcta enim est via, quæ ducit ad vitam, & regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Quoniam omnes qui vitam volunt æternam ingredi, oportet dicere, non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis dicit Paulus. Et August. siue fuerit Petrus apostolus, cui Deus tradidit claues regni cœlorum, siue Ioannes, cui reuelata sunt secreta cœlestia, siue Paulus, qui fuit vas electionis, omnes oportet dicere per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Ecce quomodo regnum cœlorum vim patitur. Quia mūdus, caro, dæmonia diuersa mouent prœlia aduersantia cō-quirendi hoc brauium æternum. Sicut sunt ad præsens hi dies diabolici, in quibus si quid lucrat' est Deus per pœnitentiam præteritorum dierum in vobis, totum perditur & amittitur per naufragium diabolicum dissolutionum. Nec consideratur quod dicit Paul. stipendia peccati sunt mors, id est interitus æternus. Et qui nutriuntur in croceis, amplexati sunt stercora, & qui talia agunt aut sunt eis consentientes, regnum Dei non possidebunt. Consideretis igitur his carnis priuij temporibus, vt saltem moderentur vestræ dissolutiones, quoniam ad iubileum Christi est præparādum à principio, per media ordinata debita ad ipsum, ne quæ malo sint inchoata principio, deteriori fine concludantur. Propterea & sancta mater Ecclesia hodie in sacro Euangelio duo nobis exempla apponit tamquam frenum, equum & mulū nostrum in preceps & interitum suū spiritualē currentem, refrenantem. Primo vt consideremus causam aduentus, & mortis tam amare Iesu Christi, qui quod nō rapuit exsoluit, extendendo manus suas in crucis arbore, quas debebamus nos extēdere propter nostram transgressionem in nostris parentibus factam, in extēsionem manuum suarum ad vetita. Inebriaris ergo his temporibus vino luxurię & gulositatis, considera Christi potū felle & aceto mixtum, vt te ab his voluptatibus abstrahas. Ornaris turpitudinū indumentis, considera, quas turpitudines, & derisiones Christus pro te assumpsit, vt consideratione harum te ab his vituperijs abstrahas. Manus tuas extendis ad infinita vetita, cōsidera manus innocentes Christi, extensionem & clauos passos, vt te ab illicitis actionibus remoueas, dum consideras te iterum actibus prauis tuis crucifigere in membris suis, quātum in te est, Christum.

Hebr. 9.

Rom. 6.

Frenū dissolutionū est consideratio passionis christi pro peccatis oblatæ.

Pe-

Digitized by Google

Pedes tuos veloces habes contra testimonia Dei, ipse fixit eos clauo in cruce, vt conuerteres tuos in testimonia eius. Et cor suum lancea perforauit, vt cor tuum prohiberes a voluptatibus tuis, & ipsum haberes fixum in amorem Christi, pro salute tua & tuorum peccatorum talia patientem. Et breuiter q̃ te descripsit in manibus suis, vt dicit Isai. & in toto corpore suo à planta pedis vsq; ad uerticem, vt tui non obliuiscatur nõ addas ei dolorem super dolorem vulnerum eius, sicut prophetice Dauid ex parte Christi lamentatis se ad patrem suũ contra nos dixit. Pater quem tu percussisti, idest permisisti ex obedientia tua percuti à Iudæis ad salutem generis humani, ipsi christiani ingrati suis dissolutionibus persecuti sunt deterius me, & quã cum ex parte sua est addiderunt super vulnera mea. Quia Christus Petro fugienti mortem pro salute quibus prædicabat occurrit dicens ei. Venio Romam iterum crucifigi Idest paratus sum iterum pro salute humana pati, si opus esset, & tu fugis mortem. Vere si tempore dissolutionum quis hæc ruminauerit, excitabitur in amorem Christi pro Christo admiranda operari, sicut elephãs excitatur à sua accidia per ostensionem sanguinei coloris ad pugnam pro amore Domini sui. Ideo deus Moysi figuratiue dixit. Inspice & fac secundùm exẽplar ostensum tibi in monte. Idest in omnibus actibus tuis. verte oculos tuos ad crucifixum, & secundùm vestigia eius operis. Et Paul. Ideoque & nos tantam habentes impositam nubem testium, idest sanctorum, qui per fidem vicerũt regna & cætera, vt in præcedenti capitulo dicit, deponentes omne põdus, & circunstans nos peccatum, per patiẽtiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in actorem fidei, & cõsumatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera Dei sedis sedet. Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus ad- Hebr. 12. uersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animabus vestris deficientes. Non dum enim vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum regnantes, & obliti estis cõsolationis, qua vobis, tanquam filijs loquitur dicens. Filioli nolite negligere disciplinam domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Et hic in Euangelio cæco præmittitur passio Christi, qua nulla singularior medicina potest dari nostris cæcis, & vanis concupiscentijs, quam consideratio, vt diximus passionis Christi, cuius liuore vt dicit Isa. sanati sumus. Ideo caueamus ne reincidamus in languorem incurabilem ex contemptu diuinorum, & proprię salutis. Cæcus hic etenim potest nobis recte denotare miserum hominem, maxime his temporibus cæcatum stercoribus carnalium concupiscentiarũ figuratiue, sicut Thobias stercorum calidorum hirundinum. Hic est mendicus, quia & si dicit voluptuosus epulo, vt dicit Ioan. diues sum, quia scilicet incrassatus & impinguatus, & nullius indigeo, & nescis, quia miser es & miserabilis, pauper. & egenus. Sicut enim habens rectam & securam conscientiam est quasi in iugi conuiuio secundùm Prouer. 15. mens secura quasi iuge conuiuium, quia habet in se cumulum meritorum apud Deũ, de quo Psal. Mihi adhærere bonum est, & ponere in eo spem meam. Et iterũ. Quid enim in cęlo est mihi? Et quid volui à te super terram? quasi diceret nihil super terram, sed in cœlo magnas tuas diuitias desidero, quas præparasti diligentibus te. Et Pau. Gratias ago Deo meo semper pro uobis, quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo, in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita vt nihil uobis desit in ulla gratia expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit uos usque in finem sine crimine in die Aduentus Domini nostri Iesu Christi. Ita per oppositum vt dixit Ioan. prauis & cęcatis cõcupiscentijs, in om-

Apocal. 3.

Psalm.

1. Cor. 1.

Digitized by Google

in omnibus es pauper, miser & mendicus. Et August. dicit. Iussisti domine & ita est, pœna est sibi omnis inordinatus affectus. Hic insuper carnalis & voluptuosus merito cęcus, & mendicans dicitur. Cæcus enim secundùm Philos. est omnis peccans, quia secundùm eum omnis peccans est ignorans, non ignorãtia simplicis negotiationis, sed prauę dispositionis. Nam quia intelligentem oportet primo phantasmata speculari, quia quicquid est intellectu, primo cadit sub aliquo sensuum exteriorum, deinde sub phãtasia. Sed accidit cum phantasia ita fortiter est turbata aliqua inficiente concupiscentia, habet suum phantasma infectum eadē concupiscentia, quia omne quod recipitur in aliquo, recipitur per modum recipientis. Phantasia autem sic fortiter turbata cum suo phantasmate speciem eius offert & pręsentat tandem intellectui practico, qui versatur circa particularia. Deinde offertur rationi, vt circa illud ratiocinetur, quid voluntati est sequendum, vel fugiendum. vnde quandoque hoc phantasma ita est turbatum cõcupiscibili, uel irascibili infectione in toto sicut in amentibus, ut in toto trahat ad se rationem & uoluntatem. Nec sic ratio & voluntas inordinata peccat in suis operationibus, vt sibi imputetur, sicut nec ebrioso imputatur actus nociuus, quem in ebrietate perficit, quantum in se est. Quia in toto turbato organo phantasiæ & phantasmate infecto, sine quibus nec intellectus nec voluntas operatur, & bene aut recte operari potest, quia omnem intelligētem oportet phantasmata speculari, turbantur in suis actibus ipse intellectus & uoluntas. Quandoque tamen non est ita in toto nec phantasia nec phantasma turbatum, quin dominio & imperio rationis possit frenari, & rectificari, & voluntate per rationem rectificãtem prosequi aut renui oblatum secundùm directionem ipsius rationis. Sed quòd non frenetur inuetitum inclinans concupiscentia, prouenit vel

Quomodo omnis cæcus spiritualiter est cæcus, p pulchrè ostēditur. Item de diuersitate spũalis cęcitatis.

quia se tolerant ratio & voluntas trahi, & se ab ea se duci, allecti quasi quadam persuasione ipsius concupiscentiæ secundùm magis, & minus prædominante, vel ex quadam negligentia, dum negligunt vigilare in agendis rebus regulandis, vt merito cæco & ignoranti assimilent crassa, vel supina ignorantia. Scit enim cæcus tali in vniuersali quid rectum vel non rectum sit, et quod omnis vsura est mala. Et dum sine passione est, syllogizat recte subinferendo, sed hic contractus est vsura, ergo est mala & per consequēs non eligenda. Quando autem concupiscentia, vt necessitate familiæ &c infectus, tunc minorem secundùm quod concupiscentia praua dictat, infert opposite maiori primi argumenti, & dicit. Sed in necessitate non est vsura mala, ergo est in necessitate sequenda. Et tunc dicit ratio infecta voluntati, vsuram talem vt bonam sequendam, & eā sequitur imperio rationis allectę à cõcupiscibili. Et ita quod primo nõ infecta ratio sciebat, infecta ignorabat. Exemplum horum. potest esse in aliquo doctore grãmatico recte iudicante de syllaba breui vel longa, dum vino non æstuat, sed cum aliquo modo vino æstuat, vt si omnino est ebrius, simpliciter errat, nec aliter efficere potest. Si autem non omnino est ebrius, sed aliqualiter ex ascēsu vaporum ad caput, iudicat quandoque breuem longam, & longam breuem litteram, quia minus considerat aut reflectit, aliqualiter vaporum ascensu ad caput impeditus. Sed quia nõ est omnino ebrius, posset si vellet recte iudicare. ideo sibi imputatur talis ignorantia, tum quia poterat non inebriari, tum quia non totaliter est inebriatus, quin possit si vellet recte iudicare. de his vide sanctum Thom. prima. 2. q. 78. art. 1. & 2. sed dices nonne ratio potest dominari sensualitati infectę secũdùm omnes doctores, aliter culpa non imputaretur rationi, & uolũtati sensualitatem sequenti? Dico vltra ea quę dixi in nostro sermone de dominio rationis supra

Simile.

pra

pra sensualitatem exéplariter de puero, qui potest fortem militem ligatum deijcere, vel quia se permittit & tolerat ex aliquo fastidio infirmitatis deijci, qui tamē posset prędominari puero, si totaliter non sit ligatus, aut omnino contractus, & ita applica ad propositum. Ex his habetur, quòd quidā alliciuntur concupiscentijs ex habitu malitioso, & dicunt bonum malum & malum bonum, & dulce amarū & amarum dulce, vt dicit Isa. sed vbi dicitur. væ eis. Et hi sunt assimilati Æthiopibus, qui non possunt mutare pellem, & pardis qui non possunt mutare varietatem colorum, ita ipsi facere bonum, cum didicerint facere malum. Aliqui alliciuntur ex aliqua passione, qua transacta iterum cōuertuntur, & dicunt bonum bonum, & malum malum. Et idem dicendum est de peccantibus per ignorantiam simplicis negotiationis, & non prauæ aut supinę & affectatæ dispositionis. Vnde quandoque de his sunt iudices causarum, quibus dicitur. Non accipies personam nec munera, quia munera obcæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Merito ergo hic est cæcus vt dixi & mendicus, q̄a nulla maior mendicitas, quàm egere iuditio rationis concupiscentia inficiente, & alliciente, vt dixit superius Ioan. in Apocal. Dicis quia diues es. Et Sap. 19. nouissime autem viderunt nouam creaturam auium, cum abducti concupiscentia postulauerunt escas epulationis. Ad propositum ergo carnis priuium his temporibus, & alijs similibus offert tibi allicientes concupiscentias, sed tu conuerte te ad considerationem crucifixi, & ad cetera, vt supra dixi, & nō permittas ullo pacto morari malas cogitationes tuas, sed dū paruus est hostis interfice eum. Et Paruulos tuos, idest, paruas cogitationes allide ad petram, idest Christum qui franget, & comminuet eas, vt non sensus sed ratio & lex domini & timor eius dominetur in te. Et non sis sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus.

Deut. 17.

Psalm.

His possis practice discurrere p̄ aduersionem sensuum, ne videant, & præbeant occasionem vanitatibus, & cæt. quia non aliter melius, quàm per fugam concupiscibilia nociua frenātur. Et expolia te, vt hic cęcus, secundùm quod Marcus dicit vestimentis tuis, idest omnibus quæ te impediunt ad Christum venire, modo quo contendentes in agone ab omnibus abstinēt, & se expoliant, quæ ipsos impediunt à cursu brauium apprehendendi. Et hoc est quòd Paul. dicit. Deponentes eos secundùm pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundùm desideria erroris, renouamini spiritu mentis vestrę, & induite nouum hominem, qui secūdùm Deum creatus est in iustitia & sanctitate & veritate. Et Col. 3. de depositione vitiorum multa dicit. Insuper & addit de induitione virtutum. vide totum cap. Et curre velociter ad Christum, qui sanat omnes languores & infirmitates nostras, dicendo sibi. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. &c. Et clama ad Christum transeuntem, quia semper ipse pius transit diuersurus ad eum, qui eum vult albergari multis modis. Hic possis discurrere p̄ modos varios quibus deus transit super vel inter peccatores, aut inspiratione, aut Angeli motione, aut beneficiorum collatione, & recordatione, & cætera, vt nemo sit qui se abscondat à calore eius. Clama Iesu fili Dauid. Idest ex peccatoribus, & pro peccatoribus natus. Floride Nazarene, omniumque virtutum norma & regula, miserere mei. Hic practice discurrre, vt infirmus ad medicum per omnem languorem tuæ spiritualis infirmitatis. Et non sunt animaduertendi, immo sunt despiciendi hoc carnispriuio & in similibus auertentes, abstinere à dissolutionibus, & concupiscentijs volentes, cupientesque deuotioni insistere, & ad Christum orare pro sanitate cæcitatis, & præteritorū malorum, & de similibus discurre. Et dic cum Dauid similia patientem ab auer-

Ephes. 4.

Psalm.

Digitized by Google

auertentibus eum à fletu, & pœnitentia. Discedite à me qui operamini iniquitatem. Et in hoc quòd Christus petit ab eo quid vis, denotatur, quòd Deus succurrit bonæ voluntati cum effectu nō procrastinandi, sed sequele. Et dic peto domine, vt videam, idest vt me peccatorem cognoscam. secundo vt te cognoscā donatorem huius gratiæ. tertio vt mei miserearis. quarto ut tibi sim acceptus. Et videns sequere Christum absque mora.

Incipiunt Sermones Quadragesimales per omnes Ferias.

FERIAE QVARTAE CINERVM, SERMO VNICVS.

DANTVR TRIA DOCVMENTA AGENTIBVS pœnitentiam, & tria remedia contra tria peccata; Vtilitas etiam ieiunij; vanitas Hypochritarum; Vsus rerum temporalium; & thesaurizatio æternorum tanguntur.

CVM IEIVNATIS, NOLITE FIERI SICVT Hypochritæ tristes. Math. 6.

Math. 6. DIcit S. Gregorius in Homilia de vno martyre, sicut in arte medica calida frigidis, frigida calidis, curātur, ita dominus noster contraria apposuit documenta peccatis. vt lubricis cōtinentiam, tenacibus largitatem, iracundis māsuetudinem, elatis humilitatem, Sancta igitur mater Ecclesia Christi imitatrix, optimus spiritualis medicus, animaduertens suos Christianos, non modo præteritis anni diebus, sed etiam in præsenti grauissimis peccatorum morbis ad mortem elanguisse, secūdùm quod. Psalm. dicit. Miserere mei Deus quoniam infirmus sum, & funes peccatorum circumplexi sunt me, hoc mane in initio pœnitentiæ Quadragesimalis curauit dare omnibus pectoribus, qui aut concupiscētia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ sunt infecti, tria remedia opposita tribus præfatis concupiscentijs. vt contra superbiam docet amplecti humilitatem, dum Cineres super capita eorum ponit, dicendo eis, memento quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Ecclesiast. 10. quid superbis terra & cinis, Contra luxurias docet abstinentiam & ieiunium, quia sine cerere, & Bacco friget venus, & potus & cibus superfluus sunt, esca luxuriæ, & contra auaritiam docet contemptum terrenorum, nisi ad necessitatem vitæ dicens. Nolite thesaurizare vobis thesauros. &c.

Tria remedia dantur cōtra tria peccata.

Gen. 3.

¶ Hoc mane moraliter ex principali nostra intentione, sicut & in sequétibus

tibus Euangelijs acturi sumus, sanctũ Euangelium declaraturi sumus, vtilitati enim magis audientium, quàm subtilitati operam dabimus, in his relinquentes aliorũ sermocinantiũ subtiles expositiones altioribus ingenijs, tantummodo conabimur nouellis prędicatoribus cum vetula duo ęra minuta in Christi ac Ecclesiæ gazophilatio ponere

¶In hoc igitur Euangelio breuiter, tria documenta Christi fidelibus dantur. Primo quòd pœnitentia agenda sit per ieiunium, & per humilitatem. secũdo per lotionem spiritualem, tertio per contemptum terrenorum, & thesaurizationem æternorum per bona opera.

¶ Quo ad primum dicit. Cum ieiunatis, idest cum ieiunium sit necessarium homini peccatori in hac vita ad comprimendũ inordinatos motus carnales ad vitia, ideo amplectãdum est ieiunium & abstinentia ciborũ & potus, sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Nam dicit S. Tho. quòd abstinẽtia cibi & potus est de lege naturæ, idest de iure morali, per quam ordinatur homo ad virtutes, puta ad concupiscentias carnis reprimendas. vnde Augusti. in quodam sermone de ieiunio. Ieiunium purgat animam, mentem subleuat, propriam carnem spiritui subijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiscentię nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit. Et Ecclesia his diebus cantat in præfatione. Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris, & præmia. Sed qui obligantur ex ordinatione ecclesiæ ad ieiunium & qui non, vide summulam Gaet. quia ipse vltra alios summistas in hac materia clarius loquitur. Et cõsilium do cunctis, vel non valentibus ieiunare, vel cum sint in dubio de ieiunandi possibilitate, consultant medicos vel spirituales vel corporales, quatenus ipsorum consilio ostẽdant se filios obedientes in mandatis vel ordinationibus ecclesiæ, secundùm consilium Sapi. nihil facias sine consilio fili, & non pęnitebis post factum. Quantæ autem sint vtilitates ex ieiunio, descendamus ad particularia exempla sacræ scripturæ, quia exempla plus mouent quàm verba. Abstinentia à cibo vetito primos parẽtes conseruasset in sua innocentia, quos gulositas & appetitus eius ab ea cũ suis posteris deiecit. Item Ezech. dicit iniquitas sororis tuæ Sodomæ fuit saturitas panis & ocium. Quasi diceret si superfluitati ciborum & potus non vacares, nõ esses imitatrix Sodomorum, vt delearis modo ipsorum. Et sanctus Moyses postquàm perfecit ieiunium quadraginta dierum, meruit esse legislator. Et Helia post ieiunium quadraginta dierum meruit dominum in sibilo leuis aure audire, qui eum in suis tribulationibus cõsolaretur. Et Danieli per ieiunium multæ sunt factę diuinę admirandę reuelationes. Imo quia Daniel cũ tribus pueris proposuit in corde suo, ne pollueretur in cibis vetitis eis per legem de mensa regis, dedit eis Deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia, Danieli autem intelligentiã omnium visionum & somniorũ. Insuper Daniel secũdùm quod dicit magister Histor. suis orationibus & ieiunio impetrauit à domino, quatenus septem anni alienationis Nabuchodonosor commutarentur in septẽ menses. Item ipsa sancta vidua suo ieiunio, & abstinentia Bethualiam per Holofernẽ obsessam liberauit admirabili modo, scilicet caput amputando. Et Hester 7. populus Hebræus suo ieiunio iram crudelissimam suasu Amã euasit, Aman iussu Regis suspenso in patibulo, quod Mardocheo Hebræo parauerat. Lege insuper de Achab Rege Iuda humiliato coram domino. Ex minis Heliæ ex parte Dei, in ieiunio & fletu & sacco, meruit remissionem, dicente dño ad Heliam. vidisti Achab humiliatum? Dic ei, quia mei causa est humiliatus, non inducam hoc malum in diebus eius. Et per ieiunium & humi-

Gen. 8.

S. Th. 2. 2. q. 67. ar. 2. ad 4.

Sap. 22.

Quãtę vtilitatis sit ieiunium.

Ezech. 16.

Dan. 16.

Iudith 3.

3. Reg. 21.

Ioan. 3.

humiliationem meruerunt Niniuitæ liberari à merita subuersione propter peccata sua. Et breuiter omissis causa breuitatis alijs similibus exemplis sacræ scripturæ, cócludamus illud Christi. Hoc genus non eijcitur nisi in oratione & ieiunio. Subsequere practice. Si vis à Deo sapientiam, & intelligentiam, si vis præseruationem à malo, & conseruationem in bono, si vis à meritis flagellis liberari, non desistas ab oratione & ieiunio. quoniã hæc sunt quę audacter ante Dei tribunal iratũ, pro impetranda venia appropinquare audent. Hoc consiliũ dat nobis Ioel, conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu & planctu, & scindite corda uestra, & non vestimenta vestra, & cõuertimini ad dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & pręstabilis super malitiam. Dicit ergo, cum ieiunatis nolite fieri, & cæt. Hic etiam ostendit quòd opera nostra bona non laudis humanæ causa modo hypocritarum debere fieri, quemadmodum monachus quidam faciebat in Dialogo S. Grego. sed ad Dei laudem & honorem, secundùm quod Paul. hortatur, siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei, facite. Dicit ergo nolite fieri, idest voluntariè transfigurari per fictas adoptationes hypocritarum in apparẽdo, quamuis non inhibeam tristitiam naturalem ex ieiunio, quoniam ieiuniũ naturaliter tristitiam causat, & patet in Prouerbijs Sapientiæ, quòd tristitia desiccat ossa. dic practice de varijs fictionibus hypocritarum. O quot genera taliũ sint, vt consultat Sap. Non omnem hominem inducas in domum tuam, multæ enim sunt insidiæ dolosi. Et Leo Papa de omnibus ficte bona opera, colorata hypocrisi facientibus. Non sunt casta ieiunia, quæ non de ratione veniunt continentiæ, sed arte fallaciæ. Propterea talibus, Christus dicit hoc mane. Amen dico vobis receperunt mercedem suam, ex hominum laude, quam fictitie exquisierunt. Et tales considerent quod Christus eis dicit. Quid prodest homini, si vniuersum mundũ lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam commutationem dabit homo pro anima sua? Et Sap. dicit. Comedent fructus viæ suę, suisque consilijs saturabuntur. Et Iob 20. laus impiorum breuis, & gaudium hypocritæ ad instar puncti, & 8. cap. Spes hypocritæ peribit, nũquid Deus audiet clamorem eius, cum viderit super eum angustiam, aut poterit in omni potestate delectari, & inuocare deũ omni tempore. & 27. Quæ est enim spes hypocritę, si auare rapiat, & non liberet Deus animam eius. Quando ieiunas, vnge caput tuum.

Matth. 17.
Ioel 2.
1. Cor. 10.
Vanitas hypocrisis.
Eccles. 11.
Prouer. 1.
De lotione spirituali & eleemosyna.

¶Hæc est secunda pars Euangelij in qua datur documentum, quòd pœnitentia sit agenda, etiã præuia eleemosyna & lotione spirituali animæ. Vnge ergo in ieiunando caput tuum, idest secundùm Chrysost. eleemosynam præmitte ad pauperes Christi, q̃ sunt membra Christi capitis. Nã spiritualiter caput tuum Christus est. sitientem pota, esurientem ciba, & sic oleo misericordiæ vnxisti caput suum, idest Christum qui clamat in Euãgelio. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et Isai. 58. frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam, ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & exaudiet dominus, clamabis & dicet ecce adsum. Et Gregor. illud ergo ieiunium Deus approbat, quod ad eius oculos manus eleemosynarum leuat, quod cum proximi dilectione agitur, quod ex pietate conditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis ieiunãdo alteri largire, & vnde caro tua affligitur inde caro proximi recreetur. Hinc est quod per prophetam dominus dicit. Cum ieiunatis, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Sibi quippe

quisque ieiunat, si ea quæ sibi ad tempus subtrahit, nō pauperibus tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit. Hinc per Ioel dicitur. Sanctificate ieiunium, Ieiunium quippe sanctificare est, adiunctis alijs bonis dignam Deo abstinentiam carnis ostendere. Cesset ira, sopiantur iurgia. Incassum enim caro atteritur, si à suis voluptatibus animus non refrenetur. hæc Greg. Et faciem tuam laua, idest, spiritualiter conscientiam. Nam ieiunium debet sequi amara lachrima cōtritionis, & lotionis à peccatis. vnde dicit, post ieiunium. & faciem tuam laua, idest secundùm Chrysost. conscientiam tuam laua. Nam sicut coram hominibus facies pulchra, & decora est aspectu delectabilis, ita coram Deo conscientia munda. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Lotio enim exterior animæ nihil valet coram Deo, vt Christus ostēdit in reprehendendo Phariseos exprobrantes, quia Discipuli eius non lauabant manus, panes manducādo. Quia quod intrat per os, non coinquinat homines, sed quod ab ore exit. Quoniam quę procedūt de ore ad extra, de corde exeunt ab intra, & ea coinquinant hominem. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria: fornicationes, falsa testimonia, blasphemiæ. hę sunt quę coinquinant hominem. Et quomodo sit lauāda facies coram Deo, vt sint omnia nostra bona opera accepta coram eo. Isa. docet dicens. lauamini, mundi estote, auferte mala cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse, discite bene facere. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comederis, quòd si nolueritis & me ad iracūdiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est. Et Dauid peccans per adulterium & homicidium dicit. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrimis meis stratum meum rigabo. Qui ergo pręteritis diebus ꝓsperitatis secuti estis eum in peccatis, sequimini in pœnitentia, & imitamini in lachrimarum effusione. O quam abundantes erant eius lachrimæ, vt stratum suum penetrarent, considerādo Dei offensam, & ex offensa, iram eius, Quid quæso agendum sit uobis, & quantæ à vobis amaræ lachrimæ sint effundendæ, qui non semel, sed quotidie per annos grauissimis peccatis, & luxuriarum lutis, vt porci reuoluimini, quòd terra sit polluta in vestris inquinamentis. Discurre practice per varia peccata, quæ fiunt in populo absque freno & verecundia. Redite ad cor cum Ezechia rege, comminante totiens Domino per Prædicatores vobis, & dicite. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. vt Deus videat lachrimas vestras ex corde vestro procedentes per approbationem, & exaudiat orationes vestras in remittendo vobis vestras iniquitates. Isa. 38. Imitamini pœnitentiam sceleratissimi regis Manasses, vt Deus restituat vos à diabolo captiuatos in regnum vestrū, idest, in patria cœlesti vos ascribat in numero viuentium, à qua fuistis propter vestra peccata deleti, & in terra, idest, in inferno ascripti. vide historiam eius prauę vitæ, & eius pœnitentiam amaram, & orationem lachrimosam quam in carcere existens coram Deo humiliter effudit, vt mereretur in regnum reuerti & restitui. 2. Paralip. in vltimo capitulo. O quam admirabiliter deinde vitam suam in melius commutauit, vt esset stupori omni populo. Imitamini, & pœnitentiam sceleratissimi regis Achab. vt superius tetigimus. vere lachrima linit, & mollificat Dei duritiam, vt oratio & pœnitentia impetret veniam pro peccatis. Audet enim lauare cum Maria Magdalena pedes tribunalis Christi ad commen-

Quomodo consciētia sit lauāda per pulchre discurritur per sāctos veteris testamenti.

Canti. 4.

Matth. 26.

Isai. 1.

Psalm.

4. Reg. 21.

3. Reg. 21.

mendationem dilectionis, & remissionem omnis peccati. Quod ostensum est in latrone, in Petro, in adultera, in prodigo, & publicano, per quos discurre practice.

¶ Sequitur in Euangelio pro tertia parte eius. Nolite thesaurizare & cet. Nunquam vera pęnitentia potest dici, vbi nimius affectus & grandis sollicitudo est in terrenis, vel accumulandis, vel retinendis, sed vbi transitur per temporalia eatenus, vt non amittantur æterna, quia vt Christus dicit. non potestis Deo seruire & mammone, & exemplariter ostendit in diuite auaro, cui conclusiuè dictum est. Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, quæ aũt parasti cuius erunt? vide narrationẽ in textu, quia est pulchra. Et Matth. 19. contra diuites & habentes affectum diuitiarum in sua volũtate dicit. Facilius est Camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Et amen dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum, quoniam semen verbi Dei, quod cecidit inter spinas, simul exortæ spinæ suffocauerũt illud. Bibenda ergo sunt bona temporalia à Christianis non flexo poplite, sed manu ad os proijciendo & lambẽdo, sicut electi milites Gedeonis. vide si vis Hist. Hieronymus, ambiant terrena gentiles quibus cœlestia non debentur, concupiscant præsentia, qui futura non credunt. nostra hæreditas Christus est. Nec debent egre ferre, quasi minus cæteris habeant, qui auctorem omnium perceperunt. Nolite ergo thesaurizare & cæt. quia transit mundus, & concupiscentia eius. Dic practice. de casu terrenorum. Et quòd nudus venisti in hunc mundum, nudus, & in terram reuerteris & vt Isai. dicit. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Et praui cum Ioachim superbo & prauo, sepultura asini sepelientur. Hierem. 22. A talibus enim parentes, & amici mortuis pellem decoriabunt, & reliquum corporis eorum in sterquilinium, & anima in inferno proijcietur, vbi erit fletus, & stridor dentium. vbi decantabant plorando illud Sap. 5. dicent illi qui sunt in inferno. Quid profuit nobis superbia nostra, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Nolite ergo thesaurizare superbiam, quia Deus superbis resistit, & humilibus dat gratiam. Nolite thesaurizare inuidiã, quia Ecclesiastici decimo quarto. nequam est oculus inuidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suam. Nolite thesaurizare odia, quia qui non diligit fratrem suum manet in morte. Nolite thesaurizare auaritiam. Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis, non satiabitur donec consummat, arefatiens animam suam. Nolite thesaurizare in luxurijs & comessationibus, quia esca & potus non sunt regnum Dei, & quem fructũ habuistis, in illis in quibus nunc erubescitis dicit Paul. Nolite thesaurizare per ocium, quia operarijs datur merces regni cœlorum. Nolite thesaurizare per transgressiones præceptorum Dei & Ecclesiæ, quia tales superthesaurizant iram Dei in die irę & furoris domini. Sed thesau. thesauros in cęlo, vbi bona recondita perpetuo manebunt, quia ibi nec capillus capitis nostri peribit. vbi centuplum accipietis & vitam ęternam possidebitis, vbi est magna merces vestra. vbi electis ostendet Deus omne bonum, vbi facie ad faciem videbimus Deum sicuti est. vbi absterget deus omnem lachrimam ab oculis sanctorum, & mors vltra nõ erit neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ primo abierunt. Et hi cęlestes thesauri thesaurizantur, & conquiruntur septem beatitudinibus & obseruantia pręceptorum Dei, vt Christus dixit legis perito ac iuueni. Discurre per has beatitudines, & præcepta practice. Chrysost. Ibi substantiam suam colloca, vbi patriam habes, quoniam incorruptibiles sunt sanctorum diuitiæ, Et iterũ quæ stultitia est illic relinquere, vnde exiturus es, & illuc non præmittere, quo

[Margin notes: Luc. 12. — Luc. 8. — Iud. 7. — De modo thesaurizationis in cœlo. — 1. Io. 3. — Eccl. 14. — Apo. 21. — Matth. 19. & Mar. 16.]

Digitized by Google

iturus es. Quicquid pro anima tua feceris, hoc tuum est, quod autem reliqueris, perdidisti. Qui enim collocat thesaurum in terra, non habet quod speret in cœlo. vt quid respiciat cœlum, vbi nihil habet repositum? Quid enim mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram? vnde Paulus. Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Quoniam cum Christus apparuerit vita uestra, tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria. Et quia non habemus hic manentem ciuitatem nostrã, sed futuram inquirimus, ideo vt superius Chrysostom. dixit reponamus illic, vbi perpetuo manebimus. Sequitur vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Hic Christus respondet christianorum solo nomine militantium in Ecclesia Dei, tacitę obiectioni Posset enim quis dicere. ego sum redemptus Christi sanguine. Ego baptizatus &c. ego confiteor. communico, ecclesias visito. dic practice de similibus. Matth. 7. multi dicent mihi in illa die. Domine, domine. Nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes fecimus multas, tunc cõfitebor illis, quia nunquam noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Dic practice de similibus, qui solo nomine Deo militant. His respondet Christus vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Nam sicut cor est principium motus in animalibus, ita in hominibus principiũ bonorum, & malorum operum est ex intentione, & semper operatio vsque in finem, habet influxum a voluntate, sicut in animalibus prosecutio motus à corde. Si igitur quis prauo & degeneri fine opera bona facit, eius totum opus est prauum coram Deo, qui scrutatur cor & renes, opera enim in humanis ab intentione denominantur. Qui igitur habet in thesaurizãdo cor prauum, totũ eius opus prauum est. vnde August. ponderibus suis augentur omnia, & loca sua. pondus meum amor meus, eo feror, quocũque feror. Et Christus à fructibus eorum cognoscetis eos, quoniam arbor bona vt bona, non potest malos fructus facere, quia ex bona radice arboris, bonus influxus est, qui bonos fructus facit. vnde Hieron. Cor habet gulosus in ventre, lasciuus in ludicris, amator in libidine, auarus in pecunia. Extende practice hanc Hieronymi auctoritatem ad omnia vitia & virtutes: Et intentiones occultas omnium conditionum hominum, quia Deus est scrutator cordium & operum ex corde procedentium.

Psalm.

Coll. 3.

Quomodo intelligitur vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum.

August. de Con. c. 13.

Digitized by Google

FERIAE QVINTAE CINERVM, SERMO SECVNDVS.

BONORVM TEMPORALIVM PROSPERITAS signum damnationis asseritur: Peccatores pueris assimilantur: ociositas damnatur; & inordinata consciētia: ad inuocationem sanctorum Prædicatores adhortantur.

CVM INTRASSET IESVS CAPHARnaum. Matth. 8.

Matth. 8. INfirmus graui lāguore, magno desiderio & solicitudine cupit, & quærit medicum suæ infirmitati succurrere valentem. Et quoniam infirmitas & spiritualis languor animæ multo grauior est infirmitate & languore corporis, quantò excedit anima corpus, ideo maxima instantia & solicitudine quærēdus est à languidis peccatoribus, in quibus à planta pedis vsq; ad verticem non est sanitas, medicus spiritualis animæ, q sanet omnes infirmitates nostras, vt dicit Dauid. Et quoniam solus Deus tales languores sanat, propterea nos infirmi & languidi corde, ore, & opere, eisdemmet conatibus cum Centurione adeamus cum fide & humilitate Christum Iesum, qui de cœlo venit sanare omnes nostros lāguores, vt misereatur nostri, quia male torquemur in tota vita nostra.

¶ In hoc Euangelio sunt plura saluberrima documenta omni animæ languenti. Et in speciali tria continentur petentibus misericordiam à Deo. Primo quòd debeant habere fidem, quia sine fide impossibile est placere Deo. (Hebr. 2.) Secūdo, spem, si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. (Iacob. 1.) Postulet autem in fide nihil hesitans. Tertio debent ostendere cum humilitate infirmitatem suam Deo, imitando non superbum Phariseum, sed humilē Publicanum: quia vt dicit sanctus Iacobus Deus humilibus dat gratiam, superbis autem resistit. De gradibus fidei doctrinaliter vide nostrū sermonem sub eodem titulo. (Tria necessarium est habere petentibus misericordiā à Deo.)

¶ Dicit ergo Mattheus cum intrasset, & cæt. Vbi nota secundum quod est nobis ad propositum, triplex est gratia. Vna est antecedens, alia subsequens, tertia est proficiens. Prima est antecedens vel pręueniens, vt est prima Dei inspiratio, & tactus eius, qua primo tangit cor hominis ad bonum incipiendum. De qua. Ego sto ad ostiū & pulso, si quis audierit vocē meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. (Triplex gratia est.) (Apoc. 3.) Et nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit illum. Vnde secundum S. Paul. nec cogitare quidquam possumus ex nobis. In signum huius Io. decimo pręteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate. Et hæc gratia Dei præueniens hominem ad bonum, aut est per stimulum consciētię. Aut per Angelos, aut per Prędicatores vel sacram scripturam, aut per prospera & aduersa, &c. Secunda (Io. 6.)

Digitized by Google

gratia subsequens est, cum post primum stimulum agitat hominem, vt se ipsum, suamque infirmitatem recogitet. sicut Ezechia Rex qui post comminationem prophetæ Isaiæ ex parte Dei conuertit se ad parietem cum lachrymis, & orauit ex magna sui agitatione dicens. recogitabo tibi omnes annos meos, i amaritudine animæ meæ. Et Dauid commouisti domine terram tuam, & conturbasti eam, sana contritiones eius. Et Paul. percussus lumine de cœlo &c. Dixit. Domine quid me vis facere? & iterum nunc cœpi hæc, mutatio dexteri excelsi. Tertia est proficiens, quia & si quis habet actu gratiam Dei, non potest ea vti pro libito suo, nisi Deus continuauerit influxū gratiæ eius in eo ad opus. Quoniam quem etiam pro modico dimittit, labitur. Vnde & cum gratia habita necesse est, quòd sit nobis pro operatione & sequela ad bonum vel pro remotione à malo, assistens gratuitum donum diuini auxilij. Nam Moyses tam sanctus, assiduusque diuinis colloquijs, in vna actione sibi ipsi derelictus, defecit in contradictione aquarum. Non enim confisi sunt Moyses & Aaron, quòd efficerent solo sermone eductionem aquæ de petra percussa iussione diuina. Propter quod merito priuati sunt ingressu terram promissionis, vt ibidem dicitur. Idem habemus in Petro, qui dimissus in modico Christum ter negauit, & tamen antę dixerat. Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Propterea omnes mouet Apostolus. Qui stat videat ne cadat. Et Philip 2. Deus qui operatur in nobis velle & perficere, pro bona voluntate. Et idem primę Petri 5. His donis, & gratijs hoc mane Christus vsus est in Centurione. Nam primo venit Christus in Capharnaū, vt hac prima gratia præueniente ipsum sua præsentia moueret ad sui & Christi recognitionem. Quod ostensum est, quia cum audiuit Christum illuc aduenisse concitatus est, vt ipsum videret, & adiret. Secūda gratia vsus est, cum venit ad Christum petens sanitatem pro puero suo. Tertia gratia vsus est, quia Centurio perseueranter cum magna fide & spe ac humilitate à Christo petiuit sanitatem pueri sui, vt merito ipsum Christus in fide superexaltaret cæteris in Israel. Et in his habemus documētum, quando venit Christus ad nos aliqua harum motionum suæ gratiæ, non obduremus corda nostra, quoniam scriptum est. Resistite diabolo, & fugiet à vobis, appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Et Ecclesiast. Quis inuocauit illum & despexit eum? Quoniam pius & misericors est, & remittit in tribulatione peccata, & protector est omnibus inquirentibus eum in veritate. Extaueamus ab ingratitudine, vt dum vocamur misericorditer à Deo. Quoniā dicitur. Erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea à te. Et Oseæ 9. væ eis cum recessero ab eis. Psal. Ecce qui elongant à te peribunt. Vide ad hoc propositum pulchram Hist. 4. Reg. 17. Quomodo Oseas recessit à Deo in sui & populi ruinam. Domine puer meus, & cætera. Vbi nota, non sine mysterio est, quòd Centurio non dixit Christo. Veni & sana puerum, quoniam ipse est vbique secūdum diuinitatis potentiam, valens in omni loco sanitatem conferre puero. Insuper hoc factum est in nostrum exemplum, quatenus in petitionibus nostris exponamus nos diuinæ voluntati & pietati, qui scit melius nostrum expediens. Tali modo Maria, & Martha pro sanitate Lazari miserunt ad Christum legatum. Bonus enim dominus multotiens nō dat quòd volumus, vt tribuat quod malemus, dicit August. legimus enim in vita sancti Thomę Archiepiscopi Cantuar. Quidam sibi deuotus podagra contractus ante suum altare exorabat absolutè pro sanitate sibi cōferenda, quam & impetrauit, surrexit enim ex altari sanus, sed parum post cogitauit, an sit sibi pro salute animæ talis validitas, & iterum reuersus ante altare eius, rogauit si expedit hæc

sibi

Num. 20. 1. Cor. 10. Iac. 4. Eccl. 2. Hier. 6. Pro temporalium exoratione Deo est solum proponenda necessitas, qui poptime nouit qd expedit.

sibi quod expostulauit, sin autem aliter, reincidat in eadem inualiditatem pedum & statim contractus remansit, quasi non esset sibi salutaris talis sanitas. Extende te practice ad similia, quę cum grano salis quaerenda sunt. Propterea & Paulo pro sua infirmitate totiens oranti, & non exaudito dictum est. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Sequitur domine non sum dignus &c. Ecce magna humilitas Centurionis Dicendo se indignum, pręstitit se dignum. Non in cuius parietes, sed in cuius corde verbi Dei, Christus intraret. Neque hoc diceret cum tanta fide & humilitate, nisi illum quem timebat intrare domum suam, corde gestaret. Nam non erat magna foelicitas, si Iesus intraret in parietes, & non esset in pectore eius. In his ostenditur vanam esse gloriam in decore parietum ecclesiarum, & multitudine Ecclesiasticorum, & Praedicatorum, & caetera. Si Deus abest ab eis per approbationem sicut tempore destructionis per Titum accidit de templo Hierosolymitano pleno ornamentis, & fausto humano, in quo Iosephus dicit. Auditę sunt voces scilicet Angelorum, exeamus ab his sedibus. Hie. 6. Vt quid mihi thus de sabba affertis, & calamum suaue olentem de terra longinqua, holocausta vestra non sunt accepta, & victimę vestrae non placuerunt mihi.

2. Cor. 12.

August. de Verbo Domini.

Stulta gloriatio est eorum qui gloriantur in exteriori cultu solo.

Quando igitur ad Deum orandum accedis, non adeas, vt Deus tuos parietes visitet, sed vt cor tuum contritum & humiliatum intueatur sua gratia, & sanet te à tuis mortalibus infirmitatibus. Quia frustra dicis domine domine ore & non corde, quoniam dicetur talibus. Amen dico vobis nescio vos. Audiens Iesus miratus est & caetera. Fecit enim se modo humano, qa miramur dum rusticus in prudentia excedit, vel virtutibus nobiles viros. Ita accidit de meis ciuibus, in quibus propter multa beneficia à Deo accepta deberet esse maior deuotio & gratiarum actio ad Deum quàm in alijs, qui talia non perceperunt, & nihilominus deteriores sunt. Dic practice, quòd in rusticis, & ignobilioribus ac contemptibilibus mũdi existit maior fides, spes, charitas ad Deum & caet. Psalm. Pauper & inops laudabunt nomen tuum domine, & in superabundantibus in temporalibus & donis diuinis superabundat omnia vitia. Practica discurrendo per ea. Psalm. Populus quem non cognoui seruiuit mihi. Filij alieni, idest Iudaei alienati à me secundum Isaiae dictum, quia non seruant fidelitatẽ, inueterati sunt in malo, & claudicauerunt à semitis suis, quasi vno pede debiles, vetus testamẽtum male seruantes, & nouũ respuentes altero pede. Amen dico vobis, non inueni, &c. Vbi notat August. contra Faustum. Fidem laudat illius, non autem desertionem militiae imperauit. Ex quo confunduntur seculares, quia vacant curis domus, propterea dicũt se non posse saluari. Ecce hic, Centurionis Christus laudat fidem super alios in Israel, nec praecipit sibi militiam deserere. Nam venerunt Publicani ad Ioannem vt baptizarentur, & dixerunt illi. Magister quid faciemus? Ait ad illos. Nihil amplius quàm constitutum est vobis faciatis. Interrogabant autem eum & milites dicentes quid faciemus & nos? Et ait illis neminem cõcutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris. Vnde Heliae corã Deo se exaltanti, quòd ipse solus in Israel relictus sit zelator legis Dei dictum est, habeo septem millia virorum, qui nõ curuauerunt genua sua corã Baal supple quos tu ignoras. Vide ad propositum in vitis patrũ perpulchra exempla. Quomodo beato Antonio comparatus est in meritis carpentarius Alexandrinus. Et vir & vxor fuerunt similes duobus Heremitis. Et iterum similes fuerunt beato Paphuntio. Et duę nurus beato Machario, quę exempla plenius vide in Discipulo, littera M. Sequitur non inueni tantam fidem in Israel, idest in pręsenti, extra Apo-

Matth. 7.

Psalm.

Psalm.

Isai. 1.

Confunduntur quidã asserentes se nõ posse saluari, q in secularibus negotijs occupantur pro necessitate vitae suae.

Luc. 3.

3. Reg. 19. & Ro. 11.

stolos intelligitur, secundum quod Sanctus Stephanus dixit Pharisæis. Act. 7.
Dura ceruice, & incircuncisis cordibus & auribus, semper Spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, ita & vos. Et noluit quòd Christus ad domum eius veniret, qui credidit æqua li virtute præsens & absens posset sanare puerum. Nam Israelis princeps pro filia sua petens dixit, veni velociter. Marc. 5.
Nicodemus de fidei Sacramento audiens dixit, quomodo potest hoc fieri? Maria & Martha mortuo Lazaro dixit Christo, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Ecce quomodo hic Centurio gentilis hos magnates, fide in Israel præcellit. Ait Chrys. credidit Andreas, sed Ioanne dicente, ecce agnus. Credidit Petrus, sed euangelizante sibi Andrea. Credidit Philippus, sed legendo sibi scripturā Nathanael. Et prius signum diuinitatis accepit, & sic fidei confessio nem obtulit. Hic autem venit audiens Christum aduenisse Capharnaum. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente, & cætera. In hoc ostenditur quòd ingrati Iudæi & Christiani reprobantur à Deo, qui non sequuntur patrem Abraham, Isaac, & Iacob per imitationem, ut sedeant in domo patris patriæ cęlestis, dixit Ioannes pharisæis. Nolite dicere in terra nos patrem Habraham habemus, Dico vobis, potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Israel Et Paulus dixit imitatores mei estote, sicut & ego Iesu Christi. Et Philip. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Propterea Petrus dicit. Satagite fratres, vt per bona opera, certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Vanum etenim est gloriari de solo nomine Christianitatis, sine operibus, quoniam qui inuitati fuerunt ad cœnam agni, & venire noluerunt, & qui sine veste nuptiali venit ad eas, reprobati sunt, & positi in tenebras vbi erit fletus & stridor dentium, vt hic Christus dicit de prauis & ingratis filijs regni. Christus dixit Zorozaim & Bezaidæ. Væ vobis, quia si in Tyro & Sydone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam fecissent. Vide reliquum cap. & conuerte illud practicando ad ciuitatem & populum ingratum, qui solo nomine militant Christo, &c.

Ingrati Christiani sicut & Iudei reprobātur, qui nolunt recūbere cū Abraham. &c. & non imitantur eos.

Matth. 3. Ephes. 5. Epist. Matth. 11.

FERIÆ

FERIAE QVINTAE CINERVM.

SERMO PRIMVS.

OSTENDIT QVAE NECESSARIA SINT petentibus misericordiam a Deo: triplicem gradum gratiæ: modum orandi pro temporalium necessitate; Non gloriandum in exteriori tantum cultu diuinorum: Atq; esse stultum dicere salutem hominum negotijs domesticis impediri.

Matth. 8. *CVM INTRASSET IESVS CAPHARnaum. Matth. 8.*

PRænotandum est præsenti expositioni dictum Ecclesiast. 23. Duo genera hominum abundant in peccatis, & tertium adducit iram, & perditionem, anima calida, homo nequam in ore carnis suæ, & homo, ac mulier fornicaria. Vbi vide totũ cap. quia perpulchrè discurrit per mala, huiusmodi.

Luc. 18. Cõtinuus successus ĩ bonis tẽporalibus signum est ęternæ dãnationis, & periculositas pinguedinis tẽporaliũ ostendit ꝑ exempla scripturę.

Capharnaum interpretatur villa pinguedinis, & designat hunc mundũ & homines qui in eo habitant in pinguedine terræ, & rore cęli abundantes, de quibus fuit salo. Eccle. 2. In auctoritate q̃ incipit. Magnificaui opera mea, in qua enumerantur abundantię in domibus, palatijs, prædiolis, possessionibus, seruis, & ancillis, auro, & argento, ac oĩbus delicijs, vt nihil cordi negaret, quin omni voluptate frueretur. Hi sic abundantes viuunt in magno periculo animæ, quia dicit sanctus Greg. successus continuus bonorum temporalium, signum est æternę damnationis, intellige nisi tales frenentur, & regulentur diuina lege, vt ostendit Christus. In iuuene obseruante præcepta Dei. Cui Christus vnum deest tibi, omnia quæ habes vẽde & da pauperibus, & habebis thesaurum in cęlo, & veni & sequere me. His ille auditis cõtristatus est, quia diues erat valde. Videns autem Iesus illum tristem factum dixit, quàm difficile, q pecunias habent in regnum Dei intrabunt. Vbi notat Theoph. porro attendas illud quòd diuitem quidem impossibile inquit saluari, possidentem vero diuitias difficile. Quasi dicat diues qui captus est a diuitijs, & famulatur eis non saluabitur, propter abusum earum. Extende te practice circa varios abusus diuitum. Habens vero illas, scilicet quia eis dominatur vix saluabitur causa humanæ fragilitatis. Conatur enim eos Diabolus supplantare, quo ad vsq; possideant diuitias, & difficile est aufugere decipulas eius. Ideo bona est cum patientia paupertas, tẽptatione horum carens. De his aliqua tetigi superius super illud nolite thesaurizare vobis &c. Vñ Chris. Abraham quidem possidebat opus cũ pauperibus, & qui iuste eas possident quasi suscipientes a Deo, dispensant in diuinis mandatis. Qui vero contra Deum acquisierunt, isti in expendendo faciunt illud idem contra Deũ meretricibus & parasitis dantes, vel humi abscondentes, egenis vero nihil im-

pen-

pendentes. Non ergo prohibet ditari, sed opibus famulari. Vult sic, vt necessarijs vtamur eis, non vt custodiamus. Nam famuli est custodire, sed Domini dispensare. Si Deus conseruari eas vellet, non hominibus tradidisset eas, sed sineret in terra iacere. Hæc ille. Quàm igitur sit periculosa pinguedo temporalium, ostensum est in primis parentibus nostris in Paradiso voluptatis existentibus, & suis filijs vt Chain auarissimo, quia corrosa terræ obtulit Deo in sacrificium, nec Deus acceptauit munera eius sed Abel iusti, vt consideret vultus eius ex inuidia in fratrem, & eum occideret volens solus viuere super terram. Hæc abundantia & pinguedo corrupit totam terram lasciuijs, vt merito delerentur aquis diluuij. Et Deus lamētatur contra populū suum. Ezech. Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas sororis tuę Sodomæ, superbia, saturitas panis & abundantia, & ocium ipsius & filiarū eius. Et manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatę sunt, & fecerunt abominationes coram me, & abstuli eas sicut vidisti. Hæc ibi. Et percurre totam sacram scripturā videbis quanta mala in populis & principibus fecerūt in illis, pinguedinis abundantia dicit magister histo. de Iudæis iudicum quarto capitulo. Et conuerterūt se ad agriculturas, & tradentes se ad diuitias per epulas & libidinem iam imbelles facti, in conuersatione legū in 3. Reg. 12. tegri non erant. Vide. 3 Reg. 12. quanta mala fecit Roboam filio Salomonis abundantia diuitiarum, quibus abutebatur, vt 10. tribus sibi rebellarent, & seruo patris sui Hieroboam adhere- 20. cap. rent. Et Hieroboam recessit cum populo suo a Deo suo per idolatriam, & 3. Reg. 16. multa alia mala fecit. Idem de Achab, & Iezabel, ex abundantia in temporalibus quanta mala in Deum & suos electos attentarūt, vt patet. Et Ozias Rex Iuda ante impinguationem superabundantem, bonus erat cum Deo ambulans, sed cum roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum & neglexit Dominum Deum suum, ingressusq; templum Domini adolere voluit incensum super altare thimiamatis. 2. Paralip. 27. cap. vide eius pu- 2. Para. 27. nitionem. Et omissis ceteris, lege. 4. Regū, ex abūdantia temporaliū quan- 4. Reg. ta mala fecit Manasses contra Dominum & sanctos eius, sed conuersus in erumna in carcerib⁹, doluit & magnā pœnitentiam fecit. 2. Para. 33. & vlt. Vide eius admirandam conuersionē ad Deum. De his Hiere. 5. cap. dicit. Magnificati sunt & ditati, incrassati sunt & impinguati, & præterierunt sermones meos pessime. Et alibi incrassatus est dilectus meus & impinguatus, & dilatatus & recalcitrauit. Dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo, sicut inter alios verificatum fuit in Salomone. 3. Reg. 11. In confirmationem etiam huius veritatis inuitati noluerunt venire ad nuptias allecti voluptatibus, vt superbia, auaritia, & luxuria, denotatis in emptione villę, & quinq; iugis bouū, & vxoris ductu. In hac pinguedine Luc. 14. Capharnau erat puer iacens in lecto paraliticus. Nam paralisis est infirmitas quæ facit conquassari & inordinari in omnibus membris hominem. Ad denotandum in pinguedine temporalium abundantes, & habitantes inordinantur in omni sua actione, & omnibus suis potentijs, quia tales leuant oculos ad omnes immunditias vt epulo & prodigus. Aures ad detractiones audiēdas, & turpia colloquia, linguam habent dissolutā & dolosam, vt venenum aspidum sit sub labijs eorum. Manus eorum plene sunt sanguine & rapinis, ac illicitis aquisitionibus. Pedes veloces ad omne malum. breuiter concludendo, a planta pedis vsq; ad verticem non est in eis sanitas, vt dicit. Sap. Et sicut paralisis est in- Sap. 2. firmitas incurabilis, ita tales incurabiles sunt ad emendationem & correctionem. Imo de his Psal. dicit, tan- Psal. ge montes, & fumigabunt, igne irę & rancoris, ac odij. Prou. 5. noli arguere derisorem, ne oderit te. De his est

plena

Peccatores pueris assimilant. plena sacra scriptura, vt habes inferius in Euangelio de vinea locata agricolis. Et non sine mysterio est, qd hic erat puer, quorũ est pro paruo pomo aurum dare, ita isti miseri epulones & prodigi, p paruis, & vt ita dicam momentaneis temporalibus delectationibus dant cęlestia & æterna bona, & ea commutant pro terrenis voluptatibus dicentes cum Hębreis, nauseantibus terram promissionis lacte, & melle manantem, ex recordatione cęparᴃ & allij & carniũ Ægipti. Nauseat anima nostra super manna cibo leuissimo
Num.11. contra hos. dicit Paul. Nolite effici
1.Cor.4. pueri sensibus, sed malitia estote paruuli, sensibus autem perfecti. Extende te practice contra oblectantes se in terrenis delectationibus, quę sunt momentaneę, & fętidę, neglectis æternis bonis, de quibus Paul. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ Deus præparauit diligentibus se. Et contra voluptuosos Hier. Tre. 4. qui vescebantur voluptuose interierunt in vijs, & qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Et subter te sternetur tinea & operimentum tuum erunt vermes. Consideratione huius (quidã in morte existens nolebatq; exhortationem accipere, conuersus est) Et tales in super cum Ioachim pessimo rege apud
Ociositas piculosa. Hieremiam sepultura Asini sepelientur idest in cloaca inferni, vbi erit fętor, & fletus, & stridor dentium, vt quanto in voluptatibus se volutarũt, tanta etiam tormenta patiantur. Iacet in domo paraliticus. Dicit in domo iacet, ad denotandum ociositatẽ mortalem voluptuantium, quia tales vt iumenta putrescunt stercoribus suis. Ioel. 1. & velut aqua quæ non mouetur. Vide quid in Sansone fortissimo ociosa pinguedo fecit, vt post
Iudic.16. multas victorias in Philisteos. Dum ocio mulieris teneretur, ab ea proditus & datus Philisteis ligatus, & ab ipsis, amissa fortitudine turpiter est exoculatus, & vituperijs affectus. Vide
2.Reg. 11. quid fecit in sanctissimo Dauid: Qui post multas victorias in aduersarios ocians in domo, post adulterium commisit & homicidium. Vide quid fecit in sapientissimo Salomone, qui post templi edificationem ociosus, per mulieres ad idolatriam se in senectute conuertit. 3.Reg. 11. Et male tor quet; quia nihil molestius inordinata conscientia. Nam Prouer. dicitur secura mens, idest bona conscientia, quæ hominem facit securum, quasi iuge conuiuiũ. Et per opposita, praua & inordinata conscientia, magna tristitia & cõfusio. Aug. iussisti Domine, & ita est, pęna est sibi omnis inordinatus affectus. Et hoc figuratur clare in apparitione scripturæ in pariete, quam vidit Baldasar. Dan. scilicet mane Thethel Phares, in quibus nominibus denotatur, quod Deus numerat omnia peccata nostra, quia mane interpretatur numeratio, & q Deus põderat, & in statera appẽdit oĩa nr̃a peccata, qa Thethel interp̃tatur ponderatio, & q Deꝰ distribuit pęnas meritas p peccaa Phares interp̃tat diuisio. Eius. n. est diuidere oues ab hedis. Et in textu sequit, facies regis ex visione est cõmutata, & cogitationes eiꝰ turbabant eũ, & cõpages renũ eius soluebant, & genua eius ad seinuicẽ collidebant. Isti igit paralitici &c plurimũ indigent alterius auxilio & nõ solũ paralitici corporaliter, sed magis q sunt sp̃ualiter paralitici, destituti omni virtute sp̃uali, ideo assidue pro his orat sancta mater Ecclesia in letanijs. Dicitur talibꝰ, voca ergo si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorũ conuertere. Dic practice q nos miseri peccatores debemus assidue auxilium petere a sanctis, vt q nostris meritis nõ valemus, eorum patrocinio assequamur. Et hoc notatur hic in centurione ex pietate exorante Christum pro puero paralitico, in magna sua fide, spe & humilitate. In figuram huius. 2 Reg. 14. amatissimum Absalonem rebellem in patrem, Thecuites reconciliauit cum patre. Et 1.Reg. 25. Abigail prudentissima muneribus præmissis sua humili-

Pro. 15. Nihil grauius i ordinata cõsciẽtia.

Dan. 5.

Iob. 5. Documẽtũ est peccatoribꝰ i plorare sãctos vt orent p eis.

ora-

oratione, mitigauit graue iră. Dauid contra Nabal stultum. Vide quanti meriti est iustorũ oratio. In signũ hui⁹ dixit Iesus cẽturioni exorãti fideliter & humiliter pro puero paralitico. Vade, sicut credisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Hoc modo & sanctus Andreas impetrauit salutem pro Nicolao Sene, sed vox facta est ad Andream dicens. Andrea per te lucratus sum Nicolaum, qui perditus erat, sed sicut te afflixisti pro salute eius, ita & ipse affligat se vt saluus fiat &c. Vide ad propositum huius sermonis in alio libro figuratam historiam Absalonis in pinguedine, patri ribellantis, & semel idem faciétis contra Dauid. Insuper in eisdem sermonibus habes plures sermones de oratione.

FERIAE SEXTAE CINERVM,

SERMO VNICVS.

CIRCA DILECTIONEM INIMICORVM instructio pulchra: & quomodo hominibus succurrendum est, in quibus potissimum deficiunt: dubitationes circa opera quędam supererogationis: Resistere malo quando pręceptum, & quando consilium est: quid necessario remittendum sit inimico: & qui pręcipue in dilectione imitandi sint: item elemosina quomodo sit facienda.

Matth. 5. *AVDISTIS QVIA DICTVM EST ANTIquis. Matth. 5.*

HOC mane bonus magister noster Christus, quod ipse primo fecit, nos docet facere. Nam cum inimici essemus sibi, & patri, reconciliauit nos per crucem, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christus. Et 5. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis, & Gal. 2. In fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit in mortem semetipsum. Vt igitur imitemur ipsum in hac dilectione, exemplum dedit nobis, vt quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus quia q; sumus filij Dei, hoc facit charitas Dei & proximi. Iob vestigia eius secutus est pes meus, ideo hoc mane hortatur nos ad imitationem eius in dilectione inimicorum. Iob. 23.

Rom. 5.

Hoc totum sacrum Euangelium est de charitate & dilectione proximi, quæ est elemosina in proximum. Nã in duplici differentia sunt opera misericordiæ in proximum. Quædam sunt

Spũalia opera mĩæ sunt. 7. & hic habes ĩ qb9 põt hõ deficere in his est sibi succurẽdũ

sunt spiritualia, quædam corporalia. Spiritualia sunt 7. Nam elemosina nõ est aliud quàm subleuatio indigentiæ & miserię alterius, quam quis vt suã fecit & extimat, & quærit leuare & remouere eam ab ipso indigente. Vnde est opus pietatis, quod impenditur indigenti ex compassione propter Deũ. Et omitto nunc loqui de elemosina, quam quilibet sibi ipsi debet impendere, quia charitas primo a se incipit iuxta Eccle. doctrinam. Miserere animæ tuæ placens Deo. Sed loquimur de elemosina conferenda in proximũ. Proximus autem potest deficere & indigere in anima & in corpore, quibus est succurrendum. Nam in anima potest deficere, vno modo, qui indiget in poscendo auxilium a Deo, a quo bona cuncta procedunt. Et quantum ad hoc ponitur oratio, de qua. Voca si quis est, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Alio modo indiget homo humano auxilio, & hoc tripliciter. Vno modo contra defectum intellectus. Et hoc si ad intellectum speculatiuum pertinet, ei prouidetur per doctrinam. Vnde docere ignorantes legem Dei & similia, spectat ad elemosinam maximam. Nam Isai. dicitur propterea ductus est populus in captiuitatem, quia non habuit scientiam. Et de merito docentiũ ignorantes dicit Dani. Qui erudiunt ad iustitiam multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates, & Proue. erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare non cesses. Alio modo potest esse defectus ex parte potentiæ appetitiuę, inter quos maxime est tristitia, cui subuenitur per consolationem. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est. Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Ex parte inordinati motus, qui tripliciter ordinari potest. Vno modo ex parte ipsius peccantis, inquantum ꝓcedit ab eius inordinata voluntate. Et sic succurritur ei per correctionem secundum Christi doctrinam dicentis. Corripe eum &c. Alio modo ex parte eius in quem peccatur. Et si quidẽ sit peccatum in nos, remedium adhibemus remouendo offensam, secundũ quod Christus hoc mane docet in Euãgelio. Si vero sit in Deum vel proximũ non est nostri arbitrij remittere, vt dicit Hiero. super Matth. quia hoc est in potestate alterius, & dependet ab altero in quẽ peccatur, scilicet a Deo vel proximũ. Tertio ex parte sequelę ipsius actus inordinati, ex quo grauatur ab aliquo etiam præter intentionem. Et sic est remedium supportandi talia, maxime cum peccatur ex infirmitate, quæcũq; onera proximi sint, Onera portate alter alterius, & sic adimplebitis legem Christi. Horum omnium sunt versus. Consule ignorantem, dirige dubitantem, castiga delinquentem, solari tristes, remitte delinquentibus in te, fer infirmitatem, & grauamina aliorum, & ora pro omnibus. Hæc S. Tho. 2. 2 q. 32. Et de hac, q̃ est remissionis in proximum, hoc mane Christus loquitur in prima parte Euangelij, quam declarabimus. De secunda parte Euangelij propter prolixitatem erit alius sermo de elemosina materiali.

Eccle. 30.

Iob. 4.

Isai. 5.

Dan. 12.

Pro. 33.

Iaco. 1.

Gal. 6.

Dicit ergo audistis quia dictum est antiquis &c. Nota Leuit. dicitur, diliges proximum tuum, & non dicit, & odio habebis inimicum, sed ipsi Hæbrei in proximo intelligebant solum amicum, & a contrario sensu arguebant. Ergo inimicus est odiẽdus. Christus autem declarat dictum scripturę quòd in proximo sit intelligendus tã amicus quàm inimicus, quoniã vtriq; quo ad naturam sunt boni, quia Dei creatura ad eius similitudinẽ facta & & ordinata ad beatitudinem, ex qua parte sunt diligendi, sed solum inimicus est odiendus, in eo quòd est prauę voluntatis, vt puta malitia eius quæ de se mala est, & nullo pacto diligenda. Psal. iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Et ex ea etiam parte, qua sumus membra adinuicem sub capite Chri-

Digitized by Google

Christi, diligi debemus adinuicẽ, vt Pal. perpulchrè dicit. Et quia si Deũ diligimus vere, omnes quos ipse diligit, debemus diligere, quia stultũ est dicere, diligo te, sed tuos dilectos odio. Dicit ergo Christus secundum rectum sensum scripturæ, & non secundum falsum sensum Iudæorũ docens nos. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros &c. quia nisi iustitia vestra, superabundauerit iustitiæ scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cęlorum. Dico ego, idest illemet Deus, qui legem Moysi dedi, cuiq; dixi, Exod. dicas populo interroganti te, quis est, qui misit te. Ego sum, qui sum. Quia hoc est proprium nomen solius Dei, cuius esse, est sua essentia, & econuerso. Et ego, idest qui sum vera veritas, quia Deus & non mentior, verum sensum declaro vobis scripturę, a me Moysi ordinatę implicite, vobis autẽ nunc expresse explicitę. Diligite inimicos vr̃os &c. Hoc præceptum est affirmatiuũ obligans semper non ad semper, idest obligans pro loco & tempore De necessitate dilectionis, & signorum beneuolentiæ in inimicos, vide nostrum sermonem doctrinalem sub eodem titulo. Nunc autem intellige, ꝙ pro loco & tempore debemus cõmunicare proximo cor nostrum, linguam nostram, & opus nostrum. Cor nostrum secundũ Christi præceptum. Sic pater vester faciet vobis, si remiseritis vnusquisq; a cordibus vestris. Et hic dicit diligite inimicos vestros, idest ex corde remittendo eis offensam. Debemus sibi linguam & vocem, ne iniurijs cum afficiamus. Ego autem dico vobis. Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit cõcilio, & qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis, hic autem dicit, orate ꝓ persequentibus & calũniantibus vos. Tertio debemus sibi opus nostrum. Si esurierit inimicus, ciba illum, hic autem dicit. Benefacite his qui oderunt vos Sed quæret deuotus auditor, plura Christi documenta legimus, quæ difficile est seruare, imo nec aliqua eorum ipse seruauit, vt illud. Noli resistere malo. Si enim hoc seruaretur, infinita mala accidere possent. Et si quis te percusserit in vna maxilla, præbe ei & alteram, & si quis te angariauerit per vnũ miliare ire, vade per quatuor miliaria. Et auferenti a te vestẽ, da ei, & pallium: Et auferenti a te tua, non repetas ea, & omni petenti tribue, vide econtra Matth. 5. Et in cõtrarium his Christus fecit, quia percutienti eum in maxilla dixit, cur me cedis. Et declinabat interdum persecutores suos, vt cum vellent Nazarei eum pręcipitare, & ipse transiens per medium illorũ abscondit se, & quando sustulerunt lapides, vt iacerent in eum, ipse abscondit se, & docuit discipulos, si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam &c. Respondetur his & similibus. Cum dicit Christus noli resistere malo, intelligitur ratione odij vel vindictę, vnde huic dicto non contradicit violentiæ repulsio, cogente necessitate saluationis proprię naturę, aut rerum suarum. Et Nicola. de lyra cum turre cremata dicit. Hoc scilicet non resistere malo in aliquo casu est præceptum, in aliquo est consilium, & aliquando non resistere esset malum, quando per hoc daretur audacia malis hominibus simplices opprimendi, & potest eorum malitiæ sine periculo occurri. Est igitur in appetitu vindictæ peccatum, quando quis vult per seipsum facere vindictã & non per iudicem, vel quando ex malo animo contra hominem vult per iudicem vindictam fieri, oportet eñ hoc fieri & appeti cum dilectione hominũ & odio vitiorum, pro bono iustitiæ, pro bono pacis, vt alij non audeant contra bonos insurgere, & ne impunitas delictorum pareat incentiua vitiorum. Sic licet non solum appetere, sed etiam quærere per officiũ iudicis vindictam illorum, qui se vel alios offenderunt, seipsum autem per seipsum vendicare non licet, nisi in aliquo casu quandoq; valet, & potest quis cogente necessitate, cum moderami-

1. Cor. 12.

Exo. 3.

Quæ debemus ĩ dilectione ꝓximo cõmunicare.

Matth. 6.

Matth. 5.

Matth. 5.

In aliquo casu nõ resistere malo, est ꝓceptũ, in aliquo consiliũ, in aliquo ẽ malũ, & peccatũ & huiusmodi vtendũ est prudentia serpẽtina cũ simplicitate columbina.

rami-

Digitized by Google

ramine inculpatæ tutelæ, vt tantum quantum tibi necessarium est, pro defensione sui nocumenti, vt dicũt Legistæ, te defendere similiter ad alia superius obiecta dicendum, quod intelliguntur prædicta documenta Christi secundum præparationem animi, vt quando est ad Dei honorem vel proximi salutem, ita quòd vbi casus euenisset talis articuli honoris Dei & salutis proximi, tunc etiã propriã vitã debemus exponere. Quoniam dixit Chrs, qui vult venire post me &c. et qui me erubuerit corã hoĩb⁹, erubescã eũ corã patre meo. &c. De hoc articulo honoris Dei dicit. S. Pau. corde credit ad iustitiã, ore autẽ fit cõfessio. s. fidei ad salutẽ. Et S. Sebastianus pro honore Dei, & proximi salute se ostendit esse chrianũ, & cępit audacter cõfortare ad fidei cõstãtiã Marcũ, & Marcellũ fratres, iã mollificatos in fide Christi, suasu & ploratu suorum. Vide eius legendam, quia est pulchra & ad propositum. Sed vbi non est talis necessitas articuli honoris Dei vel proximi salutis, sunt Christi documenta aliqua de consilio, aliqua autem absolute, vt iacent, sine moderatione & intelligentia epichee obseruare, esset ridiculum & stultitia & occasio dandi gladios in manus furiosorum persequendi bonos & simplices, vnde prædicta obseruanda sunt quandoq; de consilio cum expedit ad maius meritum, cum prudentia sine simplicitate asinina. Et vtẽdum est in huiusmodi prudentia serpentina cũ simplicitate columbina secundum Christi documentum dicentis. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbę & cauete ab hominibus, vt in omnibus aduertatur ad Dei honorem & proximi salutem, pro quibus si opus fuerit, omnia predicta sũt facienda & permittenda & toleranda. Sed dices, at mihi inimicus subripuit bona mea, nomenq; bonum maculauit per infamias, & plura alia damna intulit, quæ mihi difficile est remittere, dic practice de similibus. Respondetur in offensa proximi duo sunt, vnũ

Luc.9.

Rom.10.

Matth.10.

est offensio, aliud damnum illatũ. Primum scilicet offensam teneris ex corde remittere secundum Christi documentum. Sic pater vester faciet vobis si remiseritis vnusquisq; proximo suo a cordibus vestris. Sed 2. idest damnũ illatum vt infamiam bonaq; sublata tibi &c. non teneris remittere nisi de cõsilio ratione maioris meriti, vt etiã dicit Sene. Cinge eũ beneficijs, vt quocunq; se verterit beneficia inueniat. Et possis per viam etiam iustitiæ exigere & petere ad offendente restitutionem tibi damni illati, ad quam offendẽs omnino etiam extra iuditium tenetur siue sit dãnum rerum siue famę. Nec remittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Sequitur vt sitis filij patris vestri qui in cęlis est. &c. Nõ per naturam, quia hoc soli Christo cõuenit vt sit filius naturalis patris qui in cęlis est. Sed per imitationem, modo quo Christus alibi dicit, estote misericordes sicut & pater vester misericors est. &c. O quam magnum domũ homini confertur, vt possit fieri filius Dei. Dedit eis potestatem filios Dei fieri scilicet per adoptionem. Nam si aliquis magnus princeps rusticum virum in filium adoptaret, magni honoris foret. Quanti autẽ honoris est homini, quem Deus in filium adoptat? Nolimus ergo degeneres fieri tantę diuinæ gratiæ, qua gratia adoptationis cohæredes nos constituit cum Christo filio ei⁹ in Paradiso, & regno suo. Insuper per misericordiam reconciliationis cum proximo cogimus Deum ad remittendum nobis nostra omnia, etiã facinorosissima peccata, sine quorum dimissione nõ est salus. Dicit. Sic & pater vester remittet vobis, qui est veritas infallibilis non mentiens, sed fidelis in promissis. O magnum & stupẽdum donum per reconciliationem cũ proximo nostra actio fit quasi proportionalis misericordiæ diuinæ. Nam per mortalem offensam obligamur ad reatum & pęnam æternam, & incurrim⁹ æternam inimicitiam cum Deo. Nec in nobis talis est virt⁹, vt possit & reatui

Quid non est necesse remittere inimico. Matth.6. & Mar.11.

Vtilitas remittendi inimicis pulchrè ostenditur. Io. 1.

Digitized by Google

tui tali perpetuo, & inimicitiæ Dei infiniti boni offensi satisfacere, & nihilominus sua misericordia indulsit nobis, vt reconciliatio vera cum inimicis sit proportionalis satisfactioni reatus æterni, & infinitæ offensę Dei. Extende te practice in vtilitate & in potentia virtutis humanę, & altitudine diuinę dignationis ad hominem reconciliatum cum inimico. Nam contremiscunt columnę cęli, & pauent ad
Iob.26. nutum eius. Et tamen idemmet recōciliantium cum inimicis fit cordialis
Io.15. amicus. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis. Imo & qui se terrificum in scriptura vocat, vtputa Dominum exercituum, & contra peccatum zelotem & vindicatiuum, hoc mane dignatur dicere remittentibus iniurias, vt sitis filij patris vestri, qui in cęlis est, diligentis amicos, & inimicos in ortu solis, & pluuia ad vtrosq; Io. 15. non dicam vos seruos, sed amicos, quoniam omnia quæ audiui a patre meo, nota feci vobis. Extende te practicando. Si Dominus temporalis qui est homo mendax vt Psal. dicit, & mortalis, de quo etiam propheta, maledictus qui confidit in homine &c. quēlibet vestrum rogaret amore sui, vel alicuius promissionis oblatę, vt se reconciliaret cum tali suo inimico, ilico ad sui complacentiā flecteretis vos. At Deus creator & conseruator noster, sine quo nihil possumus facere, Rex regum &c. Fidelissimus in promissis, nos monet ad fratris reconciliationem, ex ea offerens nobis remissionem nostrorum peccatorum, & mercedem centuplum pro vno, promittit etiam gaudia quæ nec oculus vidit, &c. & tu ingratus Deo resistis, sibi in suo mandato, ex aduerso stando, vere fiet tibi corde duro, iustitia sine misericordia vt dicitur Iaco.2. qui non fecisti misericordiam in proximum tuū. Hic bonus magister non docet nos fabricare cęlos, non quærere principatus, non colligere pecunias, & similia, sed dicit vade prius recōciliari fratri tuo, & discite a me, misericordiā volo, & non sacrificium, exemplum enim vobis dedi vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Vnde & discipulis non receptis per Samaritanos, & petentibus ab eo, vt faciant ignem descendere de cęlo super ipsos, dixit. Nescitis cuius spiritus est. Filius hominis non venit animas perdere sed saluare. Vide historiam, & Psal. Si iniquitates obseruaueris Domine &c. Et hoc est contra Luc.9.
illos qui imprecantur peccantibus in se mala aliqua animæ vel corporis. Et hoc malo imprecationis plurimum vtuntur mulieres, quasi Deum carnificem facerent. Cæteri enim principes & iudices maleficos per suos ministros puniunt, miseri autem imprę catores Deum vt ministrum & carnificem suum faciūt imprecando vt in suos malefactores mala conferat. Legimus enim de beato Carpo. Nā refert Dion. in Epist. ad Demophilum. Christum etiam post ascensionem cuidam sācto viro nomine Carpus dixisse, paratus essem rursus pro hominibus saluandis pati. Cum enim quidam infide- Exēplum carpi.
lium quendam fidelem peruertisset a Deo, Carpus moleste tulit, vt ex eo in firmitatē incurreret, & exorabat quotidie, vt combustione quadam amborum simul misericorditer abrūperet vitas. Et ecce circa noctis medium, dū euigilaret, & hanc orationem faceret, subito domus in qua erat, in duo diuisa fuit, & quædā fornax immensa ibidem apparuit, & ibi prope eā illi duo iuuenes existentes impellebantur cadere, & moleste ferebat ꝙ cito non caderet, sed Christus eos manu eripuit & Carpus dixit, percute me, paratus sum, si necessitas exigeret iterum pro hominibus saluandis pati, hoc exēpl. Prolixius vide in Voragine de resurrectione Christi. Qui facit solem suū oriri super bonos & malos &c. Notate verba, signate mysteria. Quilibet of- Inductiua
fensus in sui consideratione in seipsū ꝑpulchra
reflectatur, & recognoscat quanta be- ad remis-
neficia Deus sibi in dies ingratissimo sionē ini-
confert, vt misericordię Dei sit, secun micis.
dum quod Hier. dicit, quòd nō simus Tre.3.

con-

consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Extende te ad similia practice, & tamen homo homini seruat iram & a Deo quærit medelam? Quis nostris miseris temporibus non sit crudelior Chaim fratricida, & tamen Deus paratus est sibi remittere? Eccle.28. Quis enim non corrupit vias suas, & terram non inquinauit suis immundicijs, & tamen Deus non ad diluuiũ, sed ad misericordiam & indulgẽtiam omnes vocat. O quantis vitijs innominabilibus sunt multi infecti, & tamen Deus non pluit super nos ignem & sulphur, sed misericordiam reuertenti offert. Quanti enim pharaonice obstinates ex aduerso contra Deum stant, & nihilominus proclamat Deus per se, & suos prophetas dic practice ad similia, cũ sancta scriptura te extendendo: In quacunque hora peccator ingemuerit saluus erit, & tamen miseri obstinati dura ceruice, & incircumcisis auribus, ad tam piam exortationem, & proclamationem Christi duri sunt. Quasi sibi vellent dicere, tu sis circa me misericors, & ego ero circa proximos crudelis. Practica circa huiusmodi. Sed vere Eccle.2. dicit tibi. Qui vindicari vult a Domino, quærit vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Vide reliquũ, quia perpulchrè discurrit circa huiusmodi. Et concludit 13. cap. Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso. Et August. Beatus est qui amat te, & amicum in te. Et non sicut ethnici & publicani, & meretrices diliguntur adinuicem. Prosequere Euangelium de dilectione in ordine ad Deũ. Quę sola dilectio ordinat charitatem meritoriam in amicos & inimicos. Cõcludamus igitur, & meis auditoribus proponamus ante oculos exempla sacræ scripturæ, quæ magis mouent. Quem potius debetis sequi? Abel iustum, & amatorem fratris, cui Dominus acceptauit suum sacrificium, vel Chaim fratricidam reprobatũ a Domino, etiam in suo sacrificio? Isaac obedientem, & electum a Domino, in cuius semine benedicentũr omnes generationes, vel Hismael prauum, & persequentem eum, & a Domino ab hæreditate paterna exclusum. Iacob simplicem & vitiorum supplantatorem, quem Deus dilexit, vel Esau calidum & persecutorem fratris, quem Dominus odit? Sanctum Ioseph, qui fratribus eum offendentibus non solum pepercit, sed eos excepit cum magna charitate, dans eis optimum locum pro se & suis pecoribus habitandum, vel eos ipsos fratres alias in simplicitatẽ eius excitatos ad mortem? Moysen mitissimum omnium virorum, qui assidue exorabat pro suis calumniatoribus, & pro eis veniam a Domino impetrabat, vel Dathan, & Abiron inuidos in eum, quos terra deglutiuit cum tota eorum substantia? Dauid mansuetissimum, cui erat proprium parcere inimicis, vel Semei cũ cęteris, eum virum Belial, & sanguinis conclamantem, & tamen sibi pepercit? Eundem insuper Dauid valentem occidere Saul regem in spelunca, & quando sibi cyphum cum lancea dormienti subripuit, & tamen dixit, absit a me occidere Christum Domini, vel ipsum Saul eum attrociter sine causa persequentem ad mortem, quem tamen reprobauit Dominus? Heliam Tesbitẽ remittentem noxam suis persecutoribus, vel Achab & Iezabel reginam eius vxorem persequentem eum ad mortem, qui tandem mala morte interierunt? Et vt causa breuitatis cætera exempla omittam, sufficit nobis Athlete Christi Stephani Prothomartiris clementia in suos persecutores, pro quibus genuflexus orauit, Domine ignosce illis, &c. Et dicunt sancti doctores, nisi Stephanus oraret pro Paulo tunc lapidantium vestimenta tenentem, Ecclesia ipsum Paulum non haberet. Et Pau. de se dicit. Maledicimur, & benedimus. 1.Cor.4. Persecutionem patimur, & sustinemus. Blasphemamur & obsecramus, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsima vsque

K ad

Digitized by Google

ad huc. Et 1. Thi. 4. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum viuum, qui est saluator omnium, maxime fidelium. Multas autem practicas perpulchras vide in nostris sermonibus doctrinalibus de dilectione inimicorum. Insuper vide & sermonem deuotum de inductiuis ad dilectionem inimicorum.

SECVNDA EVANGElij pars tota est de elemosina: & oratione.

NAm cum dicit de oratione cum oraueris intra in cubiculum, intẽdit potius modum quàm locum determinare orationis scilicet vt fiat secrete & non intentione vanegloriæ. Est perpulchra Lact ad hoc propositum sententia Deus qui cęteris animalibus sapientiam non dedit, naturalibus ea munimẽtis ab incursu & periculo tutiora generauit, hominẽ vero quia nudũ fragilemq; formauit, vt eum sapientia potius instrueret, dedit ei præter cætera humanæ pietatis affectum, vt homo hominem tueatur, diligat, foueat contra omnia pericula, & excipiat, & præstet auxiliũ. Summum igitur inter se hominum vinculum est humanitas, quod qui dirupérit, nepharius, & parricida extimandus est. Ideo Christus verus De⁹ qui talem hominem condidit, quatenus inter se homines pietatis affectu foueantur, in præsenti Euangelio dedit eis duo præcepta pietatis in inuicem, vnũ est de dilectione inimicorũ, de quo disseruimus in præcedenti sermone, secundum est de subuentione in necessitate proximo indigenti per elemosinam, de quo etiam in hac secunda parte Euangelij prosequitur, vide nostrum sermonem de elemosina, & hic eum applica Et practica ea quę Christus hic dicit de modo faciendi elemosinam, quia per tubam secundũ Glo. intellige omnem actum iactantię, causa cuius quis facit elemosinã. Et Aug. videri ab hominibus quoniã opus bonum facis, non est malum, sed malum est appetere, quòd videaris. Et ex his verbis apparet siue priuatim, siue publice fiunt opera bona intuitu Dei, est meritorium. Ideo & in Ecclesia publice oramus, quamuis qa secundum Augu. superbia bonis operibus insidiatur vt pereat, quantum possibile est a minus perfectis occultentur bona sua facta, ne extinguantur flatu superbię sicut parua scintilla. Chris. si possibile est teipsum ignorare, & ipsum munus latere studiosissimum est tibi.

Lib. 1. cap. 10.

Digitized by Google

SABBATI CINERVM, SERMO VNICVS.

DE TENTATIONIBVS, ET EARVM remedijs: de confidentia in tentationibus; & pręmio post euictas tentationes.

Matth. 6.

CVM SERO ESSET FACTVM. MATTH. VI.

IN laboribus, & timoribus plurimum necessaria est spes auxilij, & consolatio excitās ad supportandum laboré, & prosequendū opus inceptum. Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominū, vnde omne op⁹ etiā graue leue fit omni laboranti confortato dulci adhortatione, vel præmij sperati promissione. Hoc constat per omnes artes laboriosas discurrendo. Et quoniam labor pęnitentium pro peccatis est valde grauis & tediosus, vt ieiunare, orare, elemosinas facere, ideo pauci eam vel incipiunt vel perficiunt inceptā. Plures etiam ex consideratione grauitatis peccatorum terretur, & de venia desperant imitantes Chaim, ideo tales plurimum indigent eos animantes, quatenus de Dei misericordia nō desperent, quæ excedit omnia nostra facinora. Et his plurimum valent exépla sanctorum, qui ex vase contumelie, translati sunt per pœnitentiam in vas gloriæ, vnde & de Paulo dictum est, vas electionis est mihi. In figuram horū hoc mane Christus mysticè, oés in pœnitentia laborantes confortat dicés. Cōfidite, ego sum, nolite timere.

Psal.

Spiritualiter interpretantes hoc sacrum Euangelium inuenimus ipsum totum esse de pœnitentium labore, & in ea cōfortatione, quia Christus eis nullo modo deest per confortationē, & spem venię, & auxilium, & promissionem ęternorum post laborem.

Spes venie necessaria est pęnitētiā agentibus, cū cōfidentia diuini auxilij.

Vbi pręnotandum est, quòd discipuli primo erant in deserto, & de deserto pcepto Christi ingrediētes nauiculā trāsfretarūt in terrā Genezaret. Qđ denotat spūaliter christianos, qui sunt veri discipuli Chri p pęnitentiā in hoc deserto mundo factam, trāsfretando cum magno labore & periculo maris, vbi secundū Psal. Sunt reptilia quorum non est numerus, quia caro demonia diuersa mouent prelia, & incursu tot phantasmatum turbatur omne Sabbatum, genezaret, quæ interpretatur domus frugum, est patria cęlestis, in qua saciabimur, cum apparuerit gloria eius, vbi torrente voluptatis suæ potabit laborantes in pęnitētia. Nā dicit S. Pau. dū sumus in hoc corpore peregrinamur a Dño. Et Hæb. Nō habemus hic manentē ciuitaté: sed futurā inqrimus. Hæc peregrinatio figuratur. In Heliā cum labore ascendente in montem Dei Oreb, vbi vidit, & audiuit Deum se consolanté in aura placida, vide hist. est facile eam ad propositum figurare. Hæc igitur nauis denotat pœnitentium ductum, per quam onusti omniū virtutum mercibus transfretantur genezaret idest ad patriam cœlestem. In hac naui quandoque quiescitur, dormitur, operatur, & laboratur, ad denotandum, q diligentibus Deum, vt Paul. ait, omnia cooperant in bonum.

Psal.

2. Cor. 5.

Hęb. 13.

3. Reg. 19.

De demonū tētatio nib⁹ cōtra pęnitētiā agentes.

Digitized by Google

1.Cor.10. Siue bibitis, siue comeditis, siue aliquid aliud facitis, oĩa in gloriam Dei facite. Et Coll.3. omne quodcunq; facitis in verbo & opere, oĩa in nomine Dñi Iesu facite, gratias agentes Deo, & patri per ipsum. In huius pęnitentiæ ductu sunt venti contrarij. Sunt demones leues in discurrendo per oẽs partes mundi, qui conãtur quotquot possunt spũali euersione submergere ad ꝓfundũ inferni, vnde & beato Martino in via apparuit dicens. Quocũq; ieris, Diabolus aduersabitur tibi. Et idem in tentatione Iob ostensum est. His contrarijs ventis quidam iuuenis volens mundo abrenuntiare agitabatur. Quotiens enim iter ad monasterium monachorum arripiebat, demõ in faciem eius magnum ventum puluerizatum concitabat, tandem ipse hoc animaduertens esse Diaboli portentum, proiectis suis vestimentis nudus cucurrit ad Monasterium. Hi venti ostensi sunt in demone, vt narrat sanctus Macharius, quem vidit portanté appensas ampullas in laceratis suis vestimentis, a quo didicit illas esse tentationes, quibus secundum varias cõditiones & cõplexiones hominum in prægustando tentat. Similia variarũ tentationum exempla reperies in speculo exẽplorũ & discipulo, titulo, tẽtatio. Propterea sanctus Petrus hortatur nos, fratres sobrij estote, & vigilate, qa aduersarius vester Diabol⁹ &c. Et Christus discipulis dixit. Ecce Sathan expetiuit vos, vt cribraret tanquam triticum. Ego autem rogaui ꝓ te Petre, vt non deficiat fides tua. Secundo in hoc mari sunt varia phantasmata, quia & hic Apostoli credebant Christũ phantasma esse. Nã demon non solum per se tentat pęnitentes apto marte, sed etiam per varia phantasmata se transfigurat in Angelum lucis, per quam transfigurationé etiam sanctos, & magne perfectionis viros decipit, & ad infernum, nisi sint cauti, deijcit, præsertim sexum muliebrem, faciliter omni spiritui credẽtem. Vide de hoc exemplum: qđ.S.T. ponit Epistolas Pauli ad Ro. super illud sicut oportet, nescimus quid oremus. O quantis pœnitentiam agentibus proponit capitis dolorem, & similia, quatenus desistant a labore penitentiæ. Et multis etiam vt graues austeritates incipiant, & in via Dei & bono proposito per indiscretioné desistant. Extende te ad similes deceptiones phantasticas, de quibus habes latum cãpum plenũ experientijs, & exẽplis. Et omnibus loborantibus his phãtasmatibus datur consilium optimũ per Sap. facientes omnia cum consilio idest probi confessoris vel doctoris, reguntur sapientia, & tales non penitebit. Quoniam in se confitentes generaliter demon decipit, sed alias consulẽtes fugit. Tertio in hoc mari sunt etiã homines male consulentes, & a via veritatis & bono ꝓposito suis coloribus alios diuertentes, quorum infinitus est numerus. Practica circa huiusmodi. Maxime a religionis proposito deuiantes: His respondendum est cum Dauid. Dum eum quidã a lachrimis, & ieiunijs, & alijs suis macerationibus quas pro adulterio & homioidio faciebat, suis dissuasionibus diuerterent, dixit. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Et hi consultores denotantur in vndis excitatis, quibus nauicula vehementer agitatur. Quoniam tales sunt periculosissimi, sicut scriptum est per prophetam. Et inimici hominis domestici eius. De his Isa.5. ve qui dicitis malum bonũ, ponẽtes tenebras in lucẽ, & lucẽ tenebras. Quarto in hoc mari est nesciẽtia de impetrata venia, propter quam etiam sanctissimi viri in maximo timore sunt. Eccle.9. sunt iusti, & sapientes, quorum opera sunt in manu Dei, & tamen nescit homo, an amore vel odio dignus sit. Et Pau. Nihil mihi cõscius sũ, sed in hoc nõ sũ iustificatus. Et vnus ex sanctis senioribus moriẽs, interrogãtib⁹ eũ fratrib⁹, an & tu times, pr̃ rñdit, vere timeo. Quia alia sunt iudicia Dei, alia hoĩs. Quid scio an Deus acceptauerit meã penitẽtiã? Ideo

Margin notes (left): Et prima é ꝑ seipsum demõ acrius tentat. — Iob.1. — Luc.12. — Demon ꝑ varia phãtasmata se transfigurat.

Margin notes (right): Rom.8. — Pro.13. — Hoĩes etiã mali sunt tẽtatores diabolici. — Demõ etiã plurimũ ꝑ perplexitatẽ de venia tentat. — 1.Cor.4.

Digitized by Google

In pdictis tetationibus vtēdū est exēplo regis Iosaphat.

Ideo solicite vigilandum est remigando ad mortē cū cōfidentia in Christū, de qua Pau. omnia possum, in eo qui me confortat. Et quia fidelis est Deus, qui nō patitur tentari vos supra id quod possitis, sed prouentū cum tentatione facit, vt possitis sustinere. 1. Cor. 10. Et super oīa vtamur in talibus aduersitatibus oratione Iosaphat regis Iuda. Qñ venit magna multitudo Æthiopū cōtra ipsum, iuit ad Ecclesiā cū populo, & deuote orauit dicens. In nobis dñe non est tanta fortitudo, vt possimus multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cū ignoremus qd agere debeam⁹, hoc solū habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Et tūc & nobis respōdebit sicut & illi rñdit. Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinē. Nō.n. est vr̄a pugna, sed Dei. Vide historiā, quia est pulchra. Et si Deus pclamatus statim nō subuenit p nostro desiderio, tñ Viriliter age & cōfortetur cor tuū, & sustine Dñm. Bonus.n. Dñs vt dicit Aug. non permittit qđ volumus, vt tribuat qđ mallemus. Nā & discipulos hic dimisit laborare per totā noctē in remigando, & quarta vigilia affuit eis, vbi dt Theophilus. Permisit autē Dñs periclitari discipulos, vt patientes fierent, vnde non statim eis affuit, sed p totā noctē periclitari pmisit, vt doceret nos patienter expectare, & non a principio sperare subsidium tribulationis. Hoc idē ostensum est in Pauli tentatione, totiēs rogauit Dñm vt discederet ab eo spūs sathanæ, qui eū colaphizabat, & dictum est sibi, sufficit tibi gr̄a mea. Nā virtus in infirmitate pficitur. Hoc idem ostensum est in Tobia Sene, cui dictum est ab Angelo Raphaele. Et qa acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te, post tantas tuas tribulationes misit me Dñs, vt curarem te, & Saram tuā vxorem filij tui a Demonio liberarē. Et similiter post longam tribulationem. S. Iob, pter magnam eius patientiā, addidit Dñs oīa quęcūq; fuerant Iob duplicia, & Dñs benedixit nouissimis Iob, magis quā principio eius. Remedium igitur contra oēs has excitationes dat nobis sacrum Euang. Contra Diaboli ventos clama ad Christū cum discipulis &c. dicendo. Domine salua nos perimus, quia respondebit tibi Dñs iā lasso. Cōfidite non in vestris viribus, quia sine me nihil potestis facere, &c. Ego sum, cuius virtute Dauid confidens non viribus suis sed in nomine Dñi Goliath idest Diabolū fortissimū prostrauit. Vide histo. Nam & beato Paphnutio cui Diaboli virtus ostensa est, dixit Demon Ex quo Deus factus est homo ad nihilum nostra virtus deducta est. Et beata Margarita demonem sibi apparentem calcauit suis pedibus. Contra phantasmata clama per assiduas orationes, vt valeas discernere inter spiritum Angeli, & Sathanæ, per donum discretionis & consilij, cuius sit consilium melius & salubrius, Achitophel praui, vel chusi probi viri. De his habes infinita exempla in vitis sanctorum vt S. Francisci, & S. Vinc. & S. Dominici. &c. Non igitur vt credatis omni spiritui, sed probate spiritus si ex Deo sint scilicet per consilium prudentis & orationem, ne decipiamini per crudelitatem facilem, sicut deceptus fuit propheta a falso propheta, contra mādatum sibi a Domino datū, & a Leone in via fuit suffocatus. Sed obserua doctrinam Prouerb. 11. vbi multa consilia, ibi salus erit. Contra aquarum inundationem idest prauorum consilia, clama. Recedite polluti clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tangere. Et Psal. Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo, &c. Contra tenebras desperationis clama. Conserua me Domine quoniam speraui in te, & in Domino sperans non infirmabor. Et memora passionem Christi, qui venit pro peccatoribus. Memora etiam pœnitentium vtriusque sexus lachrimas acceptas, in quibus vbi abundauit peccatum superabundauit & gratia. Et breuiter dic tentationi, cum Bernar. similiter tentato per demonem. Fateor nō meis

Marginal notes: Phil. 4. — 2. Para. 20. — Psal. — 2. Cor. 12. — Quatuor remedia cōtra pdictas quatuor tētationes. — Tob. 11. — Iob. vlt. — 1. Reg. 17. — 2. Reg. 17. — 1. Io. 4. — 3. Reg. 13 — Ter. 4. — Psal. — Rom. 5.

meis meritis se iure passionis Iesu Christi spero possessurum me regnũ Dei. Vlterius possis per ventum contrarium significare 7. mortalia peccata, q̃ turbulẽter insultant cõtra hoiẽm diuersis modis phantasinatũ. Practica de his, est facile. Sed debemus conari remigando contra ea per oppositas virtutes, in eis assuefiendo cum imploratione auxilij diuini. Quia dicit Pau. Fidelis Deus dabit prouentũ cũ tentatione, vt possitis resistere, quia hoc genus demoniorum non eijcitur, nisi in oratione & ieiunio remigabimus. Et secundum Pau. tribulatio patientiam operatur, patientia autẽ probationẽ, probatio vero spem, spes aũt non confundit. Quoniã dicitur. Qui vicerit dabo ei sedere mecũ in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Et hoc notatur mysticè hoc mane in Euangelio. Quia postq̃ transfretauerimus in Genezaret.i.ad domus frugũ cęlestis patrię de hoc periculoso mũdo, cognoscemus statim Iesum Christum, quia ipse fuit noster auxiliator in remigatione & pugna tẽtationũ nostrarum. Hæc est aũt vita æterna, vt cognoscãt te solum Deum verum, & quẽ misisti Iesum Christũ. Et cognoscem⁹ q̃ merces nostra magna ꝓmissa nobis ab eo in hoc mũdo, erit in transfretando ad cęlestẽ patriã, cũ apparuerit nobis, & videbimus eũ sicuti est, facie ad faciẽ. Psal. Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate Dei nostri, quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę Deus diligẽtibus se præparauit. Si vis prædicare de confidentia vide nostrũ sermonẽ doctrinalem cum sua figura in alio libro.

Rom. 5. Apoc. 3. De pmio victorię in tẽtatione. Io. 17.

DOMINICAE PRIMAE, IN QVADRAGESIMA.

SERMO VNICVS.

CHRISTVS PER OMNIA TENTATVS est; & se nobis similem ostendit: non diffidendum in tentationibus, nec desistendum a bene cęptis, quia facit Deus in tentatione prouentum; Item quomodo peccatores Deum vario modo tentent.

DVCTVS EST IESVS IN DESERTVM A SPIRITV, vt tentaretur a Diabolo. Matth. 4.

Matth. 4.

Dixit De⁹, Moysi. Inspice & fac secũdum exemplar tibi mõstratũ in monte, figuratiue ĩ Chro tentato per oĩa pro similitudine absque peccato. Hæb. 4. in cuius vita, vsq; ad montem Caluarie ostensa sunt nobis omnia exempla virtutum. Nam nihil magis populum ad virtutes impellit, quã principis ꝓbitas secundum Plat. Et hoc experientia edocemur, quia qualis est princeps, tales & ministri eius, secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitãtes

Exod. 23. Eccle. 10.

Digitized by Google

in ea. In militiā. n. virtus principis mi lites excitat ad bellū fortiter pficiendum, & tu discurre per omnes artes. Christus igit noster doctor & rector Dux & pater in principio suarū virtutū quas in publicū cępit ostendere, post ieiuniū 40. dierum voluit tentari a Diabolo, spiritu sancto in desertū ductus ad hoc, vt nobis daret exéplū, quanto maiores virtutes aggredimur tanto grauiores tētationes patiemur. Nec in tentatione diffidamus de Dei auxilio, quoniam fidelis est Deus, qui cum tentatione dat prouentū, vt possimus resistere, modo quo ipse Diabolo restitit vsq; ad eius confusionem. Fi
Eccle.2. li accidēs ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & prępara animā tuā ad tentationē. Deprime cor tuū, & sustine sustentationes Dei, coniungere Deo & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua.

In hoc Euangelio principaliter habemus duo documenta, primū est litterale de tentatione Christi, qua dedidit nobis exemplū confligendi spiritualiter, & modū vincendi oēs diabolicas tentationes. Secundū est morale: qualiter modo diabolico miseri peccatores Deū tentant dicendo Deo, dic vt lapides isti panes fiāt idest vt dura corda & obstinatę mentes in malū, panem misericordiæ habeant &c.

Hæb.2. Quoad primum dicit ductus est Iesus, &c. Dicit. s. Pau. Nusquā Angelos sed Abrae semen apprehendit, vnde debuit per oīa fratribus assimilari, nō in culpa sed in pęna, & ideo habet passibilē naturā, vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt propitiaret delicta populi. In eo. n. in quo passus est, ipse est tentatus. i. nō a carne, sed ab hoste, potens est & eis q tentantur auxiliari, & idē vide. 4. c. vbi dicit. S. T. Est triplex tentatio, vna est a carne, vt qn concupiscit caro contra spūm. Et ista non est sine peccato, qa vt dicit Aug. non nullū peccatum est cum caro cōcupiscit aduersus spiritū quia hoc est carnem concupiscere. Et hoc nō fuit in Christo, ideo dicit Apostolus, tentatū aūt per omnia pro similitudine absq; peccato idest absq; minimo motu peccati. Qui peccatum non fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. 1.Pet.2. Alia tētatio est ab hoste & a mūdo. Et hoc dupliciter, vel alliciendo p prospera, vel terrendo per aduersa. Et his duobus modis fuit tētatus Christus. Fuit. n. allectus prosperis. Quicquid enī pertinet ad prosperitatē vitæ huius, vel pertinet ad concupiscētiam carnis, vel ad concupiscentiam oculorum, vel ad superbiam vitę. De primo tentauit eum Diabolus, quando tentauit eum de gula, quæ est mater luxuriæ, vt hodie. Item de inani gloria, cum dixit, mitte te deorsum. Item de concupiscentia oculorum, cū dixit ei omnia regna dabo tibi. Et consumata omni tentatione Diabolus recessit ab eo. Item fuit tentatus per aduersa & insidias a Phariseis, quando volebant eum capere in sermone. Matth.21. & 22. Per contumelias dicentes. Vah qui destruis templum Dei. Item per flagella & tormenta. Excepta ergo tentatione quę est cum peccato, per omnia similis nobis, est tentatus, vt daret nobis exemplum sustinendi tentationes. 1.Pet.2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat enim se iudicanti iniuste, omnia peccata nostra ipse ptulit in corpore suo super lignum, vt peccato mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati estis, &c. Et ibidem, ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum, & honorificatum. Et dicit Apost. pro similitudine peccati, vt scilicet compateretur nobis, quia si fuisset sine tentationibus, non fuisset expertus eam, & sic non cōpateretur. Item dicit p similitudine sine peccato, quia si habuisset peccatum, non potuisset nos iuuare, sed magis indigeret auxilio,

Digitized by Google

Adeamus ergo ait Apostol. cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ex quo sic potest compati nobis, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniam^9 in auxilio ei^9 opportuno. Hęc autem Christi tentatio & victoria
1. Reg. 17. figuratur in Dauid conflictu cum Goliath. Cui promissa est a rege, idest a patre celi rege regum Michol, idest Ecclesia christiana in sponsam per victoriam habendam contra Goliath Phi-
Isai. 14. listeum, idest Diabolum, qui dixit ero similis altissimo. Ex quo diuisus est a Deo suo, quem vicit non armis & potentia humana, sed vt dicit Aug. manu inermi & brachio extento in cruce, vicit omnes tartareas potestates.
Gen. 32. De Iacob in figura Christi dicitur, in baculo meo transiui Iordanem, id est aquas tribulationum per baculum, idest per crucem, signatam etiam hic
Heb. 4. per baculum Dauid, in quo bellauit contra Goliath. Et lapidibus tribus percussit eum in fronte ad prostrationem, quia hodie tribus ictibus sacræ scripturæ prostrauit eum, quoniam dicit Sanctus Paul. verbum Dei vel eius sermo comparatur gladio ancipiti peruenienti vsque ad diuisionem animæ. Et hi lapides absconditi erãt in pera, quæ significat humanitatem Christi in qua lapides igniti diuinitatis erant absconditi, scilicet, potentia, sapientia, & charitas, quia ab instanti conceptionis fuit plenus gratia & veritate, quam ostendit, per maxime tẽpore passionis, per multa argumenta & miracula diuina, in quibus patefiebat eius diuinitas. Propterea, & Christus dixit. Nunc princeps mũdi eijcieť foras. Et suo gladio sibi amputauit caput, quia demon tentauit & mortem Christi persuasit, qua morte Christus moriendo, mortem destruxit, & vitam resurgendo reparauit, vt sibi cantaretur saul percussit mille, & Dauid 10. milia, quia abstulit opprobrium ex Israel super omnes Patriarchas & Prophetas, & in ascensione sua debellato Diabolo captiuam duxit captiuitatem, deditque dona, vt dicit. S. Paul. Multa scripsi in nostris prędicationibus de tentatione diabolica, & modis quibus vincitur, quæ videre possis ad ampliandum hanc materiam. Vide etiã .S. super eandem histo. victoriæ Dauid contra Goliath. Nihilominus de modis tentationis figuratiuę habes. Vidit Ioannes quandam bestiam similem pardo, habentem pedes quasi vrsi, & os eius quasi Leonis ascendentem de mari, & habebat capita septem, & cornua decem, & super cornua decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ. Hæc bestia potest significare Diabolum, qui homines alliciens, eos bestiales facit. Psalm. homo cum in honore esset comparatus est iumentis insipientibus, & s. f. est illis. Pardo assimilatur colorato, quia varijs coloribus tentationum allicit homines, vt ostendit Diabolus beato Machario in diuersitate ampullarum. De quo Ecclesiastici. 28. quasi pardus ledet eos. Habet pedes quasi vrsi, quia homines immundos, & carnales facit quasi vrsos. Tren. 3. Vrsus insidians factus est mihi. Dicitur habere os quasi Leonis, quia homines quasi Leo deuorat. Pet. fratres sobrij estote, &c. Dicitur habere decem cornua, quia cogitur homines opponere se Deo transgressione decem præceptorum, dicitur habere super cornua 10. diademata, qa est sibi gloria facere transgredi homines 10. præcepta Dei, promittens eis in transgrediendo sicut Christo pro diademate gloriam mundi, qua Salomon vsus est. Habet etiã septem capita, & super ea nomina blasphemiæ, quia homines inducit ad 7. mortalia peccata, quibus Deus blasphematur.

Apoc. 13. — Pet. 1. — Eccle. 2.

Moralis expositio vbi ppulchrè discurriť quomodo varijs mo

Secunda pars Euangelij moralis. Quomodo miseri peccatores imitantes Diabolũ, tentant Deũ in sui cõfusionẽ, & ruinã spiritualẽ. Pro declaratione horũ nota. Qđ tentatio prout hic loquimur peccatoris obstinati

est

dis miseri peccatores tẽtant Deũ in sui & temporalẽ, & spiritualem ruinam.

est renitentia suæ voluntatis contra voluntatem & placitum diuinum, incitans Deum ad puniendum eum. Et hæc renitentia voluntatum vocatur quędam pugna. Vnde cum Ioannes in Apocal. dicit factum est prælium inter Michaelem & Angelos eius, contra draconem, idest Luciferum & Angelos eius intelligitur de renitẽtia voluntatum adinuicem contrariarum. Quia Angeli boni pro Dei gloria, & honore pugnabant. Draco & Angeli eius pro honore proprio supra honorem Dei, dicens similis ero altissimo. Ad propositum ergo nostrum. Tunc enim miseri peccatores tentant Deũ, cũ renituntur ei in transgressionę præceptorum eius, qui præcepit & voluit ea ab omnibus hominibus obseruari, siue sit hæc renitentia & tentatio in solo consensu mentis contra Dei præcepta, iuxta illud qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est in corde suo, & Psalm. meditatus est malum in cubili suo, Hac tentatione cordis malitiosa pluries fuit tentatus Christus à Pharisæis. Et Psalm. tentauerunt Deum in cordibus suis, siue sit in ore de qua Iob, dixerunt supple impij Deo suo, recede à nobis, viam scientiarum tuarum nolumus, siue sit simul & in opere Psal. Astitit omni viæ malæ malitiam non odiuit. Vnde August. in libro de duabus animalibus dicit, quòd peccatum est voluntas renitendi, vel consequendi, quod vetat iustitia. Et idem peccatum est dictum, vel factum concupitum contra legem æternam. Et loquimur de peccatis mortalibus per quæ directè Dei legi opponitur. Et hoc modo dęmon peccauit, quia à rectitudine regulæ diuinæ sibi limitatę se extulit contra Deum, sicut si Discipulus vellet sequi, non regulam magistri sui sibi datam, sed suam. Hi etenim merito dicuntur tentare Deum, qualiter puniat eos. Quia & inter homines solet dici suarum voluntatum transgressoribus. Vt quid me tentatis de huiusmodi, pro libito exẽplifica. His

Matth. 5.

Iob 21.

igitur declaratis dicamus, quòd desertum in quo tentatus fuit Christus à diabolo, potest significare istum malignum mundum, de quo omne quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut carnis, aut superbia vitæ. Et mundus in maligno est positus, vt merito deserto comparetur, in quo sunt omnia genera siluestrium, & indomitorum ac monstruosorum animalium. Ita in hoc misero mundo per imitationem talium, est infinitus numerus stultorum, & monstruosorum hominum. Qui possunt figurari. Isa. 13. per monstruosa animalia, quæ in Babylonia in desertum reducta inueniuntur. Nam ibi dicitur. Requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabũt ibi structiones, & pilosi saltabunt, alias stabunt, & respondebũt ibi vlulæ in ędibus eius, & sirenæ, idest dracones, seu serpentes crispati alati, atque volantes, in delubris voluptatis, idest vbi Caldæi libidini carnis vacabant, prętertim in sacrificijs papi, & veneris. Moraliter Babylon gloriosa, est hic mundus gloriosus, de quo hodie diabolus Christo dixit, omnia regna mũdi dabo tibi, &c. sed secundùm interpretationem nominis est Babylon confusio, quia mundus hic plenus est confusione. Psalm. confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Et quia confusione sunt cõfusi? Dicit in quo requiescunt bestiæ, idest homines bestialiter viuentes. Psalm. homo cum in honore esset, & cæt. Et replebuntur domus eorum draconibus, idest, pestiferis hominibus flatu sermonum suorum alios inficientibus, vel igne concupiscentiæ inflammatis influxu, seu in aqua luxuriæ commorantibus, sicut dracones propter suæ naturæ vehementem calorem commorantur in aquis. Et habitabunt ibi structiones, idest hypocritæ seu hæretici, qui pennas sanctæ contemplationis & scientiæ habere videntur, non tamen ad cœlestia per veram contemplationem, & scientiam possunt volare, quemadmodum structio

2. Io. 2.

ctio alas habet nec volat Vnde Iob 39 dominus loquitur penna struthionis similis est pennę herodij & accipitis, quantum ad formam, sed non quantũ ad vsum. Et pilosi, idest vanis cogitationibus tanquam pilis repleti saltabunt vel stabunt, idest instabiliter petulanterque viuent, pius facit opus in stabile. Et respondebunt ibi vlulę, idest auari, qui terrenis inhiãt sicut vlulę, quæ rostrum terrę infigunt. Et com minatores iracundi, atque feroces, qui qui ad instar vlularũ horrendos emittũt clamores. Contra hos omnis amaritudo, & clamor & ira tollatur à vobis. Et syrenæ, idest dolosi & adulatores, qui tanquam syrena dulciter canunt carmen fallaciæ, respõdebunt in delubris voluptatis, idest in theatris suis, oportunisque locis illicitæ voluptatis, & cęt. Accessit ergo tentator, &c. dic vt lapides isti panes fiant. In sacra scriptura inuenimus lapides significari homines duros corde, & in circuncisis auribus, & qui per malitiam peccant. Indurauerunt faciem suam supra petram, & noluerunt reuerti. Et Ezechi. nec per ignem magnum ab olla rubigo potuit remoueri, & ex ea effusus saguis est supra lim pidissimam petram, in quo denotãtur peccata publica & inuerecunda modo meretricis, quia limpida petra semper retinet insignia sanguinis effusi su per eam, peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt &c. Insuper inuenimus in sacra scriptura panem significare Dei misericordiam. Vnde & Cananeæ dixit Christus. Nõ est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus. Moraliter ergo hoc mane diabolice dicunt Christo obstinati corde & auribus incircuncisi, quia peccata sua prædicant sicut Sodoma. Dic vt isti lapides panes fiant, idest conuerte irã tuam in misericordiam ad nos, da nobis misericordiam, indulge nostris facinoribus, & tamen nolunt vitam mu tare in melius, sed volunt, quòd panis filiorũ Dei detur canibus. Quid enim superbius hac diabolica ambitione, & inuerecundia? Deo ex aduerso sine ter mino stare, & ab eo misericordiam & veniam petere, tam hic quàm in alio mundo, Practica per similia, quia habes latum campum. Vti volunt fornicatione, immunditia, impudicitia, aua ritia, veneficijs, inimicitijs, contentionibus, emulationibus, ira rixis, dissensionibus, sectis, inuidijs, homicidijs, ebrietatibus, commessationibus, & his similibus, quæ qui talia agunt regnum Dei non consequentur, vt dicit S. Paulus, & sperare de Dei misericordia. Vide quid dictum est conuiuatis nolentibus venire ad nuptias, al lectis voluptatibus, & ei qui ingressus est ad eas sine veste nuptiali. Sic accidit & quinque fatuis virginibus, quæ voluerunt ianuam nuptiatum sponsi sibi apperiri extinctis lampadibus. Vere tales ex vana spe ipsorum mittuntur in tenebras exteriores vbi erit fletus & stridor dentium, & cum Ioachim sceleratissimo rege sepultura asi ni sepelientur. Et deportabuntur cum scelerata muliere sedente super amphoram vanitatis in terram Senaar, idest fœtoris, & excussionis dentium, quia Senaar sic interpretatur ad lętan dum. idest ad pœnas æternas fœtoris & stridoris dentium absque misericor dia. Quia dicit leo, qui misericordia te redemit, iustitia te condemnabit. Et Christus dicit peccatum in spiritum sanctum nec hic nec in alio sæculo dimittetur. Et S. Ioan. Videns multos Pharisęorum, & Saduceorum venientes ad baptismum suum dixit eis. Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitẽtię. Nec dicas miseratio Domini magna est, multitudinis, peccatorum suorum mi serebitur. Misericordia enim & ira ab ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Practica hic con tra omnes qui in peccatis perseuerantes de Dei misericordia confidunt, sicut Amon prauus, qui in medio malitiæ suæ fuit interfectus à seruis suis in domo sua. Vnde Paulus. An nescitis,

Prou. 21. Ephes. 4. Hier. 5. Ezech. 24. Isai 3. Galat. 5. Matth. 22. Hier. 22. Matth. 3. Ecclesiast. 4. Reg. 21. & 2. p. 55. 1. Cor. 6.

tis,quia iniqui regnum Dei non possidebunt. Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri neque molles, neque masculorum concubitores,neque fures, neque auari,neque ebriosi, neque maledici,neque rapaces,regnum Dei possidebunt.Extende te practice,quia frustra petis ô lapis dure cum Grisaroro voluptatibus operam dante, in mortis articulo inducias. Vide hoc exemplum in Dialog.S.Gregor. Quia male viuere, & bene mori dicit August. est impossibile, idest, difficile. Pauci enim sunt latro in cruce misericordiā consequens. Pauci Maria Magdalena, à qua Dominus septem dæmonia eiecit. Pauci sunt prodigus reuersus ad patrem tota substantia consumpta; sed infinitus est numerus similiū, qui in sua obstinatione cum Pharaone relicti submerguntur in pœnas inferni. Practica insuper declamantibus in flagellis absque vera pœnitentia,quia tales non habebūt panem misericordiæ, nec iustitia diuinæ seueritatis eis conuertetur in panes miserationis eius. Vide de hoc totum capitulum. Isai.9. quia est ad propositum, & 13.cap. Et Hier.13. & Ezech.5. & 8. Si filius Dei es mitte te deorsum moraliter, idest, inclina te, dicunt diabolici viri Deo suo, vt obstinationi nostræ,& superbiæ nostræ non emendatę parcas & te flectas ad nos,& in templo tuo exoratus aduenī. Vide ad propositum totum cap.Amos 3. Et firma te super illud quærite me, & viuetis, & nolite quærere Bethel, qui interpretatur domus Dei & habitaculū Dei, quia multi dicunt,templum domini, templum Domini,& offerunt, vt Isa.1.dicitur, holocausta & pinguia & cæt. Quibus Deus respondet, quòd sint sibi abominatio talia,& quis quæsiuit hæc à vobis,vt ambularetis in atrijs meis? manus enim vestræ plenæ sunt sanguine, & cęt.Sequitur in Amos,quia Bethel, idest Ecclesia Dei erit vobis inutilis. Et non intrate in Galgala, & non transibitis in Bersabeæ, idest, ad refugia temporalia rotabilia, Galgala interpretatur rota eius,vel reuolutio eius, quia hæc vt rota conterentur, & reuoluentur ira Dei graui vsque ad captiuitatem, &c. Bersabeæ interpretatur puteus saturitatis, idest non speratis in thesauris vestris, quibus satiati estis, vsque ad recalcitrationem contra Deum, quia aurum & argentum non saluabit te in die irę & furoris domini,donec comburatur Ioseph qui interpretatur augmentum,vel appositio, idest additio,super additionem peccatorum vestrorum. Deinde prosequere totum capitu.ea quæ tibi sunt ad propositum accipiendo, & applicando. His enim omnibus dicet Christus ficte se humiliantibus, non tentabis & cæte. sicut dixit dæmoni, & vade retro Sathanas, idest quia plenus es omnibus vitijs contentis in gula, luxuria, & auaritia, propter quæ cades retrorsum caput tuum frangendo.Isai.24. & grauabit eam iniquitas sua,& corruet,& non adijciet, vt resurgat. Vide ad propositū exemplum in legenda sancti Bartholomæi, quomodo exclusus fuerit orare pro populo, vbi ossa eius erant sepulta exigentibus eorum demeritis. Et idem vide in Hiere. Contra tales dictum est,descendet Dominus non in bono, sed in malo, sicut descendit dominus vt videret super Sodomitas,& Gen.contra superbiam ædificantium Babylon,vt te cōfundat.Et pro tota prædica conclude.quæ dicit Deus populo Hebręorum, sic obstinato & pro misericordia clamanti fili hominis versa est mihi domus Israel in scoriam,omnes isti es,&c.Vide totum cap.quia est prolixum,sed breuiter hanc sententiā continet. Deus minatur populo ignem gladium,& pestem, & destructionem Hierusalem per Caldæos,quia à planta pedis vsque ad verticem nullus,vel pauci sunt boni in eis,sed sunt immūdi & pleni omni spurcitia, dantes ex se scoria, sicut metalla in fornace posita, vt sint deteriores & immundiores in flagellis. Secundo assimilat eos terræ

Hiere. 14. & 15.

Gen.11.

Ezech.22.

ræ infructiferæ, quæ producit zizaniam, & herbas inutiles, super quam non pluit dominus gratiâ suâ exigentibus eorum demeritis. Et in particulari descendendo dicit. Apud ipsos esse prauos & falsos prophetas, qui eis falsa diuinabantur, & prophetabant, tamquam dominus per os eorum locutus esset. Et populum in malo confirmabant, vt deteriores essent, & peiora facerent. Nam principes eorum erant tyranni opprimentes iustos, & pauperes, corruptoresq; aliorum suo malo exemplo, quos populus imitabatur. Sacerdotes in templis vitijs vacabant, & nesciebant discernere inter lepram & lepram, & inter virtutes ac vitia. Et à sabbatis auertebant oculos, non considerando ea mentaliter vt honorificum cultum Deo exhiberent. Populi etiam terræ calumniabantur calumnijs, & iniurijs, & rapiebant violenter in potentiam bona egenum & pauperem affligebant, & ad aenam opprimebant calumnia, contra iuris processum. Et hæ immunditiæ & multa mala abundabant, etiam in sexu muliebri, quia loquitur de terta ciuitate Ierusalem in scoriam versa & in terram immundam & infructiferam. Et quæsiui inter ipsos virum, idest viros plures bonos & mihi acceptos, qui se interponerent inter me & eos orationibus in murũ, ne eos tam acriter & exterminatiue punirem, & non inueni virum supple idoneum ad placandum me, ob grauitatem peccatorum eorum. Vnde & Hieronym. fuit prohibitus, ne oraret pro populo in bono. Et Ezech. 14. quòd Iob Noe & Daniel nec filium nec filiam liberabũt tempore vastitatis. Sequitur & effunde super eos indignationem meam, pręsens pro futuro tẽpore ponit, quia omnia sunt præsentia Deo, & etiam quia iram diffinitiuę sentẽtię Dei extirpantis designat. Et igne iræ meæ consumpsi eos, idest ex zelo iustitiæ, fame, peste, gladio, & captiuitate. Viam illorum, idest prauam in caput eorum reddidi, idest vnumquemque pro suo peccato affligens. Hæc omnia conuerte, & applica ad populum cui prędicas, quomodo & ipsi eodem modo suis prauitatibus Deum tentant affligendi eos deterius, quanto sunt ingratiores Deo in omni sexu & conditione & ætate. Ad propositũ etiam prædictorum vide alios nostros sermones de ira & flagellis Dei. Insuper tu qui temporalibus, & voluptatibus ac vanis diabolicis promissionib. vteris, tãquam Deo tuo eos honores exhibendo, non considerando quia transit mundus, & concupiscentia eius. Et imitaris alienationem mentis Salomonis, qui in senectute sua voluptatibus operam dedit vsque ad idolatriam, & qui dixit nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur nec negaui, quæ desiderauerunt oculi mei &c. cades vt Sathan retrorsum, Eccle. 2. qnoniam qui à Deo recedunt scribentur in terra sicut reprobi, & decantabis, in inferno cum epulone illud canticum, quod tui similes ibi cãtant deplorando. Sapien. Dicent illi qui sunt Sap. 5. in inferno. Quid profuit nobis superbia nostra? Prosequere totum capitulum.

Hier. 15.

FERIÆ

FERIAE SECVNDAE PRIMÆ DOMINICÆ,

SERMO VNICVS.

QVARE FVTVRVM SIT IVDICIVM VNIVERsale. Discurritur etiam circa bona & mala, quæ ex relictis à mortuis proueniunt, & circa ea quæ super bonos, & malos in iuditio fient.

CVM VENERIT FILIVS HOMINIS. Matth. 25.

Matth. 25. SEcudùm commune Prouerbiũ oderũt peccare mali formidine pœnæ, & boni virtutis amore, & maxime quando virtuti magnum premium promittitur. Hoc igitur mane bonus magister, & noster Rex regum, Christus Iesus suis christianis in sacro Euangelio de futuro iuditio prædicit æterna prẽmia, quę donabit bonis in discussione suarum virtutum, & malis cunctis pœnam & dãnationem æternam post discussionẽ demeritorum eorum, quatenus bonos ad virtutes incitet, malos autem terrore pœnarum à prauitate cohibeat. Dicit ergo cum venerit & cæt.

3. quę. 59. arti. 5. Vide S. Thom. vbi ponit conuenientiam futuri iudicij vniuersalis omniũ hominum, quæ ego ne fit sermo prolixus, breuiter colligo. Hominis vita per mortem suam secundùm se & absolute est terminata, ideo statim post mortẽ quilibet iudicatur ex hac parte in anima, sed quia secundùm quid per mortem non est terminata, scilicet secundùm quòd ex futuris appenditijs pendet, ideo homo est iudicandus ex ea parte in iuditio, quia tunc terminabitur vita eius etiam secundùm quid. Et hoc patet ex quinque generibus reliquiarum vitæ futuræ humanæ. Primo restat in memorijs hominum vita defunctorum. Secundo in filijs, tertio in effectibus, quartò in corporibus, quinto in amatis. Nam homo mortuus viuit in memorijs hominum, in quibus, quandoque contra veritatem remanet bonæ, vel malæ famæ. Practica de huiusmodi. Et cùm hæc cunctis non sunt nota verissime, sed latent quandoque propter multa occurrentia, vt falsorum testium, vel suspitionum & cętera, ideo necesse est fieri iuditium de huiusmodi, vt cunctis sit notum de veritate & falsitate talium. Secundo modo viuunt in filijs, qui sunt aliquid patris secũdùm quid, vt dicitur Ecclesia. 30. mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se, & tamẽ multorum bonorum sunt mali filij. Vt igitur ostendatur, quòd boni parentes nõ sint causæ filiorum malitiæ, sed propria eorum volũtas, & econuerso, quòd mali parentes fuerunt causa malitię filiorũ multis modis, & quòd hæc cunctis pateant, erit iuditium vniuersale. Tertio in effectibus eorum viuunt, sicut ex deceptione Aristot. & aliorum similium pullulat infidelitas vsque ad finem mundi & vsq; tũc proficit fides ex pdicatione

Per pulchre declarat de apẽditijs bonis & malis in quibus mortui viuũt inter homines.

tione Apostolorum, & aliorum prædicatorum, vnde habent ipsi mali ex hac causa accidentaliter iudicari de quolibet ab eis decepto, per pullulatam eorum falsam doctrinam, & boni Apostoli & prædicatores & cę. Præmiari accidētali præmio peramplius ex quolibet directo, & conuerso per doctrinam ab eis seminatam, & relictam. Et ita practica de omnibus præsidentibus, & similibus. Quarto viuunt quantum ad corpus, dum honorifice sepeliuntur cum balsamis vncta & cætera, & sic honorifice viuunt in memorijs hominum per longa tempora vel vsque ad iuditium, & tamen fuerunt pessimi viri, vt gentiles idolatri, & praui Christiani. Et similiter boni quandoque relinquuntur insepulti & incenerati, cum tamē apud altissimum opera ipsorum sint accepta, ideo necessario erit iudicium vniuersale, vbi cunctis patebunt mali & boni. Quinto viuunt homines in rebus & bonis fortunæ ab eis relictis, vt in domibus & palatijs vineis, prouincijs, ciuitatibus, practica de similibus, in quibus affectum suum posuerāt, Deo & iustitia eius neglecta, quæ omnia subduntur ponderationi diuinæ. Et de his non potest fieri perfectum apud nos iuditium, quamdiu mundus durabit in his reuolutionibus ideo hæc iuditio vniuersali reseruantur, vbi Deus scrutabitur Hierusalem in lucernis. Et ex hoc Deus bis in idipsum nō iudicat secundùm idē, sed secundùm diuersa, nec S. Tho. sententialiter. Cum venerit &c. idest omnino veniet, modo quo Christus notat Mar. 13. & Luc. 12. Vide quia de iudicio pulchrè per assimilationem loquitur, ad tempus diluuij & ad Sodomorum subuersionem repentinam. Sopho. 1. Hierusalem scrutabor in lucernis, & quo ad animam, & quo ad corpus, vt diximus. Cum igitur venerit vt fur. Vigilate ergo. Practica. Cū venerit quo ad personam, quo ad concomitātiam, quo ad præsentationem bonorum & malorum, quo ad ordinem eorum in iuditio, quo ad sententiam iudicis, & quo ad executionem eius, circa prēmia bonorum & malorum pœnam. In maiestate, quia vt dicit S. Paul. sicut in precedenti sermone est dictum, per omnia tentatus in similitudinem peccati, vsque ad mortem discurre per totam vitam Christi tentatam, venit in hunc mundum. Et vt non esset aspectus eius, sed in iuditio veniet quasi renouatus Rex, decoratus in solio suæ maiestatis, idest in sua auctoritate & præeminentia, & suæ iustæ sedis quadratę, vt nec amore nec odio, nec muneribus, aut pietate flectatur, sed vt cunctis absque acceptione personarum tribuat secūdùm merita & demerita eorum. Leo Papa dicit, qui te misericordia redemit, sua iustitia te condemnabit, modo quo est ostensum Baldasar, & quo ad numerationem, & quo ad ponderationem peccatorum, & quo ad executionem suæ iustæ sententię. Expositionem huius visionis in 2. libr. habes, & de periculo expectantium pęniteri in morte. Vide in eodem libr. Et omnes Angeli cum eo cum omnibus sanctis suis. Sed Angeli boni testes beneficiorum Dei custodiæque solicitę ad homines, accusantes & testificantes de loco, de tempore, de modis actionum, cogitationum, operationum, negligentiarum. Similiter Angeli mali idem exprobrantes contra malos. Practica de huiusmodi. Ps. Deus deorum Dominus locutus est, & vocauit terram, idest omnes homines vt de terra resurgant, vel terrenis affectibus deditos. A solis ortu vsque ad occasum ex Syon species decoris eius, Deus manifeste veniet, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida, quia vndique prauorum conscientia turbata erit. Aduocauit cœlum desuper, quia omnes Angeli cū eo, Et terram discernere populū suū. Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia, & annuntiabunt cœli, idest Angeli

Perpulchrè practicæ discurritur

per totum Euangeliū circa iuditium.

Isai. 53.

Dan. 5.

geli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est. Et congregabuntur, ô quam angustæ erunt, vndique peccatorum viæ, superius erit iudex iratus, inferius horrendum chaos, à dextris peccata accusantia, à sinistris dæmonia ad infernũ trahentia, intus conscientia vrens, foris mundus vastans. Heu miser peccator sic deprehensus, quid faciet? latere erit impossibile, comparere intolerabile. Et congregabuntur & cætera, quia omnes resurgent integri corpore, defectus accidẽtales Deo supplente etiam in damnatis omnibus, qui ex aliqua accidentali causa in corporalibus acciderant. De quo. Quod perierat requiram, quod abiectum fuerat, reducam, quod confractum fuerat alligabo, & quod infirmũ fuerat consolidabo, & quod pingue & forte custodiam dicit Dominus omnipotens. Et congregabuntur omnes etiam pueri sine baptismo decedentes, integri corpore staturę. 30. annorum, secundũ quod essent in hoc mundo trigesimo anno à sua natiuitate. Et hoc vt & ipsi videant iustum Dei iuditium in se & in alios, & vt parentes accusent, qui fuerunt aliqua causa suæ damnationis, idest, priuationis beatitudinis. Practica super hæc, & de consortio beatorum Zachar. 10. sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos, &c. Quàm autem erit illa congregatio prauis terribilis, habes exemplum de illo iuuene deducto ad iuditium diuinum, & inde ex timore cum canitie reuerso. Habes insuper figuram ad propositum in nostra prædica de iuditio super visionem Abrahæ, quando mactauit animalia & cęt. Ibi declaraui quomodo in iuditio omnium acta & cogitata erunt aperta, & de iusto Dei iuditio. Et separabit scilicet zizaniam a tritico, & amurcam ab oleo, quæ in hac vita erant mixta, dic practice, Malach. 4. Ecce dies veniet succẽsa quasi caminus, erunt omnes superbi & omnes facientes iniquitatem, stipula, & inflãmabit eos dies veniens, quæ non relinquet eis radicem & germen. Et orieť vobis timentibus nomen meum, sol iustitię & sanitas in pennis eius. Egrediemini, & salietis sicut vitulus de armentis, & calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio dicit dominus. Dic practice, quàm amara erit malis hæc separatio ex certa & perpetua damnatione. Venient super eos horribiles, idest insultationes dæmonum trahentium eos ad inferos. Exemplum habemus in epulone per argumẽtum à minori. Cui dolor erat fratres secum habere damnatos & cæt. Vt de ipsis adimpleatur plorans plorauit in nocte, idest in obscuris peccatis suis, & lachrimæ eius in maxillis eius, non est qui consoletur eam, ex omnibus charis eius, omnes amici eius spreuerũt eam, & facti sunt ei inimici, quia sancti ex conformitate cum diuina voluntate lætabuntur etiam super damnatione suorum. Psalm. Lætabitur iustus, cum viderit vindictam. De his Iob, vadent & venient super eum horribiles, oẽs tenebræ absconditæ sunt in oculis eius, deuorabit eum ignis, qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo. Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eam. Apertum est germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei. Hæc est pars hominis impij a Deo, & hæreditas verborũ eius à Domino. Sicut pastor & cætera, oues significãt, quę sunt mansueta animalia, secundum proprietatem eorum, bonos & electos, domesticos, mansuetos, patientes, humilesque ac vtiles in sancta matre Ecclesia, fęcundos insuper omni genere virtutum, de quibus oues meæ vocem meam audient, & non peribunt in æternum. Extende te practice assimilãdo veros Christianos ouium proprietatibus. Per hædos significantur secundũ proprietatem eorum, reprobi veloces ad malum, stolidi in vsu rectę rationis per loca periculosa saltantes. Sap. 6. vias difficiles ambulant, quæ scilicet con-

Marginalia: Gregor. — Ezech. 34. — Gen. 15. — Iob 20. — Tren. 1. — vbi supr. — Io. 10.

conducunt ad mortem æternam, & Hierem. 9. Ascendit mors per fœnestras, fœtidos in vita spirituali. Ioel 2. Et ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbe egit, steriles & infructuosos, Ægei 1. Qui congregauerũt mercedes in sacculum pertusum. Et statuet oues à dextris, idest, in beatitudinem reponendas. Psal. dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me Et merito hoc fiet, quia in hoc mundo erãt inter homines à sinistris despecti, & cæt. Practica. Psalm. Imposuisti homines super capita nostra, transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium, lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Et malos à sinistris, deijciendos ad pœnas reproborum. Et merito quia in hac vita inter homines fuerunt à dextris &c. practica. Et hæc statio figuratur. Nam Ioseph adduxit coram patre duos filios suos Effraim & Manassem, ponens Manassem ad dexteram, & Effraim ad sinistram Iacob, vt eos benediceret, sed Iacob cancellatis manibus posuit dexteram super caput Effraim iunioris, & sinistram super Manassem ad figurandum, quòd quę sunt stulta & contemptibilia & ignobilia huius mundi eligit Deus, quæ autem sunt nobilia & venerabiliora in hoc mũdo, in alia vita quandoque Deus reprobat. Et Psalm secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniã irritauerunt te Domine, & lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt & habitabis in eis, & gloriabuntur in te omnes qui diligũt nomen tuum quoniam tu benedices iusto & cæter. Et in figuram horum Roma. 9. Iacob dilexi, Esau odio habui, & Psalm. Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Tunc dicet &c. Hic ponitur districta meritorum examinatio. Tunc dicet Rex, de quo Hierem. Non est similis tui domine, magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te ò Rex gentium? ipse Deũs viuens, & rex sempiternus, ab indignatione eius commouebitur terra, & non sustinebunt gentes comminationem eius. Dicet, idest, quia dicendo examinabit, & examinando remunerabit, vel condemnabit. Anselmus ò lignum aridum & inutile æternis igni bus dignum, quid respondebis in illa die, cum à te exigetur vsque ad ictum oculi, omne tempus tibi impensum, qualiter fuerit expensum? Tunc quippe condemnabitur, quicquid in te fuerit inuentum operis vel ocij, sermonis vel silentij, vsque ad minimam cogitationem. Sicut quòd vixisti, si non fuerit ad Dei voluntatem directum. Vę quot peccata tibi proruent ex improuiso, quasi ex insidijs, quæ modo non vides, quotque etiam mala non putas, quotque etiam bona credis, nudata facie apparebunt nigerrima peccata. hæc ille.

Gen. 48.

Hier. 9.

¶ Venite benedicti, &c. Hic extende te ad practicam, quàm benigne dominus seruos suos electos vocat. Venite omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Venite benedicti procede vsque ad minimos sanctos, possidete per hæreditatem perpetuam & quietem æternam. Regnũ non transitorium & cæt. sed quod nec oculus vidit & cæt. vt Paul. dicit, vbi nec capillus capitis vestri peribit. De quo Ioan. Et vidi cœlum nouum, & terram nouam. Primum enim cœlum & prima terra abijt, & mare iam non est. Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam descendentem de cœlo, à Deo paratam sicut spõsam ornatam viro suo, & audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei, cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus eorũ erit. Et absterget Deus omnem lachrimam ab oculis eorũ, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor, quæ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi scribe hæc verba, Apoc. 21.

Digitized by Google

verba fidelissima sunt & vera. Ego sum alpha, & ò principium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Qui vicerit possidebit hæc, & ero illi Deus, & erit ille mihi filius. hæc ibi. Esuriui enim. Non est credendum quin de alijs operibus bonis & malis, tunc erit disceptatio, quia opera eorũ sequuntur illos, & Hierusalem scrutabitur in lucernis, & villico dictũ sit, redde rationem villicationis tuæ, & voca operarios, & redde illis mercedem, sed sola hic opera numerantur misericordię, non tamẽ exclusis alijs, ad cõmendandum Dei præceptum de dilectione proximi. Et vt quilibet cognoscat qui in tẽporalibus abundant, se non fuisse taliũ possessores, sed administratores, & Dei procuratores, quos Deus cõstituit deficiente homini natura in suis necessitatibus, ipsi suppleant per bona eis commissa etiã ad proximorum necessitatem. De his vide nostram prædicam de eleemosyna, quia ibi plura dixi, etiam ad huius litteræ declarationem. Et de eadem vide Ecclesiastici 3. & 17. 19. 29. 31. & Thobiæ 4. & 12. Practice etiam descende ad eos, qui bona quæ sunt pauperum expendunt in leuitates, & similia. Reddite rationem &c. Deinde conuertet se ad malos facie secundùm apparentiam, rigida, &c. Practica. Discedite, &c. Firma te super omne verbum Christi maledictiuum aggrauando & ponderando illud. Iacob 2. iusti illa, idest finalis sine misericordia fiet illi, qui non facit misericordiam Maledicti, idest à tota creatura, quia secundum Gregorium offenso creatore, offenditur tota creatura. Armabit creaturam in vltionem inimicorum. In ignem æternum post vestrarum exarsionem concupiscentiarum. Psalm. Ignis sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. Et sine refrigerio ab aquis niuium transiet ad calorem nimium. Eternum ratione æternæ voluntatis prauorum in malum horrendum est incidere in manus Dei. Qui paratus est diabolo &c de quo Isaia. Veruntamen ad inferna detraheris, vt scilicet patris vestri diaboli quem in vestris prauitatibus secuti estis, perpetuo possideatis hæreditatem, timidis autẽ & incredulis, & execratis & homicidis, & fornicarijs, & veneficis, & idolatris, & omnibus mendacibus, pars illorũ erit in stagno ardẽti igne, & sulphure, quod est mors secunda, vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt. Et alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quę scripta erant in libris secundum opera illorum. Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundum opera eorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non est inuẽtus in libro vitę scriptus, missus est in stagnũ ignis. Poteris his addere exemplum Patris, & Filij se adinuicem maledicentium in inferno. Et ad propositum huius euangelij habes fere infinita exempla.

Sap. 5.

Iob 26.

Hebr. 10.

Apoc. 20.

Digitized by Google

FERIAE TERTIAE POST PRIMAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

COMMOTIO SPIRITVALIS IN HOMINE, vt inuidia persequens bonos mores, tractantur: Item suadentibus desistendum ab in cœpto bono, quid respondendum sit.

CVM INTRASSET IESVS HIEROSOLIMAM. *Matth.* 21.

Matth. 21. Arist. 2. de anima.

SEcundum Philos. & medicos. Natura interius est, quæ principaliter sanat infirmum, quia si virtus in homine interius non operaretur, frustra sibi tamquam mortuo corpori medicina daretur, sed in sanatione spirituali animæ solus deus est, q sanat oés lãguores, & nos sumus cooperatores Dei. Ideo Christus dixit sine me nihil potestis facere. Et Paul. Non est volẽtis, neque currentis, sed Dei miserentis. Et Sap. 8. Sciui aliter non possum esse continens, nisi Deus det. Et quando per suam misericordiam aduenit ad sanandum spiritualiter infirmum, facit mirabilia opera in ipso, sicut hodie fecit moraliter interpretando Euangelium.

Rom. 9.

Habetur p totum admirada cõ moto ĩ homine circa salutẽ eius ex aduẽtu Christi ad ipsum.

¶ Hoc mane exponamus moraliter sacrum Euangelium, in quo continetur admirabilis commotio in homine, quando ad ipsum visitandum venit Deus per misericordiam suam, vt cunctis inspicientibus sit stupori conuersio eius. Dicit ergo cum intrasset Iesus Hierosol. Hierusalem nunc nobis significat hominem, vel animam totam mundanam, resistentem omnibus bonis documentis & virtutibus, & diuinis visitationibus, ideo Christus. Vocat eam castrum quod contra vos est. Et Ioan. 15. mundus me odio habet. Ad hos nihilominus diuertit saluator ex misericordia, qui propter peccatores venit in hunc mundum, vt dicitur Matth 9. & Luc. 5. Vbi dicitur videntes Pharisæi discumbentes cum Iesu in conuiuio Matthæi eum cũ peccatoribus discumbere, dicebant discipulis. Quare cum peccatoribus & publicanis manducat Magister vester? Et Iesus audiens ait, non est opus medicus valẽtibus, sed male habentibus. Euntes autem discite, quid est, misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos sed peccatores. hæc ibi. Et hæc diuersio figuratur in Helisæo, qui interpretabatur Deus meus, qui diuertebat sæpius ad domum mulieris Sareptæ. Cui & nos diuertenti debemus secum apponere sibi stratũ mundæ conscientiæ, & sellam obedientiæ, & mensam pietatis ad proximum, & candelabrum sanctę intẽtionis, & fidei formatę lumine gratiæ. O quotiens diuertit ad miseros peccatores. Practica per omnes sensus cohibendos ab illicitis, habes latum campum attestando ad omnem sensum sacram scripturam. Cum igitur audierimus vocem eius non obduremus corda nostra, sed excitemur à sopore neglĩgẽtiæ cum Samuele totiens vocato, & ei vocanti respondeamus loquere dñe, quia audit seruus tuus. Et in Aduentu Iesu commota est tota ciuitas.

Matth. 21.

3. Reg. 15.

1. Reg. 3.

ciuitas quæ est ciuium vnitas, denotat hominem in quo debent esse bene ordinatę omnes suæ potentiæ, sicut ciuitas est bene ordinata legibus & ordinibus suis. Hęc igitur ciuitas inordinata per prauitatem suæ voluntatis cum suis sensibus tunc commouetur spiritualiter, cum ad præsentiam dei quo quo modo fuerit visitata. Practica de diuersis visitationibus diuinis circa hominem, habes latum campum. Et incipit seipsam suamque vitam ordinatam cogitare. Psalm. commouisti domine terram suam, idest, me terrenum hominem ex misericor-
2.Reg.12. dia visitando, & côturbasti eam. Hoc modo fuit commotus Dauid reprehésus per Nathan de adulterio & homicidio, quando dixit. Conuersus sum in erumna, dum configitur spina. Et
3.Reg.21. Ezechia Rex ad comminationé Isaiæ ex parte Dei, cum dixit. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et Rex Achab ad comminationem Helię, cum deposuit vestimenta sua & sacco indutus ieiuna-
2.Para.33. uit. Et Manasses in carceribus existés. Vide in fine eiusdem libri eius orationem lachrimabilem ad Deû. Sic commota fuit, & Magdalena vt patet, in eius Euangelio, quando lachrimis lauit pedes Christi, &c. & ita Matthęus & Zachęus Propterea Dauid ex parte sua, & aliorum peccantium rogat Deum dicens Quia domine commouisti terram, & conturbasti eam, ex misericordia ad nos diuertens, sana contritiones eius, quia commota est, quoniam tu solus sanas lãguores, nec est volentis aut currentis, sed Dei miserentis. Et dixit postea gratis agens Deo sanatus. Hæc mutatio dexteri excelsi, quia cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Psalm. Extende te in practica ad similia cum exemplis, quia talium exempla sunt dispersa vbique. Et intrauit Iesus in templum quod erat in ciuitate ad denotandum, quòd Deus per suum aduentum ad hominé facit animam eius templum suum, dignû sua habitatione Vos estis templum Dei, 2.Cor.6.
& nescitis, quia membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est Et anima iusti templum Dei est & sedes eius Et S. Hieronym. dicit. Templû Dei sanctorum corda dicuntur affirmante hoc Apostolo qui ait. Si quis templum Dei violauerit, disperdet illos Deus, têplum enim Dei sanctum est, quod estis vos Et Iesus ingrediens templum animæ statim eã purgat à côtagionibus noxiis. Vt quę erat ante commotionem & habitationem Christi, speluca latronum, idest omnium vitiorû habitatio, quoniam dæmones post baptismum & cætera, furati sunt ab ea omnes virtutes, & Dei gratiam, tempore habitationis & visitationis Christi fit domus Dei, vt Aposto ait, & domus orationis & deuotionis, purgata côcupiscentijs auaritiæ, signatis peruendentes, & ementes, & purgata luxurijs, & ebrietatibus &c. signatis per columbas calidissimas, deditas carnalitati, & purgata ambitionibus, &c. signatis per cathedras. Vnde & Maria Magdalena, & Matthæus, & Zachæus relictis illicitis secuti sunt Christû, & Matthæus cum cęteris Apostolis dixerunt Christo. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Hic adde exempla ex vitis patrum de meretricibus conuersis. Vbi etiam vide capitulum de compunctione. Et simplices ac boni hæc videntes admirabantur attribuentes talem commotionem Christo benedicto Nazareno, idest florido omnium virtutum. Qui est etiam Galilęus, qui interpretatur trãsfiguratio, quoniam ipse Deus solus est, qui se transfigurat in animam iusti eam deificando per gratiam, cui & pueri, idest puri & simplices viri, quos Christus in persona Apostolorum pueros vocat, dicens pueri habetis qd comedere, dant laudes infinitas super gratias habitas. Vnde & de Iob qui in omnibus Deo
benedicebat, Iob erat vir simplex ac Iob.1.
rectus, & timens Deum, ac recedens a malo. Et quoniam semper virtutes

Inuidia virtutes persequitur, & quid dicendũ sit auertẽtibus hominẽ à bono opere.

persequitur inuidia, & odium, vt patet per totam vitã Christi, quia Pharisei etiam opera patris sui, Belzebub attribuebant, propterea & hoc mane Pharisei vidẽtes purgationem, quam Christus fecit in Ecclesia ne sit ꝑ amplius spelunca latronum, sed domus Dei, videntes insuper commotionem totius ciuitatis, maxime proborum in laudes Christi prorumpentium & puerorum clamores dicentium Hosanna filio Dauid, indignati sunt. Oculis etenim ægris semper odiosa est lux, quæ puris est amabilis, & palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis. De hoc dixerunt impij cogitantes apud se non recte. Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat, factus est nobis intraductionem cogitationum nostrarum, grauis est nobis ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatę sunt vię eius. Tamquam nugaces estimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris, tamquã ab immunditijs, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum. Prosequere si vis reliquum capituli, vbi concluditur. Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius.

Sap. 2.

¶Sic etiam mundani homines cum vident aliqua bona fieri in aliquo loco, vel ab aliquibus personis, conantur obstaculis, & dissuasionibus impedire illa, quantum possunt. Sed his dicendum est audacter cum Dauid dissuadentibus sibi lachrimas, & pœnitentiam, quam faciebat propter adulterium & homicidium. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ. Et cũ beata Agatha tyranno promittenti sibi preciosissima ornamẽta &c. vt fidem abnegaret, & suis persuasionibus assentiret, audacter respondeamus. Discede à me pabulum mortis, quia ab alio amatore præuenta sum, quem cum amauero casta sum, cum tetigero munda sum, cũ accepero virgo sum. Et illud, quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. De huiusmodi sunt infinita exempla, maxime sacrarum Virginum, & sanctorum septem filiorum, tam in Machabæis quàm matris Fœlicitatis, & S. Ioannis & Pauli martyrum, quibus Iulianus apostata mandauit dicens. Ego clericatũ in Ecclesia obtinui, sed considerans vanũ esse inertiam sectari;, bellicis rebus animum dedi. Vos igitur in aula nutriti venite, vt primos vos habeam in palatio &c. Sic & seculares quandoque suis filijs volentibus mundo abrenunciare dissuadẽt in interitum animæ vtrorumque contemptum mũdi, sed istis, cum his sanctis est audacter respondendũ Deum non hominem tibi pręponentes, amicitias tuas perdere non timemus. Et iccirco scire te volumus, quia ad culturam tuam nunquam venicmus. Sequitur in Euang. Et relictis illis abijt foras ciuitatem in Bethaniam, ad denotandum prauorũ consortia & praua colloquia, quæ bonos mores corrumpunt, sunt fugienda, & relinquendi sunt, vt cæci & duces cæcorum volando in Bethaniam, quæ interpretatur domus obedientiæ, vel domus afflictionis eius, idest pœnitentiæ, vel domus doni Domini, quia nemo potest ad Deum venire, nisi ab eo tractus, vel domus glorificata Domini. Applica, & practica hæc ad propositum, est facile. Vide pro hoc in secundo lib. ser. de modis quibus Deus trahit hominem ad se, vel de orationibus habes plures sermones ibidem.

FERIÆ

Digitized by Google

FERIAE QVARTAE POST PRIMAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

QVOD MVLTI HOMINES PRAVI, SIGNIS & miraculis non conuertuntur, magis autem indurantur. De conditionibus adulterij spiritualis,& veræ despon sationis animæ Christo Domino. Et de confusione Christianorũ obduratorum, ob cõuersionem Niniuitarum, & Reginæ Sabbæ aduentu ad Salomonem.

ACCESSERVNT SCRIBAE ET PHARISEI ad Iesum, &c. *Matth. 12.*

Matth. 12. CHristus Iesus solicitus de suis fidelibus, ne possint corrumpi verbis, & factis prauorũ pseudorum, qui veniunt in pellibus ouium & intrinsecus sunt lupi rapaces, hoc mane tamquam bonus magister noster solicitus de nostra salute ostẽdit prauitatem Scribarum & Phariseorum, qui se coram populo transfigurabant in Angelos lucis, quatenus eorum & similium sibi, doctrinę veritatis se opponentiũ praua colloquia euitemus, tanquam prauorum,& adulterãtium Dei veritatem, & sequamur vestigia Niniuitarum, qui ad prædicationem Ionę conuersi sunt a prauitate sua,& Sabbæ Reginæ quę pro veritate inuestiganda venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & tamen praui Pharisei & scribę ipsum plusquam Ionam & Salomonem pręsentem noluerunt audire, qui promissus eis in lege fuerat pro salute eorum.

¶ In hoc sacro Euangelio sunt tria pulchra documẽta. Primum est, quòd prauos Christianos signa diuina non conuertunt, sed indurant. Secundùm est de spirituali adulterio, tertium est confusio, quam habebunt mali Christiani in iuditio comparatione conuersionis Niniuitarum,& Sabbæ aduenie̋tis audire à finibus terræ sapientiam Salomonis.

¶ Quo ad primũ prauos Christianos signa, & prodigia diuina potius indurant quàm conuertunt. Quoniam secundum Greg. signa dãtur infidelibus non autem fidelibus. Quia infideles ex ignorantia, & fragilitate peccant in fide, ideo egent in cognitione, quã de his, quæ sunt fidei non possunt habere per acquisitionem naturalem, sed per diuinam reuelationem cum fides sit donum Dei, quæ reuelatio potissime ostenditur in signis, quę excedunt totã creaturam, vt sunt miracula. Quoniam mira possunt etiam virtute diabolica fieri ꝑ multas actiones, quæ occultãtur hominibus, ideo Christus in prędicationibus suis vsus est confirmatione horum signorum, q̃ nemo alius vmquam fecit virtute propria sicut ipse, & Deus non est confirmator falsitatis, sed veritatis. Vnde communiter infideles signa diuina illuminant & cõuertunt ad fidem & bo- Prauos Christianos signa indurant.

na opera, vt ostenditur in prædicatio nibus sanctorum Apostolorum, quorum exiuit sonus in omnẽ terram. Fideles autẽ signa communiter non conuertunt, sed indurant quia ipsi non peccant per ignorantiam, sed per malitiam, cum iam fidem perceperũt, & acceperũt Moysen & prophetas, & totum nouum testamentũ in confirmationem omnis veritatis necessariæ ad salutem. Ideo merito cupientes supra sacram scripturã cum suis prodigijs, alia de cœlo signa, sicut hoc mane scribæ & Pharisei, indurescunt ex signis, & deteriores fiunt. Propterea & Abraham negauit mittere ad petitionem epulonis, fratribus eius, ne & ipsi vna secum damnẽtur, Lazarum, vel aliquẽ ex mortuis resuscitatum, sed dixit sibi habent Moysen & Prophetas, quos si non audiunt, nec audient, si quis ex mortuis resurrexerit. Videte quanta signa Christus Iudæis tamquã suo peculiari populo eis in lege cum talibus signis promissus, fecit, & nihilominus indurati corde supra petram, Scribę, & Pharisei, qui optime legẽ de Messia promisso venturo cum signis per Isa. declaratis nouerant, omnia sua miracula peruertebãt, & diabolo attribuebant expulsionem dæmonum à corporibus humanis. Et insuper alia signa quærebant de cœlo, tamquam illa essent diuina, & non quæ Christus faciebat, vt quòd Sol sisteret in cœlo à suo cursu sicut tẽpore Ios. & obruantur lapidibus, & grandinibus irę Dei. Et quòd manna descenderet de cœlo, vt tempore Moysi, & ira Dei ascẽdat super eos. Et ignis descendat de cœlo, vt tẽpore Heliæ, & eos ignis iræ Dei consumat, &c. Videte quòd signum acceptionis munerum Abel iusti datum de cęlo, indurauerit fratrẽ suũ Chaim vsque ad occisionem ipsius Abel. Percurre libros Moysi, & inuenies Hebręos peregrinantes versus terrã promissionis ex signis & portentis duriores fuisse in Deum, & Moysen, vt dicit Psal. Non ne Hieroboam durior fit effectus in idolatria, & alijs malitijs, quãuis miraculose propheta manum sibi arefactam sanauerit. Et post tanta miranda signa per Heliam facta Achab & Iezabel obstinatiores sunt effecti. Quid enim signa profuerunt Hebreis tempore destructionis Hierusalem per Titum & Vespasianum, secundũ Christi dicta super Hierusalẽ? Quid signa profuerũt secũdi Mach. 5. quãdo per Antiochum sunt occisi. 40. milia, & 20. milia venundati, & 20. milia in captiuitatẽ ducti cum expoliatione tẽpli. De omnibus his. S. Stepha. testatur dicens Iudeis. Dura ceruice & in circuncisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis, sicut & patres vestri ita & vos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri, & occiderunt eos, qui prænuntiabant de aduentu iusti, cuius nunc vos proditores & homicidæ fuistis, qui accepistis legem in dispositione Angelorum & non custodistis? Et audientes hæc dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Vide de hoc pulchrã digressionem obstinationis Pharisęorum & cætera, vbi confitebantur Apostolos idiotas, & sine literis admirãda loqui, & quod omnibus habitantibus in Hierusalem notum est signũ curationis claudi ex vtero matris in nomine Iesu, & tamen dicunt in consilio, sed ne amplius diuulgetur in populum, comminemur eis ne vltra loquãtur in nomine hoc, vlli hominum. Hęc idem eueniunt inter miseros Christianos, de quibus S. Greg. in Hom. S. Andreæ, & Petri conuersis ad Christum sine miraculis, sed sola vocatione. Quãta nos eius miracula videmus, quot flagellis atterimur, quantis minarum asperitatibus deterremur, & tamen vocantem sequi contemnimus? In cęlo iam sedet, qui de conuersione nos admonet, iam iugo fidei colla gentium subdidit, Iam mũdi gloriam strauit, iam ruinis eius crebrescẽtibus districti sui iuditij diem propinquare denuntiat, & tamen superba mens nr̃a non vult hoc sponte deserere, quod quotidie perdit

Marginal notes: Iof. 10. — Num. 11. — 4. Reg. 1. — 3. Reg. 13. & 14. — 3. Reg. 18. & seq. — Act. 7. — Act. 4.

Digitized by Google

perdit in vita. Quid ergo fratres carissimi quid in eius iuditio dicturi sumus, qui ab amore huius seculi, nec præceptis flectimur, nec verberibus emendamur. hæc ille. Nos igitur deteriores effecti in flagellis, & prodigijs quàm Pharao, quatenus insensati & cæcati mente, diuino iusto iudicio corruamus & submergamur in aperto, quia scriptum est in circuitu impij ambulant, & ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Descende ad practicam super auctoritatem Sancti Gregorij ad ciuitatem in qua prędicas. An ex Dei monitionibus & flagellis, & prodigijs sis melior effecta. Vere impletum est in te illud. Percussisti eos & non doluerunt, attriuisti eos & renuerũt accipere disciplinam, indurauerunt facies supra petram, & noluerunt reuerti. Ideo merito te in iudicio condemnabunt Niniuitæ exprobratiue, quia ipse sine miraculis, & prodigijs, sed solum ad prædicationem Ionæ comminatiuam ex parte Dei, conuersi sunt ad Deum in cilicio cinere & ieiunio, & tu Christianus legem Dei habens scriptã in corde tuo, tot diuinis monitionibus, vt S. Gregor. dicit, durior efficeris. Insuper qui quotidie audis Christi sapientiã plusquam Salomonis insipide, immo & fugis eam audire, vt oratio tua sit merito execrabilis, & tamen eius non accipis disciplinam. Vere condemnaberis exprobratiuè in iudicio per Sabbam Reginam, quæ ex finibus terræ adueniens audita fama Salomonis, sapientiam eius cum magno affectu audiuit. Non ne vides quid sapientia diuina ad ingratos Christianos proclamat. Quia vocaui, & renuistis, extendi manum meam & non fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium meum, & neglexistis omnes increpationes meas. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsanabo vos, cum vobis id quod timebatis aduenerit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super uos tribulatio, & angustia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correctioni meæ. Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consilijs saturabuntur. Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos. Qui autem me audierit absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur timore malorum sublato. Habes ad propositum huius sermonis nostrum sermonem in secundo libro, quomodo per peccatum reprobatur miser peccator à Deo, & datur in manus diaboli, & de 7. causis propter quas Deus reprobat iter impiorum.

Soph. 1.

Hier. 5.

De eodem natione Christianorum cõparatiuè ad Niniuitas, & Sabam.

Deut. 30.

Prouer. 1.

¶Secunda pars Euangelij generatio praua & adultera. Hic agamus breuiter de adulterio spirituali miseri hominis. Vbi pro declaratione dicendorum notandum, quòd in sacra scriptura adulterium spirituale, quandoque accipitur pro peccato mortali, vt cũ homo peccat mortaliter adulterat à Deo suo, vt dicitur Hierem. Tu autem fornicata es cũ amatoribus tuis, & cæt. Et hoc ideo quia sanctus Paulus dicit, quòd inter Deum & hominem est desponsatio spiritualis, & idẽ dicitur Oseæ 2. Sponsabo te mihi in sempiternum. Et causa huius desponsationis principalis est bonitas diuina, de qua dicit Propheta Hierem. in charitate perpetua dilexi te, Ideo attraxi te miserans. Est etiam secundaria causa ex parte pulchritudinis animæ, quam Deus dignatus est creare ad imaginem & similitudinem suã, Et in hac desponsatione spirituali cõcurrunt spiritualiter, quæ in materiali concurrunt materialiter & corporaliter. Nam in materiali concurrit Paranimphus, vt Elezar procurator Abraham in desponsatione Rebeccæ. Gen. Secundo requiritur sponsus, tertio sponsa, quarto consensus eorum adinuicem, quinto fides, vel in-

Quomodo aĩa nostra est vera sponsa Dei, & quomodo adulterat ab eo ꝑ totum Euangelium discurritur.

Hiere. 2. & 3.

Cor. 2. Cap. 12.

Hier. 31.

Gen. 2.

Gen. 24.

Digitized by Google

inseparabilitas perpetua adinuicem. 6.dos. Septimo copula carnalis, octauo procreatio prolis ad Dei honorem nutrienda. Hæc omnia requiruntur in spirituali desponsatione animæ nostræ cum Deo spiritualiter. Primo per amplius. Et hic est patrinus noster paranimphus, vel in necessitate alius loco eius, qui est medius inter Deum, & nos in contrahendo hanc desponsationem. Secundo est sponsus Deus, vt Osea dicit & Paulus ad Corinth. Tertio est sponsa anima nostra, quam in perpetua charitate diligit Deus sponsus. Quarto est cōsensus eorum adinuicem liber, quia Deo non placent coacta seruitia. Psal. Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine. Et Iosue vltimo vult Deus suos seruitores liberos, & non coactos. Vnde lex Christi ab alijs sectis in hoc principaliter discrepat, quia aliæ sectæ, vt Saracenorum cogunt ad fidem, sola Christiana liberos sinit suos fideles. Quinto fides inseparabilis adinuicem exhibendi soli Deo, vt superius dicit sanctus Paulus, & sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego dominus, & cætera. Sexto dos quæ non datur à sponsa, vt in matrimonio corporali, sed à sponso, quia vt dicit Paulus nec cogitare à nobis quidquam possumus, & Isai. 26. Omnia opera operatus es nobis, & Paul. quid habes serue nequam, quod non accepisti? Et quis prior dedit ei, & retribuetur sibi. Et hæc dos quam dat sponsus æternus suæ sponsæ in hac vita, est gratia gratum faciēs cum alijs virtutibus maxime donis spiritus sancti. Vt donum sapientiæ per quam diuina sapida sunt sponsę. Donum intellectus, vt clare habeat, ea quæ sunt fidei, donum scientiæ vt suā intelligentiā det in obsequium Christi, donum consilij & discretionis inter rectum & prauum, donum fortitudinis circa vtranque fortunam, scilicet in prosperis recognitionem, in aduersis patientiam. Donum pietatis maxime erga proximū. Et donum timoris domini filialis, quia secūdum Paulum, charitas perfecta foras mittit timorem. Demum post hanc vitā præparauit ei bona, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, vbi torrente voluptatis suæ potabit electos suos. Practice si vis discurre per bona æterna in beatitudine, vt de dotibus animæ, & corporis in beatitudine, sicut habes in nostra prædica de eadem materia in secundo libro.

Osе.2. — Osе.2. — Rom.11.

¶Septimo copula non carnalis quæ est communis cum brutis, sed mentalis, quæ est animorum per inseparabilem vnionem & dilectionem voluntatum, vt omnem suam cogitationem & actionem sponsa in suum sponsum dirigat, modo quo Paulus dicit, Omne quodcunque facitis in verbo, aut opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo & patri per ipsum, Et breuiter hæc copulatio cum sponso fit per charitatem, & dilectionem. Paulus quis nos separabit à charitate Christi? Vnde Christus dicit diliges dominum Deum, & toto & cęt. Vbi perpulchrè discurrit Chrysostomus sententialiter. Quid est diligere Deum ex toto corde, nisi vt cor tuum non sit inclinatum ad vllius rei dilectionē amplius quàm Dei, vt non delecteris specie mundi plusquā Dei. Et discurre practice per omnia temporalia, quæ homo potest habere in hoc mundo. Sed omnia hæc extimes tibi esse in Deo, vt præ omnibus alijs ames eum. Quoniam pro quanta parte fuerit cor tuum ad aliquam rem declinans, pro tanta parte minus est ad Deum. Nam vera dilectio vxoris ad virū cognoscitur, quando ipsum prudentiorem, sapientiorem, pulchiorē, fortiorem, discurre per similia, alijs hominibus extimat. Vnde si vxor videns alium virum, dicat ò si meus vir esset talis, &c. iam non amat perfecte virum suum. Perfectus enim ardor & perfectum odium, verum iuditium non habet. Vt quem perfecte odis, omnia sua tibi displicent, & quē perfecte

Col.3. — Rom.8. Coctio dei qualis quāta debeat se. Vide in libr. ser. 25.

Digitized by Google

fecte amas, omnia eius perfecte extimas & diligis. Sic ergo & anima christiana, quæ sponsa est Christi, ita debet Deum diligere, vt nihil sit in mũdo, quod peramplius amet quam eum eunde tota anima diligere Deum est certissimum animum habere in veritate, & firmum in fide. Qua propter si intellectus christiani alicuius doctrinæ seductione percussus cæperit dubitare de Dei substantia, in tota anima non diligit Deum. Si credit aliquid incarnationes posse supra Deum, aut auguria quicquam efficere, aut nunciare, practiea de similibus, hic in tota anima non diligit Deum. Sed qui credit esse omne bonũ & pulchrum, &c. in Deo, per quem omnia sunt, hic vere diligit &c. Tota mente ergo est diligere Deum, quando sensus tui Deo vacant in eius amore & seruitio, vt cuius intellectus Deus ministrat: Cuius sapientia circa Deum est: cuius cogitatio quæ Dei sunt pertractat, cui⁹ memoria in bonorum est recordatione, hic tota mente diligit Deum, sicut dicit Apost. Psallam spiritu, psallam mente: Et per oppositum. Cuius intellectus quæ Dei sunt non intelligit, nec sapiunt ei quæ Dei sunt, & eius scientia est vana, & secularis, vagat̃q; circa exteriora non in Dei honorem, prauis insuper cogitationibus, ac operationibus vanis occupatur, & similiter practica de alijs, ille tota mente Deum non diligit. Hæc Chrisf. sententialiter. Et de hoc amore Aug. dicit amor meus, pondus meũ, eo feror quocunq; feror. Hoc vero amore sponsa Christi in sponsum ardebat, quando nullibi in temporalibus valens inuenire eum, ea pertransiens tanquam odiosa, inueniensq; in transitu & contemptu earum, quem diligit anima sua, tenuit ipsum dicens, eum peramplius non dimittam. Et iterum inueniens eum dicebat. Pone me vt signaculum super cor tuũ, idest vt amor tuus sit in me meditatiuus tui, vt signaculum super brachium tuũ, vt scilicet amor tuus in me sit operatiuus, quia fortis

1.Cor.14. Cant.3. Cant.8.

est vt mors dilectio tua, idest separãs vt mors a mundo ab amicis, & temporalibus: Dura sicut infernus emulatio, quia sum semper paratus in tui amorem, sicut infernus in receptione animarum, vel confige timore tuo carnes meas, lampades eius vt lampades ignis, atq; flammarum, quia qui vere Deũ diligit intus in eo ardet per charitatem, & extra lucet ad proximum per bonam exemplaritaté: Aque multæ non potuerũt extinguere, idest tribulationes, charitatem, nec flumina, idest aduersitatũ obruent illam. Octauo vt filios procreet ad Dei honoré. Nam filij sponsæ, idest animæ sunt bona cogitata, & opera eius facta, & ordinata, vt dicit S. Pau. ad Dei laudé, & honorem. De malorum fructibus Prou. 10. fructus impij ad peccatum: Et 11. cap. de bonorum fructibus. Fructus iusti lignum vitæ. Et Psal. De fructu operum tuorum tuorum saciabitur terra, & iterum & erit tanquam lignum quod plantatũ est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Isti igitur fructus ventris animæ nostræ suæ, qui nascuntur a bona voluntate nostra, ad Dei honorem, & laudem. De his filijs spiritualibus dicit Propheta A facie tua Domine concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Nam primo fętus concipitur, secundo in partu est, tertio parturitur, ita primo concipimus bonam voluntatem, deinde conamur eam ponere in opus vltimo ponẽdo eam in opus, quasi parturiuimus eam, tanquam fętum salutis, idest opus charitate firmatum, quia nihil valet fructus boni operis, nisi sit firmatus in radice charitatis dicit Greg. O quam nobilis est hæc disponsatio, vt sponsus & sponsa altercentur adinuicem. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra .i. in anima quæ est facta ad meam similitudinem, & in corpore, quia dicit Ecclesiast. cognoui ꝙ Deus fecerit hominem rectum, pulchra etiam in naturalibus & gratuitis donis, oculi tui colum-

Isai.26. Cant.1.

lumbarũ, ideſt clarus intelleſtus tuus, & ratio tua, quia proſpectiui vſq; ad conciſtorium ſanctæ Trinitatis, & in deſcenſu vſq; ad centrum terræ. Deinde ſponſa ad ſponſum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noſter floridus Ideſt ex mũdicia, quia mens mea in qua cubas munda eſt, de qua Chriſtus. Beati mundo corde. Huic ſponſo noſtro vt mulier ſurrepta Heliſeo viro Dei ad eam diuertenti cenaculum præparemus vt habes ſuperius. f. 3. Tigna domorum nõſtrarum cedrina. Tigna domorũ ſunt ligna tectus, coniuncta ſuperius adinuicem. Quaſi dicat, non ſolum cubas in mea conſcientia per munditiã cordis mei, ſed etiã in meis potẽtijs dum habent in ſe dona & virtutes ſpiritus ſancti, quæ ſunt in diuerſis lignis vel potentijs animæ, quæ dona ſunt cedrina propter virtutes ſpiritus ſãcti. Et hæc ligna coniunguntur in capite Chriſto, inquantum fluunt a diuina gratia, quæ eſt in eſſentia aĩæ, in qua potentiæ radicantur. Et dicuntur hę virtutes cedrinæ propter incorruptibilitatem, laquearia noſtra cupreſſina. Laquearia dicuntur ligna contingentia ipſa tigna. Vnde immediatius laquearia adherẽt lateribus, ex quibus tegitur domus quam faciant ipſa tigna, propter quod dicta ſunt laquearia. Vnde ſignificant dona ſpiritus ſancti, ſecundum quæ mouemur a ſpiritu ſancto. Nam ſecundum tales motus virtutes in nobis ſtant magis firmæ. Huius vero laquearia ſunt cupreſſina propter odorem, quia ſpargũt odorem vſq; ad ſpiritum ſanctũ. Huius ſponſę beatus Bernar. in med. admirans pulchritudinem dicebat. O anima Dei inſignita imagine, decorata ſimilitudine, deſponſata fide, dotata ſpiritu redempta ſanguine, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, heres bonitatis, rationis particeps, quid tibi cum carne vnde tanta mala pateris? Hæc ille. Sed heu tam nobiliter decorata conuertitur in amaritudinem, & adulterium, de quo lamentatur Deus ſponſus. Hiere. 2. Hæc dicit Dominus, quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt a me, & ambulauerũt poſt vanitatem, & vani facti ſunt. Et infra populus meus mutauit gloriam ſuam in Idolum. Obſtupeſcite cęli ſuper hoc, & portę eius deſolamini vehementer. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuę, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas, & infra. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Scito & vide, quia malũ & amarum eſt, reliquiſſe te Dominũ Deum tuum, & non eſſe timorem ei⁹ apud te dicit Dominus exercituum. Et infra, ego plantaui te vineam electam, omne ſemen verum, quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum vinea aliena. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me dicit Dominus Deus. Quomodo dicis non ſum polluta, poſt Baalim non ambulaui? vide vias tuas in conualle, ſcito quid feceris. Et ibidem in omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternabaris meretrix. Et quãuis miſera anima noſtra aſſidue adulterat a ſponſo ſuo, nihilominus pius ſponſus adulteratam pie reuocat ad ſe. Reuertere reuertere ſunamitis. i. lapidea vel dura, a captiuitate miſeriç, & cęcitatis tuæ, per recognitionem. Reuertere reuertere, vt intueamur te. Dicit ergo reuertere reliquendo cęcitatem intellectus: Reuertere relinquendo animalitatem, & prauitatem affectus: Reuertere adherendo virtuti: Reuertere intendendo bonitati, vt intueamur te oculo miſericordiæ, miſerendo tui, vel reuertere a vanis cogitationibus, a prauis operationibus, deſiſte a tua obſtinata perſeuerantia, & a tua duritia cordis, quia ſic pollutam, & adulteratam, ſed per recognitionem reuerſam intuebimur te per miſericordiam. Et de hac intuitione ad prodigum patris & ſponſi ęterni. Ex parte Dei omni ab eo adulteranti

Cant. 6.

Hier. 3.

ti loquit, dicens. vulgo dicitur. Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nũquid reuertetur ad eam vltra? Nunquid nõ polluta erit & contaminata mulier illa? Tu autem fornicata es, cum amatoribus multis, tamẽ reuertere ad me dicit Dominus, & ego suscipiam te. Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc prostrata es. Polluisti terrã in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis, frons mulieris meretricis facta es, noluisti erubescere Ergo saltim am modo voca me, pater meus es tu, dux virginitatis meę tu es. Nunquid irasceris in perpetuum, aut perseuerabis in finem? Hæc ibi. Ad propositum huius sermonis vide in 2. lib. ser. de nobilitate aĩæ super historiam Caleph, & Axe filiæ eius ex Iosue. 15. cap.

FERIAE QVINTAE POST PRIMAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

VERIS CHRISTIANIS AVDIRE VERBVM Dei necessarium esse; & quomodo: Nobilitatemq; generis, sine morum probitate, ad animæ salutem nusquã prodesse ostenditur; & grauitas peccati: Quòdque ex loquela, qui sunt filij Diaboli, manifestantur.

Io. 8. *DICEBAT IESVS AD EOS QVI EI CREDIDERVNT Iudæos. Ioan. 8.*

INTER alias differentias hominis ab animalib⁹, est, quia animalia impetu ad sua appetibilia feruntur, homo autem ratione regulaĩ.
Eccle. 7. Propterea, dicit. Fecit Deus hominẽ rectum, idest ratione gubernabilem. Et philosophia Boet. at qui talia tibi cõtuleramus arma, quæ nisi tu pri⁹ abiecisses inuicta te firmitate tuerentur. Merito igitur miser peccator natura sua degenerat sequendo vitam animalem, dum se. Infinitis quæstionibus absq; freno rationis miscet. Nã
Pro. 30. & Sap. Dicit, terra sustinere non potest, cum Ancilla idest sensualitas fuerit hæres Dominae suæ idest rationis, quoniam vt dicit S. Ber. turpe est Ancillam dominari, & dominã Ancillari. Ideo Christus noster magister volens suos christianos virtutibus operam dare, & a vitijs, ac sensualitatib⁹ abstinere, hoc mane dat eis pulcherrima documenta, quatenus cauerent ne serui sint peccati, sed filij gratiæ Dei, quæ eos cohæredes regni cęlestis facit.

In hoc sacro Euang. plura sunt pulcherrima moralia documenta, necessaria omni christiano ad salutem, & vitam moralem. Primum documentum est, vt simus veri christiani, necessarium est audire verbum Dei. Vbi dicit S. Tho. tria requiruntur necessario, vt quis sit verus christianus. Vnũ

Ad salutẽ necessariũ est audire verbũ Dei & qualiter

ste

sit audiendum. est libēter audire verbū Dei, quia Ps. dicit. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectū dat paruulis. Nam quæ sunt fidei, sunt supra cognitionem humanam, nec possunt sciri nisi reuelentur. Pau. Sicut quæ sunt hominis nemo nouit nisi homo, ita q̄ sūt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei & cui spiritus Dei reuelauerit. Et omnis quicunq; inuocauerit nomen Domini saluus erit. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo audient sine prædicante? quomodo autem prædicabūt, nisi mittantur, sicut scriptū est. Quã speciosi pedes euangelizantium pacē, euangelizantium bona. Ideo in defectum sacrorum prædicatorum, Isa. dicit. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiã idest viam diuinorum. Et Prou. 29. cū defecerit prophetia, idest sacræ scripturæ prædicatio, dissipabitur populus. Nec verbum Dei ad salutem audiendum est solum speculatiue & ex sola curiositate, quia tales communitis ambiunt, vt Pau. dicit, scientia inflat, sed est audiendum practice, quia Christus dixit. Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Nec dicas ego sum doctus possum per me intelligere, quæ prædicator prædicat, &c quia vox viua magis afficit quam vox surda secundum Hier. in prohemio supar Bibliam. Habet nescio quid latentis energiæ, viuę vocis actus, & in aure discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat Hæc ille. In figuram huius Deus Samueli dixit Ecce dabo verbum in auribus tuis, vt quicunq; audierit tinnient ambę aures eius, & nō dicit quicunq; legerit. Insuper Pau. Spiritum nolite extinguere, prophetias, idest propheticas p̄dicationes nolite spernere. Et Prou. 28. qui declinat aures suas ne audiat legem, & non dicit ne legat, oratio ei[9] erit execrabilis. Quid enim o tu legis doctor scis? Forsitan Deus tibi torpenti, quamuis scienti legem Domini, mi

1.Cor.2.

Rom.10.

Isai.5.

1.Reg 3.

1.Tesal.5.

sit prædicatorem audiendum, vt exciteris a pigritia tua, & quæ inflato intellectu scis, humili volūtate ad opus applices. Nam dicitur. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram? Ad propositum vide exemplum in discipulo de rustico mortuo, & ad Ecclesiam delato, qui fugiebat audire verbum Dei, q̄ ad præces sacerdotis cantatis pro eo, non intres in iudicio, &c. crucifixus manibus suis obturauit aures suas, ne audiat orationem pro eo factam. Ideo & secundo necessarium est, auditum verbum Dei, corde percipere cum gustu mentis. Quia sicut cibus non masticatus nocet stomacho, vt nihil suscipienti prosit, sed sic modo quo capitur, per secessum integer eijcitur, ita & cibus spiritualis vt prosit animæ, oportet q̄ in corde mentis mortificetur prius per ruminationem eius. In figuram huius animalia non ruminantia excludebantur a sacrificio Dei. Propterea dicit Psal. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et iterum quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Nã cibus non masticatus, nō dulcescit in ore. Et hæc confirmat Christi seminãtis verbum Dei doctrina. Quia solum fructificauit vtiliter verbum Dei receptum in terra bona, in qua mortificatum, & retentum, magnum fructum attulit in patientiam, vt habes in Dominica in Sex. Et tertio oportet non solum incipere, sed etiam perseuerare in doctrina Christi, & non esse sicut hirundo vēto agitata, quia Iac. 1. scribitur. Propter quod abijcientes omnē immundiciam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitū verbum, quod potest saluare animas vestras. Estote autem factores verbi, & non auditores tantū, fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro cōsideranti vultum natiuitatis suę in speculo. Cōsiderauit enī se & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem prospexerit in lege perfectæ liber-

Hier.23.

Simile.

bertatis,& permanserit in ea,non auditor obliuiosus factus,sed factor operis,hic beatus in facto suo erit.

Nobilitas gñis absq; morũ ꝓbitate,nihil est apud Deum.

Secundum documentum est quòd nihil prodest ad salutem animæ,& coram Deo nobilitas generis absq; morum probitate, quoniam Hieronim⁹ ad Celiãtiam.Ille apud Deum pręest potior, non quem nobilitas generis, nec dignitas seculi, sed quem deuotio fidei,& sancta vita commendat.Et iterũ nihil aliud video in nobilitate appetendum,nisi ꝙ nobiles quadam necessitate constringuntur, ne ab antiquorum probitate degenerent.Nõ.n. dat̃ nobili patri palma sed cursui. Et plerumq; nobilitas carnis, ignobilitatem parit mentis. Hæc ille. De huiusmodi plena est sacra scriptura. Quid enim Chaim fratricidę reprobato a Deo, sine morum probitate profuit, quia progenitus est ex primis parentibus omnes in nobilitate excedentibus? Quid profuit Cham patrem deridenti,quem ob suam improbitatem pater Noe nobilissimus,in filijs maledixit ad seruitutem suorum fratrum? Quid Hismaeli prauo, quia filius patris Abrae fuit,cum tamen eijcitur ab hæreditate paterna? Quid Esau calido,quia ex sancto Isaac Patriarcha natus, quem Deus dicit se odio habere propter suam caliditatem & malitiã? Quid Sauli Regi ad nobilitatem sublimato,ex rustico, qui similis puero in puritate a Deo electus, & tamen propter eius inobedientiam, & auaritiã dictum est Samueli. Vsquequo luges Saul, cum ego proiecerim eum ne regnet super Israel. Quid epuloni profuit, quia dicit se filiũ Abrae,cũ mortuus sepultus sit in inferno. Et tu practica de similibus. Vnde & S. Ioannes Baptista pharriseis se magnificantibus ꝙ sint filij Abrae dixit. Progenies viperarum,quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira?Facite ergo fructũ dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos,patrẽ habemus Abraã. Dico enim vobis,quoniam potens est Deus, de lapidib⁹ istis suscitare filios

1. Reg. 16.

Matth. 3.

Abrae.Et S. Pet. In veritate comperi, ꝙ Deus nõ sit acceptor personarum, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi.Et Pau. Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi nobiles, sed quæ sunt stulta elegit Deus,vt cõfundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus,vt cõfundat fortia, & ignobilia mundi & cõtemptabilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Propterea dicit August. frustra quis se christianum nomine, dicit sine opere. Quomodo tu christianus diceris in quo nullus christiani actus apparet,&c.

Act. 10.

1. Cor. 1.

De grauitate peccati.

Tertium documentum de grauitate peccati, quia qui facit peccatũ seruus est peccati,& per consequens non solum hic a gratia Dei exclusus, sed etiam hæreditate æterna Dei patris in cęlo priuatus est.Nam dicit Chris. ꝙ Deus in principio creationis hominis noluit vocare se Dominũ eius sed patrem, quoniam dixit faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram,similitudo autem non est seruorum,sed filiorum ad patrẽ. Ex quo habetur, cum Deus sit pater noster, nos sumus & hæredes eius, nisi degeneremus a filiatione, sed a filiatione Dei degeneratur per peccatum, propter quod priuatur merito domo patris.Nam filius inobediens merito hęreditate, secundum legem ciuilem,patris priuatur. Et hoc idem Christus hoc mane asserit in sacro Euang. Et cõcludit qui facit peccatum seruus est peccati.Et quomodo quilibet in se est possit esse seruus peccati? Dicimus ꝙ in peccato ratio recta deordinatur ꝑ concupiscentiam sensualitatis, cui voluntas se subijcit non coacte, sed voluntarie permittendo se ab eius persuasione trahi, vt pro tali tempore cedat dominio suo sensualitati, quatenus regnet super ipsam,tanquam serua super dominam vel seruus super dñm.Et hoc est magna abusio apud S.

Ber.

Bern. & apud Sap. vt in proemio diximus. Et sic miser peccator per peccatum voluntatem suam sensualitati subijciendo, quadam quasi necessitate vt languens & vulneratus in rationali ordine ducitur, sicut taurus anulo in naribus suis posito, ad peccatum, vide de hoc Prou. vnde Greg. peccatum quod per pœnitentiam non abo letur, mox suo pōdere ad aliud trahit quia peramplius non regit, sed ducit & agitur tanquam animal brutum. Et permaxime dum in consuetudiné ver titur, quia secundum philosophum, habitus & consuetudo quasi conuerti tur in naturam, & ideo de difficili mo bilis. Et de his experiétiam habemus in viris luxuriosis, & ebrietatibus deditis, ac ludis, &c. De quibus Deus ꝑ Hier. Si mutare potest Æthyops pellem suam, aut pardus varietates suas & vos poteritis bene facere, cum didi ceritis malum. Huius exemplum habemus in Nicolao Sene in historia sãcti Andreæ. Et huius seruitutis ꝑ peccatum Augu. ponit exempla. Potest quis ꝓijcere se voluntarie in puteum profundum, sed ꝙ per se inde extrahatur, hic labor & opus est. Et pōt quis supra se regem constituere, sed iam constitutum a se, non valet excutere. Et S.Th.2.2. ponit rationem ex grauitate peccati, quoniam per peccatum mortale, tria mala in anima accidunt. Primo quia priuatur gratia Dei, ex qua priuatione in seruitutem Diaboli cadit. Secundo in Dei inimicitiam, & iram, ac odium incidit, dum cū Diabolo amicitiam contrahit. Tertio reatum & obligationem ad pęnam æternam, quæ seruis Diaboli confertur. Sed ad hæc omnia vt restituatur, ex sola est Dei misericordia, qui ei gratiam restituat, & sibi eum recōciliet, & pœnam æternam remittat, & eum vt prodigum recipiat, & ad filiorum hæreditatem integret. Ideo hoc mane Christus dixit talibus. Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis, &c. exemplū habemus de infirmitate peccantis in Theotimo: de quo S. Amb. in hom. socrus Simonis. Cui inhibitum a medicis coire cū vxore propter periculum amittendi oculos, ipse tamen consuetudine libidinis impatiens in ipso apparatu æstus libidinis cū vxore vale inquit amicum lumen. Ex quo habetur ꝙ vehementior est animi inordinati quàm corporis febris, & ideo pro animi voluntate inordinati corporis salus plerumq; cōtemnitur nec a periculis abstinetur. Hæc Ambros.

Hier.13.

Quartum documentum est, in eo ꝙ Christus dixit. Quare loquelam meam non agnoscitis? ꝙ loquela ostendit virum qualis est, vt cum sine freno & ratione loquitur. Prou. 12. fatuus statim indicat iram suam 17.ca. malus obedit linguę iniquę, & fallax obtemperat labijs mendacibus & 25. sicut vrbs patens absq; murorum ambitu, ita vir qui non potest cohibere in loquendo spiritum suum. Os enim est cordis ianua, quoniam Christus dicit. De corde exeunt idest ad extra cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, falsa testimonia, blasphemiæ. Et Lucæ.6. ex abundantia cordis os loquitur. Et concludamus cum philo. qualisquisq; est, talia dicit & loquitur. Quia cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiã non tenebit, & in ore fatuorum cor illorum, & in eodem capit. multa dicit ad propositum. Extende te practice ad loquentes. Quia qui de terra est de terra loquitur. Et discurre per mala linguæ, & colloquia praua, quæ corrumpunt bonos mores. Contra quos. Odiui Ecclesiam malignantium, & cū impijs non sedebo, & qui loquuntur cum proximo suo pacem, mala auté in cordibus eorū. Vide de hoc. Psal. 51. vbi ponitur & punitio eorum. Paul. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem nō pertinet, sed magis gratiarum actio. Practica sed magis gratiarum actio.

Loquela sua in hoīe qualitaté morū ostédit.

Matth.15.

Eccle.21.

Io.3.

Psal.

Eph.5.

Quintum documentum est per qđ ostenditur qui sunt filij Diaboli. Nam com-

Qui sūt filij diaboli

Digitized by Google

communiter filij parentum sequūtur vestigia. Vnde qui Christi vestigia sequitur, ille vere christianus est. Enarra quæ sunt Christi vestigia &c. Iob vestigia eius secutus est pes meus, & Paul. imitatores mei estote, sicut & ego Iesu Christi. Qui autem ex opposito vestigia Diaboli sequitur, ille est filius Diaboli, vt in mendacijs, in homicidijs, & alijs prauitatibus, practica. Vnde Sap. Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum est quod detesta tur anima eius, oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentē mēdacia, testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordiam. Hæc ibi. Ad propositum huius Euangelij habes in 2. lib. sermonum de dominio rationis supra sensualitatē, & ibi agitē quomodo ratio & voluntas serua effi citē suasione sensualitatis, cui cōsentit.

Pro. 6.

FERIAE SEXTAE POST PRIMAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SEMO VNICVS.

QVAE AGENDA, AC MEDITANDA sunt in pœnitentia: Recidiuationis periculum. Per pœnitentiam sanantur spirituales infirmi: Extra Ecclesiam pœnitentia est inualida: Cumq; velit Deus omnes saluos fieri, non debent confessores, vel præsidentes esse personarum acceptatores: Magnum periculum, habitus malus: ad quem mutandum Deus misericorditer inuitat.

Io. 5. *ERAT DIES FESTVS IVDEORVM. IO. V.*

NON solū corpus infirmari grauiter contingit, sed magis aīā, quāto nobilior est corpore, & casus ei⁹ grauior. Quid.n. graui⁹ morte animæ, quæ in æternum ex morte sua perit, & tot bona spiritualia perdit in æternum, & in naturalibus deprauatē ad interitum? Et quoniam Christus verus medicus, vt dicit Aug. venit de cęlo, quia iacebat magnus egrotus in terra, ideo tanquam bonus medicus cum quatuor cōditionibus venit. Primo cum scientia cognoscens infirmitatem nostram. Lazarus noster dormit, sed eamus a somno excitare eum. Secundo cum pietate, compatiens infirmo, vnde motus misericordia suscitauit adolescentem filiū viduæ plorantis mortuum &c. Tertio cum experientia & scientia remedij, quia sciuit dare

dare remedium tempore oportuno in firmitatibus nr̃is, sicut Ezechiæ regi infirmo in plaustrum apponens, quia medelam dedit aridis & claudis & cecis &c. Et quotquot tangebant eum sani fiebant. Quarto cum cautela, & remedio cautelæ de cætero, ne sanatus peramplius vtatur nociuis propter recidiuationis periculum, quibus dixit vade & amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat. Et hæc omnia facta sunt in Euang. hodierno tam literaliter quam moraliter interpretando ipsum. Post literalem sensum Euang. accedamus ad sensum moralẽ, in quo agitur de pœnitentia, & modis eius, & custodia recidiui &c. Ad propositum moralis partis Euang. Vide nostram prædicam de pœnitentia, & pro fine, sermone de recidiuatione. Hierusalem interpretatur visio pacis significat sanctam matrem Ecclesiam, quæ reconciliat, & pacificat nos cum Deo, vt possimus videre eũ, & in hoc mundo per gratiam pacis, & in alio mundo per gloriã, vbi est pax immortalitatis plena, quia videbimus eum vt Pau. ait facie ad faciem. In hac ergo sancta matre Ecclesia erat probatica piscina .i. ouilis, hoc est vbi animalia in sacrificium offerenda lauabantur, & maxime erant oues. Et hec significat sanctam pœnitẽtiam, in qua lauantur omnia peccata nostra. Dictum, lauamini mundi estote. Et Hier. 4. laua a malitia cor tuum Hierusalẽ, vt salua fias, vsquequo morabũtur in te cogitationes noxiæ? O quanti peccatores sceleratissimi & immundissimi sunt loti, & mundati hac sancta pęnitentia, vt digni habiti sint in sacrificium acceptabile Deo offerri. Dic exẽpla aliquorum pro libito, quæ habes in speculo exemplorum, & in discipulo, & in vitis patrum, titulis de pœnitentia, & contritione. Et in hac pœnitentia ouili piscinę sunt sex obseruanda, quę obseruabantur in ouibus ad sacrificium præparandis in lege sacrificij in Leuit. Primo interficiebantur. Secundo excoriebantur. Tertio membratim diuidebãtur. Quarto lauabantur in piscina. Quinto offerebantur. Sexto igne cremabantur, & sic erat holocaustum Deo placabile. Sic ergo pęnitens debet seipsum in pœnitentia interficere, non per mortem corporalem, sed per mortificationem corporis & sensuum, modo quo S. Pau. qui castigabat corpus suum & in seruitutem redigebat. Et similiter mortificãdo in se vitia per veram abstinentiam in futurum. 1. Petri. 2. peccatis mortui iustitiæ viuamus. Et Apostolus. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est idolorũ seruitus, propter quę venit ira Dei in filios incredulitatis, in quibus & vos ambulastis aliquando, cum viueratis in illis. Secundo debet excoriari ostendendo confessori interiora cordis, & sibi omnia denudando, quæ intus latebant in corde, sicut fit per excoriationẽ, tota caro denudatur, quæ sub pelle erat. Boetius si operam mendicãtis expectas, detegas vulnus tuum. Non confundaris cõfiteri peccata tua & Psal. Introite portas eius in confessione. Tertio debet membratim omnia peccata sua incidere & diuidere .i. confiteri peccata cum suis grauitatibus & circunstantijs membratim, maxime species peccatorum trahentium in infinitum, cum numero eorum. Cogitaui vias meas idest mẽbratim omnia peccata mea, in quibus ambulaui. Pau. quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis? addit ergo Dauid & conuerti pedes meos in testimonia tua. Quarto debet lauari in piscina pœnitentiæ cum Maria Magdalena, & cæteris, lotione amara lachrimarum sicut Dauid de se dicit, lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrimis meis rigabo stratum meum. Et Tren. 3. deduc. quasi torrentem lachrimas, per diem & noctem non des requiem tibi, neq; taceat pupilla oculi tui. Quinto debet seipsum Deo offerre per veram humilitatẽ. Psal. Cor

con-

Marc. 6. Isai. 1. In pœnitẽtia sũt sex obseruanda. Coll. 3. Eccle. 4. Psal. Rom. 6.

contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Et Helyę, qui ex parte Dei ruinam domus Achab denunciauerat propter sua peccata, humilianti se in ieiunio & lachrimis, & suorum vestimentorum expoliatione dixit Deus, vidisti Achab humiliatum? Ideo quia humiliatus est mei causa, non inducã malum hoc in diebus suis. Sexto debet concremari igne diuini amoris de cætero cum toto corde. Psal Nunc cepi, hęc mutatio dexterę excelsi. Et iterum cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos idest totaliter in testimonia tua, & non in auaritiam, ergo dilige sicut Maria, cui dictum est, quia dilexit multum, ideo dimissa sunt ei peccata multa. De omnibus his. Habetur. Pœnitentibus autẽ Deus dedit viam iustitiæ, & confirmauit deficientes sustinere, & destinauit illis sortem veritatis. Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua, præcare ante faciem Domini, & minue offendicula. Reuertere ad Dominum, & auertere ab iniustitia tua, & nimis odito execrationem, & cognosce iustitias, & iudicia Dei, & insta in sorte propositionis & orationis altissimi Dei. In partes vade seculi sancti cum viuis & dantibus confessionem Deo, Non demoreris in errore impiorũ, ante mortem cõfitere, a mortuo quasi nihil parit confessio, viuus & sanus confiteberis, & glorificaueris in miserationibus eius. In ipsa piscina erant. 5. porticus per quos ingrediebantur in aquam infirmi, significat ꝙ quinq; debet quilibet pęnitens vltra prędicta considerare, & per eas ire ad aquam sanitatis, & remissionis. Primus porticus est amara cõsideratio sui graui reatꝰ, ꝙ ꝑ peccata sua Deũ fontẽ misericordię dereliquit, & sibi extruxit, vt dicit Hier. cisternã quæ aquas cõtinere nõ põt, ꝙ separatus est ab Angelis & consortio beatorũ, offendendo suos custodes, ꝙ Diabolo adheserit in regione longinqua separatus a patre, ꝙ cõscientiã & aĩam tã pulchram fędauerit, ꝙ pęnæ æternæ sit deputatus, quòd priuatus gloria Paradisi. Practica de similibus. Quomodo dicis non sum cõtaminata post Balaam, non ambulaui? vide vias tuas in cõualle, scito quid feceris, qua si dicat noli miser excusari in malitijs tuis. Psal. Ad excusandas excusationes in peccatis. Practica. Sed dic Quoniam iniquitatem meã ego cognosco, & peccatum meũ contra me est semper. Secundus porticus est consideratio incertitudinis status tui. Si enim sunt iusti & sapientes. Dicit, quorum opera sunt in manu Dei, & tamen nescit homo an sit dignus odio vel amore, sed omnia in futurum seruantur, & Pau. confirmatus in gratia dicebat, nihil mihi conscius sum, sed in hoc non sum iustificatus. Et si hoc fit in viridi, quid fiet in arido? Si omnes sancti qui hic fuerũt valde timuerunt occulta Dei iudicia, Pro. 28. Beatus homo qui semper est pauidus? quid dicendũ est de miseris peccatoribus ligatis assiduis peccatis, quorum non est numerus? Senex quidam in vitis patrum moriebatur cum magno timore, cui dixerunt discipuli. Nunquid & tu pater times? quibus ille. Vere timeo, quia alia sunt iuditia Dei, alia hominis, quid scio an mea opera sint accepta coram Deo & Sanct. Tho. Aquinas solicite a suo socio post mortem apparente quæsiuit, quid de me. Psal. Confige timore tuo carnes meas, a iuditijs enim tuis timui.

Tertius porticus, est consideratio incertitudinis diei mortis propter varios casus. Practica, quia quamuis nihil certius morte, nihilominus nihil est incertius modo moriendi, & die mortis. Ideo dixit Christus. Et vos estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis veniet scilicet in morte perimendo vos. Et Matth. 10. quia nescitis diem neq; horam, licet iustus quacunque morte præuentus fuerit, saluus erit. Et August. ad dioscorum, qualis in die illo moritur quis, talis in die illo iudicabitur. Ideo fac vt faciunt vigiles ciuitatis. Custos q de die custos q de nocte. Isa. 21. sup

Marginalia: 3. Reg. 21. — Eccle. 17. — A pęnitẽtibus sunt qnq; meditanda. — Hier. 3. — Psal. — Eccle. 9.

M spe-

speculam Domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meã totis noctibus. Ideo bene dicit scriptura memorare nouissima, & in æter
Isai.62. nũ nõ peccabis. Et, Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die & tota nocte, in perpetuum non tacebunt. Qui remiscimini Domini ne taceatis, & ne detis silentium ei, do nec stabiliat, & donec ponat Hierusalem laudem in terra, idest donec ad fęlicitatem perueniamus, vbi erit laus æterna. Quartus porticus est consideratio oportunitatis temporis, in quo datum est nobis vt formicis tempus congregare in estate, dum tempus est misericordiæ, vt viuamus illic in hieme, vbi est tempus iustitiæ, quoniam opera illorum sequũtur illos. Et ideo dum tempus loci & modi est, pœnitentiam agamus, ne subito præoccupati die mortis pœnitentiam & inducias quæramus vt Grisarorus Romanus apud. S. Greg. in dialogo, & inuenire
2.Cor.6. non possimus. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nemini dantes vllã offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeam⁹ nos metipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionib⁹, in laboribus, in ieiunijs, in vigilijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in charitate non ficta, in verbo veritatis in virtute Dei. Et Bern. in ser. ad scolares, nemo vestrum parui extimet tẽpus quod verbis consumitur ociosis. Volat verbum irreuocabile, volat tempus irremediabile, nec aduertit insipiens quid amittat, licet fabulari dicunt, donec hora prætereat, quam tibi ad agendum pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad aquirendam gratiam, ad promerendam gloriam, miseratio conditoris indulgeat, donec transeat tempus quo diuinam propitiare debueras pietatem. Properare ad angelicam societatem, suspirare ad amissam hæreditatem, excitare remissam voluntatẽ, flere cõmissam iniquitatem. Accipe igitur consiliũ Sancti Ioseph. Qui consuluit Pharaoni, Gen.41.
vt tempore fertilitatis cõgreget, quo ad tempus est eius .s. septẽ annorũ fertilitatis, qui significant tempus miserationis Dei in hoc mundo, vbi currimus per 7. dies ebdomade, quatenus alio.7. annorũ spacio sterilitatis idest post hanc vitam, vbi erit sterilis, & districta Dei iustitia, super viuere cum populo possit .s. de frugibus congregatis bonorũ operũ in hoc mundo. Quia scd̃m Pau. Nolite errare fratres, Deus Gal.4.
non irridetur. Quæ.n. seminauerit homo, hęc & metet. Qm̃ qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionẽ, q̃ aũt seminat in spiritu de spiritu metet vitã ęternã. Bonũ.n. faciẽtes nõ deficiamus, tẽpore.n. suo metemus nõ deficiẽtes. Quintus porticus est seuerę iustitiæ diuinę consideratio, quia de omni verbo ocioso redditurus sumus rationẽ. Et scd̃m scrip. Hierusalẽ scrutabitur in lucerna.i. modo quo res amissa solicite, cũ lumine accenso quæritur. Vñ cogita cum Anselmo & Greg. O quã peccatorũ erunt angustę vndiq; vię, superi⁹ erit iudex iratus, inferius horrẽdũ chaos, a dextris peccata accusantia, a sinistris infinita demonia ad infernũ trahẽtia, intus conscia vrẽs, foris mundus vastans. Quid faciet miser peccator sic dephẽsus? apparere ei it intolerabile, fugere impossibile. Et in his porticis Ecclesiasticæ piscinæ iacet multitudo aridorũ, cęcorũ, claudorũ. Quia scd̃m Pau. Multi ex vobis sunt infirmi, inter vos multi imbecilles & dormiunt multi. Nã quidam languent per ignorantiam significati per cęcos, quidam per infirmitatem, vt qui ex tentationibus peccant significati per claudos, quidam p malitiam, vt signati per aridos. Omnium horum genera sanantur in piscina pęnitentię. Vnde in huius veritatẽ, & signum dixit Iesus Petro. Non solũ septies, sed etiam, idest si per momentũ venerit vsq; septuagies septies indulge & remitte, & nolo mortẽ peccatoris

Oĩa genera peccatorũ saluat pœnitentia.

Cor.11.

ris sed vt magis cōuertatur & viuat, & in quacunq; hora peccator ingemnuerit saluus erit. Et Hier. laua a malitia cor tuum Hierusalē, vt salua fias vsq; quo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Debent igitur miseri peccatores expectare in pęnitentia motionem aquæ, idest misericordiā Dei, & remissionem suorum peccatorum maxime hoc tempore salutis Quadragesimæ, quo tēpore certe descēdet De⁹ cū sua misericordia ad saluandū nos. Angelus autem qui interpretatur missus, significat quemlibet Sacerdotum qui in scriptura Angelus vocatur, qui a Deo, & ab Ecclesia sancta destinatur currentibus ad aquam pęnitentiæ, & sanitatis spiritualis, dare per motionem, idest per sanctam absolutionem, sanitatem a quacunq; infirmitate detentus quis fuerit. In figura huius & Christus dixit leprosis, ostendite vos sacerdotibus. Et in hoc ꝙ qui primus ad aquas currebat sanabatur, denotatur, ꝙ Sacerdotes non debent esse acceptatores personarum, dum sanant infirmos spirituales, quia omnes qui timēt Deum accepti sunt ei, nec apud Deum est distinctio personarum, sed siue Iudæus, siue Græcus, siue Barbarus sit, omnibus patet additus ad vitam spiritualem. Et gratis datam eis gratiā gratis effundere debent in omnes gentes clamando. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, venite properate & emite sine argēto, & sine commutatione. Immitentes etiā Christū clamantem in solemnitate. Qui sitit veniat, & bibat, & de ventre eius fluēt aquę viuę spiritus sancti s. in vitam æternā. Vñ Pau. Enarratis perpulchrè qui regnū Dei non possidebunt, cōcludit, & hęc aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Vnus etiam sanabatur, quia quamuis multi veniunt ad Ecclesiam, & confessiones, sed vnus sanatur idest soli veri & non ficti pœnitentes. O quot sūt damnati cōfessi, & communicati etiā cum lachrimis. Quia quidam non restituunt mala ablata, quidam pęnitēt solo timore penæ & non Dei dilectione, quia dicit Sanct. Aug. Ad salutem oportet non solum iustum iudicem timere, sed etiam iustum amare. Quid enim profuit Antiocho deprecanti ꝓ sua sanitate timore pęnę? & ita practica de alijs. Vis ergo sanari tu cæce, tu claude, tu aride in peccatis? Fac veram pœnitentiam, quæ est præterita mala plangere, & cum emendatione præteritorum plangēda per amplius, ex vera intentione, cum Dei auxilio conari non committere. Et in hoc ꝙ iacens in porticis. 38. annis languidus, non potuit ad aquam motam percurrere, significat periculosos tales habituatos in malum, quia habitus est de difficili mobilis, imo quasi conuertitē in naturā secundū philosophos, dicente Deo. Nūquid potest Æthyops mutare pellem suam, aut pardus varietatē coloris? ita & vos nunquid potestis bene facere, cum didicistis mala facere? Hoc experientia patet in concubinarijs, vsurarijs, lusoribus, ebriosis, deditis commessationibus &c. Ecclesiast. 1. peruersi difficile corriguntur. Hi igitur tam sunt periculosi in vita spirituali, vt facilius silices duri conterantur quam corda eorum mollificentur ad conuersionem, & renouationem vitæ nouę. Et vt dicit Anselm. Ad confringendam duritiam eorum leues sunt tam grandes mallei, & ad excitandum eos a somno dormitionis peccatorum obtusi sunt tam graues aculei, & raucum tam deificū tonitruum. Practica per omnia penalia, & beneficia quibus vocat Deus peccatores, vt adimpleatur quod dicit de eis Propheta. Percussisti eos, & non doluere, attriuisti, & renuere accipere disciplinam, indurauere faciem suam supra petram. Hi igitur non habent hominem, qui eos in piscinā mittat, quia quē Deus despexerit Eccle. 7. nemo corrigere pōt sed indigēt sola Dei misericordia, qua

Margin notes: Hier. 4. — Ecclesiastici nō debēt esse acceptatores personarum. — Leu. 17. — Io. 7. — 1. Cor. — Periculum habituantiū in malo. — Hiere. 13. — De⁹ misericorditer excitat ad resurgēdū habituatos in malum. — Hier. 5.

Digitized by Google

etiã lãguidos sanauit, & Lazarũ quatriduanũ fętidũ suscitauit, de quo nõ erat spes vt Martha dixit. Dñe quadriduanus est. Ille igitur medicus q̃ venit.
Matth.9. Dicitur, non ꝓ sanis sed pro mortuis, pro peccatoribus, ꝓ publicanis & meretricibus, pro cęcis, claudis, & aridis, & ꝓ omni genere infirmitatũ, sanare eos põt & sanabit, quia qđ impossibile est apud hoĩes, possibile est apud Deũ, vt dicit. S. Luc. 18. Quia potẽs est Deus ex istis lapidibus filios
Matth.3. Habraã suscitare. Dicas ergo Deo languide in peccatis. Dñe adest voluntas sed deest facultas resurgendi, a te est incipere, a te ꝓficere, a te ꝑficere, q̃a non est currentis, aut volẽtis sed Dei miserentis, ideo cõuerte nos Dñe ad te & conuertemur. Nempe pius Dñs videns affectũ tuũ & cor humiliatũ, te nõ despiciet, sed dicet. Surge a spinis auaritiæ, a zeno luxuriæ, a scopulis odij, a tabe temerarij iuditij, a lapidibus duritię cordis, a cęcitate ignorantiæ affectatę &c. Restitue male ablata siue rerũ siue famę. Tolle grabbatum tuũ. i. ad celũ subleua tuã intentionẽ, quã alias habuisti in fęcibus, & cõsidera quẽ fructũ habuistis in illis in quibus nũc erubescitis. Et ambula non ꝓcrastinando de bono in melius, & vt formica cõgrega tẽpore ęstatis, vt valeas viuere tẽpore seuerę iustitiæ diuinæ, & amplius noli peccare misericordia Dei sanus factus, ne deterius tibi contingat, quia recidiuum est periculosum, tum ex parte debilitatę naturæ in bonum ex assuefactione in malum, tum ex parte ingratitudinis quæ desiccat fontem pietatis tum ex parte Diaboli, & vade ad Ecclesiã cũ publicano, & ibi gratias age Deo super misericordia eius, vbi Christum inuenies &c.

SABBATI POST PRIMAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

NECESSARIA EST POENITENTIA ATQ; alia media particularia necessaria sunt, ad cęlestem dulcedinem consequendam, cuius magnitudo monstratur. Ideoq; vt cum Christo glorificemur, in passionibus ipse imitandus est.

ASSVMPSIT IESVS PETRVM, IACOBVM ETC. Matth. 17.

Matth.17. DIcit Hier. in quadã Epistola, omne opꝰ graue, leue fieri solet, cũ eius præmiũ cogitatur, & spes prẽmij solatium fit laboris. Amaritudinem radicis dulcedo pomi compensat, pericula maris spes lucri delectat, dolorem medicinę spes salutis mitigat. Qui desiderat nucleum, frangit nucem. Pœnitentiam agat, & non desperet qui vult æterno adherere bono. Pręconia Christi narrare possunt qui ad palmam indulgentiæ peruenire meruere. Christus igitur Iesus, vt se

Digitized by Google

De necessitate pęnitentiæ, vt consequatr̃ dulcedo patriæ cęlestis.

se sequentes & imitantes discipuli ardua quæ eis proponebat sufferenda leuius valeāt sufferre, hoc mane in sui transfiguratione dulcedinem beatitudinis eos prægustare voluit, vt patet in Euangelio, quatenus amore spei certę de ea, multæ aquæ afflictionum nō possint charitatem eius extinguere in eis.

Sacrum Euangelium moraliter exponendo continet, ꝙ necessario nobis pęnitentia est agenda & virtuosis operibus vacandum, si dulcedinem æternæ beatitudinis cupimus adipisci, secundum philosophum omne agens agit propter finem præcognitum. Et hoc patet etiam in naturalibus, quæ ab intelligentia cognoscente eorum finem sicut a sagittante sagitta, circa signum diriguntur ne errent. Nos autem quia rationales sumus operamur in voluntarijs propter finem a nobis cognitum. Hoc exemplariter patet in omni actione humaną, quę a voluntate libera procedit. Quia quilibet talis agens operatur in sua arte vel actione propter finem cognitum, & intentum. Et quāuis sicut plures sunt fines operationis humanę, quę vocantur a philosophis fines quo, vt fines medij, sicut plures fines medij in medicinis concurrunt ad sanitatem inferendam, vt vnus sit causa alterius tamen est vnus, vltimus finis humanus, cuius causa omnes alij fines ordinantur, sicut finis vltimus in medijs ordinabilibus ad sanitatem est sanitas. Et hic finis etiam secundū philosophos est Deus, ꝙ est causa causarum. Vnde bene dicit S. Tho. Omnes qui recte de natura senserunt, finē hominis Dei speculationem posuerūt nō illa facialem quam fides ponit, sed quæ habetur per contemplationē creaturarum, vt dicit S. Pau. Quod notū est Deo manifestum est in illis, Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia eñ ipsius a creatura mundi idest homine in quo est tota creatura, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciunt, sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas. Noster autem finis vltimus est, quem Deus reuelauit nobis, videre eū post hanc vitam facie ad faciem, sicuti est, & non per speculum & in enigmate vel aliena similitudine. Et ad hāc visionem oēs humanæ virtuosę operationes ordinantur in hac vita, maxime septem beatitudines, per quas in hac vita conscendere ad archana Dei quæ non licet homini in hac mortali vita secundum Pau loqui. Recitatur sim Euangelium de 7. beatitudinibus. Et Christus dixit iuueni & legis perito interrogantibus eum, quid faciens vitam æternam possidebo, serua mandata. De hoc fine vltimo Augu. dicit. Fecit Deus hominem rationalem, vt summū bonū intelligeret, intelligēdo amaret, amādo possideret, possidendo frueretur. Quod bonū quomodo adipiscit? dico scriptura dilectione Dei, & proximi, quoniam vt dicit S. Pau. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ Deus præparauit diligentibus se, & thesaurizatione cęlestium virtutum, vt dicit Christus, & Pau. Vita vestra idest gloria Paradisi abscondita est in Christo, quia acquisita est per Christū: qui absconditus est a nobis, sed cum apparuerit Christus vita vestra, tūc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Et Io. cum apparuerit similes ei erimus scilicet in gloria. Vt igitur hanc gloriam consequi possimus addit. Mortificate membra vestra quæ sunt super terrā. Fornicationem, immunditiam idest vitia contra naturā, libidinem idest delectationes immūdas concupiscentiā malam idest prauam, & auaritiam malam, quæ est idolorum seruitus propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis idest diffidentię, qui diffidūt de Deo in promissis, & terrenis inherent, in quibus ambulastis aliquando, cum viueretis de malo in peius in illis.

Th. 1. Sen. 6 ꝓlo.

Rom. 1.

Coll. 3.

Hoc igitur mane moraliter & figuratiue noster magister Christus Iesus proponit nobis & finem nostrum vltimum, & media ad finem quibus est adi-

Media cōquirendi beatam patriā & de

M 3

ipsius dulcedine per pulchram figurã declarant cũ sacro Euãgelio mysticè exposito.

adipiscendus. Et vt in ipsum assequendũ magis excitemur, voluit ꝙ in trãsfiguratione eius in persona discipulorum eius pręgustaremus aliquam guttam eius dulcedinis, & cogitemus. Si parua gutta gustata tãtum absorbuit Petrum, vt omnium obliuisceretur, & ibi cum Christo perpetuo esse vellet, quid fieret in eo, si illam magnam dulcedinem in suo fonte potaret? de qua. Psal. torrente voluptatis suę potabit eos. Possis hic exemplum dicere de visione Augustini dum vellet scribere de gloria beatorum, cui S. Hier. tunc transiens gloriosus apparuit, & eum per exempla instruit, illam beatitudinem animarum maiorem esse omni narratione. Et S. Pau. post quã reuersus est a tertio cęlo dixit. Vidi archana Dei, quæ non licet homini loqui. Horum habemus pulchram figuram. Vbi misit Moyses exploratores de singulis tribubus, vt considerarent terram Chananeorum, quæ erat in terra promissionis. Vide historiam, ita Deus plures ex sanctis vt Moysen in veteri testamento & sanctum Pau. in lege gratiæ, & hodie tres discipulos, & plures alios sanctos viros voluit ascẽdere Paradisum, & ibi explorare eius fertilitatem, & nobis ediscere quã gloriosa dicta sunt de ciuitate Dei, quatenus, & nos excitemur illam assequi per multas tribulationes, quoniam regnum cęlorum vim patitur, & violẽti rapiunt illud. Quid igitur retulerunt nobis sacri Prophetæ, & Apostoli, ac alij sancti quibus reuelata sunt secreta Dei? Quod hęc patria habet viros fortes, de quibus Pau. Fortes facti sunt in bello. Estq; habens ciuitates plures & grandes, de quibus. Israel quàm magna domus Dei, & ingens locus possessionis eius, magnus, & non habet finem, excelsus, & immensus. Et sunt plures vrbes de qbus dixit Christus. In domo patris mei multæ sunt mansiones. Estq; populus magnus, & multus, quia. Dicitur, vidi turbã magnam, quã dinumerare nemo põt &c. Et, sunt ciuitates muratę, quia cantat Ecclesia Vrbs beata Hierusalem, quę constituitur in celis viuis ex lapidibus, & infra, tunsionibus pressuris expoliti lapides, suis coaptantur locis ꝑ manus artificis disponuntur permansuri sacris edificijs. Estq; humus eius pinguis. Psal. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, &c. Est terra nemorosa, quia ibi sunt homines de quibus. Psal. & erit tamquam lignum qđ plantatum est secus, &c. dic totum, & amicti stolis albis, & palmę in manibus eorum. Sũt dico ibi flores odoriferi omnium virtutum. Sunt ibi fructus vberrimi, quia vt dicit Matth. terra dedit alium fructum. 30. aliũ 60 alium. 100. Ibi vua &c. quia ibi erit magna gloria beatis de passione Christi expressa in cruce ex charitate, tãquam vua in torculari. Nam per Christi passionem coheredes sumus cũ eo regni cęlestis, vt dicit Pau. Dicas exemplum sancti Ber. quia merito passionis Christi donatum mihi Paradisum, dixit demoni tentanti eum mihi vendicare non confundor. Attulerunt & grandia mala granata, idest rubeam & ignitam pacem, charitatem, & quietem beatorum, qui sicut grana vniti sunt in vinculo pacis, & charitatis adinuicem. Attulerunt & ficus pregrandes, quia nihil dulcius patria cęlesti, cuius dulcedo etiam comparatur lacti, & melli quibus nihil sapidius, & dulcius pro nutrimento hominum est. Sacra enim scriptura, & sancti patres non valentes exprimere illam dulcedinem cęlestis patriæ per mel, & lac, quæ apud nos magis sũt in dulcedine chariora, eam exprimunt, sicut & claritatem solis, quo nihil in rerum natura est lucidius. Et nota nõ sine mysterio dicitur, ꝙ populus consternatus est, & diffisus se posse sine grandi periculo talẽ terram consequi propter fortitudinem, & multitudinem resistentium fortium hominum. Et hoc denotat. Quia regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Cum sit stricta via quæ ducit ad vitam, & pauci ingrediuntur per eam, vt timidi & pauidi cor-

Num. 13.

Matth. 11.

Hæb. 11.

Bar. 30.

Apoc. 7.

Apoc. 7.

Matth. 11.

corde effecti, sicut milites Gedeonis, qui non sunt ausi ire ad prælium contra aduersarios. Et ꝙ per multas tribulationes vt per ignem & aquā oportet transire, qui vult trāsineare illuc. Et tu similia amplifica practice. Et multi resiliunt ab hoc tramite, immitantes iuuenem qui indignatus est, cū sibi Christus dixit. Hoc vnum deest tibi, vende omnia & da pauperibus. Propterea & Aug. procrastinabat cōuerti, vt dicit eius historia, cōsiderās legem christianam totam esse in pęnitentia & contentu terrenorum. Et deinde tam fortes sunt hi aduersarij resistentes nobis ex omni parte ad patriam cęlestem euntibus, vt caro mundus demonia, de quibus est continua & grauis pugna & rara victoria. Sed sic procrastinantes & pauidos, ac timidos, & effectos filios diffidētiæ hortantur Iosue, & Caleph qui fuerunt principales exploratores. Et sunt figuratiue Petrus Apostolus, & Paulus cum cęteris, qui confortant nos, & populum christianum dicētes omnibus christicolis. Nolite esse rebelles Domino, neq; timeatis populum huius terræ, idest carnem mundū & demones, qui resistunt vobis ne possideatis promissam terrā vobis a Domino qa sicut panem ita possumus eos deuorare. Dominus vobiscum est. Nolite timere, quia ipse pro nobis pugnat. Psa. conserua me domine quoniam speraui in te, & viriliter age, & confortetur cor tuum & sustine Dominū. De gloria beatorum alias in sermonibus nostris dicturi sumus. Christus igitur hoc mane discipulos incitat ad subeūdam crucem & passionem pro ipso ꝓ gloria cęlesti adipiscenda, si volunt cum ipso regnare. Et ne tam amara sit eis pro ipso passio, &c. voluit hodie vt aliqui eorum prægustarent paruā dulcedinem æternæ beatitudinis, cū eis gloriosus apparuit in monte pro qua adipiscenda hortatus est eos grauia perpeti. Mons ergo Thabor signat patriam cęlestem, qui interpretatur lucis accessio, quia in cęlo est vera lux

Iudit 7.

ad quam gratia Christi ducimur. Ad quem montem post sex dies ascenderunt, quia post labores huius mundi, quos per sex dies septimane huius vitæ operamur, vt septimo die quiescamus cum Christo in patria ab omni opere. In hoc monte facies Christi emicuit sicut sol de qua. Et erit lux lunæ sicut lux Solis, & lux Solis erit septempliciter sicut lux septem dierū, in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui, & percussuram plagę eius sanauerit. Denotatur etiam hic per claritatem faciei, eius beata gloria & clara visio Dei, de qua Pau. facie ad faciem videbimus eum. Et in vestimentis albis sicut est nix, denotantur dotes corporis quæ erunt sine macula, comparata albedini immaculatę niuis, qua nihil albius. De quibus. Corpus seminatur in corruptione, resurget incorruptione, seminatur in ignobilitate, surget in gloria, seminatur in infirmitate, surget in virtute, seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Quibus vijs ascēditur ad montem ęternæ patriæ Psal. Dauid, qui incipit Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in, in monte sancto tuo exprimit. Vide totum Psalmum. Et hodie Christus figuratiuę ostendit, in Petro Ioanne, & Iacobo, quos duxit ad mōtem secum. Nam interpretatur Petrus agnoscens significat fidem humilem, quia Christus supra petram edificauit Ecclesiā. Ioannes significat gratiam Dei secundum interpretationem nominis eius, & hunc Christus diligit. Iacob designat supplantatorem vitiorum, quia Iacob interpretatur supplātator. Ad denotandum ꝙ qui cum Christo cupit ascendere ad montem Dei Oreb frui claritate glorię eius necesse est ꝙ habeat fidem. Cum recognitione sui, sine qua impossibile est placere Deo, vt dicit S. Pau. Et quòd hæc fides sit nō informis sed formata gratia, quia dicit Pau. gratia Dei vita æterna, & quòd non sit ociosa, quia vanus est habitus sine actione. Vnde Petrus in sua

Isai. 30.

1. Cor. 15.

secunda canonica 1. capit. Qua propter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationé, & electionem faciatis. Hoc enim facietes non peccabitis aliquando. Ibi etiã fuit & Moyses in quo denotatur vetus lex, & Helias q in lege noua exiet de Paradiso terrestri prædicaturus cõtra Antichristi prauitates. In quibus denotatur in speciali, quòd obseruantibus præcepta legis veteris, & nouę datur gloria regni cęlestis. Malachiæ.
Mala. vlt. Mementote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Oreb ad omnem Israel præcepta, & iuditia. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam ante quam veniat dies Domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam, & percutiã terram Anathemate. Et quoniam Christus est via veritas, & vita, & Deus q non mentitur, ideo in confirmationé horum quæ nobis ipse de patria celesti ostendit, & denuntiauit, & quibus vijs acquiratur, docuit etiam pater cęlestis cum spiritu sancto testificati sût hæc vera esse, & ideo audiẽdus & obediendus in suis mandatis & traditionibus, quia ipse est filius meus naturalis, dilectus mihi, cuius loquela, & doctrina est mea, &c. Et de hoc suo filio audiendo Deus pater per Moysem dixit populo.
Deut. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus De⁹ tuus, ipsum audies vt petisti a Domino Deo tuo in Oreb quando concio congregata est atque dixisti. Vltra non audiam vocem Domini Dei mei, in ignem hunc maximũ amplius non videbo, ne moriar. Et ait Dominus mihi. Bene omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponã verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos, omnia quæ præcepero illi. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existam. Et de hoc Act. tertio & ibi additur. Erit autem omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe, & in fine. S. Petr⁹ concludit. Vobis primum quidé De⁹ suscitans filium suum, misit eum benedicentem vobis, vt conuertat se vnusquisq; a nequitia sua. Vide ad propositum huius Euangelij nostrum sermonem in secundo libro de sublimatione humanæ naturę supra Angelos. Et alium sermonem de diuersitate beatitudinis super visionem Ezechielis, in qua vidit aquas egredientes de templo, & vidit hominem cum fune torrentem metiri. Et sermonem super visionem Isaiæ qua vidit Dominum sedentem super solium.

DOMI-

DOMINICAE SECVNDAE IN QVADRAGESIMA, SERMO SECVNDVS.

PIETAS CHRISTI ERGA PECCATORES; peccantium conuersio; & conuersionis modus: contractus malus animæ cum Diabolo; modus cauendi diabolum, & adhærendi Deo suo; Vexatio animæ; tentatio; securitas conscientiæ; & inquietudo: reuersio ad Deũ; & orationis modus.

EGRESSA EST MVLIER CANANEA à finibus Tiri & Sidonis. Matth. 15.

Matth. 15. DIcit Augustinus quãdo magnus ęgrotus iacebat in terra, venit magnus medicus de cœlo. Et glosa, nulla causa veniendi domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla erit causa medicinæ, Ideo & Christus pia viscera ad peccatores gerebat trahens eos ad se, & aduenientes recipiebat, cum Christo offeretur paraliticus dixissetque illi, confide fili remittuntur tibi peccata tua, & quidam de scribis dicerent hic blasphemat, dixit ei surge, &c. Et videns hominem sedentem in Theloneum Matthæum nomine ait illi. Sequere me. Et factum est discumbẽte eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu & Discipulis eius. Et videntes Pharisei dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester? At Iesus audiens ait. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite. Quid est quod dicitur, misericordiam volo, & non sacrificium? Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Et hoc nobis confirmat S. Petrus quando missus est à Deo ad baptizandum Centurionem gentilem, vbi dicitur. Aperiens Petrus os suum dixit. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam acceptus est illi. Paulus. Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est in Psalm. Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo, & rursus. Et erit radix Iesse, qui exurget, regere, gentes in eum gentes sperabunt. Et hæc ostensa sunt hodie in Euangelio, dum Christus etiam ad Chananeam gentilẽ motus est misericordia ex eius magna fide.

Matth. 9. (margin) · Osee 6. (margin) · Act. 11. (margin) · Rom. 15. (margin) · Isa. 11. (margin)

¶ Hoc mane recitato sacro Euang. litteraliter, exponemus ipsum moraliter, quia continet admirandam pietatem Dei erga peccatores, & magnã ac admirandam peccatoris conuersionem, & modum quibus miser peccator debet ad Deum conuerti, quia per multas feruentes orationes cum humilitate & fide. libr. 2. ser. 76.

¶ Dicamus igitur. Chananea interpreta-

Mercatio pessima hominis describitur moraliter.

pretatur commutatio significat hominem miserum, qui cómutat animam suam diabolo pro delectione & acquisitione temporalium, quam Christus suo preciosissimo sanguine redemit. Oseæ.4.dicit Dominus, gloriam eorum in ignominiam commutabo. Scilicet quia populus Christianus tam, gloriosus ex Dei redemptione, Petrus empti estis precio magno, effectus est propter sua peccata seruus diaboli, & ideo ignominiosus. Sequitur in textu, quare iusto Dei iuditio commutatus est in ignominiā, fornicati sunt & non cessauerunt, quia dominum reliquere in non custodiendo, fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. Spiritus enim fornicationis decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo. Et Paul mutauerūt veritatem Dei in mēdacium, & Isa. dicit Dominus gratis venundati estis scilicet diabolo pro nihilo vos vēdidistis, quia pro terrenis volupta tibus & concupiscentijs quę trāseunt, vt dicit Ioā. transit mundus & concupiscentia eius. Psalm. Transierunt in affectum cordis, cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt. Interpretatur etiam negotiator. Quia miser peccator desistit & renuit negociari cum deo, qui sibi dedit tot talenta gratiarum & beneficiorum suorum, homo quidam vocauit seruos suos, idest Christus humanatus, & tradidit eis bona sua. Et vni dedit quinque talēta, alij duo, alij vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem, idest capacitatem & dispositionem suscipiētium. Et in his talentis intelliguntur diuersi gradus cognitionis diuinæ, vel aliarum suarum gratiarum & beneficiorum. Sicut enim homo vtēdo pecunia aliā lucratur, ita homo docendo quæ didicit, meretur ampliorem notitiam, saltim in futura vita, vbi Deum videbit, plus, aut minus secundum diuersitatem meritorum. Similiter homo Dei dona distribuendo in pauperes & elemosynas negotiatur cum Deo, centuplum ab eo accipiendo, saltem in vita

Rom.1.

Isai.52.

Matth.25.

& vrna. Renuit vel desistit negotiari cum Deo, quando negotiatur cū diabolo dona Dei ab vtendo, vel per negligentiam, vel per auaritiam, vel per concupiscentias ea expendendo. Contra hos lamentatur Deus, obstupescite super hoc, & portæ eius desolamini vehementer dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus, ne dereliquerunt fontem aquę viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas Nunquid seruus est Israel aut vernaculus? Quare ergo factus est in prædam. Et infra, scito & vide, quia malum & amarum est reliquisse te dominum Deum tuum, & non esse timorem eius apud te. A seculo contregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti, non seruiam. Et facis sicut fecit comes Auersanus tyrannus, qui Christum intexuit ad pectus cum manu directa ad breue in textum dicens, si tu me non vis, iste me rogat, idest diabolus quem in texuerat in fimbria cum simili manu ad ipsum directa. Et ita fecit hanc diuisam suis militibus. Et vendis animam tuam tam nobilem, sicut gallus quidam in taberna diabolo pro vno pastu, quem emptū & pastatum transportauit in corpore & in anima, vt amplius non compareret. Vide hoc exemplum in speculo exemplorum T. de anima vel gula, &c. Et non sine causa erat mulier hęc Chananea, quæ dicitur à mollitie vt denotet declinationem facilem miseri hominis ad omnem concupiscentiam pro temporali parua delectatione, qui mollis, & dissolutus est in omni opere suo, frater est sua opera dissipantis. vnde Bernar. Non est iniquitas super iniquitatem tuam, ò homo miserabilis, qui iuras & deiuras, & pro parua pecunia diabolo das animam, quam Christus preciose sanguine redemit. Destruis proximum & negas Christum, perdis vitam æternam, abrenuncians Deo viuo, & mortem acquiris æternam. Melius tibi esset si natus non fuisses, quia in die iudicij negabit te veritas, qua ne negasti

Hier.2.

Prou.18.

Digitized by Google

negasti, accusabit te cõscientia quam cæcasti, condemnabit te Christi sanguis quem contempsisti, lauabit manus suas in sanguine tuo proximus, quem proscripsisti, vita æterna te nõ suscipiet, quã pecunia abiecisti. Hæc Chananea habet vnicam filiam, quæ potest significare animam cuiuslibet hominis, quam quilibet debet diligere sicut vnicam filiam vel filium educando & enutriendo bonis operibus, & verbis ac exemplis, & custodire ne lasciuiat vllo pacto per inordinatas, & illicitas concupiscentias, humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij ignis, & vermis, & filij tibi sunt erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Et filiæ tibi sunt, serua corpus illarum, & non ostendas faciem tuam hilarem ad illas. Hec moraliter applica. Qui custodit mandatum, custodit animam suam, qui autem negligit viam suam, mortificabitur. Et iterum qui possessor est mentis diligit animam suam. Et Sapien. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et in Prouerb. qui delicate nutrit seruum suum, inueniet ipsum contumacem, & cap. 27. saturata anima calcabit fauum, & Cantic. 6. anima mea conturbauit me. Igitur dicamus modo ad propositum. Filię tibi sunt, serua corpus illarum, & non ostendas faciem tuam hilarem ad illas. Trade filiam & grande opus feceris, & homini sensato da illam. Corpus filiarum seruatur quando corpus quod est receptaculum & habitaculum animæ non exponitur corruptionibus & concupiscentijs mundanis, scilicet auerte oculos tuos ne videant vanitatem, quoniam vt scriptura dicit, mors intrauit per fenestram, sæpi spinis, idest timoris Dei aures tuas, & linguã nequam noli audire, & ori tuo facito ostium, & seras auribus tuis, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos. Attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem. Et non ostendas faciem tuam hilarem ad illas. Facies hilaris ostenditur filiæ, dum sibi datur occasio ex familiaritate ad resolutionem, & viuere absque respectu & verecundia, ita etiam si animæ nostræ ex ea parte qua est sensualis, ostendatur hilaris facies iam per insolentiam lasciuiet, & vituperabit te coram Deo & hominibus. Propterea bene dicit scriptura. beatus vir qui semper est pauidus, qui vero mẽtis est durę, corruet in malum. Trade filiam homini sensato, & grande opus feceris, quia moraliter anima nostra tradenda est disciplinatis magistris docenda, quoniam in principio sui est sicut tabula rasa in qua nihil est depictum, depingenda tamen omni virtute. Tradenda est litteris, & exercitijs virtuosis, ne ocio torpescat. Anima dissoluta exuriet, & qui peccat in animam suam, pœnitebit. Et plurimum ad virtutes incitant exempla virtuosorum, & consilia seniorũ. Ecclesiast. 4. presbyterorũ humilia animam tuam. Et si sic quilibet animam suam gubernabit grande opus faciet, quoniam stricta est via, quę ducit ad vitam, & laboriosum est in principio opus virtuosum. vnde de Thob. inter alias eius virtutes dicitur. Et cum omnes ederent ex cibis gentilium iste custodiuit animam suam. Et Iob pellem pro pelle, & omnia dabit homo pro anima sua. Et hec super omnia plurimum custodienda est, ne à dęmonio possideatur per peccata mortalia, & ne adulteret à Deo suo per varia vitia adhærendo diabolo. Deus enim in fide eam desponsauit. Oseę 2. & sponsabo te in misericordia, & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide. Immo eam suo preciosissimo sanguine adulteratam redemit. Petrus. Empti estis precio magno. Sed heu misera conditio humana, à miseris christianis anima sua ad curiositates exponitur, vt Dina filia Iacob, vt à diabolo vituperetur & corrũpatur, & prostituatur. de qua Psalm. Filia Babylonis,

Marginalia: Qualiter anima custodienda sit ne adulteret. — Eccles. 7. — Prou. 19. — Eccles. 28. — Prou. 28. — Prou. 19. — Thob. 2. — Iob 2. — Gen. 10.

Digitized by Google

nis, ideſt, confuſionis anima miſera. Hiere. 31. vſquequo delitijs diſſolueris filia vaga? De qua Bernar. ò anima inſignita Dei imagine, decorata ſimilitudine, dotata ſpiritu, deſponſata fide, redempta Chriſti ſanguine, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps. Quid tibi cum carne vnde mala tanta pateris? Et Chryſoſt. de recuperatione lapſi. Si animã negligamus, nec corpus ſaluare poterimus. Non enim anima pro corpore, ſed corpus pro anima factum eſt. Qui ergo quod primum eſt negligit, & quod inferius eſt extollit, vtrũque corrumpit. Qui vero ordinem ſeruat, & quod primũ eſt colit, etiam ſi negligat quod ſecundum eſt, per primi ſalutem ſaluabitur & ſecundum, hæc ille. Hæc igitur filia ſic nobilis à Deo creata, quoniam & eam Deus vocat filiam, in eo quòd dixit ad imaginem noſtram faciamus eam, ſecundùm Chryſoſt. imago eſt filiorum non ſeruorum, quandoque à dæmonio vexatur. Nota aliud eſt tentari, aliud vexari à dæmone. tentatur à dæmone cum ſibi phantaſmata diabolica præſentãtur carnis, mundi, & diaboli, quia & caro & mundus ſunt inſtrumenta diabolicæ fraudis, dum cõcitantur à diabolo contra animam vt oſtendit exemplum S. Macharij videntis diabolũ infinitas ampullas portantem ad diuerſas tentationes præparatas. Sed Deus talia arma contra hæc dedit nobis, vt niſi ea abijciamus inuicta nos firmitate tueantur, vt dicit philoſophia Boet. Et S. Paulus fidelis Deus, qui non patitur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed facit prouentũ in tentatione, vt vincamus, legitur enim in vitis Patrum quidam iuuenis grauiter tentatus à diabolo, ad conſilium Abbatis venit. Quẽ Abbas duxit ſupra montem, vbi magnus ventus ſpirabat. Et dixit iuueni tentato. Erige manum, & impedias ventum, ne ſufflet & procedat. Et ipſe dũ conaretur impedire ventum dixit Abbati. Pater ego non poſſum impedire eum ne tranſeat. Et Abbas. Ita eſt fili & de tentatione. Non eſt in poteſtatę noſtra, quin ſufflent, & contra nos excitentur tentationes, ſed eſt in poteſtate noſtra manum erectam firmam tenere, ne à vento flectatur, ideſt rationem, & bonam volũtatem firmam tenere cum Dei auxilio, vt non conſentiamus tentationi, quia hoc eſt ad probationem & meritum nobis. Sed ſpiritualiter vexari à dæmone eſt malum. Nam corporalis vexatio dicit inhabitationem diabolicam in corpore humano, ſed ſpiritualis eſt, quando dęmon per peccatum mortale inhabitat in anima miſeri hominis, & tunc grauius ab eo vexatur quanto anima nobilior eſt corpore. Et hoc Chriſtus confirmat dicens. Expulſus demon ab homine, & iterum reuertés ad ipſum habitandum, aſſumit ſeptem alios ſpiritus per recidiuum ſecum nequiores ſe, ideſt aſſumit vniuerſitatem vitiorum, & ingreſſi poſſident talẽ, & fiunt nouiſſima illi⁹ vel populi peiora prioribus. Quia peccatum quod per pęnitentiam non abluitur, ſtatim ſuo pondere ad aliud trahit, ò quam male talis vexatur. primo in conſcientia ex confuſione peccatorum. Quia omni vermis corroſione, eſt grauior cõſciẽtiæ corroſio. Iſido. 2. libr. ſolilo. Nulla pœna grauior, pœna conſcientiæ. vis autem nunquam eſſe triſtis, bene viue. ſecura mens triſtitiam leuiter ſuſtinet. Bona vita gaudium ſemper habet. conſcientia autẽ rei ſemper in pęna eſt. Nunquam ſecurus eſt reus animus. Mens enim mala cõſcientię proprijs agitatur ſtimulis. Et de perturbata conſcientia ex iniquitatibus Sapient. 17. frequenter enim præoccupant peſſima redarguẽte conſcientia, & ſemper præſumit ſeua, perturbata conſcientia. Et Paulus teſtimonium reddente illis conſcientia. Et de bona conſcientia. Proue. ſecura mens quaſi iuge conuiuium. Et de mala Auguſt. Iuſti Domine & ita eſt, pœna eſt ſibi omnis inordinatus affectus. Vexatur deinde à diabolo dum rationem eius

ſub

Gen. 1.

Differẽtia inter uexationem, & tentationẽ per dæmonem.

Luc. 11.

De ſecuritate conſciẽtiæ bonæ, & de inquietudine malæ cõſciẽtiæ.

Rom. 2.

Prou. 15.

Digitized by Google

sub seruitute sensualitatis redigit. Et quæ maior seruitus & vexatio? Nam fecit Deus hominem rectum, dicit Ecclesiasticus, sed ipse se infinitis miscuit quæstionibus, idest concupiscentijs, vt cum in honore esset, iumentis
Prou.30. similis factus est. Quartum est quod non potest sustinere terra, vt cum ancilla fuerit hæres dominæ suæ. Ideo
Io.8. bene dicit Christus, omnis qui facit peccatum seruus est peccati, vexatur spiritualiter etiam à diabolo, quia dũ eum per peccatum possidet, bonum virtutis meritoriæ non sinit eum facere, sed sicut bos annulo posito in naribus eius ducit, quo diabolus vult, vt demum frangat caput eius & corporaliter & spiritualiter, secundùm quod dicit propheta, computruerunt iumenta in stercoribus suis. Et congregauerunt mercedem in sacculum perforatum. Et de hoc vide Prouerb.7. statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & sicut agnus lasciuiens, & ignorans, & nescit quòd ad vincula stultus trahitur. vexat demũ miserum hominem non solum in hoc mundo per tyrãnicam eius subiectionem, sed in alio mundo perpetualiter vexabit per infernalem flammam, & cremationem, sicut epulonem in lingua. Et breuiter de malo culpæ Aug. Quæ sunt ista Deus meus, quæ sic animam meam obtenebrant, grauant, claudunt, & ligant? Forsitan sunt peccata mea? Imo vere hæc sunt peccata mea. Certe hæc sunt, affectus carnales, qui infatuant in me saporem spiritualium: Intentio inferiorum incuruat animam meam ab intuitu superiorum, amor terrestrium, vsus vitiorum, euacuant in me sensus verorum donorum. Ab his donis sum elongatus, in his malis occupatus, exclusus ab illis, inclusus ab istis, ab illis de
Hier. 6. uolutus, in istis inuolutus. Ad hos, concupiscentijs vexatos dicitur. Filia populi mei, idest ò popule Christiane. accingere cilicio, & conspargere cinere, idest in cilicio & cinere fac pœnitentiam, & Dei inuoca subsidium, luctum vnigeniti, fac tibi planctum amarum, idest lamentando cordialissime pro anima tua sic à diabolo vexata per peccata, sicut solent matres amare flere in amissione vnigeniti filij sui, quia repente veniet super vos vastator, idest diabolus super vos, vt ad inferos trahat per mortem corporalem vastando, & annullando omnia bona vestra, si qua in mortalibus fecisti & quæ mortificatæ erãt per mortale, quia mercedẽ congregasti in sacculum pertusum, vt igitur excutere, & liberare possis ò miser peccator animam tuam, quam diabolo per concupiscentias prauas vendidisti à iugo seruitutis, & vexationis suæ. primo hic recognosce animam tuam esse grauiter infirmam & à diabolo vexatam, & in inferno vexandã propter sua peccata. Quia primum remedium est in infirmis & vexatis corporibus, vt se recognoscant infirmos: Ideo Dauid sic spiritualiter vexatus dicebat. miserere mei domine, quoniam infirmus sum, sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima turbata est valde. De hac recognitione deus animæ adulteratæ ab eo per Hiere. 3. capitu. Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc prostrata sis. Frons mulieris meretricis facta es tibi, noluisti erubescere. Secundo postquam recognouisti infirmitatem grauem animæ tuę, non demoreris procrastinando ad medicum iræ, quia periculũ est in mora. Psalm. Tempus faciendi domine dissipauerunt legem tuam scilicet in procrastinando. Quoniam Ecclesiast. 3. misericordia & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diẽ. subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictę disperdet te. Sic & prodigus fecit. Reuersus in se per recognitionem, statim iuit ad patrem pro venia & misericordia impetranda. Sic & Ezech. Rex post comminationẽ sibi ex parte Dei factã per Isa. statim conuertit se ad parietem cum lachrymis implo-

Modus reuertẽdi ad Deum per totum pulchrè describitur.

implorans veniam, & misericordiam Dei, & dicens. domine memento mei, quia recogitabo tibi oẽs annos meos, in amaritudine animæ meę. Et tu practica de similibus. sic hoc mane Chananea peccatrix fecit, quia recognoscebat grauem suæ filię infirmitatem, audiens Christum ad partes suas aduentasse, qui totus est pater misericordiæ, statim egressa est, & clamat ad ipsum dicens. miserere mei domine fili Dauid. O admirabilis fides in alienigena super Iudæos, vt adimpleatur Christi dictum de fide Centurionis, quia venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent in regno cœlorum cum Abraham Isaac, & Iacob, & filij regni eijcientur in tenebras exteriores, & ibi erit fletus, & stridor den-

Matth. 8. tium, contemplare hic. Ecce tu ò popule Christiane qui vt Iudæi olim, es peculiaris populus Dei, & tãquam amicus, Christus tecum est omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, & in altari sacramentaliter quotidie, & tu qua veneratione & timore accedis ad eum? Cõsidera omnes actus mentis & corporis tui, vt in incessu, statu, genuflexione, & habitu, & in omnibus motib⁹ & vagationibus tuis, videris non venisse ad Deum adorandum, sed deridendum, & Deus derisit omnia sublata tua, qui fecisti Ecclesiam speluncam latronum, & verbis Deum honoras, corde es longe ab eo, & totus in re quã diligis. practica per omnia vitia, quæ cadens adoras, vt diabolus Christo dixit, omnia regna mundi dabo tibi, si cadens adoraueris me. Et vtinam saltem ore laudares Deum ibi, sed potius loqueris turpia & scurrilia, ac vana quæ ad rem non

Tren. 3. pertinent. practica de huiusmodi, viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius, sicut & dæmon derisit per fœtorem clericum in lecto dicentẽ officium. Est tecum per sacramẽtorum exhibitionem, & tu quą deuotione, qua contritione pręparas te ad ea su-

Tren. 4. scipienda, vt merito de te dicatur. Recedite polluti clamauerunt eis, recedite, abijte, nolite tãgere. Hæc tota cęlestis curia clamat cõtra Christianos, & maxime Ecclesiasticos polluto ore, & manibus recipientes, & tractantes sacramenta Ecclesiæ. Est in confinibus tuis assidue per misericordiam, & exhibitionem beneficiorum, & nihilominus dicis, vt Iob dicit de impijs, dixerunt deo recede à nobis, viã scientiarum tuarum nolumus. Ideo merito quia à deo noluisti benedictionem, veniet super te maledictio. Et in tempore necessitatis tuæ remanebis in vexatione diabolica ad interitum animæ & corporis absque remedio, cum iræ domini effusę super te fuerint, sicut super populum Hebræorum, quorum tu ad præsens typum geris tempore, vbi præceptum est Angelis in- Ezech. 9.
terfectoribus. transire per ciuitatem, & percutite, non parcat oculus vester neque misereminí, semen adolescentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite vsque ad interitum, & à sanctuario meo in capite, & cæt. Insuper merito reprobandus est populus meus comparatione huius alienigenæ, quæ in infirmitate suæ filiæ, non perrexit ad diuinos, non vocauit magos, non alligaturas quæsiuit, non impostatrices mulieres adduxit, non ad falsa confugit præsidia, practica de huiusmodi secundùm subiectum populum, sed reliquit omnes diaboli falsitates, & venit ad Dominum Iesum Saluatorem, hęc Orige. Et tamen erat gentilis non Dei cognitionem veram, sed idolorum habens, audiens Iesum per illas partes transeuntem relictis cunctis falsitatibus ad verum sanitatis actorem cucurrit. Tu autem habens signum crucis in fronte, & in baptismo abrenunciasti Sathanæ & põpis eius, & in tuis necessitatibus confugis relicto Deo ad impostatrices, vt supra practica, ad interitum & cæte. Dicit ei miserere mei domine. In hoc quòd dicit mei, & tamen non ipsa vexabatur à diabolo, sed filia, datur omnibus Christianis documẽtum, quòd malum proximi, siue corporale, siue spiri-

Eccle.17. spirituale, quia vnicuique Deus mandauit de proximo suo, quilibet vt proprium malum reputet, & sibi compatiatur, & quantum valeat sibi succurrat, & spiritualiter per orationem, &
Iacob. 5. doctrinam, quia dicit S. Iacob. si quis errauerit ex vobis à veritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operuit multitudinem peccatorũ Et 1. Pet. 2. vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum, illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Similiter succurrat per temporalium administrationem, vt dicit propheta, Frange esurieñti panẽ tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum & carnem tuam ne despexeris. Nota carnem tuam ne despexeris, quia caro proximi est caro tua, quia omnes Christiani sumus membra vnius capitis Christi. Ideo & in iudicio dicet Christus in interrogatione operum misericordiæ. Amẽ dico vobis, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Quia etiam cibus vel medicina ad vnum membrum directa, virtutem suam diffundit ad omnia membra Ideo bene dicit Ambros. si fame-
1. Pet. 3. licum non pauisti, occidisti. Et Petri. Charissimi omnes vnanimes in oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddẽtes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, sed econtrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hęreditate possideatis. practica de his & similibus, vt erit ad propositum. Miserere mei domine fili Dauid. ò admirabilis in muliere vltra Iudęorũ prauorum doctrinam Theologica doctrina, qua omnes præcessit inuidos scribas & phariseos. Erat gentilis & parum vel nihil de Christi mysterijs audiuit, & tamen per Spiritum sanctum edocta, in sua oratione Christi, & diuinitatem & humanitatem cõfitetur.

Et nõ immerito, quia Christus in oratione ad patrem dixit, confiteor tibi, Matth. 11.
idest te laudo. secũdùm August. quia abscondisti hæc, idest fidei sacramenta de aduentu suo, secundùm Hyla. à sapientibus, & prudentibus, idest in oculis suis, vt sunt superbi scribæ & pharisei, & reuelasti ea paruulis, idest humilibus & simplicibus, quia etiã vetula maiorem secretorem Dei habet gustum, quàm multi sapientes, & gustus maior pręsupponit etiam saltim implicite maiorem cognitionem rei gustabilis. Quoniam multi doctorum solum speculatiue de Deo habẽt cognitionem & non practice, simplex autem vetula nõ speculatiue sed practice, quod est acceptius magisq; christianum, quia talibus Deus non deficit in necessarijs ad salutem. Ita pater quia sic fuit placitum ante te. vnde & S. August. audiens admiranda quę dicebãtur de sancto Antonio, qui etiam magnos philosophos cõfundebat vltra admirandã vitam eius, dixit. Surgunt indocti, & rapiunt cœlum, nos autem cum nostris doctrinis demergimur in profundum inferni. Practica hic animando simplices & deuotas personas, quia tales edocentur à spiritu sancto in his quæ sunt salutis, supra arrogantes philosophos, & theologos. Ioan. 6. erunt omnes docibiles Dei secundùm ꝙ scriptum est in prophetis. hæc verba dixit Iesus contra murmurantes, quia dixit ego sum panis qui de cœlo descendi &c. sicut vnctio eius docet vos. Dicit domine fili Dauid. In hoc quòd dicit sibi humiliter & reuerenter, miserere mei domine, confitetur eius diuinitatem, quia Dei propriũ est misereri non per miseriam cordis, sed per cõdonationem gratiæ, & subleuationem miseriæ. Et soli Deo dicimus in oratione miserere mei, alijs autem sanctis communiter sancte Petre ora pro me. Et addit domine, scilicet per excellentiam nõ per participationem, quia Christus erat verus Deus & verus dominus. de
quo Psalm. Domine dominus noster, Psalm.
quàm

Digitized by Google

quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Fili Dauid in hoc con fitetur eius humanitatem,quia Iudęi qui expectabant Christum,ex Dauid semine fore,dicebant.Et S.Luc.in Annunciatione Dominica dicit. Angelus dixit Mariæ. Et dabit sibi Dominus Deus sedem Dauid patris sui.vbi notandum pro cósolatione peccatorum dicit.S.Hier.. super lib. generationis. In genealogia Christi nulla ponitur sancta mulier,sed tantū illę,quas scriptura reprehēdit. vt Thamar quæ fornicata est cum Iuda, & Ruth quæ fuit gentilis idolatra,& Raab meretrix,& Bersabe quæ fuit adultera concubens cum Dauid. Et hoc vt qui pro peccatoribus venerat, de peccatoribus nesciens omnium peccata deleret. Quasi vellet dicere sibi, non dedigneris misereri mei, quia peccatrix sum, quia adultera & gētilis, sed recordare quia carnem assumpsisti humanā propter salutem peccatorum. Ideo & parentes tuos ex quibus genealogiam contraxisti.peccatores habuisti, non solum Iudæos,sed etiam gentiles. Ego sum Chananea gētilis & idolatra, sed recordare quia Raab meretrix idolatra prius,adiūcta est populo Hebræorum postea, quoniam absconderat exploratores, quos misit Iosue Hierico & eam accepit Salmon de tribu Iuda. ex qua successiue Dauid prodijt: Et quia Dauid tu diceris filius, idest de stirpe Dauid,ideo etiā de semine gentilis ex parte fœminea,propterea confidēter ad te venio hactenus idolatra, sed nunc ad te conuersa per fidem.miserere,ergo mei ergo filij Dauid. Item & Ruth Moabitem gentilem: Booz de stirpe Iuda accepit in vxorē, qui fuit proauus tuus,quia Iesse pater Dauid, fuit filius eius, vt habes Matth. ideo est mihi magna confidentia,quoniam ex gentili matre successisti, & genealogiam habes, quòd & me Chananeam his similem mulierem, in tua misericordia suscipies.Scio enim quia vltra idolatriam sum peccatrix mulier,sed in genealogia tua multæ sunt mulieres peccatrices, ex quibus carnem assumpsisti.In signum quia non pro iustis principaliter, sed pro peccatoribus aduenisti. Ideo miserere,& mihi filij Dauid Filij parentū peccatorum vtriusque sexus,& noli à me auertere viscera misericordiæ tuæ.Documentum in his ostenditur omnibus miseris peccatoribus, dum quærunt Dei misericordiam,memorent sibi peccatores similes, quibus est misertus ex sua misericordia, & cū fiducia dicant. Domine qui Mariam absoluisti, & Latronem exaudisti, & Petrum te negantem respexisti, & adulteram lapidare nō permisisti,sed dixisti vade mulier, noli te amplius peccare,nec ego te condemnabo,& Paulum persecutoré Ecclesiæ vas electionis tuę fecisti,& Prodigum suscepisti,& tuo sancto osculo tecum pacificasti, & publicanum iustificasti:& Matthęum Thelonearium Apostolum & Euangelistam constituisti, miserere & mei miseri peccatoris, quia misericordia tua super omnia opera tua est peccatoribus admirabilior. Et qui venisti quęrere & redimere perditos,noli damnare redemptos. O quantum excitatiua est hæc oratio & deuotionis ac feruoris in peccatore,& misericordię ac pietatis in Deo. Sic etenim qui & temporalibus dominis feruenter supplicat per rememorationem suæ clementiæ in similes sibi,plurimum eos flectūt ad pietatem. De hoc Aug.in meditationibus cap.2. Animant me publicani,meretrices, & peccatores, qui à faucibus hostis momentanee eruti, sinibus excipiuntur pastoris.Tu enim factor omniū Deus, licet in omnibus operibus sis mirabilis,mirabilior tñ crederis esse in operibus pietatis. vnde. Miserationes eius super omnia opera eius. Nullū.n.spernis,neminem abijcis,neminé perhorrescis, nisi forte quis amens te exhorruerit. Iratus non percutis, sed te irritātibus,dona, si qſierint tribuis. Et infra. si pęniteo,parcis, si reuertor suscipis. Insuper dum differo præstolaris. Reuocas errantem,inuitas repugnantem,

Gen. 35. Math. 1. Excitatiuus mod' orandi ad Deum. Psalm.

Conditiones orationis exaudiendę.

tem, expectas torpentem, amplexaris redeuntem: Doces ignorantem, merentem mulces, à ruina suscitas post lapsum reparas, petenti largiris, quęrenti inueniris, pulsanti aperis. hæc ille. Insuper habes in hoc Euangelio modum orandi, vt à Deo exaudiaris. Primo oratio debet esse in fide, vt sit fidelis, idest cõfidas in domino in tua oratione, qa si expedit tibi dare quod quæris impetrabis, vt dicit S. Iacob. si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat & dabitur ei. postulet autem in fide, nihil hæsitans, idest, quasi dubius esset de bonitate diuina. Qui enim hęsitat similis est fluctui maris, qui à vẽto mouetur, & circunfertur. Non ergo extimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino. Psal. Conserua me domine, quoniam speraui in te. spes igitur præsupposita fide cum timore, vt infra requiritur ad impetrationem. Et hæc cõfidentia in oratione in hac muliere ostenditur, quia confidenter, & audacter egressa est ad Christum, pro misericordia filiæ eius, confidens in Dei misericordia. Sic & Abigail, cum confidentia audacter egressa est cum humili oratione, in occursum Dauid irati contra Nabal stultissimum & ingratissimum in ipsum Dauid. Cui Dauid dixit. Benedictus Deus, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quę prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea. Et tu hanc totam historiam vide, & ad eam applica ad propositum secũdùm interpretationem nominum est facile. Secundo accede ad Deum cum reuerentia & timore, quia naturale est, cum magnis dominis supplicatio exponitur, cum reuerentia & timore, & spe præuia supplicetur. vnde & mater filiorum Zebedæi, accessit cum filijs suis adorans, & petens aliquid à Christo. Et Abraham pro Sodomis volens exorare dixit ad Deum. loquar ad Dominum meum, cum sim

Iac. 1.

Psalm.

1. Reg. 25.

Matth. 20.

cinis & puluis. Sic orabat & publicanus], stans à longe nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum dicẽs. Deus propitius esto mihi peccatori. Practica hic contra indeuotos in incessu, statu, & habitu, & alijs dissolutionibus coram Domino. cõtra hos dicit de se sanctus & simplex ac iustus Iob. Verebar omnia opera mea. sciens quòd non parceres delinquenti. practica. Si hoc fit in viridi. quid fiet in arido? Et si ipse ibidem dicit. Et si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tędebit me vitæ meæ, quid dicturus es tu, q in tot peccatis es, & cognoscis te in eis esse, & tamen quasi Onager superbus lasciuis coram Deo? vide quia hęc mulier vocat eum domine, idest timẽ dæ magno timore, quia in manu tua est virga, & potentia flagellandi & puniendi me miseram peccatricem à te adulteratam, sed rogo miserere mei, & converte tuam iustitiam seueram, in mansuetudinem & clementiam. Et ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Tertio oratio est impetratiua quæ est cum humilitate, sicut erat oratio publicani, & nõ cum superbia, qualis fuit oratio pharisei. Noli extolli in virtutibus tibi à Deo datis, sed inspice infirmitatem tuam spiritualem qua torqueris, sicut hæc mulier ad infirmitatem suam respiciens, quia filiæ infirmitatem suã reputabat, cuius calamitatis particeps erat. dicebat. miserere vexationi quam patior. Dic ergo tu in oratione tua cum Dauid. miserere domine quoniam infirmus sum, sana animam meam, quoniam cõturbata sunt ossa mea, idest nulla virtus est in me, quæ me sustentaret sicut ossa corpus coram te, qua possem iustificari coram te, & anima mea turbata est valde Sic enim oranti facilius impenditur. Quia ostensa vulnera ad misericordiã cui supplicatur flectunt. vnde Aug. argumentũ impetrandi est ostensio necessitatis. oratio. n. humiliantis se, nubes penetrabit, & donec propin-

Gene. 18.

Luc. 18.

Iob. 9.

Psalm.

N quet

Digitized by Google

quet non cõsolabitur,& non discedet, donec altissimus inspiciat. Quarto ora pro teipso, vt oratio tua sit accepta coram Deo, & vt tibi Deus reconcilietur quia Psal.dicit.Iniquitatem si aspexi in corde meo,non exaudiet dominus,propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ, idest quia pœnitet me mali. Et deinde ora pro proximo tuo, quia multum valet deprecatio iusti assidua vt dicit
Iac.vlt. S.Iacob. Infirmatur quis in vobis,inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit remittẽtur ei.Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Quando igitur & tu oras pro proximo, & proximus qui male torquetur, quærit humiliter medelã maxime animę, De⁹ misericors exaudiet gemitus vtriusque,quia & hic Iacobus dixit orate pro inuicem vt saluemini. Ecce hæc Chananea ex fide & deuotione cum humilitate quã habuit de Christo,& in Christo, exorãs pro filia cupida sanari, exaudita est pro se,& pro filia, dum vtraque inter fideles Christi ascripta est dicente sibi Christo. O mulier magna est fides tua,Fiat tibi sicut vis.Et sanata est filia eius ex illa hora, non solum à vexatione diaboli corporea, sed etiam à vexatione in anima,quia dicunt sancti doctores, quos Christus corporaliter sanauit, etiam sanauit in spiritu & anima. Quinto ora perseueranter. Et hoc necessario requiritur in oratione, quia improb⁹ labor omnia vin
Luc.11. cit.Et hoc docet nos Christus in Euangelio sub similitudine eius qui media nocte petebat panes sibi accommodari ab amico, & totiens repulsus ab eo, tandem ex perseuerantia sua dedit sibi quod postulabat. Et addit Christ⁹. Et ego dico vobis. petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. omnis qui petit accipit,qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Et in tuis petitionibus etiam adhibe sanctos Dei orare pro te, dicendo lætanias & similia, quia dicitur.Voca ergo si est qui tibi respon- Iob 5.
deat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Nec desistas,si tã cito à Deo, nec tu, nec sancti qui pro te orant impetrare possitis, quoniam in temporalibus sanitatibus, & petitionibus, quæ in bonum & malum animæ possint impetranti prouenire, est fidelis Deus,dicit Aug.qui non tribuit quod quod volumus, vt tribuat quod mallemus. de his exemplifica & practica. Sed si petis cum sanctis, quæ sunt ad salutem animæ, scito Deus non deficiet tibi, quoniam ipse dixit. petite vt gaudium vestrum sit plenum. Et primum quærite regnum Dei,& omnia adijcientur vobis Nam & matri filiorum Zebedęi non dedit quod postulabat,vt regnarent filij eius temporaliter cum ipso, quia eis non expediebat. Ideo desiderio filiorum eius dixit. nescitis quid petatis: Ecce hic differebat Christus exaudire,& Chananeam & discipulos pro ea,vt ipsam magis ex repulsa & dilatione ad supplicationem incitaret, quia pro re ardua & multum desiderosa instantius est in petitione perseuerandum,vt & donum magnum difficilius impetratum, charius habeatur, & gratiarum actiones datori cordialius reddantur,& vt nobis exemplum perseuerantiæ in orationibus detur. Quorum exemplum etiam habemus in Moyse orante pro victoria populi,quoniam nisi manus continue eleuatas in cœlum teneret, victoriam non obtinuisset. Et nisi Anna cum abstinentia in orationibus perseuerasset,sterilis à natura filium Prophetam Samuelem nõ
obtinuisset. Et orabat Isaac pro vxo. Exo.17.
sterili instanter,& Deus exaudiuit eũ. 1.Reg 1.
Hic possis dare multa exempla & ora- Gen.25.
tionis ex discipulo T oratio, & contritionis, vt de Parisino confesso Abbati Sancti Victorij, cuius ex perseuerantia doloris de peccatis, cedula in

qua

qua erant scripta eius peccata, inuēta est in manu Abbatis deleta, vel ex vitis Patrū. de cōuersione car. 56. est pulchrū exēplū cuiusdā magnę & pomposæ meretricis, q̄ cōuersa est admirabili modo in prædicatione S. Epi Nini.

Vide etiam de oratione plures nostras prædicas, in quibus declarantur causę impetrationis, & non impetrationis orationis. Insuper Sermonem nostrum vide de remedijs contra desperationem ex peccatis.

DOMINICAE SECVNDAE IN QVADRAGESIMA,

SERMO SECVNDVS.

PIETAS ECCLESIAE IN SVBDITOS, MAXImè peccatores: Dolor eiusdēm parturientis Ecclesiæ; quæ parata est pro subditis omnia pati. Grex à pastoribus pascendus temporaliter, de suo superfluo, spiritualiter autem verbo & exemplo: Bonus populus templum Dei, malus vero Dæmoniorum: Vexatio animæ in prosperis per elationem, in aduersis per impatientiam, periculum recidiuationis: orandum pro repulsis, quia potest Deus ex lapidibus suscitare filios Abrahę.

EGRESSA EST MVLIER CHANANEA, &c. Matth. 15.

CHananeus interpretatū emulator, vel Zelotes siue præparatus, aut negotiator. Vnde hæc mulier Chananea potest significare Ecclesiam vel Episcopum representantem Ecclesiā ciuitatis, in qua feruenter bonum Dei seminatur ad producendum filios & filias Dei. Et non sine causa mulieri assimilatur ratione pietatis, quia vt dicit scriptura, ingemiscit ęger vbi non est mulier. Nam Ecclesia Dei multum est pietosa erga suos subditos, de quorū profectu virtuoso multum gaudet, & plurimum tristatur de ipsorum interitu, maxime spirituali. Ideo nō cessat assidue exorare pro populo suo. dum S. Pet. esset in carcere, sed ecclesia sine intermissione orabat ad Deū pro eo. Et figuratiue de Ecclesia plorante filios suos tribulatos varijs tribulationibus & mortibus, vel plorante, quia filios non habet viuos vita spirituali, sed in peccatis mortuos iuxta Paul. dictum, exurge à mortuis, idest à morte spirituali per peccatum. Dicitur vox in Rhama, idest in excelso audita est. Rachel. i. Ecclesia quę videt Deum assidue per contemplationem, & orationē, vnde & interpretatur videns Deū, plorans filios suos, & noluit cōsolari, quia non sunt. Et de profectu eorum Pau. in persona Ecclesię dicit ad Phi-

De pietate Ecclesię erga peccatores.

Act. 12.

 lip.

lip. Itaq; fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi, gaudium meum & corona mea, ſic ſtate in domino chariſſimi. Omitto autem cauſa breuitatis, quæ dicuntur de Eccleſia erga ſuos ſubditos in canticis, & in libr. Tren. in quo plorat, ſine conſolatione caſum ſubditorum. Hæc igitur Eccleſia mater populi mei, quem genuit & regenerauit in Chriſto, ſpirituali regeneratione plorat per Paulũ. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Nam per fidem formatam erant filij ſimpliciter, ſed per fidem informem filioli, quos iterum ſicut à principio cum dolore, & labore poſt caſum veſtrum, multum ad fidem parere nitor, donec Chriſtus in vobis prius per peccatum deformatus, in vobis per fidem & gratiam reformetur, ſicut formatur ſigillum in cera. Dicit parturio, quia parturitio eſt dolor vicinus partui. Greg in Moral. Per paucorum eſt penſare, quis labor ſit in prædicationibus patrum, quantiſque doloribus animas in fide & recta conuerſatione parturiũt. Hęc igitur eccleſia eſt emulator & Zelotes Dei emulatione & zelo, vt Paul. dicit. Emulor enim vos Dei emulatione, ideſt, diligo vos Dei dilectione, quæ eſt non carnalis, ſed ſpiritualis dilectio, quæ in omnibus reſpicit ſalutem animarum. Similiter Dei emulatione, ideſt amoris non liuoris & odij. Pſal. Noli emulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem, quoniam tamquam fœnum velociter areſcunt, & tamque olera herbarum cito decident. Spera in domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, paſceris in diuitijs eius, & multa pulchra proſequitur. Interpretatur etiam paratus, quia Eccleſia parata eſt ad omnia aduerſa & labores ſuſtinendos pro ſalute ſuorum ſubditorum, imitando ſponſum ſuum Ieſum Chriſtum, qui ſeipſum Deo patri obtulit, ideſt pro nobis immaculatum. Et infra, Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exaurienda peccata. Et Petro fugienti

Gal. 4.

Dolor parturiẽtis eccleſiæ.

Heb. 9.

de Roma mortem, apparuit Chriſtus quem cognoſcens Petrus quæſiuit ab eo. Domine quo vadis. Reſpondit Chriſtus. Venio Romam iterum crucifigi. Et S. Paulus, optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto, ideſt ſeparari à gloria æterna ad tempus, ideſt nõ moriar tam cito, ſed viuã pro fratribus meis, ideſt Iudæis adiuuandis & ſaluandis. Hoc modo orabat S. Martinus moriens ad ploratum fratrũ dicẽtium, cur nos pater deſeris, aut cui nos deſolatos derelinquis, inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem ſubire pro eis, fiat voluntas tua. Et iterum Paulus gerens viſcera Eccleſiæ. Quis infirmatur & ego nõ infirmor, ideſt dolendo mente ex malo ſpirituali proximi? Quis ſcandalizatur aliqua ſcilicet moleſtia tribulationũ ruendo in peccatum, & ego non vror? ſcilicet igne charitatis, qua ei compatior? & factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Quia quandoque à licitis abſtinebat, ne ſcandalizentur, vt infirmos in fide roboraret, ſicut bonus medicus quandoq; infirmi cibos comedit, vt eum prouocet ad comedendum. Et breuiter concludit omnia omnibus factus ſum, ideſt quaſi eſſem omnium ſectarum, vt Chriſtum lucri facerem. Et infra. Per omnia omnibus placeo, vt omnes facerẽ ſaluos. Et Heliſeus cõtraxit ſe ad modum pueri, & ſic ſuſcitauit illum. Et quia ſecundùm Boetium omnis alteritas diſcors, ſimilitudo vero appetẽda eſt, ideo viri ſpirituales ſalua vitæ, & religionis ſuæ obſeruantia omnibus ſe debent conformare. Ex his practice habes, quàm grauiter peccant ſpirituales viri maxime prę́ſidentes, qui verbis vel factis inordinatis ſcãdalizãt ſubditos ſuos, qui ſunt puſillus grex. Quia expedit, vt ſuſpendantur mola aſinaria, & demergantur in profundum inferni, qui in ſeipſis, & in vita eorum deordinata faciunt nomen Dei blaſphemare, ſicut dixit Nathan Propheta, Dauid adul-

Rom. 9.

1. Cor. 9.

Cap. 10.

3. Reg. 4.

adulteranti, & homicidę. Fecisti nomē domini blasphemare inimicos propter verbum hoc, idest factū hoc à te.
2. Reg. 12. Interpretatur negotiator, quia debēt populo proponere regnum cœlorum, & virtutes quibus ad ipsum peruenitur emendum, modo quo Augustino Deus dixit. Augustine venale habeo, quid domine? & dominus regnum cœlorum, & Aug. quantum valet? & dominus tantum valet, quantum habes. Nam latroni valuit, quia dixit memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum, apostolis, quia rete & nauiculā reliquerunt sequentes Christum, Matthæo quia Telonium reliquit, Zacheo quia male ablata restituit, &c. Viduæ duo æra minuta posita in Gazophilatio, Practica tu de similibus, vt innocentibus, & qui in corde habēt scintillam charitatis Dei,
Isai. 55. manchi, & elingues &c. Et proclamare illud oēs sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite & comedite. Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, idest fortioribus ingenijs, & lac debilioribus & simplicioribus vtriusque sexus, & conditionis hominibus & cęt. Item interpretatur præparatus, quia debent prælati Ecclesiæ esse parati ad dandum cibum & escā spiritualem & temporalē, quantum possunt populo, quia comedunt panem doloris, imitando Paul. quibus lac, scilicet vt infirmioribus cibos leuiores, quibus vinum & mel aut butirum & carnes, vt solidioribus solidiorem escam secundùm capacitatem subditorum. Parati insuper eis subministrare sacramēta ecclesiæ sine defectu pro tempore suo, & plurimum aduertere ne sit in olla suæ prædicationis collecta herba venenosa, ex qua mors possit accidere pusillo gregi, sicut incaute fecit puer Helisei, colli-
4. Reg. 4. gens pro herbis domesticis amaras colloquintidas, vt coctas in olla daret in
1. Thi. 4. pulmentū aduenientibus ad eos, Pau. ei scribit qui erat Episcopus. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate, idest Dei & proximi, in fide, in castitate. Vnde ad omnem actum debet prælatus dare bonum exemplum, scilicet, cordis oris & operis, & quo ad intellectum recte credendo, quo notatur in fide, & quo ad effectum ordinate diligendo, quod notatur in charitate operis, vel abstinendo, quod notatur in castitate, vel operando, quod notatur in conuersatione, oris, quod notatur in verbo. Contra hos Ezech. Væ pastoribus Ezech. 34.
Israel, qui pascunt semetipsos. Vide totum cap. ad propositum. Et ibidem, dispersæ sunt oues meæ, eo quòd non esset pastor. Et Zachar. 10. affligentur, quia non est eis pastor. Vide totum capit. & dic si volueris hist. quæ dicuntur contra Sobnam superbum & vanum præpositum temporali. Hic igitur pastor, vel ecclesia habet vnicam filiam. Hæc filia est congregatio parochialis populi Christiani, Nam in sacra scriptura sæpius pro filia nouimus accipi populum Iuda, siue in bonum siue in malum. In malum pœnę, derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea. Et Hier. 49. defluxit vallis tua filia delicata, & loquitur ad filios Amon. Et Zach. 9. exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, &c. Dicitur vnica, quia vnus est pastor noster Christus, & vnum christianorum ouile. Hæc filia plurimū diligitur ab Ecclesia sponsa Christi, & à pastoribus eius, sicut & Christus dilexit ecclesiam sponsam suam, vt dicit Paulus, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Et Paulus ad Philip. habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione Euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. Testis mihi Deus est, quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus Iesu christi. Hęc filia regenerata in Christo debet

[Margin notes: Isai. 22. — Pręlati debent pascere gregē & temporaliter de superfluo, & spūaliter. — Isai. 1. — Eph. 5. — Philip. 1.]

Digitized by Google

Popul⁹ bonus est templum Dei, malus habitaculum dæmoniorũ,qui vexatur male in prosperis, & aduersis & varijs peccatis à dæmonibus.

1. Cor.3.

bet esse per gratiam suã habitaculum Spiritus sancti, & templum Dei omnibus virtutibus plenum.Paulus.Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis.Si quis autem templum Dei violauerit,disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est,quod estis vos.Vnde Hierony. super hoc ad Celantiam. Nihil quietius,nihil purius, nihil denique pulchrius ea mente esse debet,quæ in Dei habitaculo præparãda est.Quem non auro templa fulgentia, non gemmis altaria destinata delectãt, sed anima ornata virtutibus. Ideo secũdùm Apostolum templum Dei sanctorum corda dicuntur,affirmante Apostolo, qui ait.Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus, templum enim Dei sanctum est,quod estis vos. Sed heu hæc filia, quandoque à diabolo possidetur & male torquetur. Tũc à diabolo anima possidetur, quando subijcitur peccato mortali, de qua subiectione Christus dicit. Qui facit peccatum,seruus est peccati, & filius diaboli Vnde dixit talibus vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.Ille homicida erat ab initio,& in veritate nõ stetit, quia non est veritas in eo.Io.8.Et hæc etiã aliquando male vexatur,dum in prosperis est intemperans, & in aduersis impatiens De prosperorum intemperantia dicit script.impinguatus est dilatatus,& recalcitrauit, sicut Ozia

2.Para.26. Rex Iuda, cum roboratus esset eleuatum est cor eius in interitum suum,& neglexit Dominum Deum suum, ingressusque templum Domini adolere voluit incensum super altare thimiamatis,volens vsurpare officium sacerdotis, sed percussus est lepra in fronte. Et dicunt expositores à capite vsque ad pedes, & eiectus est à consortio hominum secundùm legem. Vide hist.si vis. Similiter de impatientibus in aduersis habemus blasphemias vxoris sancti Iob prouocantis eum,vt malediceret Domino in suis aduersis.Propterea orabat Salomõ diuitias & men dicitatem ne dederis mihi, sed tãtum victui meo tribue necessaria. Ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est dominus? Aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.Aliquando autem peius torquetur varijs peccatis irretita, vt superbiæ,auaritiæ,& luxuriæ.Quia sicut colligitur ex dictis Salomonis. Tria sunt, quæ non sinunt hominem quiescere in domo sua. Scilicet fumus, idest superbia, & stillicidium, idest, auaritia, quæ stillat anxietates varias in cor,& mala vxor, idest concupiscentia carnalis. Tu autem practica de alijs vitijs, vt odij, inuidiæ, iræ,accidiæ, & cæt. Aliquando pessime torquetur, quando iam consueuit peccare, quia secundùm August. consuetudo est fortissima cathena necessitans ad malum, quia habitus, & consuetudo in naturam conuertitur secundùm philosophum. Insuper male & pessime torquet populus, quando per discordias & diuisiones corrodere, sicut vermis apud Ionam ederam fultam folijs corrodit, vt ad nihilum sit reducta per arefactionem & casum foliorum & totius suæ pulchritudinis. Practica de his, quia omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Et de his grauissimis vexationibus Christus dixit,ꝙ 7. nequiores spiritus per consuetudinem peccantium ingrediuntur in eos, & fiunt nouissima in eis peiora prioribus, &c. super hæc distende secundùm subiectã materiam,quibus prædicas. Videns igitur sancta mater ecclesia filios suos sic irremediabiliter vexatos à diabolo, plorat,& assidue intercedit ad Chrm, vt misereatur eius,quia malum populi, malum suum extimat sicut & Christus peccata nostra supra se assũpsit. Sed nota quòd quandoque Deus exigentibus nostris demeritis,nec per nostras, nec per Ecclesiæ preces placatur,sicut fuit dictum Hier.oranti pro Hier. 14. populo. Et dixit dominus ad me. Tu autẽ noli orare pro populo isto in bono. Cum ieiunauerint non exaudiam pre-

Digitized by Google

preces, ipsorum, & si obtulerint holocaustomata, & victimas, nõ suscipiam ea. Quoniã gladio, fame, & peste ego consumam eos Et cap. 15. dixit dominus ad me. si steterint Moyses, & Samuel coram me, nõ est anima mea ad populum istũ. Eijce illos à facie mea, & egrediantur, quòd si dixerint ad tè, quo egrediemur? Dices ad eos hęc dicit dominus, qui ad mortem ad mortem, & qui ad gladium ad gladium, & qui ad famem ad famem, & qui ad captiuitatem ad captiuitaté. hæc ibi. Et hoc per exemplum etiam ostensum est, quod legitur in hist. S. Bartholomei, quia preces eius non sunt exauditę exoranti pro ciuitate vbi erat sepultus ne ab Æthyopibus captiuarentur. vide illud. Verumtamen est, quòd Deus quandoque tot instãtia precum & humilitate præcantis, difficultatem veniæ in clementiam vertit, ad dandum nobis documentum. Quia iudicia Dei abissus multa, & multa sunt secreta eius abscondita suis electis, quæ instantia precum cum humilitate, & vera pœnitentia denudantur. Hoc dicit S. Hiero. in prologo super Ionam ignorantem diuinam dispensationem circa interitum & salutem Niniuæ, & Helisæus ignorabat filium mortuum Sunamitis. Et ideo nullus quantumcunque à venia expulsus desperet, sed instanter perseueret, imitans Niniuitas, contra quos cum grauis Dei comminatio per Ionam prophetã denunciata esset eis, quòd adhuc quadraginta dies & Niniuæ subuertetur, crediderе viri Niniuitæ in Domino, & prędicauerunt ieiuniũ, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minoré. Et peruenit verbũ ad regem Niniuæ, & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere, & clamauit, & dixit in Niniuæ ex ore regis, & principũ eius dicens. Homines & iumenta & boues & pecora non gustent quidquam nec pascantur, & aquã non bibant, & operiãtur saccis, homines & iumenta clament ad Dominum in fortitudine, &

Instanter est orandũ etiam repulsis.

conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ est in manibus eorũ. Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore ira sua, & non peribimus Et vidit Deus opera eorũ, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est super malitiam quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. hæc ibi. Et quamuis ita accidit in operibus, & miserationibus diuinis. Nihilominus plurimum etiã aduertendum est omnibus similibus, qui sunt misericordiam consecuti, vt caueant à recidiuo, quia & difficultas venię quandoque in impossibilitatem vertitur. Lege vlt. c. Thobiæ quid prophetauit de ipsis, Niniuitis recidiuantibus post pœnitentiam & indulgentiam eis datam. Nam ibi dicitur in hora mortis suæ Thobia pater vocauit ad se Thobiam filium suum, & septem iuuenes suos nepotes, dixitq; eis. Prope erit interitus Niniuę. Non. n. excidit verbum Dñi. Ideo filij audite me, nolite manere hic, sed dirigite gressus vestros post mortem & sepulturã matris vestræ, vt exeatis hinc. Video. n. quia iniquitas eius finem dabit ei. Nã postea Niniuę ciuitas est destructa ꝑ Assyrios, vt in ea non remanserit lapis super lapidem propter recidiuam eorũ. Hoc idem ostenditur in visione. Quia bis Deus ad preces Amos prophetæ pepercit Israel, scilicet deuastationi terræ eorũ per locustas. 2. per ignem. 3. absq; misericordia dedit recidiuantes in manus Regis Assyriorũ, vt patet, vbi dicitur translatus est Israel de terra sua in Assyrios vsque in diem hanc, vide in textu & visioné & translationem eorum. Accipite igitur populi consiliũ Hieronymi, quia aliter prope est interitus tuus ex tot diabolicis tuis ad inuentionibus & sceleratissimis vitijs absq; freno, & tuis assiduis recidiuationib. Si increpat mundus, minetur cęlum, hiscat tellus, angat inopia, conterant bella, insurgant venti, vastet fames, enecet pestis, Deũ ora, Angelos interpella, sanctos aduoca, pectus tunde, lachrimas funde, cor

De periculo recidiui.

Amos 7.

4. Reg. 17.

pus attenua, dies congemina, noctes iunge, menses adhibe, annos copula, perseueranter pulsa. Fieri non potest, vt tanta precum instantia non obtineat, iudicisque iram in clementiam vertat. Nihilque erit quod officiat, si modo pulsare non desineris eum, qui dicit, petite & accipietis, pulsate & aperiet vobis. hæc ille. Sicut hoc mane tanta precũ instantia cũ humilitate & fide obtinuit Chananea totiés expulsa, vt filia sua à vexatione diabolica liberaretur in corpore & in aīa. Ad propositum huius sermonis vide nrm sermonē, an Deus sēper sanctos suos exaudiat pro suis deuotis. Et ibi hr quō sancti in paradiso cōformant̄ diuinę volūtati in suis supplicationib. &c.

FERIAE SECVNDAE, DOMINICAE II.

IN QVADRAGESIMA,

SERMO VNICVS.

QVAM MALVM SIT ODISSE VERITATIS lucem, & à Domino derelinqui, cum tota creatura in interitum sui, pius & misericors Deus cur derelinquat hominem. Valde pertimescendum, quod dicitur, & in peccato vestro moriemini.

EGO VADO, QVAERETIS ME, &c. *Ioan. 8.*

Ioan. 8. NOn solũ ex sacra scriptura didicimus, ut dicitur Amos 2. & Isa. 5. & Amos 4. conticuit popul' meus eo quòd non habuit scientiam, & quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi, quàm malum sit non audire se docentes, sed etiam ex moralium philosophorũ doctrina habemus, nihil deterius homini, quàm nec per se scire quę sunt eruditionis animæ, nec ab alijs velle edoceri. Cur detestatus sum disciplinam, (Prouer. 4.) & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam, pęnæ fui in omni malo in medio Ecclesiæ, & Synagogę. Christus igitur vt bonus noster magister idē hoc mane ostēdit & docet, quoniam tales in suo peccato dānationis morientur.

Hoc mane habemus multa per pulchra documenta ex sacro Euang. secũdùm moralem interpretationem, non recedendo etiā ab intentione litterali sacri euāg. In quo principaliter ostenditur, quàm male sit eis, qui lucem veritatis odiunt. Et primum documentum est, quàm malũ sit cum ab aliquo dñs recedit per elongationē gratiæ, & influxus sui, in eo quòd dixit ego vado. i. recedo à vobis per gratiam meā, & influxum eius. Vę eis cum recessero ab eis. (Oseę 9.) Propterea exorabat Dauid, domine non me derelinquas vsquequaque. Vbi nota ex S. Tho. doctrina 12. q. 109. Tripliciter Deus concurrit ad operationē hominis. Vno modo sicut causa productiua, & conseruatiua & motiua hominis. Alio modo vltra hoc speciale auxiliũ ei ferendo. Tertio modo vltra illa duo, nos in aīa perficiendo per formā, quę est gratia. Sine quo agente

Quàm malum sit cũ Dominus elongat̄ ab aliquo per suum peccatum.

Deus tripliciter cō currit ad operationem hominis.

agente Deo primo modo, neq: homo, neq; aliqua creatura potest aliquid facere. Sine vero Deo agente secūdo modo facere non potest homo perfecte bonum morale idest secūdum omnes circunstantias, sine etiam Deo agente tertio modo, non potest homo agere opus meritorium vitæ æternæ, sed tamen sine gratia potest homo cum speciali Dei auxilio agere opus perfecte bonū morale. Et sine speciali auxilio Dei, stante generali influentia Dei .i. conseruatione rerum, & motione siue applicatione ad opus pōt homo agere actum malum, & actum aliquem bonū imperfecte. Vide de his vbi supra pri. 2. & in cap. 2. sen. di. 28. & 26. De his dicit Greg. nisi manus omnipotentis contineret omnia, cūcta in nihilum redigerētur. Et de hoc Christus, sine me nihil potestis facere. Et propter hoc de derelictis a Domino dicit Psal. In circuitu ambulant impij idest sicut q per laberintum vadit, vt nesciat exitum gressus sui. Et Sophonia. 1. Ambulabunt vt cęci, vt scilicet ambulando vndiq; impingant, quia Domino peccauerunt. Et de his etiam loquitur Hier. 3. sensus cordis mei turbati sūt. Et Ezech. 23. propter fornicationes suas recessit anima mea ab ea. Et propterea Deus præcipit Hieremiæ orāti pro populo. Tu autem noli orare
Hier. 14.
ꝓ populo hoc in bono, quia nō exaudiā te. Et 15. egrediantur qui ad mortem ad mortem, qui ad gladiū ad gladium, & qui ad famem ad famem, & qui ad captiuitatem ad captiuitatem. Hæc ibi. Et Eccle. 7. consideraui opera Dei, quem ipse despexerit, nemo corrigere possit, sed acrisia percutiuntur vt milites, Syriæ. Et traduntur in
4. Reg. 6.
manus inimicorum nolentes, vide histo. est pulchra. Et de his plena est sacra scriptura. Et in speciali habes de Chaim a Domino derelicto propter eius obstinationem, ab eo enim recedens iuit profugus super terram. Habes de Esau, quem Deus odio dixit se habere. Habes totum librum iudicū, quando propter peccata fuerunt derelicti a Domino, vt captiuarētur ab inimicis per longa tempora. Habes in Saul quem Dominus dereliquit ꝓpter inobedientiam, & abiecit, ne regnet super Israel. Habes de Roboam idolatra filio Salomonis, q iusto Dei iuditio, derelicto salubri senum consilio, prælegit cōsilium iuniorum, vt propter hoc 10. tribus ab eo separarētur, & adhærerent seruo Salomonis Hieroboam. Et cum Dominus aliquē derelinquit, necessario eū & sua creatura derelinquit qa Sap. 5. dicit Greg. offenditur tota creatura. Et per quantum a Deo quis derelinquitur, tantū a sua creatura derelinquitur, quæ nihil potest influere sine influxu Dei. Hoc ostenditur in creatura Angelica bona. Dixerunt Angeli Curauimus Babilonem, idest homines confusos peccatis, & non est sanata, ideo relinquamus ipsam, & eamus vnusquisque in terram suam. Similiter de Angelis malis dicit 3. Reg. vlt. in Achab, Deus ꝑmisit Diabolo vt deciperet Achab, per os mendacium prophetarum in suum interitum. Idem habetur in tota sacra scriptura de creaturis rationabilibus vt hominibus, quos Deus excitat interdum ad punitionem inimicorum suorum, sed in speciali. Contra Salomonem Deus suscitauit aduersarium Salomoni Adad idumeum, & secundi Parali. 12. cap. contra filiū eius Roboam excitauit Dominus Sesac Ægyptium. Et vide Hier. 25. Ecce ego mittam & assumam vniuersas cognationes Aquilonis ait Dominus, & Nabucodonosor regem Babilonis seruum meum, & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius & super omnes nationes, quæ in circuitu illius sunt, & interficiā eos. Ponam eos in stuporem & in sibilum, & in solitudines sempiternas. Hęc ibi. In super hoc idem apparet in tota creatura Dei, quam pręparat in vltionem inimicorum suorum. Vide Deut. Et practica hic de pęnis, & flagellis penosis, tam animæ, vt sunt cæcitas mentis, priuatio gratiæ. In remediū

Deū hominem derelinquentē tota creatura derelinquit in sui interitum.

Hier. 51.

3. Reg. 11.

Deut. 28.

quo-

Hier. 6. quorum Hiere. ex parte Dei populo loquitur. Erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea a te, ne forte ponam te desertam terram inhabitabilem. Quoniam si Dominus contra nos, quis erit pro nobis? Et si Dominus pro nobis quis contra nos, practica. Ad propositum huius partis habes in nostro sermone, quòd Deus libere operetur in homine, vbi habetur declaratio, quomodo Deus excitat aliquos ad malum derelictos a sua gratia. Secundum documentum est super illud. Et quæretis me, & non me inuenietis. Quare Dominus, qui se pium & misericordem in tota sacra scriptura nominat Quiq; dicit, petite & accipietis, &c. quandoque quęritur, & non inuenitur? Prou. 1. Et mane consurgent ad me & non me inuenient. Sed ibi ponuntur in eadem auctoritate quatuor causæ huius, quas charissimi auditores auribus cordis percipite. Dicit quia exosam habuerunt disciplinam, secunda. Et timorem Domini non susceperint, tertia. Nec acquieuerint consilio meo, quarta & detraxerint vniuersę correctioni meæ. Notate verba, signate mysteria. Prima causa est quia exosam habuerint disciplinam meam, idest doctrinam meam, quam sicut magister suis discipulis tradidi. Et hæc sunt Dei mandata, practica per ea, & de his quæ data sunt homini necessaria ad salutem. Nam exosa a discipulis Christi, idest christianis Dei mandata habentur, cum transgrediuntur ignorantia crassa, & supina, idest quę cunctis sunt manifesta cum ipsi tamquam supini iacentes claudunt oculos, vt quæ circa eis sunt prætereantur, tamquam ea non viderint, de quibus. Psal. Noluit intelligere vt bene ageret. Et generaliter de his sunt, qui audire verbum Dei, &c. declinant, de quibus. Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Et quibus displicet via morū, de quibus Hiere. 2. a seculo, idest ab antiquis hoc est a cunabulis, fregisti iugum meum, idest mea mandata, de quibus Christus, iugum meum suaue est, rupisti vincula mea, postquam te obligasti in baptismo fidem Deo seruare, & renuntiare Diabolo & pompis eius & dixisti non seruiā. Hæc ibi. Tu autem practica de similibus. Secunda causa, & timorem Domini non susceperint, de quibus Malach. Filius honorat patrem & seruꝰ Dominum, si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? Et si ego Dominus sum, vbi est timor meus dicit Dominus exercituum? Et in fine concludit. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiant de manu vestra. Extende te practice ad omnia vitia, & omnia genera hominium, quomodo sine timore, & Dei honore, absq; verecundia perpetrantur. Ideo merito non est voluntas Dei in vobis, vt suscipiat munus de manu vestra. Tertia causa est, quia non acquieuerint consilio meo. Consilium Domini est, recede a malo, & fac bonum, inquire pacem, & prosequere eam. Et miser homo dicit cum impijs. Dixerunt Deo suo, recede a nobis, viam scientiarum tuarum nolumus. Ita & tu dicis tuis confessoribus & prædicatoribus, & instructoribus ad interitum tuum, sicut ibidem concludit Sap. Comedent fructus vię suæ, suisq; consilijs saturabunt. Quarta causa est quia detraxerint vniuerse correctioni meę, dum indurantur in flagellis, & prorumpunt in blasphemias contra Deum per impatiētiam, & attriti non dolent, sed eo magis indurant. De flagellis quibus ciuitas est flagellata, & durior effecta secundum subiectam materiam practica, etiam in particulari descendendo circa aliquam personam. De quibus. Qui ludibrijs, & increpationibus non sunt correpti, dignum Dei iuditium experti sunt. In his enim quæ patiebantur, moleste ferebant, in quibus patientes indignabantur. De his habes nostrum sermonem super visionem Hier. de olla ęnea aqua rubigo, neq;

Marginalia: Quatuor causę propter quas pius Dñs derelinqt hominem. — Pro. 18. — Mala. 1. — Iob. 21. — Pro. 3. — Sap. 12.

Quibus Chrs dicit in peccato vestro moriemini.

neq; per ignem potuit mundari. Tertium documentum super illud, & in peccato vestro moriemini, quia de inpenitentibus, & obstinatis dicit Christus. Qui peccat in spiritum sanctum idest per finalem inpenitentiam, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in alio. In hoc aduertant concubinarij, vsurarij, & raptores bonorum aliorum, & cæteri odia, & inimicitias perseueranter tenentes, quia in peccato morientur, vt nec hic nec in alio mundo eis remittatur. Et eodem modo practica contra iudices, qui per iniquitatem suam vel suarum legum iudicant, eas non abolentes, nec satisfacientes offensis. Isa. 10. vę qui condunt leges iniquas, & scribentes, iniustitiam scripserunt. Vide totum capit. Et isti sepultura Asini sepelientur, vt dicit Hiere. 22. Similiter practica de procrastinantibus pœnitentiam agere & pęnitere, quia isti cũ Grisaroro Romano apud sanctum Gregor. in dialogo, petent inducias vsque mane, & non tribuentur eis. Iuxta illud, dum tempus habemus, operemur bonum, ne subito præoccupati die mortis pęnitentiam queramus, & inuenire non possimus. Et dicit in peccato vestro moriemini si non credideritis, quia ego sum, quoniam secundum sanctum Paul. Accedentẽ ad Deum per fidem oportet scire quia ipse est, & quòd sit remunerator pro meritis quærentibus se, supple, & punitor recedentium a se. Hiere. 17. Recedentes a te in terra, idest in centro inferni scribentur cum epulone, & cum homine veniente ad nuptias patris familias absque veste nuptiali, & cum nolentibus inuitatis venire ad nuptias. Qui non gustabunt cœnam agni, sed tradentur tortoribus vbi erit fletus, & stridor dentium. Vide sermonem nostrum de causis obdurationis. Et contra tales in iuditio Christus coram patre multa habet loqui, quoniam fiet eis iustitia absque misericordia, qui misericordiam in proximum non fecerint. Iacabi. 2. cap. Et qui noluerunt benedictionem elongabitur ab eis. Quoniam potens autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam De⁹, qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillũ, & magnũ ipse fecit, & equaliter est illi cura de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Hæc ibi.

Heb. 11.

Sap. 6.

DOMI-

FERIAE TERTIAE POST SECVNDAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA,

SERMO VNICVS.

ECCLESIAE DEI QVANTVM NOCEAT mali prælati, quantum prosint boni: Quorum & conditiones describuntur, quatuor virtutibus figuratæ: Quales item constituendi sint, super Cathedram regiminis; & cum quibus assistentibus, administratoribusque.

SVPER CATHEDRAM MOYSI SEDERVNT ETC. Matth. 22.

Matth. 22. PLurimum quilibet bonus agricola cauet, ne seminet in sua possessione prauũ semẽ, & si quo quomodo super seminauerit illud inimicus homo, conatur quantum potest, euellere & reijcere illud, ne sicut fętida pecus totum corrumpat ouile. Et quoniã Ecclesia Christi, est vinea eius, vt ex sacra scriptura didicimus. Et quandoq; inimicus homo super seminat in ea semina praua, tamen dimittenda crescere vsq; ad messem.i. iuditium, vbi vniuscuiusq; opera ma-
Matth. 13. nifestabuntur vt dicit Christus. Ideo Christus hoc mane docet suos fideles quales debeant esse circa Prelatos malos super seminatos diabolica fraude in Ecclesia Dei, dummodo non sint Hęretici praua docẽtes. Scilicet quęcunq; de necessarijs ad salutem vel ad virtutes sequendas dixerint vobis, hoc facite, secundum autem opera eorum nolite facere. Quia hoc Euangelium est palato nõ sano, & oculis egris multum odiosum, ideo intendens vtilia loqui populo, ipsum quantum possumus moraliter interpretabimur.

Quãtũ nocet in Ecclesia Dei malus p̃sidens, & q̃ vtilis est discretus. Rom. 15.

Vide tamẽ in nostris sermonibus, sermones de dignitatibus, & conditionibus Sacerdotum Cathedra Moysi est stabilis vita & doctrina recta præsidẽtium, in quibus Moysen debent imitari Ecclesiast. 45. vbi multa de laude eius dicuntur. Nam aliter cuius vita despicitur, etiam eius prædicatio cõtemnitur, secundum Greg. Propterea Pau. Non autem aliquid audeo loqui de his quæ per me non effecit Christus: quoniam secundum Greg. nemo amplius in Ecclesia nocet, quam qui peruerse agens nomen vel ordinẽ sanctitatis tenet. Delinquentem nanq; eum nullus redarguere præsumit, & in exemplum culpa vehementer extẽditur, quando pro reuerentia ordinis peccator laudatur. Hæc ille. O quã districtam rationem reddent Domino suæ villicationis, qui pusillos seculares vita sua praua scandelizant, vere suspendentur mola asinaria ad collum, vt submergantur in profundũ inferni, & sepultura Asini sepelientur cũ prauo rege Ioachim. Vide Isai. 22. quid Dominus loquitur, & minatur Sobna superbo, & voluptuoso p̃ Isaiã qui erat præpositus templi, de his di- Hier. 22.

Digitized by Google

cit Chrisostomus super Matth. tales sunt, qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt, & sic dũ pœna presens fugitur, contemnitur pœna futura. Et ponit exemplum. Si enim fascem super humeris adolescentis posueris, quem nõ potest portare, necesse habet, aut ipsum reijciat aut sub pondere confringatur. Sic & si homini graue pœnitentiæ pondus imponis, necesse est, aut penitentiam reijciat, aut suspiciens dum facere nõ potest scandalizatus amplius peccet. Deinde subdit, si erramus modicam penitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiam reddere rationem quam propter crudelitatẽ? quia vbi paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax: Si Deus benign⁹, vt quid Sacerdos eius austerus vis apparere sanctus, circa tuam vitam esto austerus, circa aliorum benignus. Audiant te homines pauca mandantem, & grandia facientem. Et nimis aggrauantes suos subditos, possunt figurari per Roboam. Qui consilio iuniorum super senum pręelecto, noluit alleuiare durissimũ iugum patris sui &c. vide historiam facile est eam ad propositum adaptare. Insuper hic Moyses potest denotare quemlibet præsidentem tam spiritualem quam temporalem, qui debent habere ꝓprietates nominis Moysi: qui interpretatur vrgens, liniens, attrectans, vel palpans. Psal. Secundum nomen tuum sic & laus tua. Nã prælatus vrgente causa & necessitate debet subditos excitare ad bonum aggrediendum, & prosequendum, vt nõ dicat verbis semper fac hoc, sed potius faciamus hoc, quia nihil magis excitat subditos & iuniores, ac milites etiam ardua aggredi, quã hoc verbum faciamus. Quasi dicat. Onus assumendum portemus insimul, quia sic facilius & leuius perficietur. Nam Iudas Machabeus hoc modo sua exhortatione & audatia aggrediendi, & congrediendi contra inimicos plurimum excitabat suos cõmilitones. Et

Simile.

3. Reg. 12.

Perpulchrè descri bnnt boni plati cõditionẽ per interpretationem nominis Moysi.

hoc idem de Romanorum Capitanijs legitur. Debet esse liniens idest mansuetus Eccle. 3. Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris, & 32. Rectorem te fecerunt, noli extolli, sed esto quasi vnus ex illis. Considera, & omni cura tua explicita recumbe, vt lęteris ꝓpter ipsos, & ornamentum gratiæ accipias, coronam & dignationem consequaris coronationis. Hæc ibi. Debet esse attrectans, quia diligenter debet considerare vultum pecoris, vt dicitur. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges considera. Non enim habebis iugiter potestatẽ sed corona tribuetur tibi in generatione, & generationem. Debet esse palpans nõ per adulationem, sed vt Pau. Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem, & omnia omnibus factus sum, vt omnes saluos facerem. Hæc ibi. Rom. 1. debitor sum sapientibus & insipientibus & 12. flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus, ꝙ ibi multa dicit de huiusmodi. Debent sedere super Cathedram Moysi quæ est quadrata, secundum philos. quadratum est, quod bene sedet ex qualibet parte, & signat quòd tales debent sedere super stabilitatẽ quatuor virtutum Cardinalium, vt prudentia quæ est recta ratio agibilium, vt scilicet omnia agant cum consilio rationis, de quo vide Pro. 11. 12. 13. 15. 19. & 24. quoniam vbi multa consilia ibi salus, & Sap. 27. & 32. ante omnem actum consilium stabile præcedat te. Et vide ibi multa ad propositum, vt nihil agatur pręcipitanter, quia secundum Cicer. Prudentia est rerum malarum bonarumq; vtrarumq; discretio. Secunda virtus temperantia est, cui⁹ est bene cohibere illicitos motus animi suasu prosperitatis. Eccle. 7. In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue, sic illam sicut & istam fecit Dominus, vt non inueniat homo contra ipsum iustas quærelas: Et de temperantia iu cibis vide Ecclesiast. 37. in fine. Tertia fortitudo, quæ est virtus retun-

Pro. 27.

1. Cor. 10.

Figuratur Cathedra Moysi per quatuor virtutes, quas oẽs ꝓ sidẽtes habere debẽt & abstinere a quatuor passionibus.

Digitized by Google

retūdens impetus aduersitatis, vt Iob & Tobia & sancti fecerunt Maristes, & in speciali, Iudas Machabeus. Qui cum paucis suis militibus existens cō tra magnam inimicorum multitudi-
1. Mala. 3. nem congrediebatur. Et 2. Machab. 15. Vide, sūt pulchra & curiosa. Quar ta virtus est iustitia quæ est virtus di stributiua reddens vnicuiq; quod suū est, vel secundum Tullium, est virtus conseruatrix humanæ societatis. Super has virtutes fundata, & fabricata est Cathedra omnium pręsidentium. Aliter sedens in ea corruet ipse cum suo Grege, vel Cathedra hæc est stabilitas domandi quatuor passiones, quę plurimum dominantur in principibus, & præsidentibus. De quibus Boetius de consolatione. Si vis tramite recto carpere callem, gaudia idest nimia pelle ex Cathedræ exaltatione. & prosperitate ex Cathedra habita. Propterea Romani triumphantes in curru triumphali positi, rustici iniurijs in eum inuectis humiliabantur, ne superextollātur. Pelle timorem, idest ne sis timidus pro iustitia, & veritate amittendi bona ex dignitate acquisita, etiam ipsam dignitatem. Eccle. 4. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam, & gratiam, & multa ibi vide de hoc ad propositum. Nec dolor adsit, scilicet de amisione, quia est tibi gloria, & gratia quia amisisti dignitatem vel bona tēporalia habita in ea pugnando ꝑ virtute, & veritate, & iustitia vt ibidem dicitur. Et iterum pro iustitia agonizare vsq; ad mortem, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Ecclesiastici vbi supra. Spemq; fugato idest futuræ prosperitatis, quia munera obcecant etiam oculos sapientum, & peruertunt iudicium iudicum. Pulchra vide Exod. 33. & Deutero. 10. & 16. quia nubila mens est, vinctaq; frenis, hæc vbi regnāt. Exempla horum multa habes in Valerio in suis titulis. Pro-
Eccle. 7. pterea pręsidentes tales hortatur Sap. Noli quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Hæc ibi vide ad propositum de regimine principum plures sermones nostros, cum figuratiua morali expositione arboris visę per Nabucodonos. Quales etiam debent constitui iudices & præsidētes super Cathedram Moysi, De⁹ perpulchrè docet vbi supra Deut. 19. quæ ibi vide. Et Exodi. 18. vide consilium Ietri soceri Moysi, qui sunt assumendi, vt sint iudices populi, & omnes imitentur Catonem Senem, qui nolebat a quoquam sibi gratias referri, ꝙ eum defenderit pro iustitia sed reipublice, cuius gratia talia egerit. Et omnes pręsidētes animaduertant, quia Sap. dicit. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Et ꝙ iustitia eleuat gentes, miseros autem facit peccatum, & 20. capitulo. dissipat impios Rex sapiens, & incuruat super eos fornicem, & 25. aufer rubiginem de argēto, & egredietur vas purissimum. Aufer impietatem de vultu regio, & firmabitur iustitia tronus eius. Et 28. Dux indigēs prudentia, multos opprimet per calumniam, & 28. qui odit auaritiam, longi fient dies eius, & qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit, iste & pro bucella panis deserit veritatē. Et Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam. Et 29. princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios, & 28. in exaltatione iustorū multa gloria, regnantibus impijs ruinæ hominum. Et Leo rugiens & vrsus esuriēs, princeps impius super populum pauperem. Hæc ibi. Vnde plurimum debent principes aduertere, qui sunt sibi astantes in sede iudicij, & qui coadiutores in administrando. Et capiant exemplum quod in Anthiocho rege parti euenit. Cum in venatione oberrasset, hominis paupculi ignarus caulam ingreditur, & cum inter cenandū sermonem de rege iniecisset. Audiui eum dixit rusticus bonum fuisse, nūc autem hominibus flagitiosis obsequi ob

Quales debent cōstitui præsidentes super Cathedrā Regis.

Pro. 18.

Princeps debēt plurimū aīadueretere, ꝙ sūt sibi assistētes, & sui administratores.

ob amicitiam, & q̄ ita auidus venationi esset, vt res necessarias plerunq; negligerent. Mane facto rex reuersus domum cępit accedere rusticum, & eum purpura vestiuit, & diademate coronauit,& ciuibus dixit. A quo inquit die vos accepi, heri primum de me verba audiui. Hæc ibi. Et demum bene omnes ruminent q̄ cunctis præsidentibus sapientia dicit. Audite reges & intelligite, discite iudices finiũ terræ, præbete aures vos, qui continetis multitudinem,& placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est a Domino potestas vobis,& virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra,& cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neq; secundum voluntatem Dei ambulastis, horrende, & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimũ in eis qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquã Deus, qui est omniũ dominator. Nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & equaliter est illi cura de omnibus. Fortioribus, autem fortior instat cruciatio. Hæc ibi.

Eccle. 6.

FERIAE QVARTAE POST SECVNDAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

ILLVD EX DIVO PAVLO; QVID OREmus, sicut oportet nescimus, perpulchrè declaratur. Et quomodo Diabolus decipit homines quatuor modis, iuxta quatuor tentationum species: Dantur etiam regulæ ad discernendum inter bonum, & malum Angelum in apparitionibus: Declaratur, etiam illud. Regnum cęlorum vim patitur, &c.

ASCENDIT IESVS HIERVSOLIMAM ETC. Matth. 20.

Matth. 20.

DVM sumus in hoc mundo propter inordinationem virum, quã incurrimus ex peccato primorum parentum, plurimum varijs passionibus & affectibus inordinatis afficimur, vt etiam nesciamus sicut dicit sanctus Pau. Quid oremus, sicut oportet. Ideo & Christus hoc mane filijs matris Zebedei petentibus aliquid ab ipso dixit, nescitis quid petatis: Plura enim desideramus quæ iusta videntur nobis & vtilia, & tamẽ nouissima eius deducunt ad mortem. Prouer. 14. Qua propter optimum remedium nobis fluctuãtibus, exponere nos in nostris desiderijs in manus Dei, quia scit pater misericordiæ, quibus opus habemus.

Rom. 8.

In

In sacro Euangelio in prima parte continetur prænũtiatio passionis Christi vsq; ad mortem, de qua die veneris sancti erit sermo. In 2. parte continetur petitio matris filiorum Zebedei, de qua hoc mane erit sermo, & est totus, quid a Deo petẽdum sit in orationibus nostris. Vbi prænotandum est pro clariori intelligentia dicendorum,
Rom.8. S. Pau. Spiritus sanctus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis, idest postulare nos facit gemitibus inenarrabilibus, qui autem scrutatur corda scit, quid desiderat spiritus, quia secundũ Deum postulat pro sanctis idest postulare facit quid secundum Deũ nobis conuenit. Vbi dicit S. Thomas, ꝙ possumus scire in generali, quid conuenienter oremus, ideo quotidie dicimus, pater noster &c. sed in speciali hoc non possumus scire. Primo quidé desideramus aliquod opus virtutis facere, quod est implere Dei voluntaté, vt cum dicimus fiat voluntas tua, potest contingere ꝙ hoc vel illud opus virtutis, huic vel illi non est congruũ. Sicut alicui qui posset in vita actiua proficere, non expedit contemplationis vita, & econuerso, qui, potest in cõtemplatiua proficere, non expedit sibi actiua vita, vt dicit S. Greg. in mo. Vnde Pro. 14 dicitur, est via, quæ videtur homini iusta, nouissima autem illius ducunt ad mortem. Secundo aliquis desiderat aliquod temporale bonum ad sustentationem vitæ, quod est petere panem quotidianum quod tamen quandoq; habenti vertitur in periculum mortis, quia multi propter diuitias perierunt. Tertio aliquis desiderat liberari ab aliqua molestia vt Pau. quæ data est sibi ad vtilitatem, & dicit, & ne nos inducas in tẽtationem &c. Sed dicet quis S. Iacob.
2.Cor.12. videtur dicere contrarium. Postulet
Iacob.1. in fide nihil hęsitans. Ad hoc iam dictum est, ꝙ in generali possumus scire quid sit postulandum, sed in spirituali motus cordis nostri, vsquequaq; discernere non possumus, vtputa si aliquid petamus ex ira vel zelo iustitiæ. Propterea hoc mane reprobauit Christus petitionem matris filiorum Zebedei. Quia licet videbantur petere participationem diuinæ gloriæ, tamé ex quadam elatione procedebat talis petitio. Propterea dicit Apost. duo nos nescire, vnum quid orando petamus, alterum, modum quo oporteat petere. Iob. 3 viro cui abscondita est via, & circundedit eum tenebris: Ideo vt simus cauti in omnibus, maxime in oratione: necessaria est nobis discretio spirituum, quia ipse Sathan transfigurat se in Angelum lucis, & simulat se iustum in tentatione, qui tamen est Dux & incentor mulorum sub varijs modis ampullarum, vt ostensum est Io.Epi.4. beato Machario in vitis patrum. Habet enim infinitos nodos decipiendi, vt se audeat, quãdoq; in forma Christi ad decipiendum electis Dei pręsentari, sicut infinita exempla in vitis patrum ostendunt. Hęc considerans sanctus Ioan. Omni spiritui nolite credere, sed probare spiritus, si ex Deo sint, quoniam multi Pseudo Prophetæ exierunt in mundum &c. propterea plurimum a Deo misericorditer postulandum est, vt donet nobis spiritum discretionis, quatenus sciamus an spiritus sit ex Deo vel Diabolo, ex iustitia vel passione cordis. Et in hoc plurimum debent aduertere simplices vtriusq; sexus, quibus apparent aliqua phantasmata, practica de his. Et semper consulant peritos confessores, & non credant suis affectionibus, quia aliter actum erit de interitu eorum per diabolicas transfigurationes. Iosue.5.
Et ideo S. Iosue. Iosue cum videret Angelum in campo suo dixit, noster es an aduersariorum? Quia Prou. 27. dicitur de spiritu maligno & suis similibus. Cum submiserit vocem suam, ne credideris ei quoniam septem nequitiæ sunt in corde ipsius. Et ponit S.T. vbi supra ex vitis patrum exemplum, de quodam monacho. Qui cum proposuisset in animo suo nunquam

Iu generali possum^9 scire quid orem^9, sed nõ in spãli

exire

exire extra cellam suam, Diabolus in forma Heremitæ decepit eum exire ad communicandum: Et alia vice apparens in forma procuratoris patris sui mortui quærentis eum vt veniret ad ciuitatem, & patris testamentum exsolueret, ne bona quæ pauperes debeant habere, vsurpentur per parentes, eo quòd pater suus eum in testamento ordinauerit sui testamenti executorem, aliter coram Deo responde-bit. Et ac exiens &c. nunquam reuersus est peramplius ad cellam, sed mortuus est in peccato hæc S. Tho. vbi supra. Et vt mei auditores facilius Diaboli fallacias agnoscere valeant, notent quòd dicit Albert. in compendio suo. Diabolus quatuor modis decipit homines. Primo persuadendo bonum, sed hoc propter malum, vt cum homini instabili suadet ingressum religionis propter hoc, vt postmodum apostataret. Ipse enim peroptime nouit hominum complexiones. Secundo suadendo malum sub specie boni, vt periurare pro rebus alterius conseruandis. Tertio dissuadendo bonum tanquam nociuum, vt cum dissuadet bono viro religionis ingressum, ne de hoc peniteat, & confundatur egrediēs vel cum suadet alteri orationem vel elemosinam, ne propter hoc incurrat vanam gloriam. Quarto suadendo malum vt ducat ad peius, vt quando dissuadet temperantiam in victu, & somno, vt inducat abstinentiam indiscretam, quod peius est. Et idest cap. vlt. Tentationum quatuor sunt species. Prima est aspera, hæc fit de laboribus inconsuetis in principio conuersionis. Secunda est vana, & oritur de spiritualibus prosperitatibus, vt cum quis de virtutum successionibus gloriatur. Tertia est dubia, vt quando quis ambigat, quid certum de re dubia aliqua tenere debeat, vnde accidit quòd segnior quis ad bonum redditur quando ad id quod agit bonum esse dubitatur. Et promptior fit ad malum, quando malū esse nescitur. Quarta fraudulentia est, vt quando Diabolus in Angelum lucis se trāsfigurat sub specie virtutum. Hoc fit, vt quando suadendo iustum iudicium, inducit crudelitatem, vel suadendo misericordiam, inducit remissionem, & negligentiam, vel suadendo largitatem, inducit prodigalitatem, & sic de alijs. In talibus enim est periculosissimum, periculum non videre. Hæc Albertus. Sed quæres possit ne dari aliqua regula, qua possit maxime in apparitionibus discerni inter malum, & bonum spiritum. Dico hæ duæ regulę habendæ sunt, prima. Quia bonus in principio hortatur ad virtutes, & perseuerat in exhortando ad eas, sed malus in principio prætendit vt vulpis, bona: postmodum volens explere desiderium suum, & quod intendit scilicet decipere inducit, & instigat ad mala. Secunda regula est quòd bonus Angelus corporaliter apparens, & si terreat in principio, tamen postea cōfortat, & consolatur, sicut Zachariam. Dicendo ei ne timeas, & beatam virginem cum dixerit ei, ne timeas per confortationem. Malus autem stupescit in principio, vt stupefactum facilius decipiat, & sibi persuadeat, & postea desolatum dimittat, & desperatum. Et aliquando etiam se transfigurat inuisibiliter, & hoc facit quando ea quæ in se mala sunt, facit apparere bona peruertendo sensus hominis & inflammando concupiscentiam. Pro. Est via quæ videtur homini recta, nouissima autem eius deducunt ad mortem. Et tertiam regulam adde non statim recipienda est omnis persuasio etiam ad virtutes, sed reflectendum est, an sit diabolica vel angelica inspiratio secundum regulam sancti Ioan. Omni spiritui nolite credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, quoniā multi Pseudoprophetæ exierunt in mundo. Et Iosue. 5. cap. apparenti in exercitu suo ad sui auxiliū Angelo dixit, noster es an aduersariorum. Et Pro. 26. Cum submiserit vocem suam ne credideris ei, quoniam 7. nequitiæ sunt in corde illius. Nam

Lib. 2. cap. 17.

Diabolus quatuor modis decipit hoīes & q̄ tentationū sint quatuor species.

Luc. 1.

Epist. c. 4.

Iosue. 4.

O & Chri-

Digitized by Google

& Christus in hoc cautos nos voluit, cum dixit discipulis suis. Petre venit Sathan vt cribraret vos tanquam triticum, sed ego oraui pro te, vt non deficiat fides tua, quasi ei diceret, dæmõ sub specie boni vel alicuius timoris te deciperet in cribrando in fide, sed ego pro te rogaui vt non deficeret fides tua in corde, sicut deficiet in alijs Apostolis ex cribratione diabolica, sed tu aliquando conuersus, quia Petrus deficiens in fide exterius, non interius in corde ad vocem ancillæ, postea ad Christi aspectũ in cantu Galli exiuit amare flens foras, & conuersus confirmabat fratres suos in fide iã defectos, post Christi resurrectionem. Qua propter cum incursu tot phantasmatum turbetur omne Sabbatum, assidue Deus exorandus est, vt non deficiat fides nostra, & dicamus cũ Rege Iosaphat. Cum nescimus quid agere debeamus contra talem multitudinem, hoc solum residui est, vt ad te cõfugiamus leuantes oculos, & pius Dominus qui non patitur nos tentari supra id quod possumus, dabit vt dicit S. Pau. profectum in tentatione, & pugnabit pro nobis, qui in eius auxiliũ confugimus. Domine refugium factus es nobis: Sequitur Nescitis quis petatis, ad denotandum nobis diabolicas artes, quibus multa sub specie boni, vt vtilis persuadet, & tamen nouissima eius deducunt ad mortẽ vt Sap dicit. Quando igitur petimus a Deo aliqua, cogitemus, an talia postulata sint bona non necessaria ad salutem, vel sint necessaria ad salutem. Si primo modo, sic talia saltim implicita conditione sunt petenda, si expediat. Quoniam multis habita fuerunt ad interitum animæ, & corporis, siue sint gratiæ gratis datæ, quæ principaliter ordinantur ad vtilitatem proximi, quia Christus in iudicio dicturus est multis prophetis, & expulsoribus dæmonum in nomine eius, Amen dico vobis, nescio vos. De quibus & Aug. Audiens admiranda facta beati Anto. dixit, Surgunt indocti, & rapiunt cœlum, & nos cum nostris doctrinis demergimur in profundum inferni, siue sint temporalia bona enarra ea, quoniam & diuitiæ conseruantur quandoq; in malum Domini acquirentis eas, vt dicit Sap. Et Salomon. Diuitias ne dederis mihi, ne forte saciatus illiciar ad negandum, & dicam quis est Dominus? vnde bene gentilis Valerius dicebat. Socrates humanæ sapientiæ quasi quoddam terrestre oraculum, nihil vltra petendum a dijs immortalibus arbitrabantur, quam vt bona tribuerent. Quia hi demũ scirent, quid vnicuiq; esset vtile. Nos autem pleriq; id votis expetere, quod non impetrasse melius foret. Etenim dẽsissimis tenebris inuoluta mortaliũ mens, inquam late patentem errorem cęcas præcationes suas spargit. Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt. Honores concupiscis, qui quã plures pessunderunt. Regna tecum ipse voluis, quorum exitus sepenumero miserabiles cernuntur. Splendidis conuiuijs inijcis manus, at hæc vt aliquando illustrant, ita non vnquã funditus domos euertunt. Desine igitur stulte futuris malorum tuorum caussis, quasi fęlicissimis reb⁹ inhiare. Teque totum cęlestium arbitrio permitte, quia qui tribuere bona ex facili solent, & elargiri facillime possunt. Hęc ibi. Si autem sint bona necessaria ad salutem vt dolor peccatorum, &c. cõfessio integra, communio Deo grata, dilectio Dei, & proximi, regnum cęlorum &c. hæc absolute sunt petenda, quia talia bona sunt, & bonum cum Deo efficiunt possidentem, de qua petitione Christus dicit; petite vt gaudium vestrum sit plenum. Vnde hoc mane Christus respondit discipulis, pro quibus mater petebat regnare tẽporaliter. Nescitis quid petatis, tum quia regnum meũ non est in hoc mundo, & quia tale dominium non esset vobis ad salutem, quod ex ambitione petitis. Et quia petitis temporalia bona, non discernentes, an sit vobis ad salutem vel ad interitum, vt Socrates dixit

Marginalia: Luc. 22. — 2. Para. 20. — Psal. — Pro. 30. — Val. lib. 7.

Digitized by Google

dixit superius. Et si etiam petitis me cum regnare in beatitudine, tñ quia finem vultis cõsequi absq; medijs meritis, nescitis quid petatis. Quia dicit Pau. Qui in agone contendunt ab omnibus se abstinent, ipsi vt corruptibilem coronam acquirant, nos autem incorruptam. Et ideo sic currite vt comprehendatis. Nam regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. dicit, Vim patitur, quia mundus caro demonia diuersa mouẽt pręlia impeditiua aditus regni cœlestis. Et violenti rapiunt illud, quia vis vi expellenda est. Et in hoc imitandi sunt raptores qui contra violentiam, violentiam adhibent, vt perpulchra deposita rapiant. Potestis bibere calicem idest tribulationes perferre pro acquirenda gloria, vt mecum conregnetis in cęlo, quia dicit. Pau. Si cõpatimur & cõregnabimus. Quasi Christus diceret, gloria mea non datur nisi sequentibus mea vestigia per tribulationes, & passiones. Nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriã suam. Et, Qui vult venire post me abneget semetipsum, &c. Et Aug. siue fuerit Petrꝰ Apostolus, cui date sunt claues regni cęlorum, siue Ioãnes cui reuelata sũt secreta cęlestia, siue Pau. qui fuit vas electionis omnes dicere necesse est per multas tribulationes oportet nos ire in regnum Dei. Et, Imposuisti homines super capita nostra & eduxisti nos in refrigerium, quoniam impossibile est hic ventrem, & ibi mentem implere. Dicit potestis interrogatiue, vt ostendat libertatem voluntatis in patiẽdo, quoniã coacta seruitia non placent Deo. Respondẽt possumus, non scilicet nostra virtute, quia sine te nihil possumus facere, sed tua, quomodo Pau. ait, Oĩa possum in eo qui me confortat. Et vt descendamus ad particularem practicam. Quilibet interrogatus velles ire ad patriam cęlestem &c. Tu puer vis regnare cum Christo, sis subditus parentibus cum Christo. Erat subditus eis. Tu adolescens obserua documentum. Tren.3. bonum est viro cum ab adolescentia iugum scilicet Domini portauerit: Et tu iugum Belial ab adolescẽtia portas, frangendo iugum Domini Hiere.2. Tu iuuenis &c. refrena cupiditates, & volubilitates tuas, & non vadas inuetita sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus. Et tu senex non sis inueteratus dierum malorum cum senibus Susannæ, & malũ exemplum adolescentibus &c. quoniã veniet Angelus Domini, & abscindet te per medium a Deo accepta sententia. Et sic practica ad omnem statum & conditionem, & de maritatis mulieribus, vide documenta. 1. Thi. 2. & de viduis. 1. Thi. 5. &c. & 1. Pet. 3. ca. Quia talibus datur a patre meo regnum cęlorum. Et si vis transcurre per septẽ beatitudines & decem pręcepta, quia si vis possidere regnum Dei, & vitam æternam, serua mandata. Et nisi efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum cœlorum. &c.

Reliquum Euangelij ad profitum facile est applicare.

Marginal notes: Matth. 10. — Regnũ cęlorum quõ acquirit. — 2. Thi. 2. — Luc. 24. — Psal. — Luc. 2. — Dan. 13.

FERIAE QVINTAE POST SECVNDAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

BONORVM ET MALORVM HOMINVM disparitas in vita, & in morte: Diuitis crudelitas in proximum: Diuitiæ, ornamenta, epulę quibus prosint, & obsint; ad quod infliguntur electis tribulationes, pulcherrimè declaratur.

HOMO QVIDAM DIVES ERAT, ETC. LVC. XVI.

Luc.16. EST dictum Augu.
exhortantis chri-
stianos ad sufferen
dum aduersa pro
Christo. Noli mi-
rari frater, si mali
florent in mundo,
& vos patimini, quoniam non est re-
ligionis christianę in hoc mundo exal
tari, sed deprimi. Quoniam sicut ma-
li nihil habent in cęlo, ita boni nihil
habent in terra, sed quicquid contige
rit in via libenter ferte, propter illud
bonum ad quod tenditis, & hoc clare
Christus in hodierno Euang. ostendit
in quo diues Epulo. &c. mortuus, se-
pultus est in inferno, & Lazarus men-
dicus & patiens portatus est ab Ange
lis in sinu Abrahæ idest in requie ęter
na deducendus post Christi mortem.

Hoc mane Christus docet in Euãg.
ꝙ sicut vita malorũ & bonorũ est con
traria in moribus, ita etiam & in mor
te, & post mortem remuneratio eorũ
in demerito & in merito erit opposi-
ta: Quia mali sepelientur in inferno
absq; refrigerio perpetuo cruciandi,
& boni in requiem æternam ab An-
gelis deportabuntur perpetuo con-
solandi. Dicit ergo S. Lucas homo
quidam scilicet dictus ab humanita- Lib.6.c.10
te, vt dicit Lact. Deus enim qui cæ-
teris animalibus sapientiam non de-
dit, naturalibus ea munimentis ab in
cursu, & periculo tutiora generauit,
hominem vero quia nudum fragiléq;
formauit, vt eum sapientia potius in
strueret, dedit ei præter cætera, hu-
manæ pietatis affectum, vt homo ho-
minem tueatur, diligat, foueat, con-
traq; omnia pericula accipiat, & præ
stet auxilium, hæc ille. vel dicitur ab Eccle.10.
humo terræ, quia cinis es, & in ci-
nerem reuerteris. Quid superbis ter-
ra, & cinis. Quasi diceret Euange-
lista, hic qui debebat secundum in-
terpretationem nominis humanus es
se proximo, & maxime vulnerato,
quique debebat esse humilis, & in be-
neficijs se recognoscens, incrudescit,
& insuperbiuit contra proximum.
Ideo merito, quia qui non fecit mi-
sericordiam in proximum, fiet ei iu-
stitia absque misericordia. Nec fuit Iaco.2.
dignus nomine ꝓprio nominari inter
hoĩes & a Deo suo. Deleãtur de libro Psal.
viuentium & cum iustis non scriban-
tur, sed cũ positis in centro terrę.i.in Hiere.71.
inferno. Recedentes a te, in terra scri-
bentur, vide si vis nostram prædicam
super

super historiam Annalium Regis Assueri, qui in suo libro inuenit scriptã fidelitatem Mardochei, ibi agitur de libro vitæ,& mortis. Periculum ergo
1.Thi.6. diuitum animaduetens S. Pau. dicebat Diuitibus huius seculi præcipere non sapere sublime,neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, q præstat oĩbus abũde ad fruendũ, bene agere diuites fieri in bonis operibus facile tribuere, communicare,& thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt appræhendant bonam vitam, hæc ibi. Hic extende te ad practicam circa diuites, ne deleantur de
Quib⁹ diuitiæ sint cũ merito & peccato libro vitæ,obseruent quæ hic Pau. dicit.Erat diues.Non credatis ꝙ hic diues a Dño erat reprobatus qa diues, quia multi sancti viri in sacra scriptura valde diuites commendantur, vt
Gen.13. Abraam. Qui erat diues valde in auro. Et idem de pluribus alijs legitur,
Gen.15. imo & primum erat eorum possessio diuitiarum.Leu. 20. Et,Abrahę dictũ est,Eduxi te de vr Chaldeorum, vt darẽ tibi terram,& possideas eã, &c. Sed diuites reprobantur, qui diuitijs abutuntur,practica de abusionibus eorũ, sicut qui fuerunt inuitati ad nuptias & noluerũt venire dediti elationibus, auaritijs, & carnalitatibus,de quibus
Eccle.2. fuit Salomon. Vide si vis,secundo reprobantur quia male acquirunt eas,
Luc.12. vt dicitur Abacuc. 2. Et ratione finis sicut ille diues.Cui dictum est a Deo, stulte hac nocte animam tuam repetent,quæ autem parasti,cuius erunt?
Quib⁹ ornamenta sint cũ merito & peccato. vide hist. quia est pulchra.Et induebatur purpura & bisso. Nec reprobatur diues hic propter ornamenta vestium suarũ, quia in sacra scriptura vtrũq; sexum inuenimus ornari indumentis præciosis pro loco & tempore, & conditione personarum, qui fuerunt ac-
Gen.4. ceptissimi corã Dño.Nã,Seru⁹ Abrahę obtulit vestẽ ꝓciosam Rebecce,&c. Et Hester Regina induebat̃ ꝓciosissimis vestibus cum ad regem ibat. Et legimus de Iudith sancta expoliauit se vestibus viduitatis,& induit se,& ornamentis preciosis. Vide eorum histo.

Et Salomon nunquam reprobatur in sacra scriptura ex ornato indumento de quo Christus dicit. Dico vobis, ꝙ Matth.6.
nec Salomon in omni gloria sua coopertus est,sicut vnum ex istis, sed ornatus vestium improbatur ex abusu, vt qui nouitatibus vanis delectantur. Abominabiles facti sũt in studijs suis. Psal.
Extende te ad hunc abusum lasciuũ ex sui natura. Secunda ex mala intentione, vt qui ornantur ad alliciendum ad carnalitates,vt meretrices, & similes. Pro. 7. Ecce occurrit illi mulier in ornatu meretritio præparanda ad capiendas animas 3. ex fine vt cum quis finem suum ponit in ornamento,sicut Hærodes, cui ornato & resplendenti in vestimenti, populus adulãdo acclamauit eum quasi Deum, & elatus percussus fuit a Domino graui lãgore, & quinta die mortuus est vt dicit histo ria scolastica,& Actuum.12. Vide historiam. De abusione,& malo fine ornatus vestium. Vide Isa. 3. Vbi etiam pœna grauis talium ponitur. Psal. de his. Vlciscens in omnes adinuentiones eorum. Et epulabatur quotidie Epulari qñ est cũ peccato & sine pccõ.
splendide. Epulari enim & quandoque conuiuia facere non est prohibitũ in sacra scriptura causa amicitiæ ineundę,& cõseruandæ,vel causa beneuolentiæ,vt inter parentes,& amicos aut tempore alicuius honestę solemnitatis,quia talia fiũt interdum, etiã a probis viris. Sunt enim hæc humanitatis officia,quę iure naturæ decet. Vnde & Christo conuiuia plures facta sunt, ad quæ ipse cum discipulis ibat inuitatus, vt patet, de conuipio Luc.7.
Simonis. Et de conuiuio Matth. & de Matth.9.
cõuiuio nuptiarum ad quas Christus inuitatus cũ matre venit &c.Sed epulari quotidie splendide hoc reprobatur,tum ratione finis,de quibus.Psal. dicit,quorum Deus venter est, & gloria in confusione, tum ratione malæ intentionis, vt ad intentionem alios inebrianti &c. tum ratione abusus vt faciunt, qui nullum tempus vel horã seruãt in comedẽdo, vel vsq; ad ebrietatem,& vomitũ comedunt, nec quan

doq; mortificant membra sua, vt consulit S. Pau. Fornicationem immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam quæ est simulacrorum seruitus, propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis. Nam abstinentia secundum sacros Doctores est de iure naturæ, idest de iure morali cum tempus est ad domandũ concupiscentiam, quoniam corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Et Gen. 8. sẽsus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Et hæc pronitas maxime augetur superfluis escis, & ebrietatibus, quia esca & potus sunt nutrimẽtum, luxuriæ. Et Christus. Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa, idest dies iræ Domini. Ve qui potẽtes estis ad bibendum vinũ, & viri fortes ad miscendũ ebrietatem. Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam: & potandum vsq; ad vesperam vt vino estuetis. Cythara, & lyra & tympanum practica de similibus, & tybia, & vinum in conuiuijs vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Ecclesiastici. 37. propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est adijciet vitam. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus. Nota nominat proprio nomine Lazarũ, quia Io. in Apoc. 3. qui vicerit non delebo nomen eius de libro vitæ, & Psal. Nomina autem eorum viuent in seculum seculi. Erat mendicus nominatus. Pauper & inops laudabunt nomen tuum Domine. Erat vlceribus plenus sed cum patientia, sicut alter Iob, in omnibus laudans Deum, nec stulte aliquid locutus est contra Dominum. O quanti meriti est Dei flagellum cum patientia sufferre, Prou. patiẽtia leniẽtur princeps. Et hoc ostẽsum est in Tobia, & Iob quos Deus per patientiã admirabili modo benedixit in filijs & bonis temporalibus. Vide in speciali vltimũ cap. Iob. Et Christus.

Coll. 3. Sap. 9. Luc. 21. Isai. 5. Psal. Pro. 25. Tribulationes electis sũt ad meritum purgatiuũ

Fructum afferunt in patientia, & Pau. Fructus autem spiritus est charitas, pax, patientia. Et Coll. 1. confortati secundum patientiam claritatis eius in omni patiẽtia. Et, Nã vt dicit Greg. quod fornax auro, quod lima ferro, quod flagellum grano, hoc facit viro iusto tribulatio. Hic possis ponere exẽplũ, quod ponit S. Greg. in suo dialo. de comite Podagroso vlceribus pleno, qui in maxima patientia & deuotione ad Deum sufferebat suam infirmitatem, vt post mortem corpus eius, sanie viuum ex infirmitate defluens, & grauissimis plagis ex podagra oppressum, reintegratum est ac si quidquam vulneris vnquã habuit. Erat insuper pauper cum vlceribus. Psal. patientia pauperum non peribit, omnibus enĩ quę huiusmodi pro vita humana erãt necessaria, carebat. Erat pauper cum mendacitate non valens naturæ deficienti succurrere, quia nemo illi dabat quasi diceret, horrori erat cunctis aduentus, & præsentia eius, vt ab omnibus expelleretur. Erat infirmus plenus vlceribus, vt a planta pedis vsq; ad uerticẽ in eo non esset sanitas. Erat insuper nudus, vt omnia vulnera eius aspectui hominum paterent. Et iacebat in eis vt putridus magis putresceret, & afflicto grauior afflictio super afflictionem adderetur. Quid horribilius. Quid nauseatius. In stercoribus vsq; ad collum mersus erat sicut Hiere. in cisterna plena fęcibus, vt esset sibi amarius morte. Sed vere stella lucida quæ in cęlo fulgebat densissimis nubibus ad tempus obumbrata erat. Et Margarita fulgida in fęcibus abscondita, reponenda tamen in thesauris regis ęterni, vbi dicturus est, lętati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Reponenda dico vt Io. dicit. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lachrimam ab oculis eorum,

Luc. 8. Gal. 5. Crudelitas Dñi, & seruorũ in pauperes. Apoc. 21.

Digitized by Google

mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in trono. Ecce noua facio oia, hęc ibi practica circa huiusmodi. Et nemo illi dabat. Isa. sicut seruus sic Dominus eius.
Isai 24. Et Prouer. princeps qui libenter audit verba mendatij, omnes ministros
Pro. 29. habet impios. Et Eccle. 10. secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Et odibilis corā Deo & hoibus est superbia. O magna crudelitas. Lazarus mendicus, epulo cum suis seruis diues, & nemo illi dabat. Lazarus famelicus, epulo cum seruis quotidie pleno ventre, & nemo illi dabat. Lazarus nudus, diues cū seruis induebantur purpura, & bisso, quia generaliter serui, dominorū vestimenta derelicta portant, & induūt, & nemo illi dabat ad cooperiendū saltim vlcera eius, iacebat ad ianuas eorū, vt essent de crudelitate sua inexcusabiles, & nemo illū sub tecto suo reponere volebat, vt nec nauseam vlcerum, obnubilati crudelitate, abhorrerent. Et breuiter cuncta opposita Lazaro Deus donauerat, quibus carebat diues cum seruis suis. Hic diues, ille pauper, & mendicus. Hic induebat &c. ille nudus. Hic sanus, ille vlceribus plenus, hic ambulabat, & nutriebatur in croceis, ille iacebat in sterquilinio fetoris vlcerum, vt supra se nec coopertoriū haberet contra frigus, aut contra muscas vlceribus insidentes defensorium quatenus sua vulnera defenderet ab eis. Et cupiebat saturari de micis &c. Quid crudelius? Nam catelli edunt micas de mensa Dominorū, & pauperi Lazaro non solum panem filiorū nō dabant, sed nec micas canum sub mensa cadentes permettebant colligere. Vere qualis Dn̄s, tales & serui eius, practica de huiusmodi. Et supra hoc vide nostram prædicam superius de elemosina, vbi ad propositum multa inuenies. Maxime quia Deus definiente natura homini, hominem procuratorem suorū bonorū instituit, & vnicuiq; mandauit curā habere de pximo suo &c. Sed & canes veniebāt &c. quorū natura est latrare cōtra pauperes & médicos, & tn̄ in exprobationé epulonis & seruorū eius crudeliū, vlcera Lazaro lingebant, quasi dicerent cōpatimur tibi, & videm⁹ Dn̄i & seruorū crudelitatē, qđ possumus tibi, conferimus, lingua nostra lenitiua est vulnerū. Nō solū collige micas absq; timore, sed etiā accede, vt vulneribus tuis medelā conferamus. Ita practica moraliter, & canes .i. infideles circa pauperes sunt clementiores q̄ Christiani, propterea Deus eos, eorūq; domos, ac dominia multiplicat sicut obstreticū. Practica circa huiusmodi. Vere fiet ei iuditiū sine misericordia, qui
Exo. 1.
misericordiā non fecit in proximum suū. Nam Amuratus Dux Turcharū,
Iaco. 2.
tēpore seuissimę pestis magna elemosinarū distributione, meruit a domino impetrare, q̄ cessaret pestis. Ecce quomodo filij tenebrarū sunt prudentiores filijs lucis? practica de abominatione & crudelitate christianorum in suos pauperes, & infirmos &c. in ciuitatibus. Bene facit animæ vir misericors, qui aūt crudelis est, etiā propin-
Pro. 11.
quos abijcit. Et animaduertant miseri christiani maxime crudeles diuites, quid eis Deus precipit. Non deerunt
Deut. 15.
pauperes in terra habitationis tuæ. Iccirco ego præcipio tibi, nota verbū præcipio, vt aperias manū fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecū versat̄ in terra. Factū est vt moreretur Lazarus mendicus &c. non morte spirituali sed corporali, vt deponeret suū corruptibile corpus, & indueret immortalitatē, suū infirmū &c. vt indueret sanitatem, suum graue, vt indueret agile, suum obscurū vt indueret lucidū, vt dicit S. Pau Vt moreretur in sterquilinio, sed iustus quacūq; morte præuentus fuerit saluus erit. Ciprianus. Mori timeat qui ex aqua, & spiritu nō renatus gehennæ ignibus mancipatur mori timeat qui non Christi morte & passione censetur, mori timeat qui de hac morte ad secundam mortem tran

sibit. Mori timeat, quē de sæculo rece dentem perennibus pęnis æterna flamma torquębit, mori timeat, cui hoc mora longiore confertur, vt cruciatus eius, & gemitus interim differat. Multi ex nostris in hac mortalitate moriuntur, hoc est multi ex nostris de seculo liberātur. Mortalitas ista Iudęis, & gentilibus, & Christi hostibus pestis est, Dei aūt seruis salutatis excessus est. Hæc ille. Dicas, & de quodam leproso dulciter cātate, quia cito domus eius dissoluitur, vt sit perpetuo cū Christo, ex speculo exemplorū titulo infirmitas. Moriebatur, & diues, sed vt dicit Aug. bene viuere, & male mori est impossibile, & male viuere, & bene mori est impossibile, idest difficile. Et mortuus portabaī &c. Ecce quomodo Lazarus transiens per ignem, & aquā eductus est in refrigeriū, practica de gloria Paradisi. Moriebaī, & diues, sed vt Grisarori⁹ in dial. S. Greg. Vide exemplū, comitiua dęmonū associatus fuit, cui non sunt datę indutię vsq; mane. Vadet, & venient super eū horribiles. Et mortuus est, & sepultus in inferno, vt mulier apud Zacha. quæ sedebat super amphoram vanitatis in terram Senaar deferenda, id est fętoris, vt ibi habitatio eius fieret, ca. 5. & sicut Ioachim Rex Iuda pessim⁹. Vt sepultura Asini sepeliatur, a quo mortuo pellis extrahitur, qa est vtilis, quia. Psal. Relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus ipsorum, cū tinea, & vermibus, vt dicit Isa. subter te sterneī tinea, & operimentum tuū erunt vermes. Vide Iob. 21. vbi disputat cū aduersarijs negantibus vsquequaq; diuinam prouidentiam circa prauos prosperosos in temporalibus, & bonos depressos. Et Iob. respondet eis. Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum interrogate conoscentes, quia in diem proditionis seruatur malus, & ad diē furoris ducetur. Cætera sacri Euangelij facile est applicare, & practicare. Figuraliter, hic applica hist. Ioseph qui præsentauerat patri Iacob benedicen dos duos filios suos Manassē & Effraim, Manassen seniorem ponens a dextris Iacob, & Effraim minorem a sinistris, sed pater Iacob cancellatis manibus, super caput eorum, posuit dexteram super Effraim, & sinistram super Manassem. Ita dico vobis quæ sunt stulta, & simplicia, & ignobiliora, practica, præter spem hominum Deus ꝑelegit, & fortia, & nobiliora, despicit, quia non habitabit in medio domus meæ, dicit Deus, qui facit superbiā, sed humilibus, & patientibus & pęnitentibus dat gratiam, superbis aūt & epulonibus resistit, & dat pęnas inferni. Propterea Sap. 5. dicitur Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se affligebant, &c. dic totū cap. quia est totum ad propositū. Et Esa. serui mei comedent, & vos esurietis, serui mei bibent, & vos sitietis, serui mei lętabuntur, & vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt ꝑexultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis, & dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis, & interficiet te Dominus Deus tuus, & seruos suos vocabit nomine alio. In signum huius nec minimam guttam. i. subsidium etiam minimorū meritorū sanctorū habebunt, vt refrigerentur in tormentis suis, quia Psal. Lętabitur iustus cum viderit vindictam, & Sap. vt supra, stabunt iusti in magna constātia, aduersus eos q se affligebāt &c. & Iacob. fiet ei iuditium sine misericordia, qui in proximum non fecit misericordiam. Reliqua autem quæ supra hoc Euangelium dicenda essent, de damnatis, deq; cognitione animarum separatarum, vide in nostris prædicis doctrinalibus sub eisdem titulis. Ad propositū etiā huius Euangelij vide duas nostras prædicas de poenis inferni.

Iob. 20. | Isai. 14. | Perpulchra figura de pmutatione prauorum & bonorū in alia vita | Psal. | Esai. 65.

FERIA

FERIAE SEXTAE, POST II. DOMINICAM IN QVADRAGESIMA,

SERMO VNICVS.

POST ENARRATIONEM HISTORIAE, VINEA applicatur vitę hominum & ponitur modus excolendi eam: Monstrantur & prædicatorum persecutores, & peccatores rursum crucifigentes Christum.

HOMO ERAT PATER FAMILIAS, &c. *Matth.* 21.

Matth. 21. Sicut est in domestica cura principes & domini solent committere suis procuratoribus & dispensatoribus bona sua, maxime stabilia, vt circa ea sint fideles cultores, dispensatores, custodes, & gubernatores, & temporibus suis reddant eis rationem villicationis suæ & fructuum perceptorum, aliter vt malos & infideles dispensatores expellent à tali procuratione cum indignatione magna & maxime cum sibi sunt magis ingrati. Ita etiam suo modo est in dispensatione diuina erga suam Ecclesiam. Nobis Christianis commendauit suam uineam, idest Ecclesiam, specialiter prę sidentibus, tàm spiritualibus, quàm temporalibus, quia alter alteri debet esse subsidio in regimine subditorum. Commendauit etiam vineam, idest, animam propriam vnicuique cũ suis virtutibus ornatam, vt simus boni custodes, cultores, & dispẽsatores eius, & colligamus fructus sibi dignos actionum nostrarum. Qui etiam de omni verbo ocioso reddituri sumus rationem, quanto magis de negligentijs & & in curia ac mala vita, aliter auferetur à malis dispensatoribus procuratio, & emittentur in manus tortorum vsque ad minimum quadrantem reddituri rationem. Litteralem sensum habes passim ab omnibus expositoribus, quomodo totus est de Synagoga Hebręorum qualiter eos mirabilibus ornamentis decorauerit Deus, ad eos temporibus multis successiue mittendo plures doctores & prophetas, qui eos solicitarent ad legis obseruãtiam, maxime magnates, tam spirituales, quàm temporales reddituri de omnibus rationem Deo suæ villicationis. At ipsi alios ceciderunt, alios occiderunt, alios lapidauerunt, & cæt. Nam Moysem & Aaron multis murmurationibus, & detractionibus affecerũt, Heliam, Achab & sua vxor Hiezabel, ad mortem persecuti sunt, vt vagaret per multa loca causa eorum persecutionis. Item in Gad prophetam, Hieroboam. manum extẽdit, vt eum percuteret, quia de idolatria ex parte dei eum reprehendit. Item Achab oderat Micheam prophetam, quia ei placentia non diceret, nec prophetaret. Et eum superuenientem dicentem, falsus propheta Sedechia percussit in faciem dicens. Me ergo diuisit spiritus Domini, & locutus est tibi? Et ait, visurus es in die illa, quando ingredieris

Pulcher discursus de prophetis antiqs male tractatis ab Hebræis.

2. Reg 3.

Digitized by Google

nis intra cubiculum, vt abſcondaris. Et ait Rex, tollite Micheam, & maneat apud Amon principem ciuitatis, & apud Ioas & dicite eis. Hæc dicit Rex mitte virum iſtum in carcerem. Et ſuſtine eum pane tribulationis, & aqua anguſtię, donec reuertar in pace, vide totum capitulum, [& dic vt placet,
3.Reg.vlt. quia eſt pulchra hiſt. Item Hieu propheta reprehendit regem Aſſa. qui fecerat amicitiam cum Rege Syriæ contra Baſſam regẽ Iſrael, quia erat deus in Iſrael, qui iuuare poteſt eum, ſicut alias iuuit contra Æthyopes. Et apprehendit eum, & miſit in neruum. Item Ioachim prauus, quia Vrias propheta eum arguit, & cum vellet eum interficere miſit poſt ipſum fugientem in Ægyptum, & ductus eſt ſibi, & interficit eum gladio, & proiecit cadauer eius in ſepulchris vulgi ignobi-
Hiere. 16. lis, vt legitur. Item Amos propheta aſſumptus ex paſcuis pecorum, miſſus eſt prædicare contra ſcelera Samariæ, vt prædicaret inter cætera euerſionem domus Hieroboam & calamitatem populi, dicens hæc dicit dominus, conſurgam ſuper domum Hieroboam in gladio, & rurſus venit finis ſuper populum meum Iſraeli. Quod cũ ſignificaſſet Amaſias ſacerdos Hieroboam Regi Iſrael, ex mandato regis prohibuit Amos ne vltra prophetaret in regno decem tribuum. Et cũ Amos nollet ceſſare, dicẽs ſe eſſe miſſum à domino frequenter afflixit eum Amaſias plagis. Tandem filius eius Ozias frequenter eum increpans, vecte per tempora transfixit, & ſemiuiuus relatus in terram ſuam, ibi mortuus eſt & ſepultus. Item Zachariam filium Ioiadæ, qui à Chriſto alio nomine dicitur filius Barachię, quod idẽ eſt, quia dicit Magiſter forte Ioiada Binominus fuit, vel ratione interpretionis nominis, quia interpretatur benedictus Domini, fecit Rex Ioas lapidare inter templum & altare. Vide hi-
2.Para.24. ſtor. Quia eſt pulchra. Item Iſaiam ſega fecit ſegare Manaſſes Rex Iſrael, qui fuit peſſimus Regum, & tamẽ fuit filius boni patris regis Ezechiæ. Quẽ cum arguerẽt prophetæ de idolatrijs & prauitatibus ſuis miſſi à Domino, nemini eorum parcebat, ſed plateas Hieruſalẽ prophetarũ ſanguine purpurauit, & Iſaim auum maternum, ſecũdùm Hebræos, vel affinem ſuum ad mortem condemnauit. Nam quia propter nobilitatem eius non eſt auſus ſibi manus imponere, quæſiuit occaſionem, ſi quo modo eum poſſet in verbis capere, tandem quia Eſaias dixerat ſe vidiſſe dominum ſedentem ſuper ſolium, quod audiẽs Manaſſes impoſuit ſibi blaſphemiam, vel hæreſim contra Moyſi documentum, cui dixit Dominus viuet homo, & me non videbit, & cõdemnauit eum ad mortem tanquam blaſphemum & hæreticum. Tunc Deus aperuit arborem cedri miraculoſe, & ibi per Angelum fuit poſitus. Quod videns Sedechias, fecit eũ ſegare cum arbore, vt dicit magiſter, qui dum in principio ſectionis anguſtiaretur, petijt ſibi dari aquam vt biberet, & cum nollent ei dare, Dominus de ſublimi miſit aquã in os eius, & expirauit, nec tamen à ſectione carnifices deſtitere. Nec ſepelierunt eum in ſepulchro prophetarum. Sed ſub quercu, iuxta trãſitum aquarum. hæc magiſter. Item magna commotio populi facta eſt contra Hieremiam dum contra ciuitatem & contra peccata eorum proclamaret dicens. ex parte Dei. Dabo domum iſtam ſicut ſylo, & vrbem hanc dabo in maledictionem. Apprehenderunt eum ſacerdotes & mali prophetę, & omnis populus dicentes. morte moriatur. Et Hierem. dixit. Ecce in manibus veſtris ſum, facite quod rectum eſt in oculis veſtris. Et tunc liberauerunt eum principes à manibus populi, clauſerunt tamen eum principes, ne publice prædicaret. Et nihilominus clauſus non tacebat, vocans Baruch prophetam, qui ſcripſit ex ore Hieremiæ omnes ſermones Domini. Et dixit ad eum Hieremias. Clauſus ſum, nec valeo ingredi domum domini. Ingredere ergo tu & lege quæ ſcripſiſti

Digitized by Google

psisti in die ieiunij audiente populo, & vniuersis qui veniunt de ciuitatibus suis. Et fecit Baruch sicut præceperat ei Hier. sæpe legens in domo domini Quod cum nunciasset principibus & senioribus domus regis Micheas filius Gamariæ, scilicet magnas minas super populum, quas minatus est Baruch ex parte Hieremiæ, dixerunt principes Baruch. Abscondere tu & Hieremia, & nemo sciat vbi estis. Et ingressi sunt ad Regem & lecta sunt coram eo scripta Hierem. per Baruch. 5. tres val quatuor pagellæ lectę sunt. & scidit rex volumen, & proiecit in igné donec consumeretur. En pręcepit rex seruis suis, vt comprehenderent Baruch & Hiere. sed Dominus abscondit eos. Iterum Dominus dixit ad Hiere. scribe rursus in volumine omnes sermones quos combussit Ioachim. Et sup addes plures & præcipue ea quæ dicit dominus contra Ioachim. Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid. & cadauer eius proijciet ad ęstũ per diem, & ad gelu per noctem. Non plangent eum, ve frater, ve soror, id est non plangent eum frater & soror, dicentes ve. Non concrepabunt ei, ve domine, & ve inclite, sed sepultura asini sepelietur putrefactus, & proiectus extra portas Hierusalem. Et multa de huiusmodi vide in quarto libro magistri histor. cap. 39. Iterum dixit ad omnem populum postquam Rex Ioachim interfectus fuit à rege Nabuchodonosor, vt Hier prophetauerat, & filius eius nomine Ioachiam regnasset loco eius positus per Nabuch. Hęc dicit Dominus. Ecce inducam super hanc ciuitatem vniuersa mala quæ locutus sum aduersus eam. Et indignatus Fassur sacerdos percussit Hiere. & misit eum in neruum, & cras dimisit ex neruo. cui Hiere. Non habebis potestatem imperandi iniqua, sed paués vndique captiuus duceris in Babylonem. Postea quàm hic Ioachim, filius Ioachim interfecti, per Nabuch. translatus est in Babyloné, & loco eius regnaret Sedechias postimus, Hieremias prophetabat dicens. Tradetur Sedechias in manu Regis Babylonis, & in Babilonem ducent Sedechiam. Et impij dicebant Hieremiam à mente excessisse. Tandem captus Hiere. & cæsus, missus est in carcerem, & ibi sedit diebus multis. Et conuenere principes & seniores ciuitatis ad regem. Rogamus, vt moriatur homo iste. De industria enim dissoluit manus bellantium virorum. Plane mentitur cum dicit, Sedechias vinctus ducetur in Babylonem Ezechias enim in Babylone prophetauit dicens, Sedechias non vidit Babylonem. Et dixit Rex ad eos. Ecce in manibus vestris est. Tulerunt ergo Hiere. & deposuerunt eum in funibus in lacum Helchiæ, in quo non erat aqua, sed lutum, vt morte propria suffocatus periret. Et erat propheta in luto, vsque ad Guttur. quod erat ei amarius omni morte. Postea eductus est per Æthyopem inde, Regis cõcessione ad intercessionem ipsius Æthyopis Rex igitur Nabucho. obsedit ciuitatem, & defecerunt victualia in ciuitate, vt dicit Magister, adeo vt mulieres comederent paruulos suos ad mensurã palmi, sicut legitur in trenis Hierem. Et capta est ciuitas, & rex Sedechias in Babylonem ductus excoculatus, & occisis suis filijs. & cæt. & ciuitas exusta est, & destructa. Post hęc in Ægypto dum argueret Iudęos vtriusque sexus, qui in captiuitate Babylonica in Ægypto fugerant, quia ibi idola colerét, hæc dicit dominus. Ego iuraui in nomine meo magno, quod omnes viri Iuda, qui sunt in Ægypti terra, gladio & fame peribunt, donec penitus consumentur, insurrexerunt aduersus Hieremiam, & lapidauerũt eum, & ibi mortuus est. Ægyptij autem honorauerũt eum sepelientes iuxta tumulum regum, memores beneficij, quod præstitit eis. oratione enim sua fugauerat aspides & cocodrilos, quibus prius Ægyptus infestabatur, vt dicit magister hist. cap. 3. Danielis. Similiter Ezechias propheta crudeli morte est peremptus. Nam in Caldea

inter

Digitized by Google

inter captiuos iudicauit transgressores legis, præcipuè quosdam de tribu Gad,& Dan,quòd in dominum committerent impia, persequendo legis custodes. Et fecit contra eos magnum prodigium, quia filij eorum & vniuersa pecora à serpentibus perierunt. Et prædixit quòd tribus ille,non reuerterentur ad propria,sed in medio regionis remanerent,propter quod exacerbati eũ distraxerunt cum equis per crepidines saxorum, & exacerbrauerunt eum. De his omnibus benedixit

Act.7. sanctus Stephanus Iudæis. Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus,vos semper Spiritui sancto restitistis, sicut & patres vestri ita & vos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri, & occiderunt eos, qui prænuntiabant de aduentu iusti, cuius nunc vos proditores & homicidæ fuistis, qui accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custodistis? Audientes autem hæc dissecabātur cordibus suis,& stridebant dentibus in eum.hæc ibi.

Moralis sensus Euangelij.

De ornamentis quibus anima nr̃a à Deo sit ornata.

DEscendamus nunc ad moralem sensum Euangelij. Vinea hæc est anima nostra, vt deduximus in dominica 70. in terra, idest in corpore humano posita. Quæ à domino Deo sicut sua vinea electa est, exculta & ornata ac plantata admirabilibus virtutibus.

Eccles. 7. Solum modo hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum,idest in rectitudine ordinauit eius potentias,vt sensus rationi obedirent,sed ipse se infinitis quæstionibus miscuit, idest, peccatis inordinauit,rationem sensualitari subijciendo. Insuper.

Gene.1. Faciamus hominem ad imaginem nostram. i. ꝙ tota trinitas non solum per vestigium modo cęterarum creaturarum, sed ẽt explicite per similitudinem in ipso repręsentaretur. Item rectus est factus secundùm corpus, quia præter cætera animania cœlum rectus respicit. In signum ꝙ pro cœlo, & non pro mundo facto pro iumentis,est creatus. Et ideo cœlica debet sapere & quærere, & non quæ sunt super terrã, sicut dicit S.Paul.Et S.August.Fecit Deus rationalem creaturam,vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amãdo possideret possidendo frueretur. Sępiuit eam insuper tanquam spinis angelica custodia, ne fiat in direptionem conculcantium secundùm S.Hierony. quia vnicuique homini à natiuitate datus est proprius Angelus pro sui custodia.Psal. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant in omnibus vijs tuis. Vel sepiuit eam timore suo Prouerb.15. Per timorem Domini omnis homo declinat à malo.Torcular in ea plantauit,idest Synderesim vel conscientiam,quæ contra mala reijcienda & bona prosequenda semper torquet hominem. Commuto faciem meam,& dolore contorqueor. Iob.9.
Verebar omnia opera mea,sciẽs quòd non parcis delinquentibus. Turrim in ea ędificauit,idest rationem collocauit, quæ ita est fortis & inuincibilis turris contra omnia aduersa,vt nolentem nulla vis possit deijcere. Boetius. at qui talia tibi contuleramus arma,quæ nisi tu prius abijecisses,in victa te firmitate tuerentur. Ipsa enim est proclamatiua ad voluntatẽ, vt omnes suos sensus sub rectitudine teneat, ne mors intraret domus nostras ꝑ fenestram.Sic igitur hæc vinea bene à Hier. 9.
Deo creata, quam Deus nobis commendauit. Aĩa mea in manibus meis Psalm.
semper, debet à nobis summa diligentia custodiri & excoli, ne sterilis omni virtute fiat,& conuertatur in lambruscas, quemadmodum apud Isai.5. Vinea quæ est domus Dei Sabbaoth fuerat conuersa. Debet dico fodi per diligentem considerationem vitæ proprie,cogitando cum psalmo vias proprias, & dicendo cogitaui vias meas, & cum Ezech. dicendo.Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Debet etiã fodi per profundam humilitatem, quia dicit sanctus Iacob.Superbis Deus resistit,humi-

Debet anima nostra magna diligentia custodiri, & exodi.

Digitized by Google

milibus dat gratiam. Debet replantari arboribus domesticis fructificatiuis bonos fructus, sicut paradisus Terrestris per imitationem sanctorũ. Psal. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarũ, quod suum fructum dabit in tempore oportuno. Chrys. Qui frequenti laude sanctorum gloriam colloquitur, eorum sanctos mores imitetur. Aut enim imitari debet, aut laudare non debet. Propterea seipsos nobis præbent exemplum, vt ex ipsis proficiamus. Et Paulus imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et figuratiue dictum est Moysi. Inspice, & fac secundùm exemplar monstratũ tibi in monte, idest in sanctis qui monti appropriantur, quia semper in vita sua cœlestia petebant cum Paulo. Debent etiã incrassari pingui terreno orando, ieiunando, eleemosynas faciendo, & similia, quę plurimum impinguãt animam nostram. Quia per orationem loquimur, cum Deo, mentem deuotam ad eum eleuãdo, & per ieiunia, vitia comprimuntur, vt dicit S. Greg. Et eleemosyna est audax aduocatus noster coram tribunal Dei pro peccatis nostris, vt dixit Daniel Nabuchodonosor. Debent arbores, vel vites in ea putari ne lasciuiant, abijciendo cum Paulo. Opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. Et Colloss. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis. Et Ephes. 4. Deponite vos secundùm pristinã conuersationem, hominem veterem, qui corrumpitur secundùm desideria erroris, & prosequere cætera, quia pulchra documenta ponit. Debent vites extẽdi per proximalem dilectionem, secundùm quod Christus dicit Vt sitis perfecti, sicut & pater vester perfectus est, qui facit Solem suum oriri super bonos & malos, &c. Debent ligari per sanctam continentiam & castitatem omniũ sensuum, ne oculi videant vanitatem, aures ne audiãt detractiones, lingua à colloquijs prauis, quæ corrumpunt bonos mores, manus à rapinis, tactus à concupiscẽtijs, pedes à promptitudine ad malũ, concupiscibilis ab illicitis cohibeatur delectationibus & appetitibus, irascibilis ab odijs & alijs furiosis incentiuis, &c. Vere sic exculta & ornata hæc vinea animæ, potest dicere. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Dixit Isaac filio suo Iacob, idest, Deus qui est risus & gaudium æternum, Iacob qui interpretatur supplantator, idest beatorum qui supplantauerunt vitia. Ecce odor vestimentorum filij mei, idest virtutum quibus est indutus, sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Et flores mei fructus honoris, & honestatis. Eccles. Vestimenta tua sint candida omni tempore. Et psalmus. Beatus vir qui non abijt in cõsilio impiorum, & cæter. dic totum psalmum, quia est ad propositum. Ad agricolas quibus Deus locauit, idest, commendauit hanc vineam, idest, ad quemlibet nostrum quibus Deus cõmendauit animam suam excolendam, & fructificandã, & fructum ex ea reddendũ domino ex villicatione nostra, mittuntur prophetę, idest omnes qui nos aliqua monitione, vel stimulo conscientiæ monent, redde rationem villicationis tuæ domino Deo tuo. Et secundùm Chrysost. moraliter. Vnicuique vinea locatur colenda, cum baptismi misterium datur, quod operando exerceat. Mittitur seruus vnus, alter, & tertius, cum lex sibi & psalmi & prophetiæ leguntur, quorum monitis bene operetur, & qui dicunt sibi per lectores & prędicatores, redde rationẽ villicationis vestrę in vinea. Sed missus ceditur & eijcitur, cum sermo contemnitur, vel quod peius est blasphematur, & contemnuntur prædicatores & monitores, secundùm quod dicitur. Et constitui super vos speculatores, & dixi. Audite vocem tubæ. Et dixerunt non audiemus. Et hæredem quãtum ex se occidit, qui filium Dei, & verbum eius conculcauerit, & spiritui gratiæ contumelia fecerit. Et perdito malo cultore, vinea alij datur

dum

Marginalia: Exod. 25. Dan. 4. Rom. 13. Gene. 27. Eccl. 9. Hier. 6.

dum donū gratiæ quod superbus spreuit, humilis accipit. De his prædicatoribus missis & ingratitudine eorum ad quos mittuntur, est totum Euangelium, quod legitur in die sancti Stephani, vbi & pœna ponitur ingratorum, quæ raptim percurre secundùm quod Deus tetigerit cor tuum. Quoniam tales mali & ingrati Christiani, qui cum Deum cognoscant, excidunt in vanitates sensuum suorū, & Christum reprobatum à Iudęis, magis reprobant, dū ex malitia peccant. Psal. Quem tu pater percussisti, permissiuè per manus Iudæorum, me dicit Christus mali Christiani psecuti sunt praua vita deterius, & super vulnerū dolorum meorum addiderunt, quātum ex se est, quia dixit Petro Christus fugienti mortem. vado Romam iterum crucifigi, quam crucem tu fugis. vt cadat super eos lapis iste angularis, qui eos non modo confringet, sed conteret & temporaliter & spiritualiter vsque ad interitum absque reparatione. Nam qui cadit super lapidem frangit manum vel crus, & sperat sanari, Et denotat peccantes per fragilitatem & ignorantiam, qui fracti de facili sanantur transacta passione, & adueniente cognitione, sed lapis cadit super peccantes per malitiam. Quoniam peccatum in Spiritumsanctū, nec hic nec in alio mundo sibi remittitur. Quia cum peccant ex malitia, cadunt in dictum Hieremiæ dicētis ex parte Dei. Nunquid Æthyops potest mutare pellem suam, aut pardus varietatem coloris? ita & vos cum didiceritis male facere, nunquid potestis bene facere? Et de his Aug. bene viuere & male mori impossibile, & male viuere & bene mori est impossibile, idest difficile. Similiter qui peccant in Spiritum sanctum per impœnitentiam & duritiam cordis vsque ad mortem, iam actum est de ipsis, quia cadit super eos petra, idest Christus cum seuera sua iustitia, quandoque duplici contritione, idest hic per flagella exterminatiua, & illic per ignem æternum. Practica bene super hæc, quia habes latum campum. Et postea conuerte te ad populum practice replicando in oppositum virtuosæ vineæ, quomodo vestra vinea sit & tēporaliter & spiritualiter à Deo ornata, tamen cōuersa est in amaritudinem & lambruscam. Et dic. Isaiæ cap. 15. de hac vinea. Postea conclude Prouerb. Id quod sapientia ad tales ingratos loquitur. Quia vocaui & renuistis, extendi manum meā & non fuit qui aspiceret. despexistis omne consilium meum, & neglexistis omnes increpationes meas. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsanabo vos, cum vobis quod timebatis aduenerit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio & angustia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgent, & non inuenient me, eo quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correctioni meæ. Comedent igitur fructus viæ suæ, & consilijs suis saturabuntur. hæc ibi.

Praui christiani iterū crucifigunt, & declarāt, qui cadit super lapidē & sup quē lapis.

Prouer. 1.

¶Ad propositū huius Euangelij vide nostrum sermonem super Tu es qui venturus es, & in 60. in secundo libro, in quibus sermonibus declaraui plura de cognitione Messiæ preuelationem.

SABBA-

SABBATI POST SECVNDAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ, SERMO VNICVS.

REVERTENTIBVS AD DEVM MAXIMA datur spes. Substantia data filio prodigo quæ sit, & illius abusus. De bona filiorum educatione, & in qua potissimum ætate moraliter peccare incipiunt. Datur etiam modus reuertendi ad Deum, his qui per peccatum recesserunt ab eo.

HOMO QVIDAM HABVIT DVOS FILIOS. Lucæ 15.

Luc.15. ERat quidã homo. Pius & misericors dominus, qui ꝑ prophetam Ezech. 18. dix. Nolo mortem peccatoris & per eundé. 33 Nolo mortem impij, sed vt magis conuertatur & viuat, & qui per Dauid peccatorem mirantem eius superadmirabilem misericordiã in peccatores, proclamauit. Misericordia eius super omnia opera eius, hoc mane per pietosissimam parabolam cunctis cuiuscũque cõditionis miseris peccatoribus, quod olim prædixerat per prophetas, idem per semetipsum formã peccatoris accipiens replicat, & confirmat, ne quis valeat desperare, quamuis totam substantiam & Dei dona tam naturalia, quàm gratuita consumpserit in voluptatibus & alijs iniquitatibus. Quoniam sicut prodigũ, ita quemlibet reuertẽtem ad se pater misericordiæ sinibus suis excipiet ad osculum pacis omnium suarum iniquitatum peramplius non recordans.

¶Hoc sacrum Euangelium est maxime spei omnibus quantũque enormibus peccatoribus venię, vt diximꝰ. Et quamuis secundùm principalé intentum litteraliter secundùm doctores exponitur de populo Hebræo tanquam seniori filio, quia populus peculiaris Deo, & de populo gentili tanquam filio adolescẽtiori idolatriæ, & alijs enormitatibus dedito, & tamen reuerso ad Deum, pietate paterna ab eo excepto ad osculum pacis: Nihilominus moraliter exponitur & appropriatur iusto & peccatori. Quæ expositio nobis dulcior est, vtpote peccatoribus magnæ consolationis, ne eos ex enormitatibus suis desperare contingat, ideo & nos exposituri sumus illud secundùm sensum moralem. Dicit ergo homo quidam habebat duos filios. Hic homo signare potest Dei filium humanatum, vt peccatores saluos faceret, sicut dicit Matt. 9. de quo Isai. Nunquid mulier obliuisci potest infantem suum vt nõ misereatur sui? sed & si illa oblita fuerit, ego tamen

Per totum euãgelium de admirabili misericordia Dei & modis quibꝰ peccator ad Deum reuertitur.

Isa. 49.

Digitized by Google

non obliuiscar tuî: Ecce in manibus meis descripsi te. Et breuiter etiam tota Trinitas in hoc patre intelligitur, quia in eo quòd hominem fecit ad sui imaginem, & similitudinem secũdùm Chrysostomum vocat se patrem hominis, quoniam similitudo non est ad seruum sed ad filium. Hic habet filium antiquiorem, qui vel nunquam, vel venialiter se offenderit, vt beatam virginem, & plures sanctos in vtero sanctificatos, & eos qui à cunabulis in innocentia Deo seruierunt, sicut fuit S. Nicolaus, S. Thomas Aquinas, de quo legitur, quòd nunquam Deũ mortaliter offenderit, & ita de aliis sanctis practica. Habet etiam & adolescẽtem prodigum, qui vt dicit Psal. Astitit omni viæ malæ, malitiam non odiuit. Et de quo. A seculo, idest à cunabulis fregisti iugũ meum, rupisti vincula mea, & dixisti non seruiam. Quibus pater diuisit suam substantiam. Hæc substantia sunt naturalia bona data homini cum suis potentijs naturalibus & habilitatibus earum ad bonum. Intellige & cætera dona gratuita, quæ conferuntur sibi per gratiam baptismalem, in quibus bonis noluit eum coactum in suo seruitio, sed liberum vsque ad mortem, vt possit siue ad vitam, siue ad mortem declinare, vt habes Deuter. 30. Senior igitur hoc est iustus, & qui Deo dicit. Mihi adhærere Deo bonũ est, & ponere in domino spem meam, à cunabulis remanet cum patre liberè in seruitiũ eius, & complacentiam, secundùm quod dicitur. Bonum est viro cum portauerit iugum, idest domini, ab adolescentia, & expendit bene vtendo donis sibi à deo donatis totam suam substantiam ad Dei honorẽ, omnia cogitata & acta faciendo, secundùm quod Paul. dicit. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo & patri per ipsum. Et infr. Quodcunque facitis animo, operamini, sicut Domino, & non hominibus, scientes, quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Iunior autem vel adolescentior per oppositum videns se diuitem in omnibus, secum ferens totam substantiam suam voluntarie à cunabulis, idest à quo cœpit esse compos rationis, vt meritorie & demeritoriæ possit vti bonis naturalibus suis, & alijs donis gratuitis, ac quibuscunque collatis sibi à Deo patre, recessit ab eo proficiscens in regionem longinquam. Dico recessit à Deo patre miser peccator non per loci distantiam, quia Deus vbiq; est per essentiam, per præsentiam, & per potentiam, sed per inobedientiam frangendo voluntarie iugum Domini, & dicendo non seruiam ei. Et Deuter. 32. Recessit à Deo salutari suo. & Iob, qui dixerunt, Deo recede à nobis, viam sciẽtiarum tuarũ nolumus. & 34. Qui quasi de industria recesserũt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerũt, vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum. Dicit ergo in regionem longinquam, quia nihil distantius peccatore à Deo formaliter. Quoniam peccatum mortale secundùm Aug. est auersio à creatore, & conuersio ad creaturam, modo quo apud Ezech. de abominationibus Hebræorum dicitur. Inter alias dorsum habebant contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum solis. De his recedentibus à Deo dicit Psal. Longe est à peccatoribus salus. Et sic à Deo suo alienati dissipant totam substantiam suam, modo quo Ecclesiast. dicit, de Salomone. Omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se, in his quæ præparaueram. Et hanc ratus sum partem meam, si vterer labore meo. Dissipauit ergo totam substantiam suam abutendo sicut equus & mulus in quibus non est intellectus absque freno omnibus bonis, & donis à Deo sibi collatis. Extende te ad omnes potentias intellectuales, & sensus interiores, & exteriores, & ad bona tem-

Hiere. 15.
Psalm.
Tren 3.
Coll. 3.
Iob. 22.
Ezech. 8.
Eccles. 2.

Digitized by Google

temporalia, siue naturæ, siue fortunæ, ac ad bona gratuita & baptismalia, & declara, quibus modis eis miser homo abutitur. Et non absque mysterio est. Petens substantiã suam à patre non post multos dies à collatis beneficijs, recessit ab eo. Quia secundùm sanctum Thomam. Imperfectio ætatis excusat peccatũ & mortale, & veniale in puero non habente vsum liberi arbitrij etiam si actus facit, qui ex genere suo sint mortale, vel veniale. Sed illo tempore quo vsum rationis habet, vt iam mortaliter peccare possit, statim vt ad illud tempus peruenit, vel gratiam habet, vel in peccato mortali est. Quia si facit quod in se est, Deus ei gratiam infundit, si autem non facit peccat mortaliter, quia tunc est necessitatis tempus, vt de salute sua cogitet, & ei operam det. Et prima secundæ.quæstio.octuagesimanona, articulo sexto ad sextum, idem clarius dicit. Ab alijs peccatis mortalibus potest puer incipiens habere vsum rationis, per aliquod tempus abstinere, sed à peccato omissionis prædictæ non liberatur, nisi quàm cito potest se conuertat ad Deum. Et hoc modo fit. Nam primum quod occurrit homini discretionẽ habenti est, quòd de seipso cogitet tanquam de fine medio vel de fine, vt quo, & deinde se & alia ordinet ad finem, scilicet Deum, quia finis vltimus est prior in intentione, ideo est necesse sibi tunc seipsum, & per consequens alia à se conuertere, & ordinare ad finem istum vltimum debitum sibi. Et ad hoc obligatur ex præcepto Dei affirmatiuo, quo Dominus dicit. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. hæc ibi.

S. Tho. 2. senté. dist. 42. q. 1. ad 5.

Pulchra declaratio qũo pueri in primo statu quo fiunt capaces rõnis, vel sunt in gratia, vel mortaliter peccant.

Vbi nota quòd Deus qui naturam creauit, eam recto modo ordinauit, vt inordinatis adinuicem vnum sub altero sit. & vnum ad alterum ordinetur, ita quòd omnia intermedia in ordine sint propter finem principalem. Quia igitur tota creatura est ordinata vltimate ad Deum, quia scriptura dicit, Prouerbio. 16. Omnia propter seipsum operatus est dominus. Ideo omnis creatura seipsam diligit in ordine ad Deum, ad gloriam cuius est facta. Puer igitur cum incipit habere vsum liberi arbitrij arbitrij considerat seipsum, & per consequens diligit seipsum, & ne ordo dilectionis rationalis creaturæ sit peruersus, quia Deus fecit hominem rectum, vt Ecclesiasticus dicit, necessariam hanc suijpsius primam dilectionem in Deum debet conuertere, vtpote, quòd seipsum diligat ordinate, modo quo Deus constituit eum, scilicet in ordine ad Deum. Et cum hoc facit, tunc vere ordinat seipsum in beatitudinem, quæ est Deus. Et quamuis ætas illa propter imperfectionem suam, non videtur hunc discursum facere, vt seipsum diligat in ordine ad Deum, tamen in veritate implicite facit ipsum, modo quo capax est illa ætas in sibi simili. Nam cum in virtutibus Deus continetur, si sibi censuerit bonum honestum appetendum in confuso, vt illa ætas consueuerit, bene deliberauit de seipso, finem suum in vera beatitudine collocans, quamuis imperfecte & inchoatiue; Non enim plus exigitur à puero pro tunc, si non omissionis reus erit, vt in littera doctor dicit. Sed quamuis ita sit, quòd puer debeat sui dilectionem ordinare ad Dei dilectionem in illo actu liberi arbitrij, & Deus qui recte ordinauit creaturam in ordine suo adiuuet teneram illam ætatem ad talem rectitudinem, & eo magis in pueris baptizatis per gratiam eis in baptismo collatam, tamen quia plurimum malus habitus in pueris est, contrarius huic ordini recto, vtpote plurimum incitatiuus eius teneræ ætatis ad declinationem electionis secundùm præcedentem habitum, qui etiam in viris perfectis conuertitur quasi in naturam, ideo animaduertant parentes, ne filios suos

P de

Digitized by Google

de quibus primos fructus Deo reddere, & offerre deberent, illos offerant diabolo per prauam eruditioné suá, sicut ille pater, qui sua mala eruditione damnauit puerum blasphemum quinque annorum, quia accelerata eius erat ætas, vt dicit Sanctus Gregorius in suo Dialogo. Hic possis extendere te contra negligentes parentes erga filiorum eruditionem. Quia sicut agricolæ de plantulis nouellis sibi commendatis, & tamen conuersis sua incuria in sterilitatem, & siluestres arbores, reddituri sint strictam rationem suæ villicationis, Prouerb. 29. Puer qui dimittitur voluntati suę confundit matrem suam. Et erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delitias animæ tuę. vide alia multa ad hoc propositum. Ecclesiastic. 7. 9. & 30. cap. Et postquam omnia consumpsit sic dissipando data sibi, adnenit, vt fame afficeretur ad interitum, idest, fame verbi Dei. Nam tales voluptuosi communiter fame moriuntur spiritualis doctrinæ: Quia dicunt cum impijs. Recede à nobis, viam scientiarum tuarum nolumus. Et Nume. 21. vt infirmi, nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo. Et de grauitate huius famis spiritualis dicitur. Emittam famem in terra audiendi verbum Dei vide totum capitulum, est pulchrum. Et adhæsit vnicinium. Idest tanto magis quis diabolo & legioni eius se alligat, quanto magis à doctrina Christiana recedit, vt in sordibus magis sordescat, Apocalip. Qui in sordibus est sordescat adhuc. & Isaiæ. 28. Omnes enim mensę replete sunt vomitu sordiumque, vt non esset locus vltra. Et hi tales merito cupiunt implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducant, & nemo illi dabat. Est siliquarum aliquarum genus secundùm Isidor. vacuum intus, & designat miserorum voluptates, & immundicias, quibus non possunt satiari, sed semper in eis famelici remanent. Dicit Ambrosius super hoc. Siliqua genus

Iob 21.

Amos 8.

Apoc. 22.

est leguminis sonoris folijs & vacuis, quod magis ventrem onerat quàm reficit. vnde etiam recte significat scientias seculares, vel carmina poetarum suauitate sterili resonantia, inflantes magis, quàm reficientes. Hoc idem & prolixius Sanctus Hieronymus in originali dicit, & concludit, animum capiunt sua carminum dulcedine. Verum vbi cum summo studio ac labore perlecta fuerint, nihil aliud nisi inanem sonum, & sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt. Nulla ibi satietas veritatis. nulla iustitiæ refectio reperitur, studiosi earum in fame virtutum perseuerant. In figuram huius nec terra, idest auarus, nec os vuluæ, idest luxuriosus, nec infernus, idest superbus & ambitiosus in quo est, Lucifer. Isa. 14. Veruntamen ad inferna detraheris, est saturabilis. Prouerb. 30. August. iussisti domine & ita est, pœna est sibi omnis inordinatus affectus, quia semper post appetitum in appetitu est inordinatus, tanquam famelicus. Hoc bene norunt auari & ambitiosi ac filocapti. In se autem reuersus, Et hoc per donum Dei, quia Christus dicit, nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Sed vt August. dicit. Quem trahat & quem non trahat, noli iudicare si non vis errare, si nondum traheris, ora, vt traharis. In se autem reuersus modo quo dicit, de prodigo Solomone. Cunque me conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub Sole. Transiui ad contemplandam sapientiam, erroresque & stultitiam. Et infra, sapientis oculi in capite eius, stultus in tenebris ambulat. In se autem reuersus. Ecce attritio miseri prodigi & similium, quorum Deus cor tangit. Psalm. Commouisti domine terram, & conturbasti eam, sana contritiones eius quia commota est. Et iterum conuersus sum in erumna mea. Hæc attritio aduenit, quãdo quis per

Eccles. 2.

per

Hierem.2. per reflexionem ad se inconfuso incipit considerare suam vitam confusam & sordidam, ac suum periculosum statum. Hierem. Scito & vide, quia malum & amarum est, reliquisse te dominum deum tuum, & non esse timorem eius apud te, dicit dominus Deus exercituum. Et Paulus ad Rom. Quem ergo fructum habuistis in illis, nunc in quibus erubescitis. Nam finis illorum mors. Deinde dixit ibo. idest firmiter proposuit emendam, in quo denotatur contritio, quæ est intendere firmiter veniã ex intentione emendandi petere à domino. Hoc modo dixit Ezechia Rex. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et Dauid. dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam. Deinde dicit ibo, dicens sibi. Peccaui, ecce propositum confessionis. In hoc ostenditur, quòd ad veram pœnitentiam, & propositum verum pęnitendi requiritur executio sine procrastinatione, quia Psalm. dicit. Tempus faciendi dissipauerunt legem tuam Domine. Et Dauid. dixit confitebor aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti impietatem peccati. Dicit peccaui in cœlum & coram te secundùm August. coram maiestate tua cuius sedes cœlum est. Deinde ita se humiliat coram Deo quasi merito esset ab ipso expellendus, quia ingratus Deo in abusu beneficiorum suorum, Quia offendit eum, qui est bonum infinitũ, quia Angelos contristauit, ideo etiam dixit in cœlum. Quia animam, quam ad similitudinem suam Deus creauit, peccatis denigrauit & maculauit. Denigrata est facies eorum super carbones. Et quia in patrem diabolum acceperat, patre cœli despecto, & cæte. Ideo non sum dignus vocari filius tuus, scilicet adoptiuus, ad quem hæreditas cœli spectat, quia cohæredes Christi sumus. Dicit Paulus. In hoc autem quòd dicit fac me sicut vnum de mercenarijs, notandum est, ꝙ nec in sensu litterali in parabolis semper omnia sunt exponenda de verbo ad verbum, nec in sensu morali, sed respicienda est intentio sensuum. Hic in verbis Euangelij prodigus magnã contritionem, & humilitatem ostendit, ideo prorupit in quędã verba ad pietatem inducentia, quasi hic diceret in hoc verbo mercenarij. Et si forsitan sum attritus vt ex hoc cœlum non merear, tanquam mercenarius, hęreditatem filiorum, tamen facile est tibi honestare pauperem, & de attrito in contritum conuertere, vt sim mercenarius dignus gratia & misericordia tua quia cor contritum, & humiliatum non despicies. Ecclesiast. Sunt iusti, atque sapientes, quorum opera in manu Dei sunt, & tamen nescit homo an sit dignus odio vel amore, sed omnia in futurum reseruantur incerta. Psal. Intẽde ad deprecationem meam, quoniam humiliatus sum nimis. Ideo & quanto quis acceptior est Deo, tanto humilior coram eo, & maior peccator reputatur in seipso. Psalm. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Et Isai. 64. Omnes iustitiæ nostræ sicut pannus menstruatæ, sunt immundæ. Recipe ergo me mercenarium attritum, sed ex tua misericordia fac contritum. Quia vt Gregor. de seipso dicebat. Nemini sicut mihi ingemiscendũ extimo, quia præ omnibus me peccasse perpendo. Et surgens venit ad patrem, quia sine tarditate, & procrastinatione, quod dixit, fecit & impleuit. venit ad patrem. replica superiora. & cætera. Cum autem adhuc longe esset, vel in seipso per humilitatem, vel quia forsan erat attritus, quę attritio non saluat, sed Dominus ex magna pietate successiue ex attrito facit contritum, in hoc, dum vidit properantem eum pater oculo misericordiæ per contritionis donum, antequã sibi actu confiteretur, quia & quandoque ad confessionem accedentes conteruntur ante confessionem ex confessionis proposito actuali. vidit dico eum cõtritum ex suo dono. Et occurrens cecidit super collum eius, quia Psal. dicit. Longe

Rom. 6.

De modis qb' peccator reuertit ad Deũ per imitationẽ prodigi.

Tren. 4.

Ecclesf. 9.

Psalm.

Psalm.

ge à peccatoribus salus, & longe est ab impijs Deus, sed prope est inuocantibus eum in veritate, & prope timentes eum salutare ipsius,& quia in humilitate nostra memor fuit nostri. Et osculatus est eum in signum reconciliationis & pacificationis. Psalmus.
Psalm. In pace factus est locus eius,& pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Ephes. Ipse est nostra pax,
Ephes. 2. & Isa. 53. Disciplina pacis nostræ super eum, & 66. Ecce ego declinabo super eam, quasi fluuium pacis. Dixitque ei filius pater, peccaui. Ecce quomodo tarda molimina nescit Spiritus sancti gratia. Pater peccaui. Ecce confessio.
Psalm. Psalm. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam & tu remisisti impietatem peccati mei. Et tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Dicit in cęlum, quia contra totā sanctam Trinitatem, & offendi cœlum & terram cum Angelis,& tota creatura contenta sub cœlo, quia dicit Gregor. offenso creatore, offenditur tota creatura. Iam non sum dignus vocari filius tuus. modo quo & publicanus stans à longe, nō audebat oculos suos leuare in cœlum, sed tundebat pectus suū dicendo, Deus propitius esto mihi peccatori,
Luc. 18. Luc. Dixit autem pater ad seruos suos. cito proferte stolam primam,& cæt. Nam postquam confessus est peccator cum vera contritione, præcipit Deus seruis suis, idest ecclesiasticis, siue confessoribus, qui loco Christi dispensant sacramenta, & sacramentalia contritis,& confessis. Cito proferte stolam primam, idest, coram Ecclesia ostendas eum qui tibi confessus est cū vera contritione, quòd sit restitutus pristinæ innocentiæ baptismali quam amiserat ex dissipatione substantiæ suę, idest donorum sibi datorum à me in baptismo. Nam talis contritio maxime ex cōfessione potest esse, vt sit sufficiens peccatorem ad statum infantilis innocentiæ renouari, modo quo dux militiæ regis Syriæ renouatus est in carne sua tota leprosa qua infectus erat cadente ab eo ex lotione aquarum in Iordane præcepto Helisei prophetæ figurantis sacerdotalem benedictionem super obedientem peccatorem virtute Dei.
Nam per Ezech. dixit Deus, in quacunque hora peccator ingemuerit saluus erit,& capit. 18. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, feceritque iudicium & iustitiam, vita viuet & non morietur. omnium iniquitatū eius, quas operatus est, non recordabor. vide ad propositum huius sermonis duos nostros sermones cū suis figuris de contritione, & attritione. vide insuper Ecclesiast. 17. vbi perpulchre de vera conuersione, contritione & confessione loquitur, ibi pœnitentibus autem dedit vitam iustitiæ. Et date anulum in manibus eius, quem amiserat fornicando à Deo suo, vt dicitur Hiere. 3. Vbi vide est pulchrum capitulū, quomodo Deus recipit fornicātem animam per reuersionem ad eum. Et calciamenta in pedibus eius ponite per monitionem, vt peramplius induat dominum Deum, & verum hominem, qui secundùm Deum creatus est, deponendo veterē cū omnibus actibus suis. Deponite eos secū- Ephes. 4.
dùm pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrūpitur secundū desideria erroris: Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundùm Deū creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Et multa alia documenta ibi ponit quibus est induendum, vel calciamēta in pedibus eius ponite, dum virtutes q̃ mortificatæ erant per mortalia peccata reuertentibus ad Deum restituuntur, & tanquam amissa vestimenta sed restituta reinduuntur. dicit gl Ioel. 2. super illud reddam vobis &c. Non faciā perire vbertatem, quā cum perturbationibus animi amisisti. Et vbertas illa fuit multitudo bonorum. Adducite vitulum saginatum &c. Quia vere contritis & confessis datur pingue sacrm Christi, qui fuit occisus

cisus in ara crucis nostri amore, scilicet pro salute peccatorum. Insuper Christi passio iam proficit pœnitentibus. Et manducemus, & epulemur, in signum quia ex reuersione peccatoris, & in Ecclesia militante & triumphante fit magnum gaudium ex peccatore conuerso. Immo quandoque maius quàm ex iusto. Quia vbi abundauit peccatum dicit Paulus, superabũdauit & gratia, vt in latrone, Matthæo, Zacheo, Paulo, Magdalena & similibus. Nec vlla inuidia ex nouis gaudijs de peccatoribus conuersis iustos debet afficere, sed potius debent lætari & congaudere cum Christo, & Angelis eius ex resuscitato fratre ad vitam & reuerso ab errore suo, quoniam hoc est charitatis, gaudere, de bono fratris sui. Hic possis addere multas exhortationes ad conuersionem & ad misericordiam Dei, quæ est super omnia opera eius. Insuper dic quòd magnum gaudium est Angelis nostra conuersio, quia vident suæ custodiæ tam gloriosum fructum, secundo quia vident ex suis ruinam angelorum resarciri. tertio quia in laudando Deum multiplicatur consortiũ. quarto quia completur in conuersione nostra eorum desiderium quem habent circa salutem nostram, gaudent & cæteri sancti in Paradiso de fratribus suis conuersis. Et vt supra dictum est de Angelis, gaudet Ecclesia militans, quia dicit S. Greg. qui ceciderat reuersus, fidelius pro Christo de cętero agonizat. & quia suus filius mortuus per peccatum surrexit per gratiam. Et triumphans Ecclesia in societate addita principaliter ad laudandum Deum & cętera. gaudet pater cœli super sua liberalitate, gaudet filius ratione fructus passionis eius. Gaudet Spiritus sanctus. quia recuperauit tẽplum suum.

DOMINICAE TERTIAE IN QVADRAGESIMA, SERMO VNICVS.

DE INVIDIA, DISCORDIA, PARTIALITAtibus, & susurratione differit: & quomodo peccator cæcus, surdus, mutus, per confessionem à vinculis absoluitur.

ERAT IESVS EIICIENS DEMONIVM, & illud erat. Lucæ 10.

Luc. 10. SEcundũ sacros doctores, licet postquam miser peccator ceciderit in cęcitatẽ, vel surditatem, & diabolicam sequelã per peccatũ mortale, non est peramplius in potestate eius, vt resurgat à peccato Deo reconciliando se, quoniam hæc acceptatio reconciliationis cum peccatore in grato consistit ex parte Dei volentis, & admittentis eum ad suam gratiam, nihilominus Deus, qui compellit ad se mẽtes rebelles ex sua misericordia, & trahit ad se miserum peccatorem, recipit misericorditer tractum sanando, vt dicit psalm. Omnes infirmitates nostras. Et hoc ostensum est hoc mane figuratiue in dęmoniaco, cæco, muto, & surdo.

¶ In hoc sacro Euangelio habemus pulcherrima documenta permaxime de grauitate discordiæ, & in fine figuratiue exponendo euangelium qualiter in confessione oculi, aures, & lingua, aperiuntur spiritualiter expellendo diabolum à misero peccatore.

De malignitate inuidiæ. ¶ Quoad primum est documẽtum de malignitate inuidiæ, quæ ita obcæcat hominem contra virtutes proximi & bona eius, vt manifeste bonũ dicat malũ, & dulce conuertit in amarum, secundùm quod dicit Isaiæ 3. Nam miseri Pharisæi inuidi contra Christum omnes eius virtutes & miracula, quæ nulla tergiuersatione poterant occultari, vel negabant vel eis detrahebant, vel conuertebant esse facta in Belzebub principe. Nec valebant quietari, quoniam inuidus potest in seipso confundi, non tamẽ quietari, sed magis accendi & inflammari contra virtutes proximi quem odit. Nam publice dicebat. quis me arguet de peccato, & tamen dicebant. hic homo deuorator, & bibens vinum, publicanorum & peccatorum amicus. Mirabantur de doctrina eius cum litteras non didicerit, & dicebant quia verax es & cætera, & tamen detrahebant doctrinæ eius. videbant signa & prodigia quæ faciebat, & tamen quærebant extinguere vitam eius. Nec viso pacto excecante eos inuidia volebant reflectir super se, an hæc doctrina sit humana vel diuina, quæ in eo in dies augetur in populo. An hæc miracula, quæ soli Deo conueniant, possit homo peccator facere in confirmationem erroris, & falsitatis. Et an in lege prenunciata de Messia in Christo complerentur. Imo & videbant in eo esse omnia signa eis à Deo prenunciata de Messia, & tamen cęcante eos Luc. 7.

inuidia

inuidia eorum, peruertebant sensus scripturæ, & quæ clara erant, extorquebant. Et de huiusmodi tu multiplica, vt adimpleatur in eis quod figuratiue Gen. dicitur de Christo. Oderant Ioseph fratres sui, & non poterant ei quicquam pacifice loqui, & quærebant eum interficere. Et sicut de rege Saul legitur inuido in Dauid, quia mulieres cantabant, Saul percussit mille, & Dauid decem millia, & abstulit opprobrium ex Israel, quærebat eum interficere, vt nec cythara eius qua diabolum ab eo expellat, poterat ipsum placare, ita nec virtutes Christi modo cytharę dulciter sonantes, poterant quietare pharisæos inuidos. Et Ecclesiast. 11. Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum, sic & cor superborum. Et sicut prospector videns casum proximi, bona enim in mala conuertens insidiatur, & in electis imponet maculam. Ab scintilla enim vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis, homo vero peccator sanguinum insidiatur. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, scilicet prauas, quia solus Deus est scrutator cordium. Dixit omne regnum, & cætera vbi habes documentum quam grauis, & periculosa sit discordia, & diuisio in omni conditione hominum. Quia impossibile est aliquam societatē consistere, & durare vbi est discordia. Prouerb. Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius, &c. Primo oculos sublimes, idest patenter superbos & elatos. Iacob. 2. Superbis Deus resistit, humilibus autē dat gratiam. & Psal. Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam, Ecclesiast. Quia cum Lucifero partem habet. Secundo odit Deus linguā mendacem pernicioso mendacio, vt linguā quæ est assueta infamijs, & detractionibus proximi. Prouerb. 12 Propter peccata labiorū, ruina proximat malo. & 18. mors & vita in manu linguę, qui diligunt eā comedēt fructus eius. vide Psal. m. Deus meus laudem meam ne tacueris, quanta mala imprecantur talibus. Exemplum in Discipulo habes, de moriente detractionibus dedito, non valuit confiteri, sed ad exhortationem linguam extrahens, manuque eam percutiēs dixit. Hæc pessima lingua me damnauit. Et his dictis lingua intumuit, vt per amplius non valeret eam intus retrahere. Et sic damnatus mortuus est, 3. odit deus effundentes innoxium sanguinem siue per aliquam iniquam, aut violentam subreptionem bonorum proximi, in quibus tanquam in sanguinem vita hominis consistit, contra quos dicit Abach. Væ qui congregat malam auaritiam domui suæ, & in fine concludit. Quia lapis de pariete clamabit, & lignum quod est inter iuncturas ædificiorum tuorum, respondebit tibi. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus. Vel effundentes sanguinem vt homicidæ, contra quos, Gene. Qui effuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis eius, sicut accidit in domo Dauid, cui effundenti sanguinem Vriæ, per prophetam est dictū. Non recedet gladius de domo tua. Vnde & Absalon occidit fratrem, & ipse Absalon filius eius contra patrem, & regnum eius exemit gladium. Et Gen. 4. dictum est Chain, sanguis fratris tui clamat de terra, idest vindictam. Insignum huius, præter omnem naturalitatem vulnus recens ebullit etiam mortui occisi de recenti ad præsentiam homicidæ, & occisoris occulti. Quasi diceret, licet tuum peccatum sit occultum, at apertum est coram Deo, terra in qua sanguis effusus est prodente te. Effusores etiam sanguinis sunt praui iudices, Prouerb. Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit. Hic & pro bucella panis deserit veritatem. Isai. Quomodo facta est ciuitas fidelis plena iudicij, iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Quartum malum odit Dominus,

Gene. 27. 1. Reg. 18. De grauitate discordię, vbi pulchre declarat. 6. sūt quæ odit Dn̄s, & septimū detestat. Prouer. 6. Exempl. Abach. 2. Gene. 9. 2. Reg. 13. Prou. 28. Isai. 1.

Digitized by Google

nus, cor machinans cogitationes pessimas. Et sunt hij qui aliud habent in ore, aliud in corde deceptores simplicium, Prouerb. Innocens credit omni verbo, astutus autẽ considerat gressus eius. Psalm. Ore suo benedicebant & corde suo maledicebant, & quòd pacem loquuntur cum proximo, mala autem in cordibus eorum, da illis secundùm opera eorum, & secundùm nequitiam ad inuentionum suorum. Et de his, Ecclesiast. Væ duplici corde, & labijs sceleſtis, & manibus male facientibus, & peccatori terram ingredienti duabus vijs. Imitantur hi Iudam qui salutans Christum dixit. Aue Rabbi, & osculo tradidit eum, vt suspendantur laqueo desperationis. Et Ioab. Qui dixit Amasiæ salue mi frater, & pugione pertransiuit eum. Sunt etiam corda machinantia cogitationes pessimas, proditores, & coniuratores in malum proximi. Psalm. Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Et Ecclesiastici.26. A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit, idest timorem cordis ad extra in facie ostendit. Delaturam ciuitatis, idest, proditionem, & collectionem populi, idest seditionem, vel concitationem populi contra principem, & calumniam mendacem, idest, infamiam super mortem, idest ad mortem omnia hæc grauia. Dolorem cordis & luctus mulier Zelotipa. Quinto pedes currentes ad faciendum malum, idest, qui faciliter currunt ad malum, vt prædones & similes, Psalm. Si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris ponebas portionem tuam. Sexto testem fallacem proferentem mendacia, scilicet, in iuditio, sicut accidit contra Susannam apud Danielem, & contra Naboth Iezraelitam fecit Iezabel testificari false, vt lapidaretur. Prouerb.14. Liberat animas testis fidelis, & profert mendatia Versipellis. Septimum est quod detestatur anima eius, idest Dei viuentis. Qui inter fratres seminat discordiam. Et hoc peccatum cæteris prædictis est horribilius, & detestabilius coram Deo. Replica prædicta cursim dicendo. Detestabilius est coram Deo, oculis sublimibus, & cætera. Et hoc peccatum vocatur susurratio, quæ est locutio mala occulte facta de aliquo, ad tollendum eius amicitiam cum alio. Et differt à detractore susurro, quia detractor intendit per verba occulta in absentia prolata, denigrare bonum nomen hominis, sed susurro intendit separare amicitiam Ecclesiast. Susurrone subtracto iurgia conquiescunt, & iterum. Verba Susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima cordis. Et Ecclesiastici.5. Non appelleris Susurro in vita tua, & in lingua tua ne capiaris, & confundaris. Super furem enim est confusio, & pœnitentia, & denotatio pessima super bilinguem, Susurratori autem odium, & inimicitia & contumelia. Et dicit. Deus detestatur, vt ostendat talibus, quòd Deus non solùm odit tales, sed superodit, quia detestatur, vt nullo pacto velit eos in amicos in verbis & in factis, non minus quam infirmus cibum nauseatiuum, quem non solum odit, sed detestatur, vt nec vellet sibi nominari tanquam nauseatiuum. De qua detestatione, Ecclesiast. dicitur. Consideraui opera Dei, quòd nemo possit corrigere, quem ipse despexerit. Quasi diceret. de incorrigibilitate susurronis actum est. Et hoc merito, primo. Quia dicitur. Qui non facit misericordiam in proximum, fiet ei iuditium sine misericordia. O miser susurro, si Deus contra te, quis stabit pro te? 2. quia maxime contrariatur Christi operibus. Nam venit Deus in hunc mundum, & vsque ad mortem sudauit, vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum, prima Ioan. 2. Sed susurro laborat, vt filios Dei diuidat, & amicos separet, & inimicos in separatione cõsolidet.

Marginal notes: Prou. 13. — Eccles. 2. — 2. Reg. 20. — Psalm. — 3. Reg. 21. — Eccles. 26. — Eccles. 7. — Iac. 2. — De incorrigibilitate certa susurrationis propter 3. rationes.

Digitized by Google

det. Hic possis practicare de pacificis operibus Christi, cuius tota intentio erat, pacem mittere in terram &c. & susurronis bellum.3. detestabilis corã Deo,& hominibus. Quid enim potest esse amico dulcius, qui vere in tribula tione, ac angustia semper diligit. Tra cta cum amico causam tuam. Ideo bene Philo. dicit. Inter cætera exteriora bona præeminet amicus, quia sine amicitia nullus potest viuere. Nõ regna, non ciuitates, non familię, non aliquæ societates. Ideo Ecclesiast.4. Ve soli, quia non habet subleuantem se, & concludit. Funiculus triplex difficile rumpitur. Patet per exemplum Syluri gentilis, cum relictis filijs Maribus. 80. diem esset obiturus, hastilium fascem, cuiq; obtendens, vt illum confringerent, iubebat. Id autem singulis se posse negantibus, ipse singillatim educta hastilia, omnia facile fregit, ita docens illos. Vbi vna esse perseuerarent, firmos, ac potentes fore, imbecilles autem si separarentur, ac diffiderent. Ideo Ecclesiast.6. amicus fidelis protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Et quam grata sit Deo, & hominibus cõcordia ostenditur Ecclesist. 25. in tribus placitũ est spiritui meo, quę sunt probata coram Deo, & hominibus. Cõcordia fratrum, & amor proximorũ, & vir & mulier sibi bene consentientes. Et quia sicut oppositum in opposito, ita propositum in proposito, cõclude, q̃ discordia horum est multum odibilis Deo & hominibus. Propterea & Christus repræhendit Apostolos disceptantes ad inuicem de maioritate. Et hoc mane dixit omne regnũ in seipsum diuisum desolabitur &c. Prouerb. 29. omnes homines pestilentes dissipant ciuitatem. Et 11. capit. In benedictione iustorum exaltabitur ciuitas, & ore impiorum subuertetur. Et Cyrillus super hunc locum Christi. Domus enim & ciuitas, & si fuerit diuisa velociter dissipatur, etiam regnum, quo nihil est validius, firmat enim regna & domos subditorum cõcordia, De domibus dicitur. Tecta iugiter per stillantia, litigiosa mulier. Et 21. melius est sedere in angulo dogmatis, quam cum muliere litigiosa, & in domo communi. Possis exemplificare de elementis turbatis, quantas commotiones faciunt sub terra, & supra terram. De qualitatibus humani corporis distemperatis, quantas infirmitates mortales causant. Et edificia fabricata ex lapidibus non vnitis cito corruunt. Insuper percurre ciuitates & regna in ruinam deducta, similiter, & domos, ac possessiones &c. propter bella intestina, ciuiumq; discordias, quæ, vt dicit. S. Hieronimus, plures ad nihilum deduxerunt quam bella, de his est plena sacra scriptura, vt non sit opus eam percurrere. Et quod patet expresse, non est probare necesse. De his ad præsens sufficiat. Vide nostrum sermonem, quare Deus, infidelibus dat regna christianorum, & ser. de renouatione. Ecclesiasticæ. Est tertium documentum, qui non est mecum contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit. Idest qui mecum est, conformatur meæ voluntati in obseruantia præceptorum meorũ. Et si quandoq; visitatur quoquo modo a Domino per tribulationes, non blasphemat, &c. sed patienter suffert cum Iob dicendo, si bona suscepimus a Domino mala quare non sustineamus. Item qui non colligit mecum dispergit, vt in acquisitione rerum tẽporalium, quia hæc colligenda, & acquirenda, & expendenda sunt ad necessitatem, & non ad abusum. Practica de huiusmodi. Dispergit dico, q̃a relinquent alienis diuitias suas, & de male acquisitis tertius hæres secundum commune prouerbium, non gaudebit. Et Prouerb. 13. Est quasi diues cum nihil habeat, est quasi pauper cũ in multis diuitijs sit. Practica etiam circa collectionem ad pauperes. Est quartum documentum q̃ periculosa sit recidiuatio Chris. poterit hoc nõ solum ad Iudæos, sed etiam ad nos cõuerti, & erunt nouissima hominis illius

Eccle. 27.

Pro. 19.

Similia.

De grandi piculo recidiui.

lius peiora prioribus, quia si illustrati & a pristinis malis remoti denuo redimus ad eandem nequitiam, grauior deinceps erit pœna sequentium peccatorum. Insuper deterius erit ratione ingratitudinis, quæ desiccat fontē pietatis, quia difficilior fit Deus ad ueniam. Misericordiæ Dei est, quòd non simus consumpti, quia non defecerunt misericordiæ eius. Secundo ratione custodię angelicæ, quia iustum est, nos eorum monita negligentes, ab eis negligamur. Tertio quia Diabolus fortius talem vinculat, ne eum peramplius perdat. Quarto ratione recidiuę spiritualis infirmitatis, quæ debilitat naturalia, sicut recidiuatio in infirmitate corporali debilitat vires infermi ne valeat contrarijs resistere. Iuxta illud. Nunquid potest Æthyops mutare pellem, aut Pardus varietatem codis, ita & vos nunquid potestis bene facere, cum didiceritis mala facere. Vide ser. nostrum de periculo recidiuātium 5. documentum super illud, beatus venter &c. non fuit hoc respōsum repudiantis matrem, sed ostendentis ꝙ nihil ei partus profuisset, nisi valde bona & fidelis fuisset. Cæterum si Mariæ non proderat sine virtutibus animæ Christum ab ea ortum traxisse, multo minus nobis, siue patrem, siue matrem, siue filium virtuosos habeamus, nos autem distamus ab illorum virtute, hoc ꝓdesse valebit. Et Beda. Multo beatior fuit beata Virgo, quia eiusdem semper amandi custos manebat æterna. Hæc ille. De his diximus prolixius superius F. 5. D. P. Q. Sextū documentum, non sufficit ad salutem audire solum verbum Dei speculatiue, vt alias diximus, & permittere ꝙ conculcetur, aut arescat, aut inter spinas cadat, sed practice, ꝙ cadat in bonam terram, vt ex se reddat fructum, 30. 60. & centesimū &c. sicut prolixius diximus superius in lx. & in nostris sermonibus de verbo Dei prædicato. Accedamus nunc ad figuralem Euangelij expositionem. Hic dęmoniacus designare potest miserum peccatorē possessum per peccatum a Diabolo, quia Christus dicit, ꝗ facit peccatū, seruus est peccati. Qui merito est cęcus, quia non videt, non prospicit foueam inferni, in quam cadit ad mortē æternam. Nec considerat illud. Quia amarum est te Deum reliquisse, & timorem eius in te non esse. Et Prou. 7. Nescit ꝙ ad vincula stultus trahitur, donec sagitta transfigat guttur eius, & ꝙ erit perpetuo separandus a societate Angelorum, & tradendus in manus dęmonum, quibus se per mortale subiecerat. Nam Philo. dicit Omnis peccās est ignorās, quia talis quasi ignorans alienatur per sensualitatem a ratione. Est etiam surdus, quia generaliter tales nolūt intelligere, vt bene agerent secundum Psalmum. De talibus Prou. Qui declinat aures, ne audiat legem, eius oratio erit execrabilis, de his in superioribus multa diximus. Et mutus, quia nolunt confiteri vel ꝓcrastinant, quasi ꝓ voluntate sua Dei misericordiam ad se possint flectere. Remigius tria signa simul in vno homine perpetrata sunt. Cęcus videt, mutus loquitur, & possessus a Dæmonio liberatur. Quod quotidie completur in confessione credentium, vt expulso primū dęmone fidei lumē aspiciant, deinde ad laudes Dei tacentia ora prius laxent. Sed huiusmodi dæmoniaci non aliter nisi per Christum saluatorem a suis vinculis possunt liberari. vt dicitur. Si ergo filius vos liberauerit, vere liberi eritis, cum excedat mortale peccatum omnem pœnitentiam nostram. Quia per ipsum offenditur bonum infinitum. De his superius multa diximus Feria. 5. Pri. D vis igitur miser dæmoniacæ liberari a Diaboli seruitute, & illuminari vt cognoscas periculum tuum spirituale, & ꝙ aperiantur aures tuæ veritati, & soluatur lingua tua in Dei laudem, præsenteris Sacerdoti, qui in Ecclesia Dei loco Chri est, cui data est potestas filios Dei fieri, & ostende sibi vulnera tuorum peccatorum. Tunc expulso dæmone omnes sensus tui, & poten-

Tre. 3. Hier. 16. Lib. 2. 16. Hier. 2. Expositio figuralis. Pro. 28. Io. 8.

Digitized by Google

potentię tue tam intellectuales quàm sensuales, prorumpēt in laudem Dei, & in cognitionem, & auiditatem audiendæ veritatis eius. Et caue de cætero ne recidiues, ne tibi deterius contingat &c. vt alias ostendimus in Euāgelio feriæ.4. primæ Dom. Multa scripsi pertinentia ad contritionem, & confessionem in alijs nostris sermonibus, quæ vide. Et in Domina sequēti super Euang. de his prolixius dicturi sumus.

FERIAE SECVNDAE, DOMINICAE III. IN QVADRAGESIMA,

SERMO VNICVS.

CVM QVIBVS CONVERSETVR PER GRATIAM: Quæ veram deuotionem excitent: Cur nemo Propheta sit acceptus in patria sua; & quomodo transeat Deus per homines, disserit & de malo irę.

QVANTA AVDIVIMVS FACTA IN Capharnaum. Luc. 4.

Luc.4. SEcundum Philos. actus actiuorū sūt in patiente bene disposito, aliter nunquā forma cōtraria introducit in materia, aut in aliquo subiecto, vt in ligno forma ignis nisi humiditas prius expellatur. Propterea Christus dicit. Si habueritis fidem sicut granū sinapis, & dixeritis huic monti transi de loco isto transiet. Et Apostolis non valentibus expellere dęmonem dixit. Hoc genus dæmoniorū non eijtur nisi in oratione, & ieiunio quia igitur Capharnaitæ Christum honorifice suscipiebant, & humaniter tractabant, & Nazareitę per oppositum, detrahebant sibi dicentes, nonne hic filius Fabri est, & multa id genus, vt dicit S. Luc. ideo Christus in Capharnaum multa signa faciebat, non autē in Nazaret. In signum horum disponendum est nobis per fidem, & veram humilitatem, ac recognitionem Dei visitationes libenter suscipiendi, vt mereamur ab ipsum gratijs suis visitari. In præsenti Euang. habemus perpulchra documenta &c. Primum est super interpretationes nominum Capharnaum, & Nazaret, cum quibus Deus libenter conuersatur cum gratijs suis, & a quibus recedit maxime spiritualiter. Capharnaum interpretatur villa consolationis, signat separationem bonorum & sanctorum a societate prauorum, & tumultu mundialium per contemplationem diuinorum & suæ proprie fragilitatis, per quā contemplationē admirabili modo impinguamur in anima. Psal. consolationes tuæ letificauerunt animam meam. Et Ecclesia sancta cantat, pinguis st panis Christi, & præbebit delitias regibus. Et Hæc consolatio pinguedinis spiritualis in villa est. Nam nobiles viri vt pausent a tumultibus platearum, interdum se transferunt ad villas suas pro sui quiete, & deuotione

Matth.17. (margin)

Separādū ē qńq; ab hoium cō uersatione (margin)

Digitized by Google

tione, & dicunt. Vere in tumultu platearum longe sumus a quiete mentis, & corporis: quam possidemus in villis. Legimus enim de Isaac.
Gen.24. Eo tempore deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad puteum, cuius nomen est videntis & viuentis. Habitabat enim in terra australi & egressus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die, & sic meditantem inuenit eum seruus Eleazar, quando sponsam ducebat ad ipsum. Isaac interpretatur risus, denotat christianum lętũ & gaudiosum, qui deambulat per cõtemplationem, vt per agrum cęlestis patriæ, vbi sunt flores honoris, & honestatis. Et ibat per viam quæ ducit ad puteum videntis, & viuentis, quoniam contemplatio diuinorum, & donorum madatorum eius, vt. Psal. Dicit, & meditabor in mãdatis tuis, quæ dilexi nimis ducit ad viam Paradisi, vbi audiemus archana Dei, quæ non licet homini loqui, & videbimus facie ad faciẽ viuẽtẽ in secula seculorũ. Et hanc contemplationẽ saltem de sero debemus facere vesperascente iam die, vt mereamur nobiscum Christũ albergari, & secum in ęterna mẽsa panem ab ipso fractum comedere, quia saciabimur, & inebriabimur ab vbertate domus eius. Hæc etenim est habitatio australis. i. dextrę Dei, in qua deuoti christiani debent habitare. Hæc
Io.4. etenim est aqua de qua Christus. Samaritanæ, si scires donum Dei, &c. aquam quam ego dabo, qui bibit non sitiet in æternum. Et 7. qui sitit veniat, & bibat &c. Et, Omnes sitientes
Isai. 55. venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate emite, & comedite. Venite emite absq; argento, & vlla commutatione vinum & lac. De vtilitate huius separationis a tumultu hominum per contemplationem, exemplum habemus in Christo, qui sepius separabatur ab hominibus vel p orationem, vel per contemplationem. Insuper & Isa. 30. in silentio & spe erit fortitudo vestra, scilicet quia ibi cohibentur omnes sensus a prauitatibus suis, & inclinationibus inordinatis, & Oseæ. 2. Ecce ego lactabo eam, & educam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius, & dabo ei vinitores eius ex eodem loco &c. Vnde bene dicebat ille gentilis imperator. Nunquam minus solus sum, quã cum sum solus. Scilicet quia quot libros legit & in eis cõtemplatur, tot consodales fidissimos habet, cum quibus loquitur, & consolatur. Nam & secundum S. Bernard. in lectione cum Deo & sanctis loquimur, quia nemo põt dicere Domine Domine nisi per spiritum sanctum, quasi discipuli cum magistro, per multas interrogationes, & declarationes, ex libris maxime sacræ scripturæ, adiscimus. Bonitatem & disciplinam, & Psal.
scientiam doce me. Et iterum declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis, & in corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et in oratione & contemplatione Deus loquitur nobiscum, vt patet ex responsis quæ in veteri, & nouo testamẽto suis sanctis dabat, & dat Deus. Et ab hac deuotione spirituali nemo excluditur siue sit doctus, siue simplex idiota. Non docti quia cum deuotio secundum interpretationem nominis dicit quandam voluntariam deuotionem sui ipsius ad Dei honorem, & seruitium, voluntariam, quia coacta seruitia non placent Deo, vt dicit. Psal. Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine. Et Iosue vltimo per totum capitulum hortatur populum Deo voluntarie seruire, dicens, quia liberi estis seruire Deo vel Baal. Omnis autem actus voluntatis, ex aliqua consideratione procedit, eo quòd bonum intellectum est obiectũ voluntatis. Vnde & Aug. dicit in libro de trinitate. Voluntas oritur ex intelligentia, ideo in eo qui maiorem cognitionem, & intelligentiam diuinorum habet, debet esse maior deuotio ad Deũ, & ad ea quæ sunt honoris, & laudis eius. Similiter indocti, & simplices ab ea non excludun tur, quia nunc vna vetula habens fidẽ

Digitized by Google

verũ de mysterijs Christi, in quo sunt omnes sapientiæ, & scientiæ thesauri, quoniã, & Pau. dicit, mihi sufficit scire Christum & hunc crucifixum, habet magnam diuinorum archanorum intellectionem. Imo dicit san. Th. Qui scientia, & quidquid aliud simile ad magnitudinem pertinet est occasio: q homo consideret de seipso, scilicet distrahat se in consideratione suę excel cellentię, & ideo non totaliter se Deo tradat. Propterea, & Pau. dicit. Scientia inflat, sicut accidit in Eua prima matre nostra. Et inde est, quòd huiusmodi quandoq; occasionaliter deuotionem impediunt. Et in simplicibus & mulieribus deuotio abundat elationem comprimendo. Si tamen scientiã & quamcunq; aliam perfectionem homo perfecte Deo subdat, ex hoc ipso deuotio in ipso augetur. Vbi autẽ est intelligentia cum humilitate vt in S. Thoma miranda facit. Et nota quòd duę sunt causę intrinsecę deuotionis. Vna est ex parte meditationis Dei, & beneficiorum suorum. Alia est ex parte meditationis propriorum defectũ. In prima sunt bonitas Dei, misericordia eius, charitas eius, &c. erga hominem. Et beneficia vt creationis ad sui imaginem, redemptionis, baptismi, inspirationum, vocationũ per se vel per alium, expectationis ad pœnitentiam, Eucharistiæ, præseruationis a tot periculis animæ, & corporis, Angelicæ custodiæ, & reliquorum beneficiorum singulariũ. Alia causa est ex parte meditationis propriorum defectuum, vt culpæ, & pœnæ, tam in preterito quam in præsenti, labilitas ad peccandum, dissipatio propriæ substantiæ, assuefaciendo cogitatus, & voluntates & inclinationes aliarum suarum virium ad malum, habitatio in regione longinqua ab amicitia, & conuersatione diuina, puersitas affectus, magis temporalia quã spiritualia cõmoda vel incommoda sentientis, nuditas a virtutibus, vulnera ignorãtię, malitia infirmitatis, & concupiscentia, vincula manuum, & pedum operum scilicet, & affectuum, in tenebris in fętoribus, & amaritudinibus esse, non horrere, vocem pastoris interius non agnoscere, & quod omnibus peius est, Deum pro inimico & hoste totiẽs elegisse mortaliter peccando. Et propterea tantam eidem iniuriam fecisse, vt pro Deo refutatus sit, factusq; noster Deus sit venter, aut pecunię, aut delectaio, &c. Ex huiusmodi namque meditationibus quæ quotidianæ esse debent religiosis, & spiritualibus per sonis omnisso vocalium orationum multiloquio volũtario, deuotio alięque cõsequenter gignuntur virtutes. Nec religiosi, aut religiosę seu spirituales etiam nomine vocari possunt, qui saltim semel in die ad huiusmodi se non transferunt. Quomodo namq; effectus absq; causa, finis absq; medio insularis portus, absq; nauigatione haberi nequit, sic nec religio actu absq; frequentatis actibus suarum causarũ mediorum, ac vehiculorũ. Et hæc sunt quæ impinguant animam spiritualiter. Nam sicut pinguedo corperalis generarur per calorem naturalem digerẽtem, & ipse naturalis calor habet pinguedinem quasi eius nutrimentũ, similiter charitas, & deuotionem causat inquantum ex amore aliquis reditur promptus ad seruiendum Deo vt amico & etiam per deuotionem charitas nutritur, sicut & quilibet amicitia conseruatur, & augetur per amicabilium operum exercitium, & meditationem. Ex his habes quòd non sunt deuotę personæ, qui communiter tristes, ac siluestres nesciunt conuersari cum alijs, nisi perturbentur, aut dissoluãtur. Nam deuotæ personæ sunt hilares, letę in animo suo, tum ex cõsideratione diuinæ bonitatis, cui se per deuotionem, & contemplationem subdunt. Psal. Memor fui Dei, & delectatus sum. Tum ex humilitate quam habent ex consideratione suorum defectuum, vt nõ in se existat sed in Deo. Et Deo se subdat sine quo. Nõ potest esse cõtinens. Et si quandoq; tristitiã habent, hoc est partim per accidens, vt

Th.2.2.q. 82.3. ad 3.

Similia.

Eccle.7.

vt puta quia non dum desiderato bono fruuntur. Sitiuit aĩa mea ad Deum viuum, & postea sequitur, fuerunt mihi lachrimę meæ &c. partim per se sed in ordine ad Deũ vt considerado suos defectus, sed habent lętitiam ex hac consideratione per accidens, propter spem diuinæ subuentionis. Et ita dic de similibus, vt Passio Christi conside rata tristitiam generat quia propter defectus nostros est facta, sed letitiam cum ex ea consideremus Dei benignitatem & liberalitatem erga peccatores. Vnde Aug. doleat peccator, & de dolore gaudeat. Propter hoc de sanctis habem⁹, quòd lęti hilaresq; erãt, & merito vtpote incohantes in terris cœlestem cõuersationem. Hæc.S. Th. sententia liter in articulis suis vbi supra & post illator eius Gaetanus. De his vide exemplum in speculo de tribus militibus socijs conuersis ad religionem, quorum duo iuniores process su temporis in deuotione tepescebãt in seruitio Dei. Et pari consensu profecti sunt ad visitandum tertium socium seniorem, vt ab eo quærerent de eius statu. Et inuenerunt in Dei seruitio hilarem, & deuotum. Vidẽs autem ille vultus eorum tristes dixit eis. Ex multo ocio, & tedio estis tristes, & effecti senes. Sed mihi totum tẽpus meũ breue, quia semper occupor. Illi autem admirantes, quia literas non habebat, dixerunt ei. Quibus studijs sis occupatus & intentus cum literas non habes? Quibus ille. Tres literas tãtum inueni, & menti tradidi, quas docuit me magister meus in meo ingressu. Quas legens quotidie nullo in me vnquam tedio afficior, sed præ desiderio legendi deficit mihi tempus. Vna litera est scripta nigro colore, quæ significat peccata mea, & falsitatem mũdi, & eius instabilitatem, & pęnas inferni. Hanc lego a mane vsq; ad missam. Secunda scripta est colore rubeo quę significat passionem saluatoris nostri, qui multa ꝓ nobis sustinuit, hãc lego a missa vsque ad nonam, quando emisit spiritum. Tertia scripta est aureis literis, hæc est amenitas, & multiplicitas gaudij cęlestis, hanc lego vsq; ad Completorium, & sic expendo tempus meũ sine tedio. Quo audito multum accensi profecerunt de cętero & ipsi. Insuper possis addere his sanctæ Mariæ mag. contemplationem & vitam, & aliarum similium sanctarum. Et de his erat, & Pau. q dicebat, stigmata Christi porto in corpore meo, scilicet per contemplationem, & sanctus Bartholomæus, qui cẽties in die & cẽties in nocte orabat &c. & Dauid qui dicebat, Deus Deus me⁹ ad te de luce vigilo, cætera prosequere. Et benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto ei⁹, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui redimit de interitu vitam tuam &c. Nazaret interpretatur flos vel virgultus vel separatus, qui potest designare in croceis ambulantes, & in mundanis floribus & prosperitatibus. Clama, quid clamabo? omnis caro fęnum, & omnis gloria eius sicut flos agri &c. Hij separantur a Domino, vt epulo, quia & Greg. dicit cõtinuus successus bonorum temporalium æternæ damnationis est signum. De his satis diximos superius Feria 5. Cinerum. Vide ibi. De his Iob. 28. Deus non inuenitur in terra suaue viuentium. Et hoc confirmat sponsa in Canti. 3. Quia non inuenit sponsum in lecto concupiscentiarum, nec in tumultu, & ambitionibus platearum, nec in portis auaritiæ, & cupiditatis, sed cum hæc paululum pertransisset, inuenit quem diligit anima eius. Et Hælia Propheta dicit. Nõ in igne Dominus idest ardoribus concupiscentiarum. Non in commotione Dominus idest in tumultu hominum, nec in vehementi vẽto Dominus, idest in elationibus, sed in aura leui flante, quia in pace factus est locus eius, & habitatio eius in Syon idest in alta separatione ab huiusmodi. Tales enim non sunt digni gratia diuina, quæ esset ad salutem animæ eorum. Quoniam in crassati impinguati delitiati recalcitrant

Psal.

Isai. 40.

A qb⁹ separetur Dñs.

trant assidue contra Dominum, vt dicit Moyses in Cantico suo. Extende te practice ad diuersas voluptates hominum & mulierum vbi prædicas secundum subiectam materiam, replicando dictum Iob, & Hæliæ, & sponsæ. Aliter nisi conuertimini ad Dominum Deum per recognitionem, peribitis fame gratiæ diuinæ, & in leprositate vestra putrescetis, vt sepultura Asini cum Ioachim rege scelesto sepeliamini in vestris vanitatibus de huiusmodi prolixius superius dixi in 2. expositione Euang. Feriæ 5. Cinerum, Insuper est 2. documentum prædicatoribus, & probis viris, nemo Propheta acceptus est in patria sua. Et si hoc verificatũ est de Christo, qui tot virtutibus lucebat, in quo peccatum nec macula est inuenta, non est mirũ si de hominibus puris idem accidat, sed quæres quæ sit causa, horum? Breuiter vltra experientiam quotidianã, & exempla tam veteris quàm noui testamenti, sunt inter alias quatuor causæ Prima ratione contrarietatis virtutum, & vitiorum. Sicut enim ignis cum aqua non potest stare, & econuerso, ita nec virtus cum vitijs. Secunda quia veritas odium parit. Pro anima tua ne cõfundaris dicere verum. Ideo & Rex Achab. Non poterat videre Micheam sibi placentia non dicẽtem, modo filiorum prophetarum filiorũ. Et Isaiæ populus dicebat, loquimini nobis placentia. Et propterea apud Phariseos Christus nõ erat acceptus. Et hoc confirmauit Pilatus q̃a sciebat quòd per inuidiam eum tradidissent. Tertio eũ parietas loci, & cõditionis in loco habitantium eodem. Inuidia non patitur equalem vel sibi inferiorem dignitate vel doctrina, parẽtela, & huiusmodi, præeminere, & præfulgere. De hoc vltra sacram scripturam habemus exemplum apud Plutarcum in Aristide Atheniensi, cuius gloriæ Themistocles inuidebat, quia communiter a populo apellabatur vir probus & iustus. Concitauit Themistocles populum cõtra ipsum, innuens magnum periculum reipublicæ fore, q̃ sic appellaretur, quia de facili posset sibi vsurpare dominium cum alijs colligatus. Qui ballotatus in exilium fuit redactus. Quibus dixit Aristides. An in eo quidquam mali reperissent, vt in exilium eijceretur a sua patria, in qua tanta contulerat. Respondit populus minime, sed hoc tm̃ egre ferimus, q̃ omnibus in locis iustus appelleris. Tunc exiens extra ciuitatem eleuatis in cęlum manibus orauit, vt Atheniensibus quæ vellent prouenirent, & eis nunquam Aristides in mentem eueniret. Idem fuit in fratribus Ioseph. Quarta causa est nimia vel assidua familiaritas, quæ cõmuniter parit contemptum inter tepidos, & maxime eos quorum amicitia est fundata non in virtute, sed in aliquo fortunæ bono, secundum commune prouerbium, cum fortuna perit nullus amicus erit. Vide Eccle. 3. quã mala sit familiaritas parentum ad filios, & filias. Qui delicate a pueritia sua nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem. Nihilominus vbi amicitia est fundata in virtute, ex familiaritate augetur reuerentia, vt in Beata Virgine erga Christum &c. & de sanctorum amicitia adinuicem, propterea, & scriptura consulit, cũ probis viris amicitiam, & conuersationem habendam. Ne despicias narrationem præsbiterorum sapientum, & in prouerbijs eorum cõuersare. Ab ipsis enim disces sapientiam & doctrinam intellectus, & seruire magnatib. sine querela. Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt a patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, & tempore necessitatis dabis responsum. Possis vt erit ad propositum addere hic exempla, quę posui soperius F.6.2. D. in prophetis ibi adductis. Tertium documentum super illud transiens per medium illorum. Nota quòd Deus multotiens transit per medium ciuitatis vel hominum, enarra omnes vocationes diuinas ad eos, sed caue ne transiens, te per-

[Marginal notes: Qua de cã nemo Propheta accept⁹ ẽ in patria sua — Eccle. 4. — 3. Reg. vlt. — Gen. 37. — Pro. 24. — Eccle. 8. — Q̃uo De⁹ trãsit p̃ homines eos vocando.]

Digitized by Google

pertranseat & abscondatur a te, gratiā tibi, & suum influxum a te subtrahēdo, quia dicit S. Greg. Nisi Dei manus contineret omnia, cuncta in nihilum redigerentur, sicut Deus ostendit in oratione Hier. Vide si vis, quia est facile applicabile, quomodo eijcit eos ad gladium, famem, pestem, & captiuitatem, nec voluit orari pro eis. Nā si totum quod est in nobis siue naturæ, siue fortunæ, siue gratiæ secundū Aug. est aut Deus, aut a Deo, manifestum est quod quantum aliquem suis exigentibus demeritis Deus dimittit vel deserit, tātum decidit a tali bono. Et talia demerita possunt esse, vt in toto talis relinquatur sicut & Babilō ab Angelis, Erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea a te. Quartum documentum habes, quam sit periculosa ira, qua Nazarei etiam in Christum seuierant. ;De qua nihil ad præsens, sed vide nostrum sermonem de dupli ci ira, ibi multa habes ad propositum & inferius habebimus in aliorū Euangeliorum expositionibus, quia ira viri Dei iustitiā non operatur. Hoc etiā in sententia dicit sanctus Iacobus primo cap. Et Prouerb. 27. Ira non habet misericordiam, nec erumpes furor.

Hier. 15. 16. — Hiere. 6. — De malo irę hūæ.

FERIAE TERTIAE, DOMINICAE III. IN QVADRAGESIMA,

SERMO VNICVS.

DVM DISSERIT DE FRATERNA correptione; notat, propriam fragilitatem ab vno quoq; pensandam: aliaq; multa obseruanda in correptionibus.

SI PECCAVERIT IN TE FRATER tuus. Matth. 18.

Matth. 18. INTER alia pręcepta quæ dedit christianis suis Christus Iesus, est dilectio proximi. Mando vobis vt diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos. Huius causā assignat S. Pau. Quia qui proximum diligit legem impleuit: Et si succurrere & obuiare valentes morti corporali proximi tenemur, quoniam & Amb. dicit, si non pauisti, occidisti, quanto magis, quando per monitionē chatitatiuam eiusdem morti spirituali obuiare possum' obligamur, quanto anima est nobilior corpore, & periculosior casus eius corporis interitu? Ideo hoc mane Christus Iesus huic mandato dat modum quo medendus est mortali animæ vulnere sauciatus proximus. Dicens.

Io. 5. — Rom. 12.

¶ Hoc mane secundum literalem sensum expositiuri sumus sacrū Euāg. in quo habemus admiranda documenta charitatis, vt quales debemus esse erga peccantes in nos fratres, &c.

¶ Dicit si peccauerit in te frater tuus. Scito quod Deus vnicuiq; mandauit de proximo suo. Iaco. 5. Si quis errauerit ex vobis a veritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniā qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum. Et Pet. vnusquisq; sicut accepit

Eccle. 17. — 1. Pet. 2.

Digitized by Google

pit gratiam, in alterutrum illam admi nistrâtes sicut boni dispésatores multiformis gratiæ Dei. Dicit ergo si peccauerit. i. qa peccabit cũ sit fragile figmentũ scđm Psal. Recordatus est figmenti sui. Intellige quę sunt ꝓximi ex teipso, & Pau. Fratres si occupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto, vos q spirituales estis, instruite in spiritu lenitatis, cõsiderans teipsum, ne & tu tenteris. Quidã risit de quodam cadéte, cui Ambr. vide ne & tu cadas, & cecidit. Isa. 33. ve qui spernis, nõne, & tu sperneris? Nã si iustus septies in die cadit, quanto magis peccator? & si dixerimus, quia peccatum nõ habemus, nosipsos seducim⁹, & veritas in nobis non est. Si peccauerit etiam resurget, ideo expecta eũ patienter. Psal. Nunquid qui dormit non adijciet, vt resurgat. Et considerare debemus illud. Sensus & cogitatio humani cordis, ꝓna sunt ab adolescentia in malũ. Noli ergo velle lapidare eum vt Pharisæi adulterã, sed q sine peccato est iaciat lapidé super eum. Si ergo peccauerit in te, imitare S. Ioseph. Qui in eum peccâtes fratres amplexatus est, & nutriuit eos, deditq; optimũ locũ eis habitandi. Si ergo peccauerit in te, exponitur. i. contra te, hoc est te offendendo, remitte ei ex corde, quia Matth. 6. Marc. 11. sic & pater vester dimittet vobis, si peccauerit considera per reflexioné, quis es tu contra qué peccauit? nunquid Deus? nũquid Angelus? &c. sed cinis & puluis fragilis sicut ipse est. Et cõsidera quod grauius peccatum, vel proximi contra te, vel tuũ contra Deum quem omni hora offendis, &c. Homo homini reseruat iram, & a Deo quærit medelam? Et, Si vos non dimiseritis, nec pater vester qui in celis est dimittet vobis peccata vestra. Multa de hoc dixi in prædica de remissione iniuriarũ. Et Matth. 7. qua mensura mensi fueritis, remetietur, & vobis sicut, Accidit de eo cui decem milia talentorum fuerant dimissa, & tamen ipse suffocabat ingratus conseruum, qui ei fuerat obligatus quinquaginta talenta, &c. Dicit frater tuus, quia ad Dei imaginem tecum creatus ad eandé beatitudiné tecũ ordinatus, Ecclesiasticis sacramentis insignitus Christi sanguine redemptus, &c. ideo cõmiserere ei, qa caro, & frater noster est. Ité aliter exponitur, si peccauerit in te. i. te solo sciente eius peccatũ, nõ debes tuba canere. Quæ audierunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis, cũ dehonestaueris amicum tuũ. Practica hanc auctoritaté de multis scandalis, & periculis, quæ ex soluta lingua accidere possunt. An nescis, quia non dimittit peccatum, nisi restituatur ablatum, pract. super hoc. O quot propter hoc malũ damnantur, quia cõiter in huiusmodi non restituitur ablatũ? Et multi excusantur ad excusandas excusationes in peccatis. In ira feci, sed scito tam in ira quam sine ira, licet hoc grauius, occidens hominem, aut vulnerãs reus est mortis vel grauis pœnæ. Psal. Vir linguosus non dirigetur in terra. Et, Terribilis est in ciuitate homo linguosus, & temerari⁹ in verbo suo odibilis erit. De lingua pestifera mulierũ in hoc maxime delinquentiũ, vide Eccles. 25. Corripe eũ inter te & ipsum solũ. i. quantum vales attendas ad salutem animæ eius, conseruando in eo & animã eius & famã quantum vales. Quoniam. Melius est bonũ nomen, q̃ diuitiæ multæ, maxime in ꝑsonis verecundis, vt sunt puellę, & maritatæ, & viduæ, ac Eccle. vtriusq; sexus, sed cum non vales in proximo vtrũq; vt conscientiã, & famã simul conseruare, & tu conserua animã, q̃ est preciosior omni ꝑciositate vt Christ⁹ dicit. Quã cõmutationé dabit homo pro anima sua? Et in huiusmodi ambulandũ est plumbeo pede per bonam considerationem omnium circunstantiarũ prudentiæ. Quia vbi fratris conscientia, & fama pendet, negotiũ est magni momenti. Practica de huiusmodi. Et in his valde notandum est & aduertendum. An peccatum fratris tui, quod tu solus scis, sibi soli sit nociuum, vel

Q etiam

Margin notes: Eccle. 31. Gal. 6. Cõpatiendũ est peccatoribus. Gen. 8. Gen. vlt. Eccle. 28. Mar. 11. Matth. 18. Pro. 25. Psal. Eccle. 9. Pro. 22.

etiam alteri, vt cum sit in nocumentũ & infectionem aliorum, etsi soli sibi est nociuum, attende eousq; inter te, & ipsum solũ corripere charitatiue, quousq; speras emẽdationẽ eius, semper & conscientiam & famã eius conseruando, quantũ est tibi possibile, sin autẽ vtrunq; non vales, & tu conserua quod melius est vt diximus. Sed an talis sit verisimiliter a te emẽdandus poteris perpendere, an ex fragilitate, an ex malitia peccet, quia si ex fragilitate cõiter tales per seipsos sunt emẽdabiles transacta passione, vt non sit necesse eos monere, nisi cum expedit, quatenus in futuro sint cautiores, & quia verecundę personæ abstinent, & cauent a malo, cum se vident cognitos in delicto, si aũt ex malitia peccãt, cõiter tales correctionẽ fraternam nõ extimant, cum sint inuerecundi, vnde nec ex correctione fraterna in eis erit spes emendationis, qua remota vana erit fraterna correctio: Et in eis malitia perpenditur passim ex frequentatis actibus sine freno. Si autẽ peccatũ occultũ alicuius alijs est nociuum, & infectiuũ aliorum, & non sperat emẽdatio, tunc denuntiandũ est prælato siue spirituali siue temporali scd̃m exigentiã materiæ, cum debitis prudentiæ circunstantijs, vt caueat gregi suo quia bonum multorũ preponendũ est bono vnius, vñ & negligi debet vnius fama, vt innocentia vel fama multitudinis conseruetur scd̃m Silue. & Ricar. Et Tabiena in summa sua dicit, si sit peccatũ occultũ, & non sit diffamatus nec põt sufficienter ꝓbari, & non speratur correctio, qa vel ex malitia peccat nec erubescit, & tale peccatum est in periculũ cõmunitatis, tunc denuntiandũ est prælato, conseruando famã quantũ potes cũ salute reipublicę non aliter. Si ille de quo rector ciuitatis plus cõfidit, cui & claues tradidit ciuitatis, illa nocte est eã traditurus hostibus vel huiusmodi, & nullo modo vult desistere, tunc nominatim dicendum est illi, caueatis ne tali tradatis ciuitatem hac nocte, quia proditurus est ciuitatem, quoniã bonum commune est pręferendum bono priuato. Hæc ille. Et Ferara in quodam ser. huius diei idem dicit amplificando, si non est contra te, sed contra cõitatẽ vt traditionem ciuitatis, & credis te corrigendũ eum, facias ei correctionẽ inter te, & ipsum solũ, sed si dubitas nõ posse te eum corrigere, sic illum casum tibi dubium, debes notificare prælato, sicut etiã dicunt doctores de hæreti vt Epo denuntiet, ita de traditione principis tẽporalis. Ratio horũ est, quoniã quando es in dubio debes potius inclinare ad bonũ publicum, q̃ ad bonũ priuatum. Et si contingeret te errasse propter zelum boni publici, non est magnum peccatum. Et si etiam iudex puniret aliquẽ, qui non errauerit ita, sicut credit illũ errasse, & inductus est ad talem punitionem solum pro bono publico, seruatis tñ debitis prudẽtiæ circunstantiarũ, nõ facit magnum malum in hac punitione. Hæc Ferara. Ita etiam dicendum est de Sodomitis occultis inficientibus alios maxime inueteratis senibus in tali malo, de quorum emendatione per correctionẽ, non solum est dubium, sed est certum secundum doctrinã Hiere. 13. Si pt̃ Æthyops mutare pellem suã, &c. ita & vos, nunquid potestis bene facere, cum didicistis male facere? Et parcere sic habituatis, non est emendare, sed potius est efficere per correctionẽ occultã, vt cautius mala sua prosequantur, quod est periculosius, dũ sic viuẽtes sine suspectu, sua practica simplices pueros seducunt. De malignitate huius pessimi vitij lege ad Ro. 1. quia est ad propositum. Dicit corripe eum non correctione q̃ est ad punitionem, cũ hæc sit actus iustitiæ, & spectat ad iudicem, cuius principale intentũ est punitio, vt cæteris terrorẽ imponat; sicut Deus ordinauit. In punitione filij inobedientis & voluptatibus dediti, iudicis auctoritate eũ obruet populus & morietur, vt auferatis malũ de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat. Vade, & corripe

De peccatib⁹ in cõitate & iueteratis in malis.

Deut. 21.

eum

eum correctione charitatiua, cuius finis est fratris emendatio, non tamen curiose explorando vitā aliorū, cum ad te non pertineat, sed occurrentē tibi in via. Et vtere primo monitione fraterna, non elate sed dulciter obseruando, Pau. Fratres & si prœoccupatus fuerit frater tu⁹ in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, in spiritu lenitatis instruite huiusmodi, considerans teipsum, ne & tu tenteris, quia sermo durus excitat furorē, & mollis frangit irā. Et, Pietas ad oīa valet, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Et Pro. 26. qui corripit hominē, gratiā postea inueniet. Et plurimū est in huiusmodi attendenda regula Philosophi. Non solū ex parte corrigentis, quia non oēs apti sunt ad eam faciendam multis ex causis, quia in ea, magna discretione, & prudentia vtendum est, nec furioso dandus gladius, sed etiam qn̄ habet corrigere, & conueniens est corrigere ex parte tēporis quia omnia tēpus habēt. Qm̄ & Christus dixit discipulis eū aduertentibus ne iret in iudeam &c. Nonne. 12. horę sunt diei. Insuper respiciendum est & ipsum passum corrigendū: quia scd̄m Philosophū actus actiuorū sunt in patiente bene disposito, propterea dū quis est in fragranti ira vel crimine nō est aptus corrigi. Nec quilibet a quolibet recipit correctionem. Sed sicut in actionibus passum recipit influxū a sibi accommodato agente, ita & in correctione aliquæ personæ corrigendis sunt odiosæ, vel hoc ostensum est in fratribus Ioseph iuniore eis dum eos admoneret, &c quia oderāt eum, nec ei quicquā pacifice loq̄ poterant. Item plurimum aduertendum an corrigendi ex fragilitate peccent. Nā omnis agens agit propter finē consequendum, vbi ergo vides probabiliter ex correctione a fine frustrari, ab ea desistendum est. De huiusmodi vide summulam Gaet. qui in hac materia cęteris clarius dicit, si te audierit lucratus &c. & tibi magnum meritum accumulasti vt dixit. S. Iaco. si te non audierit totiens monentem, & tu adhibe &c. vt sic saltim cōfusus resipiscat. Aliter sit tibi sicut Æthni. &c ne morbida facta pecus &c. Nescitis, qa modicū fermentum totam massam corrumpit. Ideo vt leprosus fiat extra castra, & tradatur cum Pau. Corpus ad tēpus Sathanæ, vt spiritus saluus fiat. vide ad propositum de excommunicatione, quæ scripsi in prædica de participatione bonorum in Ecclesia. Et si adhuc rebellis fuerit vt Comes Auersanus, qui fecerat breue ad Christum in pectore, si tu me non vis, & ad Diabolū in fimbrijs, iste me rogabat. Tūc quicquid petieritis in nomine meo contra tales impetrabitis, secundum Augu. in 77. intellige trangressionem 10. præceptorum, quia vndecim septies facit. 77. vices, & 11. numerus cadit a 10. vel dicas idest 490. vicibus idest totiens quotiens illa die de facili non potest peccare, tamē addit Pet. quotiescunque peccator reuersus fuerit, &c. quia nolō mortem peccatoris, &c. Ei dic sicut ille in vitis patrū pater militi desperanti de Dei misericordia. Plus enim diligit Deus animam tuam, quam tu vestimenta tua quæ totiens lacerata nō proijcis a te, donec filum vt resartiatur possit capere. Vide si vis sermonem nostrum de pęnitentia, & de recidiuatione.

Margin notes: Gal. 5. — 1. Cor. 4. Regulæ obseruādę in correctionibus. — 1. Cor. 5. — Vbi supra.

¶ Ad propositum huius Euangelij Catholicon multa pulchra dicit litera corripio ex doctrina. S. Greg. in homelijs & pastoralis.

Digitized by Google

FERIAE QVARTAE DOMINICAE III. IN QVADRAGESIMA, SERMO VNICVS.

INVEHITVR IN IVDICANTES ALIORVM facta, sua minime considerando: dat modum spiritualis lotionis: monstrat etiam grauitatem peccati transgredientium mandata legis Dei & Ecclesiæ propter hominum leges: Deumque interiori deuotione magisquàm exteriori cultu delectari: agit & de honore parentum; & de his qui sine causa Deum colunt; deq; bona ac mala plantatione.

QVARE DISCIPVLI TVI TRANSGREDIVNtur traditiones seniorum non enim lauant manus cum panem manducant. Matth. 15.

Matth. 15. Matth. 6. DIXIT Christ. Ex abundantia cordis os loquitur. Quando aliquis doctor in verbo & opere est in se clarus, & alijs pôt dare admirabilem doctrinã, vt de ipso possit dici illud quod Ioan. 7. dicitur. Milites missi a principibus & pharisæis vt appræhenderent Iesum, dixerunt audientes eum loquentem, reuersi ad eos: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur. Nam ex eius admirabili doctrina sanctitati vitæ coniuncta, admirati distiterunt a sua praua intentione. Etenim plus solet mouere ad bene agendum hominem, vita quàm doctrina doctoris. Quando autem in doctore vtrunque inuenitur, non mouet ita magnes ferrum, aut esca piscem ad sui præsentiam, sicut talium doctrina ad virtuosa opera. Quoniam sicut Christus dicit. Non potest arbor bona malos fructus facere, qui ex sua bonitate pertranseuntes trahit ad se capiendos. Christus igitur Iesus noster, verus magister, qui primo cepit facere, & postea docere. Qui peccatum non fecit nec in ipso dolus inuentus est, quique de seipso dicit. Quis arguet me de peccato. Hoc mane ex sacro Euangelio, sua doctrina salubri sanctitati vitæ iuncta dat nobis admirandam doctrinam vitandi mala, & malos doctores & prosequendi, ac imitandi virtutes & virtuosos, ac claros vita, & doctrina viros.

Similia.

Act. 1.

¶ In hoc sacro Euãg. sunt inter alia 8. documẽta spũalia. Primũ est contra iudi-

Digitized by Google

iudicantes aliorum facta, & vitam, sua minus ponderantes. Secundo quia in sacra scriptura plurimum commendatur lotio corporalis, dat nobis modũ qualiter spiritualiter sit intelligenda 3. grauitas peccati propter traditiones homiuum Dei mandata transgredi. 4. Deus non delectatur solo exteriori cultu sine interiori deuotione. 5. de honore parentum. 6. Qui sunt qui sine causa colunt Deum. 7. de plantatione bona & mala. 8. cum secundũ Paul. Esca, & potus non est regnũ Dei, quo modo dicit Christus quod intrat per os non coinquinat hominem? Quoad primum documentum est contra iudicantes, & aggrauantes aliorum etiam leuia dicta, & facta & sua minime ponderantes. Nam hic Pharisei leuem immunditiam, & illotionem manuum in manducando supra modum aggrauabant. Quæ quamuis moralis, & ceremonialis erat, tamen non contra Deũ, & transgressiones mandatorum Dei non aggrauabant. Imo suas traditiones Dei præceptis videbantur ex hac aggrauatione præponere. Hoc idẽ ostẽditur. Vbi Christus Phariseo cũ quo comedebat non lotis manibus murmuranti dixit. Vos Pharisei quod de foris est calicis & catini mundatis, & nõ qđ intus. Quasi diceret, corpora mundatis, non animas. Stulti nonne Deus vtrunq; fecit? & addit. Date elemosinam, & ecce omnia munda erunt vobis. Practica bene hanc Christi auctoritatem contra omnes, & maxime seculares, qui sunt quandoq; a capite vsq; ad pedes immundi, & leuia dicta & facta clericorum, & similium, quæ bono & malo animo possunt fieri grauius iudicant, & male, ac praue ponderant, in sui magnam damnationem vt dicit S. Greg. Sed quærit deuotus auditor curiosius, quare homines sũt faciles aliorum acta iudicare, & propria grauia alleuiare. Ad hoc breuiter respondetur, hoc accidit pluribus ex causis. Primo ex vehementer inordinato amore sui. Nam secundum philosophos morales, amãs est in re amata, & ad ipsam dũ fertur concupiscibiliter fertur qa secundũ Arist. obiectũ intellectus est ab intra, & volũtatis ad extra. Nam res intellecta, & scita est in intellectu sed res volita est extra voluntatem. Hoc permaxime ostenditur esse in filocaptis, qui ad rem amatam quasi violenter sicut ferrum ad præsentiam magnetis feruntur, ꝙ merito quasi in rem extra amatam conuertantur, & fiant totaliter secundum cõmune prouerbiũ, alterius vel alter ego, vt non sint peramplius suus, propter vehementem attractionem qua a re concupita sicut ferrum a magnete trahuntur. Et hoc verificatur tam in virtuoso amore quàm vitioso. Nã virtuosus in virtutes quas diligit se transformat, & vitiosus in vitia quibus afficit mala concupiscentia. Aug. amor meus pondus meũ, eo feror quocũq; feror. Qui igitur seipsum inordinate amat, cuncta sua inordinate amata, plus in affectu proprio quam aliena etiam ordinata, & recta amat. Exẽplifica de huiusmodi in mercatoribus & similibus, qui suas mercãtias viles plus magnificant quam aliorum preciosiores, quia suis inordinate afficiũtur. Sic igitur contingit in homine seipsum & sua inordinate amantẽ, sua leuia & vilia plus appreciat quam magnas virtutes alienas, & aliorum leuia peccata præpõderat suis grauioribus, & breuiter concludendo. Palato non sano pęna est panis, q sano est suauis, & oculis ęgris odiosa est lux, quæ puris est amabilis.

Rom. 14.

Luc. 11.

Quare homines đ facili aliorũ acta iudicant.

Secunda causa est odiũ ad personã proximi. nam qui odit aliquem, omnia eius sub odio sibi repręsentantur. Hoc ostenditur in fratribus Ioseph, q oderant eum, ideo non poterant ei pacifice loqui. Et erant eis grauiora somnia ipsius, quam nequissima propria peccata, de quibus eos patri accusauerat. Et, Saul ex odio in Dauid concepto, nõ recordabatur eius beneficijs sed ad mortem eum persequatur laudi eius odiose inuidens, vt etiam proprium filium Ionathã Dauid excusantem

Gen. 37.
1. Reg. 17.

1.Reg. 10. tem lancea ad morté impeteret. Vide etiam Gen. 27. magnam persecutioné quã ex odio inferebat Esau fratri suo Iacob. & Exo. 1. oderunt filios Israel
Iudic.11. Ægyptij,& affligebãt eos. Vide etiam de Galaditis contra Ieptę.

Tertia causa est inuidia quæ se meliores vel equales fore nullo pacto patitur. Nam obiectum inuidiæ est dolor felicitatis vel boni alterius supra se. Cũ igitur quis videt alios sibi equales vel inferiores in virtutibus supra se extolli, cõmouetur inuidia in eos: & de festuca trabem facit. Nam semper virtutes inuidia prosequitur. Hi enĩ ocularia habẽt supra suum intellectũ inuidiæ, per quæ cuncta ab eis inspecta peruerse iudicantur, quia oculis ęgris odiosa est lux, quę puris est amabilis. Practica de huiusmodi est facile. Hoc ostensum est in Chaim contra Abel, quia concidit vultus eius ex eo, quia Deus eius sacrificium recte oblatum acceptauit, & suum male oblatũ
Gen.4. despexit. Et de Martę murmuratione, & Aarõ ex inuidia cõtra Moysen, vt propterea a Domino lepra percu-
Num. 12. teretur, habes. Et de Datan, & Abiron contra Moysen, & Aaron inuidia, vt terra eos absorberet cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum. Et descenderunt viui in infernum. Et Achitofel consiliarius Absalonis contra Dauid, se suspendit, quia consiliũ chusi Abfalon, & nõ suum prælegit.
2.Reg.17. Et, De Alchimi summi Sacerdotis in-
2.Mach. 4. uidia contra Nicanorem, & Iudã granis fuit in ruinam populi sui Hæbrei, vide cap. quia est pulchra historia. Et breuiter concludamus inuidia Diaboli mors intrauit in mundũ dicit scrip. Et Matth. 27. dicitur, Sciebat enim Pilatus ꝙ principes sacerdotum per inuidiam tradidissent Christum. Hęc.n. tam peruersa est, vt sit ruina regnorũ, ciuitatum & domorum, ac omnis bonę societatis.

Pro.31. Quarta causa est superbia. Vbi fuerit superbia, ibi erit, & contumelia, &
Pro.19. 14. in ore stulti iurgia superbiæ: Et inter superbos semper sunt iurgia. De his fuit Pharisęus iactator operũ suorum qui cæteros pęnitentes meliores se acceptos Deo, aspernabatur, sed publicanus humilis, iustificatus recessit. Insuper Heliæ se extimanti solum remansisse in Israel Deo fidelem, responsum est a Deo. Habeo. 7. milia virorũ, qui non curuauerunt genua sua corã 3.Reg.19.
Baal. Et S. Pau. acriter repræhendit Rom.11.
Iudæos, & gentiles obijcientes inuicem præteritam vitam sub lege ipsorum, dicens. Propter quod inexcusabilis es, o homo, omnis qui iudicas, siue sis Iudæus siue gentilis alterum scilicet coram Deo, qui solus est serutans corda & probans renes, quia & Salomon sapientissimus, dicit. Quartum Pro.30.
est, quod inuestigare nõ valeo, sed penitus ignoro, viam viri in adolescentia sua. Quoniam multi male incipiunt, & bene finiunt, & plures bene incipiunt, & male finiunt. Addit Pau. In quo enim alterũ iudicas, teipsum condemnas. Eadem enim agis qui iudicas. De hoc iudicio temerario, & leui Christus, dicit. Quid autem vides Matth.7.
festucam in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo. Frater sine eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo, hypocrita eijce primum trabem ab oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Exemplum horum habemus in vitis patrum de quodam seniore, qui portabat saccum plenum arena in dorso idest peccata sua non videbat, & festucam ante se idest ostendebat prauitatem illorum, qui leuia proximi peccata inspiciunt, & aggrauant, & sua minime ponderant aggrauantia. Et alter senex quæsitus circa iudicium actuũ aliorum, an sint iudicanda in malum, respondit, dicas. Nunquid ego eius sũ iudex? Ipse hodie cecidit, & ego cras cadam nisi me Dominus custodierit, opera quidem infirma tibi nota sunt, & ea perscrutaris, fortia autem proximi, & vtilia nescis. Et dicas ego iam mortuus sum in peccatis, sufficiunt mihi peccata mea. Et sanctus Franciscus

Digitized by Google

eifcûs reputabat se maiorem peccatorem quã sit in toto mundo: Quia gratias recipio a Deo, quas si alius recepisset humilior me foret,& maius bonum faceret. Et quilibet qui magnas gratias super alios a Deo recepit,& recepit siue in temporalibus siue in spiritualibus,grandiorem habet reddere rationem fructuum perceptorum, & villicationis suæ, quam qui pauciora recepit, quia & pauciores fructus ab eo exigentur, & propterea hic lætius vitam pertransit. In signum huius dictum est a Christo Pharisæis, & regibus agricolis vineæ ingratis. Auferetur a vobis regnum &c. Præterea, & sancti viri quanto fuerunt sanctiores tanto humiliores,& in maiori timore vitam pertranseuntes. Dicit enim S. Greg. de seipso. Nemini sicut mihi in gemiscendum extimo,quia præ omnibus me peccasse perpendo. Et Carpentarius Alexandrinus propter hãc humilitatem beato Antonio fuit in meritis comparatus. vide in discipulo titulo humilitas, &c. Et habemus admirabilem humilitatẽ in beata Virgine, vt habes in suo cantico Magnificat. Nullus ergo sit curiosus inspector vitæ aliorum,sed ex his quæ sunt tui,recognosce quæ sunt proximi, ne incidas in damnationem, & laqueum Diaboli, sicut accidit Amasię elato ex victoria contra Edom, vt postea regem Israel ad prælium prouocaret, & corruit cum populo suo. Sed vt dicitur
4.Reg.14.
Eccle. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, oĩa supradicta in practicam deduce.

Qũo sit facienda lotio spũalis

¶ Secundum documentũ est de lotione spirituali quæ a christicolis est agenda, quoniam corporalis licet sit cerimonialis,tamen nihil ad spiritum confert. Quoniam apud Deũ nõ turpitudo & fetor corporeus contemnitur,aut horretur, sed fetor,& turpitudo animę vt dixit Angelus cuidã in vitis patrũ.Nonne Pau. dicit.Igno
1.Cor. 1.
bilia mundi & contemptabilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur oĩs caro in conspectu eius.Et.4. tanquam purgamenta huius mundi sumus omnium peripsima vsq; adhuc, vide totum cap. & practice te extende ad omnium hominum miserias tam naturæ quã fortunæ, quoniã patientia sua vt S. Iob, & Lazarus magis Deo placent habentes in Deum suum totum affectum extimando omnia mundana vt stercora. Qui enim habet affectũ suũ abstractum a terrenis,& vitia,& concupiscẽtias suas crucifixerũt in Christo Iesu, hi perfecte læti sunt coram Deo, quia de his dicitur in Canticis, tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et hic extende te ad omnia menbra hominis spiritualiter lauanda ab obiectis inordinatis. Et admiratiue dic. Magna est hominum dementia. Mundant quæ sunt corporis & ad corporalia ordinata vt vasa, &c. & non mundant oculos a prauitate aspectus,aures ab auditu detractionũ linguam a prauis colloquijs,manus a sanguine,& rapinis, pedes a velocitate in malum, bursam a retentione bonorum proximi, vasa ab immunditijs & non animam, sed omnia hæc spiritualiter faciunt computrescere vt iumenta in stercoribus suis, vt dicit Propheta. Cõputruerunt iumenta in stercoribus suis.Et faciũt vt Pro. 30. cap. mulier adultera, quę comedit,& tergens os suum dicit. Non sum operatã idest quid feci. Laua ergo non vt Turchi,& hic Pharisæi, sed vt dicit Hier. 4. a malitia cor tuum Hierusalem, vt salua has, vsquequò morabũtur in te cogitationes noxiæ?Et Isa.Postquam Isai. 1.
dixit manus vestræ plenę sunt sanguine addit.Lauamini ergo,mundi estote,auferte malas cogitationes ab oculis meis, quiescite peruerse agere, discite bene facere, & Et hanc lotionem sacra scriptura in suis lotionibus corporalib⁹ figuratiue nobis denotabat. Hic possis addere de multis sanctis vt Lazaro & alijs,q ex sterquilinijs corporeis delati sunt in sinu Abrahæ ad requiem, vbi sicut aquilę immutabitur senectus nostra, cum induet hoc

corpus corruptibile incorruptibilitatem, agilitaté, subtilitaté, & claritaté.

Grauitas transgressionis mãdatorum Dei ꝓpter hominum mandata.

¶ Tertium documentum est quam graue peccatum sit derelinquere legé Dei propter traditiones hominum, & non dicere cum Susanna, melius est nobis incidere in manus hominũ q̃ in manus Dei. Et cũ Eleazaro Sene. Qui ne sit malum exemplũ iunioribus, & ne transgrediatur legem Dñi, noluit nec ficte carnes in lege prohibitas comedere, & cũ tribus pueris apud Danielé in fornacem positis pro custodiéda lege Dei. Quoniã & Christ⁹ his dicit nolite terreri ab his qui occidunt corpus, & postea non habent potestaté q̃d faciant, sed timete eũ qui postquam occiderit habet mittendi in gehennam ignis potestaté. Et contra subditos tales dicitur. Filius honorat Patrem, & seru⁹ Dñm, sic ergo pater ego sum: vbi est timor meus? Et vos inhonorastis me & mihi nõ obedistis, quia ego locutus sum de mane loquens vobis per seruos tuos prophetas. Et, Maledicit his qui confidunt in hõie, & a Dño recedit cor eorum vide ibi. Et Oseæ. 13. vbi est rex tu⁹, maxime nũc saluet te i omnibus urbibus tuis, & iudices tui de quibus dixisti, da mihi regem & principem. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Colligata est iniq̃tas Effraim, qui interpretatur crescens vel augmétum, absconditũ eius peccatũ, dolores parturientis veniét ei. Hæc ibi. Tu autem dic. Credis o popule crescere in crassitudine ꝓpter colligationes tuas cum principibus contra Dei, & Ecclesiæ mandata, deciperis, quia te faciabit Dñs absinthio, & dolores parturientis venient super te, sicut accidit Dauid & populo suo. Et alijs regibus in libris regũ q̃m propter hoc fuerunt deleti cum populo suo vsque ad mingétem ad parietem, & lege quid Sap. 6. c. dicit contra reges, & similes iudices ministros Dei, qui non secundum legem Dei, sed secundum propriam voluntatem iudicant. Insuper vide Exo. 42. in fine, quid Deus cõtra transgressores rectorum, & populi minatur, quia licet orationibus Moysi factum est ne puniantur tunc pro scelere adorationis vituli, tamen addit Dominus, ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorũ. Hæc ibi. Practica super hæc.

Mala. 3.

2. Reg. vlt.

De honore parentũ

¶ Quartum documentum est de honore parentum. A quibus tria permaxima bona habemus, quæ excedunt omne bonum, quod filij parentibus possent cõferre, ideo merito super honorandi sunt. Primo habemus a paréntibus esse quod habemus, quod excedit omnia bona reciproca filiorum in parentes. Iob pellem pro pelle, & omnia dabit homo pro anima sua. Secundo habemus ab eis bene esse, sine quo esse donatum non posset conseruari. Et hoc est nutrimentum maternum, & paternum infantia, & pueritia, vltra matris nutrimentũ in ventre. Tertio habemus & bene esse intellectuale, vt documentum & eruditionem, sine qua homo secundum Philosophos bestijs assimilatur. Enarra practice secundum conditionem personarum in erudiendo per scientias, & artes, &c. & quod super omnia maximum beneficium parentum est, quia in vita, & fide christiana insigniti signaculo sãctæ Trinitatis erudimur. Quid ergo his filij ꝑ equalitaté, & ꝓportioné parentibus possint retribuere? Debét igit̃ eis vices reddere nõ quantũ deberét, sed quantũ possunt sc̃d̃m ꝓportionalitaté vt in nullo in eos deficiãt siue in honorãdo siue in sustétãdo in sibi necessarijs, siue in supportando eos, si sensu defecerint, vel aliquo actu in eos, vt dicit Salomon. Et si docet scriptura coram cano capite esse surgendum, quanto magis coram parentibus. Ideo Deus omnipotens vt ostendat quãto sibi placeat honor filiorum in parentes dicit. Honora Patré tuum, & matrem tuam vt sis longeuus super terram. Et qui inhonorauerit eos morte morietur, non solũ intellige corporali sed etiã sp̃uali, est. n. iusto iudicio quędã parétũ maledictio, vt nepotibus ꝓpter

Genes. 9. pter filiorum suorum peccata maledicent, sicut Genes. dicitur, quia Noe maledicens filium suum Cham dixit. Maledictus Chanaam filius Chaim, seruus seruorum erit fratrum suorum Ecclesiast. 8. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris, memento, quoniam nisi per eos non fuisses. Et vide ibidem 3. capitul. per totum, ibi multa dicit bona prouenientia ex honore, & benedictione parentum, & mala multa ex inhonoratione, & maledictione eorum. Dicas hic exemplũ de maledictione materna contra septem filios, & tres filias eius in historia S. Stephani Prothomartyris. Itẽ accidit Mellete in diocesi Ragusina. mater filium valde eã inhonorantẽ maledixit, quòd nec terra nec mare mortuum valeat retinere. Et ita euenit, mortui extra sepulchrum crastina die inuentum est corpus, & deinde in mari distans proiectum, statimque concitata est tempestas maris, & corpus eius ad litus sub saxo proiecit, vbi adhuc Dei virtute murata cum creta capitis eius ossa cõfirmata cernuntur, quæ ego inspexi, nec vlla violẽtia vndarum inde possunt deleri, cum assidue vndę ex aperto mari illa percutiunt. Ecclesiast. Suscipe ergo fili senectutẽ patris tui, & non contristes eum in omni vita tua. Si defecerit sensu veniam da, & non spernas eum in tua virtute. Practica hanc auctoritatem, Et dic exemplum.
Ecclef. 6.
Gen. 46. Genes. Quomodo Ioseph tempore famis patrem suum & fratres cum omni honore & humanitate excepit. Et de obedientia, quam filij parentibus debent, vltra præcepta Dei, Christus omnibus exemplum est, qui vt dicit Sanctus Lucas erat parentibus obediens. Imo dicit magister historiæ, quòd ex fonte deferebat matri suæ aquam. vide etiam pro complemento huius partis de honore parentum sermones discipuli de eadem materia Dominica infra octau. Epiphan. in duobus sermonibus. Et enarra quid accidit Absaloni, qui patrem inhono-
2. Reg. 18.

rauit, & impetijt, quia mala morte finiuit. Quintum documentum est Exteriorem cultũ sine interiori odit dominus, secundùm quod dominus, per prophetam dicit. Populus meus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Nam in homine nobilius est cor cæteris membris ita nobilior est cordialis affectus, quàm cerimonialis, & cultus solus exterior. Qui enim solũ veneratur Deum cultu exteriori & ceremoniali labiorum, vel membrorum, & corde ac affectu est cum carne mundo & diabolo, hic Deo offert cum Chaim corrosa & diabolo pinguia. Ideo merito talium sacrificium est abominabile corã Deo, quia dicitur. Prebe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant. Et ratio horum est, quia Deus sine lingua, vt martyres elingues Deum laudantes, potest honorari, sed non absque corde. Sine oculis vt Thobias, & non absque cordiali affectu. Sine membris, vt sancti septem Machabęi, & Sanctus Iacobus Intercisus, vt habes in voragine, sed non sine deuotione cordis. Ideo omni custodia serua cor tuum, ab ipso enim vita procedit. De hoc vide Miche. Vbi populus ab eo, quærebat quibus victimis ira Dei sit placanda. Nunquid genuflexionibus? nunquid sacrificijs, &c. Et respondit propheta. Deus placatur, facere iuditium, diligere misericordiam, & solicite ambulare cũ Deo tuo, idest solicite quærere Dei honorem & nõ superstitiose. Et bene, quia obiectum placationis diuinæ nõ sunt exteriores cultus & cætera, sed cor sincerum & deuotum cum Deo. Non tẽplorum ædificatio exterior, sed interior, quia anima nostra in interiori affectu est templũ Dei. Vnde Hiere. 6. Vt quid mihi thus de Sabba affertis, & calamum suaue olentẽ de terra longinqua. Holocausta vestra non sunt accepta, & victimæ vestrę non placuerunt mihi. Et concludendo dicamus. Si dispersus & vagus, mente teipsum non intelligis, quomodo Deus te intelliget?

Interiorẽ cultum requirit Deus.
Proue. 28.
Prouer. 4.
Mich. 6.

Digitized by Google

telliget? Ideò benè Christus dixit. Vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum. Hic possis practicare per sacrificium prophetarum Baal, & sacrificium Heliæ, vt habes in expositione nostra supra talem historiam, sermonem 32. libr. 2. vbi agitur de sacrificio proborum & prauorum. Sextum documentum est super id, sine causa me colunt, quia sunt tales sicut ficus fulla folijs sine fructu, quam maledixit Dominus & aruit. Et hic in Euangelio habes, quæ mala ex corde exeunt dic practice. Vide etiam Euangelium epulonis, vbi habetur quomodo esca coinquinat hominem. Et hi hypocritæ mali Christiani sicut erant pharisæi eradicabuntur duplici contritione, quia non sunt plantulę domini in Ecclesia eius, sed diaboli, cuius voluntatem perficiunt. Et practica hic ad omnes status & artes qui eradicabuntur à Dei gratia, quando vel combinantur vel agunt praua, & in malum proximi, aut ruinæ boni communis. Vide Prouerb. 4. & 28.

FERIAE QVINTAE III. DOMINICAE IN QVADRAGESIMA,

SERMO VNICVS.

DIGREDITVR CIRCA GRAVItatem peccatorum spiritualium, & corporalium, & misericordiam Dei sanantis animarum languores: Hortatur & peccatores ad inuocandos sanctos, vt sanentur, & sanati vt exeant ad bonorum operum exercitia.

SVRGENS IESVS DE SINAGOGA INTRAuit in domum Simonis. Lucæ 4.

Luc. 4. MAgna est dilectio Dei super peccatores, qui dixit. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pęnitentiam. Et medico nō est opus bene valentibus, sed male habentibus. Matth. 9. Et contra murmurantes, quia cū peccatoribus manducat, respondit. Euntes discite quid est, misericordiam volo, & non sacrificium. Et Psal. Misericordia eius super omnia opera eius. Et hāc misericordiam figuratiue hoc mane ostendit in sanando socrum Simonis à febre, denotando spiritualiter, quòd venit in hunc mundum homines peccatores sanare ab omni æstu peccatorum, quia secundùm doctores quos Christus in corpore sanauit, etiam in mente sanos fecit per fidem & deuotionem.

¶ Hoc mane expositurí sumus sacrum Euangelium secundùm sensum moralem, quia continet multa documenta spiritualia, scilicet grauitatem peccatorum, tam spiritualium, quàm corporalium, & Christi misericordiā qui venit sanare omnes languores, & infir- Per totū de vexatione spirituali 7. mortalium peccatorum. Mar. 7.

Digitized by Google

infirmitates nostras, quia bene omnia fecit. Vbi sciendum quòd Iesus in Capharnau sanauerat demoniacum, vbi mirabantur de eius doctrina, quia in potestate eius erat sermo illius. Et ibi in Synagoga erat homo habens demonium immundum. Et exclamauit voce magna, sine, quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos. &c.

Luc. 4. Et tunc Christus præcepit, vt exiret ab eo, & exiuit nihil nocens ei. Et surgens inde sanauit socrum Simonis, vt hic Euangelium dicit. Et in his duobus sanatis intelliguntur omnia septē mortalia peccata. In demoniaco specialiter tria spiritualia, quibus demō afficitur. Vt superbia, inuidia, & odiū. Nam de superbia eius dicit Isa. de Nabuchodo. in figura Luciferi. ero similis altissimo. De inuidia eius dicit.

Isai. 14. Sap. 2. Quoniam Deus creauit hominem interminabilem, & ad imaginem similitudinis suę fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius Et Sanctus Bernardus dicit. Vidit & inuidit, & cæt. De odio eius. Psal. Dixit insipiens in corde suo non est Deus, idest demon, Ioan. 8. ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendatium ex proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius. Et Deum habet odio, vt punitorem eius versutiam. Sapien. 14. Similiter sunt Deo odio impius & impietas eius. Etenim quod factum est, cum illo qui fecit, tormenta patietur. Et hos demoniacos Christus sanauit expellens ab eis, hæc diabolica vitia. sanauit inquam eijciens ab his hæc vitia, quia venit in hunc mundum facere praua in directa, & aspera in vias planas, dū docuit suos sequaces spernere diabolicam superbiam per sequelam humilitatis dicens. Nisi efficiamini sicut paruuli, &c. Et qui se humiliat exaltabitur, &c. Dum docuit con-

Matth. 5. tra odium. Diligere Deum super omnia, & proximum sicut se ipsum, tam amicum quàm inimicum. Docuit contra inuidiam pacem, & concordiam.

In discipulis discrepantibus, quis eorum maior esset, quibus dixit. filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & qui maior est inter vos, id est dignitate, vel potestate, sit minister vester, idest charitate seruiente. Matth. 20.

O quam graue vexantur, & æstuant miseri peccatores his vitijs, quoniam ita sunt periculosa, vt etiam à sensatis viris quandoque non percipiūtur dum eis inficiuntur. Sunt enim quasi febris Succutanea extra apparens frigida, tanquam non extuaretur ea infirmus. Quanto occultior tanto insanabilior. Nam de superbia dicit August. bonis operibus insidiatur vt pereant. Et tales dicit Chrysost. quandoque Deus permittit cadere in aliquod mortale peccatum corporale, vt confusi recognoscant suam occultam superbiam, quæ diuersis fictionibus, & odoribus occultis, & sub paleatis subrepit in bonis operibus. De odij malignitate & periculo ostēditur hoc idem. Quia multi ex occulto rancore in personas dicunt, se non odire suum malefactorem, imo velle sibi bonum, & tamen dum oportunum tempus eis occurrit posse nocere, non cauent à nocumento. Et dum inimici eorum ex tollūtur, sub specie boni colorati eos deprimere conantur. Est, qui se nequiter humiliat, interiora autem eis plena sunt dolo. Et est iustus qui se nimium submittit à multa humilitate. Et iustus qui inclinat faciem suam, & fingit se non videre, quod ignoratum est. Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tempus male faciendi male facit. hæc ibi. Quā grauis sit inuidia, & quàm periculose occulte subrepit sub spe boni & pietatis ostenditur in principibus & phariseis facientibus supra mortē Christi consilium pro salute totius populi, & vt dicit Euangelista. Sciebat enim Pilatus, quòd per inuidiam tradidissent eum. Et merito hæc spiritualia peccata febri occultę comparantur, quæ indigent magna discretione in inten- Eccles. 19. Ioan. 10.

tione

tione discernendi. In signum huius quandoque demonia in vexatis occultantur, vt per prolixas exorcizationes non possint discerni aut cognosci. Sed peccata corporalia, vt luxuria, gula, auaricia, ocium, sunt ita patentia mala, vt nullatenus possint occultari, quin ad extra ebulliant. Et hæc peccata notantur per febrem patentem huius mulieris, quæ grauiter æstuabat. Nam quid fortius vrit hominem, quàm æstus luxuriæ, vt patet in filocaptis amore carnali. Quid grauius incendit, quàm auaritia, quę tantum crescit, quantũ ipsa pecunia crescit? & cum omnia vitia cum homine senescant, sola auaritia iuuenescit. De gulosis & ebriosis dicit. Psalm. Sepulchrum patens est guttur eorum. De ociolorum autem vita quid fętidius? vt merito aquæ non motæ assimilantur, quæ pestiferum aerem generat. Nam ociosus semper æstuat prauis & inordinatis desiderijs. Et merito hęc corporalia peccata febri assimilantur, quia secundùm medicos febris est calor extraneus, idest super abundans, & non naturalis homini, accensus circa cor, & generat sitim, & causatur ex inordinatione, & multiplicatione humorum, ita peccator æstuans his peccatis, habet magnam sitim & concupiscẽtiam mundanorum & carnalium desideriorum. Quia dicitur Prouerb. Tria sunt insaturabilia, & quantum quod nunquam dicit sufficit. Infernus, os vuluæ, & terra, quæ non satiatur aqua. Ignis vero nunquam dicit sufficit. Terra enim est ociosus grauis in motu. Ignis est auarus, vulua mulieris luxuriosus. Infernus gulosi, crapulosi, & ebriosi, parati semper ad epulas & ebrietates, sicut infernus ad recipiendum putridas animas prauorum similium epuloni. Psalm. Sepulchrum patens est guttur eorum. Isti enim omnes sunt febricitantes die noctuque æstu praui desiderij agitati. De quibus Ecclesiast. Omnia quę desiderauerunt oculi mei, nó negaui eis, nec prohibui cor meũ quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ præparaueram. Et multa in eodem libro prosequuntur in persona stultorum. Et horum peccatorum causa. Sunt inordinati humores. Quia oculos leuant ad immunditiam, Aures ad colloquia praua, linguam ad lubricitatem, sine clausura, gustum ad vinum splendentem in vitro. Tactum ad lasciuos gestus & acta. Et sic necessario concupiscentia distemperantur praua, quæ totum hominem facit vri, sicut accidit Dauid in aspectu Bersabeæ. & sicut patuit in dormitione Sansonis supra genua mulieris, & sicut accidit Dinę filię Iacob ex curiositate, & sicut accidit populo Hebręorum recordanti de cœpis & ollis carnium Ægypti, vt nauseam haberent super manna, & sicut accidit de illis de quibus scriptura prolixius, Ecclesiast. 28. per totum vide, quia plures occidit quam gladius, quoniam odit Deus linguam mendacem, & loquentem falsum testimonium contra proximum. Psal. Linguis suis dolose agebant, & de illis qui inter fratres ponunt discordiã, quos detestatur Deus. Et iurgia quærit malus, Angelus autem crudelis mittetur contra eũ. Isti igitur sic inordinati ęstuant febre grauissima, quia peccator nunquam saciatur in desiderijs suis inordinatis, in quibus est habituatus. Et breuiter quia particularia magis mouent homines, descendamus magis in particulari ad æstum horum peccatorum corporalium. Et primo de auaritia quæ quos æstus suffert febris ignitæ scriptura declarat, Ecclesiast. 4. considerans reperi, & aliam vanitatẽ sub sole. Vnus est, & secundùm non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec saciantur oculi eius diuitijs, nec recogitat dicens. cui laboro, & fraudo animam meam bonis, in hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima. Ideo Iesus Christus dixit. facilius est camelum per foramẽ acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum, idest, difficillimum

Prouer. 3. Ecclef. 2. Num. 11. Prou. 36. Prouer. 6

mum est, sed, quod est difficile apud
Luc.18. homines, possibile est apud Deum. Et possibilitas hæc ostēsa est in Zacheo, ad domum cuius postquam ingressus est Christus, ita est commotus & solutus à febre auaritiæ, vt Christo diceret. Ecce dimidium bonorū do pauperibus, & si quem defraudaui, reddo quadruplum. Et idem de Matthęo Telonearío, qui ad vnam vocem, secutus est Christum, omnibus negotijs suis seculi relictis. De cuius æstu di-
Luc.12. cit Christus. Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusq; vita est eius, ex his quæ possidet. Et vide ibi pulchram similitudinem quam ponit de diuite cuius ager vberes fructus attulit. & cæt. cui Deus dixit. Stulte ac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem parasti, cuius erunt. Sic est omnis qui sibi thesaurizat, & nō est diues in Deum. Vnde miseri quandoq; nec recte confitentur, nec satisfaciunt male acquisitis, sed in nummo credunt & sperāt, noctes diesque inquietos, & insomnes ducunt, & assiduas phantasias, vt parturientes patiuntur, & ad talem dementiam veniunt, vt quandoque ex
Eccles. 10. infortunio suspendantur. Auaro nihil est scelestius. De luxuriosorum febre quid dicam? experientia docet estum ipsorum in Filocaptis. Exemplū
Iud.16. habemus in fortissimo Sansone. In de-
2.Reg. 12. uotissimo Dauid, & in sapientissimo Salomone, qui ad talem dementiā de-
3.Reg. 11. uenit, vt adoraret idola. Nec non & in prauis iudicibus cōtra Susannam.
Dan. 13. Horum vide historias. Dicit enim sanctus Hieronymus de quodam qui adamabat concubinam monoculam, nec tamen credebat ipsam esse monoculam, cum tamē haberet perpulchram vxorem. De his omnibus dicit Greg. in moralibus. Ex quo luxuria mētem alicuius occupauit, vix eum bona desideria cogitare permittit. Sunt eius viscosa desideria, quia ex suggestione oritur cogitatio, ex cogitatione affectio ex affectione delectatio, ex delectatione consensus, ex consensu operatio, ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio, ex desperatione peccati defensio, ex defensione glorificatio, ex glorificatione damnatio. hæc ille. Et Seneca. Nil tam mortiferum ingenijs quàm luxuria. Siquidem rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam eneruat, obliuionem immittit, errorem infundit, ignorantiam inducit, & hominem quasi bestiam facit. Et super hæc habes latum cāpum practicandi. Similiter ira quā grauis sit effectus eius ostendit. Gra- Prou.19.
uē est saxum & onerosa arena, sed ira stulti vtroque grauior. Et ira non habet misericordiam, nec erumpens furor. Et impetū concitati spiritus ferre quis poterit. Practice descende ad omnem conditionem hominum. De regibus & principibus. Sicut fremi- Ibidem.
tus leonis, ita ira regis, & indignatio regis nuntij mortis. Hoc ostenditur in Theodosio Imperatore, vt legitur in historia sancti Ambrosij, qui ex ira fecit occidere plura milia Innocentiū hominū. Et in Achab, & Iezabel vxo- 3.Reg. 21.
re eius, qui ex ira iniuste fecerunt lapidare Naboth Iezraelitam. Et in rege Ioas reprehenso per Zachariam, vt etiam Christus testatur, de sua idolatria. qui ex ira fecit eum lapidare à populo inter vestibulum & altare. &c.
Quę etiam ira quàm periculosa sit in 2.Para.24
iudicibus, qui debent esse transparentes, vt mare tranquillum in suis iudicijs, & per iram exagitati, sunt obscuriores omni fęce, vt commotionis tempore omne iniustum putent esse rectum, & dicunt bonum malum & malum bonum, & dulce in amarum & amarum in dulce conuertunt, quia habent intus phantasma existens turbatum, quod ad extra prohibet visionem & cognitionem secundùm philosophum. Et de omni homine iroso di- Prou. 15.
citur. Vir iracundus prouocat rixas, & qui patiens est mitigat suscitatas. Et Iaco.1. Sit omnis homo tardus ad iram Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Practica de malo irę, & de effectibus eius. De ira autem mulierum.

Digitized by Google

rum. Vide Prouerbio. 19. 21. 25. & 27. & Ecclesiastic. 25. & 26. Gulosi autem & crapulis ac ebrietatibus dediti per psalmistã assimilantur sepulchris fœtidis. Quia communiter tales non solum sunt fętidi coram Deo in anima, sed etiam in corpore, vt exalent sicut fœtida cloaca. Psal. Sepulchrum patens est guttur eorum, Isai. 5. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatẽ sectandam, & potãdum vsque ad vesperam vt vino æstuetis. Cythara, & lyra, & tybia, & tympanum & vinum in conuiuijs vestris, & opus domini non respicitis nec opera manuum eius consideratis. Propterea captiuus populus meus ductus est, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino, & descenderũt fortes eius & populus eius & sublimes, gloriosique eius ad eum. Et incuruabitur homo & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur. Et de effectibus fœtidissimis talium, cum esca & ebrietas superflua sint nutrimentum luxuriæ dicit Ezechiel. 16. Hoc fuit peccatum sororis tuę Sodomę, ocium & saturitas panis. De hoc vitio eiusque prauis effectibus habes latum campũ practicandi, quia ex ipso omnia vitia proueniunt, vt ostensum est in epulone, & assidue in similibus ostenditur. Qui in sanguine comeditis leuastis oculos vestros ad immunditias, & vnusquisq; vxorem proximi sui polluit. Quia tales nec proprio sanguini parcunt, sed vt dicit propheta Osea. sanguis sanguinẽ tetigit. Ex hoc enim vitio otiositas prouenit, quæ sicut aqua immota, est causa omnis pestiferę infectionis. Nam ociosus semper est in prauis desiderijs, cum virtuosis actibus non occupetur. Nunquã enim homo vigilans mentialiter ociare potest quin aliquid cogitet, quia sicut in natura corporea non est vacuum, ita nec anima in suo intellectu tolleret vacuitatem, & dum ociat semper

Ezech. 33.

sensus humani cordis, vt dicitur ab adolescentia in malum tendunt. Vnde dicit magister in 4. sentent. dist. prima quòd inter alias causas institutionis sacramentorum est, vt ociositas & occupatio noxia vitet, & homo Christianus in sacramentorum studio occupetur, quando quidquam non habet agere. Quia cum homo ociosus esse non possit, quia factus est vt in labore manuũ vescatur pane, & non solum hoc intelligitur de pane materiali, sed etiam de spirituali, quoniam non in solo pane viuit homo, sed ex omni verbo, quod ꝓcedit de ore Dei, proponitur ei vtilis & salubris exercitatio in sacramentis, qua vanam & noxiam declinet occupationem. Non enim facile capitur, qui bono vacat exercitio. Vnde Hieronymus monet, semper aliquid operis facito, vt te occupatum diabolus inueniat. Propterea dicit Sanctus August. ad Heremitas. Dum Sanson bellabat contra Philisteos, non erat captus à muliere, sed postquam ociauit. Dauid quo ad in prelijs exercebatur, castè viuebat, sed postquam in domo ociauit, commisit adulterium & homicidium. Et Salomon dum in templi ædificatione occupabatur, non erat effrenatus in lasciuijs, sed postquam ociauit, & ab opere cessauit, in senectute mentis captus amore mulierum adorauit idola. Et Saul cum suis custodibus dormienti, Dauid abstulit cyphum qui erat ad caput eius, in signũ quòd potuerit eum interficere. Et Iudicum 4. cap. Sisaram occidit Iael mulier dormientem. Hæc facile est figurare. Et hæc quanto mala est in viris, deterior est in mulieribus, quæ ratione suæ cõditionis sunt procliuiores ad malum, nisi eas verecundia retraheret. Vnde & in sacra scriptura vbi supra per sororem Sodomam describitur iniquitas Iuda, quia fuit ex ocio & saturitate panis. Et dicit magister histo. Gen. Super id omnis caro corruperat viam suam. Tũc mulieres in uesaniam versę, exardescentes in cõcupiscentia supergre-

Gene. 8.

1. Reg. 26.

Gene. 9.

Digitized by Google

Rom. 1. pergrediebant abutẽdo viris. Et Paulus. Fęminę eorum immutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturam. Accedamus nunc ad moralem figuram Euangelij. Mulier hæc febre decumbens ad quam venit Iesus, significare potest aduentũ Christi propter febrem æstuantem hominum in peccatis, quibus totum genus humanũ lætaliter decumbebat, quia & Paulus dicit fidelis sermo, & omni acceptione dignus. Christus Iesus venit peccatores saluos facere. Et Aug. quando magnus infirmus iacebat in mundo, venit magnus medicus de cœlo in terra. Et non solum semel venit per incarnationem pro salute humani generis, sed etiã quotidie venit varijs modis vocando peccatores ad se, & porrigendo eis manus, vt surgant à peccatis, vt dicit Sanctus Paulus. Exurge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Et Cant. 6. Reuertere reuertere Sunnamitis. Reuertere reuertere, vt intueamur te. Sunnamitis interpretatur misera, vel captiua & mortificata, quia miser peccator decũbens in lecto mortalis peccati, est miser, quia priuatus gratia Dei. Captiuus quia qui facit peccatum seruus est peccati & diaboli, cuius est filius vt Christus dicit. Vos ex patre diabolo estis. Est mortificatus, quia omnia bona per peccatum mortale mortificantur. Sed dominus pius talib⁹ porriget manus vocationis suę ad eos, vt reuertantur per contritionem, per confessionem per satisfactionem, & per bonum propositum in futurum ad se intuendum per gratiam. Extende te ad practicam. Reuertere superbe per humilitatẽ. Odiose per dilectionem proximi. inuide per complacentiam in bono proximi. Luxuriose per ieiunia & abstinentiã, ociose per sanctas occupationes, auare per eleemosynarum largitionem & cæter. Et non sine mysterio est, quia rogauerunt ipsum pro ea. Quoniam scimus
Io. 9. quia Deus peccatores non exaudit.
Iob 5. Ideo consilio sancti Iob est vtendum. Voca si quis est, qui tibi respondeat, & conuertere ad aliquem sanctorum. Multum enim iusti valet deprecatio, vt dicit sanctus Iacobus. Et hoc exempla riter ostensum est in oratione Danielis pro Nabuchodonosor alienato à sensu propter sua peccata, vt septẽ anni sint sibi conuersi in septem menses, vt dicit magister in historia super Danielem. Sic & Sancti Andreæ orationes Nicolaum senem saluarunt. Et stans super ipsã imperauit febri, quia Apocal. 3. dicitur. Ego sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meã, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Imperauit febri & dimisit eam, quia Christus dicit sine me nihil potest is facere. Maxime secundùm doctores, post peccatum sine gratia Dei nõ potest homo resurgere ab eo per reconciliationem cum Deo, & remissionem reatus æterni. Ideo Psal. Domine non me derelinquas vsquequaque. Et nisi Dominus adiuuisset me, paulo minus in inferno habitasset anima mea. Practica ò quam bene est sibi super quem Deus stat misericordia sua & cæte. Et per oppositum quam male sit à quo sua gratia recedit. Eccles.
Considera opera Dei, quem ille despexit, nemo corrigere potest. Et continuo surgens sanata ministrabat ei, in quo notatur ꝙ Spiritus sancti gratia nescit molimina tarditatis, quia Psalm. Tempus faciendi domine dissipauerunt legem tuam; Practica de tarditate & velocitate surgendi vocatus à domino & cætera. Hic possis applicare nostrum sermonem in secundo libro de vocatione super historiam vocationis Samuelis à Domino. Item & sermonem, ꝙ filius Dei venit in hunc mundum ad saluandum genus humanũ ægrotũ peccato originali & actuali in primo libro. De hoc Paul. Deponentes eos secundùm pristinam conuersationem hominem qui corrumpitur secundùm desideria erroris, renouamini spiritu mẽtis vestrę, & induite nouũ hominẽ, qui secundùm Deum crea- Eccles. 7. Ephes. 4.

creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Vide reliquum capituli, quia ponit perpulchram exhortationem. Surgens incipe ministrare Deo per reuerentiam, & honorem & gratiarum actiones, & proximo per dilectionem & opera charitatis, & reddendo quæ sũt Dei Deo, & quæ sunt Cæsaris Cęsari, imitando Mariam in contemplatione bonitatis diuinæ, & Martam in proximali seruitio per opera pietatis, sic practice in ministrando sint oculi tui ad Dominum vt corde & ore laudes eum, sint aures intentę ad prędicas &c. Et claudantur in detractionibus, lingua abstineat à prauis colloquijs quæ corrumpunt bonos mores, manus à rapinis & offensionibus proximi. Pedes à velocitate ad malum. Et cõuerte pedes tuos in testimonia Dei. Et hæc non sine mysterio sanatur in domo Simonis qui interpretatur obediens, quoniam nunquam mundaberis ab ęstu & lepra peccati, nisi paratus sis affectu & effectu conuertere pedes tuos in obedientia mandatorum Dei. Sic igitur sanatus per misericordiam Dei de cętero caueas à recidiuo, ne tibi deterius contingat vt diximus in tertia Dominica.

FERIAE SEXTAE, DOMINICAE III.

IN QVADRAGESIMA,

SERMO VNICVS.

DEMONSTRAT MAGNAM DEI misericordiam, vocantis peccatores ad aquas gratiarum, ponitque varios modos adulterandi, & differentiam inter aquas spirituales, & temporales.

VENIT IESVS IN CIVITATEM SAMARIAE quæ dicitur Sichar. Ioan. 4.

Ioan. 4. PIus dominus non solum ad se reuertentes libenter recipit, vt dicitur Hiere. 3. in figura adulterę recedentis à viro suo, sed etiam sua misericordia præuenit peccatores, dum eos inuitat, & commonet multis persuasionibus, quatenus derelictis adulterijs præteritis, reuertantur ad ipsum verum prophetam, & Saluatorem animarum nostrarum, qui dat nõ solum gratiam in hoc mundo ad eum venientibus, sed etiam in alio mundo dat aquam, quam qui biberit non sitiet in æternum, sicut hodie ostenditur in Euangel. Samaritanæ cum Christo & Christi cum ea loquentis.

¶ Hoc mane moraliter exponemus sacrum Euange. in quo habetur quàm magna sit Dei misericordia, qua indignos peccatores præuenit sua inuitatione, ad petẽdum ab eo aquas gratiæ spiritualis per contemptum terrenorum ac cõcupiscentiarũ mundialium. Ad propositum huius Euang. vide nostros sermones, quòd Deus vult omnes saluos fieri, vbi ad propositũ habes

bes

Digitized by Google

bes historiam Gedeonis militum figuratam, & sermonem q quidam cadunt sub misericordia Dei, quidam sub iustitia, quidam sub eius liberalitate. Item de adulterio spirituali habes superius. feria prima Domnica Quadragesimæ. Mulier hæc adultera est anima nostra, quę fuit sponsa Dei per fidem formatam. Sponsabo te mihi in fide, sed adultera efficitur dum diabolo & pompis eius per delectionem inheret. Duo mala fecit popul' meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuę, & fecerūt sibi cisternas dissipatas, quę aquam continere non valent. Nihilominus pius Dñs. Proclamat ad eam adulteratam. Tu autem fornicata es cum amatoribus tuis, tñ reuertere ad me, & ego suscipiam te. Et nota q hęc adultera erat coram Deo, quia coram hominibus videbatur habere virum. Sunt enim tria genera adulterantium. Quidam coram Deo & non coram hominibus per notitiam, sed isti aduertant illud Augu. Et si à nemine hominum videatur, quid facit de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest? Et Sapiē. 6. Qui interrogabit vos omnia opera vſa, & scrutabitur omnes cogitationes vr̃as. Et de istis sunt occulti cōcubinarij, fornicatores, vsurarij. &c. Dicas hic exemplum ex vitis Patrum de conuersione Thaydis meretricis conuersę, ex eo quia Deus videt omnia. Alij sunt adulterantes coram Deo & hominibus, vt cōiter sunt inuerecundi in malefactis, de quibus frons mulieris meretricis facta es, noluisti erubescere Et 2. ca. In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix. Et parum infra quomodo dicis non sum polluta, post Balaam non ambulaui? Vide vias tuas in conualle. De his habes latum campum practicandi de quolibet genere peccatorū, quibus inuerecundæ adulterātur à domino, tam in his quæ sunt Dei, quam in his quæ sunt Cæsaris. De quibus Prouerbio. lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. & 12. cap. mulier diligens corona est viro suo, & putredo in ossibus eius, quæ confusione res dignas gerit. Et isti sunt periculosissimi, quia generaliter remanent in obstinatione. Et si quandoque vel timore pœnæ vel mortis. cap. Practica de huiusmodi conuertuntur, non exaudiuntur. Antiochus & similes. Et Grisororius quærens inducias, vsque mane apud Gregor. Tertio sunt adulteri per fidem vt gentiles, & cæt. Et isti communiter adulterant ex ignorantia, quia si scirent & cognoscerent adulterium suum retrocederent ab eo. De quibus Christus. Multi venient ab Oriente. & cæt. Et de his fuit hæc adultera. vt patet. in Euangelio, quia Christo dixit. Scio quia venit propheta, ipse nos de his edocebit veritatem. Et hic dicit Io. Dominici Cardinalis Ragusinus, deteriores sunt Christiani à Deo adulterantes ex scientia, quam infidelis ex ignorantia, sicut & mulier deterior est quæ ex malitia adulterat, quam quæ ex ignorantia. Nihilominus omnes adulterantes benigne vocat Hierem. 3. Vide quia est pulchrum & ad propositum. Hi miseri adulteri maxime Christiani portāt secum hydriam, & situlam ad hauriendum aquam. Quid per aquam quàm profluxum & abundantiam temporalium voluptatum, quas toto poplite supini miseri homines bibunt, modo militū Gedeonis reprobatorum à militia Dei mandato. Situla ergo hæc qua iste mūdanorum aquæ passim ab eis exhauriuntur, est cupiditas inordinata in eis, implendi hydriam, idest prauum eorum desiderium, vsque ad os, sicut equus & mulus in quibus non est intellectus. modo quo dicitur Prouerbio. veni inebriamur vberibus, & perfruamur cupitis amplexibus, donec dies illucescat. Et Psal. non est respectus morti eorum. Et moraliter hæc est mulier cum situla, quam Ioannes. Apocalip. Describit dicens. Veni & ostendam tibi damnationem mulieris magnæ meretricis, quæ sedet super aquas multas, vide histor. Mulier

Marginalia: Oseæ 2. — Hier. 2. — Hier. 3. — De tribus generibus adulterantiū à deo. — Hier. 3. — 2. Mach. 9. — Prouer. 7. — Apoc. 17.

hęc abominabilis fornicaria est anima nostra, quæ fornicatur cum Lucifero, & eius satellitibus, qui per vsurpationem, & superbiā est rex vniuersæ terræ, quia & Chr̄o dixit, omnia regna mundi dabo tibi, si cadens adoraueris me. Hæc merito est deo & toti eius creaturę abominabilis. q̄a dicit Greg. offenso Creatore offenditur tota eius creatura. Hæc sedet super bestiam.i. bestialem vitam sicut ęquus & mulus. Et hæc bestia erat coccinea, quia dicit Isa.1. manus vestræ plenę sunt sanguine.i. q̄ sanguis & ira Dei pleno vase super eos effundatur. sicut apud Ezechielem factum est c.9. super abominationes & inhonestates Hierusalem vide historiam. vel dr̄ super bestiam coccineam plenam blasphemiæ.i. vituperij sedere. quia pulchra & rubicunda anima ad Dei imaginem formata conuersa est in bestialem vitam plenā blasphemiæ & abominationis, sicut dictū fuit Dauid adultero, & homicidæ inimicos fecisti.i gentes blasphemare
2.Reg.12. nomen Dei ex tuis vituperijs. Habet septem capita, hæc bestia propter septem mortalia peccata, quia & Christus à Magdalena eiecit septem demonia.i. septem mortalia peccata. Habet & decē capita propter transgressiones decem præceptorum. Dicitur insuper circūdata purpura &c. quia post peccatū hominis naturalia, sicut & in demonibus remanēt, vt intellectus & voluntas licet debilitata sint, quia languent ex peccatis & consuetudinibus peccatorum. Et hęc habet poculū aureū.i. fruitur pro libito mundanis voluptatibus, quæ eis apparent aureæ, sed cōtinent poculū venenosum, quia extrema gaudia luctus occupat, & qui nutriuntur in croceis amplexati sunt
Tren.4. stercora. Sic figuratiue fuit potat⁹ Sedechia in conuiuio Regis Nabuch. cui exoculato post vituperosam saltationem loco poculi aurei, datum est sibi poculū profluxus ad vituperiū. vide hist. 4. Reg. circa finē apud magistrū histo. & in alio libro nostro figuratiuā expositionem eius. Dicitur poculum eius plenū abominatione, quia de talibus dr̄. Fœtor eius, & putredo eius Ioel.3.
ascēdit, quia superbe egit. Et in fronte eius scriptum est Babilon.i. confusio, quia tales voluptuosi deducētur, vbi erit confusio & dolor & stridor dētium perpetuo. Hæc igitur Samaritana haurit aquas, quas qui bibit sitiet iterū grauiori æstu, quia talis est conditio voluptatum, augere expleta desideria in voluptatib. malis; vnde Aug. Iussisti dn̄e, & ita est, pœna est sibi omnis inordinatus affectus. In huiusmodi experientia edocemur, vt in auaris in quibus non potest saciari, sed maior appetitus eorum crescit, quanto maior nummus acquiritur, secundùm cōe prouerbium. Amor nummi tantū crescit, quantū ipsa pecunia crescit & vulua mulieris non potest saciari dr̄.
Sicut euenit in Salomone de quo Ecclesiast.2. Vide eius insaciabilem volu Prou.30.
luptatem. Insuper inficiunt corpus & animam. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Et Ps. Non est pax ossibus Eccles.13.
meis. Tales non sunt peramplius compotes mentis, sed porci in fęcibus se volutātes, sicut adolescens prodigus, vt sepultura asini cum Ioachim Rege sepeliantur. De his Sap.5. Dicent illi q̄ sunt in inferno quid profuit nobis superbia nostra, aut quid contulit nobis diuitiarum iactantia, transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquā nuncius præcurrens. &c. Hæc habuit quinque viros, quia quinque sensibus abutebatur voluptuose tanquā rei recte, & omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis. & cęt. Et sextus eius vir nō est suus.i. diabolus. cui tanquam adultera apud Hier.5. adhæsit. Sed Christus bonus noster sponsus vt reuocet ad se hanc sponsam adulteratam, venit sexta hora seculi in partibus Samarię quæ interpretatur lana, vel coniuncta dn̄o quia in hunc mundum venit vt lanā.i. carnem ex purissimis sanguinibus virginis contextā sibi personaliter cōiungeret, quatenus vere homo sit Deus. Et dr̄ locus vbi venit Sichar, quę interpretatur pęnitentia

tia vel ciliciū, qm̄ venit pro nr̄is peccatis pniā & vitā cilicinā agere, vt patet per totā vitam ejus. Et non solū venit & hęc egit in hoc mūdo pro Israel sed ēt pro gentibus, vt dicit S. Io. 11. quia erat Iesus moriturus pro gente, q̄ hic per Samaritanos designatur. Multi venient ab Oriente & Occidente, & recūbent, &c. Et ex itinere erat fatigatus. de qua fatigatione Berna. Memor ero quādiu vixero laborū, quos Iesus p̄tulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, vigiliarū in orando, tentationum in ieiunando, lachrimarū in compatiendo, insidiarū in colloquendo, postremo conuitiorū sputorū, colaphorū, subsannationū, clauorum, & exprobationū. Et sedebat super fontē vt clamet, qui sitit veniat ad me & bibat. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et Isai. 55. oēs sitientes venite ad aquas, & q nō habetis argētum, præparate, emite & comedite, absq; argento & absq; vlla commutatione, venit ergo & sedit ad puteū, quasi oēs ad has salutis aquas inuitaret. Torrente voluptatis suę potabit eos. Ideo & sitiebat Christus. s. adulterorū fidē & conuersionē, quasi diceret sibi, da mihi bibere. Idest conuertere misera adultera, & Sunamitis ad me, & ego suscipiam te. Cant. 6. de Sunamitæ. Sed miseris peccatorib. allectis voluptatibus dum eis prædicat salus debent, nauseat anima nr̄a super cibo isto leuissimo. Et sicut Hebræi dicebāt. Noli nobis prędicare quę Deus mandat & non placēt nobis, sed vt dixerunt. Isa. 30. loquimini nobis placētia, ideo hæc mulier non rn̄debat ad cor Christi loquentis, sed prout erat in concupiscētia aquarū temporaliū. Et hoc ostēsū est in p̄dicatione Christi. Quia aliud semē verbi Dei cecidit in via, aliud in petra, aliud inter spinas. Sed Chr̄s pius non relinquit ēt renuentē adulterā ad se trahere. Dicit ei ò mulier si scires donum Dei. Hic practica de donis. 7. Spiritus sancti, vocantis & inuitantis te, vt tuorum nō meminerit amplius adulteriorū spiritualiū, & quia transit mundus & concupiscētia eius, q̄ tu sensualiter à me petis. Et quis est qui loquitur ad cor tuū p̄ se & suos p̄dicatores & prophetas, q̄ salutē tuā querit, qui bonorū nr̄orum non indiget. Et delitię meę cū filijs hominū. Tu forsitan, dicit forsitan, quia liberę Deus inuitat ad salutem. Trahe me post te, curremus in odorē vnguentorum tuorū. Petisses ab eo. &c. quia Ps. dicit. Gustate & videte, qm̄ suauis est dn̄s. sicut fecit Maria Mag. cōuersa post nauseam terrenorū, non poterat separare ab auditu verbi Christi, ita sibi post amaritudinē indulcescit, inueniens in eo post mundanā venenosam aquā, viuā aquā saliētē in vitam æternam. vbi dicit Greg. Hoc inter diuitias corporis & cordis solet distare. q corporales cū nō habenī graue ex se desideriū accēdūt, cū vero habitę edūtur, comedentē protinus in fastidiū p̄ sacietatē vertūt. At contra spirituales delitię cū non habenī in fastidio sunt cū vero hn̄tur in desiderio. Et hoc experientia edocet nos. Practica .. vnde Boe. nemo sua sorte est cōtentus. vult tn̄ Christus vocans adulteros ad se, vt se sicut hęc adultera recognoscant de suis stultitijs & adulterijs & de cętero cohibeant oēs sensus suos à suis prauitatib. practice discurre per eos. Et voca virū tuū adulterum. i. diabolū cui ita firmiter, vero viro postposito adhęsisti. voca dico eum patrē mendacij, & voca eū ad Chr̄m, vt ipse sua misericordia te ab ipso separet, sibiq; sua misericordia copulet. Et peramplius relinque cum Magd. hydriam. i. voluptates mūdi cum omnib. pompis tuis, peramplius Deū tuum spiritu & veritate & deuotione adorando & venerando. Et dic ei vere Christe tu es propheta Moysi promissus, q̄ omnia secreta cordis scis & scrutaris. Et quia multis fuisti is malo exēplo vitæ, causa mortis, proclama ad oēs. venite ad verum dn̄m prophetamq;, qui scrutatur corda & opera, & conuertimini ad eum, quia benignus, & misericors est, & propitius fiet peccatis nr̄is. Amen.

Matth. 9.

Io. 7.

Psalm.

Hier. 5.

Hier. 44.

Prouer. 8.

Cant. 1.

Digitized by Google

SABBATI POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

PRAEDICATORES QVI MALVM PRO BONO recipiunt, hortatur ad patientiam: tangit etiam ingratitudinem Christianorum erga Christum, & boni Prędicatoris cōditiones, & rationem maioris fructus verbi Dei, in rusticis quàm in ciuibus: Item quàm sollicitè sit quærendus cibus spiritualis; & confusio conuertit peccatores. Vltimo carpit Iudices prauos.

PERREXIT IESVS IN MONTEM Oliueti. &c. Ioan. 5.

Ioan. 8. PErrexit Iesus, dicit. Psal. Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine, & hoc qa sicut Deus est misericors, ita est, & iust⁹ in omnibus operibus suis. quia etiam citra condignum punit, quoscunque punit. Et hic possis discurrere in particulari ad omnia acta humana, quæ Deus vel remunerat vel punit, licet remuneratio intelligenda sit ex congruo, quia Christus dicit. Cum omnia feceritis, quæ præcepta sunt vobis dicite quia serui inutiles sumus, nō fecim⁹ quod debuimus facere, & secundùm Isa. omnia opera nostra operatus est nobis. Et secundùm Aug. quicquid est in nobis, aut est Deus, aut ex Deo, vel ex condigna ratione promissionis, qui dixit. si vis ad vitam ingredi, serua mandata, & fidelis est in promissis. Et hanc misericordiam & iustitiam hoc mane ostendit in sacro Euangelio circa adulteram, dum eam non condemnauit ex misericordia, & à condemnatione liberauit, & iustitiam dum sibi imposuit ne peramplius peccaret.

¶ Hoc mane habentur in sacro Euangelio plura spiritualia documenta, quæ breuiter tangam, ne sim prolixus. Est documentum omnibus fidelibus, quanto sunt propinquiores morti, vel exponendi sint maioribus tribulationibus, tanto instantius bonis operibus instare debent, quia opera eorum post hanc vitam sequuntur illos, dicit Sanctus Ioannes. Sic enim & Christus, quia propinquior erat morti, & passioni suæ instantius orabat, prædicabat, & alia spiritualia opera faciebat. Practice te possis extendere supra hæc. Formica enim cum supra se sentit ingruentem tēpestatem sollicitius colligit grana. Et ea collecta abscondit. Sic & agricola circa fructus suos colligendos, & ita de similibus artibus dic. Morti propinquores debēt sollicite in bonis operibus exerceri.

Et

Et insuper documentum Christi exẽplo. Si cui non redditur pro bono bonum, aut malum pro bono redditur, non miretur. Ecce quanta beneficia Christus populo Hebręo contulit, & actu eis cum magno labore, & solicitudine verba salutis denunciabat, & nemo eum post prædicationem ad domum suam inuitabat, sed reuertebatur in Bethaniam, quæ erat distans septẽ miliaria cum dimidio, & iterum crastina die reuertebatur in templo, non desistens ingratis super seminare semina vitæ. Hic discurre ad similes ingratitudines populi Christiani, à quibus Deus in assiduis beneficijs maledicituur, blasphematur, periurijs, vituperatur, in pauperib. despicitur. Et vt breuiter concludam lamentum, quod Christus facit patri suo comparatiuè ad Iudęos contra Christianos. Quem tu percussisti, idest exposuisti percussionibus Hebræorum, persecuti sunt, idest mali Christiani suis prauitatibus, & ingratitudinibus, & super dolorem meum addiderunt. s. vulnera vulneribus quantum in se est, vt scilicet iterum pro eis vulnerer, sicut Christus Petro fugienti mortem pro fratribus subire in Roma dixit interrogãti eum, quo vadis. venio Romam iterum crucifigi. Sed isti plurimũ animaduertant. Vbi dixit Deus populo ingrato. Si mihi ex aduerso steteritis percutiam vos septies super peccata vestra. Et possis dicere primum capitulum Isaiæ super ingratitudinem populi, quæ conuerte ad miserum populum Christianum. Insuper & prædicatores hic exemplum capiant super ingratitudinem populi cui prædicant, nec tamẽ exemplo Christi à bono opere desistãt. Quoniam Christus dicit. Memẽtote sermonis mei, quem dixi vobis, quia non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequẽtur. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum. &c. varijs enim modis ad meritum Deus tentat Prædicatores. Psal. Bene patientes erunt vt annuntient, Insuper est documentum, non recipiebatur, quia plures vt pharisei veritatem odio habebant. Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo. Nam in nitria terra multũ compluta aqua illa calore solis conuertitur in speciem salis, scilicet nitri habentis speciem salis, sed absque sapore, & tale nitrum perfusum aceto crepitat. Ita & qui legis aut correctionis verba dicit cordi pessimo, sicut nitrum crepitat. Psal. Tange montes & fumigabunt. Exemplariter multa diximus in Euangelio de vinea agricolis commendata. In hoc etiam quòd Christus reuertebatur ad montẽ Olíueti de sero, datur intelligi prædicatoribus, qui denuntiant oleum misericordiæ Dei & salutis populi, debent assidui esse in orationibus, altitudine contẽplationis, vt inde effundant populo abundantiam doctrinæ sanatiuę vulnerum peccatorum. Et vt fructum faciat in populo debet esse viridis, sicut oliua, vita & exemplaritate, & clara ac pingui sicut est oleum doctrina sana, quia plus mouent facta quã verba, & cuius vita despicitur, eius prædicatio cõtemnitur, secundùm Greg. Et Pau. Non audeo loqui aliquid eorum, quæ per me nõ effecit Christus. Et iterum castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prędicauero, ipse reprobus efficiar. Turpe enim est doctori cum culpa redarguit ipsum. Nec dicat prędicator nolo per amplius prædicare, quia vel nullum, vel paruum fructũ facio, sed hic imitetur Christum, qui iterum diluculo reuertebatur in Hierusalem ad idem exercitium. Et quilibet accipiat documentum à Christo seminatore, cuius ex quatuor seminibus vnum tantum fructum attulit. Sufficere enim sibi debet, si vel disponat pro fructu futuro terram rigidam pluribus ictibus ferreis ignitis verbi dei, vel saltem vnam animam lucretur, quia dicit Sanctus Iaco. 5. si quis errauerit ex vobis à veritate, & conuerterit quis eum, scire de-

Marginalia: Prędicatoribus doctrina datur. — Leuit. 26. — Io. 15. — Prou. 21. — Rom. 15.

re debet Quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Et prima Petri Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrãtes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur quasi sermones Dei, si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum dominum nostrum. Et Christus dixit discipulis aduertẽtibus eum ne iret in Iudæam Lazarum resuscitandum, quia Iudæi querebant ipsum interficere. Nonne 12. horę sunt diei, quia scilicet mutabilis est humana voluntas, quæ pro alio & alio tempore adiuuante gratia Dei melius erit disposita. Quę autem dispositiones sunt sufficientes, & necessariæ pro tali terra & tali supposito, ipse nouit, à quo & incipere & proficere & perficere est, & qui omnia opera nostra in nobis operatus est, & qui incrementum facit cum vult, & qui omnia in omnibus est, & sine quo nec cogitare quicquã possumus à nobis quasi ex nobis, &c sed omnis sufficientia nostra ex Deo est, &c. A quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi soli gloria. Nos ex parte nostra cum Paulo debemus & seminare, & plantare verbum Dei, & rogare ꝙ sua misericordia ipsum adaugeat, vt incrementum faciat. Nam & ossa arida de quibus non sperabatur quòd viuere possent. primo commota sunt ad verbum Dei, & vnumquodque in loco suo stetit, & tamen spiritus in ipsis non fuit, nisi in secunda vice proclamata, vt spiritus domini veniat super ea. Et stetit vnusquisque in pedibus suis. Ezech. 37. vide historiam cuius figurationem habes in nostra prędica de contritione. Et omnis populus venit ad eum. sic & vos auditores mei soliciti debetis audire verbũ Dei, quod saluat animas vestras. Nam qui libet nostrum postquã surrexit de mane, solicitus est cogitare & præparare

Solicite est cibus spiritualis quærendus.

de esca pro prãdio, vel tali die pro sustentatione corporis omnino morituri. sub quo sternetur tinea, & operimentũ eius erunt vermes, quanto magis debemus cogitare vt præparemus escam spiritualem animę illo die quo superuiuimus, quæ in æternum est victura, quoniam nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Cum igitur surgitis de mane, quærite primũ regnum Dei per recommẽdationem, & orationem Deo factam, & per auditionem verbi Dei quando possitis audire illud, & præparate vestræ animæ escã per verbum Dei, quod saluat animam vrãm, ò quã periculosa est fames verbi Dei. de qua Deus per prophetam in ruinam populi comminatiue dicit. Mittam famem in terram non famem panis neq; sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini, idest faciam vos perire fame verbi Dei. ò quàm male est illi ciuitati, vel loco, vbi non seminatur verbum Dei. credite ibi omne malum & omnis herba siluestris excrescit ad suffocationem virtutum. Venire ergo ad sermones. Nam omnis populus rogauit Esdram scribam, vt eis legeret, & interpretaretur legem. Et ascendit Esdra in altum & legebat, & interpretabatur eis legem, & populus aduertebat, & aures intentas habebat, & in maximis lachrymis cõcitatus est, animaduertens in quibus legem Domini sint trangressi, & confitebatur Domino in cilicio, oratione, & ieiunio, promittentes subscriptione & sigilli impressione se de cætero seruaturum legem. vide ca. 8. & 9. quia est pulchrũ. Et omnis populus venit ad eũ, & non dicit ꝙ Pharisei & scribę. Naturaliter simplex populus, & maxime pauperes, & pręsertim rurales sunt promptiores ad sermones, quàm magnates: vtriusque sexus, quia ipsi sunt magis in timore Dei, qm̃ humiliores multis de causis quàm magnates. cathedra n. & exaltatio in diuitijs in potentia, & nobilitate, erigit tales contra hos dẽ. Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto

Oseæ. 8.

2. Esdrę 8.

Eccles. 32.

1.Thim.6. esto in illis quasi vnus ex illis. Et Pau. Diuitibus huius seculi præcipe nō su blimiora sapere. vide totum. & ca.13. Eccl. Locutus est diues, & omnes tacu erunt, & verbum eius vsque ad nubes perducent, Pauper locutus est, & dicens, quis est hic. Et ad propositū ibidem vide multa. Quod autem paupe res sint promptiores & deuotiores ad audiendum verbum Dei. Psal. confirmat dicens. Pauper & inops laudabūt nomen dñi. Et horum est naturalis similitudo, vt beatus Iordanis ordinis Prædicatorum respondit cuidam interroganti eum. Qua de causa rurales qui rarissime audiunt verbum Dei, cū magno feruore & deuotione illud au diunt, quando eis prædicatur, & in ci uitatibus vbi assidue prędicatur inde uotum auditur, & minus ad illud audiendū concurritur? Nam qui rarissime bibunt vinū, statim vel pauco hau stū inebriantur? sed qui sunt assidue dediti potioni vini, etiam ad magnū & superfluum vinum bibitum non inebriantur, ita etiam est de verbo Dei, & cę. Notandum ꝙ quamuis deuotius veritatem audiunt rurales, & plebei, tamen facillime sicut hirūdo vēto agi tantur persuasu regum principum & magnatuum, & se in oppugnationem veritatis acrius conuertunt, timore, vel fauore, vel adulatione principum. Hoc ostenditur hoc mane, & in omni bus Christi Euangel. Populus deuote audiebat sermones Christi, & ipsum vt prophetam magnificabant, & maxime in die palmarū, & nihilominus in die Iouis persuasu Phariseorū Barabbam dimitti, & Christum tāquam seductorem crucifigi clamabant. Practica de huiusmodi exhortādo omnes in prædicata & cognita veritate, non sint sicut hirūdo vēto agitata, sed imi tentur cōuersos ad Petri prædicatio-
Act.2. nem. Qui erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, & cōicatione fra ctionis panis & orationibus. Et sedens docebat eos. Aliquando.n. Christus tenuit locum prædicatoris dum stando prędicaret, aliquando doctoris legentis, vt hodie tenuit locū doctoris, quia sedendo docebat. Et forsan fuit ratione lassitudinis. Prædicator stat, quia semper debet esse paratus discur rere ad prædicandum per loca, & villas, & castra. vnde Angelus Thobię o- Tob.6.
stēdit se, vt hospitem paratū ad iter. In signū huius misit discipulos ad prę dicandū omni creaturæ. Doctores aūt vt Epi & alij sedendo docent, quia eis est curam habere Ecclesiæ suæ in qua firmiter habitant & sedent, quos doctores repræsentat in ciuitatibus populus dum auxilium eis subministrat temporalia pro spiritualibus collatis largiendo, dandoq; eis beneficia & decimas, quibus valeat sustentari. apud eos præsidentes, verbumq; Dei cum alijs sacramētis conferentes. Docebat eos. Sed quid eos docebat, non dicit Euangelista, sed tu potes dicere, docebat eos, ea quę dicit de eo, Isa.48. Ego sum dñs Deus tuus docens te vtilia, & gubernans te in via qua ambulas. Et quæ sunt utilia homini? primo fides illuminans, quia sine fide impossibilē est placere Deo. Creditis in Deum, & in me credite. secundo charitas. diliges Dñm, quia nihil fructus boni operis valet, nisi sit fundatus in radice charitatis. secundùm Greg. q̄m & fides si ne operibus non valet. Sed damnat, & grauius punitur talis ingratus. tertio spes, &c. Confidite ego sum &c. & Psa. Qui confidit in dño sicut mons Sion non commouebitur. & Pau. Spe.n. salui facti sumus. quarto signis & virtutibus & verbis ostēdebat se esse filium verum Dei. Si non venissem. s. persona liter vt erat eis promissum, & locutus eis non fuissem, factis miraculorū ver ba comprobando, peccatum non haberent. s. infidelitatis, nunc autem excusationem nō habent de peccato suo. Qui me odit & patrem meum odit i. qui me misit. Et si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit s quatriduanum Lazarum resuscitando &c. & à natiuitate cęcum illuminādo, quod à seculo non est auditū, & nemo alius fecit ita propria auctoritate, sicut ego

Marginal notes: vtilia christus prædicabat, & q̄ sūt illa hic notatur. — Io.9. — Matth.22. — Matth.6. — Rom.8. — Io.5.

fecit similiter quia quos corporaliter sanaui, sanaui eos spiritualiter per fidem, &c. quia virtus de illo exibat & sanabat omnes. Nunc aũt & viderunt & oderũt, & me & patrem meum &c. quinto docebat necessariam homini prudétiam. estote prudentes &c. Sexto docebat iustitiam. Querite primũ regnum Dei, & reddite quæ sunt Dei deo. septimo docebat temperantiam. Attendite vobis ne forte grauent corpora vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitę, & superueniat in vos repétina dies illa &c. octauo docebat fortitudinem in patientia vestra, &c. nono docebat misericordiã, quia misericordiam volo & nõ sacrificium, & non veni vocare iustos, &c. tu autem practica de alijs virtutibus necessarijs ad salutem. decimo docebat eos, vt cauerent à scribis & pharisæis, qui in cathedris &c. docẽt insupportabilia, & nolunt ea tãgere digito suo, sed ꝙ omnia pp homines faciunt, docétes suas traditiones, & transgredi in his facere populum Dei mãdata propter eorum traditiones. Adducunt aũt scribę &c. Noluerunt audire sermones eius, sed vt eum impedirent à prædicatione & caperét in sermone, & redderét ipsum populo odiosum, adducũt &c. die causam huius secundùm litteram, vt exponunt doctores, quia & alias opponebant doctrinæ eius, sed ipse redarguit eos dicés. Quis arguet me de peccato? Si veritatem dico quare non creditis mihi? Conuicit eos, cum ei insidiarentur per interrogationem, licet dare tributum Cæsari, vt eum accusarent pręsidi, sed eis dixit. reddite quę sunt Cæsaris Cæsari, & quę sunt Dei Deo, Conuincit eos dum arguerétur discipuli ab eis, quia Christus manducat cum peccatoribus, & respondit Iesus euntes discite, quid est, misericordiam volo, & non sacrificium. Hodie quarto conuincit eos tentantes eũ de iustitia, vt ad quãcunque viam se flecteret capiatur. Si ad misericordiam, quia contra legem, quæ non vult mulieri in adulterio deprehẽsę misereri. Si ad iustitiam ꝙ lapidaretur, de crudelitate arguetur. Sed sapientia vicit malitiam. Ita respondit vt & misericordiam commendaret, & iustitiã seruandam ostenderet dicens. Si quis vestrum sine peccato est, primus iaciat lapidem in eam, & quia dixit mulieri, nec ego te cõdemnabo, vade & amplius noli peccare. Adducunt mulierem &c. Nam quærunt doctores quare adultera præcipiebatur lapidari & non adulter; Respondit August. in Enchirid. propter multas causas. primo quia magis custoditur quàm vir, ideo grauius eius est adulterium. secundo quia mulier naturaliter magis debet esse verecunda, quã vir &c. tertio quia magis est timorata quam vir. quarto ratione incertitudinis prolis, dũ pluribus se exponit, & ideo puer natus ex ea à nullo est enutritus. Ideo ab omni lege spurij sunt reiecti &c. & quinto quia iniuria fit puero dum certitudinaliter nescit suos recognoscere parentes. Ideo nunquam mulier in nulla lege habuit duos maritos & cę. Hic declara quæstionem de spurio hæreditante domum patris putatiui inscij de eius illegitimatione & cęt. est pulchrum. & similiter de pueris nutritis in hospitali expensis pauperum, cum parentes sint diuites, &c. de his vide Gaet. in sua summula, & alios summistas, quia de huiusmodi clare loquuntur. Deprehensa est iusto Dei iudicio, quoniã multa perseuerantia est in occultis peccatis. Psal. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomé tuũ domine. Hæc mulier forsitan damnaretur, si sic confusa non esset, quia in abscõditis peccatis perseueraret. Ideo Dauid dicit. conuersus sum in erumna. s. reprehensus à propheta de peccato quod credebã esse abscondite factum. Et dicit S. Chryso. Quandoque Deus propter occultam superbiã, vel simile peccatum, dum se personam non recognoscit, permittit eum cadere in vitium carnis, vel simile peccatum, vt ex confusione eius reuertar ad Deum per recognitionem etiã prioris in recogniti

Luc. 6. Matth. 10. Matth. 6. Luc. 21. Matth. 9.

Quare adultera & non adulter præcipiebãt lapidari.

cogniti

cogniti peccati. Greg. sæpe volens cadit in culpam, sæpius nolens capitur ad pœnā. practica de latronibus & similibus. Iesus autē non statim respondit eis, vbi est documētum iudicibus. scribant primo oīa quę spectāt ad accusationem. vt accusatores, & testes, reus præsens, cui detur locus suæ defensionis, vt habetur Actuum. 25. vide ibi pulchram histo super hoc. Et cuncta bene debet perscrutari, nec cito pferat sententiam, secundum quod dicitur. Ne cito in iurgio proferas quæ viderunt oculi tui, ne postquam dehonestaueris amicum tuum, non possis emendare. Propterea bene Seneca dicit. Ego autem optimum iudicem dico, qui cito intelligit, & tarde iudicat, non ad negligentiam, sed ad maiorem præponderationem, & perscrutationem. Vnde S. Tho. 2. 2. dicit. Ira debet esse in exequendo iustitiam sententiatam, vt scilicet per irascibilem subseruientem ad hoc, faciat in actum & executionem iustam sententiam administrare. Psal. Irascimini & nolite peccare, sed ante sententiam dum est in inuestigando &c. & consultando debet esse vt mare, tranquillus, ab omniq; ira alienus, quia intus existens secundum Philosophum prohibet sensationem, sicut mare turbatum eius diaphaneitatem. Ante iudicium para iustitiam, Et ante iudicium interroga teipsum, & in cōspectu Dei inuenies propitiationem. Et 19. & est iudicium quod nō probatur esse bonum. Et hoc communiter accidit in iudicijs præcipitatis. Conuertitis in absinthium iudicium. Item est iudicibus aliud documentum, q̄ suam iustitiam contemperent misericordia, vbi fragilitas est in causa delicti. Sicut, Homicidis per ignorantiam dabatur locus refugij. Item eis est documentum, in corde habeant pietatem & compassionem, & non indignationem, quoniam iusti & si dedignantur cōtra prauitatem & delicta ratione iustitię, & tamen non dedignanter idest rancorose. Et Pau. dicit. Date locum irę. Et hoc etiam valet cum aliqui ad iudicium veniunt. Ebrij vino irę, & rancoris, non statim annuatur eis a iudice, quia commotionis tempore quod iniquum est, reputatur iustum, & quem commotionis tempore vellent penitus abolere, tranquilli penitent, & reconciliantur. In his tamen iudicis prudentia considerandum est, quid melius pro bono, & pace ciuitatis subditorum est. Itē datur documentum cūctis, quem trahis ad iudicium non odio vel rancore, sed zelo iustitiæ id agas quatenus delicta impunita non remaneant, & stulti nō habeant maiorem occasionem in bonos. De his vide S. T. 2. 2. Et Gaet. in sua summula vbi perpulchrè colligit pro huiusmodi. Deinde Christus digito scribebat articulatim in terra, quoniam debet iudex, vt diximus diligentur cuncta ad iudicium pertinentia scribere, secūdum quod Dominus Moysi. dixit. Quære solicite, & diligenter veritatem, qua prospecta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationem opere perpetratam, statim percuties. Vide etiam Micheę. 6. c. quia Dominus a te requirit facere iudicium & diligere misericordiā. Et sententia danda est in scriptis vt actuum superius est dictum. Nam cū vellent Iudæi, quòd iudex daret eis Paulum tanquam dignum morte. Dixit iudex. Non est consuetudinis Romanorum, vt quisque condemnetur, nisi presentibus accusatoribus & testibus, & reo detur locus se purgandi, & defendendi. Et bene, quia sępe multa falsa confinguntur contra bonos vel accusatos. Sed quæres quare adulteri non adduxerunt adulterum. Multa hic pulchra dicunt omnes expositores. Sed tu illis adhuc adde, q̄a his miseris temporibus furcę, & tormenta sunt muscharum, & non muschonum vt dixit Socra. contra legem Domini Deut. 7. & 22. & 27. In omnibus portis tuis constitues magistros, & iudices, qui iusto iudicio iudicabūt nec declinent ad alteram partem, nec personam, aut munera accipiāt, quæ etiam

Marginalia: Pro. 25. — Eccle. 18. — Amos. 3. — Num. 3. — Rom. 12. — Deut. 13.

etiam sapientum oculos obcecant, & iustorum verba peruertunt, vt viuas, & possideas terram, quam Dominus
Exod.23. dabit vobis. Et, Non sequaris turbam ad faciendum malum, nec iudicio plurimorum acquiesce sententiæ, vt a vero deuies, &c. Et Deut. vbi supra, quod iustum est iudicate, siue ciuis sit, siue aduena, nulla erit distantia personarum, nec accipies cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Et 2. Paralip. 19. quia non hominis sed Dei iudicium exercetis. Vide histo. In terra scripsit quia praui iudices non in cęlo sed in terra scribentur reproba-
Hier.11. tionis a Domino. Recedentes a te in terra scribentur, quia scilicet in iustitia eorum clamat de terra vindictam. Exo. 22. viduę & pupillo non nocebitis. Si autem leseritis eos, vociferabunt ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. Et Iob. 16. terra ne operias sanguinem meum, nec latendi locum in te inueniat clamor meus. Ecce in cęlo testis meus, & in excelsis conscius meus. Possis dicere hic histo. 3. Reg. 21. cap. pro iniusta occasione in iudicio Naboth, q̃ grauiter sũt puniti Achab. &c. Scribebat secundum doctores in terra peccata eorum, vt tu, & tu, hoc, & hoc adulterium commisisti, & impunitus superbe audes fragilem mulierem accusare. Nã turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Et quamuis merito lapidanda est secundum legem, tamen hypocritę eijcite primo trabem de oculo vestro, &c. Merito etem scindendi estis per medium, sicut iniusti senes Susannæ inueterati dierum malorum. Hic possis mouere dubitationem. An iudex in eodem crimine sicut reus existens possit sine mortali reum iudicare vide S. Th. 2. 2. Insuper est hic documentum, quod Deo omnia secreta cogitata, & facta sunt nuda, & aperta dearticulatim, sicut Hie. dicit, & alius ꝓpheta, scrutabor Hierusalem in lucerna. Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Practica in iudicio omnia hominum occulta cogitata, & dicta erunt nota cunctis, vt habes in sermone nostro de hac materia. Practica ad omnia genera, & cõditiones in particulari hominum vtriusq; sexus dicendo. Tu homicida occulte. Tu fur, tu adultera &c. vltimum documentũ est, quod vt Deus nostra delicta parcat, & iustitiam in misericordiam conuertat, sunt plangenda præterita mala cũ proposito non admittendi ea in futurum cum Dei auxilio. Quia hæc duo sunt de ratione pœnitentiæ, vt habes in nostro sermone de pœnitentia. Vide ibi. Et caue vt Leo Papa dicit, ne quem misericordia te redemit, ingratum scilicet iustitia te sua condemnet. Quoniã. Psal. dicit. Misericordia, & veritas obuiauerũt sibi, &c. vide plures nr̃os sermones in alio libro, pertinentes ad iudices, & regimen principum.

Deo cũcta sunt nuda.

Naum.3.

DOMI-

DOMINICA QVARTA IN QVADRAGESIMA, SERMO VNICVS.

PERICVLA MVNDI PROPONVNTVR. Christi tribulationes imitandæ: item agenda pœnitentia; in ea quid cauendum: memoranda nouissima; conditiones pœnitentis; & fructus confessionis.

ABIIT IESVS TRANS MARE Galileæ &c. Io. 6.

Io. 6. Matth. 6. BOnus Dominus qui dixit. Quærite primum regnũ Dei, & hæc omnia adijcientur vobis, nõ minus quam auib⁹ cęli, & pullis coruorum inuocantibus eum, quibus vos pluris estis, sic & hoc mane populo sequenti eum ex deuotione, & fame deficienti abundanter dedit de quinq; panibus comedere, vt superfuerint 12. cophini fragmentorum. Et si sic est liberalis pro nutrimento corporis morituri, quomodo deficiet animæ in his quæ sunt ei ad salutem, deuote eũ sequenti, quæ in æternum secum sit victura? vnde fidelis promissor dicit. Quærite, & inuenietis, pulsate &c. & petite vt gaudium vestrum plenũ sit vobis, quod de aĩa intelligit. Et hęc habentur hoc mane in sacro Euang. moraliter eum exponendo. Et continet in se contemptum mundi, & necessaria ad confessionem. Mare potest denotare nobis hunc tempestuosum mũdum. Vbi sunt reptilia quorum non est numerus. Et, Qui nauigat mare enarrat pericula eius, quoniam plures nauigantes per illud submerguntur. Psal. De periculo mundi. Eccle. 43. Et si hic iustus vix saluatur, quid de nobis miseris peccatoribus, qui non solum septies vt iusti cadimus in die sed & septuagies septies, 1. Petri. 4. Impius, & peccator vbi paretur. Scilicet postquam iustus vix saluatur. Vere intranseundo hoc periculosum mare in quo secundum sanctum Iob, militia est super terram vita hominis: oportet multa cautela, & prudentia vti, propter tot laqueos distentos per mundum sicut vidit sanctus Antoni⁹. Et quis est hic tam prudens & circumspectus vt non cadat, sicut dicit Pau. Videat qui stat ne cadat. Si enim tam fortem Sansonem, tam iustum Dauid tam sapientem Salomonem hæc reptilia spiritualiter deuorauerunt, quid nos infirmi, & fragiles, quid nos peccatores, quid nos insipientissimi faciemus? Vere clamandum est nobis cum Apostolis nauicula periclitante turbatione ventorum, & vndarum, Domine salua nos, perimus. Et Christus. Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. Matth. 26. Nam vt dicit Iob de dæmone, perplexi sunt testiculi eius. Vbi dicit sanctus Thomas. Ita magna est fortitudo eius, ꝙ non nisi per virtutem diuinam vincitur ab aliquo, solus enim Christus vicit eum & tulit spolia

lia eius. Dicitur nõ sine mysterio mare Galileæ, quæ interpretatur volubilis vel rotati. Quid instabilius, & volubilius est hoc mundo, vt nunquam in eodé statu permaneat ab initio mũdi, sicut in philosophia dicit. Boet Volubili orbe rotam versamus, ima summus, summa imis mutare gaudemus. Ascende si placet tu qui descendisti, & si ludicri nostri ratio exposcet te descendere, injuriam non putes &c. Abijt ergo Iesus trans mare Galileæ ad denotandum, quòd Iesus qui fuit in hoc mundo, in hac mortali vita, transijt per varias tribulationes ab initio natiuitatis vsq; ad morté.

Chri tribulatiões sũt vt imitandæ.

Tu autem percurre breuiter totam vitam eius, quia ꝑ pugnauit cum morte dicens tristis est anima mea, &c. pugnauit cum vita, quia dicit Io. fatigatus ex itinere sedit super puteum, pugnauit cum prosperitate, quia aufugit, quando eum regé voluerunt facere, pugnauit cum aduersitate, quia fuit patri obediens vsq; ad mortem. O quantas persecutiones passus est, a cunabulis, &c. Et concludendo Iacob. Idest

Gen.32. Christus transiuit Iordanem in baculo solus. Iacob eñ interpretatur supplantator, qui aquas torrentis transiuit in baculo idest per crucem solus.

Luc.24. Non ne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suã. Ideo

Rom. 8. documentum est hic omnibus christicolis, vt Paulus dicit. Sumus cohæredes Christi, si tamen compatimur vt glorificemur. Et Aug. siue fuerit Petrus Apostolus, cui claues regni cęlorum datę sunt, siue Ioannes cui reuelata sunt secreta cęlestia, siue Paulus qui fuit vas electionis, omnes oportet dicere, si volumus ingredi regnum cęlorum, oportet nos pertransire per multas tribulationes. Subijt Iesus in mõtem cum discipulis suis. Hic documẽtum est, qui videt tot mundi pericula & magnos ventos pugnare ad inuicé, proficiscatur, & ascendat ad montem deuotionis, & pœnitentiæ. Et quamuis sit eius ascensus sicut ad montem difficilis, tamen vt dicit Hier. omne opus graue, leue videtur mihi, cuius præmium magnum considero. Practica in huiusmodi de omnibus operatoribus in omni arte, qui subeũt multa ma[illegible] & aduersa, & magnos labores, & solis adustiones, ac imbrium tempestates, pro corruptibili lucro. Et Paulus qui in stadio currunt ab omnibus se abstinent: vt habeant coronam corruptibilem, nos autem incorruptam. Sic figuratiue, & Loth fuit præceptũ exeundo a Sodomorum habitatione saluari in monte, & quòd post terga non respiciat, quia in pęnitentia est perseuerandum vsq; ad mortem, vt salui simus, aliter cũ vxore eius post-terga respiciente conuertemur in statuam salis infructiferi. Et hîc est locus quo ibant filij Israel exeuntes ab Ægypto. Spatio trium dierum ad sacrificandum Deo. Scilicet per contritioné, confessionem, & satisfactionem. Hoc enim est maximum sacrificium quod Deo offerre possumus. Et ne retrahamur ab ascensu huius montis pœnitentiæ, a tribus obstaculis, & impedimentis nos debemus cauere.

Exod.5. Pœnitẽtia é agéda & i ea a qbus é cauẽdũ.

Primo a verecundia confitendi, considerando illud Psalmi. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & omnes in libro tuo scribentur, quia & tempus, & locus, & modus, &c. Practica de his. Reuelabo pudenda tua in facie tua, &c. Naum.3.

Et, Fili conserua tempus & deuita a malo. Eccle.4. Pro anima tua ne confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam. 2. caue a torpore præstolandi. Tempus faciendi Domine dissipauerunt legé tuã: Psa. contra hos Isa.28. Expecta respecta, modicũ ibi, modicũ ibi, vt vadant, & cadãt retrorsum, & illaqueẽtur. Eccle.7. Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere, a mortuo quasi nihil parit cõfessio. Confiteberis viuens. Viuus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & glorificaberis in miserationibus eius 3. caue ab impediméto satisfactionis. Sed dic cũ Zacheo reddo quadruplũ, si quem defraudaui. Et imitare Magdale-

dale-

Digitized by Google

dalenam, per quæ peccasti a Deo tuo recedendo, per hæc & torquearis ad Deum reuertendo. Considerans quia melius est modicum, quod hic nobis mandatur exequi, quam in purgatorio, vel in inferno perpetuo cruciari. Quoniã quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. Et qui hanc pęnitentiam subijt sedeat super fęnum, scilicet consideret breuitatem laboris sui in pęnitendo; quia vita nostra dicit Iob, breui temporis est, comparatiue ad æternam, quã Deus pręparauit diligentibus se. Consideret etiam quoniam transit mundus, & cõcupiscentia eius. Memorare nouissima scilicet in omnibus operibus tuis, & in æternum non peccabis, hæc ibi. Et non sine causa. Primo quia meditatio hæc incutit horrorem, & terrorem, quia quamuis nihil certius morte, nihil tamen est incertius tempore & modo mortis, vt dicit Christus. Vigilate quia nescitis &c. Et Lucæ. 18. cecidit super edificantes turris insperate. Et idem dicit de subitatione diluuij, & subuersionis Sodomorũ dum se delicijs, & voluptatibus darẽt. Vide historiam. 2. Excutit torporem, & negligentiam sicut stimulus pigro animali. Memento irę scilicet Dei, qa mors nõ tardabit. Et ideo ad Ephe. 5. surge q̃ dormis, & exurge a mortuis. Tertio opera vanitatis reprobat. Melius est ire ad domum luctus, quã ad domum gaudij. In ipsa enim finis cũctorum hominum docetur, & viuens cogitat, quid futurum sit. 4. facit contemnere mundi vanitatem, & cupiditatem. Vide Baruth. 3. vbi sunt principes huius mundi &c. cum suis pompis, & acquisitionibus. Exterminati sunt, & ad inferos descẽderunt, & alij loco eorũ exsurrexerunt. Quinto carnis feruorem & vstionẽ deprimit, dũ considerat Isa. 14. subter te sternetur tinea, & operimentũ tuum erunt vermes. 6. a peccatis reuocatur homo per cõtemplationem mortis, vt superius dixit Ecclesiasticus memorare nouissima, & in æternum non peccabis. Et comede de quinq; panibus benedictis a Christo. Isti quinq; panes benedicti a Christo possunt nobis denotare qnq; conditiones, quas pęnitentes debent habere, & his pasci, & nutriri in uita spirituali, ne deficiant in itinere huius peregrinationis, in quo peregrinamur ad Dominum videndum facie ad faciem eiusq; pane cęlesti fruẽdum in mensa æterna, in qua saciabimur cum apparuerit gloria eius. Panis primus est contritio peccatorum, iuxta psalmum cinerem tanquam panem manducabam. Et iterum surgite. Scilicet ad confitendum postquam sederitis. Scilicet postquam contriti estis, qui manducatis panem doloris. Deinde comede & de 2. pane scilicet post contritionem, recogitationem tuorũ peccatorum tam in genere quam in specie, & circunstantiarum aggrauationis in infinitum, vt habes in nostra p̃dica de confessione. De hoc dicit Dauid in Psal. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meũ, idest cum lachrimis per singula peccata obscura mea in consciẽtia pertransibo, quietus, & sequestratus a turbationibus tumultus, quasi in silẽtio nocturno. Et fac sicut mulier, quæ perdiderat decimam dragmam, accendendo lucernam inquisitionis debitę, & soliciti discursus, quatenus eam inueniret, & Ezechias Rex dicens, recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Facq; orationem feruentem ad Deum sicut Manasses pessimus peccator. Vide eam. Et de qua. Mulier fortis, & prudens ociosa panem suum non comedit. Postea comede de tertio pane integræ confessionis eundo ad medicum salutis audacter cum debita tui verecundia, ei detegendo vulnera tua. Quoniam ęgri egent medico, & non sani, pro quibus ęgrotantibus magnus medicus venit de cœlo, secundum q̃ Christus dicit. Et non faciat sicut Adã inuitatus post peccatum a Domino, vt sibi confiteretur suum delictum dicendo sibi. Adã

vbi

Marginalia: Ecde. 7. — Quãta vtilitas ẽ ĩmemorando nouissima. — Luc. 17. — Eccle. 14. — Ibidẽ. 10. — Quinq; cõditiones quas vere pœnitentes debent habere. — Psal. — 2. Para. in fine. — Pro. 31.

Digitized by Google

vbi es idest recognosce & cōfitere tuū peccatum, vt tibi indulgeatur, & ipse retorsit delictum in Deum, & mulierem dicens. Mulier quam mihi dedisti, me decepit. Sed dic cū Dauid peccante, & de peccato arguto, & accusato, confitebor aduersum me iniustitiam meam scilicet nulli meam nisi meæ prauę volūtati attribuēdo mea delicta. Quoniam Domine tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Quoniam omne delictum nostrum etiam in proximum perpetratū est in Deū, qui præcepit proximum diligere sicut te ipsum. Et malum coram te feci, etiam quod est ab hominibus absconditum, quoniam omnia nuda, & aperta sunt tibi. Prouerb. 18. Iustus in principio sermonis est accusator sui. Et dicit tibi confitebor, quia non homini absolute, sed homini te repræsentanti, vt sua benedictione aperiātur mihi cataractę gratiarū cęli, quæ erāt clausę mihi meis demeritis, sicut factum est, per Heliam tempore magnæ siccitatis terræ, quando pluuia non descenderat super terram tribus annis cum dimidio, & ipse sua oratione, & benedictione impetrauit misericordiam Dei, & pluit super terram Tobiæ. 2. manducauit panem cum luctu, de quo. Lachrimis meis stratum
Psal. meum rigabo. Idest confessionē quam sicut stratū straui mihi, vt in eo quiescerem nudus & expoliatus ab omnibus peccatis, rigabo lachrimis. O quā abundantes fuerunt, quæ stratum ei⁹ affluēter rigabāt sicut lachrimę Mag
Eccle. 31. dalenę, quibus lauabat pedes Christi. Panis egentium idest peccantium confessio, vita pauperis est idest peccatoris miseri. Quoniam per confessionē in absoluendo egens, & miser peccator, pauperq; in contritione debita, ex attrito fit contritus virtute clauiū. Vlterius comede panem doloris in cinere satisfactionis, & his est quartus
3. Reg. 31. panis, modo quo fecit Achab. Dum sibi ex parte Dei per Heliam comminaretur. Quia egisti mala, vt me ad iracundiam prouocares, & peccare fecisti Israel in idolis, quia miser peccator per mortale idolo offert sacrificiū & quia occidisti iniuste Naboth Iezraelitam, & possessionem eius iniuste subripuisti, ideo interficiam de Achab mingentem ad patientem &c. vide historiam, quia est pulchra. Hęc audiens Achab, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo Dñi ad Heliam. Nōne vidisti humiliatum Achab coram me. Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Et de hoc pane satisfactionis habes in pluribus sermonibus meis de pœnitētia. Vide ibi. De hoc pane. Antequam comedam suspiro, & quasi inundantes aquę sic rugi- Iob. 3.
tus meus. s. post contritionē, & confessionem in satisfaciendo pro peccatis meis. Quia timor quem timebam euenit mihi, & quod verebar accidit. Scilicet per quę quis peccat, per ea & torquetur, vt sim solutus a pœnis, & purgatorij, & inferni, ad quas per peccata decidi. Hanc penitentiam egit, & Nabucodo. cōsilio Danielis post suā perfectam recognitionem, & in gratię Dei restitutionem. Vide historiam in nostra prædica de verbo incarnato super figuram statuę horribilis quam vidit Nabudon. Et finaliter comede, & de quinto pane. s. bonum propositum habendo, cum Dei adiutorio præcauendi offendere Deū peramplius mortaliter, quia præcedentes panes comesti sine hoc vltimo, nullius erunt peccatori nutrimenti, sed bonus Christi odor, vt dicit Paulus: erit sibi ad interitum, sicut habes in nostra prædica de pœnitentia. Et hic est panis perseuerantiæ in virtute cuius Helia itinerando puenit ad montē Dei Oreb:
vbi meruit videre Dñm In sibilo au- 3. Reg. 19
rę tenuis, quia p hunc panē cū cęteris comestum peruenitur ad patriam cęlestē. Vbi erit perpetua quies, & aura tenuis. Et comedemus de māna abscōdita secretorum diuinorū, de quibus Pau. Vidi archana Dei, q̄ nō licet hoī loqui.

Digitized by Google

loqui. Et hic est panis noster viaticus. Insuper debent comedi cū duobus piscibus assis. Pisces enim in aqua habitant; & extra aquam moriuntur ita & nos toto tēpore vitæ huius peregrinationis debemus comedere panes prædictos doloris cum assiduis lachrimis saltem habitualiter, si quãque nris luctis interponimus aliqd gaudiū qetis. Cibabis nos pane lachrimarū, & potū dabis nobis in lachrimis cum mensura. De qbus Ber. delitiç Angelorum sunt lachrimæ nostræ, & delectabiles lachrimæ pœnitentis. Et Psal. fuerunt lachrimæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Nam sicut piscis moritur sine aqua, sic christianus moritur sine aqua assidua lachrimarum compunctionis. Hier. oratio Deum lenit, sed lachrima cogit, hec vngit, illa pungit. Et ideo debent esse assi igni. Scilicet charitatis diuinæ & non solum timore seruili scilicet pœnarum, &c. Quoniam dicit Pau. charitas perfecta foras mittit timorem, quamuis incipiat in nobis a timore. Et sunt duo, quia quandoque actu, quandoque habitu necessarius est dolor lachrimosus mentalis in pœnitente. Sed in ea non est sistendum quia damnat, sed vlterius ab ea ad Dei timorem filialem procedendum. Quoniam talibus hostijs promeretur Deus, dum tibi displicet peccatum, quia contra Deum, & patrem celestem, &c. vt habes in nostra prædica de contritione, & pœnitentia. Et postquam Dei gratia te saciauerit his panibus, colliges ex eis de fragmentis. 12. Cophinos idest 12. fructus suauissimos, de quibus cantat Ecclesia dulcis est panis Christi, & pbebit delitias regibus quia ex adipe frumenti saciat te, Primus fructus est meritum ex obedientia Dei, & Ecclesiæ, cuius clauibus te subiecisti. Secundus fructus gratia Dei gratum faciēs ex confessione consecuta, etiā in augmento ad contritionem. 3. pœna æterna pro mortali debita commutatur p impositionem Sacerdotis in temporalem in hoc mundo: si non viseam in purgatorio exsoluere. 4. ex verecūdia quam habuisti de turpitudine peccati coram Deo, & Sacerdote, fecisti magnam partem satisfactionis pro eis. 5. certificatus est per eam de recōciliatione cum Deo & Ecclesia per ostensionem tuam coram Sacerdote 6. plurimum lętificasti Angelum tuū custodem, quia administratio eius circa tuam salutem habuit effectum. 7. Ex confessione facta, magis, ac magis recognoscis fragilitatem tuam ex qua Deo magis humiliaris, & mansuetorum, ac humilium Deo semper placuit deprecatio dicit. 8. ex ea magis confidis in Dei misericordia in uenia peccatorum tuorum. Viuus, & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & glorificaberis in miserationibus eius 9. ex ea, ira Dei mitigatur quoniam propter peccata veniunt aduersa, & propter reconciliationem cum Deo misericordiæ recordatur. De hoc plena est sacra veteris, & noui testamenti scriptura. 10. ex ea confessus ornatum quendam aquirit in anima sua distinctum a malis, & nolentibus confiteri. 11. ex confessione facta dæmon minus eis nocere potest, imo tristis ab eis recedit. In signum huius energumeni per confessionem vt in pluribus sanantur. De his sunt infinita exempla. 12. ex confessione, Angelis magnum est gaudium, vt ostenditur in Euangelio de prodigo, & cæt. Hic figuratiue applica ad omnia dicta historiam ex 2. Reg. cap. 9. dixit Rex Dauid Miphoboset, qui interpretatur os verecundum idest peccatori, qui verecundatur in se ex peccatis commissis, vel os confusum idest peccatori, qui alias os fuit confusum, & inuerecundum, factus est verecundus per confessionem. Comedes super mensam meam, quasi vnus de filijs regis. Vnde & Christus dixit sedebitis super mensam meam in regno meo. Insuper applica historiam Esdræ. 8. & 10. cap. quando legem populo legit, & tunc populus animad-

[Margin notes: Psal. — Nota. — Iudit. 9. — Eccle. 17.]

Digitized by Google

uertens in quo delinquerant, & cum maxima pœnitentia confitebantur Domino, promittentes emendationē. Vide expositionem, & moralizationē eius in 2. libro. Sed de vtilitate verbi Dei, & veræ pœnitentiæ modis. Vide etiam moralizationem super pilos rasos apud Ezechielem, in qua agitur de confessione, & sermones de pœnitentia, & de contritione, ac attritione cū suis figuris. in 2. lib.

FERIAE II. POST IIII. DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

QVOMODO CHRISTVS INHABITET animam iusti, & quando: Item de præparatione ad Eucharistiam; de obseruatione festorum: de reuerentia ecclesijs exhibenda: & expulsione quorundam in Ecclesia. Vltimo quòd in homine non est fidendum.

PROPE ERAT PASCHA IVDAEORVM, ET ASCENDIT Iesus Hierosolimam. Io. 2.

Io. 2. Exod. 25. DIxit Deus Moysi. Inspice, & fac secundū exēplar quod tibi monstratum est in monte. Nihil magis solent homines mouere ad virtutes, quam proborū vita, & exēpla. Quoniam bene loqui cōmune est bonis, & malis, sed bene operari solū bonorum est, quia bona arbor dicit Christus, bonos fructus facit. In odorem vnguentorum tuorum currimus, ideo adolescentulę te dilexerunt nimis. Et ideo Christus magister noster dicit: Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Et hoc mane dignatus est dare nobis exempla, & documenta vitæ spiritualis, & deuotionis ad Ecclesiam; eam & visitandi, & honorandi, cū deuotione. Quoniam plurimum irascitur de indeuotione, & inhonoratione eius. Dicit ergo Euangelista prope erat festum Iudæorum, & Iesus ascendit in templum &c. Quamuis Deus sit vbiq; per essentiam per præsentiā & per potentiam, tamen in spirituali habitat in anima iusti. Et maxime est propinquus nobis tempore solemnitatum. Quoniam & tunc meritis solemnitatum dat suis deuotis maiores gratias. Et maxime cum recolitur memoria passionis Christi. Vnde. Et hoc Pascha Iudæorum repræsentabat trāsitum Angeli per Ægyptum, quando hędi sanguine postes Iudæorum linitę fuerant, & Angelus percussit primogenita Ægyptiorum intactis Hæbreis. Sic etiam per Christi sanguinē effusum super animas nostras in cruce saluamūr a diabolica percussione, & a morte æterna. Diuertit ergo Christus, cum recolimus memoriam passionis eius ad animam nostram spiritualius

Qn̄ diuertit ad nos Christus.

Prouer. 8. tualis, quia, dicitur delitiæ meæ sunt cum filijs hominum. Et Paulus qui caste viuunt templum Dei sunt, & spiritus sanctus habitat in eis, vt dicit Lucio Paschasio. Habemus exemplum de quodam sancto viro, qui in spiritu audiuit Christum quærentem a beata Virgine, qui fuerint maiores dolores tui in mundo. Respondit mater. Fuerunt quinq; cæteris maiores. Primus quando Simeon mihi dixit, & tuam ipsius animam pertransibit gladius. 2 quando dolens quærebam te amissum in templo. 3. Quando audiui te captum, & ligatum. 4. quando vidi te suspensum in cruce. 5. Quando fuisti positus in sepulchro. Cui Christus, quicunq; ad quamlibet harum passionum dixerit vnū Pater noster, & Aue Maria. Dabo ei cognitionem, & contritionem, & remissionem peccatorū. Et virtutes quas peccatum amiserat sibi restituam. Et dabo ei donum gratiæ, & cibabo eum ante mortem corpore meo. Et apparebo ei in morte, & recipiam eum in vitam æternam, hęc discip. Et beatus Albertus magnus, mai⁹ est meditari deuote Christi passionem, quam per totum annum ieiunare in pane, & aqua. Consideret ergo quilibet illud. Hier. 31. Perpetua charitate dilexi te, ideo attraxi te miserans, & excitetur sicut elephans piger ostensione coloris rubei ad prēlium contra Diabolum, & amorem intensum Iesu Christi ad nos, contemplando eius vitam, & amaram passionem, modo quo Isaias. 53. cōtemplatur vide ibi, quia propter scelera nostra attritus est. Et secundum quod dicit Augu. Si piget amare, nō pigeat reamare. De hoc amore Pau. dicit. Porto stigmata Chrsti in corpore meo idest per contemplationem, & ideo mihi viuere Christus est, & mori lucrum, & quis nos separabit a charitate Christi? dic totā Epist. Vide de hoc contemplationem Augustini in manuali. 10. cap. Item prope est pascha Iudęorum. Nam Iudæi confitentes interpretantur. Et ex hoc est nobis documentum, quia prope sunt dies Paschales, quando agnus occisus comendendus est a christianis per cōmunionem, ingrediamur templum cū deuotione emundantes animam nostram per debitam confessionem. Quoniam secundum Philo. actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. Hoc enim manna suauissimum quod de cęlo descendit, non debet nisi a mūdis tangi, & recipi, secundum quod Apost. dicit. Probet autem se ipsum homo, & sic de illo pane edat, & de calice bibat, quoniam qui indigne manducat, & bibit, iudicium sibi manducat, & bibit, nō diiudicans corpus Domini. Et qualis debeat in particulari hæc dispositio fieri, habes pulchram figuram mulieris Sunnamitis, quę recipiebat Heliseum virum sanctum in domum suam. Vide eam vt habes in nostra prędica de pręparatione ad cōmunionem. Item documentum est omnibus christianis festa obseruari, & in eis Ecclesias conuenire, & pro illo die a seruilibus operibus abstinere, secundum præceptum diuinum, qui dedit ex liberalitate sua nobis labore, & vacare sex dieb⁹ septimane, & sibi septimo die. Hic te extende practice, &c. vt tali die rememoratione eius beneficiorum, & gratiarū actione, & tuorū defectuum contemplationi vaces. Et hic discurre per omnia beneficia, quæ conferuntur christianis in Ecclesia. Et in particulari de 7. sacramentis discurre, & eorum significatione. Item ibi sanctorum exempla depinguntur, & eorum reliquiæ reponuntur, vt secundum quod Paulus ait, imitatores estote Iesu Christi sicut filij charissimi. Et postea imitatores mei estote, sicut & ego Iesu Christi. Et ambulate secundum formam datā vobis a me. Chris. Qui frequenti laude sanctorum glorias alloquitur, eorum mores imitetur. Aut enim imitari debet, aut laudare non debet. Propterea seipsos nobis prębent exemplum, vt ex ipsis pficiamus &c. Extende te ad practicam. Recedite ergo a theatris, & prastica super omnia loca, & artes in q-

De pparatiōe ad Eucharistiā.

Festa sunt seruāda cū deuotiōe.

Digitized by Google

bus prauitatis operantur. Et confugite ad Ecclesiam sponsam Christi, q̃ est sine macula, & ruga sanctificata sãguine Christi, vt dicit Pau. quatenus ipsa intercedat pro vobis ad sponsum suum Iesum Christum, quia ipsa maior est coram eo quàm Hester coram Assuero rege, quæ impetrauit veniam & reconciliationem apud ipsum, ne pereat popul⁹ mala, & crudeli morte.. O vtinam Deus diebus festis tanta de christianis lucraretur: quanta dæmõ lucratur in eis. Nam Deus die festo mandat Ecclesias visitare, Diabolus theatra, & tabernas. Practica de omnibus quæ Deus requirit ab hominibus diebus festis, & quæ dæmon ab eis habet contra Dei mandatum, & voluntatem. Vt merito de christianis dicat Deus. Quo mihi multitudine victimarum vestrarum. Solemnitates, & Neomenias, & Sabbata vestra odiuit anima mea. Quis hæc requirit a vobis?&c. Practica de solemnibus, & vigilijs earum, in quibus tot stultitiæ fiunt de nocte & de die, quasi essent institutę ad finem dissolutionum, & voluptatum, & nõ ad salutem animarũ. Et intrans Iesus templum, &c. Dixit Dominus Salomoni. Elegi. nota, practica super hoc ego elegi, quia Deus despicit Ecclesias idolorum, & superstitiosorum Macumetanorum. Locũ istum, quia quamuis vbiq; est Deus, & vbiq; sit adorandus in spiritu, vt dixit Christus, Samaritanæ, tamen per speciales gratias est in locis Deo sanctificatis, tum ratione benedictionis Ecclesiarum, tum ratione exhibitionis sacramentorum per maxime baptismi, & Eucharistiæ, tum dedicatione ecclesiarum ad sanctos, tum ratione reliquiarum eorum, tum ratione prædicationum, & concursus populi multiplicatis intercessoribus largitur Dominus &c. Sequitur vt sit nomen meum ibi in sempiternum. Practica Deus a nomine suo quod est mirabile, fecit ecclesiam dominari, ideo secundum nomen eius sic ei & laus est offerenda. Non laus diabolica, non theatralis: non chorealis, non superstitionis, sed veri cultus diuini. Non modo quo apud Ezechielem mulieres deplorabant Adonidem, & alia pessima ibi fiebant. 8. & 9. cap. vide. Et primi Macha. 6. vide ibi, quanta mala fiebant in templo. Vtinam non hæc fiant in templis christianorum, oculis, & verbis & factis. Sequitur & permaneant oculi mei ibi. Nam quamuis oculi Domini vtiq; contemplantur bonos, & malos, tamen spiritualius in templo suo qđ elegit in sponsam suam sine ruga, & sine macula, vt dicit S. Paulus. Hic practica ibi Deus inspicit cogitationes tuas, tuasq; deuotiones, mentis euagationes, gest⁹, actus, habitum, & breuiter practica de omnibus circunspectionibus, quibus De⁹ honoratur vel dehonoratur. Ibi est & cor meum sicut cor sponsi in sponsam, ad quam est plurimum Zelotipus in eam inhonorantes. Sap. 1. Auris zeli audit omnia. Et, Et assumam zelum pro nomine sancto meo, & portabunt confusionẽ suam, & omnem præuaricationẽ quã præuaricati sunt in me. O quam magna iniuria fit sponso, qui turpiter inhonorat sponsam eius. Quid fiet ei cũ sponsus audierit? In fine. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia cõsumationem cum festinatione faciet habitantibus terram. Vide totũ cap. a princ. quia est hoc applicabile contra adorantes idola, & tu applica ad christianos & Ecclesiasticos adorantes idola, quia diabolica ibi fiunt opera, & acta &c. Et nota admirabilem historiam. 2. Mach. 3. contra inhonorantes ecclesiam & qui eam violenter expoliant, & in ea cõmendata subripiũt. Dic etiam historiam S. Thomæ Chanturiensis &c. Et Pompeius postquam violauit ecclesiam Hierosolimis semper in prælijs fuit vituperosus. Sequitur cunctis diebus oculi mei ibi erunt aperti, & aures meæ erectę ad orationem eius, qui in loco isto adorauerit. Nota & aures meæ erectę &c. O misera & infęlix christianitas Deo, & ecclesiæ suæ indeuota. Practica. Ideo me-

Isai. 1.

Qualiter Dñs est in templo & ibi quo respectu debemus esse in Ecclesia 2. Para. 8.

Eph. 5.

Ezech. 19.

Soph. 1.

merito non exauditur: quia omnibus filijs tenebrarum deterior, & in deuotior effecta ẽ. Enarra deuotiones Turcharum, & iudæorum ad ecclesiã suã, & indeuotiones christianorum ad ecclesiam christianam. Merito etenim, nec Deus nec sancti exaudiunt clamãtes sicut Hier. 14. & 15 cap. est dictũ. Vide quia sunt pulchra, & ad propositum. Et fecit flagellũ &c. Vides quõ Deus flagellat christianos oĩs status propter vituperationes quæ fiunt ab eis maxime in ecclesijs. Odiui ecclesiã malignantium, & cum impijs non sedebo. In te.n. & in tuis ecclesijs sunt numularij, qui de sanguine pauperum fabricant capellas, & ecclesias, & anniuersaria constituunt, &c de male acquisitis. In ecclesijs sunt Simonię, vt his temporibus miseris nostris pauci sint, qui ascendant ad sanctum Sacerdotium, sicut sanctus Aaron per electionem, & vocationé spiritus sancti, sed per nummos per expectatiuas per commutationes, vt quæ sint iniciata malo principio deteriori fine claudantur. Propterea merito in subditis suis sicut in suis prælatis lepra prodijt sicut in domo Giezi, per maledictionem Helisei, eo quia gratiam Dei sub precio fecit. Dicit S. Chris. sicut a mala radice arboris, mali fructus procedunt, & nascuntur. Ita a mala vita Sacerdotum, causatur mala vita in populo suo malo exéplo. Vnde Greg. Nemo quippe magis in ecclesia nocet quàm qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis tenet. Delinquentem namq; eum nullus redarguere ꝓsummit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator laudatur. Et de victimis prauorum. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium iu conspectu patris sui, dona iniquorũ nõ ꝓbat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorũ, nec in multitudine sacrificiorum eorũ ꝓpitiabitur Dominus peccatis. Expellit insuper ab ecclesia, & a gratia sua oues, & boues, dico oues

Psal. Pulchrè exponit, fecit flagellum, & ibi quales ab Ecclesia a Deo expelluntur.

4. Reg. 5.

Eccle. 34.

exteriori pelle, qui interius sunt sicut lupi rapaces. Et sunt falsi hypocritę, & christiani, qui solo nomine, & cerimonijs, ac cultu exteriori censentur nomine christiano & Ecclesiastico. Vide Matth. 23. applicando ad hypocrisim Ecclesiasticorũ. De hypocrisi christianorum. Scio opera tua quia nomé habes ꝙ viuas, & mortuus es. Et in fine cap. postquam dixit, sed quia tepidus es incipiã te euomere ex ore meo, quia dicis ꝙ diues sum, & nullius indigeo, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, et pauper, et cæcus, et nud⁹. Expellũtur flagello Dei, et boues cornuti idest superbi, et elati. Quia scriptum est, non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Sunt etiam inobedientes, et sine iugo Dei existentes. Et cornibus dissensionum & sectarum suarum discordias excitantes, et seruantes in ruinam suam, et suorum ciuium. Practica de his, et similibus, in quibus similitudinarie bobus assimilantur. De quibus. A seculo fregisti, idest a cunabulis, iugum meum idest meorum præceptorum, rupisti vincula mea, quibus ligasti te in Baptismo abrenũtiando Sathanæ, et pompis eius. Et dixisti non seruiã, scilicet mandatis Dei, et ecclesiæ per superbiam, et relationem. De his Iac. superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam Et alibi. Audiuimus superbiam Moab, qui interpretatur ex parte geniti quia Christus superbis, et malignis Pharisæis dixit, vos ex patre Diabolo estis. Superbia eius et arrogantia eius, et indignatio eius plusquam fortitudo eius. Iccirco vlulabit Moab, et Moab vniuersus vlulabit, practica super hæc. Et vendentes columbas quæ sunt animalia luxuriosa. Et isti sunt principaliter Ecclesiastici, quos Deus vult sanctos, et mundos, sicut ipse est sanctus, et mundus qui eos sanctificat. Et ipsi quandoq; sunt immundi. Sunt etiam laici quos vult Deus manere in suo statu vt maritatos viduas et similes dic practicę. Vnde fornicarij, et adulteri, et cõcubi

Apoc. 3.

Ibidem.

Hiere. 2.

Isai. 16.

Digitized by Google

to res masculorum regnũ Dei non possidebunt dicit Pau. Quia dicit scriptura zelus Domini comedit me, &c. Nec mireris qa qñq; prauos, tã Ecclesiasticos q̃ laicos De⁹ expectat in puniẽdo, qa & gẽtilis Valerius dicit vltra sacrã scripturã per totũ. Lento n gradu in sui vindictã diuina ira ꝓcedit, tarditatemq; supplicij grauitate compensat. Est insuper documentũ qa Christus in omnibus ad eum conuersis non se confidebat. De hoc vide nostrũ sermonem, q̄ Deus duplici amicitia est amandus. Est & Bede documentũ qui dicit. Qua propter monemur vt nunq̃ de nr̃a cõsciẽtia securi simus, sed sẽ per soliciti formidemus, qa qđ nos latet, æternũ arbitrũ latere nõ valet. Et, Sũt iusti atq; sapientes, & opera eorũ in manu Dei & tñ nescit homo, vtrũ amore vel odio dignus sit, sed oĩa in futurũ seruantur incerta. Ideo & Paul⁹ nihil mihi conscius sum secundũ conditionem humanã, quia ipse erat confirmatus in grã, sed in hoc nõ sum iustificatus. Ad ꝓpositũ huius sermonis vide nostrum sermonem super historiam sacrificij Sacerdotũ Baal, & Heliæ Prophetæ. Itẽ de conditionibus & qualitatibus Sacerdotum. Vide nostrũ sermonem figuratum super maculis a Sacerdotibus excludendis.

1. Cor. 6.

Nõ est cõfidẽdum in omni homine.

Eccle. 9.

FERIAE TERTIAE POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

LABORIOSVM ITER AD COELVM, DEO odibiles sine deuotione solemnitates, secreta Dei humilibus reuelata: & quatuor simplices omni sapiente sapientiores ostendit: & de iudicio temerario differit.

IAM DIE FESTO MEDIATE, ASCENDIT IESVS in templum, & docebat &c. Io. 7.

Io. 7.

LVc. 10. orat Christus ad patreem. Cõfiteor tibi pater cęli, & terræ, quia abscondisti hęc a sapientib⁹, & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis Et non immerito, quia dicitur. Deus supbis resistit, & humilibus dat grãm. Et hoc ostẽsum est in Chro tenente typum oĩum nr̃m, de quo mirabãtur Nazareitæ, qũo hic scit litteras cũ nõ didicerit, quis ipse a sui cõceptione et quoad humanitatẽ erat plenus grã, & veritate. O quot simplices vetulę ꝓruperũt in admirãda secreta diuina, ex accẽsa deuotione q̃ in humilitate cordis habuerũt ad Chrm. Et de his fuit humilis virgo Maria, q̃ dicit de se, qa fecit sibi magna De⁹ respiciẽs humilitatẽ ei⁹ & horũ sess a approbat Chrs, q nõ in tumultu, sed in deuotione cordis vt Anna ꝓphetissa, nõ recedũt a tẽplo, ideo & meruit videre salutare dei oculis ꝓprijs cũ Simeone.

Iaco. 4.

¶ In hoc sacro Euang habemus plura salutaria documẽta, vbi notandũ q̄ festũ de quo hic Euangeliũ mentionẽ facit, erat tabernaculorum, in quo filij

Digitized by Google

Eundũ est ad Paradisum cũ labore.

lij Israel repræsentabant progressum, & stationes ipsorum, quos fecerunt p desertum eundo per annos. 40. versus terram promissionis exeundo de Ægypto, & sub tabernaculis quiescebant, non habẽtes domus fabricatas. Ad denotandum vt dicit S. Pau. Dum sumus in hac mortali peregrinatione peregrinamur a Dño quia non habemus hic manẽtem ciuitatem, sed futuram inquirimus secundũ eundem. Et sicut Hæbrei in peregrinando versus terrã promissionis multos labores, & aduersa sunt perpessi cum spe promissę eis terræ promissionis manante lacte, & melle, ita figuratiue dicit Aug quicquid nobis in via aduersi contigerit libenter sufferamus, propter illud bonũ ad quod tendimus, quia vt Pau. ait. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ De⁹ præparauit diligentibus se. Ad quam gloriã dicit Christus. Intrate per angustam portã. Quia lata porta est & spaciosa via quæ ducit ad perditionẽ & multi sunt, qui intrant per eam. Et quam angusta porta, & arcta via est, quę ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Et iterum regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiũt illud, quia difficilis aditus est ad virtutes. Hic practice discurre per octo beatitudines, de quibus Christus concludit, gaudete, & exultate, quia merces vestra magna est in cęlo. De hoc. Et audiui vocem magnam de trono dicentem. Ecce tabernaculum Dei cũ hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cũ eis, erit eorum Deus. Et absterget De⁹ omnem lachrimã ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in trono. Ecce noua facio oĩa. Et Augu. Dei eñ ineffabilis, & immensa bonitas etiam hoc præuidit, vt laborũ qdẽ tẽpus, & agonis non extenderet, neq; longum faceret, aut æternũ, sed vt ita dicam momentaneũ, vt in hac breui vita, & exigua agones essent, & labores,

1. Cor. 5.

Matth. 7.

Apoc. 21.

in illa vero cęlesti vita, ęterna esset corona, & pmia meritorũ. Et vide Aug. in soli loquijs cap. 21. ibi pulchrã de huiusmodi practicam & contemplationem ponit De his tabernaculis nõ manufactis cęli ad quæ transitur per huius peregrinationis tabernacula decanta Psalmũ. Quã dilecta tabernacula tua Dñe, quia Christus dicit. In domo patris mei multę sunt mansiones, & Psal. Concludit. Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula laudabunt te. Et iterũ torrente voluptatis tuæ in his tabernaculis potabis eos, vbi etiam saciabimur cum apparuerit gloria eius. Et De⁹ sanctis viris in hoc mundo per prægustationem ęternorũ dicit. De torrente in via bibit. Quamnis Pau viderit vt dicit S. Tho. quasi in transitu per raptum, archana Dei quæ non licet homini loqui, de gloria beatorũ vide in alio libro nostro Sermonem. Dicit Euangelista iam die festo cessante descendit Iesus in templũ vtputa in medio solẽnitatis. i. quarta die, vbi est documẽtum q non placẽt Christo solẽnitates Ecclesiarũ tumultuosę, & vanę, ac dissolutę, quæ vt in pluribus solent occurrere in solẽnitatibus, quia & Christus in tumultu est perditus a parentibus. Et, dicitur. Et non in cõmotione Dominus, sed post commotionem in aura placida, quia in pace factus est locus eius. Nam cum oratio sit eleuatio mẽtis ad Deum, in tumultu non potest fieri, quin sensus mentem distrahant. Ideo & Christus cum vellet orare separabat se a tumultu. Propterea Christus dicit. Tu autẽ cum oraueris, intra in cubiculũ, & ora in abscondito patrem tuũ, idest mente eleuata quãtum possis a distractione sensuum, sic etenim oratur in cubiculo. Et consulerem potius in perfectis tam viris quam mulieribus, declinent ad alias Ecclesias, vbi quietius festa agent soli Deo, q se exponere vanitatibus mundanis, de quibus S. Iob dicit. Oculus meus deprædatus est animam meam. Et pepigi pactum meum cum oculis, ne cogitarem de Virgine,

Psal.

Deo non placẽt solẽnitates tumultuosę & indeuotę.

3. Reg. 19.

Iob. 31.

Digitized by Google

vbi dicit S. Thomas peccatum luxuriæ in lubrico est positum, & nisi aliquis principia vitet, vix a posterioribus possit pedem retrahere. Primum autẽ in hoc peccato est aspectus oculorum, quo mulier pulchra aspicitur & præcipue virgo, secundum autem cogitatio, tertium delectatio, quartũ consensus, quintum opus. Voluit igitur Iob principia huius peccati excludere, vt eo non inuolueretur, vnde dicit pepigi, idest in corde firmaui cum oculis meis, ex quorum aspectu peruenitur in concupiscentia mulierum, & ita ab inspiciendis mulieribus abstinere, vt ne cogitarem de Virgine, scilicet vt nec primum gradum interiorem attingerem idest cogitationẽ, videbat enim difficile si in primum incideret, quin in alia laberetur. s. delectationem & consensum. Est etiam documentum prædicatoribus in tumultibus his non libenter prædicare sicut Christi exemplo edocemur, quoniã dicitur. Vbi auditus non es, non effundas sermonem, & importune noli extolli in sapientia tua. Et mirabantur quomodo literas scit. Vbi habes documẽtum, vt in prohemio diximus pro simplicibus, Deus humilibus secreta sua ostendit, de quibus Psal. Quia nõ cognoui litterarũ introibo in potentias Domini. Ideo Apost. Scientia inflat, scilicet q̃ est sine charitate. Charitas edificat. Si quis autẽ se extimat scire aliquid, nondum cognouit, quẽadmodum oporteat eũ scire. Si quis autem diligit Deum hic cognitus est ab eo, idest approbatus. Et quomodo possunt esse ignorantes, qui deuotius cum Deo per contemplationem loquuntur, vere isti obdormientes per contemplationem deuotam super pectus Christi exhauriunt sicut sanctus Ioannes admirãdos thesauros sapientię Dei. Nam propterea Paulus dicit. Sufficit mihi scire Christum, & hunc crucifixum. Et quare Paule? quia in eo sunt oẽs thesauri sapientiæ, & sciẽtiæ Dei Iob. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam, & Ioannes. Erunt omnes docibiles Deo. i. a Deo. Quis enim docuit Petrum piscatorem, qui se protestatur paratum omnibus respondere de his quæ sũt spei, & fidei nostrę? Quis docuit Mattheum thelonearium: Cuius scientia erat in nummis enumerandis? Quis docuit Ioãnem, qui dietim piscatione nutriebatur, vt nõ posset litteris vacare. Et ita de locutione ipsorum in die Pentecostes magnalia Dei, vt etiam loqueretur omnibus linguis. Et ita extẽde te ad aliquos sãctos & simplices, vt Antonium & similes. De quo Aug. auditis mirabilibus quę per ipsum fiunt, dixit. Surgunt indocti, & rapiunt cęlum, & nos cum nostris doctrinis demergimur in profundum inferni. Similiter quot vetulę, & virgines de secretis diuinis mirabilia fari sũt, vt fuit in Catherina martire, & Virgine Senẽsi, & sancta Brigida. Et concludamus breuiter, hoc Plato, & Arist. & cæteri philosophi ignorarũt & multi ex eis ad huius cognitionem non potuerũt peruenire, quia & Pau. dicit. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, sed nobis christianis virtutẽ Dei, & Dei sapientiam. Quid enim sanctæ Vetulæ desit de his quæ spectant ad salutẽ eius? vere confiteor tibi pater cęli, quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, ita pater quia sic placuit añ te vt supra. De his omnibus. Moraliter dicit. Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientioribus. Formicę, populus infimus, qui præparat in messe cibum suum, lepusculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum. Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas. Stellio manibus nitit, & moratur in domibus regum. Per fornicam intellige homines sine magna prudentia mũdi existentes, & quasi in mundanis agibilibus sine intellectu, & isti sunt vt in pluribus deuotiores in diuinis rebus, & in his quæ sunt pro salute animæ suæ, minus colligentes temporalia, q̃ post

Eccle. 32.

De⁹ sua secreta humilibus reuelat.

1. Cor. 8.

Iob. 32.

Pro. 30. Perpulchra moralitas de quatuor minimis prudentiorib⁹ omni sapiente.

Digitized by Google

post hanc vitam etiam collecta euanescunt, quia Psalmus dicit. Nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis, sed accumulant collecta pro æterna patria, scilicet deuotionem sanctã & cumulum meritorum. Per lepusculum etiam intellige timidos, & pauidos iudiciorum diuinorum, de quibus Psal. Cõfige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui. Et de his dicit scriptura. Beat⁹ homo qui semper est pauidus. Et isti nidum suum collocant in petra, idest in plagis Christi in quibus tota spes salutis eorum est. Per locustam sine rege sunt rustici sine duce quia quandoq; & parochiani in eis desunt, & prædicationes paucissimas audiunt, sed ductu, & instinctu spiritus sancti vadunt recte ad patriã cęlestem. Quia propter assiduos labores suos nec malum cogitare possunt, & Deo in omnibus benedicunt. De quibus fuit ille Carpentarius Alexandrinus, qui a Deo præpositus erat beato Antonio in meritis dic exemplũ. Per stellionem idest lacertam intellige p mũdũ, contẽnẽtes amore Dei vtriusq; sexus viros, & mulieres, Ecclesiasticos. Qui habitant in domibus regum, quia in monasterijs, in quib⁹ seruire Deo, vt dicit S. Ber. est regnare. Qui gradiuntur, & nituntur manibus, idest suis sanctis exercitijs supra recta ascẽdere, hoc est ad patriam cęlestẽ. Quibus dixit Christus, vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedem, &c. & centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. De quibus Sap. Hi qui sunt in inferno dicunt. Hi sunt quos habuimus aliquãdo in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorũ extimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei, & inter sãctos sors illorum est. Ergo errauimus a via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentię non est ortus nobis, &c. Non igitur dicit. Sapiens glorietur in sapientia sua, & nõ glorietur fortis in fortitudine sua, & nõ glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur. Scire scilicet per finem, & nosse me, scilicet per bona opera legis & pręceptorum. Quia scientibus cum buccis concrepãtibus dicet Christus in iudicio. Amen dico vobis, nescio vos idest vestra opera per approbationem, quia Deus nõ quærit a nobis sciri solum speculatiue sed practice. Nosse te Domine consummata iustitia est, idest iustificatio cõsummata, & approbata est nosse te scilicet per timorem & amorem filialem, quia dicit per Prophetam. Si ego Dominus, vbi est timor meus, & scire iustitiam idest ad reddendũ quæ sunt Cęsaris Cęsari, & quę sunt Dei Deo, radix immortalitatis est. Dico scire non tantũ speculatiue sed magis practice. Est insuper documentum quòd Christus iniuriatus noluit respondere, nec dare iniurias pro iniuria. De his vide nostram prædicam de dilectione inimicorum. Vbi etiam notaui quando est, & quando non est respondendum stulto, & de remedijs contra iniurias illatas. Est etiam documentũ contra temeraria iudicia, de his vide S. Tho. 2. 2. q. 60. art. 3. Et summulas maxime summulam Gaetani de iudicio temerario. Hæc eñ non scripsi ne sim prolixus, vide tamen nostram prædicã sub eodẽ titulo, vbi etiam agitur an solius sit Dei corda hominum scire in 2. lib.

Sap. 5. Hier. 9. Sap. 15. Mala. 1. De potentia Chri. De iudicio temerario.

FERIAE IIII. POST IIII. DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO SECVNDVS.

FLAGELLA DEI SEX MODIS EVENIRE dicuntur: dicuntur & peccatores cæci a natiuitate: qui tamen singulari modo sanantur: additur etiam quòd bonorum & pati tribulationes.

PRAETERIENS IESVS VIDIT HOMINEM CAECVM à natiuitate. Io. 9.

Io. 9. INuenimus in sacra scriptura duplex malum esse vel dici scilicet malum culpę vt peccatum, & malum pœnę vt infortunia siue corporalia, siue aduentitia, vt paupertas & similia. Primum est simpliciter abominabile coram Deo, & hominibus, quia Deus odit iniquitatem. (Iudith 5.) Secundum malum cum sit a Deo, non est malum simpliciter sed a Deo factum. Nô est malum in ciuitate quod non fecit Dominus, (Amos. 3.) imo sepius quos diligit corrigit, & castigat, & quasi pater in filio complacet sibi, vt dicitur Prou. 3. & ad Hæb. 12. Et hoc ostenditur hoc mane in Euangelio, de cæco cui cæcitas data est a Deo, non solum ad gloriam Dei, sed etiam ad salutem eius. Quia secundum doc. quos Christus sanauit in corpore, etiã illos sanauit in mête.

¶ In hodierno Euang sunt pulchra documenta. Et primũ est, ꝙ nô omnis punitio corporalis est propter peccatũ, vbi nota vt magister dicit. Quinq; modis flagella contingunt, vel vt sint cæteris exemplum patientiæ, vt sancti Iob, & Tobiæ vt ;. Tobiæ dicitur. Hanc autem tentationem ideo permisit Deus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob, vel ad custodiam virtutũ vt Paulo. Ne magnitudo reuelationis extollat me, datus est mihi stimulus carnis, &c. (2. Cor. 12.) supra hæc vide sanctum Tho. quia pulchra dicit, quæ gratia breuitatis omitto Aliquando ad corrigendum peccatum. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine, (Psal.) sic percussa fuit lepra Maria soror Moysi. (Num. 12.) Et ita puniuit Nabucodonosor in alienatione sensus vel ad manifestationem gloriæ Dei, vt hoc mane in Euangelio de Cæco dicitur. Quandoque ad initium pœnæ futuræ, vt Pharaoni, & Antiocho Regi. (2. Mach. 9.) Et Herodi Agrippe, vt habes in actibus Apost. (Act. 12.) Et de Herode ascalonita, vide historiam in die Innocentum in Voragine. De his, & similibus vide Iudith. 8. vbi hortatur populum vt equo animo ferant Dei flagellum, quoniam per varias tentationes in magna patientia omnes sancti Deo placuerunt, & ostensi sunt vere colere Deum in tribulationibus eorum. Et illi qui tentationes non susceperũt cum timore Domini, & patientia sua, & improperiũ murmurationis suæ cõtra Dñm ꝓtulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & a serpẽtibꝰ perierũt, vide etiã de hoc S. Pau (Heb. 12.) Quia pulchra dicit ad ꝓpositũ. De his vide sermo-

Magister 4. sent. di. 15. c. 1. Quinque modis flagella contingunt.

Lib.2.Ser. Hierem.2. peccatores inueterati sunt cęci à cunabulis, & ibi quomodo sanatur ꝑ totū perpulchre declaratur.

mone nostrū de malo culpę & pœnę. & an vnus pro peccato alterius puniatur. Moraliter hic cæcus à natiuitate potest denotare populum meum, vel quemlibet peccatorem inueteratum in suis peccatis fere à cunabulis. A seculo fregisti iugum, rupisti mea vincula. & dixisti. non seruiam. Et merito tales sunt cæci, quia sicut cæci nō animaduertunt ambulantes ad pericula fossarum inferni, non considerant superius iudicem in eos iratum, non turpitudinem suorum peccatorum, quæ clamant contra eos coram Deo vindictam, non considerant sub quorum demonum potestate subijciuntur, quia accelerant & expectant exitum suum, vt eum deducant, vbi erit perpetuus dolor & stridor dentium. Et breuiter non vident, quia armat Deus totam creaturam suam in vltionem inimicorum suorum. Psal. Non est respectus morti eorum, & cum hominibus, scilicet misericorditer, non flagellabuntur, quia qui peccat in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in alio seculo, sed sepultura asini sepelientur, vt dicit Hierem. Et nota quòd cæcus communiter deambulando impingit in lapides, ingreditur vias lutosas, & inter spinas ruit ambulando vbi sunt vepres, sic miseri consuetudinarij cadunt de peccato in peccatū, quia secundùm Greg. peccatum quod per pœnitentiam non aboletur, mox suo pondere ad aliud trahit, scilicet, in superbię duros lapides, in luxuriæ fœtidas feces, & in auaritiæ, quæ est idolorū seruitus, vepres. Et hic est captus ab his sicut auis in laqueis, & in

Iob. 15. muscipulis stultorum. De his. Tetendit aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est, cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. De luxu-

Isai. 34. rijs eorum dicit. De cadaueris eorum ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, scilicet in cœlum, quia computruerunt iumenta in stercorib. suis.

Ioel. 1. dicit propheta. De auaris dicit. Væ

Abach. 2. qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & putat se liberari de manu mali. Cogitasti confusionem domui tuæ, quia lapis de pariete clamabit, & lignum, quod est inter iuncturas ædificiorum respondebit. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. Et concludendo dicamus de his cæcis. ambulauerunt, vt cæci, scilicet, ad omnem casum à quo non poterunt explicari, quia domino peccauerunt. Et in circuitu impij, scilicet, isti cæci, ambulant. Hic possis practice extendere te ad omnia præcepta Dei, q̃ isti cæci ex aduerso Deo deambulando absque respectu transgrediuntur, vt addantur eis plagę dei in septuplum propter peccata sua, vt

Leuit. 26. dicitur, & idem Deutero. 8. & 28. verę isti miseri exoculati sunt vtroq; oculo sicut Sedechia à rege Babyloniæ. 4. Regum, idest, moraliter à diabolicis peccatis, quæ generant in eis confusionem, & temporalem & æternam. Vtroque oculo, quia nec Deū timent, nec homines verētur. Et hic erat cæcus à natiuitate, quos impossibile est per naturam sanari secundùm philosophos, nisi adueniat miraculum Dei misericordiæ, sicut accidit de hoc cæco, quem Christus pertransiens oculo misericordię respexit illuminandum.

Psalm. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte. Ita in vitijs habituatos, & malis consuetudinibus impossibile est ab eis recedere nisi speciali gratia Dei, sicut dixit Christus de diuite. Quod est impossibile apud ho-

Amos. 9. mines, possibile est apud Deum. Nunquid non filij Æthyopum vos estis mihi filij Israel? Et Hierem. 13. Nunquid Æthyops potest mutare pellem suam, aut pardus colorum varietatem, ita & vos cū didiceritis male facere, nun-

Isai. 49. quid poteritis bene facere? Contra hos dicit, Dominus Redemptor Israel sanctus ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum, idest demonum. Prouer. 1. Despexisti omne consilium meum, & neglexistis omnes increpationes meas

ideo

ideo ego in interitu vestro ridebo, & cæter. Et quamuis à Deo cæci, qui ex aduerso Deo deambulant sint merito pertranseundi & despiciendi à domino, nihilominus quia pius Iesus filius hominis, idest pietatis, non venit animas perdere, sed saluare vt dicit Sanctus Lucas, qui ex his lapidibus potest filios Abrahæ suscitare, & lapides in panes conuertere, pietate sua respexit in hũc cæcum sic derelictum à spe sanitatis. Psalm. Respice in me & miserere mei secundùm iudiciũ diligentium te, & custodientiũ mandata tua, ò beatus vir quem dominus non præterit, sed sic sua misericordia respicit. vere ad respectũ eius cęci vident, surdi audiunt, claudi ambulant, leprosi mundantur, pauperes euãgelizantur. Percurre practice. sic respexit, Magd. Matthæum, Zachæum, & alios publicanos, Paulum, prodigum, adulteram publicanum peccatorem, & latronem in cruce, & eos illuminans iustificauit vt vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Videns ergo hunc cæcum oculo misericordiæ, & pietatis. Expuit in terram, & fecit lutum, & liniuit oculos eius. & cæte. Hic dat & ostendit modum quo similes spiritualiter debent illuminari. Primo dicit respexit in eum. quoniam dicit. Scio quòd non possum esse continens, nisi deus dederit, & Christus nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit illum. Respicit dico, vt Osea dicit loquar ad cor eius. Et Isai. 40. loquimini ad cor Hierusalem. Expuit in terram. In signum si vis sanari & illuminari spiritualiter, considera tuam terrenam & contemptibilem vitam, vt prodigus & adultera. Et cum Ezechia Rege infirmato ad mortem recogita omnes annos tuos in amaritudine animæ tuæ. Et statim sic respectus dic. Nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. Miscuit sputum & saliuam cũ terra, quia iram & iustitiam grauem suam sicut est terra in peccatores, miscuit & contemperauit sua misericordia. Psal. Recordatus est figmenti sui.

Luc. 9. Psalm. Sap. 8. Oseæ. 2. Hierem. 3. Psalm.

Et misericordiæ Dei est, quòd non sumus consumpti. Et liniuit oculos cęci, dum blanditur peccatori ne desperet, sed cõsiderat de Dei misericordia, qa Psalm dicit. Cum iratus fuit misericordiæ recordabitur, vt fecit in adulteram, merito iustitia diuina lapidandam. Mittit ad aquas Siloe lauandum oculos, scilicet ad aquas contritionis. & cæter vt ibi visum recipiat. Nam & & Paulus. Percussus lumine diuino vt visum recipiat, missus est à Christo ad Ananiam, & ad positionem manuũ suarum squammę ceciderunt suę cecitatis, & visum recepit. De hac lotione dicit Hiere. Laua à malitia cor tuũ Hierusalem Et Isai. Lauamini mundi estote auferte mala cogitationum vestrarum ab oculis meis. Discite benefacere, quiescite, peruersa agere, &c. Et non sine mysterio est. Hic sanatus habuit aduersitates à parentibus & amicis & pharisæis, sunt parentes caro infirma, vt dicit Christus Petro & apostolis dormientibus, prona ad malum vt dicit Paul. & Genes. 8. cap. vicini & amici sunt mundus fallax in promissis, quia transit mundus, & concupiscentia eius. & Psal. Nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis, sunt pharisei demones, quia caro mundus demonia diuersa mouent prælia conuersis & illuminatis spiritualiter. Paulus. Tanquã purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsima vsque adhuc. Nos stulti propter Christum, vos & cęt. vide si vis totum cap. Hoc modo fuit tẽtatus Dauid grauem pœnitentiam pro suis peccatis faciẽs, quibus respondit. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniã exaudiuit dominus preces & orationem meam suscepit. Sed tu ò illuminate à Christo ad bonum opus, & viam salutis remaneas firmiter, & perseuerãter in confessione Christi, & viriliter age & confortetur cor tuum, & spera in domino, & fac bonitatẽ, quia Christus bonus protector tuus extra Synagogam factum, scilicet à mundo & mundanis despectum, obuians tibi

Tren. 3. Act. 9. Isai. 1. Bonorum est pati tribulationẽ. 1. Cor. 1.

te con-

te cōfortabit. Tu autem adora Deum humiliter sibi gratias agendo de beneficijs acceptis. Et dic Psalm. Benedic anima mea Dominum, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia, & cætera.

Psalm.

FERIAE QVINTAE POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

DEMONSTRANTVR TRIA PECcatorum, & peccantium genera, qui etiam assimilantur mortuo, monstratur & modus, quò reuocantur ad vitam.

ABII IESVS IN CIVITATEM, QVAE vocatur Naim. Lucæ 16.

Luc. 16.

BOnus Iesus, qui per suū Apostolum Iac. mandauit. Religio munda & immaculata apud Deū hæc est. visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo, voluit ipsemet hāc pietatem ostendere erga hanc viduam tribulatam ex morte vnici sui filij, dum in eam plorantem super suum vnicum mortuum in quo erat tota spes eius, pietate motus, accessit & tetigit loculum eius, & suscitauit eum, & dedit matri suæ, &c.

Tria sunt genera peccatorum, & hic perpulchre discurritur? quo mortuo assimilatur peccator per mortale peccatum.

¶ Hoc mane moraliter exponendo sacrum Euangelium, in eo continetur grauitas peccati mortalis. vbi nota, quòd sicut tria sunt genera mortuorum, quos Christus resuscitauit, ita figuratiue tria sunt genera peccatorū, quos Christus sua misericordia sanat & resuscitat. Est puella in domo patris suscitata, quæ denotat peccatum mortale per solum consensum contra ctum. Est hic adolescens, qui extra portam ferebatur, & designat eos qui consensum suum mortalé, per opus mortale exercent, & extra progrediuntur. Est Lazarus Quatriduanus denotans consuetudinarios peccatores. Qui merito, vt infra dicemus quatriduani sunt & quasi sine spe recuperationis, vt in præcedenti sermone diximus. Hic ergo erat mortuus spiritualiter, qa in sacra scriptura peccatores mortales mortuo assimilantur. Paul. Exurge qui dormis, idest, in peccatis, & exurge à mortuis, & illuminabitur te Christus. Et Christus de prodigo dicit mortuus erat, & reuixit. Et merito mortuo assimilatur. propter conditiones quas corpus mortuum habet. Est enim horridum aspectu, est ponderosum, est fœtidum, est in alia specie mutatum. Ita & mortuus spiritualiter est turpis coram Deo & Angelis, quia gratia gratūfaciente, decorā te eū est p peccatū mortale priuatus. Denigrata est facies eorum super carbones, & nō sunt

Ephe. 5.

Tren. 4.

sunt cogniti in plateis, idest, paradisi coram Deo & Angelis per approbationem, vt patet per totum primum capitul. Isaiæ, vide si vis. vnde & Deus præcepit Hiere.14. & 15.cap. Ne oret pro eis in bono & si steterit Moyses & Samuel pro populo hoc, anima mea non est cum eis, sed egrediantur, & ceter. vide quia sunt pulchra & ad propositum. Accipe ergo turpissime peccator consilium, Hierem.3. Laua à malitia Hierusalem cor tuum, vt salua fias. Vsquequo morabuntur in te noxiæ
Isai.1. cogitationes? & Isai. Lauamini mundi estote & cæte. & venite & arguite me, quia si fuerint peccata vestra, sicut coccinum, mox sicut nix dealbabuntur. Est ponderosum quid enim ponderosius est morte spirituali? Primo aggra
Sap.9. uat animam. Corpus quod corrumpitur, idest peccata mortalia quæ corpori mortuo comparantur, aggrauat
Psalm. animam. Psalm. Funes peccatorum circumplexi sunt me, & quoniam iniquitates meę supergressæ sunt caput meũ & sicut onus graue, nota graue grauatę super me. Grauissimum est, quia dicit Gregor. peccatum quod pœnitentia non diluitur, mox suo pondere, scilicet, sicut cathena, ad aliud trahit, vt merito tales, vt impij in circuitu ambulent, sicut dicit scriptura. vere hoc est lapis molaris, quo molebat turpiter vituperatus Sanson, amissa propter peccatum sua fortitudine.
Iudic.16. Item grauissimum est coram Deo, & Angelis, Hierem.6. Ecce incircuncisę sunt aures eorum, & audire non possunt. ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, non suscipiet illud. Iccirco furore domini plenus sũ, idest, video furorem domini sicut ollam bullientem ex successione peccatorum vestrorum, laboraui, idest, & ego & Deus sustinens. i. video Deum quasi laborantem, sustinendo vestra grauissima peccata. & Isa.1. dicit manibus plenis, sanguine & cęt. laboraui sustinens. & ego laboro in dolore maximo super consideratione vestrorum peccatorum, dum video super vos mala. & ibi dicit ve populo graui iniquitate, gente peccatrici, semini nequam, filius sceleratis. dicit genti peccatrici, idest, ad peccata sine freno currenti, populo graui iniquitate propter enormia & aggrauantia peccata, sicut sunt illa quæ in cœlum clamant vindictam, vt sunt innominabilia Sodomorum peccata, & sanguis proximorum effusus, & offensio viduarum & pupillorum, vt habetur Exod.22. filijs sceleratis, qui per malitiã peccant, quod peccatum est finalis impęnitentiæ, vt nec hic, nec in alio mũdo remittatur, sicut dicit Christus, semini nequam,
quia Christus dixit. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. vis etiam in particulari videre ponderositatem mortalis pecca- Ioan.8.
ti. Nam de superbis dicitur, sicut de Lucifero. veruntamen ad inferna detraheris. De luxuriosis, & immundis. Isai.14.
Subter te sternetur tinea & operimẽtum tuum erunt vermes, & sepultura epulonis sepelientur in inferno. Et se- Ibidem.
cundùm Hiere. in figura Ioachim praui regis Iuda, sepultura asini in sterquilinio sepelietur, idest, inferni. & in alio loco. Qui à te recedunt scribentur in terra, idest, in inferno in centro terræ. Et de auaris. ve qui congregat malam auaritiam domui suæ, & qui multiplicat non sua. vsquequo aggrauat contra se densum lutum. Nũquid non repente surgẽt, qui mordeant te, & suscitabunt lacerantes te, & eris in rapinã eis, scilicet, & in hoc & in alio Hier. 17.
mundo datus demonibus. Est mortale peccatum fœtidum coram Deo, sicut ostensum est in fœtidis Sodomitis. In signum quorũ fertur quòd poma quæ ibi gignuntur, quamuis sint pulchra extra, intus sunt fœtida, & putrida. Isai.34. de cadaueribus eorum ascendit fœtor. Et Ioel.2. & ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, scilicet Abach.2.
in cœlum ad me. De his dicitur generatio quę sibi munda videtur, & tamẽ non est lota à sordibus suis, quia scilicet, per irrecognitionem non extimat sordes iniquitatum suarum. Et Is.28. Prou.30.

Sacerdo-

Digitized by Google

Sacerdotes & prophetę nescierũt, prę ebrietate absorti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, & ignorauerunt iudicium. Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque, ita vt non esset locus vltra. Et Tren 1. capit. peccatum peccauit Hierusalem propterea instabilis facta est. omnes qui glorificabant eam spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius. Ipsa autem gemens, & conuersa est retrorsum, sordes eius in pedibus eius, idest, in eius effectu & progressu, nec recordata est finis sui, idest pulchritudinis æternæ. Deposita vehementer non habens consolationem. hæc ibi. Et Hiere. 2. Scito & vide quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timoré eius apud te. Et ideo tales sordidi derelicti sunt à domino & ab Angelis eius, sicut Hierem. 51. dicitur ab Angelis. Curauimus Babylonem, idest confusos homines, & non est sanata. derelinquamus eam, & eamus vnusquisq; in terrã suam. Et mulier apud Zachariam deportabatur ad habitaculum sibi fabricandũ in terra Senaar per mulieres Milui alas habentes, idest per demones ad fœtorem æternũ, quia Senaar interpretatur fœtor earum. De his fœtoribus. Qui in sordibus est, scilicet in hoc mundo, sordescat adhuc, idest in inferno. Et isti figurari possunt per Antiochum, cuius fœtore exercitus grauabatur, Qui fœtidę vitæ fuit in hoc mundo corpore & anima, fœtidior remansit post hanc vitam, quia in fine concluditur. Igitur homicida & blasphemus, pessime percussus, vt ipse alios tractauerat peregre in montibus miserabili obitu vita functus est absq; Dei misericordia. Insuper cadauer mutatur in aliam speciem ex corpore viuo secundùm vberiores philosophos. Sic miser homo, qui ad imaginem Dei est formatus rectus, vt dicitur. Ipse tamen infinitis quæstionibus se miscuit, scilicet, per deformationem, dum sensuali vitæ rationis dominium subiecit. De quo Ps.

Apoc. 22.

2. Mach. 9.

Eccles. 7.

Cum in honore esset comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, scilicet per imitationem. De hoc vide ad longum nostrum sermoné de dominio rationis super senper sensualitatem. Et hoc figuratiue & litteraliter ostésum est in monstruosa statua, quam vidit Nabuch. & in arbore pulchra, & cet. sed postea succisa Dei mandato, quia secundùm expositionem Dan. per illam arborem succisam denotabatur alienatio mentis, Nabuch. qui conuersus fuit per apparentiam in monstruosam speciem animalium. Hic adolescens mortuus est in ciuitatem Naym, quæ interpretatur fluctus vel fluctuans. Nam mare fluctuans, & concitans sua fluctuatione fœces, denotare potest prędictorũ instabilitatem in qua moriuntur, vt superius Trenor. 1. dicitur. Peccatum peccauit Hierusalem propterea instabilis facta est, supple modo arundinũ vt dixit Christus, quę omni vento agitantur ad quamlibet parté, vt sint sicut filij Israel quibus dixit Helia, quo usque claudicatis ad vtranq; partem. Et in exagitatione sordium & fœcum peccatorum mortuus est, quorum finis est interitus & mors. sicut dicit Apostolus. Quem fructum habuistis, in illis in quibus nunc erubescitis. Nam finis illorum mors est. Rom. 6. Interpretatur & commotio, quia isti commouent suis discordijs & lasciuijs, & ambitionibus ac auaritijs cœlũ & terram. Scilicet homines malis actibus & exemplis suis, & Deum ac totam suam creaturam, vt insurgat in vltioné inimicorum suorũ. Sap. 5. Armabit creaturam in vltionem suorum inimicorum, & hoc secundùm Greg. quia offenso creatore, offenditur tota creatura. Sed sancta mater Ecclesia vidua ꝓpter Christi absentiam personalem in cœlum, pia ad suos filios quos regnauit in Christo, videns eos mortuos facit super eos, vel ipsum genus humanum planctum amarum. Luctum vnigeniti, fac tibi planctum amarum. O si non esset planctus, orationesq; ... que alia

Dan. 2.

De instabilitate in mortali existentium, & ibi quomodo resuscitatur ad vitam spiritualem.

3. Reg. 18.

Rom. 6.

Hierem. 6.

alia spiritualia bona in thesauro Ecclesię sanctorum & proborum recondita pro supplicatione peccatorum, quàm male mundo esset. Vere cataractę cęli aperirentur irę Dei, vt in diluuio, quia etiam nũc omnis caro corrupit viam suam, & non est qui faciat bonum vsque ad vnũ dicit. Vere hæc figuratiue est illa prudẽtissima mulier tecuites, quæ pro filio suo exorabat
2. Reg. 14. dicens. Coram Dauid rege irato. Omnes morimur & quasi aquę dilabimur in terram, quæ non reuertuntur, nec vult Deus perire animam, sed retractat cogitans, ne pœnitus pereat, qui abiectus est. Et ex audita fuit à rege, sic humiliata vt vidua lugubris. Et adolescentem resuscitat, restitués eum viuum matri suæ, scilicet per animationem & informationem gratiæ suę, quàm per mortem spiritualem perdiderat. Quia spiritualiter vita gratiæ viuimus, qua amissa morimur. vt Paulus dicit. Exurge qui dormis, & exurge a mortuis. Et iterũ gratia Dei sum id quod sum, scilicet in vita spirituali. Sed notãdum quomodo suscitatur hic mortuus. Primo accessit ad mortuum Christus, quia nihil sine me potestis facere, dicit Christus. Et propheta conuerte nos Domine ad te, &
Tren. 5. cõuertemur. Et tetigit loculum, quia tangit affectum eius, quo vehebatur
Marc. 6. ad sepulturam inferni. Quotquot tangebant eum salui fiebant. Et intellige, quia prius Christus tãgebat eos. nam prius tangentis virtus accedit ad passum, & deinde passum sentit in se virtutem eius. Et semper quos sic tetigit sanans eos corporaliter, sanauit & spiritualiter secundùm doctores. Oseę 2. Loquar ei ad cor. Et steterunt portitores, scilicet sensualitas cum alijs sensibus, qui eum deferebant ad sepeliendum extra portam Ecclesię, quia cum
Hierem. 9. epulone in inferno. Ascẽdit mors per fenestras vestras ingressa est domus vestras. Sed de pio domino dicit. Psalm. Eripuisti animam meam de morte, & eripuit animam meã de morte, oculos meos a lachrymis pedes meos à lapsu. Et dixit adolescenti tibi dico surge. Et statim resedit eleuans se, qui erat mortuus. Quia Spiritus sancti gratia nescit tarda molimina. Et cępit loqui. In hoc ostẽdit quòd mortuus spiritualiter erat vere mutus circa laudes conditoris, & ad petendum consilia suæ salutis. Psal. Aures habent, & non audient, os habent & non loquentur. Et de mutitate spirituali prauorum plena est sacra scriptura. Sed postquã virtus Christi tetigit, & Spiritus sancti gratia informauit animam peccatoris, statim de animæ suæ salute cogitat, & dicit ac loquitur, cum Psal. Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua, & hęc mutatio dexteræ excelsi. Et dedit illum matri suæ, idest Ecclesiæ sanctæ iterum resuscitatum post baptismum & relapsum, viuum Spiritus sancti gratia. Et restitutum pristinæ innocentiæ ac amicitiæ mater Ecclesia cum magno gaudio ipsum recipit. Et omnes electi in Ecclesia hoc miraculum pietatis diuinæ videntes magnificant Deum. Vide ad propositum huius sermonis de orationibus sanctorum pro nobis peccatoribus, & an semper exaudiantur viatores & beati orantes pro suis clientulis in nostro alio libro. In super vide sermonem nostrũ de obstinatione, quia ibi declaraui de resuscitatis ex inferno, vt de Traiano Imperatore & similibus, cum tamen in inferno nulla est redemptio. In super pro quo tempore morientes immobilitantur in sua voluntate ibi habes.

∴

FERIÆ

FERIAE SEXTAE POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

OMNIS PECCATOR LANGVENS est, afflicti consolandi sunt, mens viri iusti quieta est, & inquieta peccatoris, in vita nullus est condemnandus: proborum vita, excessus sanctus est, discretę plorandi sunt amici, consuetudinarij peccatum graue est, à quo difficile resurgit.

ERAT QVIDAM LANGVENS LAZARVS a Bethania, &c. Ioan. 11.

Ioan. 11. RES frigidæ quanto magis recedũt à virtute calida tanto sunt frigidiores. Hoc experimento didicimus. Ideo & tēpora hiemalia sũt fregidiora, quanto sol magis recedit à nostro capite. Et quia nihil frigidius spiritualiter peccatore mortuo ex peccato in anima, quoniam nihil eo distantius à Deo, qui est sol iustitię, iuxta scripturā, longe est ab impijs deus, non locali distantia, qui vbiq; est, sed formali, scilicet gratiæ suæ, qua in charitate calefit anima, vt dicat cum Paulo. qs nos separabit à charitate Christi, ideo pius Deus qui venit mittere in terram ignem, sua pietate descendit ad significandum Lazarum Quatriduanum cōsuetudine peccatorum frigidum, quia priuatum vita & gratia spirituali, qui ad vocem eius statim prodijt foras, &c.

¶ In hoc sacro Euang. multa continentur spiritualia documenta, & moralis sensus ad peccatorem resuscitatum, & modus quo suscitatur. Dicit languens, quia omnis peccator est languens. Quoniam & si in eo post peccatum sicut & in dæmonibus naturalia remanent, tamen sunt vulnerata ratione inordinationis, qua ratio se subiicit sensualitati, & ratione consuetudinis in malum, & ratione maculæ, quia perdita gratia restat sub priuatione eius, cum gratia perficit naturam. & vis videre languorem eius in peccato, quia cum vellet à peccato abstinere dicit, non possum. Quia per nos cadere in peccatum libera voluntate possumus, sed restitui diuinę amicitiæ, nisi Deus non acceptet, non possumus. Imo aliquid bonum perfecte morale non possumus facere sine Dei speciali auxilio, quamuis bene possumus facere illud sine gratia gratum faciente, non tamen meritorie, de his vide Sanctum Thom. prim. secun. quęstio. 109. & capitul. 2. sentent. dist inst. 28. & 29. Vnde Augustinus in sententia dicit. Væ mihi misero quia tu diues es & ego pauper, & sine te. væ mihi

Oīs peccator est languens.

hi cæco, quia tu lux es illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, & ego sine te. Væ mihi vulnerato, quia tu sanitas es, & ego sine te. Væ mihi mortuo, quia tu vita es & ego sine te, & cætera. De his vide prædicam de libero arbitrio nostro ad omnem Dei vocationem in secundo lib. Est etiam documentum. Quos Deus diligit corripit & castigat, & in eis, sicut pater complacet in filio, vt
Heb.12. dicit Paulus. Et vt Iudith dixit, 6. omnes qui Deo placuerunt per multas tribulationes probati inuenti sunt esse Deo fideles. Expecta dominum. Et
Psalm.
viriliter age, & confortetur cor tuum & sustine dominum. Hic possis tam veteris, quàm noui testamenti, multa exempla adducere, quia ecce Lazarus amicus Christi infirmatur. Est insuper documentum quòd in temporalibus petitionibus nos debemus Dei ordinationi & voluntati subijcere, non petendo quæ volumus, sed vt tribuat quod mallemus. Nam & filijs Zebedei est à Christo dictum. nescitis quid petatis. Ideo & hic sorores mittentes ad Christum pro Lazari languore, nihil ab eo petunt, sed solum exponunt eius infirmitatem quasi dicerent, licet secundùm sensualitatem cupimus salutem, sed quid melius sit sibi, hoc ignoramus, ideo tuæ dispositioni nostrum appetitum & desiderium relin-
Afflicti cõ soládi sũt. quimus. Est etiam documentum ex visitatione Christi ad domum sororum quòd non negligamus consolari afflictos maxime domesticos. Iacob. Re-
Iac. 1.
ligio munda & immaculata apud Deũ hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Hoc ostenditur in Thobia. Vbi Angelus com-
Tob. 1. & 12.
mendauit eius opera misericordiæ, esseque multum accepta coram Domino Ecclesiast. Non desis plorantibus
Eccles. 7.
in consolatione, & cum lugentibus ambula, non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis. Insuper est documentum nobis. Qui
De mente quieta, &
in die, idest, lucida conscientia, & in præceptorum diuinorum obseruantia ambulat, non offendit, quia ex se
obscurata peccatis.
virtuosa opera sunt clara. Ideo Christus dixit discipulis. Vos estis lux mũdi. Et Prouerbio. Secura mens. quasi
Prou. 15.
iuge conuiuium. Sed qui de nocte, idest in obscuritate vitę ambulat, offendit, scilicet, & animam suam quam maculat & damnat, & proximum quẽ scandalizat, & Deum cuius præcepta transgreditur, vt puniatur sicut habetur Deutero. 28. Et dicit August. nihil grauius quàm sic viuere, vt timeas in tali vita mori. Et iterum. Iussisti Domine, & ita est, pœna est sibi omnis inordinatus affectus. Rom. 13. Cum gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia eorum inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die cum iudicabit Deus occulta hominum secundùm Euãgelium meum per Iesum Christum. Et Ecclesiast. 8. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui, quòd erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem eius. Et Thessalonicensis primo capitul. Cum enim maledixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis & non effugient. Est etiam documentũ vbi dicit Chri-
In hac vita nemo ẽ condemnãdus.
stus nonne. duodecim horæ sunt diei, quòd quo vsque in hac vita mortali sumus, neminem condemnatiue iudicare debemus, quin possit conuerti ad Christum. Quoniam potens est Deus ex his lapidibus filios Abrahæ suscitare. Multos enim vidimus bene cepisse & male finisse, & econuerso multos vidimus male cepisse & bene finisse. Quis enim posset immaginari latronis in cruce Christum conuitian-

Digitized by Google

ultiantis conuersionem subitam, vt mereretur audire, hodie mecum eris in Paradiso? Quis feuitiam Pauli in in Ecclesiam, & tamen audiuit vas electionis est mihi, vt dictum est Ananiæ? Quis diuites Matthæum, & Zachæum posset immaginari, tanquam camelum per acum transituros? practica de alijs. Et hoc confirmat Christus etiam per Matthæum in Centurione. Quia multi venient ab Oriente. & cætera, & recumbent cum Abraham. & cætera. Ideo August. in suo transitu fratribus eum magnificantibus, quia onustus bonis operibus ad Deum vadit, dixit. Orate fratres mei, vt perseuerem, quia plures naues onuste mercimonijs franguntur, ante ingressum in portum. Vide sermo. nostrum de iuditio temerario. Est etiam documentum hic in Lazaro mortuo, sed dormiente, quòd mors bonorum, & Dei dilectorum dormitio dicenda sit, sicut de morte Stephani dicitur. obdormiuit in Domino. Nam electis Dei mors est fœlix excessus, quia de morte ad vitam proficiscuntur. Sed gentilibus, & Iudæis, qui non sunt aqua baptismatis loti, nec censent sanguine Christi redempti, & prauis Christianis qui in prauitatibus moriuntur, mors infelix est, quia ex hac morte ad mortem æternam, & pœnam infernalem cum epulone sepeliuntur, & cætera.

Mors proborũ est vita, & infelix excessus.

Et lachrymatus est Iesus. Hic est documentum exéplo Christi super charorum morte est plorandum, & condolendum, & parentes per ploratum consolandum. Dicit enim San. Thom. Inhumanitatis est non dolere in morte amici. In sacra scriptura secundùm diuersa tempora inuenimus prolongationem, & abbreuiationem implorando in morte amicorum. In lege enim naturæ quando maior erat affectio hominum adinuicem. Gen. Planxere Iacob filij, eius mortem dies quadraginta. Ægyptij autem propter Ioseph. per septuaginta dies. Deinde sub lege tepescente affectu ad suos, Iudæi in deserto plorauerunt mortem Moysi diebus triginta, post magis declinante affectu. Ecclesiast. 22. plorabant per septem dies, sed addit super fatuum sensu & prauum moribus plus plora, propter perpetuam eius damnationem, super mortem sapientis modicum plora, quoniam requieuit in sinu Abrahæ, & liberatus est à nostris miserijs. Hic extende te secundùm subiectam materiam ad mulieres indiscrete plorantes, & ad longinquum tempus corruptum obseruãtes. Et omnes Christiani accipiant documentum Pauli super huiusmodi primo Thessalonicenses. 4. capitulo. Vbi dicit. Super mortuum non contristemini, sicut illi qui spem non habent in resurrectione iterum reuidendi suos charos. Nam & quidam ex sanctis patribus noluit sororem visitantem eum videre mandans ei, quòd videbimur in resurrectione in nouissimo die. Sed exemplum, & documentum quilibet accipiat Iudæ Machabæi, qui obtulit magnas eleemosynas orandi pro mortuis in Deo.

Quomodo in morte charorũ est plorandum.

Gen. vlt.

2. Mach. 12

Nunc reuertamur ad moralem historiæ sensum. Lazarus languens, & mortuus atque quatriduanus. Potest nobis significare languidum consuetudine peccatorum, mortuum spiritualiter, fœtidumque coram Deo & hominibus, quia apud Deum isti peccant peccato in Spiritum sanctum, quorum peccatum merito, nec hic nec in alio mundo est remisibile, vel simpliciter propter eorum finalem impœnitentiam, vel difficile, quia secundùm Augustinum bene viuere, & male mori est impossibile, & male viuere & bene mori est impossibile, idest difficile, vt in præcedenti sermone, Hieremi. dicit, tales assimilando Æthyopi, qui pellem suam non potest mutare. Insuper vocari potest quatriduanus peccator. Quia secundùm August. peccatum concipitur, primo suggestione diaboli, carnis, vel mundi. 2. post suggestionem delectatione in eo. 3. post

De grauitate cõsuetudinarij peccatoris & quomodo resuscitatur.

Digitized by Google

delectationem consensu. 4 post in delectatione consensuum, sequitur operatio, post operationem caditur in consuetudinem quatriduanam. Hi igitur quatriduani, & consuetudinarij, sicut languidus. trigintaocto annis, non poterat adijre per seipsum aquas motas, vt sanaretur, vt diceret Christo, per meipsum non possum tali tempore commotionis ad aquas currere, & hominem non habeo, ideo sibi opus est miraculo Christi, qui ex lapidibus potest filios Abrahæ suscitare, & lapides in panem conuertere, quique potest ossa arida implere carnibus, & vitam eis insufflare, vt viuant, & stent in pedibus suis, sicut fecit apud Ezech. capitul. trigesimoseptimo. Sed nota preuia miraculi diuini pro resuscitatione talis quatriduani. Requiritur intercessio sanctorum pro eo, qui denotantur in Maria deuota in oratione, & in Martha assidua operibus misericordiæ, quia & Daniel cõsuluit Nabuchodonosor, redime eleemosynis pauperum, peccata tua. De virtute cuius. vide Ecclesiastic. 19. & Thobiæ. 4. capit. Sic & orauit, & pœnitentiam egit Sanctus Andreas pro Nicolao Sene, vt in legenda eius habetur. Insuper & Christus inquantum caro, & frater noster est, plorat, & intercedit pro nobis apud patrem, vt dicit Sanctus Paulus ad Hebr. Item aperitur sepultura, quia sanandus oportet, quòd detegat vulnus suum medico spirituali. Clamat Christus, quia nemo potest à morte peccati resurgere, nisi clamore, & vocatione Dei, de qua dicit Paulus. Non est volentis aut currentis, sed miserentis Dei. Et statim prodijt mortuus, quia in potestate eius cuncta sunt posita. Sed resuscitatum facit alligaminibus membrorum solui, tum per absolutionem sacerdotum in foro Ecclesiæ, quia in foro Dei iam erat viuus, quia etiam contritus oportet, quòd ostendat se sacerdoti secundùm mandatum Christi, & cætera. Vide sermones nostros de pœnis inferni, tam animæ, quam corporis, & de pœnis purgatorij. In secundo libro.

Praeuia p resuscitatione spirituali. — *Hebr 4.*

SABBA-

Digitized by Google

SABBATI POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

COMMENDANTVR EXCELLENtia fidei, & virtutes Christi, in quibus à fidelibus potissimum imitandus est.

DICEBAT IESVS TVRBIS IVDEORVM: Ego sum lux mundi. Ioan. 8.

Ioan. 8. SEcundùm philosophum anima nostra in princi sui est sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum, cunctis tamen figuris depingenda sicut ab artifice per speties ab exterioribus receptas. Et insuper dicit Isaia propheta, omnia opera nostra nobis operatur Deus, & August. Quidquid est in nobis, aut est Deus, aut est a Deo sicut à Sole lux in aere tenebroso. Ideo bene Apostolus dicit, sumus sicut administratores, & dispensatores Dei, quia & Christus dicit, sine me nihil potestis facere. & hodmane. Ego sum lux mundi.

¶ In præsenti Euangelio sunt plura documenta eūtibus versus patriam cœlestem. Primum est quòd Christus est lux mundi, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū. Ioan. 1. cap. 5. per fidem, quæ est do-
Hebr. 11. num Dei & secundùm Apostolum, sine qua impossibile est placere Deo. (Dicit enim Christus hoc mane ego sum lux mundi, idest, omnium hominum in mundo per fidem. Primo quia
Abach. 3. sicut lux de cœlo manat. Ste lę dederunt lumen suum, sic fides non nisi à
De cómendatione, & Deo solo emanat. Est enim speciale donum Dei. In figurā huius Paulus infi-
delis Deo, lumine fidei de cęlo à Christo est percussus, vt diceret, quid me domine vis facere? Alteri datur fides in eodem spiritu. O admirandum donū Dei quo separati sumus, vt populus peculiaris Deo, à gente quę Deum non nouerunt. De hac Christus Apostolis. Beati oculi vestri qui vident, & aures quæ audiunt. Et iterum nobis post Apostolos in persona Thomę increduli. Beati qui non viderunt, & crediderunt. 2. fides est lux Christianorū fugans tenebras ignorantię gentilium & errorum, Prouer. 15. Per misericordiam & fidem purgantur peccata, quia beati mūdo corde quoniam ipsi Deum videbunt, & per timorem domini declinat homo à malo. Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant. Et Ioan. primo, vita erat lux hominum & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. In figuram huius Philippus hac fidei luce Ethyopem Candacis Reginæ ad fidem conuertit, vt baptizatus ibi ab eo, gaudens reuerteretur domum. Sicut lux solis aerē, ita fides mentem purificat, fides purificans corda eorum. Hoc modo fuit Constantinus Imperator illuminatus à Deo per Sanctum Syluestrum, vt habes in eius legenda, vt & in corpore à lepra, & in anima ab infidelitate mundaretur. Vide histor. 4. sicut lux vege-

Margin (right column): excellētia fidei. — 1. Cor. 12. — Matth. 13. — Ioan. 12. — Act. 8. — Act. 14.

Digitized by Google

tat & viuificat, sic & fides spirituali-
Abach.2. ter idem facit. Iustus ex fide sua viuit. Vnde Paulus Abraham Deo credidit, & reputatum est ei ad iustitiam. In
Dani.1. figuram huius Daniel cum tribus pueris ex fide quam in Deo habuerũt noluerunt contaminari escis gentilium, sed ex leguminibus nutriti pinguiores & pulchriores effecti sunt. Ex quo Deus dedit eis admirabilem suorum secretorum intelligentiã. O quot sancti, & sanctae martyres Christi ex fide Christi sine cibo & potu per plures dies vexati pulchriores reddebantur. 5. Est lux visum delectans, sicut illa corporalem ita fides spiritualẽ oculum.
1.Petr.1. In quem nunc quam non videntes creditis, credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata. In fi-
Joan.4. guram huius. Et mulieri Samaritanæ qui de Samaria propter verbum eius in Christum crediderunt, dixerunt. Quia nõ iam propter tuam loquelam credimus. Ipsi.n. audiuimus & scimus, quia ipse est Saluator mundi. Hanc delectationem fidei nullus melius sentit, quam qui habent fidem formatam sicut dicit Apostolus. Mihi Christus viuere est & mori lucrum pro eo. Et iterum quis nos separabit à charitate Christi? &c. Et in Actibus Apostol.
Act.5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij. Quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Dic de Laurentio & Vincentio & alijs vtriusque sexus martyribus, qui in pœnis atrocissimis omnium tormẽtorum incedebant, & lætabantur, ac si incederent super rosas. &c. 6. sicut lux non apparentia manifestat claris oculis inspicere, ita & fides admiranda secreta diuina, quæ nemo nouit nisi Deus, & cui spiritus eius manifestat, ostendit suis fidelibus. Quoniã secundùm apostolum fides est substantia, idest, fundamentum firmum, rerum sperandarum argumentum non apparentium. Vide ibi ad Hebræ. 11. perpulchre super hoc discurrit per sanctos patres. Et Tobia senex contra insultantes sibi de misericordijs quæ faciebat dicentes, vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas, increpans eos dicebat. Nolite ita loqui, quoniã filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. In figuram huius Petrus Ioannes, & Iacobus in monte transfiguratione Christi secretorum diuinorum prægustantes cognitionem dixerunt Christo in persona Petri, Domine bonum est nos hic esse. Et Moysi, suo fi- Exod.33.
deli dixit Deus. Ego ostendã tibi omne bonum. Et Paul. dicit se vidisse ar- 1.Cor. 2.
chana Dei, quæ non liceret homini loqui. Et iterum loquimur sapientiam Dei quam nemo principum, dicit glosa. philosophorum huius sæculi cognouit. Vt nunc vna vetula simplex in Christoq; deuota nouit thesauros sapientiæ & scientiæ Christi plusquam vnquam nouerit aliquis philosophorum. Psal. Non cognoui litterarum introibo in potẽtias domini. 7. sicut lux est generatiua caloris secundùm philosophos, sic fides in Christicolis generat calorem charitatis. De quo spõsa in canticis. Multæ aquæ nec flumina potuerunt extinguere, & obruere charitatem tuam à me. Canticorum. 8. capitul. Et Paulus sancti per fidem Hebr. 11.
vicerunt regna, & cætera, & concludit. Et hi omnes testimonio fidei probati sunt. Dic historiam si vis de feruenti charitate in fide Christi septem fratrum Machabæorum, quia est pul- 2.Mach.7.
chra & valde curiosa. Vel Sancti Iacobi Intercisi pro Christo in voragine. Sequitur in Euangelio. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Idest qui sequitur me per imitationem vitæ meæ. Paulus imitatores Dei estote sicut filij charissimi. Omnes debemus Christicoli imaginem Christi portare in corde nostro, modo quo Paulus ad Galathas, sexto capitul. de seipso di- De virtutibus Christi
cit. Stigmata Domini Iesu in corpo- quibus est
re meo porto. Et iterum imitatores à nobis i-
mei estote, sicut & ego Christi. Ecce mitandum.
quomodo portabat stigmata Chri in corpo-

corpore suo per imitationem Christi. Quia Christus est imitandus. Primo
Matth. 11. in humilitate cordis. discite à me, qa mitis & humilis sum corde, quia & Iacobus dicit. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiã. Et Christus nisi efficiamini sicut paruulus iste non intrabitis in regnũ cœlorum. Secundo
1. Petr. 2. in puritate conuersationis. Sequimini vestigia eius, qui peccatum non fecit. Paulus carissimi obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, quia scilicet, peregrini sunt circunspecti, abstinere vos à carnalibus desiderijs, quę militant aduersus animam. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quòd detractãt de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Et spiritualibus specialiter Christus dicit. Vos estis lux mundi. & cætera. Tertio in vicissitudine mutuæ dile-
Ioan. 15. ctionis. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicé, sicut dilexi vos. quia si non dimiseritis vnusquisque ex corde fratri suo sic & pater vester faciet
Matth. 6. vobis. dicit Christus. Quarto in tollerantia persecutionis. Ioan. 15. sufficit discipulo vt sit sicut magister eius. 1. Petr. 2. cap. Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum. Et Paulus ad Heb. vlt. Propter quod & Iesus vt sanctificaret per sanctificationẽ populum per sanguinem suum extra portã passus est. Exeamus igitur ad Deum extra castra, improperium eius portantes. Et Christus dixit. Non ne sic oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam eius. 5. In obedientia. diuinorum mandatorum. Hoc sentite in vo- Philip. 2.
bis, quod in Christo Iesu. Qui cum in forma Dei esset. &c. factus est obediens patri, vsque ad mortem crucis. Ideo Christus doctori, & iuueni eum interrogantibus. Quid faciendo vitam æternam possidebimus dixit. serua mandata. 6. In beneuolentia inimicorum. Diligite inimicos vestros. dic Matth. 5.
reliquum Euangelij. 7. In instantia orationum, quia assiduus erat in orationibus. Quoniam necessaria est homini viatori propter multa sibi pro sua peregrinatione aduersantia, carnis scilicet, & mundi ac demoniorum. Vigi- Ibidẽ. 26.
late ne intretis in tentationem, quia caro infirma est, spiritus autem promptus. quoniam hoc demoniorum genus, non eijcitur nisi in oratione & ieiunio dicit Christus. Ad propositum huius sermonis. vide nostrũ Ser. de tribus gradibus fidei. Et de imitatione Christi. Inspice & fac secundum exemplar datum tibi in monte.

DOMINICAE QVINTAE IN QVADRAGESIMA, SERMO VNICVS.

VVLT NOS ESSE PARATOS OMNI correctioni, & exemplo Christi, & prædicatores tales, vt fructum referant, quædam etiam refert signa gratiæ Christi, qui si recedat ab aliquo, male est illi.

DICEBAT IESVS TVRBIS IVDEORVM, & principibus Sacerdotum: Quis ex uobis arguet me de peccato? Ioan. 8.

Ioan. 8. INfirmus graui lãguore medicum debet audire, eiusque consilio vti, aliter morietur, ita & in spirituali languore euenit. Qui audit & facit sicut sibi præcipit Christus medicus spiritualis, sine dubio mortem non gustabit in æternum. Quoniam Psalmus dicit. Qui sanat omnes infirmitates tuas, & qui redimit de interitu vitam tuam. Aliter facientes actum est de vita & salute ipsorum. Sic & Abraham dixit epuloni. & cætera. Habent Moysen & prophetas, audiant eos, ne veniant supple in tali loco tormentorum, vbi gutta aquæ non datur pro linguæ refrigeratione, &c.

¶In hoc sacro Euãgelio sunt multa pulchra documenta. Primũ est. Christum debemus imitari, qui hic paratus erat ad correctionem, si in aliquo delicto foret arguendus. Parati debemus esse omni correctioni. Quanto magis nos miseri peccatores qui in dies non solum septies vt iusti, sed septuagies septies cadimus in peccatum, si corrigimur fraternali charitate à proximis, debemus lætanter amplecti eam. Vnde Iob Sanctus, qui non peccauit labijs suis contra dominum dicit. Iob. 9. Si me iustificare voluero, os meum condemnabit me, si innocentẽ ostendero prauum me comprobabit. Vide cætera si vis. Et Prouerbio. dicit, Prouer. 5. Sapientia cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam, pœne fui in omni malo in medio Ecclesiæ & Synagogæ. Hæc considerans August. dicebat. ego senex & episcopus vellem edoceri à puero. O quã male euenit non audientibus correctionem, lege quid accidit Achab regi nolenti Micheæ consilium in suum & sui exercitus interitum. 3.Reg. vlt. historiam est pulchra. Et quid accidit regi Ioas nolenti audire correctionem Zachariæ filij Barachiæ, 2.Para.24. quem præcepit lapidare ante altare prædicantem, & eum cum populo de idolatria reprehendentem. Et quid euenit Ieroboam nolenti sequi consilium seniorum sed iuuenum. 3.Reg. 12. Prouerbio. 13. Inter superbos semper sunt iurgia, qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. Et August. de salutaribus docu-

Digitized by Google

documentis. In omni opere quod cogita facere, primum cogita, si secundùm Deum est, & diligenter examina. Et si est rectum coram Deo perfice. si vero aduersum inuentum fuerit amputa illud ab anima tua. Et omnia per sapientium consilium facito, vt opera tua, & gressus tui secundùm Dei voluntatem dirigantur. Item prædicatoribus est documentum Pauli ad
Rom. 15. Roman. Nihil audeo loqui de his quę Christus in me non effecit, quia turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.
Prædicator qualis debet esse. Nam inter alia prædicator debet habere tres conditiones primo illuminare per donum sapientiæ diuinæ, & non philosophiæ aut humanæ sapientiæ. Prouerb. 8. aperientur labia mea, vt recta prædicent. 2. debet delectare non fabulis vt Thim. 5. dicitur, sed exemplis & rationibus ædificatorijs.
1. Pet. 14. Dominum Iesum Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem, de ea quæ in vobis est spes. & cætera. 3. debet inclinare corda hominum ad se. Quod non potest facere, nisi in se sentiat primo per gustum spiritualem verba quę dicit. Quia captus amore in re de qua loquitur quis, admirabili delectatione & affectu eam dicit & persuadet. Vt igitur prædicator bene imprimat, quod persuadet, necesse est quòd primo in se ea sapiat. Vt si loquitur de diuinis, oportet quòd ea sapiat. Practica de alijs virtutibus, & cætera. Et sit priuatus omni cūcupiscentia, quia qui in ambone vel cathedra prędicat, sunt in maximo periculo oculorum. 2. oportet quòd sit purgatus, scilicet, stet in continua contemplatione, & oratione. Ideo Christus ante prędicationem orabat ad dandum nobis exemplum idem faciendi, quia prædicatoris est dare cibum vnicuiq; auditorum secundùm suam diuersam cōditionem, quod non potest facere sine dono & discretione spiritus sancti, quia Christus dicit omnibus prædicatoribus. Non estis vos qui loquimini, sed Spiritus sanctus qui loquitur in vobis Isa. 40. Loquimini ad cor Hierusalem. Prædicatio quòd Angelici non potuerunt conuerti per curiosas prædicas, sed cum eis fuit prædicatum simplex Euangelium. Sequitur si veritatem dico vobis quare non creditis mihi. Hic est documentum prædicatoribus veris & non hæreticis credendum est. Credite in domino Deo vestro dixit Rex Iosaphat, & 2. Para. 20.
securi eritis. Credite prophetis eius, & cuncta euenient vobis prospera. In sacra enim scriptura prædicatores qui prædicant sacram scripturam dicuntur prophetæ. Prouerbior. 29. cum prophetia, idest, prophetica prędicatio sacræ scripturæ defecerit, dissipabitur populus. Et Paul. ad Corint. Qui prophetat idest prędicat sacram 1. Cor. 34.
scripturam legis & prophetarum, loquitur ad edificationem, quia. Omnis 2. Thim. 3.
scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, & arguendum, & corripiendum. De malis prædicatoribus. Vide Hiere. 23. & Micheam. 3. Vide etiam nostras prædicas, & figuras, & expositionem Euangelij Dominicę in 60. de verbo Dei prædicato. Ideo popule meus ex parte Dei dico tibi. Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi? Dicunt sancti doctores ꝙ semper eueniet, id quod prædicator non ex proprio capite, sed ex fundamentis sacræ scripturæ prædicat vel minatur. Quia quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt dicit Paulus, vt per patientiam scripturarum spem habeamus. Iccirco popule meus imitando sacros prophetas vt Micheam. Ad Achab. Vi- 3. Reg. vlt.
uit Dominus quodcunque dixerit mihi Dominus hoc loquar, & non placentia vt petebant Iudæi ab Isaia eos arguenti, loquimini nobis placentia. Hier. 30. ve vobis filij desertores, vt faceretis consilium, & non ex me. lege quæ ipse Hier. 24. & Isai. 30. de flagellis diuinis in populum prænuntiant propter eorum transgressiones. Ideo dico vobis veritatem, nisi con-

Digitized by Google

uersi fueritis gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit & parauit illum & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. hæc Psalmus. Sequitur qui ex Deo est verba Dei audit. Vbi dicit Gregor. Interroget se vnusquisque, si verba Dei aure cordis percipit, & intelliget vnde sit. Nam sunt nonnulli, qui præcepta Dei, nec aure corporis percipere dignantur, & sunt nonnulli, qui hoc quidem aure corporis percipiunt, sed nullo ea mētis desiderio complectuntur, & sunt nonnulli, qui libenter verba Dei suscipiunt, ita vt etiā fletibus compunguntur, sed post lachrymarum tempus allecti delitijs ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba Dei non audiunt, quia hoc exercere in opere contemnunt. Cuius habes exemplum. Matth. 13. & Lucæ 8. de verbo à solicitudinibus suffocato. Ezech. Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Sed omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde hæc. 16. Signum ergo dicit Christus, quòd homo sit à Deo, si libenter verba Dei audit. Sed qui recusat audire affectu & effectu, idest non solum speculatiue, sed & practice, hic ex Deo non est. Vnde Sanctus Thom. quarta sentent. distinct. 9. quæstio. prima, articul. 3. quolib. 2. quòd homo sit in gratia Dei & immunis à peccato per certitudinem scientificam sciri non potest iuxta Pauli dictum. Corinth. Nihil mihi conscius sum, sed in hoc non sum iustificatus, hoc intellige secundùm communem legem hominū, quia ipse cum cæteris Apostolis erat confirmatus in gratia. Quoniam dixit certus sū, quòd nihil me separabit à charitate Christi. Potest tamen haberi de hoc aliqua moralis coniectura, quæ sufficit nobis. præcipue per quinque signa, Primo propter ignorantiā peccati adhibita debita diligentia in discutiendo seipsum. Psalm. Ab occultis meis munda me, secūdo cum quis deuote audit verbum Dei, vt hic Christus dicit, tertio cum quis se promptum ad bene operandum inuenit, quia secundùm Gregor. probatio dilectionis est exhibitio operis. quarto cum quis habet ex corde propositum cum auxilio Dei abstinendi a mortali in futurum. quinto cum de præteritis dolet dolore voluntario. Et quia secundùm philosophos, sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio est causa negationis, per oppositum signa infallibilia Dei inimicitiæ sunt his opposita. Discurre replicando in oppositum practice. Contra hos Ecclesiast. verbum sapiens quodcunque audierit, iustus, laudabit, audiuit luxuriosus & displicebit ei. Et Hier. 16. Et constitui super vos speculatores, idest prædicatores, & dixi audite vocem tubæ. Et dixerunt non audiemus. Ideo audite gentes & cognoscite congregatio, quanta ego faciam eis. Audi terra. ecce ego adduco mala super populum istum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Ecce ego dabo in popolum istum ruinas, & ruent in eis patres & filij, simul vicinus & proximus peribit. Sequitur nonne bene dicimus, quia Samaritanus es? & cæte. super hæc in superioribus declarauimus, quādo stulto est, & non est respondendum iuxta suam stultitiam, & in sermonibus de dilectione inimicorum. vide ibi plura ad propositum. Sequitur. Amen dico vobis. si quis sermonem meum audierit non tantum speculatiue, sed practice, mortem non gustabit in æternum, quia Sanctus Iacob. dicit. Propter quod abijcientes omnem immundiciam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Estote autem factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Aliter arbor solum folijs decorata, sine fructu maledicetur à Christo, & maledicta arebit. Marc. & proijcietur in ignem æternam. Tulerunt ergo lapides, & cætera. vbi dicit Augu. fugit vt homo a lapidibus, sed ve illis

Ezech. 3.

De certis signis grē Dei.

1. Cor. 3.

Psalm.

Ecclef. 13.

Iacob. 1.

Marc. 11.

Malū est à qb⁹, Chis recedit.

ve illis a quorum lapideis cordibus fugit Deus. Pſ. Longe eſt a peccatoribus ſalus, & nō eſt cū impijs Deus. & iterū A lege aūt tua longe facti ſunt. Spirit⁹

Sap. 1.

ſanctus aufert ſe a cogitationibus, quę ſunt ſine intellectu, vide etiam Prou. 1. cap. circa finē tunc inuocabunt me, & ego non exaudiā, mane conſurgent, & non inuenient me, eo quòd exoſam habuerint diſciplinam, & timorē Domini non ſuſceperint, nec acquieuerint conſilio meo, & detraxerint vniuerſæ correctioni meę. Comedent igitur fructus vię ſuæ, ſuiſq; conſilijs ſaturabuntur. Inſuper Beda dicit. Chriſtum etiam nos myſticè lapidamus cū voluntarie malas cogitationes aſſumimus, eiſq; aſſentimus, quaſi vellemus ipſum & legem eius extinguere dicentes cum impijs, recede a nobis, viam ſcientiarum tuarum nolumus, practica de his qui ſtant ex aduerſo in tranſgreſſione ſuorum præceptorū ſicut dicitur Deutero. 28. Et ſic Chriſtus lapidatus ab eis abſcōdit ſe, ideſt peramplius ſubtrahit a talibus ſuam protectionem, vt pateant omni direptioni, quia & Angeli apud Hier. dixerunt. Curauimus Babilonem, ideſt confuſos homines vitijs, & non eſt curata, ideo relinquamus eam, & vnuſquiſq; reuertatur in terram ſuam, vide inſuper ad propoſitum viſionem Amos. 7. quomodo Deus proiecit trullam cemētarij in medio plateæ dicēs, amplius non protegam eos, & patuerunt direptionibus, & ruinis per Aſſyrios. Vide etiam plures ſermones noſtros, pertinentes ad flagella diuina, contra tranſgreſſores præceptorum eius.

FERIAE SECVNDAE POST QVINTAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO SECVNDVS.

QVIA MVLTI CHRISTVM QVAERVNT, ſed non inueniunt; docet modum quærendi illum, vt inueniatur.

MISERVNT PRINCIPES ET PHARISEI miniſtros vt &c. Io. 7.

Io. 7.

DEum quandoq; ſubtrahi ab aliquibus influxu ſuo contingit, vel propter illorum prauitatē ſecūdum ſcript. quę dicit longe eſt ab impijs Deus, & hoc ex iuſtitia facit, quandoq; idem facit ad miſericordiam, vel cum quandoq; bonos ꝓpter ipſorum bonum tribulationibus ſubmittit, quia dicit Paulus, diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Praui igitur ſicut erant iſti Phariſei & milites non comprǽhendunt Ieſum, ſed boni ipſum ſemper præſentem habent, quamuis quandoq; videatur ad tempus eos reliquiſſe, ſicut factum fuit in diſcipulis vndis per totam noctem agitatis, ad quos tandem Ieſus venit, & ceſſauit tempeſtas.

De⁹ q̄n̄q; q̄ritur ſed nō inuenit & q̄ ſūt tales.

Hoc mane in ſacro Euang. ſunt perpulchra documenta. Inuenimus quòd Chriſtus a tribus perſonis capi quærebatur, ſed non eſt inuentus. Ita mo-

rali-

raliter a tribus conditionibus hominum Deus quæritur, sed non inuenitur. Primo ab Herode qui interpretatur pellibus glorians, & significat miseros peccatores, & præsertim lasciuos, & gulosos, quorum Deus venter est & gloria in confusione, qui terrena sapiunt. De quibus etiam Prouer. 2. qui gloriantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Nullũ genus prauorum magis in malis gloriatur quam luxuriosi, & epulones, ideo
Hier.49. epulo magis in lingua cruciabat. Quid gloriaris in vallibus scilicet vbi omnes spurcitiæ congregantur. Defluxit vallis tua filia delicata, quæ confidebas in thesauris tuis, & dicebas quis veniet ad me? &c. Isti veniunt ad Dei Ecclesiam, & ad eius tugurium quærere ipsum per orationes, &c. sed q̃a fecerunt animam suam cloacam spurcitiarum, quæ alias in baptismo erat templum Dei per innocentiam, Christus fugit, & abscondit se ab eis. Quia ipse speciosus præ filijs hominum, & spiritus sanctus abstinet se ab immũ-
Sap.2. ditijs. Sed veniet ad eos per iustitiã, vt ea morte moriantur, qua Herodes est mortuus, practica. Et qua morte & flagello voluptuantes se ante diluuiũ, qui suis spurcitijs contaminauerunt totam terram perierunt, cum sodomitis, sup̃ quos Deus insperate pluit ignẽ & sulphur ad submersionem vt dicit. S. Lucas. 17. vide ibi, est pulchrum & ad propositum. Item voluerunt eum tenere Nazareitæ, vt ipsum præcipitarent, &c. qui interpretantur floridi, & sunt prosperantes in bonis fortunæ, &c. de quibus Greg. Continuus successus bonorum temporalium est signum æternæ damnationis. De his vide nostram expositionem. 2. super Euang. Feria quinta Cinerum. De his etiam vide. Psal. quomodo capit Christus ab eis non in bonum, & ad gratiã, sed & temporalem, & spiritualem ruinam, qui incipit, noli emulari. Dic totum Psal. practicę. Ne glorieris in cra-
Pro.23. stinum, ignorans quid pariet super vẽtura dies, lege & ca. 11. de his Baruch. 3. vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias quæ sunt super terrã. Qui in auibus cęli ludũt, qui argentum thesaurizãt, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum. Qui argentum fabricant, & soliciti sunt, nec est inuentio operum illorum. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum exsurrexerunt. Itẽ voluerunt eũ capere Pharisei per milites, sed non sunt ausi. Hi designant prauorum consilia, & combinationes in malum, practica de singulis societatibus ad voluptates, ad discordias, & inimicitias, & homicidia, & direptiones, &c. Isti assidue orant in ecclesia dicẽtes. Et dimitte nobis debita nostra. Et cum Sacerdote quotidie in missa dicunt confiteor, quia peccaui nimis; sed cor ipsorum est longe a Deo, qui per lasciuias, & vagizationes, & turpissima colloquia ecclesiam Christi in spurcitiam cloacharum deduxerunt. Quiq; per praua, & auara consilia fecerunt ecclesiam Dei speluncam latronum. Qui sanguine proximorum maculant eam, contra quos sanguis de terra clamat vindictam. Quiq; capellas fabricant de sanguine pauperum, cõtra quos. Qui offert sacrificium de Ezec.34.
substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris. His ergo dicit quæritis me, & non me inuenietis per gratiam, & misericordiam. Pro. 1. Hier.14.
Quia qui misericordiam non fecit in proximum, fiet ei iustitia sine misericordia. dicit. S. Iaco. Sed vt ipsum quęrentes inueniamus, quæramus ipsum primo in loco suæ habitationis, & cõuersationis, & debito tempore, & modo debito. Primo quo ad locum. Ipse enim in loco & in conuersione humilium, & mansuetorum habitat, & conuersatur. Semper tibi placuit humilium, & mansuetorũ deprȩcatio. Hoc ostensum est in humili publicano, qui propter suam humilitatem, quia longe per recognitionem suarum iniquitatum verecundus flebat, Deum propinquum habuit, quia inde recessit iusti-

Qũo Christus est q̃rendus, vt inueniat.

Iudith. 9.

stificatus, vbi Phariseus superbus in bonis operibus, fuit condemnatus. Et hic quilibet se in malis operibus glorians animaduertat. Si Phariseus est ita acriter condemnatus ex gloria bonorum operum, quid fiet de gloriantibus in malum, vbi habitat? practica per 8. beatitudines, & obseruantiam 10. præceptorum. Et inter eos habitat qui congregantur in nomine eius. Et inter eos qui nō in terra sed in cęlo thesaurizant, vbi habitat in Palatijs, & Cathedris iustitię. Et ita extende te ad omnia genera, & conditiones, & artes, & labores bonos vtriusq; sexus. Vnde S. Iob. 38. Non inuenitur in terra suauiter viuentium, quo ad delicio sos, & ꝓsperosos in vanitatibus. Abissus dicit non est in me, quoad auaros & luxuriosos, quia nec vulua mulieris dicit sufficit, vt dicitur. Prouerb. vltimo. Et mare dicit non est mecum, quoad tumultuosos superbos, & discordes, &c. Et sponsa in canticis non inuenit eum in lecto voluptatum, nō in platea ambitionis, nō in portis auaritiæ, sed cum hæc paululum pertransisset diuertēs ad virtutes, & spirituales considerationes, & sequelas, ibi inuenit, quem diligit anima eius. Practica cum pertransissem circa omnia vitia in particulari, &c. Vnde inuenitur in templo cum Anna per feruentē orationem, &c. in præsepio per humilitatem, & paupertatem, & contēptū mundi. Inuenitur in cruce vt latro inuenit eum per contritionem, & dolorosam crucis meditationē, sicut Pau. qui portabat stigmata Christi in corpore suo. Inuenitur in domo Simonis leprosi inuitantis ex charitate Christum cum Maria per resolutionem lachrimarum pro peccatis. Inuenitur in sepulchro per corporis, & membrorū mortificationem. Inuenitur sub specie hortulani per solicitam quęstionem, quia perseuerantibus datur corona. Inuenitur in tugurio cum muneribus auri charitatis, thuris deuotionis, & mirrhæ mortificationis, & contemplationis mortis, quia, dicitur. In

Eccle. 7.

omnibus operibus tuis memorare nouissima, & in æternum non peccabis. Et breuiter inuenitur cum Helia Propheta non in commotione turbationum, nec in vento elationis, nec igne concupiscentiarum, sed in aura placida, quia in pace factus est locus eius. Tu autem de similibus practicę te extende, vt sunt opera charitatis. Secundo quærendus est in tempore cōgruo vt dū dies est, idest dum tempus habemus, quo misericordia Dei, & non iustitia eius dominatur. Dum sanus es, & non reducas te ad infirmitatem, cum non habes modum transgrediendi, sed cum tu peccata deseris, ne sit tibi frustra, sicut apud Gregorium Grisarorio inducias petenti vsq; mane, & Antiocho blasphemo, quando fuit graui vulnere à Deo percussus, petijt misericordiam Dei timore pęnarum, quam miser non est cōsecutus, sed vt dicitur. Igitur homicida, & blasphemus pessime percussus peregre in montibus miserabili obitu vita functꝰ est. De his dicit Greg. Ibi fertur intentio mentis, vbi vis doloris sentitur, & iusto Dei iudicio pecutitur, vt in infirmitate obliuiscatur suijpsius, qui dū viueret oblitus est Dei. Dum ergo tēpus habemus operemur bonum, ne subito præoccupati die mortis spatium pœnitentiæ quęramus, & inuenire nō possimus. Quęrite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suā, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius. Et Pau. An diuitias bonitatis eiꝰ & patientiæ, & longanimitatis eius cō temnis? Ignoras ꝙ benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum autem duritiam tuam, & impęnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die irę, et reuelationis iusti iudicij ꝗ reddidit vnicuique secundum opera eius, &c. Tertio quærendus est cum modo debito, idest diligēter cum Maria Magd. & cum sponsa. Nū quem diligit anima mea vidistis? & Eccle. 7. Quæsiui sapientiam palam in oratione

2. Mac. 9.

Isai. 55.

Rom. 2.

Cant. 3.

Digitized by Google

ne mee. Et hic practica per omnes potentias tam intellectuales quam sensibiles interiores, & exteriores dicendo in particulari. Intellectus quærat eũ per contéplationẽ bonitatis eius, &c. & beneficiorum habitorum, per gratiarum actiones. Et breuiter contemplare Psalmum. Benedic. anima mea Dominum & omnia quæ intra me sũt nomini sancto eius? Affectus quærat ipsum per desiderium sibi inherendi, vt ab eo per peccatum non separetur. Sensus interiores, & exteriores abstinédo se ab illicitis, & perseuerando in semitis mandatorum Dei, &c. Insuper quærendus est cum modo debito, idest perseueranter. Psal. Quærite faciem eius semper. Qui perseuera Matth.10.
uerit vsq; in finem, saluus erit. Qui Apoc.21.
vicerit possidebit hæc omnia, & ero illi Deus, & ipse erit mihi filius, & ibi loquitur de gloria beatorum, vt patet in principio capituli. Ad propositum huius sermonis, vide nostrũ sermonem de periculo se reducentiũ penitendi in morte.

FERIAE TERTIAE POST QVINTAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

INTER QVOS CHRISTVS AMBVLET, & a quibus se separet, demonstrat; & quid sit conuerti ad Deum, & auerti ab eo: & cur sanctorum facta scribantur; & celebrentur.

AMBVLABAT IESVS IN GALILEAM, NON ENIM volebat in Iudeam ambulare, &c. Io. 7.

Io.7. DIcit S. Chris. quòd Deus in principio creationis noluit se nuncupare Dominũ hominis sed patrem, & hoc osté ditur in eo ꝙ hominem fecit ad similitudinem suam. Similitudo enim non est Domini ad seruos, sed patris ad filios. Et hoc vt ostéderet quanti est homo apud ipsum, & sciret ꝙ sicut pater diligit suum simile, ita, & Deus ipse factum ad sui ima-
Pro.8. ginem hominem diligeret, secumque cum vellet semper fore. Delitię meæ sunt cum filijs hominum. Et Christus
Psal. dixit ego sum vobiscum vsq; ad consummationem seculi. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Dicit in veritate, quia semper eius delitiæ sunt cum hominibus, nisi ipsi se praua sua, ac conuersatione degeneres reddiderint indignos dei familiaritate, quia non est cum impijs Deus & longe est a peccatoribus salus, &c. Et hoc ostenditur moraliter in sacro Euang. Quia ambulabat Iesus in Galileam, non eñ ire volebat in Iudeã, quia quærebant eum Iudæi interficere.

¶ In hoc sacro Euang. habemus plura sacra documenta, permaxime inter quos Deus ambulat, & a quibus se separat, Et ꝙ Deo non placent solemnitates tumultuosę, & quæ sunt sine deuotione cordis. Ambulabat Iesus

in Ga-

in Galileam, & non volebat ire in Iudeã, &c. Galilea interpretatur transmigratio facta, figuratiue designat peccatores cõuersos ad penitentiã, qa de vitijs ad virtutes trãsmigrarunt, dicit orig. hom. 12. sup Exo. vt sciamus qd sit vera conuersio, vel cõuerti ad Dominum, non potest melius scire quàm per oppositum eius, qa vnũ oppositorũ p aliud solet cognosci. Hui⁹ vocabuli conuersio est opposita auersio. Ideo videamus qs sit auersus a Dño. Oĩs.n.cũ recitãt verba legis cõibus fabulis occupat, auersus est: oĩs q cũ legitur Moyses, de negocijs seculi de pecunia de lucris solicitudiné gerit, auer sus est. Oĩs q possessionis curis astringit, & diuitijs, ac cupiditatibus disten dit, qui gloriæ seculi, & mundi oneribus studet, auersus est. Sed & his q ab his videtur alienus, astitit aũt & audit verba legis, & vultu, atq; oculis in tẽtus, cogitatione tñ & corde euagat, auersus est. Quid igitur est cõuerti, si his oĩbus terga vertam⁹, & studio, actibus, mente, & solicitudine, verbo Dei operã demus, in lege eius die ac nocte meditemur, omissis oĩbus Deo vocemus, exerceamur in testimonijs eius, hoc est esse cõuersum ad Dñm. Et qa exẽpla magis mouent q̃ verba. De his auersis a Deo, & deinde conuersis ad Dñm fuerũt publicani, & peccatores, vt Maria Mag. Mattheus, Zachęus, & similes. Et cũ istis libenter Chrs conuersabat, vt habet Matth. 9. Propter qđ, vt ibi dicit, Pharisęi murmurabãt dicentes ad discipulos. Quare cũ publicanis, & peccatoribus mãducat magister vester. At Iesus ait, nõ est valentibus opus medico, sed male habentibus. Euntes auté discite, quid est dicere misericordiã volo, & non sacrificiũ. Nõ.n. veni vocate iustos sed peccatores ad penitentiã. De his Hier. 7. Hæc dicit Dñs, bonas facite vias vestras, & studia vr̃a, & habitabo vobiscũ in loco isto. Et nolite cõfidere in verbis mẽdatij dicentes, templum Dñi, templũ Domini. Vide totum cap. quia est ad propositum. Propterea in horum figu

Quid sit cõuerti, & auerti.

Deut. 23.

ram. Dominus Deus tuus ambulat in medio castrorum, vt eruat te, & tradat inimicos tuos, vt sint castra tua sãcta, & nihil in eis appareat feditatis, ne derelinquat te. Et Psal. Letent omnes qui sperãt in te, in æternum exultabunt & habitabis in eis, & gloriabũtur in te, oẽs qui diligunt nomen tuũ, qm̃ tu benedices iusto. Et iterũ Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Sed a malis auersis, & in auersione manentibus separat se Deus & Angeli eius, qa longe a peccatoribus est salus, & longe ab impijs est Deus de quibus figuraliter. Dixerunt Angeli. Curauimus Babilonem, & non est sanata, ideo derelinquamus eam, & vnusquisq; eamus in terram suam, qm̃ peruenit vsq; ad cęlos iudicium eius, & eleuatum est vsq; ad nubes. Et dicit Iosephus audita est vox in templo tempore destructionis eius per Titũ exeamus ab his sedibus. Et Ezech. 39. dicit Deus gentibus causam propter quã Iudæi sint dati in manibus eorum ab eo. Et sciẽt gentes qm̃ in iniquitate sua capta sit domus Israel, & dereliquerit me, & absconderim faciem meã ab eis, & tradiderim eos in manus hostium, & ceciderint in gladio vniuersi. Iuxta iudicium eorum & scelus feci eis, & abscondi faciem meã ab illis. Et Baruch. 3. Quid est Israel ꝙ in terra inimicorum es. Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputat⁹ es cum descendentibus in infernũ, dereliquisti fontem sapiẽtię. Nã si in via Dei ambulasses, habitasses vtiq; in pace super terram. Et propheta Azarias ad Asã regem Iuda, si derelinqueritis Dominum, derelinquet vos, & si quęsieritis eum inuenietis. 2. Paralip. 15. Sequitur in textu Euangelij. Non eñ volebat ambulare in Iudea, vbi erat tumultus. Nã q̃rebant ibi Chr̃m interficere, sicut in Dñica pcedenti sustulerũt lapidé vt iacerẽt in Iesum, & ipse abscondit se. Ad dandũ documentum cũctis ꝙ in pace factus est locus eius, vt dicit Psal. Nã & Helia non inuenit Dominum

Hier. 15.

minum in cōmotione sed in aura placida. In signum huius Noe qui interpretatur requiescens, quia Iudith. 9. scio quòd semper placuit tibi mansuetorum,& humilium deprecatio, erat vir iustus atq; perfectus in generationibus suis,cū Deo ambulauit, & ideo merito Deus cum ipso fuit vt ipsum saluaret a diluuio aquarum.De malis
Psal. tumultuosis dicitur. Odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo.Et Prouerb.6. detestatur anima Domini, cū qui seminat inter fratres discordias.vide circa hoc quod scripsi in expositione Euangelij. 3. D. Q. Itē non ambulat Dominus cum his qui volunt extinguere nomen Domini sicut sunt praui,qui vt valeant explere sua praua desideria saltim indirecte, vellent extinguere nomen Dñi. Apo-
Gal.4. stolus. Insensati Galatę, quis vos fascinauit, non obedire veritati, ante quorum oculos Christus est proscriptus,& in vobis crucifixus.Et Hæb 6. rursū crucifigētes in semetipsis Christum.Et Psal Patri Christus loquitur. Quem tu percussisti, idest permissiue per Iudæos, christiani persecuti sunt me, idest suis transgressionibus,& super dolorem vulnerum meorum addiderunt, idest quātum in se est rursum me crucifigentes in cordibus suis. Nolebat insuper ambulare in Iudęa idest inter prauos prauorum quæ consilia, vt suis christicolis det exemplum fu-
Hier.51. gere de medio Babilonis.Fugite de medio Babilonis, vt saluet vnusquisque animam suam. Dicit fasticulus temporum. Adam vir sanctus cunctis diebus vitæ suæ spiritu sancto prophetiæ claruit, pœnitentiam magnam,ac diuturnam fecit, filijs suis præcepta iustitiæ dedit,præcipiens vt a consortio Chaim, & filiorum eius abstinerent oīno, nec cū eis matrimonia iungerēt.In signum huius Deus Loth sanctum separauit a Sodomitarum habitatione.Et Abrahę dictum est,nō erit hæres domꝰ tuæ Hismael. Nam Isaac iniquitates docebat.Dt domus Hęber a quo Hębrei dicti sunt,separauit se a Nemroth superbo in edificatione Babilonis. Et Deus separauit simplicem Iacob a calliditate Esau. In signum hu-
ius Deus inhibuit connubia Iudęis cū gentibus,ne discant opera eorum, sicut accidit sapientissimo Salomoni,in senectute sua adorauit idola gentiliū mulierum amore. In signum huiꝰ hoc mane Christus noluit ire ad hoc festum solum cerimoniale Iudæorum. Isai.1.
Et ad confirmandum quod per Isa. de festis dissolutionum Deus dixit. Iniqui sunt cetus vestri, calendas vestras & solemnitates vestras odiuit anima mea,facta sunt mihi molesta,laboraui sustinens.Et cum extenderitis manus vestras auertam oculos meos a vobis, & cum multiplicaueritis orationes, ego non exaudiam. Et Hier. 7. Nunquid ergo spelunca latronum facta est domus Domini, in qua inuocatum est nomen meum. Et dixistis liberati sumus,eo quòd fecerimus omnes abominationes istas. Ego ego sum, ego vidi dicit Dominus. Extende te practice ad festa christianorū plena omni spurcitia, & dissolutione. Chrisostomus, qui sanctorum glorias alloquitur eorum mores imitetur. Aut enim imitari debet,aut laudare non debet.Propterea seipsos nobis præbent exemplum, vt ex ipsis proficiamus. Nam sanctorum gesta,& festa propter septē causas descripta sunt,& festa fiūt. Primo propter Dei glorificationem. Nā Deus gloriosus est admirabilis in sanctis suis,a quo est omnis sanctitas eorum secundum quod Isa. dicit omnia opera nostra operatus es nobis. Instrumento eñ non datur laus pro opere, sed tota laus artifici attribuitur in pulchritudine artificiati. Cantemus Domino,gloriose enim honorificatus est. Equum & ascensorem proiecit in mare vide.2. Mach. 1. Vbi fratres Iudæi Hierosolimitani fratribus p Ægyptum scribunt, narrantes quomodo Deus liberauit eos a magnis malis, & hortantur eos in Dei laudem, ꝙ frequentent dies scenophegiæ mensis casseu.Et festa tabernaculorum, & enceniorum,

Marginal notes (right column): 3.Reg.11. — Propter septē causas describūt gesta & festa fiūt sanctorum. — Exod.15.

niorum, & similium propterea Iudæi solemnizabant, vt Deo tota gloria, & honor detur in suis miserabilibus. Ps. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Secundo festa fiũt ad Diaboli confusionem, sicut & pro victoria, quam habuit Dauid contra Goliath Philisteum, mulieres cantabant. Saul percussit mille, & Dauid 10. milla, quia percussit Philisteũ hic Diabolum figurantem, & abstulit opprobrium ex Israel. Sic & Christus, quia habuit beatus Anto. per patientiam victoriam de dæmonibus eũ ad mortem lacerantibus, apparens dixit ei. Nunc autem quia viriliter decertasti, in toto orbe terrarum faciam te nominari. Et Sacerdotes reuertẽti Iudith cum victoria decantabãt sibi. Tu gloria Hierusalẽ, tu letitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti miserabiliter, & confortatum est cor tuum. Tertio ad sanctorũ laudem. Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Multam fecit Dominus gloriam suam magnificentia sua a seculo. Ibi prosequit per totum cap. de gloria, & magnificentia proborum, & sanctorum virorum. Quarto fiunt festa ad peccatorũ redargutionem, vt quia Niniuitę cõuersi sunt ad Ione prædicationem obstinatis Iudæis ad Christi prædicationem qui fuit plusquam Iona, ad ipsorum redargutionem resurgent ipsi Niniuitæ, & condemnabunt eos in iudicio. Ita Mattheus, Zacheus, Magdalena, & publicani conuersi ad pœnitentiam obstinatos Hæbreos redarguẽt coram Deo & hominibus. Quia, Christus dixit Pharisæis. Publicani, & meretrices precedent vos in regno cęlorum. Et ita practice dic de peccatoribus conuersis contra tepidos christianos, & contra vtriusq; sexus homines, quos pueri, & puelle præcellũt in austeritatibus, & deuotionibus, ac pœnitentijs. Quinto fiunt festa ad pigrorum excitationem, vt sint imitatores Dei, & sanctorum Paulus. Imitatores Dei estote sicut filij charissimi. Et ne dicas quod difficile tibi sit Deum imitari, qui solus perfectus, & bonus est, vt Christus dixit, ideo Paulus iterum addit. Imitatores mei estote, sicut & ego Iesu Christi. In figuram horum dictum est Moysi. Inspice, & fac tibi secundum exemplar mõstratum tibi in monte idest in Christo, & sanctis eius, qui fuerunt mons fortitudinis, & contemplationis. Nam vt superius Chrisost. dixit. Propterea nobis seipsos præbent exemplum, vt ex ipsis proficiamus. Sexto ad perfectorum, & bellantium in pugna spirituali animationem, sicut, Mathatias pater Machabeorum, congregatis ad eum Iudæis qui zelum Dei habebant contra Anthiochum regem, & suos satellites ad idolatriam, & alia in lege inhibita cogentẽ Iudęos, dixit. Nunc ergo, o filij emulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum, & mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Et ibi narrat sanctorum patrum admirabiles victorias in tribulatione habitas. Septimo fiũt festa ad totius Ecclesiæ consolationem. Quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & doctrinam scripturarum spem habeamus scilicet ascendendi in cęlum vbi est sanctorum gloria, qui per multas tribulationes fideles Dei probati sunt. Et propterea fideles christicoli his de causis festa, & sanctorum glorias percolentes, non ea pertranseant vanitatibus, & stultitijs, ac alijs voluptatibus, quasi essent propter hęc instituta. Sed in deuotionibus orationibus, contemplationionibus, & rememorationibus vitæ ipsorum. Practicę te extende ad virtutes, quibus ornati fuerunt sancti Dei vtriusq; sexus, vt omnis ętas, & conditio in speculis eorum possit inuenire, quid eum agere, quidue cogitare oporteat. Qua via, quibusque cursibus ad brauium regni cœlestis peruenitur, quod vt Christus dicit.

Iudith. 15. Eccle. 44. Matth. 21. Eph. 5. Exod. 25. 1. Mach. 2. Rom. 15.

Matth.11. dicit. Vim patitur, & violenti rapiunt illud. Vide ad propositum huius sermonis nostrum sermonem super historiam Paradisi terrestris, in quibus Deus sit & sancti sui imitandi. Item alium sermonem de moribus primitiuę Ecclesiæ, & nostrorum temporum in 2. lib.

FERIAE QVARTAE POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

PERPVLCHRE COMMENDATVR TEMPLVM Dei; non ideo violandum, sed venerandum, & puniendum qui illud polluunt: Insuper dissseritur de signis veris gratiæ Dei, significatis in ouibus.

FACTA SVNT ENCENIA HIEROSOLIMIS, & Hyemis erat. Io. 10.

Io.10. SICVT in seruitijs temporalib' nihil gratius operarijs, quam cum cognoscunt se esse Dominis suis in gratia eorum, quia tali signo extimant sua seruitia eis fore grata, ex quo sperant maiori præmio, & mercede præmiari. Ita etiam dicendum est eo magis in spiritualibus seruitijs, magna consolatio est vnicuiq; in laudem Dei sua opera operanti, si quo signo possit scire, & coniecturari se esse gratum Deo, sciens quia filij Dei gratia Dei agantur, & gratia Dei sine dubio secundum Paulum est vita æterna, vt igitur omnes christicole gaudium, & letitiā concipiant de suis operibus acceptis coram Deo, hoc mane Christus ostēdit eis, quo signo cognoscere possint se fore de ouibus Dei, & qui sunt de ouibus in pelle exteriori, & intrinsecus sunt lupi rapaces scilicet Diaboli.

¶ Hoc mane habemus pulchra documenta spiritualia, pręsertim quòd peccatorum refugium debet esse Ecclesia Christi. Et qui sunt de ouib' Christi, & Diaboli. Dicit ergo facta sunt encenia idest erat festum dedicationis, & sanctificationis templi, in quo accedentes ad ipsum cum deuotione sanctiores fiūt. Deus dixit Moysi, sint mundi, & sancti Sacerdotes, quia ego sanctus sum, qui sanctifico eos. Leu.25. Et inter alias causas templum sanctificatur propter sancta sacramenta, & spirituales actus, qui in eo exhibentur christianis sanctificatis sanguine Christi, & vt in eo nihil funesti fiat vel reperiatur, quod Domini præsentiam in eo per specialem sanctificationem existētis possit offendere: o quam male esset cum miseris peccatoribus, si tēpla Dei non essent, per quæ Deo offenso reconciliantur. Nam & hoc templum dedicatum erat tempore hyemis frigide, vt mense Decembris, ad denotandum quòd specialiter templa Dei facta sunt, vt in eis frigidi peccatores calefiant sacramentorum, & spiritualium actionum exhibitione. Frigidam fecit malitiam suam. Hier.6. Et Christus venit, vt mittat ignem in terra, & nihil

Pulchra cōmendatio templi Dei, iō nō est violandum.

nihil aliud vult, nisi quòd ardeat in terrenis peccatoribus calefaciẽdo eos suis gratijs Vide 2.Para.7.cap. de oratione Salomonis in templo, & quomodo Deus acceptauit orationem eius, confirmando sibi omnes vtilitates postulatas in templo sibi dedicato, dic totum quia est pulchrum. Vere nõ est tam atrox & seuus peccator, quin intrãs templum Domini non terreatur.
Psal. Timor, & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Quia statim ad ingressum templi talis memoratur, saltem in confuso facinorum suorum. In figuram huius in sala Baldasar, vidit manum scribentem in pariete, scilicet conscientiæ suæ, mane, thethel phares, idest numerata, & ponderata sunt coram Deo omnia peccata tua, & sententiatus es ad mortem, in manu Persarum, & Medorum, idest Diaboli cum seruis dæmonibus dãnãdus. Et tũc facies eius immutabatur, & cogitationes eum perturbabant, & dissoluebantur renes eius, & genua ei⁹ collidebantur. Et qui honorem sua atrocitate Ecclesiæ sanctæ non dederunt malo fine interierunt, sicut de his plena est sacra scriptura, lege primum cap.1.& 2.Machab.14. cap. Nichanoris prauitatem, & minas contra templum sanctum Domini, & orationem Sacerdotum, & pessimum finem eius cap. 15. Item lege ibidem. 3. cap. contra eos qui a templis confugentium deposita violenter expoliant. Est perpulchra, & prodigiosa historia, de Eliodoro prodigiose a Dei
2.Mach.9. virtute percusso. Vide etiam. Qualiter Alchimus incipiens destruere templum Domini percussus est a Deo graui percussione, & mortuus est cum tormento magno. Et vt cætera omittam vide. 2. Paralip. 26. Quia Ozias vsurpabat officium sacerdotale, lepra vituperose ibidem a Domino est percussus. Et Ezeche. 8. Iram Dei, & grandem punitionem, contra abominationes quæ in templo fiebant; & quia dorsa sua habebant contra tẽplum. Reflectentes igitur se supra frigiditatem suorum peccatorum in tẽplis Deo sanctificatis, calefiunt calore deuotionis, & contritionis. Quia Dominus est in templo sancto suo ignis verę calefaciens, & ardens super spinosos peccatores illuc aduenientes, sicut in monte super rubum, non tamen consumens. Dicamus illud mirabile exemplum simplicis monachi, Exod.3.
qui vidit inter alios ingredientes in tẽplum vnum senem horridum aspectu associatum dæmonibus, qui erat immundus peccator, & egressum e tẽplo letum, & lucidum, & suo Angelo letante comitatum. A quo ipso publice narrate didicit, quòd dum in missa audiret Isaiæ proclamationem. Lauamini mundi estote, auferte mala cogitationum vestrarum ab oculis meis. Discite benefacere, quiescite peruersa agere, si fuerint peccata vestra sicut coccinum, mox sicut nix dealbabuntur, conuertit cor suum ad dolorem suorum facinorum, promittens Deo de cætero in similibus non peccaturum &c. vide hoc exemplum in Vitis Patrum vel in discipulo. Isa. 1.
Ibi etiam peccata confitentur. Vt etiam ex attrito fiat contritus virtute clauiũ, idest in absoluendo, secundum sacros Theologos. De his habes infinita exempla. Ibi etiam communione Eucharistiæ quæ etiam mortuos viuificat secundum August. fortificamur ascendendi ad montem Dei Oreb. Et hoc templum sanctum in Domino, fuit figuratum in loco, vbi vidit Iacob Scalam de cęlo ad terram Gen.28.
protractam, & per eam Angelos ascẽdentes, & descendentes, & Dominum scale innixum, quia ibi Angeli inspiciunt nostra acta, & cogitata, & deferunt ea Domino punienda, & præmianda. Et ibi dixit Iacob. Vere locus iste sanctus est, & ego nesciebam. Practica hic contra indeuote & inhoneste, & irreuerenter ingredientes templũ Domini, quia ibi Domin⁹ scrutatur Hierusalẽ in lucernis. Omitto multa dicta ꝑ hmõi in ꝓcedẽtibus sermonib⁹. Et Iesus ambulabat ĩ

V por-

porticu Salomonis tanquam paratus omnes secum in spirituali templo hospitari & clamans cunctis. Venite ad ignem qui accendit, & illuminat, ac calefacit, & non consumit. Venite Caeci ad illuminationem, venite surdi ad auditũ, & sonũ Dei, quia ecce ego dabo verbum in auribus vestris, vt quicunq; audierit tiniẽt ambe aures suę.
1. Reg. 3. Venite muti ad medicum qui soluit linguas mutorum, & ignorantium, & facit eas disertas modo quo aparuit linguam Moysi balbutientem, & pueri Hier. nescientem loqui, & Apostolorum rudium qui in die Pentecostes omnibus generibus linguarum loquæbantur magnalia Dei. Venite claudicantes vtroque pede idest affectu, & effectu, & salietis sicut ceruus in semita mandatorum Dei. Venite leprosi vt caro vestra in anima fiat, sicut caro pueri quinque anorum, figurata per Naaman Syrum leprosum
4. Reg. 5. & mundatum mandato Helisei viri Dei in lotione Iordanis. Venite omnes simplices, & pauperes spiritu, quia Euangelizabitis secreta Dei, quę non licet homini loqui. Venite ad aquas quas q bibit non sitiet in æternum, sed facient eum salire vsque in cęlum. Venite vt Isai. dicit & bibite absque argento, & commutatione, quia abundans sum in gratia donans, & non recipiens pro dono quidquam, sed de stercore erigo pauperem, vt sedeat in domo patris mei cum principibus Paradisi. Et caue ne venias ad Chr̃m ficte solum pęnitẽtia exteriori, sed intrinsecus es lupus rapax, sicut hic erant Pharisæi ficte accedentes ad Christum, & dicentes Quousq; animam nostram tollis, dic nobis, si tu es Christus, & cæt. quoniam scit Christus qui est scrutator cordium, quid lateat in homine, an scilicet ficte an ex corde sincero genuflectas veniamque quæras, confitearis, ores, & dimitte nobis. Practica ad propositum de similibus. Ipse enim penetrat an sis Pharisæus superbus orãs ieiunans, & decimas dans Deo, vel sis publicanus humilis, qui stans a longe, nec oculos ad cęlũ leuare audebat, sed dicebat. Propitius esto mihi peccatori, &c. Si ergo desperasti propter peccati amaritudinẽ habes in Ecclesia descriptũ Petrũ Chr̃m negantẽ, & eũ Chr̃m misericorditer respiciẽtẽ & Petrũ exeuntẽ amare flentẽ, vt post resurrectionem diceret Chr̃s mulieribus, suam resurrectionem, & vt Petro dicerent, in signum quia sibi peccatum pepercit. Habes in Ecclesia descriptam Magdalenam cum multitudine peccatorum, & tamen lachrimantem Christus recepit in suam discipulam. Habes & adulterã cui Christ⁹ dixit, nemo te condemnauit, nec ego te condemnabo, vade & noli amplius peccare. Habes & Paulũ crudelẽ in ecclesiã, & mẽbra Chr̃i, & tñ dictum est ananiæ. Vas electionis est mihi. Habes & Mattheũ, ac Zacheũ publicanos, & tñ alter Euangelista est effectus, & alter conuiua Chr̃i. Habes & Petro dictũ, non solũ vsq; septies, sed vsq; septuagies septies peccanti & reuertenti indulge. 2. documentũ valde cũctis delectabile. f. quib⁹ signis quis põt scire se esse in gratia Christi, & de ouibus eius. Habent & tristabile praui, quibus signis cognoscuntur se fore de damnatis cum Diabolo & Angelis ei⁹. Dic vt Euangelium dicit de vtriusque. Et in particulari descendo ad oues Christi. Habent moraliter earum conditiones bonas. Primo innocentiæ simplicitatem. 2. Reg. vlt. cap. Isti qui oues sunt, quid fecerunt. Habent patientiæ tranquillitatem, de qua Isai. 53. sicut ouis ad occisionem ducetur. Habent idoneitatem, vt sint hostia Christi pro nomine ei⁹. Psalm. Extimati sumus sicut oues occisionis. Habent lactis dulcedinem in locutione tam doctrinali quam familiari cum proximis. In illa die nutriet homo duas oues, & præ vbertate lactis comedet butirum. Habent velleris idest sanctæ conuersationis fomentum, & calorem. De velleribus ouium calefactus. Habent lupo-

De signis veris i ouibus signi catis gr̃æ Dei.

Isai. 7.

Iob. 31.

rum

rum idest prauorum persecutiones, & odia. Matth. nemo propheta accept⁹ est in patria sua, & iterum Matth. 10. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Habent fęcunditatem quia verbo, & exemplo regenerāt peccatores Christo. Psal. Oues eorum fętose habundantes in egressibus suis. Et Can. 1. omnes gemellis fętibus. Habent ad æternum pastorem obedientiam & agnitionem, vt hic dicit Christus. Oues eum sequuntur. Practica de præceptis. Psal in auditu auris obediuit mihi. Vere talibus ouibus Christus dat Pascua vitæ æternæ, dicetq; eis in iudicio venite benedicti patris mei, &c. Et per oppositum earum practice discurre replicando supradicta. Sed vos de ouibus meis nō estis, quia non creditis mihi. Sed potius oues pellibus exterioribus, fictisq; cerimonijs & solum nomine, sed intus in corde estis lupi rapaces, & hedi, qui secundū Orig. per saxa dura, & peccatorum pcipitia gradiuntur, & secundū Chris. infructuosi vt Hedi, vel secundū Hier. vt Hedi semper feruētes coitu, practicta super hæc. Ad propositum huius Euangelij vide sermonem nostrum in alio libro de cogitatione gratiæ.

Psal.

FERIAE QVINTAE POST QVINTAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

POST ENARRATAM CONVERSIONEM Mariæ Magdalenæ, monstrant causas inhonestatis mulierum: & modum quo Christus conuertit Magdalenam; Item modos sex, quibus mulieres solent Deum offendere.

ROGABAT IESVM QVIDAM PHARISEVS VT manducaret cum illo. Luc. 7.

Luc. 7.

DICIT magnus Albertus Deus omnipotens fecit duo lumina ria magna scilicet Solem, & Lunam, vt Sol luceret, & pesset diei & Luna vt pesset & luceret nocti. Ita De⁹ oīpotēs mūdo, & Ecclesiæ chrianæ, vt nemo sit q se abscōdat a calore eius, dedit luminare maius. i. beatam Virginem Mariam sine crimine & aliqua peccati macula in exemplum omnibus innocentibus, vt in eius puritatem vitę respiciant, & eam imitent. Quoniam puritate sua, & sua humilitate summe placuit altissimo. Dedit & peccatoribus luminare min⁹. i. Mariam Magdalenam, quatenus sua pęnitentia luceret omnibus obscuris peccatoribus, & animati exēplo pęnitentiæ eius & Christi acceptione, non desperēt cū Chaim qui inuitatus a Deo vt pęniteret dixit. Maior est iniquitas meam, quā vt veniam merear, sed veniāt ad fontē misericordię Christum pstrati ante pede eius cū lachrimis, q linifit duritiā iudicis. Et Dn̄s conuersus ad eos, sicut ad hāc peccatricē dicet eis remittunt tibi peccata tua, qa fides tua te saluum fecit: vade in pace.

Digitized by Google

¶ Hoc mane conformando me cum sacro Euangelio, totũ sermonem nostrũ fundabimus super ipsum, addédo ad eũ aliquas conuenientes contéplationes collocutionis Mariæ Magdalenæ & Christi. Quoniã & si sacrũ Euãgeliũ breuiter tangit modum conuersionis eius, & ploratus eius absq; vocali locutione, nihilhominus est extimandũ in tali mysterio plura accidisse, quæ Euangelista reliquit nobis cõdecenter contemplari, sicut & in alijs Euãgelijs, qui sacri doctores exponũt. Vnde & Ioannes dicit. Multa aũt facta sunt, q̃ non sunt scripta in hoc libro.

¶ Et antequã ad Euangeliũ accedamus, videamus quę fuit causa vel occasio, vt tã nobilis puella publica peccatrix esset. Ad hoc dicũt sacri expositores inter alias puellarum inhonestatis causas esse quatuor. Prima est pulchritudo earum, cum leuitate associata, sicut dicitur. Circulus aure⁹ in naribus suis, mulier pulchra, & insipiés. Nam sus volutatur, & iacet libenter in fecibus, & labijs suis feces exagitat, nec habet respectum ad pulchritudinem aurei anuli. Ita mulier pulchritudine decorata, eam insipientia sua fedat per immunditias. Fornicatio mulieris in extollẽtia oculorum. Et quia quod ab omnibus adamatur difficile custoditur. Ideo tales pulchrè sed stultitia & extollentia oculorum associata, impossibile est in castitate conseruari, quia fatuitas in muliere pulchra, ẽ freni relaxatio, vt currat sicut equ⁹ & mulus, in quibus nõ est intellectus. Sed modestia in pulchra muliere, est frenum omnis concupiscentiæ tam interius quã exterius. Sicut fuit beata Virgo, cui⁹ pulchritudo super omnes mulieres fuisse describitur, & tamen etiam ab exteriori concupiscentia mũda fuit, quia propter venustatem ei⁹, nemo vnquam inhoneste concupiuit eam. Disciplina mulieris datum Dei est. Mulier sensata, & tacita nõ est immutatio erudite animæ. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorosa. Omnis auri ponderatio non est digna continentis animæ. Et ibi vide de multa de bona, & mala muliere. Secunda causa est libertas, quia post lapsum primorum parentum data est non sine causa a Deo, vt sit sub potestate viri. Non des mulieri potestatem animæ tuæ. Tertia causa est vita delitiosa. Vnde Pau. Vidua quæ in delitijs ambulat mortua est. Nam delitiæ sunt seminarium immunditiæ. Iuxta Hier. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ sodomę, ociũ & repletio panis. Quarta paupertas. O quante lasciuijs exponuntur propter paupertatem. Hoc ostenditur in tribus puellis a patre lasciuijs expositis propter paupertatẽ vide in historia sãcti Nicolai, sed hęc vlt. causa non fuit in Maria. Sed tres primæ vt patet, ex eius legenda. Sed pius Dominus recordatus est figmenti sui, q̃ venit peccatores saluos facere, vt ipsa sit luminare minus, & exemplũ omnibus peccatoribus, eã conuertit, & eiecit. Septem dæmonia ab ipsa. i. omnia. 7. mortalia peccata, quib⁹ erat illaqueata. Et aliqui pie credunt ita fuisse eius conuersionem. Semel venit in Hierusalẽ tractu sororis ad sermonem Iesu Christi in templo, eãq; Chr̃s in prædicãdo oculo suæ misericordiæ respexit, ad cor eius loqués. Et loquar ad cor eius dicit Dñs. Dicit S. Hieronym⁹, q̃ ex facie Iesu Chri egrediebantur quidã radij diuinitatis, vt qué oculo suæ misericordiæ inspexit statim in eum & ab eo capiebantur, sicut piscis ab hamo sub esca Et oẽs tales ab eo inspecti poterant dicere. Valde admirabilis es tu Dñe, & facies tua plena est gratiarũ. Et Aug. dicit quoddam diuinũ radiabat in vultu eius, q̃ eum omnes reuerebantur. Et pulchritudo faciei ei⁹ erat, q̃ decebat eius ętati & reuerentiæ, quia alia condecet puerũ, alia iuuenem, alia adolescentẽ, alia senẽ, sed m. S. T. Deinde in locutione erat gratiosissimus, cũ vtilitate audientiũ. Dñe ad quem ibimus, verba vitæ habes. Hæb. 4. sermo Dei viuns, & efficax oĩ gladio ancipiti. i. ordinate & efficaciter platũ. Luc. 21. oĩs popul⁹ ma-

nica-

Marginalia: Quõ Chr̃s Magdalenã conuertit. — Prouer. 9. — Eccle. 26. — Idem. — Eccle. 19. — Luc. 8. — Osee. 2. — Hester. 15. — Io. 6.

Digitized by Google

nicabat idest de mane veniebat, ad eũ audiendum. Inspexit igitur Mariam Christus suo diuinali radio, loquens ei ad cor verba vitæ, & salutis. De hac locutione dicit Greg. in sua homilia. Quid igitur miramur fratres, Mariam venientem ad Dominum suscipientẽ? suscipientem dicam an trahentem? dicam melius trahentem, & suscipientẽ. Et quoniam secundum Aug. peccatores primo ad Deum trahãtur timore. Deinde amore, & dulcedine. Ideo conuenienter dicendũ est., ꝙ Christus tũc fecit aliquem sermonem terrificum in peccatores, iuxta prophetæ. A facie tua Domine, & nomen terroris Domine concepimus in corde per contritionem, & parturiuimus, quia difficile est sicut parturienti in partu, ita peccatori a suis consuetudinibus recedere. Et peperimus spiritum salutis. Et tũc fuit ista parturitio salutis in Magdalena, quando ad Christum venit vt hoc mane dicit Euangelista. Hoc terrificum potuit esse dictũ Hier. 2. Quid tibi vis in via Ægypti vt bibas aquas turbidas scilicet tenebrosę vitæ tuæ? Quid tibi cum vias Assyriorum idest cum voluptatibus gentilium, vt bibas aquas fluminis eorum? idest omnium spurcitiarum. Arguet te malitia tua, & increpabit te auersio tua. Scito & vide, quia malum, & amarum est te reliquisse Dominum Deum tuum. Et non esse timorem eius apud te. A seculo cõfregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti non seruiam. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix. Et Isa. 14. detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Et Isa. 4. concludit post multa ad propositum. Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum denudabit. Vide reliquum. Et erit pro suaui odore fętor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilitium. Et deportaberis vt Zacharia dicit a dæmonibus sub figura milui, vt tibi ędificetur habitatio in Senaar. i. in fetore inferni, vt quantum in delitijs fuisti, tanta & tormenta patieris inferni. Laua ergo à malitia cor tuum, vt salua fias, vsquequo morabũt in te cogitationes noxię? &c. Deinde conuertit se ad verba lenitiua suæ iustitiæ seuere. s. hortando eã ad lotionem spiritualem, vt misericordiã consequatur. Dicens illud. Lauamini mundi estote, auferte mala cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite peruersa agere, discite bene facere. Si fuerint peccata vestra sicut coccinum, mox vt nix dealbabuntur, &c. quia nolo mortem peccatoris, sed potius, vt conuertatur & viuat. Et quãuis. Vulgo dicit. Si dimiserit vir vxorem suam, & recidens ab eo, &c. nunquid reuersam suscipiet. Tu autẽ fornicata es cum amatoribus tuis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Vide ibi prostrata es, q̃a polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis. Ad hæc verba Christi commota sunt omnia viscera eius, & dixit illud. Ventrem meum doleo, ventrẽ meum doleo, & sensus cordis mei turbati sunt in me. Commouisti ergo Domine terram, idest terrenam, & fętidã animam, & vitam miseram, & contur basti eam, dum video a planta pedis vsq; ad verticem nõ est in me sanitas, sana ergo domine contritionem meã, quia recogitabo cum Ezechia tibi omnes annos meos in amaritudine animę meę. Peracta igitur prædicatione Christus iuit ad domũ Symonis Pharisæi, vel in Bethaniam vbi erat domus eius, vel in Hierusalem, quia inuitauerat eum. Dum igitur essent in mensa vbi erant plures magnates secum conuiuantes. Venit hæc mulier ad Iesum corde compuncta. Et secundum Greg. in homelia cõuiuantes nõ erubuit. Nam quia semetipsam grauiter erubescebat intus, nihil esse credebat foris, q̃d verecundaretur. Et quot in se habuit delectamenta, tot de se inuenit holocausta. Cogitate quanti stuporis, & admirationis omnibus conuiuan-

Isai. 26.
Hier. 2.
Hier. 3.
Isai. 1.
Hier. 3.
Ibidem.

uiuantibus eius accessus tunc fuerit, & omnes expectabant cum magno desiderio finem, & exitum rei. Et quoniam peroptima pęnitentia est, per quæ quis peccat, per ea, & torqueatur & hæc misera peccatrix considerabat, ideo voluit de se tot holocausta Christo exhibere, quot delectamenta corpori exhibuerat. Nam similes mulieres sex modis Deum solent offendere & homines. Primo indissoluto gestu per inuerecundiam. Hier. 3. frons mulieris. m. F. es. n. er. 2. 2. In altiori loco sedendo per superbiam Prou. 9. mulier stulta clamorosa plenaq; illecebris, & nihil omnino sciens, sedit in foribus domus suę super sellam in excelso vrbis loco, vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes in itinere suo. 3. offendũt in vagabundo aspectu per lasciuiam. Eccle. 26. fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & palpebris suis agnoscetur. 4. in curioso ornatu per vanamgloriam. Mulier occurrit vecordi iuueni, ornata meretritio habitu, præparata ad capiẽdas animas. Quinto in illicito actu per incontinentiam nunc amplexando, nũc osculando. Proue. 7. appræhensum deosculatur iuuenem, procaci vultu blãditur dicens. Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. Sexto in suaui olfactu per carnis diligentiam vnctionibus, &c. Ornasti te vnguento regio, &c. Et quia his. 6. modis Deũ offenderat. 6. oppositis modis Deum placare voluit. Primo enim contra impudorem, & in erubescentiam vsa est maximo pudore, & erubescentia coram Christo. Cum dicitur venit, & stans retro. Videmus enim cum quis aliquẽ magnum virum offendit, non audet ante comparere. Sed retro stat cum erubescentia, sic hæc mulier fecit Dicit Greg. Nazanzenus. Indignitatem autem suam ostendens, stabat retro, post tergum deiectis luminibus, & effusa coma. Et quoniam in toto Euangelio nihil habemus, ꝙ Maria locuta fuerit, extimandum est intus cũ Deo

In honeste mulier es 6. modis Deũ offendunt & de ni pęnitẽtia mag.

Pro. 7.

Isa. 51.

locutam fuisse, qui scrutator est cordium, & ꝙ ex dolore non poterat verba exprimere &c. Nam dicit Euangelista Io. multa facta sunt, quæ non sũt scripta in hoc libro scilicet Euangeliorum, sed Dominus multa reliquit nobis contemplanda, quæ possunt conuenienter dici, & contemplari facta in similibus casibus. Dicamus igitur cõtemplando, ꝙ stans retro lingua mentis loquebatur Christo ad cor. Ego misera adultera, fornicata sum a Deo meo, cum meis amatoribus. Et dereliqui te fontem sapientiæ & extruxi mihi piscinam, quæ aquas continere nõ valent, terra enim cõtaminata, & polluta est in meis immũditijs, frons meretricis facta sum nollens erubere. Sed exultaui in rebus pessimis, & gloriata sum inuerecundę in meis malis, reuertor tamen ad te virum meæ pubertatis, summamicis pessima suscipe me adulteram reuertentem ad te, sicut ꝑ Hier. dixisti, quia cognosco peccata mea & magnas iniquitates meas. Peccaui cum Dauid, ignosce mihi cũ Dauid. Peccaui cum Achab pessimo ignosce mihi vt Achab. Peccaui cum Manasse omnium hominum sceleratissimo, ignosce dolori, ignosce lachrimis meis, ac cordi meo contrito, & fracto &c. Hæc & similia possis contemplari. Et Iesus nec respiciebat ipsam. Et quare hoc Iesu dulcissime, qui scis & cognoscis cor contritum, nec despicis. Dico vt ipsam magis ad dolorem prouocaret, id fecit. Secũdo exhibuit timorem reuerentiæ contra superbiã suam, quia dicit secus pedes. Quoniã mulier timere cepit Deum, quem tã amare offenderat, ad pedes eius prostrata iacebat cum magna cordis humilitate. Vnde pie credendum est, dicebat adhuc in corde suo. Deus cor contritum, & humiliatum non despicies, sicut dixisti Heliæ. Vidisti humiliatum Achab, quia causa mei humiliatus est non faciam malum comminatum in diebus suis, miserere ergo mei Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea idest in me aul

la

la est virtus qua possum iustificari corã te, ideo anima mea turbata est valde Sed tu Domine vsq; quo mihi clamanti vt Moysi, & Annę in corde non respondes, conuertere scilicet ad me oculo misericordiæ, & eripe animam meam a dãnatione, & confusione ęterna, saluam me fac propter misericordiam tuam &c. Tertio exhibuit dolorem pęnitentiæ admirabilis contra suam lasciuiam. Cum dicit lachrimis cepit rigare pedes eius. Nam signum pœnitentiæ, & doloris est lachrimas producere, quæ mollificant duritiam
Hier. 2. iustitiæ diuinæ. Deduc quasi torrentem lachrimas per diẽ, & noctem, non des requiẽ tibi, nec taceat pupilla tui
Psal. oculi. Et Dauid qui Deum offenderat dicebat. Lauabo p singulas noctes lectum meum, lachrimis meis stratũ meum rigabo, vt scilicet lachrimæ ei' penetrarẽt coopertam, & mataratiũ, ita erant abundantes, sic & lachrimæ huius erant abundantissime ex consideratione suæ lasciuię. Vnde dicebat rigãdo pedes Christi apud se. Iesu bone erunt mihi lachrimæ panes die, ac nocte, & deducã quasi torrens lachrimas meas, nec per diem, & noctem tacebo cum lachrimis ad te suspirando, donec meæ lachrimæ superent meas lasciuias, & immunditias, & donec lota sim a meis spurcitijs, quibus totam cęlestem patriam offendi, obsecro te per tuam immensam bonitatem &c. suscipe lachrimas meas, & respice ipsas sicut respexisti lachrimas amaras regis Ezechiæ, & restitue me pristine sanitati, & innocentiæ meæ, quia recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine animæ meæ, &c. 4. exhibuit horrorem curiositatis contra vanam gloriã. Cum dicit, capillis capitis sui tergebat &c. Nam mulierum ornamẽ
Cor. 10. tum, & gloria sua sunt capilli. Mulier si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine sunt dati illi. Signum ergo contemptus curiositatis est, de capillis proprijs non curare &c. Vnde Greg. capillos ad compositionem vultus exhibuit, sed iam capillis lachrimas detergebat, & in detergendo dicebat intra se. Ecce quibus ornamentis te fontem aquæ viuæ offendi, decaluabo Cęsariem meam, iam deposui ornamenta capitis mei, iam accipiam pro fascia pectorali cilicium, iam p zona aurea funiculũ &c. iam sedebo per amplius in puluere, & cinere, deponendo veterem hominem qui est. Secundum carnem, & nouum induendo, qui secundum Deum creatus est. Exhibe ergo mihi stolam vt induar vestimentis per amplius virtutum &c. sequendo vestigia tua &c. 5. exhibuit ardorem charitatis contra incontinentiam. Cum dicitur, & osculabatur pedes eius, quasi pacem quærens a Iesu bono, quem sua lasciuia in amaritudinem deduxerat. Quasi dicat illud. O quam amarum est mihi Hier. 2.
te reliquisse, & quòd fregerim a iuuentute mea iugum tuum &c. quòd rupi vincula tua, & præcepta tua omnia sim transgressa, quòd in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso prosternabar meretrix, quòd quę non fuerit finis concupiscentiarum mearum. Ex nunc rogo suscipe reuertentem ad te. &c. tu es fons misericordiæ, facile lauare tibi est oẽs immunditias meas, vt appareat per amplius caro, & anima mea vt caro Naaman Syri Loti in flumine Iordanis pcepto viri Dei &c. Da mihi obsecro hanc lotionis aquã, vt per amplius mundas manus meas ad te habeam &c. quia apud te, vbi abundauit peccatum superabundabit & gratia &c. Sexto exhibuit odorem suauitatis contra carnis diligentiam:, cum dicitur vnguento vngebat pedes Iesu. O quam abundantes erant eius lachrimæ, quia recordabatur quantum Deum offenderat vnguento, quo totum suum corpus vngebat ad ruinã animæ eius, & laqueum animarum, quas perire multis modis fecit. Dicebat enim intra se. O bone Iesu. Vnge me vnctione misericordiæ tuæ, vt per amplius redoleam coram te in virtutibus, & tui dilectione, quia per amplius ex nunc diligam te virtus mea,

 & for-

& fortitudo mea, & omnem amorem seculi quem hactenus habui conuertam in te Dominum. Fac ergo me sicut signaculum iuxta cor tuum, vt scilicet continue stem ante pedes tuos in contemplatione beneficiorum tuorũ, vt memoria memor sim eorum, & tabescat in me anima mea. Fac me sicut signaculum iuxta brachium tuum: vt leue sit mihi iugum tuum, & mirabilia in te operer plusquã operata sum propter mundum & concupiscentias eius, vt fortis sit sicut mors dilectio tua. Et sicut mors separat hominem ab omni mundi dilectione, ita me amor tuus per amplius separet ab omni dilectione, & vanitate mundi, vt sit sicut infernus stimulatio tua scilicet, vt timore tuo configas carnes meas, & non peccem tibi per amplius, sed cogitans vias meas, conuertam totaliter pedes meos in testimonia tua, &c. Vt lampades tuæ sint ignis, & flammarum, & peramplius in me ardeam sicut ignis in corde diligendo te, & extra sint flammę ignis boni exempli, vt quemadmodum tenebrosa vita mea fui scandalum, & ruina alijs, ita conuersio mea de cætero sit incitamentum alijs penitendi & salutis æternæ. Et per amplius multæ aquæ concupiscentiarum vel tribulationum non possint extinguere charitatem tuam. Hæc in canticis sponsa sententialiter. Ecce quomodo Maria quot delectamenta in se habuit, tot holocausta de se obtulit &c. Practica de his, & ad omnem actum mysterij eius contemplare. O bone Iesu cur clamanti ad te corde sicut Moysi non respondisti? quid clamas mulier &c. Cur ad ploratum eius sicut Annæ, Quæ solum labia mouebat, saltẽ per Heli non respondisti. Vade in pace mulier Deus Israel det tibi petitionem tuam, idest quia habebis quod petis, & similia tu adde. Ad propositum huius sermonis vide nostros sermones de attritione, & cõtritione cum suis figuris. His autem peractis, &c. Prosequere Euangelium contemplando ad omnia verba Christi. Quomodo conuersus est ad mulierem digito, & oculis misericordiæ erga eam. Contemplare hic o fons pietatis &c. O quam lęta tunc Magdalena fuit, &c. Dic Gregor. contemplationem in eius homelia. Cogitanti mihi de Mariæ pœnitentia magis libet flere, quam aliquid dicere. Cuius enim vel saxeum pectus ille huius peccatricis lachrimę ad exemplum penitendi non emolliant? Considerauit namq; quid fecit, & noluit moderari quid faceret. Super conuiuantes ingressa est, non iussa venit, inter epulas lachrimas obtulit. Discite quæso quo amore ardet, quæ flere inter epulas nó erubuit. Sed ecce turpitudinis suę maculas aspexit, lauandã ad fontem misericordiæ cucurrit, conuiuantes non erubuit. Iam quia semetipsam grauiter, & erubescebat intus, nihil esse credidit quod verecundaretur foris. Hæc ille.

Exod. 14.
1. Reg. 1.

FERIÆ

FERIAE SEXTAE POST QVINTAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

DOCET PRINCIPES, ET IVDICES, vt iuxta se teneant bonos consiliarios & coadiutores, & malis iudicibus comminatur, numerat etiam boni iudicij conditiones, dicit & causam ruinæ principum ac populorum.

COLLEGERVNT PRINCIPES ET Pharisæi concilium. Io. 10.

Ioan. 10.

Gene. 37.

ACcidit hoc mane Christo, sicut Ioseph, quia fratres accusauit coram patre suo de crimine, & ipsorum mala detexit ei, oderãt eũ ad mortem, nec ei pacifice poterant loqui, sed consilium fecerunt super eum in mortem eius. Sed quia non est consilium super consilium domini, & qui prauitate consilij credunt declinare ex vna parte, prouidentiam diuinam ex alia incidũt in eam. Quia per odia & consilia eorum in mortem, & venditionem fuit exaltatus, & factus princeps Ægypti, & salus fratrum suorum qui oderant eum, & totius populi Israel. Hæc ad Christum breuiter hoc mane applica.

Necessarij sunt boni consiliarij omnib. maxime iudicib. & principibus, & tales non sint iuuenes.

¶In hoc sacro Euangelio sunt multa perpulchra documenta maxime cõsiliarijs & iudicibus, in quibus salus & vita populi consistit, quia in prouerbijs dicitur. In exaltatione iustorum salus populi, sed regnantibus impijs ruina eius. Nam in regimine regnorum, & prouinciarum ac ciuitatũ necessarij sunt boni consiliarij assessores regis & principis. Quoniam rex vel princeps solus cum sit homo defectuosus, non potest in omnibus ita esse prudens, & sapiens, vt cuncta sciat, & præuideat, quia quandoque bonus dormitat Homerus & maxime in regimine in quo oportet omnes circunstantias bene respicere, quibus non prospectis ruit omnis ædificatio reipublicæ. De his vide nostras prædicas de republica. Ideo necesse est principibus habere pœnes se prudentes, & bonos consiliarios. Quoniam plus rempublicam iuuant prudentum consilia, quàm bellica arma. Ecclesiast. 9. melior est sapientia quam arma bellica. Dicit Tullius in libro de Senectute, quòd dantes consilium in republica, plus agunt quam alij. Sunt enim sicut gubernantes in naui. Alij sentinam exhauriunt, & cætera, gubernator vero tenens clauum, & quietus sedens in puppi multa maiora, & meliora facit.

Pulchra similitudo.

Non viribus ergo, aut velocitatibus, aut celeritate corporis res ma-

Digitized by Google

gne aguntur, sed consilio auctoritate & scientia. Et debent tales consiliarij secundùm Tullium non esse iuuenes, sed antiqui, quia in antiquis maxime viget consilium. Iob. 12. in antiquis enim est sapientia. Vnde dicit Philosophus, nemo sibi eligit duces iuuenes, eo quòd constat eos non esse prudentes sicut ostensum est, in Roboam Rege, qui consilium senum derelinquens, consilio iuuenum adhærendo amisit regnum. Refert Valerius. Quidam expertus & annosus cuidam iuueni sibi minanti, ꝙ multos habebat gladios respondit. Ego multos annos. Et vt sit salus populi ex bonis consiliarijs, quia vbi multa consilia ibi salus sunt eligendi modo quo Ietro socer Moysi eum consuluit. Exod. 23. Prouide inquit de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum. in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & ex his tribunos, & Centuriones, & cæt. he. enim conditiones debent esse non solum in iudicibus, sed etiam in consiliarijs iudicum, qui sunt anima & vita iudicis. Quę si bene informant, ipsum & totum populum bene viuificat, & dirigit in progressu suorum operum, si autem male & languide, multos opprimet per varias iniustitias, & tyrannides. Dicit ergo hic Euangelista, consilium fecerunt Principes, & Pharisæi. Bona sunt consilia, imo sine ipsis nihil est agendũ propter inordinatam irascibilem & concupiscibilem, quæ impetuose feruntur maxime in principibus in vetita. Indignatio regis nuntij mortis, & vir sapiens placabit eum. Sed quando in consiliarijs regnat odium, vel cupiditas, aut inuidia, vel amor inordinatus in personam, supra quam fit consiliũ, tunc vere possumus dicere mors in olla pater. Quia vbi pulmentum pro sustentatione veritatis, & salutis in consilijs debet decoqui ex cibis salutiferis, ab inuidis & malignis passioneque plenis, ex colloquintidis venenosis collectis, mortis & occisionis, & cæte. decoquitur pulmentum, & consilium venenosum, vt fecerunt fratres superius in Ioseph. O miserrima nostra tempora in quibus omne regnum in seipsum diuisum desolatur ex prauis regũ & principum consiliarijs. Prouerbior. Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros hab. impios. Et consilia impiorum fraudulenta, & ibi vide reliqua. Et 27. consilijs amici bonis anima dulcorabitur. Contra hos prauos consiliarios dicit Esa. 30. cap. Væ filij desertores dicit Dominus, vt faceretis consilium & non ex me, ordiremini telã, & non ꝑ spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum. Et idem. 5. capitulo. væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponẽtes tenebras lucem & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes, qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. propter hoc sicut deuorat stipulã lingua ignis & calor flãmę exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum, vt puluis ascendet. vide reliquum.

[Margin: 3. Reg. 13.]
[Margin: Prou. 11. Quales debent eligi coadiutores principis.]
[Margin: Prou. 16.]
[Margin: 4. Reg. 2.]
[Margin: Prou. 29. Cominatio contra prauos iudices & cõsiliarios eorum.]

¶ Hic etiam est documentum iudicibus, vt quinque conditiones necessario in suo iudicio obseruẽt, quæ isti mali principes contra Christum non obseruarunt ex illorum malignitate. Inquiratur, & considerent personam de qua agitur, si sit rea. secundo inquisitionem qua discutitur si sit debita. tertio allegationem quæ adducitur si sit vera. quarto determinationẽ quæ producitur si sit recta. quinto sententiam qua concluditur si sit iusta. Isti autem primam conditionem omiserunt inquirere. An persona Christi sit rea, quia dicitur, quòd peccatum non fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. secundo inquisitio illorum non fuit debita, quia subito propter Lazari resuscitationem excitati, & quia cũ ira, & inuidia, vt patet Ecclesiast. 26. & 45. tertio allegatio eorum non fuit

[Margin: De quinq; consideratIonibus q̃ in iudicio debet haberi.]
[Margin: 2. Petr. 2.]

vera,

Digitized by Google

vera, quia propter miracula quæ faciebat Christus nō fuisses ciuitas subuersa. quarto eorum determinatio nō fuit recta, sed fuerunt impij de quibus Sapient. 2. habetur. quinto sententia eorum non fuit iusta, sed iniqua, quia sententiauerunt dignum morte, qui erat dign⁹ vita propter beneficia, quæ in eis doctrinæ, & miraculorum contulit.

Signa non conuertūt prauos in uidos, sed indurant.

¶ Secundum documétum est super id, hic homo multa signa facit. & cæt. quòd prauos nulla signa possunt conuertere, in eos regnante inuidia malitiosa, imo eos magis indurant, vt hic clare innotuit. Dicunt hic homo multa signa diuina facit. Quoniam talia signa erant, quæ nemo alius propria virtute in confirmatione suæ veritatis potuit facere, sicut Christus ea faciebat, & tamen consilium ordiebantur in mortem eius. de hoc vide Sap. 2. capitulo. De his, scilicet quomodo miracula Dei prauos & adulteratos à Deo magis indurant, vide superius in expositione Euangelij primæ Dminicæ Quadrag. fer. 4.

¶ Tertium documentum est qui ex vna parte vult declinare à prouidentia diuina ex alia parte incidit in eam quia sapientis est ordiri telā suam, vt praui capiantur ab ea quocunque se verterint. Ego vidi aliquos morbos declinare per fugam, vbi citius moriuntur, vel simili morbo vel alia infirmitate, quia non est consilium super consilium Domini. Prouerb. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Æquus paratur ad bellum, Dominus autem salutem tribuit. Actuum. 5. Gamaliel in consilio facto contra apostolos prædicantes dixit. Discedite ab hominibus istis, & sinite illos, quia si est hoc cōsilium aut opus ex hominibus, dissoluetur, si vero ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne forte & Deo repugnare videamini. Et Gene. vlt. quia fratres timebant Ioseph post mortem patris, propter iniuriā in eum ab eis factam, miserunt ad ipsum quendam

Prou. 21.

Ibidem.

exorandum ex commissione patris ne recordaretur iniuriæ fratrum, quibus dixit. Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati? vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me sicut in præsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. Ecce hi consilium faciunt in mortem Christi sub specie periculi populi, & ruinæ per Romanos, si ipse viuus relinquatur, sed qa non est sapientia, non prudentia contra Dominum, per mortem Christi salus spiritualis ipsorum & gentium facta est, vt dicit hic Euāgelista. Et mors Christi fuit ruina populi & destructio regni eorum, vt habetur apud Danielem cap. 9. Et Christus veniendo hoc in die Palmarum cum tanta gloria in Hierusalem prędixit dicens. quoniam non relinquetur in te lapis super lapidé. Ex his verbis habent maxime principes & gubernatores ciuitatum & regnorum documétum, qui pluries pro salute populi, & cæt. transgrediuntur Dei præcepta, & Ecclesiæ statuta. Sed decipiuntur, quia ordiuntur telā non per Spiritum sanctum, vt illaqueantur, & corruant, & cadant in foueam inextricabilem, sicut experientia docet. Quoniam inter alia dicta sacræ scripturæ dicitur. Obseruātes legem Dei, & sacerdotum bona cōsilia, Deus benedicet eis, & vnus ex eis mille de inimicis persequetur. Et econuerso non obseruantes. & cæte. vnus de inimicis mille de transgressoribus præceptorum Dei & bonorum consiliorum sacerdotum, persequetur. vide capitulum, quia pulchra dicit. quoniam dixit Achor Holoferni. Deus Hebræorum odit iniquitatem. vide si est iniquitas aliqua in eis, tradet eos Deus suus in manibus tuis, sin autē erimus opprobrium omni genti. Et animaduertant ad terrificū dictū Dei. Exo. 33. quia pepercit eis Dominus precibus Moysi adorationem vituli, tamen addit. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum, scilicet cū addiderint peccatum super peccatū, secun-

Leuit. 15.

Iudith. 5. & 6.

Digitized by Google

secundùm quod etiam dixit Christus, vt veniat super vos omnis sanguis iustus ab Abel iusto vsque ad sanguinem Zacharię, quem occidistis inter templum & altare.

Gratię gratis date ét malis cõferunt in cõprobationem veritatis diuinæ.

Est & quartum documentum quòd prophetiæ, & aliæ gratiæ gratis date possunt esse in malis, & fieri quandoque per malos miracula in approbationem veritatis maxime Dei, sed nõ in confirmationẽ falsitatis, quia Deus non potest esse testis, & actor falsitatis, cum non sit homo mendax. Nam prophetia est in intellectu & cognitione, quæ potest esse absque bonitate voluntatis, & per consequens charitatis vt in Baal idolatra, qui de Christi Stella prophetauit. Et dicit S. Aug Hypone fuit malus sacerdos, qui benedictione sua sanabat infirmos, sed hoc non propter suam malitiã, sed propter sanctitatem vnctionis sacerdotalis. vnde & Christus eis qui male vixerunt, & tamen miracula faciebant in expellendo demones, & prophetando. & cæt. dicet. Amen dico vobis nescio vos. Et hoc ostendit hic Euangelista in Caypha, qui cum esset Põtifex anni illius prophetauit. &c.

Nume. 24.

Matth. 25.

Magna ruina populi ex exaltatione prauorum.

Insuper est documentum, quòd magna est ruina populi ĩ exaltatione prauorum gubernantium, quia Prou. 28. dicitur in exaltatione iustorum multa gloria est, regnantibus impijs ruina hominum. Habet enim gladios furiosus in manibus suæ potestatis. Leo rugiens & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem, & dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam. Et. 11. vbi non est gubernator populus corruet. Propterea & Deus ordinauit Moysi quales debẽt eligi iudices populi, & qualis rex electus debeat esse Deuter. 16. & 17. vide ibi, & in nostro sermone de republica. Ecce hic Cayphas, qui erat Pontifex anni illius consuluit præter alios determinate super mortem Christi, & alios ad suum votũ in consilio traxit, contra legem quæ mãdat iudicibus iustos, & innocentes non occidere, sed maleficos nõ permittere viuere super terram. Ex hoc clare patet grauissimũ peccatum eorum, qui in communitatibus præpositos ineptiores, tam spirituales, quàm temporales in ruinam populi balotant, & præeligunt melioribus & salubrioribus, quia sunt causa effusionis, & spiritualis & temporalis sanguinis. Practica de malis quæ sub ipsis fiunt. vt fortius sanguis innocentum clamet contra eos de terra vindictã, quàm super homicidas, quos supergrediuntur in damno, & ruina ciuitatis, quantum supereminet bonum & malum commune, quàm priuatum. & cæt. Psal. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendaciũ, scilicet perniciosum, in ruinam aliorum. Et iterũ odiui Ecclesiam malignantium, scilicet conueniuntium in malo reipublice, & cum impijs non sedebo. vide plures nostros Ser. de regimine principum. Insuper hic habemus de vtilitate mortis Christi, de qua die vene. sancti locuturi sumus.

Ibidem.

Exod. 22.

SABBA-

SABBATHI POST QVINTAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ,

SERMO VNICVS.

CHRISTVM DICIT ASSIDVVM fuisse orationi, potissimum in rebus ordinis, agitque de oratione compendiosius.

SVBLEVATIS IESVS OCVLIS, &c. Ioan. 17.

Ioan. 17. QVam vtilis, & necessaria sit maxime in tribulationibus oratio deuota ad Deũ, ipse Iesus Christus dignatus est nobis ostẽdere in tota vita sua. Quia assiduus erat in orationibus, per maxime dum ardua, & magna facere, aut pati debebat. Ideo Apostolis de passione eius tribulatis, & dormientibus dixit. orate ne intretis in tentationem: & Discipulis non valentibus dæmonium eijcere, & quętentibus ab eo causam dixit. Hoc genus dęmoniorum non eijcitur, nisi in oratione & ieiunio. Et hãc orationem propinquus passioni Christus hoc mane fecit, & in orando modum tenuit. Oculos subleuauit non modo hypocritarum, sed ex cordis affectu. Et dicit in cœlum, & non in terra ad denotandum. Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. vnde Christus in verbis orationis hoc intẽdebat apud patrem, vt omnia cogitata, & acta sua sint ad clarificationem & honorem nominis sui, quodcunque facitis ex animo operamini, sicut domino & non hominibus, scientes quòd à domino accipietis retributionem hęreditatis. Et quia totũ Euangelium est de oratione, ideo vide plures nostras prædicas de ea. In secundo libro. 1. Thess. 3.

DOMI-

DOMINICAE IN RAMIS PALMARVM.

SERMO VNICVS.

VBI OSTENDIT CHRISTI VItam vitæ nostræ exemplar fuisse, digreditur circa edomandam sensualitatem, fallacem populi fauorem, & præparationem ad Sanctam Eucharistiam.

CVM APPROPINQVASSET IESVS Hierosolymis, &c. Matth. 21.

Matth.21. QVam leuis sit humanus, & popularis fauor assidua experientia edocemur, vt nemo sit qui firmiter cõfidere possit etiam in domesticis suis. Hieremiæ.9. & Micheæ.7. Propterea nec Christus cui patebant corda humana credebat se credentibus iu eum, quia ipse sciebat, quid esset in homine. Ideo bene dicit. Hier. Maledictus qui confidit in homine. & cætera. Et hæc instabilitas laudis popularis hoc mane ostensa est in Euangelio, vbi enarratur admiratiua processio, qua tota fere Hierusalem Christo obuia fuit, clamando sibi Osanna. Benedict⁹ qui venit in nomine domini, & die veneris sequentis clamabant. Crucifige, crucifige eum, &c.

Hier. 17.

Hoc mane ex sacro Euangelio perpulchra documenta moralia habemus de prædictis, & alijs ad salutem humanam pertinentibus. Et primo Christus Iesus splendor patris dedit nobis admirandas ideas suæ sanctissimæ vitæ, vt Paulus dicat. Imitatores Dei estote sicut charissimi filij eius. De cuius exemplaritate figuratiue, Exod. dicitur Moysi. Inspice, & fac secundùm exemplar quod tibi mõstratum est in monte, scilicet in Christo, qui abscissus est lapis angularis à monte æternitatis, vt dicit Daniel. & Michea propheta. Hic discurre per totam vitam Christi, quia fuit nobis exemplaris ad omnes virtutes. Et hodie ostendit insignem virtutem humilitatis. Ille cuius cœlum sedes est, & terra scabellum pedum eius, dignatus est in asina venire Hierusalem. Et laborauit vsque ad crucẽ maledictam in lege, quia scriptum est Deute. Maledictus à Deo qui pendit in ligno. Paulus ad Hebr. Qui cum sit splendor patris gloriæ, & figura substantiæ eius, portans'q; omnia verbo virtutis suæ, & Philippenses secundo. Exinaniuit se formam serui accipiens, & humiliauit seipsum, factus obediens, vsque ad mortem crucis, & cæte. Et ad Hebr. Non enim habemus pontificem, qui nõ possit compati infirmitatibus nostris, tentatum aũt per omnia pro similitudine absq; peccato. Et 2. cap. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt propitiaret delicta populi, & cæt. De his multa diximus in

Exod.22. Deut.21. Hebr.1. Hebr.4.

Digitized by Google

in nostris sermonibus de incarnatione verbi Dei.

Sẽsualitas ratione domanda est.

¶ Secundum documentum est carnem, & sensualitatem nostram cum sua indomita irascibili & concupiscibili subijciamus rationi, vt ipsa sit domina & regina eius. De hac vide nostram prędicam, quomodò ratio sensualitati dominatur. Et scito secundùm Paulum, membra nostra, & anima nostra templum Dei sunt, & anima sedes Dei est. Et secũdũ Oseam 2. capitul. Sponsa est Dei, ideo in maxima puritate, & continentia est cum membris suis etiam corporeis conseruanda. Quoniam Spiritus sanctus cum immundis non habitat. Sapient. Peruersæ cogitationes separãt à Deo, quoniam in maliuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis vide cętera.

Sap. 1.

De fallacitate popularis fauoris, & laudis.

¶ Tertium documentum est, vt in prohemio diximus, quàm fallax sit humana gloria, & fauor popularis. Isai. 40. clama. quid clamabo? omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, sicut flos agri, exiccatum est fœnum, & cecidit flos. Practica Baruch. de his. vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram, qui in auibus ludunt, qui argentum thesaurizant & aurum in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum, qui argentum fabricant, & soliciti sunt, nec est inuentio operum illorum. Exterminati sunt & ad inferos descenderunt, & alij in locum eorum successerunt. vide etiam. Sapient. 5. capitulo. Et de confidentia humana, instabilique eorum fiducia. vide Hierem. & Michæ. vt in prohemio tetigimus. Insuper vide nostram prædicam, quòd in solo Deo vera est spes ponẽda finaliter, in creatura temperate, vt fini deseruit.

Baruch. 3.

De pręparatione ad sacramentũ Eucharistiæ.

¶ Est & quartum documentum de præparatione ad Eucharistiam pro tempore Paschatis, quia ad nos tunc habet venire rex regum. & cæte. cum tota curia sua, quia regum non est absque comitatu ire. Nam dicit in Euangelio propheta. dicite filiæ Sion. Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Nam Sion interpretatur semen eius, & sumus nos semen, & creatura Dei. Et præcipitur prædicatoribus, quòd denuntient populo suo aduentum Christi Regis in animam ipsorum, quia & Paulus dicit, quòd sumus templum Dei, dico sanctificatum per baptismum virtute sanguinis eius. Habet ergo venire ad nos processionaliter cum tota curia per Sacramentum Eucharistiæ, ideo debemus præparare sibi habitaculum nostrum, sicut mulier Sunamitis Helisæo viro Dei sæpius transeunti per domum eius. In quo sit lectulus puritatis. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus, lectulus noster floridus. Secundo mensam pietatis. Estote misericordes sicut & pater vester misericors est, tertio scamnum humilitatis, & obedientiæ siue sellam. quia Iacobus superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam, & si vis ad vitam ingredi serua mandata. quarto candelabrum rectitudinis vitæ & honoris Dei, vt sicut dicit Paulus, omnia quæ fecimus in nomine Dei faciamus, vt ipse sit finis & laus nostra. Similiter candelabrum luminosum sanctę conuersationis Matthæus sic luceat lux vestra. & cætera. de his Zachar. 4. dicit vidi & ecce candelabrum aureum, & rectum, & lampas eius super caput eius, & septem lucernæ super illud. Rectum inquam per rectitudinem intentionis, lampas super caput per honestatem conuersationis, & septem lucernæ quas homo in se debet habere, scilicet septem dona Spiritus sancti. Et Isai. 1. capit. dicit. Lauamini mundi estote, & cæt. Et propheta parate viam Domini rectas facite semitas eius Scilicet abscindamus ramos, idest superfluitates nostræ arboris sub pedibus eius, idest, nostram degenerem conuersationem, exuentes à nobis veterem hominem cum imploratione eius misericordiæ, dicendo sibi. Benedictus qui venit in nomine Domini pro nostra salute.

4. Reg. 4.

Cant. 2.

Luc. 3.

Et

Et sic Dominus libenter nobiscum sic præparatis ad eius susceptionem habitabit, quotienscunque voluerit diuertere ad nos per deuotam communionem. & cætera. Pro hac præparatione perpulchre Apostolus nos hortatur vbi docet, quæ sunt à nobis sectanda, & circa finem dicit, odientes & eam quæ carnalis est maculatam tunicam. Ei autem qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione in aduentu Domini nostri Iesu Christi,& 2. Thim. 1. Bonum depositum custodi. Vide nostram prædicam de præparatione ad communionem, quia ibi etiam multa figuralia declaraui. Est & quintum documentum, quod habes in hac Christi processione ex sancto Luca, qui dicit, quòd Christus appropinquans Hierusalem fleuit super eam, & cætera. dic totum Euangelium. vbi habes quanta mala fecit ingratitudo in eis, propter quam omnia hæc mala prædicta eis à Christo euenerunt post passionem eius. quadragintaduo anno. vide historiam euersionis Hierusalem, in voragine, in legenda Sanctus Iacobus minoris. Deinde conuerte sermonem ad ingratitudinem populi cui predicas, quia vere Christus, & omnes sancti plorant super eorum ingratitudinem. Et enarra omnia beneficia, tam spiritualia, quàm temporalia, quæ Deus dedit eis ingratis. Et prosequere Prouerbior. 1. capitul. Vocaui & renuistis. dic vsque in finem capituli auctoritatem. Dico igitur tibi. Hierusalem, Hierusalem quotiens volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos, & noluisti. Ideo dico vobis relinquetur vobis domus vestra deserta. Multa scripsi in alijs nostris sermonibus de flagellis Dei vide ibi. Notandum tamen ciuitas Hierusalem euersa est à Nabuchodonosor; restituta autem à Neemia, & Iesu summo Sacerdote. Euersa vero à Romanis. Restituta est ab Helio Adriano, sed non in eodem loco, nec in pristinum statum, vt dicit glo. Super illud posuisti ciuitatem in tumultum vrbem forté, quia nunc locus in quo Christus est crucifixus, & sepultus est in ciuitate. Nam dicit Apostolus Hebr. 13. Extra portam passus est.

1. Thim. 6.

De ruina Hierusalé pp ingratitudinem.

Isai. 25.

FERIÆ

FERIAE SECVNDAE POST RAMOS PALMARVM.

SERMO VNICVS.

POENITENTIBVS NECESSARIA esse dicit opera pietatis, amaritudo peccatorum, & abstinentia à peccatis absolutis, exponitque illud Apostoli: Deus vult omnes homines saluos fieri.

ANTE SEX DIES PASCHAE VENIT Iesus Bethaniam. Ioan. 12.

Ioan. 12. BONVS Dominus qui per sacrā scripturam assidue loquitur, quia vnicuiq; Deus mandauit de proximo suo, non solum, vt alter alteri conferat spiritualem eleemosynam indigenti per doctrinam & instructionem, quoniā qui erudiunt alios erunt sicut Stellæ in æternitatibus suis. Et iterū eripe eos, qui ducuntur ad mortem, scilicet, spiritualem per doctrinam, sed vult Deus, & indigenti dare saltem de superfluo eleemosynam corporalem, quia dicit Ioan. in canonica sua. Date eleemosynam & omnia munda erunt vobis. Et hoc ostenditur in sacro Euangelio maxime interpretando illud moraliter.

Tria opera pœnitētibus sunt necessaria. Bethania interpretatur domus afflictionis eius, denotare nobis potest mundum qui afflixit Christum vsq; ad mortē ligni crucis. Sed in hoc mundo est Martha, quæ erat deuotissima Christo, operibusque misericordiæ dedita, quæ etiam Christum recipiebat, & inuitabat in domum eius hospitari, potest nobis significare quemlibet Christianum, qui amore deuotionis quam habet ad Christum inuitat pauperes in persona Christi, qui dicit quamdiu vni de minimis fratribus meis fecistis, mihi fecistis. Item & Matth. 25. Lazarus etiam, qui erat quatriduanus, scilicet, peccator vt in superioribus declarauimus, à Christoque sua misericordia resuscitatus, & solutus à ligamentis suorū peccatorum, & sensuum spiritualiter, & Maria quæ interpretabatur mare & amarum, & illuminata designat vtriusque sexus fœtidissimos, & amarissimos peccatores resuscitatos, & illuminatos à Deo. vnde & à Maria eiecit septem dæmonia, idest septem peccata mortalia. Cum his Christus recumbit in cęna, quia & hic per gratiam & in Paradiso per gloriam. Emulare ergo & pęnitentiā age. Apocal. 3. Ecce sto ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno, sicut & ego vici, & sedi cū patre meo in throno eius. & 2. cap. vincenti dabo edere de ligno vitæ quod est in paradiso Dei mei. Et sedebitis super mensam meam in regno Patris mei, dicit

X Christus.

Digitized by Google

Christus. Et nota non sine mysterio est quòd Maria accepit librã vnguenti nardi pistici Scioli, & vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis, & domus impleta est odore vnguẽti. Quia peccator illuminatus à domino, qui Deum offenderat suis voluptatibus debet hoc vnguentum pisticum ad Christum portare. Pistis grecę latinę fides, idest, fide & deuotione formata gratia Dei, pedes eius vngendo, idest, sequendo per odoriferam vitam vestigia Christi, quia Abach. 2. dicitur. Iustus in fide sua viuit. & Iob. 32. Vestigia eius secutus est pes meus. Capillis tersit, dum vanam vitam suam emendat, & in melius commutat, vt sicut alias mundo adhæserat, ita post illuminationem suam Christo adhæreat, lachrymis associando doloris opera suæ pœnitentiæ. Et dicunt aliqui, quòd tunc & caput eius vnxit, quòd significat opera pietatis, quę impenduntur pauperibus & membris capitis Christi, vt diximus superius. De his operibus misericordiæ multa diximus superius feria sexta Cinerum, in 2. expositione Euangelij. Et hic exhortare pœnitentes, his diebus cum operibus pœnitentię associent opera
1. Thim. 4. pietatis in proximum, quia pietas ad omnia vtilis est. Ecclesiast. 29. Abscon de eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te. Et Thobiæ. 4 præmium bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, nec patitur animam ire in tenebras. Fiducia enim magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus
Dan. 4. eam. &c. Et Daniel dixit regi Nabuchodonosor quando vidit ipsum alienandum, & expellendum à regno in figura arboris. &cæt. Quamobrem rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperũ, forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Hic adde aliqua exempla de operibus misericordiæ. Item hic habent documentum, tàm iusti, quàm peccatores etiam quatriduani, & in quibus sunt septem dęmonia signati per Lazarum
& Mariam. Maria Magdalena à qua Luc. 8.
exierant septem dęmonia, & breuiter quodlibet genus peccatorum omnesque vult saluos fieri per suam amarissimam passionem, ideo cęnandum cum prædictis in domo eorum venit, sicut superius Ioannes in Apocalip.
dixit, ego sto ad ostium. Et quoniam Apocal. 3.
cœnam Christo fecerunt inuitantes eum, datur intelligi, quòd Deus per media ordinata ad salutem quemlibet saluat. Quia fides sine operibus bonis mortua est. Et Petrus. 1. cap. 2.
Episto. Quapropter fratres magis satagite, Iacob. 2.
vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis in regnum æternum introitus Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Propter quod vos incipiam semper commonere de his, & quidem scientes & confirmãtes vos in præsenti veritate. Et si vis prosequere epistolam 2. Iacobi Apostoli ad propositum. Pro his etiam est totus sermo noster cum suis exemplaribus practicis, vult Deus omnes saluos fieri. vide etiam nostrum sermonem de Eleemosyna. In secundo libro.

FERIAE TERTIAE IN RAMIS PALMARVM.

SERMO VNICVS.

VBI GRANVM FRVMENTI MORtificatum ostendit in Christo, cum fructibus ex ipsius Christi mortificatione: docet hoc granum mortificandum in nobis ad Christi imitationem, vt multum afferat fructum.

NISI GRANVM FRVMENTI CADENS IN terra mortuum fuerit, &c. Ioan. 12.

VBi supra. Est dictum Sancti August. Ad Lippiũ. omnes qui ad paradisũ redire desiderant, oportet trãsire per ignem & aquam tribulationum. Siue fuerit Petrus Apostolus, cui date sunt claues regni cœlorum, siue Paulus vas electionis, siue Ioannes cui reuelata sunt secreta cœlestia, quia per eas & Christus caput nostrum pertransijt mortificatus. Et sancta dicit Iudith. 9. capit. Memores debent esse, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Et Sanctus Luc dicit. Nonne sic oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

¶ Hoc [illegible] ne prædicabimus super hanc sec[illegible]dam partem externi Euangelij, vbi agitur de mortificatione grani frumenti, vt magnum fructum afferat. Et primo quomodo hoc granum cum fructu in Christo est mortificatum, secundo quomodo in nobis debet mortificari, vt magnum fructum afferat.

¶ Quo ad primum. scito quòd tota peregrinatio Christi in hunc mundũ, nobis admirandi lucri & fructus fuit, quia ipse dixit. Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Ego sum pastor bonus, pastor bonus vitam suam ponit pro ouibus suis. Et Paulus, sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. Et ad Titum 3. ca. Cum benignitas & humanitas apparuit Saluatoris domini nostri Dei Iesu Christi, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũdùm misericordiam suam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abũde per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius hęredes simus secundum opera vitæ æternæ. Dicamus igitur reuertentes ad granum frumenti Christi mortificatum in eo cum magno nostro fructu. Primo per mortificationem eius contra nos mortis sen-

De fructibus habitis p̃ mortificationẽ Christi. Ioan. 10.

2. Cor. 1.

tentia facta, est reuocata. Quoniam omnes filij irę fuimus morientes morte spirituali, quia in limbo sancti patres descédentes detinebant.
Ose.4. O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Secundo per ipsum mortificatũ vita gratię est recuperata,
Hebr.9. sanguis Christi emundabit conscientiam nostrã ab operibus mortuis. Tertio per ipsum mortificatum nobis aperta est ianua cœli,
Ibidem. per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta sanctorum æterna redemptione inuenta. Quarto per ipsum mortificatum pro nobis ostenditur nobis grauitas peccatorum nostrorum. Bern. Agnosce homo, quàm grauia sunt vulnera, pro quibus necesse fuit Christum dominum vulnerari. Quinto per ipsum mortificatũ natura humana est dignificata. Bern. Attende te ò homo ex precio, ne tibi
1.Cor.6. vilescas. Empti estis precio magno. & cę. Sexto per ipsum mortificatum maxima charitas Dei ad nos ostenditur.
1.Ioan.3. In hoc cognoscimus charitatem Dei, quoniã ipse prior dilexit nos. Et Christus maiorem hac dilectionem non habet, vt quis animam suam ponat pro amicis suis, quanto magis pro inimicis. Septimo per ipsum mortificatum maxime homo inflammatur in Dei amorem. Bernard. super omnia te amabilem reddit bone Iesu, calix quem bi-
Ibidem.4. bisti, opus nostræ redemptionis. Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos: Et S. Aug. si piget amare, nó pigeat reamare. Octauo per ipsum mortificatum superbia diaboli est decepta. quia sapiétia vincit malitiam.
Iob.4. Nunquid Leuiathan hamo capies? Et Eccles. 9. pauper sapiens liberauit ciuitatem obsessam & vallatam sapientia sua, quæ est maior, quàm bellica
Hebr.2. arma, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, sicut destruitur actio actore destructo. Et infernum expoliauit, vt superius diximus mors tua ero. &c. Nono per ipsum mortificatũ nobis ianua immortalitatis est aperta. Gregor. æternitatis aditum deuicta morte reserauit. Et Paulus Christus resurgens à mortuis. &c. vndecimo vt granum sic mortificatum, sicut Christus nos reconciliauit patri per mortem suã, ita & nos placeamus ei per vitam immaculatã.
Nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos, idest, ad hoc fecit, vt exhibeatis vos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles coram Deo. Et breuiter concludamus. Et vos cum inimici essetis in delictis, & præputio carnis vestrę, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delés quod aduersum nos erat chyrographũ decreti, idest, memoriam transgressionis legis, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affligens illud cruci, & expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, id est, ipsos ab ecclesia expulit cum confidentia in ligno crucis, quòd scilicet sic expoliabuntur omnia, palam triumphans illos in seipso, quia palam vicit eos, quia mors eius est nota. De his omnibus fructibus quos Christus mortificatus attulit nobis. Isa. 8. habetur. Prophetissa concepit, & peperit filiũ, & vocabis nomen eius quatuor nominibus effectum, & fructum eius denotantib⁹. Accelera, quia Christus fuit, vt gigas fortis ad currendas vias suas, circuendo per vicos, & castella, annuncians omnibus pacem & legem gratiæ pro salute generis humani. Spolia, quia spoliauit infernum, captiuam secum in cœlum ducens captiuitatem cum magno triumpho detrahe, idest prædam captiuam, idest, genus humanum captiuatum per diabolum ex manibus eius eripe. Festina prædari, idest, si restiterit tibi diabolus, festina prædari eũ, vt virtus eius ad nihilum sit deducta. Nam & Sanctus Matthæus dicit fortior eo Christus venit & vicit eum, & vniuersa eius spoliauit. Et Isai. 9. capitulo. Sex nominibus vocat Christum propter sex proprietates, quas habuit. dicit paruulus natus est nobis quoad humanitaté eius, & filius, scilicet

Colloss. 1.
2.Coll.2.

ſcilicet, Dei naturalis, datus eſt nobis. Et factus eſt principatus ſuper humerum eius, quia in cruce debellauit omnes tartareas poteſtates. Et vocabitur nomen eius admirabilis in miraculis: conſiliarius, quia dabit conſilia euangelica, addendo ea præceptis legis moralibus: Deus fortis infernum ſpoliando: pater futuri ſeculi, quia electis ſuis dat æternam hæreditatem: princeps pacis, quia venit vtraque vnum facere, ideſt, pacificando Iudæorum gentilitaté ex eis conficiendo vnam Eccleſiam. In cuius figura Angeli in ſua natiuitate cátarunt gloria in excelſis, & pax hominibus. Pater futuri ſeculi, quia regnum eius nó fuit in hoc mundo, ſed vt electos tranſferat in aliam patriam: Multiplicabitur eius imperium, quia data eſt ei
Matt. vlt. omnis poteſtas in cœlo & in terra. Et pacis non erit finis, quia beatitudo electorum eſt æterna. Et hic eſt lapis paruus de cœlo abſciſſus, ſine manibus, & percuſſit horribilem, & monſtruoſam ſtatuam monarchiarum, & vitiorum, & factus eſt mons magnus, implens totam terram. Vide eius expoſitionem in prædicis de verbo incarnato. Et quia caput noſtrum Chriſtus mortificatum, attulit magnum fructum, dedit nobis exemplum mortificandi nos ſpiritualiter in tota vita noſtra, vt fructum magnum reddat arbor noſtra temporibus ſuis. In hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquentes exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati eſtis. Eratis enim ſicut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad Paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum. Et ibi dicitur de Chriſto. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur, tradebat autem ſe iudicanti iniuſte.
Colloſſ. 3. Et Paulus ad Coll. Oſtendit quomodo debemus mortificari pro vita æterna. Quia cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Nam dicit ſic. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, & quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis in gloria. Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, ideſt, concupiſcentias veſtras carnales, quia poſt hanc vitam opera ipſorum ſequuntur eos. Fornicationem, ſcilicet, ſimplicem. Immunditiam, ideſt, contra naturam: libidinem, ideſt, omnem ardorem illicitum carnalitatis: concupiſcentiam malam, cuiuſcunque rei, & auaritiam quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus, propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis, ideſt non habentes formatam fidem, in quibus & ambulaſtis aliquando, cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos omnia hæc, ſcilicet iram ſubitam animi, quia Iacob. ira viri iuſtitiam Dei non operatur. Indignationem, ſcilicet, de bono alterius, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri inuicem, ideſt perniciosæ. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, eum qui renouatur in agnitione Dei, ſecundùm imaginem eius qui creauit eum, vt ſecundùm rationem viuatis, quæ eſt Dei imago, quia omnibus naturaliter eſt inſerta cognitio veri. Vbi, ideſt in qua imagine Dei non eſt maſculus, vel fœmina, gentilis vel Iudæus, circunciſus vel præputium, barbarus & ſcita, ſeruus & liber, ſed omnia in omnibus Chriſtus, quia Petrus dicit, in veritate comperi, quòd Deus non eſt acceptator perſonarum, ſed in omni gente qui timet deũ, acceptus eſt illi. Induite ergo vos ſancti, & electi Dei, viſcera miſericor-

Qualiter debemus mortificari per imitationem Chriſti. 1. Petr. 2.

Iacob. 1.

Act. 10.

die, benignitatem, idest, dulcedinem animi ad benefaciendum, humilitatem cordis & operis ad obediendum, modestiam, idest, in omnibus operibus vestris tenendo patientiam, æquanimiter aduersa tollerando, supportantes inuicem, & donando vobismetipsis, si quis aduersum aliquem habet querelam, sicut & dominus donauit vobis, & vos ita, super omnia hæc charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua vocati estis in vno corpore. Et grati estote. Et verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia, docentes & commonentes vosmetipsos, in Psalmis, Hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Et omnia quæcunque facitis in verbo, aut opere, omnia in nomine domini Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & patri per ipsum. Cætera vide in eodem capitulo, quia sunt ad propositum. Ecce igitur qualiter granum nostri frumenti debet mortificari. Figuram huius sequele Christi habemus figuratiue Iudicum. 19. Vbi sententialiter dicitur Abimelech, qui interpretatur pater meus, est Christus Deus noster, persequens aduersarios suos, idest, mundum & dęmones, & nos exemplo eius concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ, præcidit arboris ramum imponens eum in humero, quia crucem. Dixit ad socios, idest nobis Christianis, quorum est caro & frater. Quod me videritis facere, hoc & vos facite. Iohan 14. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Et ita & socij fecerunt & secuti sunt eum, scilicet per veram pœnitentiam & mortificationem, vt superius est dictum, quos incendentes igne & fumo aduersarios necauerunt. Quia & Christus deuote orationis fumo, & igne charitatis, vicit tartareas potestates, & pro crucifixoribus exorauit, & docuit idem nos facere, quia vbi est amor magna operatur secundùm Gregorium, & Exodi 25. Inspice & fac tibi secũdùm exemplar, tibi in monte monstratum, scilicet, Caluariæ in Christo.

Digitized by Google

FERIAE SEXTAE IN PARASCEVE.

SERMO VNICVS.

ORDO AMARAE PASSIONIS Christi declaratur, & figura mortis eius, cui tota creatura compatietur, quæ necessaria fuit ratione ordinationis diuinæ ponuntur, & pijssimæ contemplationes ad Christum, & illius matrem Virginem, Cum declaratione septem verborum pendentis Christi in cruce, & aliquibus figuris interpositis breuiter tactis.

Hierem.6. Gen.37. *LVCTVM VNIGENITI FAC TIBI PLANCTVM amarum. Hieremiæ cap. sexto.*

MIsit pater Iacob Ioseph filiũ suũ ad fratres suos, & vt videret, si cũcta ꝓspera essent circa eos, & pecora eorum, & sibi renunciaret, quid agatur. Qui videntes eum procul cogitauerunt eum occidere, dicentes. Ecce somniator venit, venite occidamus eum, & videamus, si prosint ei somnia sua. Et dicemus patri, scilicet, & matri, quia secundùm aliquos tunc viuebat & mater, fera pessima deuorauit eum. Et vt peruenit ad fratres suos cœperunt eum, & nudauerunt tunica sua intingentes eam in sanguine hedi. Et inuenerunt hominem, qui portauit patri tunicam Ioseph sanguine intinctam, & ipsum vendiderunt Hismaelitis pertranseuntibus. Pater autem quærebat ab homine, cuius est tunica hæc? Et ille filij tui Ioseph. Et pater quare est rubrum vestimentum eius. Et ille fera pessima deuorauit filium tuum Ioseph. Et pater obtulit eam matri suæ, & quærenti ab eo, quare rubrum est vestimentum eius. Dixit. Fera pessima deuorauit filium nostrum Ioseph. contemplari possis hic. Sicut & tibi ò mater, si idem accidisset de dilecto tuo filio. &cæt. Fili charissime quare rubrum est vestimentum tuum. Nunquid hæc est tunica, quam ego meis proprijs manibus texueram? O quanto cum gaudio texui eam, & maiori indui te, & nunc totum gaudium meum mutatum est in amarissimum luctum. Quid fecisti fili innocentissime, quod scelus tuum, quæ noxa tua? ò manus fere pessime, & pessime inuidię quæ intinxerunt in sanguine eã. sciebat enim mater in eum fratrum suorum inuidiam. O crudeles. Si pulchritudo vestis incitauit vos incrudelitatem contra carnem & fratrem vestrũ, quare non venisti ad me, darem vobis eius valorem? Forsitan hoc fratri-

Figura mortis christi.

cidium fecisti, quia accusauit vos de vestris criminibus patri innocentissimus puer? cætera tu possis his addere, vt videbitur expedire Mystice autem in hac historia designatur Christi venditio & mors, & matris lamentatio, ac ploratus amarissimus super mortem eius. Pater Iacob qui interpretatur supplantator, quia sub pedibus patris cœli est tota creatura, cuius cœlum sedes est, terra autem scabellum pedum eius. Ioseph qui interpretatur pulcher & speciosus figurat Christum, de quo Ps. Speciosus forma præ filijs hominum, corpore & anima, vt alias diximus. Fratres eius secundùm formam humanam, sunt peculiaris Dei populus Hebræorum, ex quorum patribus originem duxit, vt patet in genealogia Christi per Matthæum. Hi pascunt gregem patris Iacob, idest, Pharisæi & Principes eorum, quibus commissa fuit gregis sui pascua, vt eum nutriant, & erudiant exemplis, & legis doctrina. Mittitur igitur ad eos Ioseph, idest, Christus à patre cœlesti secundùm quod Paulus dicit. Quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum de muliere, factum sub lege, quia ipse dixit, non veni soluere legem, sed adimplere, vt eos visitaret ex parte patris, docens eos doctrina & vita, & videret quid circa eos agatur, quia inuenit eos desides, inuenit eos lana ouium suarum vestiri, & eorum pinguedine impinguari, vt dicit Ezech. 34. Immo & reprehendit eos de criminibus eorum. Qui inuidia ducti vendiderunt eum, & gentibus tradiderunt, post multa ludibria occidendum, & tandem tunica eius, idest, humanitas eius fuit intincta tota sanguine. De qua propheta. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus, & non est de gentibus vir mecum. Et tandem oblatum est corpus eius in cruce Deo patri, quia ipse patri in cruce dixit, consumatum est. Et vestimenta eius, idest, corpus

Isai. 63.

suum mortuum rubrum, vt calcātium in torculari fuit beatæ Virgini à Nicodemo sub Cruce oblatum, dum illud vellent sepelire. Et mater inconsolabiliter plorabat, dicens. Fili quare rubrum est tuum vestimentum? forsan fera, & inuidia fratrum tuorum deuorauit te ad mortem? Nunquid fili hoc est vestimentum, quòd formatum est in me de purissimo sanguine meo absque manibus humanis? Et sic contemplando per omnia membra eius sanguinea dicas. Quid sunt fili plagę istę in manibus & pedibus tuis? Nunquid dentes crudeles fratrū tuorum perforauerunt eos? Quare fili pulcherrima tua facies sic super carbones in morte contabescit? Quare fili ita cruenter lacerata sunt tua vestimenta, vt à planta pedis vsque ad verticem in te non sit sanitas? ò pater æternæ vide dilectissimum filium tuum, quem misisti ad suos fratres, quomodo extra portam passus, & cruentatus est ab eis. De hoc Aurelius August. in sermone de Passione Christi contemplatur dicens. In illa hora commota sunt viscera Mariæ, & defecit in ea spiritus, non erat ei vox neque sensus, tantoque dolore & tristitia vexabatur in mente, quanta non possit homo explicare sermone. Dabat ex dolore gemitus, & suspira doloris. Volebat loqui, sed dolor in ea verba prorumpebat. Audiebat & flebat, & præangustia loqui non poterat. solus enim dolor, luctusque remanserat. Iuxta crucem erat mestissima Mater, & quæ non poterat tentabat. Erigendo manus, cupiebat amplecti filium in alto pendentem, sed frustra manus tensæ complexæ redibant. Et sic ad terram collisa, ibi iacebat prostrata. Postquam vero suscepit corpus Christi à cruce depositum, modo quo poterat dicebat. Quid feci sti fili charissime? quare Iudæi te crucifixerunt? Quę causa mortis tuæ? O fili quam amara & dura est tibi humani generis redemptio, pro qua Deo patri & tibi gratias ago. Hæc Aug. Et nō

solum

Tota crea tura nos ducit ad planctum.

solum charissimi hoc mane beata Virgo ad amarissimum planctum nos inuitat, sed etiam tota Christi creatura, quæ ostendit in speciali lugubria signa doloris modo suo. Nam quidã deuotus religiosus qui composuit librum horologij sapiẽtiæ dicit. Super illud Angeli pacis amare flebunt, quia in forma humana apparentes amarissimum fletum ostendebant ex cõpassione mortis Christi. Cęlum etiam in suis luminaribus mestitiam ostendit per oscurationem solis, terra per tremorem, & concussionem, sepulchra per apertionem, templum per velli scissionem, & Apostoli, ac mulieres deuote associãtes Christum, & matrem eius. Insuper super omnia Christus benignissimus qui ita erat deturpatus sputis alapis, & flagellis, vt species, & decor eius ei non esset, sed tanquam leprosus percussus, & abiectus extra sinagogam, & maledicte cruci secundũ legem suspensus, de quibus ad lõgum Isaias. 53. aperte sermonem texit, qua si ibi præsens adesset. Facite ergo luctum amarum, o deuotissimi vtriusque sexus, & omnis conditionis viri, & mulieres super mortem vnigeniti filij matris Mariæ. Et quoniam solitũ est omnibus Christi prædicatoribus, vt spiritus. SS. aperiat, & dirigat os eorum, in contemplatione, & deuotione passionis amarissime Christi, non ad patrem cęli hoc mane orationem dirigere, ad quem filius in cruce clamauit. Pater vt quid dereliquisti me? Non ad eius filium, qui pro nostra salute ab impijs tam cruẽter passus est. Non ad spiritum sanctum, cuius bonitate Christi passio ordita est. Non ad beatam Virginem, quoniam dicit sapientia Eccle. 22. Muscica in luctu importuna narratio, sed ad sanctissimam crucem, per quam reconciliati sumus toti sanctissimæ Trinitati. Ideo omnes flectentes genua deuote manus, & oculos ad crucem extendentes oremus dicentes. O crux aue spes vnica, in qua redẽpti sumus preciosissimo sanguine Christi, in te effuso, igne deuotionis, & contemplationis eius qui in te pendit, accende cor nostrum, vt tibi gratam exhibeamus hoc mane prędicationem, & tibi omnium nostrum sit accepta deuotio, & associatio cum lachrimis passionis Christi, & planctus dulcissime matris eius. Hoc mane tria principaliter videbimus circa Christi passionem. Primo venditionem eius cum captura. 2. in ipsum factas derisiones cum sententia super eũ data. 3. crucifixionem cũ verbis, quæ in cruce pendens dixit, & sic deponendo ipsum de cruce dabimus benedictionem omnibus cum deuota oratione ad crucifixum.

¶ Quo ad primum breuiter quęrit deuotus auditor hoc mane, cum dignitas Christi sit infinita ratione personæ diuinę, cui humanitas erat coniuncta. Videtur quòd minimus labor Christi, & minima gutta Christi effusa, esset sufficiens ad liberandum genus humanum absque morte eius. Nam & S. Bern. dicit, Sufficiens erat minima gutta sanguinis Christi effusa ad redemptionem humani generis. Ad hoc breuiter respondetur cum sancto Th. in quo l. 2. ar. 2. quòd ad redemptionem duo requiruntur scilicet quantitas precij, & deputatio eius ad aliquid emendum. Si enim aliquis dat precium non equiuallens ad rem aliquam aquirendam, nõ dicitur esse simpliciter emptio, sed partim emptio partim donatio. Puta si aliquis emat librum pro 10. libris, qui valet 20. libras, partim emeret librum, & partim sibi daretur. Rursus etiam si daret maius precium, & non deputaret ad emendum, non diceretur librum emere. Si ergo loquamur de redemptione humani generis quantum ad quantitatem precij, sic quælibet Passio Christi etiam sine morte sufficeret ad redemptionem humani generis propter infinitatem personæ, vt superius dixit sanctus Bern. Si autem loquamur quantum ad deputationem precij, sic dicendum est quòd non sunt deputate ad redemptionem humani generis

Ois Chri actio vel passio ex se erat sufficiẽs pro redẽptione totius generius humani.

a Deo

a Deo patre & Christo aliæ Passiones Christi absq; morte, vt dicit Sanctus Greg. Nisi Christus mortem indebitam suscepisset: nequaquam nos a morte debita liberaret. Et Pau. Hæb. 10. Christus vna oblatio scilicet mortis consumauit in æternum sanctificatos, ideo non est locus. 2. oblationis scilicet per alios labores suos, &c. Et propterea dicit Eph. 5. Christus seipsum ad mortem obtulit, hostiam Deo pro peccatis nostris, & hoc per mortem fecit. Et hoc triplici ratione. Primo vt precium redemptionis humani generis non solum esset infinitum valore, sed etiam esset eiusdem generis, vt scilicet nos per mortem a morte redimeret. 2. vt mors Christi non solum esset precium redemptionis, sed etiam exemplum virtutis, vt scilicet hominis non timerent pro veritate mori, secundum quod figuratiue dictum est Moysi. Inspice & fac tibi secundum exemplar datum tibi in monte. Et has duas causas assignat Paul. dicens. Vt per mortem destrueret eũ, qui habebat mortis imperium, quantum ad primum Et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam erant obnoxij seruituti, quantum ad 2. Tertio vt mors Christi etiam esset sacramentum salutis, dũ nos virtute mortis Christi morimur peccato, & carnalibus concupiscentijs, & proprio affectui. Et hæc causa assignatur per Petrum. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo mortificatos quidé carne, viuificatos spiritu. Et ideo humanum genus non est redemptum per aliam passioné absq; morte Christi, quamuis potens esset Deus, etiam per aliam viam sibi placitam quam p crucem &c. humanum genus redimere, sed ad hoc non sunt deputatæ aliæ passiones Christi, quòd per eas absq; morte Christi redimeretur humanũ genus, quamuis quamcunq; passioné sustineret, esset sufficiens pro humani generis solutione, si minor Passio q̃ mors ad hoc deputata esset diuinit⁹, & hoc propter infinitam dignitatem personæ. Hic possis addere ex sancto Tho. 3. parte q. 46. ar. 6. de magnitudine Christi passionis, qa in toto corpore a capite vsq; ad pedes fuit passus. Discurre de his. Item in omnibus sensibus. In oculis matrem & discipulos, &c. inspiciendo, in naribus quia in fetido loco caluarie crucifix⁹, in auribus audiendo blasphemias, in gustu in fellis gustatione: in tactu in flagellatione, &c. Et quia in pedibus in locis neruosis, & toto corpore pendens a sexta ad nonam, & quia delicatus complexione. Item in omnibus rebus quæ pôt homo perdere vel amittere, vt in amicis qui dereliquerunt eũ, & Iudæi fratres sui eum cruci, & tormentis tradiderũt: in fama, quia multis infamijs, falsisq; proclamationibus detestabantur: & in honore, quia in ciuitate famosa passus præsente toto mundo: in vestimentis, qa nudus crucifixus est. Item ab omni genere hominum est passus. Scilicet Iudæorum, gẽtilium, masculorum, & fœminarum cum dicerent Petro, & hic discipulus eius est, amicorum, & sui generis hominum scilicet Iudæis pro bono malum reddentibus. In anima per tristitiam ex appręhensione mali præsentis per timorem ad ineuitabile malũ futurum. Et quia dolor eius erat sine mitigatione, quæ in martiribus euenit, qui in passionibus suis in contemplationibus rapiebantur, ex quo mitigabatur Passio eorum. Insuper Christus dolebat summe de ruina spiritua li plurium, & fuga discipulorũ, & destructionis Hierusalem, & obstinatione futura Iudæorum. Item quia tantum dolorem assumpsit in anima ex charitate, & sua sapientia, quantum genus humanum debebat assumere p satisfactione totius generis humani, tam præsentis quam futuri. Et si sancti martires plura sint passi, quã Christus vt ignem, & alia, at p se, sed Christus non pro se, sed pro suis inimicis, & pro toto genere humano, quasi ipse obligaretur. Psal. Verba delictorum meorum.

Lib. mor. cap. 2.

Hæb. 10.

Exo. 25.

Hæb. 2.

1. Pet. 3.

De magno dolore Chri passionis & causa eius.

meorum. Et delictum meum cognitũ tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi, &c.

¶ Dilectissimi in Christo Passio Iesu Christi videtur specialiter processisse duabus ex causis, scilicet Iudæorum inuidia, & sui proditoris auaritia, quod figuratum fuit Gen.37. vt in prohemio figuratiue dixi. Et primo facta est propter Iudæorum inuidiã; propter signa multa quæ faciebat. Et singulariter propter Lazari resuscitationem, quia totus populus ibat post eum, propterea inuidia sunt moti, & secundum Ioannem colligerunt principes, & pharisęi concilium, vt die Veneris præcedentis diximus, &c. Ab illo scilicet die resurrectionis Lazari, q̃ fuit in prima Luna, primi mensis, sicut fuit figuratum. De agno immolando, qui Christum significabat, cogitauerũt eum occidere. Primo nãq; mense in prima Luna accipiebatur, & 10. die mẽsis præsentabatur, & in 14. die immolabatũ. Sic verus agnus Christus secundum repræsentationem Ecclesiæ hodie sunt 15. dies, in prima Luna fuit determinata mors sua in prædicto concilio, & 10. die post, sicut die Dominca præterita venit ad locum passionis scilicet in Hierusalem, & receptus cum magna gloria vt audistis, vbi venit ad templum, & prædicauit tota die, de sero reuertẽs Bethaniam, quia ibi non fuit qui eũ reciperet vel inuitaret. Et deinde die Lunę secundum Matth. reuersus est in Hierusalem, & in via esuriens fici maledixit, quæ erat fulta folijs sine fructu, & statim aruit, in quo figurabatur populus Hæbreorum solis cerimonijs foliorũ ornatus sine opere, & fructu salutis, ideo maledictus aruit. Et veniens ad templum tota die prædicabat, & multas disputationes habuit cum principibus sacerdotum, & phariseis. Inter alias secundum Matthęum de tributo Cæsari stando, &c. Et reuersus est Bethaniam. De mane die Martis rediens Hierosolimam sedebat super montẽ Oliueti dixitq; discipulis suis. Scitis quòd post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur: vt crucifigatũ. Multotiens enim prædixerat eis, sed hoc manc determinate, post duos dies in Pascha agni typici idest figurati. Et in Hierusalem tota die prædicans reuersus est in Bethaniam. Vel secundum Marcum secessit in mõtem Oliuarũ. 4. die scilicet die Mercurij non venit in Hierusalem, quia tali die congregati sunt principes sacerdotũ, & seniores populi in atrium Cayphę, & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Et dicebant nõ in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Timebant enim plebem scientes quòd multum diligebatur. Tũc Sathan suggessit auaritiæ Iudæ, scienti cõgregatos in concilio: vt machinaretur de morte Christi. Et ingressus ad eos dixit. Scio ꝙ consultatis super captuFram, & mortem Christi. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam in manus vestras, quia scio omnia facta eius? Hic possis contemplari, & inuehere in Iudam auarissimum discipulum, nemine eum cogente, sed spontaneę mortalibus magistrum suum aduersarijs tradere proponendo gladiũ actualiter furiosis, plenisq; in eũ odio. Et proponit miser. Quid vultis mihi dare. Admodum latronum furatas res in voluntate ementium ponendo. Improperа etiam beneficia sibi a Christo collata, & hæc reddit Domino, pro omnibus quæ retribuit sibi. Quod audientes gauisi sunt, & pacti sunt dare sibi pecuniam, vt adimpleatur scriptura. Ecce merces eius coram eo. Et hãc auaram mercantiã fecit occasione vnguenti effusi sup caput Iesu, & pedes eius vnctos per Magdalenam, &c. sicut die Lunę audistis. Et propter hoc peccatum eius ait Lucas intrauit Sathan in Iudam. Et secundum Lucam locutus est eis, quemadmodum illum traderet eis. Et quærebat opportunitatem quomodo traderet eũ sine turbis. Hic sanctus Aug. contemplatur in persona virginis. O Iuda inique mercator auarę, & pessimę, potuisti a ma

Exod.12.

In Iudã cõtẽplatio.

tre eius petere. 30. argenteos, & ipsa non habēdo vnde tibi eos daret, ostiatim eundo, tibi ipsam pecuniam dandam inuenisset, antequam ita turpiter suum filium vendidisses. Insuper & in Iudæos possis inuehere. At illi cō
Psal. stituerunt. 30. denarios vt, sicut fratres Ioseph vendentes Ismaelitis, ita Iudas Christū principibus, &c. O infelices, & ingrati Hæbrei. Nūquid pluris non valet Dominus Deus vester, quem emisti. 30. argenteis tradendum Hismaelitis gentilibus occidendum? Qui dedit vobis legem educendo vos de tribulationibus Ægypti in signis, & portentis. Practica de omnibus beneficijs eis a Deo collatis, &c. Et clamare possis ad matrem. O mater si hæc tractamenta scires Iudæ in tuum dilectum filium, qui confidebat in eo ipsum procuratorem, & Apostolū suū faciendo, quid diceres? vere prolcamares. O miser quid facis, magistrum tuum, &c. vendis, & tradis, qui tibi tot beneficia contulit? Quare miser ad me non venisti pro pecunia, & ego me ipsam pignori darem pro meo dilectissimo filio, vt tuam auaritiam satiarem? Die autem Iouis de mane misit Petrum, & Ioannem dicens. Euntes in Hierusalē, parate nobis Pascha vt manducemus. At illi, vbi vis perem⁹? Et dixit eis. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatē, occurret vobis homo amphoram aquæ portans, sequimini eū in domum quam intrat, & dicetis patri familias domus, idest secundum expositores procuratori Hærodis, dicit tibi magister. Vbi est diuersoriū meū, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ille ostendet vobis cenaculum magnum stratum, & ibi parate, & ita fecerunt. Hic poteris contemplari circa recessum Christi ex Bethania in Hierusalem. Quomodo Maria Magdalena cum cæteris retinebat Iesum, ne iret Hierusalem, quia ipsa bene nouerat, sicut nobilis oēs insidias principum in Iesum in concilio eorum. Si enim Iudas sciens iuit ad ipsos, magis potuit Magdalena hoc scire. Et quamuis circa hęc contemplanda, nihil dicunt Euangelistę breuitati studentes, & nobis contemplari conuenientia relinquentes, nihilominus, non est credendum, quòd iste Christi recessus, non fuerit cum maximo planctu omnium eorum per maxime matris, & q̄ sibi non persuaderent omnibus modis, quatenus remaneret cum ipsis Pascha manducare, & se a periculo mortis auertere. Et credendum est ipsum retinebant persuadendo periculum suum, & laqueos sibi paratos, deinde non annuens eis, proclamabat ex vna parte Magdalena. Quid faciam misera cum te perdidero, q̄ es tota spes meæ salutis? forsan remanebit vana mea conuersio, &c. Quid exprobraturi sunt mihi inuidi, & maligni Hæbrei & principes eorum? quomodo vt mulier insensata decepta sum? O magister bone, & pie expulisti a me 7. dæmonia, te amisso dubito ne legio in me ingrediatur. Et similiter Lazarus. Quem dilectum tuum semper habuisti, & quatriduanū suscitasti, cui me relinquis, vt iterum reuertar ad militiam, &c. Vide quantę insidię etiam mihi parantur propter miraculum in me factū, si te præsente de morte mea consulitur, quid fiet te moriente &c. Idem contemplare de Marthæ operibus in Christum. Deinde ex alia parte idem discipuli plorantes dicebant in Christi recessu. Bone magister non exponas te, & nos tecum ad periculū. Si tibi quidquam acciderit, quid fiet de nobis orphanis? vere in nos Iudæi seuiēt sicut lupi rapaces, & nos ignobiles, cui inniti poterimus te capto, & mortuo &c. Et Christus omnibus. Non contristemini charissimi tamquā spem nō habentes resurrectionis meæ quoniam nec mortuus relinquam vos orphanos, sed ero vobiscum semper. Sic enim patri obediēdo, oportet me transire, sicut vobis totiens declaraui. Et vos interim benedicite Dominum in omnibus, quę cōtigerint circa me, quia per gloriam resurrectionis ostendam me vobis, & post mortem vestrā, vbi

Mulierum plorat⁹ in auertendo Chr̄m ne iret ī Hierusalem.

vbi ego ero,& vos mecum eritis,consolamini ergo in Domino in verbis istis. Hæc & similia contemplare,semper quæ sunt conuenientia dicenda. Nec est credendum ab huiusmodi dolore matrem fuisse absolutam, sed faciebat planctum amarissimum, sicut super vnigeniti filij sui, nō minus plorans de recessu filij sui, quam Sara mater Thobiæ, quæ non poterat consolari de recessu eius.Et pie credendum est & mater materno dolore affecta, licet non absq; conformitate cum diuina voluntate, eum retinebat multis ꝑsuasionibus, forsitan sola cum solo ad partem existens. O quot lachrimæ in inuicem affluebant,maxime quia matri quæ optime nouerat prophetias de tribulationibus, & morte sua vitu perosissima, se præsentabant omnia opprobria, & vituperia Christi a capite vsq; ad pedes, & ex dolore vehementi prorumpebat in verba dolore plena.O fili quomodo potero subsistere vidēdo te quasi leprosum vt Isa.51. cap. dicit. Practica per pęnas, te non habentem speciem, te virum dolorosum & maledictum ab hominibus,&c. O qui dolores tunc eius erant. Vere fili nunc tempus aduenit implende ꝓphetiæ Simeonis iusti,& tuam ipsius animam pertransibit gladius. O si in tanta agonia fuerit Christus ex repre sentatione in phantasia sua, eorum q̃ passurus erat, vt guttę sanguineæ sudore affluerent in terram, quid dicendum est de tenera matre hoc mane,cū sibi cum filio incolloquendo repræsentarentur omnes eius afflictiones. Vere in ea tunc impletum est. Tre. 1. plorans plorauit in nocte,& lachrimę eius in maxillis eius, non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Et versa vice describe, & Christi ploratum ex materna compassione. Sed Christus in omnibus eam consolabatur, quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse, sicut alias sepius tibi dixi. Ipse autem pater meus,pater misericordiarum, & Deus consolationis consolabitur vos in omni tribulatione vestra. Et ita vale dicens matri, & cæteris,a sua matre, vt homo cui semper subiectus erat petijt benedictionē, vere tunc dolor eius maior est renouatus, vt daret benedictionem filio eunti ad mortem. Practica quomodo se adinuicem in benedictionibus pręueniebant. Tanquam altercantes adinuicem, tandem mater osculari cepit filium &c. & filius matrem, &c. Et deinde alios iterum, atq; iterum resalutans, eisq; dulcissimum vale relinquens, profectus est cum suis discipulis versus Hierusalem,&c.Hic contemplari possis dolorosum profectum. Et inuitare omnes vtrusq; sexus,& conditionis ad planctum,quia Iesus relinquens matrem orphanam,& alias mulieres discessit ab eis. Et venit Hierusalem, & introiuit cum discipulis suis in domum supradictam procuratoris Hærodis,quia multum Iesu afficiebatur. Vespere autem facto cum esset hora discubuit, & duodecim Apostoli cū eo, idest a Vespere 14. diei secundum Lucam hoc est in 14. die Luna. Hic dicas si vis Euangelium quod dicitur ad mandatum. De sero. Scilicet, ante diē festum Paschæ, vsq; ad vltimum locū scilicet cenantibus,exclusiue. Cenantibus autem eis accepit Iesus panem, & ait. Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum.Et calicem gratias agēs dedit eis dicens Bibite,ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti,qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Deinde præcinxit se linteo,& lauit pedes eorum, a Iuda incipiendo dicit Chris. vt sibi maiora in inimicū amicitiæ signa exhiberet. Hic contemplare stupendā humanitatē Christi, &c. & hortate ad dilectionem inimicorum exemplo Christi. Petrus autem obstupuit & dixit, &c. contemplare etiā Iudę obstinationem &c. Et dicit Lucas. Ait illis desiderio desideraui, hoc Pascha comedere vobiscum, antequā patiar.Et cenantibus illis turbatus est spiritu, idest cōpatiendo Iudæ, & dixit. Amen dico vobis, quia vnus vestrum

Pia contēplatio colloq; Christi cū matre in recessu.

ſtrum me traditurus eſt, &c. Hic Anſelmus contemplatur. Hoc totum benignitatis tuæ erat Domine, vt omnia exhiberes, quæ praui cordis pertinatiam emollire potuiſſent, hæc ille. Et contriſtati valde cœperunt ſinguli dicere. Nunquid ego ſum Domine? At ille reſpondens ait Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. Nam cæteris Apoſtolis manum ex reuerentia retrahentibus, cũ Ieſus ſuam ponebat, proditor Iuda cũ Chriſto ſimul manum miſit, vt audatia, & præſumptione mentiretur bonam conſcientiam. Hic poſſis inuehere contra præſumptionem Iudæ, & aliorum ſimilium, qui ficta ſimulatione bonam conſcientiam cum proximo mentiũtur, maxime in deceptionibus, iuxta illud. Simulator ore decipit amicum ſuum. Et iterum ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant. Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo. Veruntamen ve homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum enim erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. Reſpondens autem Iudas qui tradebat eũ. Nunquid ego ſum rabbi? ait ille, tu dixiſti. Hic inuehere poſſis contra Iudam. O perditionis fili, cur tui peccati grauitatẽ non attendis? Nam correptus emendationem non ſuſcipis, minas illatas nõ metuis, & depræhenſus in ſcelere nullatenus erubeſcis. Cur non metuis tãti facinoris pœnam? Quia bonum tibi fuiſſet, ſi numquam natus fuiſſes. Cur pecuniã miſer diſponis accipere? cur Ieſum ſceleribus plenus vendere cogitas, qui te venit redimere venditum in peccatis? O reprobate ſpiritus quã modicum ſit tibi cura tuæ ſalutis, dũ illum qui cunctorum eſt ſalus, pro tã vili precio vendere cogitaſti. Et ipſi cęperunt quærere inter ſe, quis eſſet, qui hæc facturus eſſet. Erat aũt vnus recumbens de diſcipulis in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus. Innuit ergo illi Simon Petrus, & dixit ei. Quis eſt, de quo dixit? Et Ioannes ad Chriſtum dixit. Domine quis eſt qui tradet te? reſpondit Ieſus. Ille cui intinctum panẽ porrexero. Cenantibus autẽ eis accepit Ieſus panem, & cum intinxiſſet, dedit Iudæ proditori. Et notandum ꝙ Ioannes non dedit reſponſum Petro de Iudæ proditione, quia audito, & viſo quando Ieſus accepit panem, & cũ intinxiſſet dederit Iudæ, ſtatim ex maximo dolore recubuit ſupra pectus Domini, & Domino permittente obdormiuit. Quia ſi reuelaſſet ſtatim eum Petrus, & diſcipuli interficiſſent. Et poſt bucellam introiuit in eũ Sathanas, non tunc primum, ſed vt efficatius eum poſſideret, & nequitiam conceptam, citius conſumaret. Et dicit ei Ieſus. Quid facis, fac citius intellige ironice dictum. Vbi Anſelmus dicit. Hoc totum manſuetudinis tuæ erat Domine, quia perfidum illum in cetu diſcipulorum detegere, & confundere noluiſti, ſed celeriter accelerare voluiſti, quod attentabat. Ideo ſequitur hoc autem nemo ſciuit ex diſcumbentibus, ad quid diceret ei. Quidam autem putauerunt, quia loculos habebat Iudas, quia dixiſſet ei Ieſus eme ea, quę opus ſunt ad diem feſtum, aut egenis aliquid daret. Cum aut accepiſſet bucellã exiuit continuo. In hoc loco completur ſcriptura. Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, ꝗ edebat panes meos in menſa mea ſupplantauit ſuper me ſupplantationem. Et hic figuratiue completur, quod de Ioſeph dicitur. Ioſeph innocens a fratribus carnalibus venditur, iſte innocẽs a fratre ſpirituali, ille Hiſmaelitis, Chriſtus Phariſæis. Similiter figuratiue, Cum Simone iuſto, & prouido viro, duceq; Iſrael perditur comedendo, Nam ille in conuiuio, & Chriſtus dux noſter in conuiuio. Ille a Tholonia, iſte a diſcipulo. Tunc erat nox Cũ ergo exiſſet dixit Ieſus. Nunc clarificatus eſt filius hominis. Et Deus clarificatus eſt in eo, &c. & fecit eis dulciſſimum ſermonem, nunc autem vocando eos diſcipulos, nunc filios, nũc amicos, vſq; ad tardam horam noctis, eis reuelando omnia quæ audierat a patre.

Cotẽplatio in bucelle porrectione.

De Iudæ malignitate, & Chri humanitate in cena facta.

Gene. 37.

1. Mac. vlt.

Digitized by Google

patre. Et finito sermone prolixo. Ioã. 13. vsq; ad 17. cap. & hymno dicto, idest Deo laudibus redditis, exierunt in montem Oliuarum. Tunc dicit eis Iesus. Vos scãdalum patiemini in me in ista nocte, scriptum est enim. Percutiam pastorem, & dispergẽtur oues gregis, &c. sed postquam surrexero præcedam vos in Galileam. Respondens autem Simon. Et si omnes scandalizati fuerint, ego non scandalizabor. Ait illi Iesus. Amen dico tibi, hac nocte antequam Gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. Ait ille Petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. vbi Glosa. Quid o Petre dupliciter peccas. Primo quia omnibus te præponis dicẽdo, & si omnes &c. Secundo Domino te opponis dicenti tibi, tu me negabis, & dicis nõ te negabo. Ideo merito cades. Sed aliter dicit Greg. ꝙ non peccauit Petrus, quia hoc non dixit presumptuose, sed ex dilectione, sicut & omnes alij dicebant. Quare ergo sic cecidit, respõdit Greg. ꝙ diuina dispensatione factum est. Præuidebat enim Dominus futurum esse Petrum Ecclesiæ suæ pastorẽ & durum ad parcendum, sicut cum dixit dimittam vsq; septies permisit ergo Dominus eum cadere, vt in sua culpa disceret, qualiter alijs indulgere deberet. Et venit trans torrẽtem cedron in villa, quæ dicitur Gethsemani, vbi erat hortus, in quem intrauit ipse, & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas locum illum, quia frequenter illuc Iesus conuenerat cum discipulis suis. Figura huius est. David fuit persecutus a filio, & Christ⁹ a discipulo filio adoptiuo. Ille nudus pedibus, iste similis. Ille scandens, & flens, & Christus tristis, & pauens. Ille cum amicis charis, Christus cum discipulis perdilectis. Tunc Iesus cum Isaac vt citius a proditore inueniretur, exijt ad locum cõmunem siue publicum. Ille ad agrum, Christus ad hortum. Ille ad meditandum, Christus ad gemendum, vt habetur. Gen. 24. Et dixit eis sedete hic & vigilate, donec vadam illuc, & orẽ.

Zach. 13.

2. Reg. 15.

Et assumpto Petro, & Ioanne, & Iacobo, cepit contristari, & mestus esse. Et ait illis, tristis est anima mea vsq; ad mortem. Et quare bone Iesu tristaris, vsq; ad mortem? Et Marcus dicit cepit pauere, & tedere. Quia sibi offerebatur præsens mors cum pęnis suis, vt impleatur. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrę. Et cor meum conturbatum est in me, & timor mortis cecidit super me, & vt in se ostenderet veram humanitatem. Psal. Anxiatus est in me spiritus meus, in me turbatũ est cor meũ. Sustinete hic, & vigilate mecum. Et cũ esset auulsus ab eis, quãtum est iactus lapidis, procidit in faciem suam orãs, ad ostendẽdum nobis quoniam in tribulatione imminenti maxime opus est oratione. Dicens pater si possibile est transeat a me calix iste. Scilicet tã dure passionis, quam præsentẽ video mihi imminere. Hoc sensualitas, & voluntas naturalis in Christo suggerebat Deo, quorum naturaliter est reniti, & horrere sibi & nociua, & cõtraria: sed ratio deinde subinferebat. Verũtamen nõ sicut ego volo, sed sicut tu vis: quia & sensualitas eius, & naturalis voluntas rationi eius, & ratio Deo perfecte subijciebatur. Et redijt ad discipulos, & inuenit eos dormientes præ tristitia, & dicit Petro. Sic o Petre, non potuisti vna hora vigilare mecũ? Quasi ei diceret. O Petre vbi est tu⁹ feruor, qui Paulo ante, & vitã exponere protestabaris pro me? Nisi vigelaueris tẽtatio super te præualebit: quoniam in tentatione opus est vigilia, & oratione: vigilate ergo, & orate, ne intretis in tentationem, spiritus quidem promptus est, scilicet ad tentandum, sed caro, idest sensualitas est infirma ad resistendum. Ideo indiget Dei adiutorio. Iterum Iesus abijt secundo, & orauit eundem sermonem dicens. Pater si nõ potest trãsire a me calix iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Affectu enim humano, quem de Virgine traxit, hoc dicebat. Et venit iterum ad discipulos, & inuenit eos dormientes.

Psal.

Digitized by Google

res. Erant enim oculi eorum grauati per tristitia timoris superuenientis, & Christi pauore, ac tristitia, & ignorabant quid ei responderent, &c. Nã Iudas solicite discurrebat tradendi Christum, discipuli somno grauabantur, quia filij tenebrarum, & secularé vitã ducentes sunt ardentiores in actibus suis tenebrosis, quam veri christiani, & religiosi in exercitijs spiritualib⁹. Et relictis illis abijt, & orauit tertio, dicés vt supra. O bone Iesu quantum anxiaris, vt tantum sis solicitus genua flectere, & orare? Et factus in agonia prolixius orabat. Agonia est timor mali extrinseci, cui resisti non potest propter improuisionem, & subitam præsentem inuasionem. Vide de hoc sanctum Thom. 3. q. 18. art. 6. ad tertium. Et factus est sudor eius, quasi guttæ sanguinis decurrentis in terrã, idest in abundantia magna. Hic o anima deuota cõtempleris causam agoniæ Christi. Nam sibi offerebantur omnia non solum crucis mysteria, dic ea in particulari, sed etiam fuga Apostolorum, Petri negatio, captio sua, flagella, sputa, derisiones, blasphemię, denutatio, sententia, matris dolor & præsentia, Iudæorum crudelitas, ingratitudo, & damnatio, &c. Et tunc apparuit ei Angelus de cęlo confortans eum, vt miles regem ad bellum imminens pro Dei honore, quia sic est voluntas patris. Quoniam ex tua passione magna vtilitas adueniet toti generi humano. In hoc loco impletur scriptura. In die clamaui, & nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea, quia factus sum sine adiutorio. Et oratio Christi figuratur in oratione Helię. Quia sicut ad illius orationem nubes dederunt pluuiam, ita ad Christi orationem caro eius dedit guttas sanguineas in abundantia super terrã. Ille in terra pronus, & Christus vt dicit Lucas genuflexus Ille discipulo dicebat vt ascenderet. Et Christus Apostolis vt orarent, vbi Ansel. dicit. Angustias animæ tuæ, & carnis tuæ certissime indicabat sudor ille sanguineus, qui orationis tempore de sãctissima carne tua decurrebat in terram guttatim dominator Domine Iesu Christe. Vnde animæ tuæ tam vehemens timor? vnde tanti sudoris anxietas, & tam anxia supplicatio? Nõne voluntarium patri tuo tuum sacrificium obtulisti? Sed propterea vt & maiores amoris tui stimulos erga te haberemus, & gratitudinis, naturalé carnis infirmitatem huiusmodi inditijs in te impendisti, quibus vere docemur, qa languores nostros nõ absq; sensu doloris passionis semitam percurristi, vox enim illa vox carnis fuisse perhibetur non spiritus, pro eo ꝙ subiunxisti. Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma. Hæc ille. Et tunc venit tertio ad discipulos, & inuenit eos dormientes, & dicit illis. Dormite iam, & requiescite. Ecce appinquat hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Ecce qui me tradet prope est. Adhuc eo loquente, ecce Iudas, & cum eo turba multa cum gladijs, & fustibus missi a principibus sacerdotum, & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit eis signum dicens. Quemcunq; osculatus fuero ipse est tenete eum, & ducite eũ caute. Tres causas doctores dant, quare dedit eis signum. Prima est malitia eius, ne possint decipi in ꝑsona. Quia Iacobus minor suus consobrinus, ad differentiam Iacobi maioris .i. prius conuersi Zebedæi, ei erat similis corpore, hic erat filius Marię Cleophe sororis beatæ Virginis. De eius vitę sanctitate vide si vis historiam ei⁹. Secunda ratio Orig. quia Iesus quandoq; se fecit inuisibilem, dum ei Iudæi vellét nocere, vt cum Nazarei eum vellent præcipitare de monte, & cum eũ vellent lapidare, ideo ne fugiat per inuisibilitatem, tenendo eum fingam osculari, vos autem tunc capite eum, &c. tertia ratio eiusdem quia Iudas timebat videns secum cohorte esse peccatorem, & quia longe est a peccatoribus salus, dubitabat ne se transfiguraret eis tanquã peccatoribus, & sic euaderet

Quid sit agonia, & de cã eius in Christo

Psal.

3. Reg. 18.

Iudas cũ turba aduenit.

Contẽplatio contra Iudã,& de mulierib⁹ ac discipulis in Iudam.

deret, propterea dedit eis signum osculi. Quasi diceret, si se osculari a me permiserit,& vos eum capere poteritis, tenete eum. Hic possis contemplari super sudorem, & angustiã Christi totiens orantis, & surgentis. O si vidisses oculis tantas angustias & sudores eius, vere curreres ad ipsum consolandum, tergendo blande sicut angustiato infirmo sudores eius. O Magdalena vbi sunt capilli capitis tui, vt tergas,& caput, & pectus,& totum corpus Iesu, pro tuis, & totius mundi peccatis sudantis sanguine. O mater vbi es vt tuo dilectissimo filio agonizanti in morte blande sudores tergeres, vere tunc etiam tu ex dolore simili sudore madesceres. O Petre cur dormis cum cæteris, saltem vigilate ad sudorem Christi siccandum. Possis etiam contemplari circa infelicem Iudam. Hoc miser Christus in tantis tibi beneficijs collatis a te meretur. Cohortem crudelem contra piũ ducis, ligamina paras contra valentem te, & cohortem ligare, & tradere tortorib⁹ ad infernum, lanceas offensiuas cũ cohorte portas, contra eum pro cuius vindicta tota creatura insurgit,& qui portat gladium in potestate sua, te cũ satellitibus tuis confodiendũ, & scindendum per medium, vt Angelus prauos senes insultantes in Susannã innocentem. Dicit tenete eũ, quia fortior est Sãsone, quẽ nulla vincula possunt retinere, tenete eum, ne vos deijciat lapide torrentis suæ potentiæ, sicut Dauid inermis Goliath armatũ prostrauit. Habet.n. potentiã vt vtatẽ vtraq; manu sicut Aioth, qui cõfodit Eglon regem', astutus est ne fugiat per posticum. Et ducite caute. i. cauete turbam & populum ei affectũ, ne & ego,& vos pereamus. Ducite eum caute, non per vias scrupulosas, vbi e manib⁹ vestris aufugiens lateat. Ducite eum caute, ordinati bene ad omnem respectum ante,& retro, a dextris, & a sinistris, ne insidię parentur vobis, quoad ipsum præsentetis principibus incarcerandum. Iesus autem sciens omnia q̃

Iud. 3.

ventura erant super eum processit, & dixit eis. Quẽ quæritis? Rñderunt ei. Iesum Nazarenũ. Et dixit eis. Ego sũ. Hoc dicto, abierunt retrorsum,& ceciderũt in terram, vbi dicit Aug. vna voce turbã odijs ferocem, armis terribilẽ, sine vllo telo percussit, strauit,& repulit virtute latentis diuinitatis. Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui mortuus hoc potuit? hęc ille. Iterum eos interrogauit, quẽ quęritis? At illi dixerunt. Iesum Nazarenum. Respondit Iesus, dixit vobis, q̄a ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire, vt impleretur sermo qui dixit, quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam. Et appropinquauit Iudas ad osculandum eũ. Cui dixit Iesus. Amice ad quid venisti? Notate deuoti auditores. Christ⁹ volenti proditori, quem iam nouerat ꝑditorem, dum vellet eum osculari, nõ auertit faciem suam, scilicet a labijs, & lingua dolosa, sed vltro faciem suã, & labia sua ei obtulit ad osculum pacis, quantum est ex parte sua. Amice ad quid venisti? quasi diceret, ad perdendum pacem, ad extinguendum lucem, ad negandam vitam, ad dissoluendam amicitiam, ad mactandum pastorem, & magistrum tuum, vocat eum Christus amice ironice. Ac si diceret quamuis amicum te voco, qui ꝓcipio etiã inimicis benefacere, & moneo cunctos eis signa beneuolentiæ ostẽdere, tamen scio, & nosco te meũ esse inimicũ,& proditorem, quia noui omnia dicta,& facta tua. Tu amice non es agnus ad osculandum, sed lupus rapax ad occidendum, qui venisti vt ouis sua pelle, sed intus es vt lupus & leo rugiens dolosus. Nihilominus quamuis me tradis in manus inimicorum signo osculi pacis, tñ parat⁹ sum te in amicum pęnitentem suscipere. Et osculatus est eũ, vbi Fulgentius ait. O Iuda mercator pessime, o proditor auarissime, sub osculi signo Dominũ tuum tradis. O osculum venenosum, o osculum omni dolo, & amaritudine

Digitized by Google

Contẽpla tio i osculo Christi cõtra Iudam & ad Virginẽ & ad mulieres.

plenum, quam occasionem habes aurum dare pro plumbo, argentum pro luto? Quare miser ꝓ tã vili ꝑcio summũ bonũ vendens perdidisti? dum enĩ pecuniam lucrari voluisti, vitam simul cũ ipsa ꝑdidisti. Hęc ille. Et osculatus est eum. Et videns Iesus malitiã eius radicatã humanissime ad ipsum oculis pietosis versus dixit. Iuda osculo filiũ hoĩs tradis. i. ꝓditione tua praua retribuis magistro tuo, pro omnibus quæ retribuit tibi? Nonne tecum comedi bucellã, intinctãq; tibi vltra alios porrexi in signũ amicitiæ, & tuę recognitionis ex mea in te ingrata beneuolentia? Insuper humanitatis maximum inditium in te ostendi, dũ tibi cognito traditori pedes laui genuflex⁹ & osculatus sum, & tu labijs dolosis osculo tradis filiũ hominis? Ecce dux meus. i. quem Apostolum constitui, & notus meus, &c. quia te domus meæ tanquam fidelẽ procuratorẽ institui, qui mecũ dulces capiebas cibos, me tradis, & supplantas super me supplantationes. Hic potest contemplari ad Virginẽ sermonẽ dirigendo. O beata Virgo si vidisses filij tui orationes, genuflexiones, agonizationes, cohortis cum fustibus, & lãternis obsidionem, Iudæ proditoris insidiosum osculũ, quid diceres? vere ex dolore tabesceret anima tua. Et proclamares in Iudam, eiusq; malignã ingratitudinẽ. O miser, quid tibi magister tuus fecit? Enarra cuncta beneficia in eũ a Christo collata, & tu osculo fętidorũ labiorum tuorũ deosculando labia dulcissima Iesu tradis crudeliter eum. Nõne vides miser humanitatẽ Christi in te? Nonne audis verba dulcissima amicitiæ eius? quem non emollirentur, & nihilominus perseueras in tua malitia? Et simili modo contẽplare super alias mulieres Christi dilectas. An ignoras crudelis non mitibus sed crudeliorib⁹ tu eum tradis, &c. Tunc accesserunt, & manus iniecerũt in Iesum, & tenuerunt eum. Dic si vis Petri in Malcum seruum pontificis percussionẽ, & Christi ad eũ locutionẽ. Vbi nota ꝙ apud veteres. 6. milibus hoĩum complebat legio 12 ergo legiones faciunt. 72. milia Angelorũ. In quot gentes hominũ etiã in lingua diuisę sunt. Hæc Hier. s. in 72. linguas. Chris. etiã dicit, si vnus Angelus interfecit. 75. milia armatos, quid facerẽt. 12. legiones Angelorum, si Christ⁹ vellet? Quasi diceret Petro, nolo tuum auxilium, &c. In illa hora dixit Iesus turbis, tãꝗ ad latronẽ, &c. Tũc discipuli relicto eos oẽs fugerũt. Hic contemplare in Petrum, quam cito oblitus est præteriti animi sui, ꝙ si oẽs scandalizati, &c Et ꝙ secum ibit ad vitã & mortem. Et quilibet stet in timore, & videat dicit Paulus iustus ne cadat. Hic poteris contẽplari crudelitatem militũ in Christũ, qũo posuerunt super collum eius cathenas, & vinculauerũt manus eius, & pedes eius, recordati verbis Iudę: ne frangat vt Sanson omnia vincula, & ne vinculato fortitudo restituatur, & perimat omnes suos vinculatores, sicut Sãson fecit, vere strinxerunt manus eius, vt ex strictura denigrarent. O quot blasphemias in eum intulerunt, quantas derisiones & ꝑcussiones tãquã in stultum, & pessimum malefactorem dederunt. Et conuerte sermonem ad beatã Virginem, o mater si vidisses capturã crudelem, & ligamina absq; pietate, blasphemias, & percussiones, tunc illatas Christo, etenim curreres ad ipsos crudeles, vt misereãtur prolis tuæ tibi dulcissimę, & luminis oculorum tuorum. Et ita de alijs Marijs contemplãdo similia. O anima fidelis hoc mane dic cum deuoto Bernardo. Memor ero quamdiu vixero laborum quos Iesus pertulit in prædicando, fatigationem in discurrendo, vigiliarum in orando, tentationum in ieiunando, lachrimarum in compatiendo, insidiarum in colloquendo. Postremo cõuitiorum, sputorum, colaphorum, subsannationum clauorũ, & aliarum exprobrationum. Hæc ille.

Militũ crudelitas in Christum captum.

Ad Mariã lucutio & ad mulieres.

Ecce dilectissimi quo ordine facta est proditio Christi. Nunc autem procedamus super capturam eius, & præsen-

De captu ra Chri & sequétiũ.

sentationẽ ad pontificem vsq; ad sententiam datam. Et sic omnes Apostoli fugientes reliquerunt Iesum in manibus crudelium, vbi Ber. in persona virginis contemplatur. O pie Iesu, o benigne, o misericors, o liberalis, vbi sũt misericordiæ tuæ? Nullꝰ est q tibi misereatur, vbi sunt infirmi quos curasti, nullus te associat. Vbi sunt homines, & mulieres quos de quinq; panibus saciasti? non est qui te recognoscat. Vbi sunt beneficia quę Apostolis contulisti. Ecce iam omnes te reliquerunt, qui saltem pro matris dolore te deberent associare, iuxta Iob. 34. noti mei quasi alieni recesserunt a me, Adolescens quidam sequebatur eum a longe amictus sindone super nudo & tenuerunt eum. At ille relicta sindone nudus profugit ab eis. Et Sindon lineus pannus est, & quamuis quidam dicunt istum discipulum fuisse Iacobum minorem similem Christo, sed Greg. dicit, Ipsum fuisse Ioannẽ Apostolum, qui tunc territus fuit, sed postea animosior effectus sub cruce fuit, reassumpto alio indumento, statim postquam e manibus eorum relapsus est. Cohors autem & tribunus, & ministri Iudæorum compræhendentes Iesum, ligauerunt eum, vt impleretur scriptura. Circundederunt me canes multi, &c. Et, Venatione ceperũt me, quasi auem inimici mei, &c. Et duxerunt eum ad Annam primum. Erat autem Anna socer Cayphæ, qui consiliũ dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo. Et interrogauit eũ iste de duobus, scilicet de discipulis, & doctrina eius. Iesus autẽ respondit ei solum de vno, scilicet de doctrina, de discipulis autem non respondit, quia erat notum cũctis, quoniam prędicabat per Iudeam, & quia notum erat, quòd relicto eo fugerunt. Ego palam locutus sum mundo, quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt, quid dixerim ego eis de me & doctrina mea. Vnus autem ministrorum assistens dedit ei alapam dicens. Sic respondens pontifici, quæ

Lib. mor. 14.

Tre. 3.

Patientia Christi

alapa erat ita fortis, vt eum de loco moueret secundum sanctum Vincentium. Hic contemplare patientiam Christi, dum malediceretur non maledicebat, dum percuteretur non repercutiebat, nec cõminabatur. O bone Iesu. Vbi sunt legiones? vbi tota creatura, quam armas in vltionem inimicorum tuorum? Sed percutienti se prębuit maxillam. Et dixit cur me percutis? quid enim male dixi? vbi August. quid ista responsione verius? quid mãsuetius, & iustius? Si male locutus sũ, perhibe testimonium de malo, si autem bene cur me cedis? Mansuetus in corde, mansuetus in ore, mãsuetus in opere. Hic o anima Christo deuota dicas cum Ber. liquesce anima mea igne compassionis super contritionem viri istius amabilis, quem in tanta mansuetudine vides afflictum, tantisq; doloribus laborantem, practica hic. Et semper ad huiusmodi Christi vituperia verte sermonem ad Mariam sicut Deus tetigerit cor tuum, semper tamen obseruando, leuitates, & inordinatos gestus cum verbis muliercularũ non attribuas modestissime virgini, de qua. Secundum multitudinem dolorũ meorum in corde meo, consolationes tuæ lętificauerunt animam meam. Potitus enim mente conuenientia contemplatur, quæ nos pie verbis exprimimus, eius mentales dolores, & locutiones imitando. Et misit eum Anna ad Caipham pontificem, vbi scribę, & seniores conuenerant eum expectantes. Et hic figura impleta est in Iacob. Iacob exijt de domo Isaac, ad domum Labam, Iesus de domo Annæ, ad domum Cayphæ. Iacob solus sine socijs, Christus solus sine discipulis. Iacob ab Esau ad mortem comminatus, Christus ad mortem condemnatus siue iudicatus. Et sequebatur eũ Simon Petrus, & alius discipulus, qui erat notus pontifici, & intrauit cum Iesu in atrium pontificis, Petrus autem stabat ad ostium foris. Et hic discipulus scilicet Ioannes, quia deferebat pisces ad domum Cayphæ, dixit ostiariæ, &

Ad Chrm cõtẽplatio

Psal.

Gen. 28.

introduxerunt Petrum, cui Ancilla dixit. Nunquid & tu ex discipulis hoīs huius es? quia forsan videbat eum tristé, & lachrimis oblitū. Et respōdit, nō sum. Et exiens foras ante atriū, Gallus cantauit, stabat auté Petrus cū ministris ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebat se. Dixit ergo ei alia Ancilla, nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille secundo, & dixit non sum cū iuramēto. Et interuallo facto quasi horę vnius, dixit vnº ex seruis cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculā, Nonne ego te vidi in horto cum illo. Nam Galileus es, & loquela tua te manifestum facit. Et cepit detestari, & iurare, quia non noui hoīem. Et continuo Gallus cantauit. Sic potest inuehi in Petrū. Vbi est tua audacia Petre? &c. Alias Chrō dixisti, & si oportuerit, &c. Ecce nō solū prima vice ad vocé Ancillæ, non solū secunda vice, sed nunc & tertia vice periuras, Deū in testem inuocando, quia nō noui hominem. Ecce impletum est tam de mutatione bonorum q̄ malorū, nōne. 12. horę sunt diei. Ideo videat iustus ne cadat, sed vigilet, & oret, & ne nos inducas in tentationem. Hic potes inuocare virginem. O si audires Petrum tā feruentem ad Christum, cū nō solum negare, sed negando anathematizare, non noui hominé, &c. Figura horum, sicut Salomon negauit Deum ad vocem, & persuasionem reginarū mulierum, ita Petrus ad vocem ancillarum, & tñ vterq; ille rex in regno tēporali, Petrus pontifex in regno spūali. Et cōuersus Dñs oculo solito suæ misericordiæ respexit Petrum, o bone Iesu q̄ pius quamq; dulcis es in misericordia, quia recordatus es figmenti tui. Hic dicunt doctores scd̄m Chri dictū Petrus non perdidit fidem in corde, quia Christus orauit pro fide sua, sed solū timore ductus defecit ore, quando non debebat deficere. Quia secundum Paulum corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Et recordatus est Petrus verbi Domini, quia priusquam Gallus cantet bis, ter me negabis, & egressus foras fleuit amare, dic ex eius legenda pęnitentiam eius, & lachrimas propter hanc negationem. Princeps auté sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimoniū contra Christum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt. Nouissime auté venerunt duo falsi testes, & non erat conueniés testimoniū eorum. Et tūc princeps dixit Iesu. Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Iesus auté tacebat propterea, quia iam ipsi viderant, quia non erant conuenientia testimonia contra ipsum. Et tunc princeps adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei viui. Dixit ei Iesus. Tu dixisti. Veruntamen dico vobis. Amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Tunc princeps scidit vestimenta sua dicens, blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? vos audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi oés condénauerunt eum reū mortis. Tunc milites spuerunt in facié eius, & velauerunt facié eius, q̄a scd̄m Glo. nō poterant eum cedere, videntes eius tā admirabilem faciem. Et per totā nocté eum ad carceres deputarunt vsq; mane, vbi eū percutiebant & colaphis eum cedebant. Alij autem palmas in facié eius dederunt dicentes prophetiza nobis Christe, quis est q̄ te percussit, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam, supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolōgauerunt iniquitatem suam. Et iterum locuti sunt aduersum me mala, & sermonibus odij circundederunt me, & expugnauerunt me gratis. Et figura in Dan. Daniel accusabatur per inuidiam, & Christus similiter. Ille per falsos principes, Christus per falsos testes, ille coram Dario, iste coram Episcopo. Hic dicit Beatus Anton. de Pataui o vt refert Vercell. in suis sermonibus, secundum reuelationem sibi factam, postquam Cayphas iuit dormitū, flagellato ad columnā ibi in car-

Contēplatio virginis in Petrum.

Chri derisio & flagellatio.

Psal.

Dan. 6.

carceribus portauerũt mastellũ plenũ aqua frigida, & ibi eũ immerserũt, vbi sentiens maximũ doloré exclamauit, saluum me fac Deus, qm̃ intrauerunt aquæ vsq; ad aĩam meã. Et clama hic o crudeles, &c. contépl-tio pia ad ma tré nunc in Petri instabilitaté, nunc in discipulos Christum relinquenté, nunc in Iudã, nunc in Iudæos. Est autem hic pie credédum, ꝙ beata Virgo sciens ex ꝓphetijs quæ ventura sunt, crastina die super Iesum, statim post Chri separationé ab eis, & ipsa ꝓfecta est cũ Maria Magd. &c. in Hierusalé, vt ibi ꝓpinquius videret finé. Et ꝙ B. Io. exijt de domo Cayphæ postq̃ delusus sit Chrs vt supra, & incarcerat[9] vsq; ad mane, & venit ad domũ Magdal. vbi erat mater, & pulsans ad ianuã, vigilantibus eis apertũ est sibi, & narrauit eis a principio, oĩa quę circa Christũ acciderãt, & qũo Petrus eum negauit, &c. Tu aũt replica ea. O quãtus luctus erat tũc, vt impleat in Maria matre, qđ Hieremia deplorat, plorans plorauit in nocte, & lachrimę ei[9] in maxillis eius. Non est q consoletur eam ex omnibus caris eius. Et remiserunt eũ iterũ ad videndũ finé, & exitum rei. Mane aũt die Veneris cõgregatis iterũ principibus scđm Lucã in domo Cayphæ sententiatũ ꝑ eos dignũ morte, miserunt Iesum ad domũ Pilati, & ipsi non introierũt prętoriũ, vt non cõtaminarenť, sed mundi man ducarent Pascha. s. cohabitatione hoĩs gentilis. Vbi Aug. exclamat. O impia cęcitas Iudæorũ, in ꝑtoriũ intrare timebant, & fratris innocétis sanguiné effundere non timebant. Et sub habitaculo alieno contaminarenť, & nõ cõtaminantur scelere ꝓprio. Iesus auté stetit ante pręsidé. Et dixit eis ꝑses. O q̃ male tractastis hunc hoĩem, quid mali fecit? Et cęperũt ipsum accusare principes & seniores, & nihil Chrs eis respondebat, dixit ei Pilatus. Vides in quantis te accusant? Et Christus nec sibi respondit, vt miraretur Pilatus. Et exiuit foras ad eos Pilatus dicens. Quam accusationem affertis aduersus

Ter. I.

hũc hominé? Responderunt. Hunc inuenimus subuertenté gentem nostrã, & prohibentem tributũ dari Cesari, & dicenté se Christum regem esse. De primis duobus Pilatus Christum non interrogabat, quia sciebat mẽtiri eos, sed de tertio eũ iterrogauit. Cui Christus. Regnũ meum non est de hoc mundo, & si esset de hoc mundo, ministri mei vtiq; decertarent, vt non traderer Iudæis. Dixit ei Pilatus, ergo rex es tu? Respondit Christus, tu dicis q̃a Rex sum. Ego veritatem dico tibi, & ad hoc natus sum, & veni in mundũ, vt testimoniũ perhibeã veritati. &c. Cui Pilatus, quid est veritas. Et non spectauit responsum, ne protraheretur, cum hæc quæstio magna indigeat indagatione, & ipse ad liberationem eius properabat scđm Chris. vel quia non merebatur eius solutionem, quia iudicium a veritate incohauit, sed in veritate non stetit. Et cum hoc dixisset, exiuit iterum ad Iudæos dicens eis. Ego nullam inuenio causam in eo. At illi inualescebant dicentes. Cõmouit populum docens per vniuersam Iudæam, incipiens a Galilea vsq; huc. Pilatus autem intelligens Galilæam interrogauit, si homo Galileus esset, vt auté cognouit, quia de potestate Herodis esset, remisit ipsum ad eũ, quia & ipse Hierosolimis erat his diebus. Herodes autem viso Iesu gauisus est valde. Erat. n. multo tépore cupiés videre eum, eo ꝙ audierat multa de eo, & sperabat ab eo signum aliquod videre fieri. Interrogabat autem eũ multis sermonibus, & ipse nihil ei respondebat. Stabant auté sacerdotes, & principes constanter accusantes eum, spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba, & remisit illum ad Pilatum. Et facti sũt amici Herodes, & Pilatus ex ipsa die. Nam antea inimici erant adinuicem. Pilatus aũt cõuocatis principibus sacerdotũ, & magistratibus, & plebe exiuit foras, & dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominé, quasi subuertenté populũ, & ecce ego corã vobis interro

Digitized by Google

gans eũ nullã causam inuenio in hoĩe isto, ex his in quibus eũ accusatis. Sed neq; Hærodes. Nam remisit illum ad nos. Et ecce nihil dignum morte actũ est ei, emendatum ergo eũ dimittam. Idest scđm Bedam flagellis ipsum & ludibrijs quantum iubetis afficiã, dũmodo innoxium sanguinem non sinatis effundere. Hæc ille. Est autem vobis consuetudo, vt vnum dimittã vobis vinctum in Pascha, vultis ergo vt vobis dimittam regem Iudæorum? Sciebat enim ꝙ per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Principes autem sacerdotum cum senioribus persuaserunt populo, vt peterẽt Barabbam, & Iesum perderent. O inimici omnis iustitiæ, auctorem vitæ perdere quærunt, & homicidam qui eos peremit postulant dimitti. Et reuocantem eos ad vitam volunt perdere, & homicidam, & seditiosum saluare. Respondens autem præses ait illis. Quem vultis vobis de his duobus dimitti, &c. Exclamauit vniuersa turba. Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbã. Ecce quam vana sit confidentia in homine considerato die palmarũ in quo tam gloriose Christus recept⁹ est &c. Dicit eis Pilat⁹. Quid ergo faciam de Iesu? Dicunt omnes crucifigatur, qui in die Palmarum clamauerunt in processione eius, benedictus q venit in nomine Dñi, quam cito obligati sunt benefactorum, & laudis Iesu, vbi Anselmus exclamat. O inrectum cambium, o iniquum iudicium, Dñs despicitur, & seruus postulatur. Agn⁹ occiditur, & lupus acceptatur, iustus punitur, & peccator liberatur, vita deseritur, & mors reseruatur. Iterum Pilatus dicit eis volens dimittere Iesum. Quid enĩ mali fecit? At illi magis clamabant dicentes. Crucifige crucifige eũ. Ille autem tertio dixit ad illos. Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum & dimittam, voluit ipsum prius corripere flagellis, & postea dimitti, vbi dicit Hiero. Pilatus Romanis legibus ministrare voluit, quibus sancitum est, vt qui crucifigitur prius flagellis verberaretur. Traditus itaq; Iesus militibus flagellandus, illud sanctissimũ corpus pectus Dei capax, flagellis lacerauerunt. Hæc ille. Beda autem dicit vt supra. Hoc dixit volens flagellatum liberare. At voces eorum inualescebant. Tunc appræhendit Pilatus Iesum, & flagellauit eum. Hic dicas qũo exuẽntes eum vestimẽtis suis ligauerunt ad columnam, & virgis eũ crudeliter cedentes vsq; ad grauia vulnera, & effusionem sanguinis, cuius cruoris ipsa lapidea columna hodie signa demonstrat. Et postea milites suscipientes eum in prætorio congregauerunt ad eum vniuersum cohortem, & exeuntes eum vestimentis suis clamidem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de spinis, quæ vt dicitur fuit ex iuncis marinis, quæ non minus pungunt q̃ spine, posuerunt super caput eius. O quam crudeliter præmebant eam super caput ei⁹ ad sanguinem, & arundinem dederũt in dexteram eius, & genuflexo ante eũ illudebant ei dicentes. Aue rex Iudeorum. Et expuentes in eum, acceperũt arundinem, & percutiebant caput ei⁹, & dabant ei alapas. Hic dicit beatus Anselmus. Sceptrum in manu gestabat, sed cum ipso reuertendum eius caput feriunt. Attende anima, & vide quis est ille qui ingreditur quasi immaginem regis habens, & nihilominus despectissimus a seruis confusione repletus, coronatus incedit. Sed ipsa ei⁹ corona cruciatus est illi, & mille puncturis verticẽ eius diuulnerant. Regali purpura induitur, sed in ea potius despicitur, quam honoratur. Adorant coram illo positis in terra genibus, & regem cõclamant, & continuo ad conspuendum amabiles eius genas subsiliunt, maxillas palmis concutiunt, & honorabile exhonorant collum. Et Bern. caput angelicis tremebundum spiritibus densitate spinarum pungitur. Facies pulchra prę filijs hominum sputis Iudæorum deturpatur. Caput diuinum densitate spinarum vsq; ad cerebrum transfixum est. Hæc ille. Dicit

Exclamatio.

Digitized by Google

cit sanctus Vincentius ꝙ dicunt Eusebius,& Chrisſ. super illud verbum disciplina pacis nostræ super eum. Disciplina ista fuit triplex, dura. quia virgis,& spinis, durior: quia flagellis nodatis, durissima quia cathenis ferreis Christus fuit cesus. Hæc ibi. Et plura alia hic dicit sanctus Vincentius ad contemplationem horum pertinētia, quæ vide. Hic asserunt Augustinũ vel Bernardum contemplari, ad matrem loquendo. Dic mater mea si in Hierusalem eras, quando captus fuit filius tuus, & vinctus ad Pilatum ductus. Cui illa respondit in Hierusalem erã, quando hæc audiui, & gressu qualicunq; potui illuc perueni. Cumq; illum fuissem intuita pugnis percussum alapis cesum, facie consputum, spinis coronatum, & opprobrium hominũ fieri, cõmota sunt omnia viscera mea, & defecit spiritus meus, & non erat mihi fere vox, neq; sensus. Erant mecum sorores meæ, & aliæ plangentes mecum,& sustentantes me. Hæc ille. Postquam ergo sic crudeliter eum flagellarunt, & vituperauerunt, ostendit eum Iudæis vt saltim sic tepesceret feruor furiosus eorum contra Christum. Et nihilominus cum dixit eis. Ecce homo, sitis satisfacti liuoribus eius, crudeliter clamabant. Non sumꝰ adhuc contenti, nisi crucifigatur. Tu adde contemplationis prosecutionẽ, quando mater vidit cum Marijs Christum ostensum populo sanguine madefactum: &c. ac populi crudelitatem quis planctus qualis proclamatio eiꝰ, in Iudæos crudeles fuit. Hic deinde prosequere quomodo Pilatus quærebat adhuc ipsum dimittere, tum quia dixerat ei Iesus, non haberes potestatem in me, nisi desuper data esset tibi, tum quia dæmon videns, vt Rabanus dicit, Christus patientiam, & volens impedire redemptionem generis humani, varijs imaginibus terruit mulierem, vt omnino persuaderet Pilato Christum dimittere. Sed nihil profecit quia nõ est consiliũ super consiliũ Dñi, conclamantibus semper Iudæis crucifige, & sanguis eius super nos & super filios nostros. O miseri adhuc in vtero vel non erant vel erant pueri eorum futuri,& imprecati sunt sanguinem, & interitũ eorum, vt descendat iustus sanguis effusus, non modo sup eos effundentes, sed etiam super filios eorum præsentes & futuros. Deinde prosequere sententiam datam Pilati cõtra Christũ. Et quia dicit magister histo. sancitũ erat a Romanis vt crucifigẽdus prius flagelletur, ideo aliqui dicunt ꝙ iterũ ante crucifixionẽ post sententiã datã a Pilato milites, oĩa vt supra in eũ exercuerunt flagella, coronationẽ,&c. quę facta sunt sibi in prima iniuria. Nota quõ pparatur ad sententiã. Primo sedit Pilatus ꝓ tribunali: postea venit Iesus circa collũ cordã hñs ante tribunal. 3. venit crux prope ipsum. 4. venit latrones, cãpana vel signa pulsantur, tubæ buccinant, rumores vndiq;, oẽs respiciunt, mater eius erat retro oĩum. Et Pilatus voluens sẽ aduersum Iesum dixit. Ego condẽno te filiũ Mariæ Iesum ad mortem. &c.

Ad matrẽ cõtẽplatio

Hic possis cõtẽplari Aug. verba medi. ca. 7. quid cõmisisti amãtissime iuuenis, vt adeo sic tractaretis? Qđ scelus tuũ, q̃ noxa tua, q̃ causa mortis, q̃ occasio tuæ damnationis? Ego. n. fui tui plaga doloris, tuæ culpa occisionis, ego tuæ mortis meritũ, tuæ vindictæ flagitiũ: ego tuę passionis liuor, tui cruciatus lauor. Miserabilis censure cõditio,& ineffabilis, mysterij dispositio. Peccat iniquus, & ꝑunit iustus, delinquit reus,& vapulat innocẽs, offendit impius,& dãnat pius, qđ meret malꝰ patit bonus, qđ ꝑpetrat seruus exsoluit Dñs, qđ committit homo sustinet Deus. Quo nate Dei, quo tua descendit humilitas? quo tua flagrauit charitas? quo ꝓcessit pietas, quo excreuit benignitas? quo tuus attingit amor? quo peruenit cõpassio? Ego inique egi, tu pęna mulctaris. Ego facinus admisi, tu vltione plecteris. Ego crimen edidi, tu torture afficeris, &c. Deinde prosequere cũ contemplationibus de processione sua inter latrones, & de Ma-

Digitized by Google

riæ matris casu dũ filiũ inspiceret, & verbis Christi ad ploratum mulierũ, vsq; ad montem Caluariæ. Hic cõtem plare. S. Amb. planctum. Considera o christiane filiũ virginis illitũ sputis, liuidũ plagis, clauis confixum. Attende rectorem cęli stantẽ in cruce, pallidũ morte, carne deformẽ: Non pertrãseas Dñm Angelorum factum opprobriũ hominũ, virum dolorosum, & scientẽ infirmitates, virũ percussum a Deo, & humiliatum, virũ quasi leprosum, & omnibus ꝓ nobis expositum detrimẽtis. Hæc ibi. Deinde prosequere contẽplatiue qũo fuit expoliatus cruẽtatus Chrs, vt possis de eo cõtẽplari, qđ Isa. dicit. 63. ex parte Angelorũ admirantiũ liuores eius. Quis est iste q venit de Edom tinctis vestibus de bosra. i. angustiatꝰ, & tribulatus, & sanguineꝰ, vt dicit interpretatio nominũ, & laceratus. Christus rñdit. Ego q loquor iustitiã. i. veni vt ꝓ hoĩe iuste obligato ad reatũ Deo, patiar ꝓ eo in satisfaciendo, q a, & Isa. & Paulus dicit vulneratus est propter peccata, &c. addit & propugnator sum ad saluandũ, qm veni vt gigas ad currendã viã tribulationũ, & manu inermi, ac brachio extento in cruce vincere omnẽ tartareã potestatẽ. Iuxta illud ego si exaltatus fuero, a terra, oĩa trahã ad me. Contẽplare qũo extẽtus super crucẽ, & ictus malleorũ mater sentiret. Vere tũc gladius Chri vulnerationis pertransiuit animã eius. O quantus riuulus sanguinis effluebat ex vulneribus & perforationibus clauorũ. Psal. foderunt manꝰ meas, & pedes meos, & dinumerauerũt oĩa ossa mea. Deinde, dicta oratione ad patrẽ suũ de sui ipsius oblatione, quia oĩa persolui ad q missus sum, & aliud non restat mihi nisi subleuari in cruce sicut serpens ęneus, vt oĩa trahã ad me saluando cunctos, ideo intret oratio mea in conspectu tuo. Et eleuatus est in altum in monte Caluarię. Hic ad crucem extende te in contemplationem. Et dic. S. Bernar. contemplationẽ in persona Christi, o homo vide quę pro te patior, non est dolor sicut quo crucior, ad te clamo, qui pro te morior, vide pęnas qbus afficior. Vide clauos, quibus cõfodior. Cũ sit dolor tantus exterior interior est plantus grauior, cũ te tã ingratũ experior, hæc ille. Deinde deposita cruce dicas q Iob. 16. cap. dicit vt sit totũ impletũ etiã de Christo. Nunc oppressit me dolor meus, & ad nihilum redacti sunt oẽs artus mei. rugæ meæ dicunt testimonium contra me, & suscitatur falsiloquus contra faciem meam contradicens mihi. Collegit furorem suũ in me, & cõminans mihi infremuit cõtra me dentibus suis. Hostis meus terribilibus oculis intuitus est me, aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meã, saciati sunt pęnis meis. Conclusit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit, ego ille quondã opulentus repente contritus sum, tenuit ceruicem meam, & confregit me, & posuit me quasi in signum. Circundedit me lanceis suis, & conuulnerauit lumbos meos. Concidit me vulnere super vulnꝰ, & irruit in me quasi gigas.

Contemplatio.

Contẽplatio ad matrem.

¶ Facies mea, intumuit a fletu, & palpebrę meæ caligauerunt. Hæc passus sum, absq; iniquitate manus meæ, cũ haberem mundas ad Deum præces, hæc ibi. Hæc Christi suspensio in cruce præfigurata est. In serpente ęneo suspenso in ligno. Quia ille serpens erat sine veneno, & Christus sine peccato, ad illius aspectum populus a venenosis serpentibus sauciatus sanabatur, & ad Christi aspectum, populus per demones vulneratus restauratur. Ille in signum ponebatur, & Christus similiter. Ideo, dixit Simeon. Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Deinde Iesus in cruce affixus dixit orans ad patrem. Pater ignosce illis, &c. Vere nesciunt quid faciunt obcecante eos inuidia, & malitia eorum, cum veneris eis promissus in lege in salutem eorum, & cætera. Vbi Isidorus de summo bono.

Num. 21.

Luc. 2.

Disce

Digitized by Google

Disce Christiane a Christo tollerantiam, quia Palmis est percussus, flagellis cæsus, sputis illusus, & clauis affixus, spinis coronatus, morte damnatus, omnium tamen immemor dicit. Pater ignosce illis Et ideo non dicat quis ego sum Christianus, si Christum in dilectione inimicorum non fuerit imitatus. Et idem Sanctus Bernard. Hic practice te extende ad imitationem Christi. Cuius enim saxeum pectus hæc amorosissima Christi oratio in dilectionem non emolliat, quia etiam quod docuit in se primo adimpleuit, & cæt. Extende te circa dilectionem inimicorum, comparatiue ad Christi grandiorem offensioné, quàm sit tua, & quia pro te patitur. Deinde latro videns qui ad dexteram Christi erat crucifixus Christi patientiam, tactus intrinsecus cum magna recognitione suorum delictorum clamat ad Christum. Domine memento mei, &c. Nam vterque latronum dicit Marcus conuitiabatur ei, & Lucas narrat conuitia solius latronis in sinistra existentis. Theophilus autem dicit vterque à principio conuitiabatur ei, deinde alter cognoscens eum innocentem increpat alterum blasphemantem, &c. O felix latro qui meruit ante Apostolos esse in Paradiso cum Christo. Practica super huiusmodi de Christi misericordia in peccatores grauissimos. Nemo igitur desperet, sed non peccet sub confidentia, ne postea indutiæ postulatæ non tribuátur sibi, sicut Chrysarori apud S. Gregor. Hic contemplari debite possis, quam acute gladius hic misericordiæ Christi ad populum Hebræum, & ad latronem, Mariæ cor pœnetrauerit, dicendo in se, ò quàm pius es dilecte fili. &c. Et secundum Bernard. eleuans oculos mentis ad patrem cœlestem. ò pater misericordiarum & Deus totius consolationis. O sponsæ, ancillæ, quam prælegisti, cur non miserearis sobolis tuę? Cur matris eius oblitus es? vt quid Domine longe factus es à nobis in nostris necessitatibus? tu autem similia conuenientia practica. Deinde conuersa ad Angelum. Ecce aue tuum mihi versum est in ve lamentationum. Ecce gratia plena conuersa est mihi in plenam amaritudinem. Ecce benedictio tua inter mulieres versa est mihi in maledictionem, quia vituperiũ dilecti mei filij est meum vituperium, quia scriptum est Deuter. Maledictus omnis qui pendit in ligno: Dixisti mihi, meus filius erit magnus. Ecce quomodo vermis factus est opprobrium hominum & abiectio, plebis. Ad crucem conuersa sequitur, ò crux deberes esse instrumentum iustitiæ, quomodo facta es punitio innocentiæ? Cur cruore innoxio pateris irrigari? & cęt. Ad filium autem deinde conuersa, vt poterat caliginosis oculis. Verba mea auribus percipe, intellige clamorem meum, intéde vocem orationis meæ, idest, tuæ flebilis matris. sonet vox tua in auribus meis, sicut insonuit in oratione crucifigentium te; & latronis clamantis ad te. Vox enim tua mihi dulcis est. Cur fili matri tuæ non compateris? Ecce pro te morior sine morte, quia amore, & dolore tui langueo. Tunc dilectus filius ad ipsam conuersus dixit. Mulier ecce filius tuus & cęt. Hæc Bernardus. Aliqua dixi sententialiter, in quibus miscui etiam nostras contemplationes. Hic etiam contemplare super commutationem istam, vt loco filij habeat Ioannem. O quam dolorosum sibi fuit hoc verbum Christi. Dicit August. in Dialogo de Passione Christi in illa hora cõmota sunt viscera Mariæ, & defecit in ea spiritus eius. Non erat ei vox, neque sensus, tantoque dolore & tristitia vexabatur in mente, quantum nõ posset homo explicare sermone. Dolor in ea capi non poterat, sed dabat gemitus, & suspiria doloris Volebat loqui, sed dolor verba prærumpebat. Audiebat, & flebat, & præ angustia loqui non poterat. Solus enim dolor luctusque remanserat, iuxta crucé erat męstissima Mater. Cupiebat amplecti filium in alto pendentem, hæc ille.

Chrs pius misericordiam quã in uita pdicauit. in morte ostendit.

Cõtemplatio Matris

Deut. 20.

Cupie-

Cupiebat insuper quòd sibi adhuc su* dilectus loquatur, sed sibi respondens prophetice in mente dixit. Raucæ factæ sunt fauces meæ: Et in voce sitio. Hic contemplare dolorem Virginis non valentem fontem omnis boni aquę refrigerio consolari. Sed ò fili qui dixisti Samaritanæ, si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi da mihi bibere, petisses ab eo, & daret tibi aquam viuam, quam qui biberit non sitiet in ęternum: & alias clamasti, qui
Ioan. 4.
sitit veniat ad me & bibat, &c. Quomodo nunc non ponis eadem tibi ipsi exhibere? &c. Vbi dicit Bernard. sitio inquit non doleo. Quid sitis? fidem vestram salutem vestram, quam plus sentio, quàm cruciatus corporis mei.
Isai. 49.
Practica super hæc. De hoc Isa. Et dicit Syon dereliquit me dominus. nunquid potest obliuisci mulier infantis vteri sui? sed si ipsa oblita fuerit, ego non obliuiscar. Ecce descripsi te in manibus meis. Deinde Christus eleuans
Contemplatio.
oculos suos in suis pœnis dixit ad patrem. Vt quid me dereliquisti, idest exposuisti manibus crudelium, sicut vineam absque murorum ambitu, vt possit à quolibet transeuntium conculcari. Hoc enim dixit vt sensualitatis, & naturalis nolitionis voluntatis aduocatus, sed ratio concludit vt superius, fiat voluntas tua. August. Ex palmatur, qui est vera palma victoriæ, spinis coronatur quàm spinas peccatorum venit confringere, ligno suspenditur qui erigit elisos, aceto potatur, qui fons est vitæ, ligatur qui soluit compeditos, disciplina ceditur, salus vulneratur, vita moritur, occiditur ad tempus vita à morte, vt in perpetuum à vita occidatur mors, hæc ibi. Deinde dixit patri, consumatum est. Scilicet corpus meum à capite vsque ad pedes vulneribus, vt dicit Isa. vt in me non sit sanitas. Consumata est, & perfecta iam omnis obedientia mihi à te imposita. Consumata est omnis prophetia de me scripta, quemadmodum Isai. 53. prædixit. dicas hic si vis totum capitulum. Bernard. Homo respice oculo mētali, quantum astringeris redemptori. Respice dorsum pacientis. Respice sudorem sanguinis & alaparum cōtumelias, & flagellorum instantiam. Coronam spineam, sputi ludibria, crucis angariam, patibuli suspendium, languentes oculos, oris palorem, fellita cibaria, amara pocula, caput inclinatum, latus vulneratum, mortis dolorem, doloris clamorem, Virginis lachrymas, Apostolorum gemitus, & cæt. omnia quæ pro te passus est Rex glorię. Considera diligenter, quæ posita sunt, & vide si poteris respondere vnum pro mille. hæc ibi. Vltimo commendauit patri spiritum dicens. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Iam granum mortificatum est, & fructum magnum dedit, & dabit super terram. Ambrosius Caro moritur vt resurgat, spiritus patri commendatur, vt cœlestia à vinculo soluerentur, & pax fieret in cœlo, quam terrena sequerentur, hæc ille. Deinde prosequere, quæ acciderunt
Contemplatio in depositione Christi ex cruce.
miranda in Christi morte, & de eius depositione ex cruce. Et practice tenendo si commode habens Christum, absque cruce, dic quomodo Ioseph Abarimathia deponens Christum de cruce dedit eum super genua Matris suæ, quæ peruoluebat tunicam Ioseph sanguine cruentata à fera, idest, ab inuidia fratrum suorum Iudæorū. Et dicebat fili mi? quare rubrum est tuum vestimentum, quod ex meis purissimis sanguinibus confectum est? Fili quare tui cincini rore non cœli, sed sanguinis madefacti sunt? Quare caput tuum est contusum, sicut calcantium vuarum in torculari? fili, quare oculi tui intumuerunt, & caligauerūt in morte? fili quare facies tua deturpata est, vt non sit tibi species neque decor? Quare perforate sunt tuæ manus & pedes, ita apertis confessionibus? fili quare pectus tuum sic laniatum sit? Fili quare à capite vsque ad pedes tuos nō est sanitas, vt appareas quasi leprosus percussus a Deo, & humiliatus? Vt quid te dimisimus lumē

oculorum

Digitized by Google

oculorum meorum, & scintilla animę? Contemplare in prohemio dicta, secundũ quod spiritus Domini te docuerit, inuitando ad planctum & commiserationem populum cum matre, & alijs mulieribus, deinde cum corigia vel fune circa collum tenendo, fac orationem pro populo, eius peccata Deo vt prodigus. & publicanus præsentando, & implorando ex parte eorum misericordiam Dei, & iræ suæ à suo populo auersionem. Vt sit eis non in damnationem, sed in saluationem ęternam eius sanctissima passio. Deinde benedic ipso crucifixo populum. Et remitte eos in pace. Amen.

IN DIE SANCTO PASCHAE, SERMO VNICVS.

AD OMNIA INFERNA LOCA personaliter secundum animam Christum non descendisse, ostenditur: & quos potissimum Christus eduxerit, habetur patrum & exultatio, cum aliquibus Christi apparitionibus, post Matris Virginis salutationem.

HAEC DIES QVAM FECIT DOMINVS, exultemus, & lætemur in ea. Psalm. 117.

Psalm.

IN veteri testamẽto habemus, quãdo populus Hebræorum singulari dono, vel victoria potit' est, aliqua signa specialia letitiæ ab antiquioribus suis populo præcepta sunt fieri, quod ostenderunt in solemnitatibus Hebræorum. Primo in solemnitate Sabbathi quod representabat requiem ab omni opere, quod Deus patrauerat in seruitium hominis. Vnde septimus dies totius septimane domino consecrabatur, cæteros dies in seruitium hominis deputauit Deus. Erat festum Neomeniæ, idest, lunare, vt quando fiebat in mense nouilunium, propter beneficium gubernationis diuinæ. Erat festum Penthecostes, quod fiebat in memoriam date legis post quinquaginta dies ab exitu de Ægypto. Erat festum tubarum, quod representabat, quando Isaac liberatus est, ariete substituto pro eo. Erat festum propitiationis, quando placatus est Dominus per orationem Moysi in adorationem vituli. Erat festum tabernaculorum, quod represen tabat progressum filiorum Israel per quadraginta annos versus terram promissionis, qui illis temporibus in tabernaculis degebant. Erat & festum Phase quod festum representabat diẽ, quando Angelus pertransijt per Ægyptum, & occidit Ægyptiorum primogenitos saluis Iudęis. Et ita hodie secun-

cundum sanctam Ecclesiam hic dies repræsentatur, quando Christus fecit transitum de morte & limbo ad vitam per resurrectionem.

¶Hoc mane prædicabimus de gaudiosa resurrectione Christi. Sed vt clarius de ea loquatur mystice interpretando, quæ dicta sunt, primo videbimus, Christus post mortem quomodo descendit ad limbum Sanctorum Patrum, & quid ibi fecerit. 2. quomodo surrexit, & quibus, illa die resurrectionis apparuit.

De.4. locis inferorum & quomodo Christ⁹ ad omnes descendit, & quid ibi fecerit.

¶Quo ad primum est prænotandũ. quòd sunt quatuor loca in inferioribus terræ deputata animabus, quæ decedunt ex hac vita, de quibus alias prolixius diximus in sermone de cognitione animarum. Est locus absolute damnatorum, qui vocatur infernus, de quo dicitur. mortuus est & diues & sepultus est in inferno. Et hic locus est secundùm doctores in centro terræ. Alius locus est purgandorũ, & vocatur apud Christianos purgatorium. Et dicit sanctus Gregorius, quòd est idem ignis inferni, sed opere distinctus: quia ille punit sine purgatione, hic autem punit ad purgationem ad tempus. De his vide nostros sermones de damnatis & purgatorio. Tertius locus est sanctorum patrum, qui est secundùm doctores circa infernum, in quo est pœna damni, idest visionis æternæ carentia propter peccatum originale ad tempus, hoc est vsque ad Christi descensum ad ipsos, vide in primo libro. Quartus locus est puerorum, qui decedunt ex hac vita, vel absque fide parentum, vel apud Christianos absque baptismo. Et hic etiam locus est citra infernũ. In quo loco est pœna damni, idest, priuatio beatifica perpetuo. de his vide in nostro sermone vbi supra. Et dicunt doctores ꝙ Christus post mortem suam ad omnes has partes descendit, licet alio & alio modo. Et hic accipitur totum pro parte, idest Christus secundum animam, cum corpus eius in illo triduo fuerit in sepulchro, non tamen exclusa diuinitate, quę nunquàm fuit separata nec à corpore nec ab anima. Nam solum secundum animam personaliter descendit ad sanctos patres in limbo, secundum quod dicit. Tu autem in sanguine testamenti tui, emisisti vinctos tuos, de lacu in quo non est aqua, idest pœna sensus, de qua dicitur. Ab aquis niuium transiet ad calorem nimium, idest damnatus. Ad alia loca infernorum descendit virtualiter, quia in omni locorum dictorum existentes, per effectus quos nouiter persenserunt in eis, cognouerunt animã Christi aduenisse ad limbum patrum, modo quo Papa existés Romę cognoscitur per virtutem suam in omnibus partibus mundi. Et quos effectus in talibus locis suæ præsentię ostendit Christus, declarat Sanctus Petrus vbi dicit. His qui in carcere erant spiritualiter veniens prædicauit. Quæ prædicatio secundum sanctum Tho. & Damascenum, fuit quædam increpatio quo ad damnatos, & dæmones. Quo ad purgandos & pueros decedentes cum oreginali fuit consolatio. Quid autem increpando, vel consolãdo dixerit ignoramus, sed nobis relinquitur contemplari. Dicit enim sanctus Thom. vt diximus personaliter visitauit sãctos patres, quos etiam visitauit per gratiam consumatam, ideo dixit latroni, hodie mecum eris in Paradiso. Purgandos consolatus est, eos cito inde purgatos ad gloriam beatam exituros, & hoc de rigore iustitiæ, sed sanctus Vincentius dicit, quòd omnes inde eduxit per suam resurrectionem ex magna sua liberalitate, modo quo princeps nouiter adueniens cum triumpho ad aliquam ciuitatem, gratiose educit omnes vinctos ex carceribus, debitis obligatos. Pueros etiam cum originali consolatus est, quia quamuis non possidebũt gloriam beatorum, quia inepti ad ipsam propter originale peccatum, nihilominus in iuditio cum cęteris resurgent integri corpore, staturę triginta annorum & ibi videbunt gloriã Christi

Zachar. 9.

Iob. 24.

1. Petr. 3.

Digitized by Google

De pueris decedentibus in solo originali peccato.

sti non tamen per beatitudinem. Insuper consolatus est eos, quàm inhabitabunt hunc mũdum post iudicium vniuersale, pleni omni naturali perfectione intellectus, secundum quod status eorum exigit. Damnatos autem in inferno cum dæmonibus increpauit de superbia, & inuidia eorum, & de ingratitudine, maxime Iudæos. Qui cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt. Tu autem similia conuenientia adde. De sanctorum patrum allocutione in limbo personaliter dicitur Isai. 49. vbi pater alloquitur filium dicens. Dedi te in fidem, idest, in pacem populi, vt diceres his qui vincti sunt, idest, existentibus in purgatorio obligatis adhuc purgari ex rigore iustitiæ, exire. Et his qui sunt in tenebris, idest, in limbo patrum, reuelamini, idest, prosilite ad lucem gloriæ. Multa possis dicere de descensu Christi ad limbum sanctorum patrum, vt quare illuc descenderit, quæ vide in San Thom. 3. parte de descensu Christi ad limbum. His præmissis dicamus ordinẽ, quo Christus descendit ad inferos, vt pie contemplari potest. videns magnus lucifer in passione eius magna signa ipsius humanitatis, vt qa timeret mortem, & de eius agonia, & multis alijs, iuit ad dæmones limbum patrum custodientes. dicens eis. Congratulamini mihi, quia de Christo, qui reputabatur esse Deus, inueni per manifesta signa, quòd esset purus homo. Propterea læti estote, quia iam captus est ad mortem, & ipsum concludemus sub istis tenebrosis carceribus, sicut cæteros generis humani viros. Cui tartareæ potestates respondent. Est ne iste Christus, qui puellam Archisynagogi resuscitauit, & filium matris viduæ, & Lazarum. Quibus Lucifer. ipse est. Et tartareæ potestates. Adiuramus te per nostras virtutes, reuertere cito, & conare impedire eius mortem quoniam vere deceptus es, & nostra potestas iam perit, quia & Zach prophetauit de eo & Isa. vbi supra, quòd aufert à nobis nostram potestatem expoliando locum illum. Nam tantam virtutem eius infernus persensit, vt nullo pacto ad vocem eius prædictos mortuos potuerit retinere. Quid ergo effectur⁹ est veniẽs ad nos personaliter, si eius potentiam absentem non valemus comprimere? Vere ipse est Deus vincens omnem malitiam nostram, & tu eris causa nostræ ruinæ. Insuper animaduertimus nouos modos gaudij inter detentos à nobis, nouasq́; confabulationes adinuicẽ quasi & ipsi persenserint aduẽtum huius Mesię expectati ab ipsis. Igitur reuertere, reuertere, si quo modo valeas impedire mortem eius, vt salus humana saltem tardetur, & nostrum dominium prolongetur. His auditis Lucipher reuersus apparuit vltra, quòd Pilato persuadebat pro eius liberatione, eius mulieri in somnis in varijs cõminatorijs formis, quatenus apud Pilatum virum suum instaret ad eius liberationem, sed nihil profecit. Quia sapientia vincit malitiam, nec est consilium supra consilium Dei, qui diffiniuit sic pati filium suum, & ita intrare in gloriam suam. Tandem dum Christus in cruce esset affixus, venit Lucifer super lignum crucis, vt dicit Beda, & Sanctus Vincentius, si in Christo inueniret quidquam sui, secundum quod Christus, princeps huius mundi, & in me non habet quidquam. Et iterum nunc dixit. venit princeps huiusmodi eijcietur foras. Et dum diceret patri in manus tuas commendo spiritum meum, iuit ad inferos Lucifer dicens eis. Nunc fortificate portas inferi, quia nunc descẽdit Christus ad vos in virtute sua, quoniam iam patri commendauit spiritum suum. Et statim dæmones armati, & fortificati sunt tota sua potentia & virtute, claudendo limbum portis ereis & vectibus ferreis, vt dicit Psal. Interim contemplari pie possumus resistentiam dæmonum in aperiẽdo Christo venienti, ipsas portas, scilicet Christus ante se præmisit angelum

Sap. 2.

gelum Michaelem propugnatorem dę monum ad limbum, mandans sibi ex parte eius, quòd aperirent portas tartareas limbi pro aduentu eius, modo regio ad castrum capiendum. Pręmisit etiam mirabilem splendorem ad patres sui præuij aduentus, quē splendorem præsentientes dixerunt adinuicem. Iste nouus splendor debet esse actoris luminis, qui venit oriens ex alto illuminare nos, qui in tenebrosis vmbris mortis sumus. Et surrexit Isaias & Zacha. vt supra, dicentes se prophetasse de aduentu iusti huius & ita dic de alijs prophetis. Et Simeon iustus & timoratus cum Anna prophetissa dixerunt se oculis eum vidisse, & cætera, quæ de Simeone Euangelium dicit. Et sanctus Ioannes idem eis narrauit. Tunc exultarunt insultantes dæmonibus. Practica de huiusmodi. Dum hæc fierent. Ecce Angelus Michael venit ad Ianuas percutiens fortiter acclamās. Attollite portas principes vestras. Et hæc discordia, vel hoc certamen accipitur pro renitentia voluntatum adinuicem, quia vt dicit. Ioan. Solus agnus occisus potuit soluere hoc ligamen. Et ideo dæmones remittendo sibi dixerunt. Et quid vis apud nos. Respondit. Præauntius sum Iesu Christi filij Dei viui, qui est rex gloriæ intratur⁹ ad vos. Et dęmones nos alium regem non cognouimus tantæ gloriæ, sicut est noster Lucifer similis Deo. Et iterum Michael attollite portas, &c. Et introibit Dominus fortis. Responderunt fortis est Leuiathan, & Lucifer noster, sicut bene norunt primi parentes humani generis, quos etiam detentos in his carceribus tenemus. Iterum Michael Attollite &c. & introibit rex potens in prælio. Et dæmones. An nescis, quia Beemoth testiculorum perplexi sunt nerui, vt dicit Iob 40. Quis enim astutior ad præliandum nostro Lucifero? Et iterum Michael pulsat, aperite, quia hic est præliator virtutum. Et nolentes aperire, ecce Christus venit, idest, anima Christi perso- Apocal. 5.

naliter ratione suppositi diuini. Et statim ad eius aduentum confractæ sunt portę inferi, vt dicit Psalm. Contriuit portas ęreas, & vectes ferreos confregit. De his Ioan. Non est inuentus aliquis neque in cœlo, idest, de Angelis, neque in terra, idest, de sanctis prophetis, neque subtus terram, idest, de sanctis patribus in limbo existentibus, qui posset aperire librum, idest, chyrographum obligatorium ad limbum, & soluere signacula eius, idest, pro apertione Paradisi, nisi solus agnus occisus, idest, Christus, qui propter nostras iniquitates attritus & occisus est, & Leo de tribu Iuda. De his Leo Papa post passionem Christi ruptis vinculis mortis, infirmitas in virtutem, moralitas in æternitatem, contumelia transit in gloriam. Et Hieronymus. ascendit Leo de cubili suo, & prædo gentiū se leuauit. De hoc Christi descensu ad inferos, vide Augustini perpulchras contēplationes in maiori nostro Breuiario in Sabbatho sancto, & Voraginem in die Resurrectionis circa finem. Sed breuiter concludamus quod August. contemplatur. Confestim æterna nox inferorū Christo descendente resplenduit, moxque ferruginei ianitores talia inter se ymbrosa silentia motu incumbente submurmurant. Quis nanque iste est terribilis, & nimio splēdore coruscans? Nunquam talem excepit noster tartarus. Nūquam in nostram cauernam talem euomit. Inuasor est iste, non debitor. Effractor, & destructor, non peccator, sed prædator. Iudicem videmus, non supplicem. venit pugnare, nō succumbere, eripere, nō manere. Moxque igitur Christus inter ipsos crudeles ministros pœnarum acies dirigit, atque implacabiles turmas framea diuina concidit, ipsa quoque antra ferrei cubilis intrante fortissimo, atque fortiore, æternis nexibus colliguntur. Tristes ergo nox lugentesque diuturno squallore turbæ, populique vexati concurrunt, & ereptoris sui vestigijs aduoluuntur. Ecce Apostolica dicta pro- Apocal. 5.

Digitized by Google

probantur. In nomine Iesu omne genuflectitur. & cæt. Et humili ac læta voce supplicant. Aduenisti Redemptor mundi, aduenisti, quem desiderantes quotidie expectabamus. Adue nisti quem nobis venturum I[illegible] nuntiauerat & prophetæ. Aduenisti donans in carne viuis indulgentiam peccatoribus mundi, solue captiuos defunctos inferni. Descendisti pro nobis ad inferos, noli deesse nobis cum reuersus fueris ad superbos. Posuisti titulum gloriæ in cœlo, pone signum victoriæ in inferno. Venisti tandem clemẽtissime Iesu. succurre iam & par ce fessis. Nunc Christe seuas extingue minas, iam misericors exsolue mugitus. Redemisti viuos cruce tua, eripe mortuos morte tua. Hæc Aug. quos quanta consolatione Christus est con solatus quis enarrare queat? gaudium que & exultationem ipsorum, quis edissere possit? Si enim Thobia cæcus dixit Angelo eum salutanti, gaudium tibi sit Thobia, quod gaudium est mihi cum cœli lumen non video. & cæt. In quanta tristitia stabant à prolixio ribus tẽporibus in lymbo patres, vbi erat vmbra mortis, vt dicit Zachar. in cantico. Et in quanta lætitia fuerunt, quando sol iustitię apparens eis illuminauerit eos, & secum in suam societatem beatam assumpsit. Contemplãdum est pie quòd Christus totum cursum vitæ suæ eis, vt gigas enarrauit, & quomodo manu inermi & brachio in cruce extento vicerit omnes tartareas potestates. Et ibi moratus est cum eis per tres dies & noctes, in eis partem pro toto accipiẽdo. Cuius fractionis portarum præcessit figu ra in Sãsone, qui portas clausas in Gazam portauit super humeros suos iudicum. &c. Et in Angelo Raphaele, qui Asmodeum dæmonem homicidam re ligauit in deserto superioris Ægypti. Thob. 8.
Per totum triduum iacẽtis Christi in sepulchro beata Virgo stabat in orationibus, & contemplationibus suis expectans consolationem personalem Christi resurgentis. Nam nouerat patris sui dicentis ad ipsum desiderantem resurrectionem, respõsionem per Psalm. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et pater ad ipsum. Exurge psalterium meum & cithara mea, quia semper fuisti consonans cum mea voluntate. Et Christus respondet patri exurgam diluculo, scilicet tertia die figurata in Ionę euomitione, quando tertia die piscis euomuit eum. Dum igitur sic beata virgo contemplaretur, pie contemplandum est, venit ad eam Angelus Gabriel suæ desponsationis olim paranimphus, nunc autem bonus & lætus suæ resurrectionis nuncius, sibique debita reuerentia præmissa, Christi aduentum gloriosum cum turba patrum eductorum de limbo prænũciat. O quam lætabunda fuit. Hoc fuit reuelatum beato Gregor. cum Angelus decantauit ei. Regina cœli lætare alleluia, quia quem meruisti portare alleluia, resurrexit sicut dixit alleluia, vide in eius historia. Et me præmisit suum aduentum tibi prænunciare. Et dum. Sic adinuicem loquerentur aspiciens beata Virgo per fenestram dixit. Quis est iste qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra? id est secundum interpretationem nominum angustiatus & tribulatus ac sanguineus. Cui Angelus ipse, est tuus dilect⁹ filius totus candidus, & rubicundus, propugnator iustus, qui vicit manu inermi & brachio extento in cruce omnes tartareas potestates. Et statim Chris cum triumphi vexillo sequente eum sanctorum patrum turba, secũdum quod dicit Paulus, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, venit ad matrem, & in osculum adinuicem prorumpunt. O quam dulcia oscula & amplexus eorum fuerunt. Deinde ostẽdit filius matri suę captiuos eductos ex vmbra mortis. Et tunc omnes in eius gloriam proruperunt dicentes sibi illud quod populus Hebræus can tauit. Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri. Et aue gratia plena Dominus te- Iudith. 15.

cum,

Digitized by Google

cum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus. Et beata virgo ad eos. Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Sicut locutus est ad patres nostros. & cæte. Tunc dilectissimus filius enarrauit matri suæ, quæ per eum in limbo gesta sunt. Sed quærit ex dulci amore matri suæ, quæ per eum in limbo gesta sunt. Sed quærit ex dulci amore mater. Fili scio quòd à planta pedis, vsque ad verticem in passione non fuit in te sanitas, quid ergo sunt plagę istę in medio manuum tuarum, postquã aliæ solidatæ sunt? Mater dilecta has volui reseruare, vt gigas plagatus pro fidelitate Domini sui, & victoria sua habita per plagas. 2. vt sint excitatiua ad orandum pro genere humano, pro quo tantas plagas sustinui ex amore.

Hebr. 4. De his vide Paulũ ad Hebr. Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia absque peccato. 3. vt quilibet cum fiducia veniat, & accedat ad suum capitanium orandum, pro placando patre cœlesti.

Psalm. Recordatus est figmenti sui. Et Isai. 45. dicit. Syon oblitus est Deus Israel. Nunquid obliuisci potest mulier infantis sui, vt nõ misereatur pueri vteri sui? sed si ipsa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar.

Hebr. 5. Et iterum Paul. Adeamus ergo cum fiducia ad thronũ gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. 4. pro fidei confirmatione discipulorum meorũ, vt me eundem noscant esse nunc per resurrectionem, qui cum eis fui in peregrinatione & conuersatione. 5. In confusionem dæmonum quos vici manu inermi, & brachijs extentis in cruce. 6. in exprobrationem ingratorum in iuditio. Vnde Augustin. dicet eis. Ecce hominem quẽ crucifixistis, videtis vulnera quæ infixistis. Agnoscite latus quod pupugistis, quoniã per vos & propter vos apertum est. hæc ibi, tu autem eodem modo practice hic, fiet contra ingratos Christianos, de quibus in Psalm. Dixit filius ad patrem. Quem tu percussisti, idest, percussionibus exposuisti, persecuti sunt Christiani ingratitudine, & super vulnerum dolorum meorum addiderunt, quantum est ex parte ipsorum. His peractis Christus fecit eam Reginam Angelorum & aduocatam specialem hominum, vt ipsa possit omnibus succurrere, sicut & filius eius, vt dicit sanctus Tho. In opusculis in expositione Angelicę salutationis. Et mater ad Christum dilecte fili. Nostis inquam magno dolore post mortem tuam remansit Maria Magdalena cum cæteris Marijs, sperantes tamẽ in tua resurrectione, sicut eis promisisti, quæ hoc mane diluculo profectę sunt cum vnguentis ad monumẽtum, vt corpus tuum vngerent. Rogo velis etiam ipsas cõsolari sicut & me, necnon & scolam tuam discipulorum, qui ob tuam mortem in maxima sunt tristitia. vt sicut & ego, etiam ipsi sint particeps tui gaudij & triumphi. Qui sibi promisit statim se omnia facturũ. Et vale dicens matri suę profectus est ad sepulchrum, vt occurreret mulieribus. Et vt habetur ab Euangelistis hodie quinquies apparuit. Nam sepulto Iesu mulieres iuerunt & præparauerunt vnguentũ, vt more Iudæorũ vngerent corpus Iesu, & imminente sabbato non potuerunt perficere, quę cęperunt, propterea tota die Sabbati quieuerunt pp solemnitatem, quæ à vespera vsque ad vesperam protendebatur secundùm legem. Transacto aũt sabbato post vesperas parauerunt vnguenta, quæ die præcedenti parare cęperant. Cũ ergo trãsisset sabbatum, vt hic dicit Marcus, Maria Mag. & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent corpus Iesu, & antequam venerant ad monumentum Christus clauso sepulchro surrexit, & terremotus magnus factus fuerat. Nã sicut dicit Mat. Angelus dñi descendit de cœlo habitu candido, cuius aspectus erat sicut fulgur, præ timore cui9 exterriti sunt custodes, & recesserunt inde.

inde. secundum autem Marcum valde mane vna Sabbatorum prędictæ mulieres veniunt ad monumentum orto iam Sole, ideſt quando Sol incipiebat albeſcere ſicut quando incipit fieri aurora. Venientes autem ad monumentum loquebātur adinuicē. Quis nobis reuoluet lapidem à monumento, quia erat magnus valde. Reſpicientes autem viderunt ipſum lapidem reuolutum à monumento. Nam ſecundum Matthæum Angelus Domini deſcendit de cœlo, & reuoluerat lapidem, & ſuper eum ſedebat, qui dixit mulieribus, nolite timere. Scio enim quòd Ieſum quæritis crucifixum. Non eſt hic. Surrexit enim ſicut dixit. Venite & videte locum, vbi poſitus fuerat. Et ſecundum Marcum introeuntes in monumentum inuenerunt iuuenē ſedentem à dextris coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt. Qui dixit eis, nolite expaueſcere. Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum, ſurrexit, non eſt hic. Ecce locus vbi poſuerunt eum. Et dixit Angelus eis, quòd irent & dicerent Diſcipulis eius & Petro, quòd præcederet eum in Galileam, ibi eum videbunt, ſicut dixit eis. Redeuntes ergo hę mulieres ad Diſcipulos nunciauerunt eis, quæ viderant & inuenerant, & viſa ſunt eis quaſi deliramenta. Sicut autem dicit Ioannes. Petrus & Ioannes audito quòd Chriſtus ſurrexerat, cucurrerunt ad monumentū, & Ioannes pręcucurrit, non tamen eſt auſus ingredi in monumentū, ſed Petrus animoſior ingreſſus eſt, & non inuenit corpus Ieſu, ſed linteamina, & ſudarium, quod ſuper caput Ieſu fuerat, & reuerſi ſunt ad ſuum locum. Maria autem Magdalenæ quę ſecuta erat hos duos diſcipulos ſtabat foris plorans ad monumentum, & inclinauit ſe ad monumentum, & vidit duos Angelos vnum ad caput, alium ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu, & dixerunt ei. Mulier quid ploras? quæ ait, quia tulerunt dominum meum. & neſcio vbi poſuerunt eum. Et conuerſa vidit Ieſum ſtantem. & neſciebat, quia Ieſus eſſet. Dixit ergo ei Ieſus. Mulier quid ploras? quem quæris? quæ extimans quòd hortulanus eſſet, dixit. Domine ſi tu ſuſtuliſti eum dicito mihi, vbi poſuiſti eum, & ego eū tollam vide dilectionem huius mulieris. vltra quæ in vita exhibuerat Chriſto, vt eam in dilectione merito commendauerit, hic ſolicite quęrens Chriſtum ad omne periculum vitæ ſe exponit pro ipſo dicens. Et ego eum tollam. Practica hic. Vere talibus Chriſtus, & Angeli merito apparent. Dicit ei Ieſus, Maria. Et ſtatim Maria oculis & mente eum cognouit, quoniam qui amore ardent in Deo, Deus ſe eis præbet familiarem & doctorem & ignem ardentem. Et ait ex admiratione Rabbi, ideſt magiſter, tu es quē quæro, cuius amore langueo. Et procidens in terram voluit tangere pedes eius, & Chriſtus non permiſit ſe tangi, ſed dicitur quòd Chriſtus digito tunc eam auertens à ſe in fronte tetigit, vt & nunc apparet in fronte eius preſſura, vel ſignum digiti preſſi, ſed vade dic fratribus meis. In proximo eſt vt aſcēdam ad patrem meum. Et Chriſtus receſſit ab ea. Maria autem ſtatim profecta eſt ad diſcipulos certificata de eius reſurrectione. Et inuentis mulieribus, quæ ſecum ierāt ad monumētum, narrauit eis quæ acciderant. Et iam certis de reſurrectione occurrit Ieſus dicens eis, auete. &c. proſequere, quomodo Petrus tunc cucurrerit ad monumētum. 3. apparuit Petro vt dicit Lucas. Et creditur recedenti à monumento, vt eum conſolaretur, ne deſperet de negatione. 4. eadem die Diſcipulis duobus in Emaus euntibus. 5. decem Apoſtolis. Poſtea hortare populū reſurgere cum Chriſto in nouitate vitæ, quærendo quæ ſurſum ſunt, quia ſic & ipſis apparebit in morte ſaltem eos conſolando, & in hac vita illuminando per gratiam, & inflammando per charitatem.

Digitized by Google

FERIAE SECVNDAE IN PASCHATE, SERMO VNICVS.

HVMANA PEREGRINATIO exaratur, vbi & de peregrinantium habitu moraliter, vt ad vitam æternam transeamus, & ęternæ gloriæ panis nobis frangatur.

TV SOLVS PEREGRINVS ES IN Hierusalem? Lucæ 24.

Luc. 24. NOuimus teste scriptura Deum fecisse tria propria habitacula habitantium. Hunc mundum vt in eo animalia habitent, quia Paradisus Terrestris in prima institutione hominis, pro eo est factus. Gen. 2. Infernum pro damnatis, & Paradisum Cœleste pro beatis tam Angelis, quàm hominibus. Vnde August. fecit Deus hominem vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. Quod in hac vita militari consequi non valet. Et Paulus, quòd nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quæ præparauit Deus his qui diligunt eum, nobis autem hoc reuelauit Deus per spiritum suum. Cum igitur finis noster non sit in hoc mundo, sed in alio, clare patet, quòd soli homines sunt peregrini in hac vita. Ideo & Christus hortatur omnes. Nolite thesaurizare thesauros in terram, sed in cœlo. &c.

Per totum Euangeliũ moraliter agitur nos esse peregrinos in hoc mundo, iō admodũ peregrini trāseundũ est ad patriā cœlestem.

¶ Hoc mane ne sim prolixus declarabimus, quomodo homo est peregrinus in hoc mundo, ideo peregrini, & viatoris moraliter debet iter facere, mòdo quo peregrinus illud facit eundo ad suam patriam. Dicit beatus August. Cor humanum in desiderio ęternitatis non fixum, nunquam stabile potest esse, sed omni volubilitate volubilius de alio in aliud transit, quęrens requiem vbi non est. In his autem caducis rebus, & transitorijs in quibus eius affectus captiuus tenetur, veram requiem inuenire nō valet. Quoniam tātæ est dignitatis, vt nullum bonum præter summum ei sufficere possit. Vnde cuius obiectum est summa veritas & summum bonum, nullum particulare bonum eū saciare potest. Quoniam & secundum philosophum obiectum intellectus est verum, & obiectum volūtatis est bonum, & non hoc vel illud. Ideo hoc considerans Dauid dicebat. Saciabor cum apparuerit gloria tua. Et Moysi dixit Deus. Veni & ostendam tibi omne bonum. Ex quibus verbis apparet manifeste, quòd in hac vita homo est peregrinus, cū nulla re saciari possit, vt quiescat in ea spiritus eius. Ideo Aug. dicit inquietum est cor meum donec requiescat in te. Et Psalm. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontem aquarum, ita desiderat omnia mea ad te De⁹. Et Christus Samaritanæ dixit. Hanc aquam quam tu petis, quicunque biberit, sitiet iterum. Quoniā & secundùm Gregorium. Hoc autem inter delitias corporis & cordis distare solet, quòd corporales delitiæ cum nō habentur, graue in se desiderium accendunt. Cum vero habite ędūtur, comedentem pro-

protinus in fastidium per facietatem vertunt. At contra spirituales delitiæ cum non habētur in fastidio sunt, cum vero habentur in desiderio. Clare igitur patet, quòd homo in hac vita mortali sit viator & peregrinus, cū complementum desiderij in hac vita in nullo habere possit. Et hoc figuratiue exprimitur in Helia, qui non potuit inuenire Dominum peregrinando, nec in uento scilicet humanæ gloriæ, nec in terremotu humanarum agitationum, aut auaritiæ, quia pecuniæ obediunt omnia tanquam trementia in conspectu earum. Nec in igne voluptatum, sed in aura placida, quæ denotat gloriam beatorum, in qua est omne refrigerium. Et hæc nostra peregrinatio est figurata in filijs Israel, qui non quieuerunt in deserto ambulantes, sed in tentorijs habitabant donec venirent ad terram promissionis. Et in Mathusalem de quo dicit fasciculus temporum, dum in tentorijs vitam ageret, essetque annorum. 500. dixit sibi Deus, vt ædificaret sibi domū, eo quòd superuicturus sit adhuc annis. 500. Qui respondit. pro tantillo vitæ non ædificabo mihi domū. Idem

Hiere.35. in filijs Rechabitarum. Quibus pater mandauit in tētorijs habitare, & quòd

Gene.47. domum sibi non ædificarent. Et hoc animaduertens Iacob interrogationi Pharaonis quot annos haberet, respōdit. Dies peregrinationis meæ. centum triginta anni parui & mali, & nō peruenerunt, vsque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt. Et

2.Cor.5. Paulus ad Corinth. Audentes igitur semper & scientes, quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino, & concludit, & ideo contendimus, siue absentes, siue præsentes placere illi. & iterum scimus quoniam si terrestris nostra domus huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus domum non manu factam, æternam in cœlis, & concludit si tamen vestiti, idest, bonis operibus inueniamur, & hoc animaduertens Dauid dicebat in sua oratione. Exaudi Deus orationem meam, auribus percipe lachrymas meas. Ne sileas à me, quoniam ego aduena sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei, & de Christo Hierem. 14. capit. dicit. Quare quasi colonus futurus es in terra, quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es quasi vir vagus, & fortis, qui non potest saluare? Vade & lege totam vitam & actus Christi, inuenies, qui tota fuit in peregrinatione. nec in hoc mundo voluit regiam dignitatem vt patet. & quoniam Christi actio nostra est instructio, ideo & nos vt incolę similia debemus agere, secundum quod figuratiue est scriptum. Inspice & fac secundùm exemplar datum tibi in monte. & Paulus ad Heb. Pro omnibus supra dictis dicit. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. & ideo Sanctus Ioannes primo cap. 2. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Quoniam omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ nōn est ex patre, sed ex mundo est. & mundus transit, & concupiscentia eius. Propterea Paulus dicebat. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Hic habes ad propositum perpulchrum capitulum Sapientiæ 5. dicas ipsum saltem sententialiter. & est totum de mundi instabilitate & vanitate, & quomodò nos sumus peregrinantes, & non stabiles in hoc mundo, cum dicat Sanctus Iacob. Adulteri nescitis, quia amicitia huius mundi inimica est Dei. Quicunque ergo voluerit esse amicus huius seculi, inimicus Dei constituitur. & non immerito. Quia veritas in eo non est, cum sit vanus. Ecclesiast. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. In mundo non potest esse sanctitas, quia malignus totus mundus in maligno, idest in malo igne positus est. In mundo non est securitas, quia est periculosus. Esai. 24. Formido & fouea, & laqueus super te, quia habitator es terræ. Quis enim est vt dicit Boetius,

Exod.25.
Hebr.3.
De mundi malignitate.
Iacob. 4.
Eccle.1.
1.Ioan.5.

tius qui cum sua fęlicitate non rixetur, & iterum rotam volubili orbe versamus, ima summis summa imis mutare gaudemus. Ascende ergo super eam si placet: vt cum iudicii nostri ratio exposcet te descendere, descendas. In eo non est honestas. Quia est immundus. Psalm. Educ me de lacu miseriæ, & de luto fęcis. Et hoc figuratur in Hieremia proiecto in cisterna in fęcibus vsque ad collum, vt sibi morte amarius esset. Vide Fer. 6. 2. Dom. Quadrag. & Psal. Sepulchrum patens est guttur eorum quia totus fętidus vt sepultura quatriduani. Non est in eo tranquillitas, quia inquietus, August. inquietum est cor meum, donec requiescat in te. Et, Christus dixit. In mundo præssuram habebis, in me autem pacem. In mundo non est ęquitas, quia est deceptorius. Isai 36. sicut baculus arundineus sic Pharao Rex Ægypti omnibus qui confidunt in eo. Pharao interpretatur nudauit virum vel dissipauit eum, & discooperiens eum. Ægyptus interpretatur tenebrę vel angustia. Omnia hæc practice extende. Quem enim & in temporalibus & in spiritualibus in se confidentem non nudat? Quem non dissipat? quē non discooperit vt iaceat nudatus, & confusus vino eius sicut & Noe? In mundo nō est stabilitas, quia transitorius, quoniam transit mundus, & concupiscentia eius. De mundi fallacia, & instabilitate perpulchrè August. ad Heremitas contemplatur. O munde proditor cuncta bona promittis, sed cuncta mala profers. Promittis vitam, sed das mortem. Promittis gaudium sed largiris merorem, promittis quietem sed das turbationem, promittis florem sed cito vanescis, promittis stare, sed cito recedis. Loquātur mihi omnes tui amatores, o munde immūde, quibus florem serenissimę iuuētutis pręstare voluisti, vitam diuturnam, diuitiarum copiam, familiarum abundantiam, pacis amenitatem. An in hac vita habuerint gaudium sine dolore, pacem sine discordia, quietem sine metu, sanitatem sine infirmitate, lumen sine tenebris, pacem sine dolore, risum sine fletu. Nolite ergo fratres diligere mundum, quia transit mundus, & concupiscentia eius. Qui vere figuratur in arbore forti alta, & procera vsque ad cœlum, cuius folia erant pulcherrima, & fructus eius nimius, aspectus eius vsq; ad terminos vniuersę terræ, & in eo erat esca omnium animalium, & videbatur nunquam posse deijci, quia dixit Nabuco donosor, qui hanc arborem viderat. Nōne hęc est Babilon ciuitas magna, quam ego edificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei, &c. Et tamē audiuit vocem succidite arborem, & præcidite ramos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus eius, fugiāt bestiæ quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius. Quæ facile est applicare. Vere adhuc potest figurari per Ederā sub qua Iona peregrināde quieuit. 4. cap. vbi dicit, præparauit Dn̄s Deus ederam, & ascendit super caput eius, vt esset vmbra super caput eius, & p tegeret eum. Laborauerat eīn Et letatus est Iona super Ederam letitia magna. Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum, & percussit Ederam, & exaruit. Et cum ortus esset Sol præcepit Dn̄s vento calido, & vrenti, & percussit Sol super caput Ione, & estuabat, & petiuit. s. ex impatiētia animæ suę vt moreretur. Et dixit melius est mihi mori quàm viuere. Et dixit ei Deus, putas ne irasceris tu super Ederam? Hæc ibi. Edera hæc in pulchitudine exorta sunt flores, & mundi pulchritudines, super quas miseri mundani peregrinantes vt Iona, quiescunt in magna letitia, modo quo. Diues, cuius agri magnam vbertatem dederunt, qui dicebat cogitas apud se, omnibus congregatis vbertatibus dicam animæ meæ. Aīa habes multa bona posita in annos plurimos requiesce, comede, bibe, epu-

Io. 16.

Gen. 9.

Dan. 4.

Luc. 12.

epulare. Dixit autem illi Deus. stulte hac nocte animam tuam repetūt à te, quæ autem parasti cuius erunt. Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deū diues. hæc ibi. Vermis igitur aduersitatum, vt Aug. superius dixit, & accidit arbori Nabuchodonosor, insperate venit super quiescentes in croceis, vt hic apud Lucam dixit Deus. Et Ecclesiast. ait. Extrema gaudia luctus occupat. Et Tren 4. qui vescebantur voluptuose interierunt in vijs, & qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Figuratiue sicut accidit Sedechiæ Regi Iuda capti per Nabuchodonosor & exoculati, ductique in Babyloniam. Vbi Rex Nabuchodonosor fecit magnum conuiuium gloriæ suę, & fecit educere ex carceribus. Sedechiam, vt duce puero in derisionem saltaret in sala conuiuij, & datū est sibi poculū ad profluxū ventris, & ibi profluxu deturpatus, & confusus est, reuersusq; ad carcerem ex dolore mortuus est. Mundus ergo miserum voluptuosum cęcat, vt non videat pericula eius. de quibus superius diximus, iuxta illud. Ambulauerunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Hic quamuis lasciuit tripudijs mundi, vt onager, nihilominus miser nescit, quòd mundus pocula sua dat insperate ad profluxum, & confusionem, & mortem & temporalem & spiritualem, vt vltimate cum Rege Ioachim. Sepultura asini sepeliatur, quia decorabitur in morte bonis suis, & anima eius proijcietur in inferno, vbi reponūtur omnes qui asininam vitam ducunt, sicut accidit epuloni diuiti, qui sepultus est in inferno post mortem, & dictum est sibi per Abraham dum quæreret, vt Lazarus refrigeraret linguam suā. Recordare fili quia recepisti bona in vita tua, Lazarus autem mala. Tu autem cruciaris, nunc ipse autem consolatur. Insuper coronabitur talis in mundo, eiusque gloria confidens, confusione cum Sobna proposito templi, de quo Isai. Quid tu hic, aut quasi quis tu hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, & excidisti in excelso memoriale, diligenter in petra tabernaculum tibi. Ecce Dominus transportari te faciet, sicut asportatur Gallus gallinaceus, & quasi amictum sic sublimabit te. Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam & spaciosam. Ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ. hæc ibi. Et portaberis vt mulier super amphoram vanitatum tuarum in terrā Senaar, quæ interpretatur fœtor eorum, siue excussio dentium, vbi ædificatur sibi domus, & ibi stabiliatur, & ponetur ibi super Basem suam. Nā in inferno erit fœtor, & stridor dentium, & fletus vt dixit Christus. Insuper damnabitur, vt mulier abominationis terræ, quæ portabat poculum aureū in manibus suis ad sui confusionem. vide historiam Apocalip. Facile est eam applicare, cuius etiam expositionem habes in nostra prædica de inferno. omnibus his insuper Baruch dicit. Vbi sunt principes gentiū, qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram. Qui in auribus cœli ludunt, qui thesaurizant aurum in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum. Qui argentum fabricant & solliciti sunt, nec est inuentio operum illorum. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum exurrexerunt. Hæc ibi. Et Isai. 40. cap. Audiui vocem dicentem sibi. Clama. Quid clamabo? omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus domini sufflauit in eo. hæc ibi. Concludamus igitur Ecclesiastic. vltimo capitulo. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua. hoc est omnis homo. Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum siue malum sit. hæc ibi. Cum igitur omnes sumus peregrini in hac vita militari, vt dicit Iob. vita hominis militia super terrā, quia in hoc mari periculoso exeunt quatuor venti pugnantes

Hier. 22.
Isai. 22.
Zach. 5.
Baruch. 3.

Digitized by Google

Dani. 7. gnantes adinuicem, vt ait Daniel, scilicet, & mors & vita, prosperitas & aduersitas. Psalm. Hoc mare magnum & spaciosum, vbi sunt reptilia quorum non est numerus, accipiamus pileum contra æstum auaritiæ. Nihil est iniquius quàm amare pecuniam, hic animam suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit animam suam. de his Paul. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationes & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorũ est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se dolorib. multis. Tu autem ò homo Dei hæc fuge. hæc ibi. Item defert capellum contra ventum superbiæ, quia dicit S. Iacob. superbis deus resistit. humilibus autem dat gratiam. Et Tobias senex filio suo. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipsa enim sumpsit initium omnis perditio. Item porta capellum contra pluuias & imbres concupiscentiarum, & luxuriarũ. Audi fili mi & esto sapiens, & dirige in via animũ tuum. Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in commessationibus eorũ, qui carnes ad vescendum conferunt. Quia vacantes potibus, & dantes simbola consumentur, & vestiẽtur pãnis dormitationis. Et Paul. Abijciamus opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus. Non in commessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & emulatione, sed induimini dominum Iesum Christum, & carnẽ tuã ne feceris in desiderijs. Multa circa prædicta diximus super Euãg. socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Accipe peregrini baculum cõtra canes & inimicos latrantes contra te, idest, fidem Christi & contemplationem crucis, quia dicit Petrus. Fratres sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tãquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. vnde & comedentes agnum Paschalẽ tenebant baculum in manibus suis. In quo baculo Iacob Patriarcha figuratiue transiuit Iordanem, idest, inundationes aquarum aduersantium, de quib. apostoli clamauerunt in mari Christo. domine salua nos perimus. Hic etiam est baculus figuratiue, quem Dauid contra Goliath Philistæum fortissimum assumpsit. De his lectulum Salomonis, idest, animam in qua requiescit Spiritus sanctus sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, idest, sancti Angeli, vt Michael pacis Angelus, & Gabriel fortitudo Dei, & Raphael medicina Dei. Et sunt sexies. 10. qui est numerus perfectus, quia nos iuuãt per sex dies septimane. omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. vniuscuiusque ensis super fœmur suum propter timores nocturnos. Hæc ibi. Indue te veste grossiori. Ego autem cũ mihi molesti essent, induebar cilicio, & humiliabam in ieiunio aĩam meam, & oratio mea in sinu meo cõuertetur. Quod denotat pœnitentiam, quæ sicut vestis cooperit totam turpitudinem corporis, & ipsa animæ. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. fornicationem, immundiciam libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus. Et Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et Christus in sua prima prædicatione. Pœnitentiam agite. appropinquabit enim regnum cœlorũ. Matt. 4. Aliter vt dicit Christus. vide historiã. Si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis. hæc ibi. Cingeque te cingulo castitatis. Vinũ & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos, & qui se iungit fornicarijs, erit nequam. Sicut accidit in Salomone, & Dauid & Sansone. vide etiã Eccl. 9. vbi dantur omni peregrinanti perpulchra documenta, vt possit conseruari in castitate. Calcia te ocreis

Moralis habitus humanæ peregrinationis.

1. Thim. 6.

Tob. 4.

Prou. 23.

Rom. 13.

Cant. 3.

Psalm.

Colloss. 3.

Luc. 13.

Eccles. 19.

Digitized by Google

ocreis, quæ sunt de pellibus mortuis,
quod denotat, quilibet se debet exti-
mare moriturum Nam nullus in ma-
iori periculo mortis est, quàm peregri
Ibidē. 41. nus, vt experientia edocemur. Memo
rare nouissima, scilicet quæ possunt ti
bi accidere circa tempus, & modum,
& locum mortis, & post mortem quæ
ventura super te, & in æternum non
peccabis. Et ideo consiliū tibi est Isai.
dispone domui tuæ, quia morieris. De
fert borsam, idest opera misericordię,
de quibus multa habes in nostra prę-
dica de eleemosyna. Et superius scri-
psimus fer. secunda Palmarū. Eccl. 29.
conclude eleemosynam in sinu paupe
ris, & ipsa exorabit pro te. In tuo iti-
nere apprehende vitam securiorem,
vt facias bonum dum potes, & ibi tem
pus impensum est. Et apprehende con
siliū Dauid. Declina à malo & fac bo-
num, inquire pacem & persequere eā.
Et Isa. 1. Lauamini mundi estote, aufer
te mala cogitationū vestrarum ab ocu
lis meis, discite bene facere, quiesci-
te peruersa agere, & venite & arguite
me: quia si fuerint peccata vestra, si-
cut coccinum, mox sicut nix dealba-
buntur. Item apprehende viam secu-
Eccles. 17. riorem. Non demoreris in errore im-
piorum, ante mortem cōfitere, à mor-
tuo quasi nihil perit confessio. Confi-
teberis viuens. viuus & sanus confite-
beris, & laudabis Deum, & glorifica-
beris in miserationibus eius. hæc ibi.
Item apprehende viam securiorē imi
tando sanctos viros. Psalm. Odiui Ec-
clesiam malignantium, & cum impijs
nō sedebo. Semper enim à viatoribus
bonorum societas est sequenda, sicut
fecit Tobias. Associatus fuit in itinere
cum Angelo Raphaele, qui cum sanū
& saluum conduxit & reduxit. Et Pro
uerb. 4. Ne delecteris in semitis impio
Tob. 5. rum, nec tibi placeat malorum via, fu
ge ab ea, ne trāscas per eam. Iustorum
autem semita quasi lux splendens pro
cedit, & crescit vsq; ad perfectam diē.
via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi
corruant. & multa alia ibi vide. & 14.
cap. Est via quę videtur homini iusta,
nouissima autē eius deducunt ad mor
tem, sed via iustorum absque offendi-
culo. vnde Paul. imitatores mei esto-
te, sicut & ego Christi. Vlterius pere-
grinus debet esse leuis pondere, & non
onustus grauamine, quia retardat gra
uamen gressum eius, & est in periculo
expoliationis, quoniam nudus secun-
dum commune Prouerbium coram la
trone cantabit. Ita & spiritualis via-
tor lenis debet esse, & non pilosus imi
tando Iacob & non Esau. Psalm. Quo-
niā iniquitates meæ supergressæ sunt
caput meum, & sicut onus graue gra-
uatæ sūt super me. Quæ peccata plus
aggrauant animam, quàm si totū mun
dum haberes super te. Et de grauita-
tibus septem mortalium peccatorum
habes superius in Euāgelio, socrus au-
tem Simonis tenebatur magnis febri-
bus. Insuper sicut bonus peregrinus
non se intromittit in negotijs alienis,
sed circa vitam propriam, eijciendo
trabem ab oculis suis, seipsum respi-
ciendo ne cadat, nec velit esse curio-
sus auditor, & aspector vitæ alienæ,
sed sicut dictum est Antonio, attendę
tibi ipsi. Et Petro à Christo quærenti
de Ioanne, hic autem quid, respondit
Christus. quid ad te. tu me sequere.
Insuper absconde thesaurum tuum,
ne expolieris à latronibus. Ita spiri-
tualis viator bona opera sua quātum
potest abscondat, vt eum pater cœle-
stis qui in abscōdito inspicit, videat,
& reddat sibi retributionem. De his
superius in feria quarta Cinerum, &
in feria sexta diximus. Et concluden-
do congreget in via, vt formica bona
opera, quibus in alia vita valeat tem-
pore iusti iudicij viuere. Quoniā quæ Gal. 6.
seminauerit homo, ea & metet. Et sic
ardens in domino delectetur spiritua
li confabulatione cum desiderio,
& anhelitu ad vitam æter-
nam, quam Deus prę-
parauit diligen-
tibus se.
&c.

Digitized by Google

FERIAE TERTIAE IN PASCHATE, SERMO VNICVS.

TRIPLEX PAX DESCRIBITVR, & pulchra adhortatio Tobiæ: Leganturque iura hæreditaria quibusuis conditionibus hominum.

PAX VOBIS. Lucæ 14.

Luc.14. SICVT in humano corpore conuenientia, & pax humorum ac concordia qualitatũ est causa sanitatis eius, & conseruationis longeuę signum, ita etiam spiritualiter euenit in corpore mystico totius Ecclesiæ Christi. Quoad concordia & pax in eo est ad Deum, ad seipsum, & ad proximum, conseruabitur, & in se, & in membris suis. Et ita in oppositum ex qua parte accidit dissonantia in membris eius, ex parte prouenit & infirmitas, & signum ostendit sui mortalis interitus, sicut Christus ostendit apud Lucam. 11. cap. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. & ex eo propterea hoc mane Christus intrans ad discipulos suos primo obtulit eis pacem dicens. Pax vobis.

¶Hoc mane conformantes nos consuetudini prædicãtium & sacro Euangelio, prædicabimus de sancta pace, concludentes eam per benedictionem solitam perficientium prædicationes. Et vt nostra prædicatio ordinem dicẽdorum habeat. Primo declarabimus Christi testamentum, & monita eius cum sua benedictione ad fideles christianos. secundo ego in recessu à vobis tanquam pater vester spiritualis relinquam vobis monita spiritualia, deinde legam vobis per testamentum talenta, quæ dedit mihi Deus pro hære ditate vestra, vltimo dabo vobis sanctam benedictionem. Quoad primum Christus Iesus exemplar totius vitæ nostrę suis discipulis & omnibus christicolis pacem relinquit dicens eis. Pax vobis, & ad ipsam in tota vita sua omnes admonuit. In ipsius natiuitate ad pacem omnes monet, dum Angeli tunc decantarent, & in terra pax hominibus. Et Psalm. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Pacem docuit in sua prædicatione, secundùm quod & psalmus dicit. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Ephes. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Pacem tenuit in sua conuersatione. Psal. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. & Isaiæ. 45. Transibit in pace. Pacem suis indixit Discipulis secreta monitione. Matth. Pacem habete inter vos. Pacem fecit in sua passione. Ephes. Ipse est pax nostra. & Isai. 43. Disciplina pacis super eum. Pacem obtulit hodie in sua resurrectione. Ioan. 20 Pax vobis, ego sum. Pacem dedit in sua Ascensione. Ioan. 14 pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Pacem quærit à nobis in conscientiæ nostræ puritate. In pace in idipsum dormiam & requiescam, & in pace factus est locus eius. Pacem facit nos ab eo sperare. Isaiæ. 26. & 27. Vetus error abijt, seruabis pacem, quia in te spe-

Christi testamentũ. (margin, beside "Christi testamentum")

Ephes. 2. (margin, beside "in plebem suam. Ephes.")

Matth. 9. (margin, beside "monitione. Matth.")

Ephes. 2. (margin, beside "Ephes. Ipse est pax nostra")

ſperauimus, & iterum Domine dabis pacem nobis, & iterum faciet pacem mihi, pacem faciet mihi. Et vltimo dabit in æterna fruitione pacem. Iſa. vltimo. Ecce ego declinabo ſuper eam flumen pacis. Et quoniã Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, hæc ſunt monita Chriſti quibus nos ad pacem inuitat. Et quoniam cum tribus bonam pacem habere debemus ſcilicet cum Deo, cũ ſeipſo, & cum proximo, ideo breuiter Chriſtus vt filius Dei poſt prædicta monita legit nobis, quomodo cũ Deo, cum ſeipſo, & cum proximo bonã pacem habere debemus, vt cõſequamur eius benedictionem. Primo cum Deo pax habenda eſt. Pacem habeamus ad Deum, quoniam ſi Deus pro nobis qs contra nos ſtabit? Hæc pax cum Deo ex ſacra ſcriptura trib⁹ modis, & vijs eſt habenda. Primo obſeruantia mandatorum eius. Vtinam attẽdiſſes mandata mea, facta fuiſſes ſicut flumẽ pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris & fuiſſes quaſi arena ſemen tuum, & ſtirps vteri tui vt lapilli eius. Non interijſſet, & non fuiſſet attritum nomẽ eius a facie mea. Egredimini de Babilone, ideſt vita confuſa quia Babilon interpretatur confuſio, fugite a Caldæis qui idem ſunt. Practica ſuper ꝑdicta. Secundo lotione ſpirituali cum abſtinentia in futurum, quia. Non eſt pax impijs dicit Deus. Sed de bonis dicit. 66. Ecce ego declinabo ſuper eã, quaſi fluuium pacis. De hac lotione ſpirituali, qua Deus pacificatur cũ homine dicit Iſa. 1. lauamini, mũdi eſtote auferte malum cogitationum veſtrarũ ab oculis meis. Diſcite bene facere, quęſcite peruerſe agere, & venite, & argui te me dicit Dominus, &c. quaſi dicat ex hoc vobiſcum ſum pacificatus. Et Sap. 1. ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & aufert ſe a cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur a ſuperueniente iniquitate. Et Ezech. 34. Ecce ego Dominus faciam cum eis pactum pacis, quoniã & Hier. 3. dum diceret populus, ve nobis quia vaſtati ſumus, dicit eis Hieremia ex parte Dei. Laua a malitia cor tuũ Hieruſalem, vt ſalua fias, vſquequo morabũtur in te cogitationes noxiæ? tertio pacificatur cum Deo per ſolicitã ambulationem cum eo. Nam apud Micheam. 6. cum populus ab eo quereret quomodo Deum iratum nobis placare poſſumus. Quid dignum pro hoc ei offerre poſſumus? Nunquid holocauſtomata, & vitulos &c. Nunquid placari poteſt in millibus arietum? Nunquid offerendo in holocauſtum more gentilium pro ſcelere noſtro primogenitum, & fructum ventris noſtri pro peccato animæ noſtræ? Quibus propheta reſpondit. Indicabo tibi, o homo quid ſit bonum, & quid Dominus requirat a te, vtiq; facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. Hæc ibi. Et cũ hæc feceritis dicit Ezech 34. Ecce ego Dominus locutus ſum, & faciam cum eis pactum pacis, & ceſſare faciam beſtias peſſimas de terra, & qui habitant in deſerto ſecuri dormiẽt in ſaltibus, & ponam eos in circuitu collis mei benedictionem, & deducam imbrem in tempore ſuo, & pluuię benedictionis erunt, & dabit lignum agri fructũ ſuũ, & terra dabit germen ſuum, & erunt in terra ſua abſq; timore. Et ſcient q̃a ego Dominus, cum contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium ſibi, & multa alia ꝓſequitur. Hæc ibi. Secundo pax habenda eſt cum ſeipſo. Quia poſt Deũ primo charitas a ſeipſo debet incipere. Et hoc fit tripliciter. Primo vigilare ſupra animam ſuam de die, & de nocte, ne capiatur ab inimicis Dei. Super ſpeculum Domini ego ſum ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ego ſum ſtans totis noctibus. Et. 62. ſuper muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes, quia Pſalmus dicit. Angelis ſuis Deus mãdauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis, tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiſcimini Domini ne taceatis, & ne detis ſilentiũ ei, donec ſtabiliat, & donec ponat

Cũ tribus eſt pax habenda, & quo cum Deo pacificatur.

Iſa. 48.

Iſai. 57.

Iſa. 21.

nat Hierusalem laudem in terra. Hæc ibi. Tu autem cuncta moraliter applica. Et quomodo hæc custodia obseruanda sit, dat regulas sapientia. Omni custodia serua cor tuũ, quia ex ipso vita procedit. Remoue a te os prauum, & detrahentia labia procul sint a te. Oculi tui recta videant, & palpebrę tuæ præcedant gressus tuos. Dirige semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur. Ne declines ad dexteram, neq; ad sinistram. Auerte pedem tuum a malo, vias enim quæ a dextris sunt, nouit Dominus, peruersæ vero sunt a sinistris. Ipse enim rectos faciet gressus tuos, itinera autem tua in pace producet. Hæc ibi. Et 21. cap. Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustia animam suã. Et miserere animæ tuæ placens Deo. Secundo, pax habenda est in bona conscientia, quia Prou. 15. secura mens quasi iuge cõuiuium. Et Ecclesiastici. 13. bona est substãtia, cui non est peccatum in conscientia. Et Paul. Testimonium mihi perhibente mea conscientia in spiritu sancto. Et 2. Petri 3. postquam præmisit promissam beatitudinem, & iudicium vniuersale dicit. Propter quod charissimi hæc expectantes satagite immaculati, & inuiolati ei inueniri in pace scilicet conscientiæ, & sicut gaudet securitate pacifica consciẽtia, ita praua, ac corrosiua conscientia, turbatur plusquam mare tempestuatum. Quod ostensum est. Baldasar, quando digiti apparuerunt in sala scilicet conscientiæ eius contra eũ scribẽtes, mane idest numeratio, quasi diceret ei, redde rationem villicationis tuæ, quia omnia cogitata, & acta tua, ac tua omissa sunt coram Deo numerata, thetel idest appensus es in statera, scilicet iustitiæ diuinæ, & inuentus es minus, scilicet bonorũ operum habere, phares, idest diuisio, quia diuideris nunc a Deo, & a beatis, dat' in manus aduersariorum dæmonum. Et tunc facies regis commutata est, & perturbabãt eũ cogitationes eius &c. tertio. Habenda est pax cum seipso in

Pro. 4.

Rom. 9.

Dan. 5.

suo regimine quasi politico potẽtiarum, & membrorum suorum, vt non sensus, sed ratio dominetur in homine. O quàm securum est regimen, vbi quilibet in suo ordine, & officio consistit sua sorte contentus. Sicut enim cythara in sua armonia dulcis est, cũ quælibet corda suo ordine pulsata sonum reddit, dulcior est consonantia in homine, cum est ordinatus in seipso, & in suis potentijs. Vere pulsata expellit procul sicut Dauid cythara, omne genus a se dæmoniorum. Sed vbi in cordis potẽtiarum est dissonantia, vt sensus, & Ancilla dominetur, & domina ancilletur, cõturbatur totus homo, modo quo Sap. dicit. Terra conturbatur, & non potest sustinere, cum Ancilla fuerit hæres Dñę suæ, idest sensualitas rationis. De hac Paulus, si secundum carnem vixeritis, moriemini, quia animalis homo non percipit quæ Dei sunt. Et Aug. de hac dicit. Iussisti Domine, & ita est, pęna est sibi omnis inordinatus affectus. Et cum anima nostra sit templum Domini secundum Paul. & in pace factus est locus eius. Patet, quanti ęst apud Deũ pacifica conscientia, & turbata fęcib' facinorum. Tertia pax est habenda cũ proximo. Nam dicit sanctus Hier. cũ S. Ioannes Euangelista vsq; ad ipsam suam vltimam senectutem Ephesi moraretur, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam defereretur, nec plura verba dicere posset, ad quamlibet clausulam hoc dicebat. Filioli diligite alterutrum. Tandem fratres qui cũ eo erãt, admirantes, ꝙ semper eadem repeteret, dixerunt ei. Magister quare semper eadem loqueris? qui respondit, quia pręceptum Domini est. Et si solum hoc fiat, sufficit. Et Pau. Obsecro vos ego vinctus in Domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis, vnũ corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę, &c.

Pro. 30.

Psalm.

3. Pax.

Eph. 4.

Digitized by Google

Et hæc pax cum proximo triplex debet esse. Scilicet cordis, vt omnis rancor sit absens, quia dicit Christus per Matthæum si remiseritis vnusquisq; fratri suo ex cordibus vestris, sic & pater vester cęlestis remittet vobis. Et Sol non occidat super iracundiam vestram. Secũdo debet esse oris. Matth. orate pro persecutoribus vestris sicut & Christus orauit. Pater ignosce illis. Tertio operis Matth. benefacite illis qui vos persequuntur, vt sitis similes patri vestro per imitationem, qui facit Solem suum oriri super bonos, & malos, &c. & Pau. Vobis adinuicé donate sicut & Dominus donauit vobis. De his habes superius in expositione Euangelij Feria 6. Cinerum, & in nostris sermonibus de dilectione inimicorum. Vide ibi si vis. Ecce legatum Christi & sacræ scripturæ, quod vobis hoc mane legat. O quam magnas benedictiones hoc pacis legatum confert christianis. Primo enim filiũ Dei constituit. Beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur. Secundo facit in nobis habitaculum Dei. Psal. In pace factus est locus ei᷒. Tertio oculos mẽtis ad Dei visionem disponit Hæb. 12. pacem sequimini cũ omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo vidit Deũ. Quarto spiritum nostrum Deo iungit Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, & Psal. In pace in id ipsum dormiam, & requiescam. Quinto bonorum spiritualium abundantiã acquirit Psal. Fiat pax in virtute tua, & superius Deus apud Isaiam multa bona pacificis promittit. Sexto Deo amabilem reddit. Pacé habete, & De᷒ pacis, & dilectionis erit vobiscum. Nã sicut iurgium odium, sic pax amorem generat. Septimo pax ad æternã quietem perducit. Veniat pax & requiescat in cubili suo. Rom. 14. Non enim est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Hæc Paulus. Hæ sunt benedictiones spirituales, quas nobis Deus legat & dat obseruantibus supradictas. De benedictionibus Dei temporalibus habes prolixe. Deut. c. 28. per totum.

Coll. 3.

Matth. 5.

Eph. 4.

2. Cor. 13.

Isai. 57.

Nunc autem dicturi sumus de his quæ pertinent ad prædicatores in recessu, hortabimur vos ad saluberrimas virtutes obseruandas. Secundo legabimus vobis secundum conditioné personarum pro iure hæreditario aliqua legata, necessaria vnicuiq; pro cõseruatione suæ vitæ spiritualis. Tertio dabimus vobis benedictionem, in pace Dei vos relinquendo. Quoad primum, occurrunt mihi monita, quæ fecit Tobias filio suo credens se moriturum. Primo dixit ei omnibus diebus vitæ tuæ Deum in mente habeto. Secundo Dei præcepta obserua. Tertio caue ne aliquãdo peccato consentias. Quarto honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ tuæ. Memor. n. esse debes, quæ & quanta pericula passa est pro te in vtero suo. Quinto ex substantia tua fac elemosinam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet, vt non auertatur facies Domini a te. Quomodo poteris ita esto misericors. Si multũ tibi fuerit, abundãter tribue, si autem exiguũ libenter impartire stude. Pręmium. n. tibi bonum thesaurizas in die necessitatis, quoniam elemosina ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur anima ire in tenebras. Fiducia magna est coram Domino omnibus facientibus eam. Sexto attẽde fili mi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunqnam patiaris crimen scire. Septimo, superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas. In ipsa enim sumpsit initium omnis perditio. Octauo, quicunq; aliqd tibi operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino nõ remaneat. Nono quòd ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Decimo consilium a sapiente perquire. Vndecimo, omni tẽpore benedic Deo. Duodecimo pete ab eo, vt vias tuas dirigat & omnia consilia tua in ipso permaneant. Hæc ibi. Postea facit sibi legatum. 10. talentorum argenti apud gabel-

Testamentum prędicatoris in suo recessu.

Tob. 4.

bellum in reges Medorũ quos sibi dederat sub chyrographo. Ita & ego nũc populo meo post adhortationes paternas relinquo talenta, non auri, & argenti, quia dixit Petrus aurum, & argentum non est mihi, quod autem habeo, hoc vobis do, sed talenta spiritualia in quorum fortitudine ascenditur vsq; ad montem Dei Oreb cum Helia idest ad patriam celestem, quia non in solo pane viuit homo, sed ꝑin omni verbo quod ꝓcedit de ore Dei. Primo igitur relinquo omnibus spiritualibus viris ardere in se, & lucere ad proximum extra, vt dicit eis Bern. & pro benefactoribus quorum bonis sustentantur exorare. Secundo omnibus iudicibus, & consiliarijs, ac prçsidentibus zelum Dei, & iustitiam. Tertio senibus consilium, & maturitatem. Quarto, iuuenibus confidentiam in Deo & non in virtute sua, & considerationem breuitatis vitę, quia transit mũdus, & concupiscentia eius. Quinto, adolescentibus refrenationem incitantium concupiscentiarum, & susceptionem super se iugui Domini in timore Dei ambulando. Sexto pueris timorem in parentes, & eruditionem secundum cõditionem personarum, quia quod testa noua capit, inueterata sapit. Septimo in matrimonio copulatis, fidelitatem in inuicem, honorem, ad dilectionem. Et ad filios, & filias, si habent eos, paternalem timorem, & correctionem, maxime in pueritia eorum, & præsertim curam habeât de sexu fęmineo, vt infra. Et qui non habent prolem, petant a Deo orationibus, & ieiunijs, si expedit ipsam habere, & non respiciant in vanitates & insanias falsas. Octauo viduis absq; filijs orationem & mortificationem, sicut fecit sancta Iudit & Anna. Si autẽ habent prolẽ maxime fęminei sexus, domi vacent, vt sint loco patris in omni eruditione eorum. Nono virginibꝰ deuotionem, & operationem ne sint ociosæ, ac verecundiam, quæ est corona, & conseruatio castitatis earum. Eis autem quæ se offerunt Deo per castitatem, & in domibus parẽtum morantur, solitariam vitam, & a practicis cuiuscunque conditionis virorum secularium vel spiritualium declinent, & assidue orent, & laborent. Decimo omnibus filijs relinquo in parentes honorem, & in necessitate educationem, & nutrimentum. Vndecimo oĩbus sponsis honorare soceros, diligere maritũ, regere familiam, gubernare domum, & seipsas irrepræhensibiles exhibere; sicut parentes sui sponsam Tobiæ iunioris hortati sunt. Duodecimo oẽs artifices, laboratores, mercatores, & huiusmodi, suo labore viuere absq; fraude proximali, & considerare illud qđ Christus dixit. Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Tertiodecimo diuitibus relinquo periculum spirituale ipsorum, nisi vacent operibus misericordiæ, vt alias diximus in nostro sermone de elemosina, & humilia de se sentiãt bonis operibus ditando vitam suam, quia alienis relinquent diuitias suas. Quartodecimo relinquo pauperibus deuote inuocare Deum in suis necessitatibus qui dat escam pullis coruorum inuocantibus eum, & quia secundum Psalmum. Patientia pauperum non peribit in finem. Quoniam etsi priuantur substantia huius mundi, at non alterius mundi, pro quo sumus creati a Deo. Quintodecimo. Infirmis tollerantiam cum patientia, considerantes, q̃a quos Deus diligit corripit, & castigat, & tanquam pater in ipsis complacet. Et quòd post mortem sicut dicit Psal. Renouabitur vt Aquilæ iuuẽtus tua. Sextodecimo, omnibus obstinatis relinquo penarum infernalium expectationem cũ seuera iustitia Dei. Alijs q̃ ex fragilitate peccant citiorem resurrectionem a peccato, ne per inpenitẽtiam, & moram incidant in laqueos Diaboli. Decimoseptimo, omnibus iustis, vt sint cauti ne cadant, & plurimum se humilient coram Deo. Decimooctauo, omnibus quoquomodo offensis, Christi & sanctorum exempla

in

in suos aduersarios. Decimonono omnibus relinquo secundum possibilitatem eorum mortificare membra sua, quæ sunt supra terram, & haberé speciałem deuotionem in Christi passione, & auxilium inuocare a beata Virgine, & alijs sanctis. Et semper de mane surgendo Deo confessionem faciant cordialiter, cum bono proposito cauendi a mortali Dei offensa mediante suo auxilio. Et idem de sero ante dormitum. Postea in rore cęli in spiritualibus, & in pinguedine terræ, idest in temporalibus benedic populum, dicendo. Deus pius pater det vobis, & imprimat in cor vestrum timoré ei⁹, quia timentes Deum hæreditabunt terram, & hic per gratiam eius, & in patria cęlesti per gloriam. Donet & contritionem, ac confessionem, & satisfactionem debitam toto tempore vitę vestræ. Cætera tu prædicator adde, & multiplica, secundum quod Deus te inspirauerit. His peractis super populum det benedictionem in temporalibus admodum capituli Deuter. 28. Et vltimo fac orationem deuote genu flectando super populũ. Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra operatio a te semper incipiat, & per te cœpta finiatur per Christum Dominum nostrum amen. Benedicat vos pater, & filius, & spiritus sanctus, & commendo vos beatæ Mariæ peccatorum aduocatę, &c. Soli Deo honor & gloria.

Explicit liber Sermonum à prima Dominica in Aduentu Domini, & per Septuagesimam vsq; ad tertiam Feriam Pascha inclusiuè.

SERMO-

Digitized by Google

SERMONES DOCTRINALES DE VERBO DEI INCARNATO:

CVM SVIS MORALITATIBVS, ET FIGVRIS HISTORIARVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

R. P. F. CLEMENTIS ARANEI de Ragusio Ordinis Prædicatorum, verbi Dei declamatoris.

SERMO PRIMVS.

DECLARANDO ILLA VERBA D. IOANNIS, videlicet. In principio erat Verbum, &c. Monstrat quomodo Filius sit in Patre, & Pater in Filio, & res in Deo, & in seipsis, & nobilitas animæ humanæ, triplexque modus, quo dicitur lux hominum, Deus. Interpretatur etiam illud, Psalmus 44. Eructauit cor meum, &c. & historiam Aod occidentis Eglon. Iud. 3.

IN PRINCIPIO ERAT VERBVM. Ioan. 1.

Ioan. 1. Iudic. 3. Expositio breuis euāgelij In principio erat verbum.

ISRAELITÆ propter peccata sua traditi sunt sub captiuitate Regi Eglon Moabitarum. Qui clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & suscitauit eis Saluatorem Aioth, filium Gera, filij Gemini, qui vtraque manu pro dextera vtebatur. Nam æque fortiter, & valide sinistra, sicut dextera agebat. Qui fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus. Et accinctus est eo subter sagum in dextero femore, obtulitq; munera Eglon ex parte populi Israel. Et dixit ad Regem. Verbum secretum habeo ad te ò Rex. Et ille imperauit silentium. Egressis igitur omnibus qui circa regem erant è cœnaculo, & solis rema-

rema-

Digitized by Google

remanentibus, dixit ad Regem. Verbum Dei habeo ad te, idest, ex parte Dei sum missus ad te. Qui statim surrexit de throno, vt Dei verbo honorem exhiberet. Tunc Aioth sinistra manu, acceptam de dextero fœmore sicam vel gladium ancipitem infigit in ventrem eius, tam valide vt capulus sequeretur ferrum in vulnere, ac pinguissimo adipe stringeretur. Et sic gladio in ventre remanēte, statim per secreta naturæ, stercora prorupere. Et Aioth per posticum clausis ianuis exiens, venit ad fratres suos insonans buccina. Et percussit cum filijs Israel Moabitas & plures principaliores, ac robustos & fortes viros. Nec vllus euadere potuit. Et sic populus Israel à captiuitate inimicorum liberatus est.

Quia per totum Aduentum prædicaturi sumus de verbo incarnato, cōcludendo in die Natalis. Et verbum caro factum est, &c. Propterea vt clarior sit doctrina, & mea prædicatio ordinabilior, hoc mane breuiter declarabimus partem Euangelij Sancti Ioannis primo cap. quæ tangit verbi Dei naturam, & conditiones ante eius incarnationem, reliquum pro sequentibus sermonibus reseruantes. Et ne sim vobis tœdio ex speculatione, pro secunda parte declarabimus ad propositum spiritualiter historiam præassumptam.

Quo ad primum dicit. Io. In principio erat, &c. Dic totum, vsque fuit homo missus. Vbi si vis dicere, nota ex S. Thom. Propter hæreticos dogmatizantes, quomodo circa diuinas personas vtendum sit caute nominibus, quæ dicunt diuersitatem, alietatem, separationem, discrepationem, singularitatem, vnitum, confusum, solitarium, diuersum, &c. [1.pa.q.31. ar.2.]

Dicamus igitur in principio erat verbum, idest, in patre, qui est principium non de principio Erat verbum, idest, filius qui est verbum patris, & principium de principio, quia de patre. Nam filius à patre procedit. Ego ex Deo processi. Et ipse filius est simul cum patre principium Spiritussancti, vt Athanasius dicit. Et omnes hæ tres personæ sunt, vnum & idem in essentia. Ego & pater vnum sumus. Ego in patre, & pater in me est. Et quomodo vna persona sit in alia? Dico secūdum Theologos, quòd hoc est, quia essentia vnius personę est in alia persona, cum eadem essentia sit omnium trium personarum. Et ratione relationis, quia vnum relatiue oppositorum, est in alio secundum intellectum. Et similiter secundum originem. Quia illa processio verbi est manens in dicente, & non aliquid extra est, id etiam quod verbo dicitur, in verbo continetur. Et econuerso. pater est in filio, eadem ratione essentię, & relationis, & ratione etiam orationis. Quia in verbo continetur, quod verbo dicitur. Eadem etiam est ratio, de Spiritusancto. Et S. Thomas, dicit. Essentia aliter se habet in diuinis, aliter in hominibus, quia essentia sortis non est sortes, quia sortes est aliquid compositum, sed in diuinis essentia est idem personæ secundum rem, & sic essentia patris est pater, & essentia filij est filius, vbicunque ergo est patris essentia, ibi est pater ipse, & vbicunque est essentia filij, est ibi filius ipse. Essentia autem patris est in filio, & essentia filij est in patre, ergo filius est in patre, & pater in filio. hæc ibi. Homo autem in Deo est aliter, scilicet, per gratiæ similitudinem. Dicitur ergo. In principio erat verbum, quia pater est principium, non solum omnis diuini processus, sed etiam principium omnium creaturarum. Et non solum ipse pater est principium omnium creaturarum, sed etiam omnes tres personæ. Quoniam omnia opera diuina ad extra, sunt communia toti Trinitati. Nam sicut à Sole est lux, & à Sole & luce simul est calor, & à tribus his, scilicet Sole, luce, calore, sunt omnes affectus sub cœlo prouenientes, ita etiam à patre solo est filius, à patre & filio simul est Spiritusſāctus, qui est calor & amor vtriusque, & ab

[Ioan. 8.] [Quo filius est in pře. Ioan. 8. Ioan. 14.] [Ioan. 4.] [Vide & his S.Th. 1.p. q.42.ar.5.]

his simul tota creatura ad extra. Sequitur, erat verbum, &c. & non dicit fuit, vel est aut erit. Quia tempus futurum nondum est, & ideo dicit imperfectionem. Et ad excludendũ hanc imperfectionem, non dicit per tempus futurum, erit. Similiter non dicit fuit, quia præteritum perfectum dicit aliquid extitisse, & esse iam determinatum, & iam defuisse. Et ideo non dicit fuit, ne videatur in principio fuisse hoc verbum, & postea destitisse, sicut dicitur de verbo nostro, vt in sequenti sermone dicturi sumus. Nec dicit est, quòd est temporis præsentis. Quia præsens tempus non designat, quod fuerit olim, sed quòd nunc sit. Et ideo ad excludendum hoc, non vtitur eo. Sed dicit erat, quia tempus prçteritum imperfectum maxime cõpetit Deo, quoniam tempus præteritum imperfectum designat aliquid fuisse, & non esse determinatum adhuc, nec defuisse, sed adhuc remanere. Ideo signantur Io. Vbicunq; ponit aliquid æternum, dicit erat, quod est tempus præteriti imperfecti. Vbi vero dicit aliquid temporale, dicit fuit, vt infra dicẽs. Fuit homo missus, &c. Est etiam hic notandum, quòd hoc verbum erat secundum gloss. non sumitur hic, inquãtum significat temporales motus more aliorum verborum, sed secundum quòd significat rei existentiam. Vnde & per verbum substantiuum dicitur, scilicet erat. Sequitur in textu. Et verbum erat apud Deum, idest, patrem. In hac propositione, apud, notatur distinctio personarum. Sicut enim dicit Priscianus, propositiones sunt transitiuę. Et ideo hæc propositio apud, importat distinctionẽ transitionis. Vnde denotatur, quòd verbum patris erat apud Deum, idest distinctum à Deo patre in persona, non autem in essentia, vt diximus. Sequitur. Et Deus erat verbum. Dixit enim superius de verbo, quòd erat, & vbi erat. Nunc autem dicit, quid erat. Et dicit. Et verbum erat Deus. Vt ly verbum, ponatur ex parte subiecti, & ly

Tex.

Deus, ex parte prædicati. Nam quis poterat dicere. Cum ly, apud, (vt diximus) dicat distinctionem, posset credi, quòd verbum erat apud patrẽ ab ipso in natura distinctum. Et ideo ad hoc excludendum statim subdit, consubstantialitatem verbi ad patrem dicens. Et verbum erat Deus. Quasi diceret, non separatus à patre per diuersitatem naturæ, Quia ipsum verbum est Deus. Sequitur. Hoc erat in principio. Quoniam quis, vt gentiles, dicere poterat. Ergo sunt plures Dij, vt videntur sonare verba Ioannis & cæt. Propterea ad excludendum hoc, subiunxit dicens. Hoc erat in principio apud Deum. Quasi diceret secundum Hylarium. Ita dico, quòd verbum est Deus, non tamen habens diuisam diuinitatem, sed est apud Deum in vna & eadem natura, in qua ipse est. Idest eius naturæ à principio est, cuius est Deus pater. Sequitur. Omnia per ipsum facta sunt. Secundum Chrysost. hoc dicit, ad ostendendum æqualitatem verbi ad patrem. Sicut enim superius posuit eum coęternum patri, per hoc quod dixerat, Hoc erat in principio apud Deũ, ita hic ostendit omnipotentiam filij dicens. Omnia per ipsum facta sunt. Nam esse principiũ omnium factorum, proprium est Dei magni omnia potentis, vt Psal. dicit. Omnia quæcunque voluit ipse fecit in cœlo, & in terra. Verbum ergo per quod facta sunt omnia, est Deus magnus coæqualis patri. Sequitur. Et sine ipso factum est nihil. In hoc dat intelligere, quòd operatio patris & filij est eadem. Nam pater sine filio nihil facit Sine me nihil potestis facere. Vnde filius est principiũ indeficiens omnis rei ad extra. Similiter nec filius sine patre. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimoniũ perhibent de me, idest, in virtute Dei patris. Nam Christus vt homo operabatur in virtute Dei, vt Deus in virtute Dei patris, idest quam Deus pater ei communicauit. Sequitur in textu. Quod factum est in ipso, idest per

Tex.

Io. 15.

Io. 10.

ipsum

ipsum verbum, vita erat. Vbi notandum est, quòd res dupliciter considerari possunt. vno modo vt sunt in seipsis, alio modo vt sunt in sua causa. Si primo modo considerentur, sic dico, quòd res ipsæ factæ, omnes non sunt vita, nec etiam viuentes. Quoniam quædam vitam non habent, nisi solum esse vt elementa. Aliqua vero non sunt vita in seipsis, sed viuunt, id est sunt viuentes, vt sunt plantę, animalia, & homines, & cæ. Si vero considerentur, vt sunt in causa sua, scilicet in verbo Dei, sic dicuntur, quòd sunt vita & non solum viuentes. Nam rationes rerum in sapientia Dei spiritualiter & intellectualiter existentes, quibus res ipsę factæ sunt ab ipso verbo, sunt vita in ipso. Sicut Arca facta per artificem, in se quidem nec viuit, nec vita est, sed ratio Arcæ, quæ præcessit in mente artificis, viuit quodammodo, inquantum habet esse intelligibile in mente artificis, non tamen est vita in eo, Quia ipsum intelligere artificis non est sua essentia, neque suum esse, sicut est in Deo. In deo autem suum intelligere est sua vita, & sua essentia, ideo qcquid est in Deo non solum viuit, sed etiam est vita. Quia quicquid est in Deo, est sua essentia. Vnde & creatura in Deo est creatrix essentia. Si ergo res considerentur, secundum quod in verbo sunt, sic sunt vita. hæc San. Thom. & August. Non degeneremur, itaque fratres chariſſimi, à tam nobili nostra natura & consistentia. Quia & in seipsis considerari vt sumus Dei effectus, facti sumus, vt August. dicit, ad imaginem Dei, vt summum bonum intelligamus, intelligendo amemus, amando possideamus, possidendo fruamur. Et Bernard. O anima Dei insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redēpta sanguine Christi, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps, quid tibi cum carne, vnde tanta mala pateris? Et cōsiderare etiam vt sumus in Deo nobilissimo artifice, sumus ipse Deus, quia quicquid est in Deo, est ipse Deus. Quotiens igitur degeneramus ab intentione, qua Deus nos creauit, degeneramus à Deo nostro nobilissimo artifice, eumque vituperamus, proijcientes eius, tam pulchram imaginem in fęces peccatorum. Sicut si quis pro ijceret pulchram imaginem alicuius magni artificis in fęces. De qua vituperatione lamentatur Deus per Hierem. Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt. Et infra. Et ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem. Et infra. Obstupescite Cœli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer dicit domiuns. Duo mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quę continere nō valent aquas. Et Isa. Audite Cęlis auribus percipe terra, quoniā dōminus locutus est. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autē me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemauerūt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum, sup quo percutiā vos, vltra addentes prę uaricationē? &c. hæc ibi. Sequitur in Euang. Et vita erat, lux hominum. Nā hanc vitā incomprehensibilem. i. verbum Dei quod est vita, nulla creatura alia in hoc mundo ab homine est capax intueri, vt videat ipsum. Docet nos super iumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos, Quia licet alia animalia cognoscant aliqua, quæ vera sunt, at solus homo cognoscit ipsam rationem veritatis. Et ipse homo, vt dicit Apostolus Paulus. Potest naturaliter per suæ rationis inuestigationem consideratione creaturarum, Deum & diuina cognoscere, quia in eo

Res considerantur, vt sunt in seipsis, & in sua causa.

Propter admirādā nobilitatē animæ nostræ nō est degenerandum.

In medit. cap. 3.

Hier. 2.

Isai. 1.

Tex.

Iob. 35.

Deus est lux hoīum non solum per lumen rōnis eorū, sed etiā per gratiā suā, & per lumen gloriæ suæ.

Rom. 2.

Digitized by Google

eo relucet diuina virtus. Dicit enim quod notum est Dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, idest ab homine, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. hæc ille.
Tex. Vnde bene dicit. Ioan. hic. Et vita lux hominum erat, idest, verbum Dei illuminans omnem creaturam rationalem. Et idem Apostol. Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi enim legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die cum iudicabit Deus occulta hominum secũdum Euangelium meum per Iesum Christum. Si autem tu Iudæus cognominaris: Sed tu conuerte sermonem ad Christianum, quia in hoc eodem passu cũ Iudæis ambulamus, per regulam legis date nobis à Deo. Dicit ergo si autem tu Iudeus, idest tu Christianus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora instructus per legem, confidis te ipsum esse ducem cæcorum, lumẽ eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habẽtem formam scientiæ, & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, te ipsum non doces. Qui prædicas non furandum, furaris. Qui dicis non mechandum, mecharis. Qui abominaris idola, sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras. Nomẽ enim Dei per vos blasphematur inter gentes. Sicut scriptum est. Circuncisio quidem prodest, si legem obserues. Si autem præuaricator legis sis. Circuncisio tua præputium facta est. hæc ibi. Quæ practica ad Christianos, supra quos vt Psalm. dicit. Signatum est super nos, lumen vultus tui domine. Est non solum verbum Dei lux hominum, per lumen rationis naturalis, sed etiam est lumen hominum, per gratiam gratum facientem, quæ deificat hominem cum Deo in hac vita, vt postea facie ad faciem ei per lumen gloriæ in æternum copuletur. Paulus. Gratia Dei vita ęterna. De hoc lumine supernaturali diuinæ sapientiæ. Isa. dicitur. Ponam vniuersos filios tuos doctos a Domino. Isa. 54.
Et Eccle. 3. Plurima supra sensum hominis, ostensa sunt tibi. Et 1. Cor. 2. Quę sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. Et 1. Cor. 2. Sapientiam autẽ loquimur, inter perfectos. Sapientiam vero non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in misterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram, quã nemo principum huius seculi cognouit. i. philosophorum secundum glo. De hoc verbo dicit Psal. Eructauit cor meum verbum bonum. &c. vbi. secundum expositionem sancti Dionysij, dicitur. Eructauit, scilicet, ex plenitudine mea, & secreta essentia, genui verbũ per quod notus dico, idest, dispono omnia, & per ipsum loquor. Et hoc est in lingua mea, & S. Thom. ibidem super Psalm. Eructauit. Quod est quędam emanatio de plenitudine Dei. Vnde processus filij à patre, est diuina eructatio, quia procedit ex plenitudine diuinæ naturæ. Secundo quo ad modum emanationis, quia nõ corporaliter, neque de aliqua alia natura emanauit, sed ad modum spiritalis emanationis. Ideo dicit cor meum, quasi non ex nullo, nec de alia essentia, sed de corde meo, iuxta. Psalm. Ex vtero genui te, ante luciferũ. Tertio proprietas procedentis ponitur, quia verbum. Ioan. In principio erat Verbum. Quarto ponitur perfectio procedentis, quia bonum, idest, habens plenam bonitatem diuinitatis. Nemo bonus nisi solus Deus. Quinto virtus eius ostenditur, cum dicitur. Dico ego, idest, per verbum

Rom. 2. — cap. 2. De diuinis nominibus. — Ioan. 1. — Luc. 18.

Digitized by Google

verbum facio omnia opera mea, regi, idest ad honorem regis filij, qui est vnus Deus mecum. Omnia per ipsum facta sunt. Propria operatio filij designatur cũ dicit. Lingua mea calamus scribæ. Quasi diceret, quòd ipse est lingua mea, & etiam calamus scribæ. Nam in sacra scriptura operationes metaphoricæ designantur per membra, vel instrumenta quæ sunt operationum principia. Et sic per linguam & calamum operatio Dei designatur, conueniens linguæ & calamo. Operatio enim linguæ est, quòd per eam diffunditur sapiẽtia cordis ad alios. Per calamum autem designatur, quòd sapientia quę est in corde, transfunditur in materiam sensibilem, scilicet, per pergamenum. Deus autem & loquitur & scribit. Loquitur quando transfundit sapientiam suam in mentes rationales. Psalm. Audiam quid loquatur dominus Deus meus in me. Et hoc dicitur verbum, Quia per ipsum est omnis illuminatio. Et vita erat lux hominũ Scribit. Quia iudicia suæ sapientiæ imprimit in rationalib. creaturis. Inuisibilia Dei à creatura mundi, idest homine, per ea quæ facta sũt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. Deus effudit illam, super omnia opera sua. Sicut enim respiciens librum cognoscit sapientiam scribentis, ita cum nos videmus creaturas, cognoscimus sapientiam Dei. Calamus igitur est verbum Dei. hæc S. Tho secundum expositionem Dionysij. De hoc verbo. Psalm. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum, secundum quod Genes. per totum cap. narratur, vbi incipit. In principio Deus creauit cœlum & terram. secundum expositionem doctorum. In principio, idest, in filio, qui est principiũ de principio, vt supra dictum est, &c. dicit. Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. i. per Spiritum sanctum, qui procedit à Deo patre & filio, qui est os Dei & locutio eius, omnis virtus eorum. Nam & in Gene. sequitur. Et spiritus domini, idest Spiritus sanctus, cuius bonitate diffusiua creatura est creata, ferebatur super aquas, idest, super machinam elementalem totam. Quasi ductilem materiam ad operãdum ex ea. Dicit ferebatur sicut voluntas artificis habentis præ oculis omnem materiam domus faciendę super illam fertur. Dum quicquid de quo facturus est domum, disponit. Propterea non sine causa in operibus sex dierum scriptura replicat, Dixitq; Deus fiat lux & cę. Nam per hanc locutionem Dei, omnes doctores exponunt gignitionem filij, qui est loquela Dei patris. Quasi diceret, Deus dicendo produxit verbum, idest, filium, per quem cuncta sunt creata. Hæc breuiter tetigimus. In sequentibus autem sermonibus clarius patebunt, in quibus de his particularibus loquemur.

Ioan. 1. Ioan. 1. Rom. 1. Eccle. 1. Psalm. Gen. 1. cap. 1.

Expositio figuralis.

Secunda pars. Nunc accedamus ad expositionem historiæ præassumptæ. Eglon qui interpretatur iuuenculus iniquitatis, est Lucifer cum suis Moabitis, idest, dæmonibus. Nam Moabitæ interpretantur ex patre, idest, Lucifero geniti, qui secum traxit cauda sua, tertiam partem stellarum. De quo Christus. Ille homicida erat ab initio, & in veritate nõ stetit, quia non est veritas in eo. Et ipse est pater Moabitarum, idest, omnium eorum qui extollunt se, supra id quod est Deus, sicut ipse se extulit. Consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiã Dei, Paulus ad Thessalonicens. Quoniam nisi venerit dissensio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Hic tenet Israelitas captiuos peccato eorum. Quia magnus Lucifer cum suis Angelis peccato primorum parentum principaliter, & secundario omnium successo-

Apoca. 12. Ioan. 8. 2. Cor. 10. 2. Thess. 2.

Digitized by Google

rum eius, tenebat totum genus humanum captiuum, vt nemo posset euadere manus eorũ, sed quotquot transibant ex hoc mundo, omnes sub vinculo ferreo captiuitatis detinebantur, donec ad clamorem & suspiria captiuorum veniret, & suscitaretur Saluator noster Iesus Christus, qui morte sua mortem nostram destruxit, & contriuit portas æreas, & ferreos confregit vectes, vt dicit Psalm. Et duceret secum resurgendo totam captiuitatem existẽtium in libro Sanctorum Patrum, & daret hominibus in mundo existentibus vitam per dona gratiarum, quibus virtus Luciferi cum suis satellitibus ad nihilum sit reducta. Nam hic Saluator resuscitatus vocatur Aioth, qui interpretatur laus, vel laudatio, bene significat & repræsentat Iesum Christum, qui est laus
Ioan. 8. patris. Ego gloriam meam non quæro. Et iterum est pater meus qui glorificat me. Hic igitur suscitatus est à Deo patre dilectione æterna, qua dilexit nos, attrahendo ad se miserans.
Hierem. 3. Hierem. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. In signum huius. Et Angelus ei imposuit nomen eius, quia ipse saluum faciet popu-
Luc. 1. lum suum à peccatis eorum. Hic igi-
Matth. 1. tur induit se veste militari, tenens gladium ancipitem paruum sub veste, ne appareret secundum Hebr. Quid enim per vestem militarem, quam suum corpus quod assumpsit simile nobis, quorum vt Iob dicit, vita hominis est militia super terram. De qua
Philip. 2. veste corporis sui Paulus dicit. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo. Et de eius veste militari dicit. Psalm. Exultauit vt gigas ad currendam viam suã. A summo cœlo egressio eius, & occursus eius, vsque ad summum eius. Et de eius militia subiungit Apostolus. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Et quòd tota vita eius fuerit, vt coloni & peregrini, quia incipiendo ab eius natiuitate vsque ad mortem, semper fuit in laboribus, & defatigationibus vsque ad mortem. Hęc contemplans Bernard. dicebat. Memor ero quamdiu vixero, laborum, quos Iesus pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, vigiliarum in orando, tentationum in ieiunando, lachrymarum in compatiendo, insidiarum in colloquendo, Postremo conuitiorum, sputorum, colaphorum, subsannationum, clauorum, & expro-
brationum. De quibus Isai. Quis est Esa. 63.
iste qui venit de Edon tinctis vestibus de bosra, idest, in angustia vulneratus, iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. hæc ibi. Hic vtebatur æque fortiter, & valide sinistra sicut dextera. Quia in tota vita eius non est inuenta macula manus sinistræ, idest, vitæ eius temporalis, sed tota fuit diuina & integerrima sicut manus dex-
tera. Ioan. Quis ex vobis arguet me Ioan. 8.
de peccato? Et erat fortis gradiens in fortitudine sua, expolians omnes
tartareas potestates. Luc. Cum for- Luc. 11.
tis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Accepit gladium ancipitem sub clamide, qui significat eius diuinitatem, secundum quòd Paulus ad Hebræos 3. capit. dicit. Viuus enim est sermo Dei, idest, filius Dei, qui est loquela patris, vt superius diximus, & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingẽs vsque ad diuisionẽ animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor

ſcretor cogitationum & intentionum cordis. Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius, & cæte. Et in hoc quòd erat gladius abſcōſus ſub pallio, ne ab Eglon cognoſceretur, ſapientia, & prudentia eius denotatur, quia Chriſtus ſecretam ſuam diuinitatem abſcondit diabolo ſub eius humanitate ne agnoſceretur, & humana redemptio tardaretur. Propterea in tota vita Chriſti, omnibus modis diabolus vt patet in tentatione in deſerto, inueſtigabat de ipſo Chriſto, ſi vere filius Dei eſſet, vel purus homo. Qui venit, & ſuper lucem in morte eius, vt dicit Beda, & ſicut Chriſtus dicit. Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam, ſi quid in ipſo funeſti vel quod eſſet ſuum inueniret. In his igitur factis præallegatis Aioth, denotatur Chriſti prudentia, qua vſus eſt contra mortem diaboli ſpiritualem futurā, quia & cenſum dedit Cæſari, & ſe iudicio
Io.19. ſubiecit Pilati, ſicut ipſe dixit. Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Vnde & voluntate non neceſſitate ſe ſubiecit noſtris pœnalitatibus, vt nos à morte, & captiuitate perpetua qua ꝑ diabolū detinebamur, eriperet, & li-
Diſtin. 3. beraret. Dicit.n magiſter ſen. Quo circa primitiam noſtræ maſſæ recte dicitur aſſumpſiſſe Chriſtum, quia non carnem peccati, ſed ſimilitudinē carnis peccati accepit, vt ait Apoſtolus. Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati. Aſſumpſit enim verbum carnem peccatrici ſimilem in pœna, & non in culpa. Et ideo non peccatricem. hæc ille. Et in hoc quòd Aioth dixit regi Eglon, Secretum habeo ad te ò rex, denotatur, quòd Chriſtus ſemper anxiū diabolum tenuit, ſicut ille qui ſecretum alicui dicēdum offert, animum eius, vſque ad ſecreti propalationem anxium tenet, vt San-
Iudic.14. ſon animum ſuæ mulieris. Et ex parte Dei loquitur ſibi, quia & in tentatione ſua vſus eſt reſpondendo ſacra ſcriptura. Et taliter ſe habuit circa membra diabolica in conuerſando cū eis, vt eum nec in factis nec in dictis poſſent capere. In hoc quòd Eglon deſcendit de ſolio dans honorem diuino verbo, denotatur, quòd ſuperbus Lucifer, qui Chriſtum tentando in tertia tentatione, dum diceret ſibi omnia regna mundi dabo tibi, ſi cadens adoraueris me, ad verbum Chriſti dicentis ſibi vade Sathana, ſcriptum eſt Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, aufugit, & reliquit eum dans Deo honorem. Et ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. Matth. Et non ſolum proſtra- Matth.4.
uit eum in tali tentatione, ſed etiam cum dixit ei obmuteſce, & exi ab eo. Et vltimate cum dixit. Tempore paſ- Luc.4.
ſionis. Nunc iudicium eſt mundi, nūc Io.12.
princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus, Auguſt. Manu inermi, & brachio in cruce extento, vicit omnes tartareas poteſtates. Et in hoc quòd infigit ſibi in ventrem gladium ancipitem, ita acriter vt ſtercora eius extra prorumperēt, denotatur, quòd Chriſtus virtute ſuę diuinitatis, ita denudauit ſpurcitias diabolicas peccatorum, vt credentes in ipſum, Dei gratia confortati, omnia ſua vt ſtercora arbitrentur, vt Chriſtum lucrifacerent. Et ſic Eglon, id eſt, Lucifero per Saluatorem interfecto ſpiritualiter, populus, id eſt genus humanum à captiuitate liberatus eſt. Legitur in vita S. Pachomij in vitis Patrum, ꝙ ſibi virtus diaboli oſtenſa eſt, quę maxima eſt contra homines in tentando eos. Sed ex confeſſione diaboli cognouit, ꝙ poſt Chriſti incarnationē virtus eius ad nihilum eſt redacta. Dixit enim ei. Iam tibi ante prędixi, ex quo mirabilis incarnatio Chri facta eſt in terris, nos ſine virib. prorſus exiſtere, ita vt ab his qui credunt in noīe eius, illudamur, vt paſſeres: Perinde vt ſi viderimus ea, q̃ à nobis eis ſuggerunt, eos ęcontrario nō ſolum non ſuſcipe-

Digitized by Google

re, verum nec libenter attendere, fideque in Christo vigilanter, & sobriè se munire, & sicut fumus dissipatur in aere, sic ab eorum cordibus pellimur, & fugamur. hæc ibi. Ad propositum igitur præcedentium cõcludamus id, quod Leo Papa dicit. Tibi quondam abiecto, tibi à Paradisi sedibus excluso, tibi per longa exilia moranti, tibi in cinerem & puluerem dissoluto. cui non erat vlla spes viuendi. data est potestas per incarnationem Verbi Dei, vt de longinquo ad tuum reuertaris auctorem, recognoscas parentem, liber efficiaris ex seruo, de extraneo proueharis in filium, vt qui ex corruptibili carne natus es, ex incorruptibili spiritu renascaris, & obtineas per gratiam, quod nõ haberes per naturam. Habentes ergo tantæ spei fiduciam dilectissimi: In fide qua fundati estis, stabiles permanete, ne idem ille tentator, cuius damnationem à nobis Christus exclusit, aliquibus iterum nos seducat insidijs. Et infra. Amplectimini Christum in carne nascentem, vt eum videre mereamur, deum gloriæ in sua maiestate regnantem cum Deo Patre, & Spiritu sancto. Amen.

SERMO SECVNDVS.

VERSATVR CIRCA QVIDITAtem Verbi Dei, in cuius cognitionem venitur etiam per similitudinem verbi nostri: Roboratur etiam realis distinctio inter producentem Verbum &, & ipsum productum: tractatur etiam Historia Moysis educentis Israelem de Aegypto.

IN PRINCIPIO ERAT VERBVM.

Exod.3. APparuit Dominus Moysi in flãma ignis de medio rubi, & videbatur quòd rubus arderet, & non cõbureret, & vocauit Moysen de medio rubi, dicens. Moyses, Moyses. Qui respondit: Adsum. Non appropies huc, sed solue calciamentum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, terra sancta est. Et ait. Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Abscondit Moyses faciem suam. Non enim audebat aspicere contra Deum. Cui ait Dominus. Vidi afflictionẽ populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, & sciens dolorem eius descendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa, in terram bonam & spaciosam, quæ fluit lacte, & melle. Et liberauit Dominus per Moysen in magnis portentis, & prodigijs populum suum, introducens eum in terram promissionis fluentem lacte & melle. Qui Moyses fuit elegans & pulcher aspectu per Angelum denunciatus parentibus nasciturus. Qui mox natus magnis tribulationibus ad mortem est expositus in flumen propter persecutionẽ Pharaonis in Hebræos, tamen puer adhuc in præsagium fu-

turorum,

Digitized by Google

tirorum, vt dicunt expositores, regis coronam proiecit in terram. Et vir factus in magnis signis, & portentis, liberauit populum suum ab Ægyptiaca captiuitate &c.

Hoc mane duo videbimus. primo. Quid sit hoc verbum diuinum, & quę proprietates eius, de quo verbo in præcedenti sermone tetigimus. Secundo. Exponemus historiam præassumptam spiritualiter.

Per similitudiné verbi nři deuenim' in cognitionem verbi patris. Quo ad primum. Quid sit hoc verbum diuinum? Dicimus, quòd vt intelligere possimus, quid sit hoc verbum diuinum, necesse est nobis declarare, quid sit verbū nostri intellectus. Quia dicit August. Nostrum verbum interius, inuenimus esse, vtcunque simile illi verbo diuino. De quo Propheta. Generationem eius quis enarrabit? Et Paulus. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Et Aristot. A notioribus nobis ad innotiora, & occulta nobis deuenimus, idest, ad notitiam & intelligentiam incognitorum. Diuini enim verbi proprietates sunt occultissimę, vtpote personæ diuinæ, quam nos dicimus verum filium Dei, ad cuius cognitionem, & notitiam nemo philosophorum potuit deuenire. Magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Et quod nomen eius, & quod nomen filij eius, si nosti? Videamus igitur nostri verbi proprietates, & conditionem atque naturam, vt ad verbi diuini intelligentiam peruenire possimus. In nobis inuenimus triplex verbum, ad cuius similitudinem, de Dei verbo intelligentiam vtcunque habere possumus, quia dicitur. Forsan vestigia Dei comprehendes, & omnipotentem vsq; ad perfectum reperies? Et ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. Est enim in nobis triplex verbum, scilicet, Verbum vocale, verbum imaginatum, & verbum mentale. Verbum vocale nostrum omnes cognoscitis. Nam verbum meum vocale est hæc mea locutio ad vos exterius. Verbum imaginatum est ipsum verbum antequā proferatur exterius per vocalem locutionem, quod prius in mea imaginatiua est articulatim formatum sub talibus litteris, & syllabis, & dearticulationibus ac modis prolationis. Verbū mentale, vel intellectuale est conceptus mentis vel mētalis locutio, quam ego in meo intellectu formo, vel facio, per ipsius intellectus operationem, vel intellectionem, sicut & vox mea, vel vestra vocalis formatur naturalibus instrumentis, vtputa quatuor dentibus, palato, gutture, ac pulmone, & cæt. Et hoc verbum vel hæc locutio mentalis, vel intellectualis est repræsentatiua rei intellectæ. Vtputa mea locutio mentalis repræsentat rem ipsam, de qua loquor in mente. Vt si mecum in mente loquor de Hercule, vel de Ragusa, tunc repræsentat immediate Herculé vel Ragusam ad extra, hęc mea locutio mentalis. Et hoc verbum vel hunc conceptum, vel hanc intellectualem locutionem, quę eidem sunt, aliqui Theologorum & philosophorū vocant speciem vel similitudinem expressam rei intellectæ. Quoniam expresse & immediate eam repræsentat. Et vocatur species, vel similitudo rei intellectæ expressa, ad differentiam similitudinis intellectus, quæ vocatur species impressa in intellectu. Et breuiter formātur hoc modo hę duæ species, vel similitudines in intellectu. Nam omnis res operatur per formam suam quam in se habet: Sicut ignis calefacit per formam suam, vtputa per calorem quem in se habet subiectiue, & ita exemplica de alijs elementis, sic modo simili dicendum est de intellectu intelligente aliquid. Primo enim in ipso intellectu nostro possibili formatur species, vel similitudo impressa à phantasia. Nam secundum Philosophum. Intelligentem oportet phantasma speculati, & nihil est in intellectu, quod prius non fuit in sensu. Sensus igitur exteriores præsentant sua

Lib. 15. de Trinit.
Isai. 53.
Rom. 1.
1. Phi.
Hier. 10.
Pro. 30.
Iob. 11.
Iob. 36.

Digitized by Google

sensibilia sensui cõmuni. Sensus communis phantasiæ, quæ est receptiua specierum sensibilium, vel cogitatiue quæ est receptiua specierum insensibilium sub tempore, & loco, vt litis & amicitię, &c. Postea phantasia, &c. suam speciem præsentat intellectui possibili, qui secundum philosophum est potens omnia intelligere. Et quoniã ipsa phantasia est materialis, quia organica, ideo suum phantasma est materiale & sesibile. Quia omne quod recipitur in aliquo, recipitur per modum recipientis. Ideo phantasma vt materiale ex se, non potest mouere intellectum possibilem ad suæ speciei receptionem, sicut nec vilis persona potest ex se deferre munus suum vilis extimationis reginę aut regi, quia magna est improportio eorum adinuicem, sed vt munus suum à rege vel regina recipiatur, indiget vt præsentetur per intermedium regis secretarium, vel regis administratorem. Ita cum inter phantasiam, & phantasma, & inter intellectum possibilem, sit maxima improportio, quia phantasia cũ phantasmate est materialis, & intellectus possibilis, & suum intelligibile totaliter spirituale & immateriale, propterea Deus, & natura dedit intellectui possibili tanquam suum administratorem & camerarium, intellectum agentem, qui secũdum philosophum vbi supra, potens est omnia facere.

3. de aĩa.

Qui intellectus agens illustrat phantasma, & nobilitat sua actione, vt sit aptũ recipi ab intellectu possibili sub specie intellectuali. Et ideo philosophus dicit, quòd sicut lux solis se habet ad colores, vt possint mouere potentiam visiuam ad recipiendum species eius, quia lapis non est in oculo, & in intellectu, sed species lapidis, ita & intellectus agens se habet ad phantasma in phantasia existens ad mouẽdum intellectum possibilem pro suæ similitudinis receptione intellectualiter. Et hęc similitudo a phantasmate deducta in intellectu possibili mediante illustratione intellectus agentis à philosophis & theologis vocatur species vel forma, vel similitudo impressa ipsi intellectui possibili, mediãte qua forma, vel similitudine intellectus possibilis actuatus, vt ignis actuatus calore producit ignem similem sibi in forma, producit idolum vel verbum vel conceptum similem in forma speciei dictæ, quod idolum vel verbũ vel conceptum vel loquela expressa, expresse significat rem quam intellectus intelligit ad extra, vel ad intra. Quia intellectus & seipsum potest intelligere ad intra, & alia à se ad extra, vt clare patet. Et breuiter pro minus speculatiuis dicamus exẽplariter differẽtiam inter speciem impressam, & expressam. Vtraque.n. est similitudo rei obiectiue. Vt pura quam ad intra, vel extra intelligimus, sed expressa clarius rem notificat, quàm species vel similitudo impressa, quia impressa est, vt qua expressa vt quid. sicut tu fuisti alias Florentię, in absentia eius habes vtranq; eius similitudinem & speciẽ, dum in absentia eam intelligis. Si igitur alicui qui nunquam vidit Florentiam, narrares situm & qualitatẽ eius tantum vocaliter, & postea ex manica ostenderes etiam figuram eius in Pergameno descriptã, certum est quòd clarius te intelligeret ex ei⁹ figura expressa, quàm ex locutione sola. Ita dico. quamuis vtraq; hęc similitudo rei in intellectu possibili formata, vt supra, notificaret rem obiectã vel intellectam ad extra vel ad intra, nihilominus clarius repręsentat & notificat eã secũda similitudo, idest, expressa rei, quã prima similitudo impressa, quia prima est, vt qua intelligimus obiectũ sed secunda est sub qua obiectũ in intellectu existens est. Ex his igitur declarationibus habemus clare, quid sit verbũ nostri intellectus. Quia est quædam locutio vel idolum, aut similitudo rei intellectę immediatè eã repræsentans ad extra, vel ad intra, formata per operationem intellectus possibilis, mediante specie vel similitudine impressa primo in ipso intelle

ctu ab ipso phantasmate, mediante auxilio, vel deputatione intellectus agentis. Et quoniam res, quas intellectus noster intelligit, sunt in duplici differentia. Quandoque enim noster intellectus intelligit, ea quæ sunt extra nos, vt Florentiam, Ragusium, & huiusmodi, de quibus format in se notitiam vel formam, aut similitudinem eorum expressam, idest, expresse eas representantem. Quandoq; intelligit non solū alia à se, sed etiam seipsum. Et sic etiam intelligendo seipsum format in seipso formam, vel notitiam, vel verbum, vel idolum de seipso. Et tunc loquitur secum intellectualiter, & hunc modum tenet, vt seipsum intelligat siue animam suam. Nam intelligendo aliquam rem aliam à se, cum sit reflexiuus supra actum suum, reflectit se & conuertit supra actum suę intellectionis, & deinde supra potētiam intellectiuam, à qua ille actus procedit. Et postea volendo intelligere animam suam, in qua est hæc potentia intellectiua, reflectit se ad suam animam & formādo de ipsa similitudinem, vel simulacrum quod vocatur conceptus vel verbum cordis, tunc intelligit eam in tali similitudine obiectiua, expresse eam representante. Vide sub breuitate quæ dicit S. Tho. de differentia, & formatione speciei impressę, & expressę. Dicit ergo superius Aug. verbum nostrum interius, idest, de nostra anima formatum, est vtcunque simile illi verbo diuino, nō autem verbum de re exteriori intellecta formatum. Et ratio est. Quia Deus intelligendo seipsum, etiam illo actu alia à se & extra se intelligit, & non econuerso, alia intelligendo seipsum intelligit. Quia sic esset imperfecta eius intellectio, & mēdicatiua, modo quo nostra est imperfecta. Alia enim intelligendo à nobis, nosipsos per ea intelligimus. Deus igitur seipsum intelligendo, format de se ipso conceptum, vel verbum simile sibi per omnia, quod est suijpsius representatiuū, sicut & nos intelligēdo nosmetipsos formamus verbū, vel similitudinē in nobis de nobisipsis. Sic ergo intelligit Aug. superius cum dixit. Nostrum verbum interius de nostra intelligentia formatum. i. de nostra anima, vel de nostro intellectu formatum, & non de reb. exterius intellectis formatum, est vtcunq; simile illi verbo diuino, quod de patris scientia & notitia est formatū. Et hoc modo Deus pater format suum diuinum verbum. Nā ipse Deus intelligendo suam essentiā per suum æternū & fecundissimum intellectū, format & producit in seipso suiipsius conceptum, vel verbum aut notitiam per omnia similem sibi, sicut & nos intelligendo nosipsos, formamus de nobis ipsis similitudinem & verbū. Et hoc verbum patris æterni, est perfecte representatiuum eius, sicut & nostrum verbū de nostri notitia productum, est simile nobis representans animam nostram intellectam. Et qm̄ superius diximus, quod verbum nostrū est triplex. Scilicet vocale, imaginatum & intellectuale. Ideo dicimus ꝙ omnia hęc tria verba nostra similiter conueniūt verbo diuino vtcunque. i. aliquali similitudine. Nam nostrum verbum vocale, quod est vestitum loquela, & maxime si ipsū accipiamus vt in pergameno scriptum, assimilat verbū diuinum vestitum carne humana. Secundo verbū nrm̄ imaginatum assimilat verbum diuinum incarnandum, per determinationem sanctiss. Trinitatis. Nam sicut verbum exterius prius est imaginatione quàm per loquelam exprimatur, ita verbum patris diuini prius est determinatum incarnandum in Concistorio sanctissimæ Trinitatis, quàm sit incarnatum. De qua determinatione dicit Paulus ad Hebræ. Multifarie multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quē constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula. & Galath. 4 Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, & cæter. Tertio verbum nostrum mentale, assimilat diuinum. Et hoc quo ad quatuor. Primo quo ad

Quolib. 5. artic. 9.

Verbū formatum de nr̄a intelligentia, est simile Dei verbo.

Nostris tribus verbis diuinū verbū assimilatur.

Hebr. 1.

Inter verbum nrm mētale, & verbum diuinū, quatuor sūt similitudines, & quatuor dissimilitudines.

ad emanationem. Quia sicut verbum nostrum de nostra intelligentia formatum est similitudo rei intellectę expressa, ita & illud diuinum verbum est expressa & perfecta similitudo paterni intellectus vel paternæ essentię. Secundo quo ad modum emanationis. Quia illud verbum per intellectum est productum & non materialiter per operationem materialem, vel corporalem. Tertio quo ad emanationis similitudinem, quia vtrunque est simile intelligenti. Quarto, quia hoc diuinum verbum sicut nec nostrū est metaphorice accipiendum, vt philosophi dicunt & ponunt, sed est verum & reale verbum, distinctum realiter à producente illud. Nam de ratione verbi intellectualis sunt duo. vnum est quòd sit intellectiuum. Secundum est quòd hoc verbum sit expressum ab altero. Et hæc duo sunt de ratione verbi secundum theologos, sed secundum philosophos, de ratione verbi est primum tantū, scilicet, quòd sit intellectiuum. Et ideo secundum ipsos in Deo secundum rationem tantum est distinctio inter intelligentem Deum & verbum eius. Et propterea dicunt quod verbum diuinum in Deo est metaphorice acceptum, scilicet, pro ipsa essentia intellecta, vt dicit S. Thom. Et quamuis balbutimus has similitudines comparatas inter verbum diuinum, & nostrum, nihilominus est etiam magna dissimilitudo inter eas. Primo quia verbum nostrum prius est formabile quam formatum. Et quandoque verbum nostrum habet rationem cogitationis, vt cū rem imperfecte cognoscimus, & cum titubamus, circa eam, sed verbum diuinum semper est formatum, & semper in actu, & per ipsum Deus pater & se & alia à se perfecte cognoscit. Secundo verbum nostrum nō est vnum, sed ad quamlibet rei intellectionem formamus verbum de ipsa re intellecta, vnde nostra verba sunt plura, sed verbum diuinum est vnum, per quod omnia intelligit, Dominus vnus, & erit nomen eius vnum. Et de vnica eius intellectione dicit. Semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit. Et quo ad instructionē hominum per lumen rationis naturalis in discernendo bonum à malo & econuerso, & mistice, quia vnicum est eius verbum, & aliud non producit personaliter. Tertio verbum nostrum non est eiusdem naturæ nobiscum, cum sit accidens intellectus de nouo formatum ab intellectu. Sed verbum diuinum est eiusdem naturæ cū ipso Deo. Quia quicquid est in Deo est ipse Deus. Quarto cum verbum nostrum sit accidens, non est per se subsistens, sed intellectui inhærens sicut accidens in subiecto. Diuinum autem verbum non solum est eiusdem naturæ cum patre intelligente, sed etiam est per se subsistens, & vera proles intellectus paterni. Ratio est, quia cum hoc diuinum verbum sit productum per intellectū paternum, & sit hæc productio non metaphorica, sed realis, & nulla res se ipsam omnino producit, nam eadem res omnino non oritur, neque procedit à seipsa, & hæc productio cum sit realis & non metaphorica. patet quòd diuinum verbum sit per se substens in natura diuina. Et formatur sic ratio. Omne productum ab alio productione reali, & non metaphorica, est distinctum realiter à producente, hoc patet. quia nulla res seipsam omnino producit, sed verbū diuinum est productum (vt diximus) productione reali & non metaphorica à producente illud, cum de ratione verbi sit, quòd sit intellectum, & productum, ac expressum ab altero, ergo verbum diuinum, est realiter distinctum à patre producente illud. Et hoc verbum nos Christiani vocamus filium Dei, vt in precedenti sermone diximus, & in sequenti dicturi sumus, quia habet omnes proprietates verbi veri, & ipsum Deum cuius est, & à quo est hoc verbum productum, nominamus verum patrem, ex quo est omnis paternitas in cœlis, & in terra, vt dicit Paulus. Et

De ratione verbi secūdū theologos sunt duo, secundum philosophos est vnum.

D. Thom. in q. de veri. q. de verbo. ar. 2.

Zach. 14.

Iob. 33.

Rō ꝙ verbum diuinum sit distinctū realiter à patre producēte illud.

Ephes. 3.

Et processum verbi per intellectũ paternũ, dicimus filij generationem immaterialem, non autem carnalem, sicut carnales gentiles suspicātur de nobis. Et hæc generatio, vt in sequenti sermone dicemus, non præcedit tempore productum, sicut est in generatione materiali, sed est coęterna productio à patre. Et cum hoc verbum nõ dicatur metaphoricè, sed realiter, & vere, oportet quòd sit personaliter acceptũ. Hęc declarauimus secũdũ valorẽ mei parui intellectus, explificando prout melius potui, pro illis qui non studuerũt his difficultatibus, quæ excedunt nostrum intellectum. Qui autem vult plenissime hæc intelligere, legat S. Thomæ postillam super Io. &c. 1. cap.

Quoniam pręcedens declaratio conditionum verbi Dei & similitudinis, ac dissimilitudinis eius cum verbo nostro, per quarum declarationem vtcunque deuenimus in aliqualem cognitionem ipsius verbi Dei, fuit prolixa, & pro rudioribus, prolixioribus declarationibus protractata, necnon apud ignaros insolitis vocabulis, & verbis declarata, & moderni ac simplices breuitate & claritate gaudent, ideo præsuppositis præmissis declarationibus breuiter accipite. Dicit Aurelius Aug. Verbum interius nostrum quod de nostra intelligentia est formatum, vtcunq; simile est illi diuino verbo, idest, per verbum nostrum, & similitudinem nostram, quod de nostro intellectu, vel de nobis intellectis formamus, vtcũque deuenimus in notitiam verbi Dei, quod Deus de seipso intellecto format. Nam cum intelligimus per reflexionem nosmetipsos, formamus de nobis ipsis similitudinem, per quam intelligimus nosipsos: Sicut etiam cum intelligimus aliquid extra nos, formamus de tali re similitudinem, per quam ipsam cognoscimus. Nam etiam in absentia rei intellectæ, vt Florentię, cognoscimus Florētiam, per similitudinem quam de ipsa formamus in nostro intellectu. Et breuiter sicut per speciẽ in speculo causatã ex vobis, cognosco vos omnes, ita & per similitudines rerũ causatas in nostro intellectu, cognoscimus res ipsas. Deus igitur sicut & nos, licet altiori modo, seipsum perfecte intelligit. Et sic seipsum intelligendo, de seipso intellecto format verbum, vel sui similitudinem perfectam, & realem & non metaphoricam in seipso, in qua ipse totus relucet. Et hoc verbum in Deo est Deus, quia quidquid est in Deo, est Deus. Et est per se subsistens, licet in essentia eadem realiter existens cum producente. Et quia nulla res seipsam omnino producit, ideo hoc verbum productum realiter est subsistẽs, & realiter in persona distinctũ à producente. Et hoc verbum est vnum, quia semel loquitur Deus, nostra autem verba sunt plura. Et illud verbum est substantia, nostrum autem est accidens, quia est in intellectu, vt accidens in subiecto, & cætera superius dicta.

Omnia prædicta perpulchre S. August. declarat, sed ego breuiter collegi. Dicit enim. Sicut scientia nostra illi scientiæ Dei est dissimilis, sic & nostrum verbum, quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi verbo Dei, quod natum est de patris essentia. Tale autem est, ac si diceres, de patris scientia, de patris sapientia, vel quod expressius est. De patre scientia. de patre sapientia. Verbum ergo Dei patris vnigenitusque filius, per omnia patri similis & æqualis. Deus de Deo lumen de lumine, sapientia de sapientia, essentia de essentia. Est hoc omnino quod pater, non tamen pater, quia iste est filius, ille pater. Ac per hoc nouit omnia, quæ nouit pater. Sed ei nosse de patre est, sicut esse. Nosse enim & esse, ibi vnum sunt. Et ideo patri, sicut esse non est à filio, ita nec nosse. Proinde tanquam seipsum dicens. Pater, genuit verbum sibi æquale per omnia. Non enim seipsum integre perfecteque dixisset: Si aliquid minus, aut esset amplius in eius verbo, quàm in seipso. Item in 15. de Tri.

libro

libro de verbo Domini. Est enim verbum Dei forma quædam non formata, sed forma omnium formarum. Forma immutabilis. Sine lapsu, sine defectu, sine tempore, sine loco. Superans omnia, existens in omnibus fundamentum quiddam in quo sunt. Et fastigium sub quo sunt. hæc Aug.

Expositio figuralis. Pars II.

NVnc autem exponamus historiã præassumptam spiritualiter ad propositum. Vbi nota pro intelligentia dicendorum. Postquam primi parentes nostri sunt trangressi mandatum Dei in Paradiso Terrestri, exclusi sunt non solum inde, sed etiam clausus est eis, & suis successoribus Paradisus Terrestris, vsque in sempiternum, nisi Deus sua misericordia ipsos iuuisset. Sicut per vnum hominem in hunc mundum intrauit peccatum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt, hęc Paulus. Sed pius pater cœlestis iratus est, & misertus est nobis, & cogitauit super captiuitatem nostram cogitationes pacis, & non afflictionis. Et castigans castigauit nos, & morti æternæ non tradidit nos, sed pœnam & vinculum æternum commutauit in pęnam temporalem, sicut Nabuchodonosori cõdescendit precibus Danielis, cui septem anni vinculationis suæ ferreæ, commutati sunt in septem menses, vt dicit magister historiæ, &c. Et hoc in spiritu præuidit Adam, cum Eua formata fuerat de costa eius. Euigilans enim dixit. Hoc os ex omnibus meis, & caro de carne mea. Vbi dicit Apostolus. Hoc est magnum sacramẽtum in Christo & ecclesia, innuens in hoc incarnationem filij Dei futuram. Et quamuis secundum doctores, Adam ante transgressionem non pręuiderat suum casum, tamẽ præuidit effectum sui casus, idest, Christi incarnationem. Quæ secundum S. August. & Gregor. &c. & potiores doctores, non esset facta, nisi causa peccati. Ideo Gregorius dicit in cantico exultet. O fœlix culpa, quæ tantum ac talem meruit habere Redemptorem, de his inferius. Ad propositum igitur reuertens populus Hebræus, qui stabat sub grauissima captiuitate Ægyptiorum, denotat captiuitatem generis humani grauissimam, sub magno Lucifero & Angelis eius, Vnde Ægyptus interpretabatur tenebræ, siue angustia, vel tribulatio coangustans, denotat Luciferum cum Angelis suis, qui sunt in tenebris exterioribus inferni, vbi est fletus, & planctus. Qui sunt etiam angustia, vel tribulatio coangustans, quia totum genus humanum tenebat captiuũ principaliter ex peccato originali, vt nemo vsq; ad Christum fuerit liber à vinculis eius ęreis & ferreis, donec Christus confregerit portas ereas, & vectes ferreos lymbi, & resurgens duceret secum captiuam captiuitatem, relinquens in mundo existentibus, dona & virtutes contra diabolicam potestatem. Hic igitur populus Hebræus, idest, creatura rationalis ad Dei imaginem facta & creata ad confitendum, & laudandum eum, captiuata, & vinculata clamat ad dominum pro sui liberatione, & hic clamor fuit in Patriarchis, & Prophetis veteris testamenti, quibus reuelata fuit redemptio humana, quòd Deus misericors de cœlo mitteret lapidem paruum sine manibus, & percuteret monstruosam diaboli statuam ex peccatis confectam vsque ad fauillam, vt nec vestigium eius remaneat in terra secũdum eiusdem Danielis visionem. Et hic clamor eorum successiue durauit per 5229. annos secundum computationẽ septuaginta interpretum, scilicet, à constitutione mundi vsque ad Christi passionem. Ideo in huius figuram hic dixit Deus Moysi. Vidi afflictionem populi mei in Ægypto. Et clamorem eius, qui venit ad me audiui. Et sciens dolorem eius descendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum. Et educerem de terra illa in terram

Rom. 5.

Ephes. 5.

ram bonam, idest, militantem ecclesiam gratiæ, quæ fluit hic lacte & melle. Idest misericordiæ meæ & gratiarum abundantia, & in patria cœlesti gratia sempiterna, vbi torrente voluptatis diuinitatis facialis secundum Apostolum & Psalmum. potabuntur. Descendit igitur Deus pater misericardiarum, & Deus totius consolationis, secundum Apostolum. In igne suæ charitatis fragrantis, Moysen mittendo, idest filium ignitę charitatis, de qua Paulus ad Roma. Si enim cum essemus inimici, reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius, multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. Et Ephe. Deus enim qui diues est in misericordiam, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. hæc ille. Descendit super rubum spinosum, idest, super genus humanum, quod Deum pungit peccatis suis, quibus merito erat diuisus ab eo. secundùm quod propheta Isa. dicit. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Ardet, & non comburitur. Quia ignis furoris Dei conuersus est in igné charitatis intensę, secundum quod propheta ait Hierem. In perpetua charitate dilexi te, ideo attraxi te miserãs. Et Christus filius Dei patris per imitationem huius suæ benignę charitatis dixit. Ignem veni mittere in terram vt ardeat, non ardore adustionis irę, sed charitatis, vt superius Paulus dicit, &c. Moyses igitur per quem saluauit, & liberauit Hebræos à captiuitate Ægyptiorum in portentis, & signis magnis, cui & dixit. Veni mittam te, &c. significat Christum Iesum filium æterni patris, quem pater misit in hunc mundum tenebrosum, vt Paulus dicit. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, natum de muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. Galat. Et de quo Baruch. Post hoc in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est. De Christo prophetato vide in Actibus Apostolorum. Hic ergo Moyses secundum interpretationem nominis eius, merito Christum designat filiũ Dei: Nam interpretatur assumptus ex aqua, ita Christus toto tempore vitæ suæ fuit sub aquis tribulationũ, vsque ad mortem, sicut constat discurrenti per totam vitam eius. Et hoc confirmat Dauid Psalm. vbi ex parte Christi exclamat. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ, idest tribulationum vsque ad animam meam. In signum huius dixit Christus tempore passionis. Tristis est anima mea vsque ad mortem, &c. Et in agonia eius, guttę sanguinis ex corpore eius stillabant vsque ad terram, Ioan. Interpretatur etiam vrgens, designat solicitam eius circuitionem, quam faciebat pro salute generis humani, in prædicando, orando, recipiendo peccatores. Et ad patrem in cruce pro crucifixoribus implorando. Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Dicit pater. In hoc dulci nomine blandiens suo genitori, nihil sibi debere negari, vt dicit sanctus Bernardus. Interpretatur etiam liniens, vt dixit Bernardus blandiens suo genitori. Et etiam in figuram huius liniuit oculos cæci, quia peccatoribus medelam imposuit salutis, sicut parabolice de se Christus dicit, quando quendam vulneratum ad mortem, & expoliatum non pertransiens vt Leuita, sed vt Samaritanus misericordia motus in illum, vinum charitatis, & oleum pietatis posuit super eum, committens ipsum presbyteris tanquam suis stabularijs, vt curam illius agerent, redditurus eis in reuersione, mercedé vitæ æternæ. Hic igitur Moyses. i. filius dei patris, verus legatus eius figuratiue, venit in hunc mundum tenebrosum, illuminandum in

Marginalia: 1. Cor. 1. — Rom. 5. — Ephes. 2. — Isai. 59. — Hier. 31. — Gal. 4. — Baruch. 2. — Act. 2. 4. & 8. — Psalm. — Ioan. 12. — Matth. 4. — Luc. 4. — Marc. 3. & Matth. 9.

Digitized by Google

in signis, & virtutibus diuinis, vt patet per omnia euangelia eius. Et submersit Pharaonem oratione sua, Exo. in mari rubro, per quod Hebræi liberi, & salui pertransierunt, significando figuratiue quòd Christus, submerso Pharaone, idest, diabolo & socijs eius & curribus, & equitibus eius, idest, virtutem, & potentiam eius, per aquam baptismi rubricatam sanguine suo, eduxit populum, idest genus humanum sibi credens, & ducens in legis datæ præceptis per desertũ huius venenosissimi mũdi, in quo sunt mortiferi serpentes, & reptilia, quorum non est numerus, de quibus Christus Petro in persona omnium Apostolorum Lucæ. Simon ecce Sathan expetiuit vos, vt cribaret sicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, conducit in terram promissionis æternæ patriæ, manantis lacte & melle, quibus nihil suauius, quia sancti educti, & saluati per Christum ab hoc miserabili deserto, inebriabuntur ab vbertate domus eius, de qua Paulus. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę Deus pręparauit diligentibus se. Ephes. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius. Et iterum. Captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, & iterum. Factus est nobis sapientia à Deo, & sanctificatio, & iustitia, & redemptio. Vide ad Hebræos. 5. capitulum per totum de huiusmodi. Instituit sacramenta Ecclesiæ, sicut & Moyses quæ sunt legis, & legem gratię dedit populo suo, vt clare Sanctus Ioannes dicit. Et hęc signantur in eo quòd petra percussa, sicut Christus vt dicitur. 1. Corin. 10. Petra autem erat Christus, percussus bis, idest, in flagellis, & in cruce, ex latere suo & plagis, dedit aquarum, scilicet, sacramentorum, & gratiarum abundantiam populo Christiano. De quibus gratijs. In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat dicens. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Et in Apocal. Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis, siquis sitit veniat ad me & bibat. Et Zachar. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatę. Et Ezechi. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. Et Isai. Ad has aquas exhauriendas hortatur nos dicens. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite & comedite. Venite emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac. Et de his abundantijs gratiarum Christi. Esa. Clare prophetat, & Christus de seipso dictum esse affirmat. Quum in Synagoga in Nazareth sibi esset traditus liber Isai. Et vt reuoluit librum inuenit locum, vbi scriptum erat. Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me. Euangelizare pauperibus misit me. Sanare contritos corde, prædicare captiuis redemptionem, & cęcis visum. Dimittere confractos in remissionem, prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis. Et dixit eis. Hodie hæc scriptura est impleta in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant. hæc ibi.

Insuper de Moyse legimus, quòd fuit vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra, & tamen iustissimus, quia delinquentes in Deum acriter puniebat, vt patet per libros Exodi, & Numeri, & cæter. & oratio eius non vana coram Deo, sed dum pro peccatis populi exoraret, exauditus est. Sic & Christus Iesus fuit mitissimus super terram, vt patet in tota vita eius. Vnde & suos Christianos hortatus est, mites debere esse, vt possideant terram, dicens.

Marginalia: Exod. 14. — Luc. 22. — Ephe. 1. — 1. Cor. 1. — Ioã. 14. 15. & 16. — Ioan. 7. — Apoc. 21. — Zach. 12. — Ezech. 36. — Isai. 55. — Esa. 61. — Luc. 4. — Num. 12.

cens. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Hoc in speciali ostensum est, quando misit discipulos vt irent in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi in locum & non receperunt eum. Cum vidissent discipuli eius Ioannes & Iacobus dixerunt. Domine vis dicimus, vt ignis descendat de cœlo, & consumat illos. Et conuersus increpauit illos dicens. Nescitis cuius spiritus estis: Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Sed de iustitia eius dicit Leo. Qui misericordia te redemit, iustitia condẽnabit. De acceptatione orationis eius coram patre pro nobis miseris peccatoribus dicit Paulus ad Hebręos. Habemus ergo pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Iesum filium Dei. Teneamus spei nostrę confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine, absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. hæc ille. & Isai. Et dixit Syon, dereliquit me dominus, & oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantẽ suum, vt non misereatur filij vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te, muri tui coram oculis meis semper.

Luc. 9. Hebr. 4. Isai. 49.

SERMO TERTIVS.

DVM OSTENDIT VERBVM DEI, esse verum filium Dei patris, tractat quatuor distinctiones generationis, veramque demõstrat generationem esse in Deo, absque imperfectione, & cum omnibus conditionibus veræ filiationis, & distinctionem per relatiua; interim soluendo hęreticorum obiectiones. Negatur & prioritas in diuinis, & posterioritas, ordo autem originis affirmatur. Dantur & regulæ circa nominum attributiones, atque vltimo exponitur ad propositum historia Ezechiæ Regis in infirmitate constituti. 4.Reg.20.

IN PRINCIPIO ERAT VERBVM. Ioan. 1.

Esai. 38. & 4. Reg. 20. & 21. Paral. 32.

IN diebus illis ægrotauit diues, & inclitus valde Ezechias rex, vsque ad mortem percussus à Domino, quia iuxta beneficia, quę à Domino acceperat nõ retribuit, modo quo debebat retribuere, & gratias Deo agere. Et quia eleuatum est cor eius ex donis habitis, contra Senacherib Regem Assyriorum. Et ex hoc facta est contra eum ira Domini, & contra Iudam, & Hierusalem. Et venit Isaias ad eum ex parte Dei dicens sibi. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Et conuertit Ezechias

chias faciem suam ad parietem, & orauit cum lachrimis ad Dominum, vt sibi remitteret noxam: paries autem respiciebat versus templum. Et exaudiuit fletum eius magnum Dominus. Et misit Isaiam iterum ad ipsum dicens ei. Vade, & dic Ezechie. Audiui orationem tuam: & vidi lachrymas tuas. Ecce adijciam super dies tuos quindecim annos: & de manu regis Assyriorum eruam te: & ciuitatem istam: & protegam eam. Et hoc erit signum tibi à Domino, qa faciet Dominus verbum hoc, quod locutus est. Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas descenderat in horologio Achab in sole retrorsum decem lineis. Hoc enim horologium erat vmbraticum, modo quo apud theutonicos fit super turres vel campanile in pariete, cũ 12. horis distinctis linealiter: cum linguacula ferrea in superficie: quæ vmbram ex oppositione solis ad eam facit, & cursu eius distinguit horas diei. Et reuersus est Sol decẽ lineis per gradus, quos descenderat. Erat em̃ quando loquebat̃ Isa. hæc verba: hora diei 22. secundum vmbram linguaculæ. Et vmbra ex solis retrocessu descẽdit ad horam 12. Hoc admirandum miraculum, & prodigũ apparuit tali die etiã in Babilonia apud Caldeos. Et rex Babiloniæ misit ad Ezechiam principes suos, congratulando sibi quòd ab egritudine conualuisset: Et insuper vt interrogarent eum de portẽto, quod acciderat super terram. Et Isaias fecit sibi afferre massam ficuum. Quam cũ attulissent super vlcus eius, curatus est, hæc in prædictis locis sententialiter.

¶ Hoc mane videbimus duo misteria. Primum erit, quomodo verbum Dei de quo in præcedentibus locuti sumus, sit vere & realiter fili⁹ Dei patris. Secundum exponemus spiritualiter historiam præassumptam.

¶ Quo ad primum. An verbũ Dei possit dici vere, & realiter filius Dei, & videtur quòd nõ, quia filiatio est per concubitum carnalem, sed in Deo nõ est aliqua carnalitas, sed totus est spiritualis, vt Io. dicit. Deus spiritus est. Io.
In contrarium dicit Ioan. In principio erat verbum apud Deum. Respondetur quòd secundum fidem catholicam: verbum Dei est verus realis filius Dei, realiter distinctus a patre in persona, vt dicit Athanasius in suo. Quicunq;, quod cantat omni die Dominico sancta mater Ecclesia in horis. Athana.
Vbi pro intellectione dicendorum notandum ex S. Tho. Quod quidam negauerunt filium, & spiritum sanctum esse Deum. 1. par. q. 77 art. 1. Nam Arrius dixit, quòd filius procedit a patre, sicut prima creatura eius, & spiritus sanctus procedit a patre, & filio, sicut vtriusq; creatura. Quod est contra illud quod dicit de filio. Vt simus in vero filio eius. Et hic est verè Deus. Io. vlt. Et de spiritu sancto dicitur. Nescis quia membra nostra templum sunt spiritus sancti. 1. Cor. 3. c. Templũ autem habere solius Dei est; Sabellius dicit ipsum Deum patrẽ filium dici, secundum quod carnem assumpsit ex virgine. Et eundem dici spiritum sanctum, secundum quod creaturam rationalem sanctificat, & ad vitam æternam mouet. Huic etiam acceptioni repugnant verba Domini, de se dicentis. Non potest facere a se filius quicquam. Io. 5. Et multa alia, per quæ ostenditur, quòd nõ est ipse pater, qui filius. Sed quia isti carnales fuerunt, ideo de personis diuinis carnaliter intelligebant. Quilibet autem sapiens considerare potest, quòd non est idem generationis modus in omnibus rebus, sed in vnaquaq; re inuenitur generatio, secundum proportionem, & propietatem suæ naturæ. Nam sunt quatuor gradus generationum, sicut sunt quatuor gradus entium. Quædam habent solum esse, vt inanimata. Alia habent adhuc vegetari vt planta. Alia vltra etiam habent sentire vt animalia. Quartus gradus est quod habet intelligere. Et hoc genus entium intellectiuum est distinctum adinuicem. Scilicet in intellectum humanum vel rationalem, qui cum discursu intelligit; & ange-

Sicut sunt quatuor gradus entiũ, ita sũt quatuor modi generationis.

Digitized by Google

angelicū, qui intelligit sine discursu, & intellectum diuinum. In oībus his gradibus entiū. Alius & alius est modus generationis. In inanimatis esse tantum habentibus: est generatio per actionē vnius in alterū suis qualitatibus adinuicē contrarijs, calidis, & frigidis humidis, & siccis. Sicut ex aqua generatur ignis, & econuerso, ꝑ actionem qualitatum eorum cōtrariarum adinuicem. Generatio autem plantarum est per semen seminatum in terra, & ibi mortificatum vt dicit Christus. Et plantę deinde producunt fructus suos per pullulationem. Sensitiuorū autem generatio est per concubitum maris & fęmine. Et quia quartus gradus entium est intellectualis: ideo in ipsis est generatio intellectualis, &
Io.3. spiritualis. Qm̄ Io. dicit. Quod natū est ex carne, caro est, quod natū est ex spiritu, spiritus est. Nec est conueniēs ab ente intellectiuo amouere generationē suo modo. Vt qūo corporalia entia possunt generare sibi simile, quia hoc est perfectionis, ita & spiritualia entia generant sibi simile, modo conuenienti sibi: cum intellectualia entia sint nobiliora q̄ entia materialia. Et quia hic gradus intellectiu⁹ distinguitur in tres gradus entiū vt dixim⁹, in quolibet horum suo modo est generatio, & per consequens generatum ꝓcedens ab eis. Sed hæc generatio & hoc generatum est minus perfectum, & magis perfectū, secundū maiorē, & minorem perfectionē producentium. Superius enim in præcedentibus sermonibus declarauimus, quomodo rationalis creatura in sua intellectione producit verbum, & ꝙ principiū hui⁹ generationis verbi in eis est iniciatiue ab extrinseco, quia nihil est in intellectu nostro secundū philosophum, qđ prius non fuerit aliquo modo sub sensu: & quia intelligentem oportet phātasmata speculari. Similiter & intelligentiæ per intellectionem suam producunt verbum, simile rei intellectæ a se, sed hanc intellectionem ipsi non mendicant ab exterioribus vel interioribus sensibus, cum sint totaliter spirituales, sed per species infusas eis a Deo omnium rerum creatarum, & producendarū, datas in principio suæ creationis. Ita ꝙ alia a se intelligunt per species sibi innatas, se autem ipsas per seipsas. Et sic per huiusmodi species verbū in se rei intellectę formant: dum sibi præsentatur. Et ita etiam de seipsa, seipsam intelligendo, verbum formant. Sed in vtraq; hac natura entium, hoc verbum productum per intellectionem eorum est accidens intellectus, de nouo formatum, secundum quod nouiter quid intelligunt: quoniam non potest esse nobilior effectus sua causa. Si ergo intellectus eorū, sint potentiæ accidentales, necesse est dicere, ꝙ & verba formata per tales intellectus sint accidentia. Et hæc verba formata per eos, vocantur proles intellectus eorum. Cum igitur hanc prolem verbi possint producere intellectus creati: quare ab intellectu diuino talis proles verbi sit neganda, licet in infinitum sit perfecti⁹, sicut in infinitum excedit cuncta? Et hoc confirmat. Vbi dicit Deus. Si ego, qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus? Hanc auctoritatem Augustinus & multi alij allegant ad probandum æternam generationem vnigeniti filij a patre. Potest autē ex littera hac ratio fortis & idonea ellici ad probandum æternam generationem in Deo. Nam quicquid perfectionis est in effectu, aut creatura, perfectiori modo sunt in causa, maxime prima scilicet Deo creatore. Cū ergo virtus generatiua sit magna perfectio, & ipsa generatio, perfectissima emanatio, sequitur ꝙ in Deo sit virtus generatiua, generatioque perfecta, ita quòd præter omnem fęcunditatem generatiuam, ac generationem in creaturis existētem, sit in Deo generatiua fęcunditas, & generatio sempiterna. Nam & ipsa spiritualis fęcunditas, & generatio a Deo cōmunicata est ipsi Ecclesiæ. Ideo præter eam inuenitur in Deo paterna fęcun-

Argumentū a minori, & aliud argumētū ꝓpulchrū ex sacra scriptura, ꝙ ī Deo sit virtus generatiua.

Rom.1.

ditas prior altior, atq; perfectior. Dicamus igitur vt Apostolus ait. Inuisibilia enim illius a creatura mundi. i. ab homine, in quo est omnis mundi creatura: secundum Greg. per ea quæ facta sunt intellecta conspiciunt: sempiterna quoq; virtus eius, & diuinitas. Si per primam actionem, quæ est contrariarũ qualitatum in creaturis, quę habent tantum esse, fit generatio sui similis, propter perfectionem earum, & si generatio datur in plantis per seminis in terram fusioné, & deinde fructuum in eis per pullulationem, propter sui perfectionem generando sibi simile, & si in sensitiuis eadem generatio datur sui similis per concubitum, & si intellectiuę creaturæ, vt homo, & intelligentiæ generant & producũt de suiipsius intellectione prolem vel verbum sibi simile, quare (vt diximus) in Deo, q cunctis creaturis dedit hãc perfectionem, eam non ponemus, sed ab eo fęcundissimo remouebimus? Qđ verbum, vel quæ proles sua per similitudinem (vt superius declarauimus;) de méte Augustini in Deo generatur, modo quo verbum de nobisipsis intellectis in nobis formatur. Et in hoc & in alijs exemplis creaturæ ad creatorem, ab ipsa creatura omnem imperfectionem debemus eximere, solam eius perfectionem Deo attribuendo. Deo igitur generatio verbi conuenit, modo generationis nostri verbi de nobis intellecti demptis, & amotis imperfectionibus eius. Et hoc verbum, vt diximus, vere filius Dei patris est, non carnaliter, sed intellectualiter ab ipso procedens. Et q ita sit, dicamus conditiones quæ requiruntur ad veram filiationem. Nam sex sunt conditiones filiationis vere. Prima q habeat esse substantiale, Ideo cũ accidentis esse sit inesse secundum philosophum in prædicamentis, non potest sibi conuenire nomen filiationis. Quia tua albedo nõ potest dici tuus filius: quamuis ex corpore tuo sit generata vel causata. Secunda est quòd tale esse habeat ab alio, propter hoc pater cœlestis non dicitur filius, quia non habet esse ab alio. Est enĩ secundũ Theologos principium non de principio. Tertia q illud esse quod habet ab alio, habeat illud naturaliter, vnde artificiata non possunt dici filius, quia non procedũt naturaliter sed artificialiter per arté. Et ideo scamnum non dicitur filius fabri. Quarta q filius conueniat in natura cum generãte. Quia secundũ philosophũ generatio est opus naturæ, & non artis. Propterea sol & homo q̃uis generant hominem: tamen sol non dicitur pater noster, quia non conuenit nobiscum in natura, sed homo dicitur pater, quia cum filio conuenit in natura. Et filius eius dicitur filius talis patris, quia conuenit in natura cũ patre generante, cum sole autem non, nec sol cum ipso communicat in natura humana. Quinta est q illud quod est genitũ sit in natura vitali. Et ideo ignis genitus ab igne generante non dicitur filius eius, nec econuerso pater eius: quia vitam non habet. Sexta conditio est q genitum sit in natura intellectuali. Ideo planta non generata a planta non dicitur filius eius &c. Similiter nec dicitur vere pullus generatus ab equa, filius eius, quamuis sit in natura vitali, quia non est in natura intellectuali, & hoc practice inter hoĩes habetur: Quia nullus pullũ genitum vocat filium equæ, sed pullum equę. Cum igitur verbum Dei in se vere & realiter habet omnes sex dictas conditiones, clare patet ipsum fore verum, & realem filium Dei patris. Et q habeat has sex conditiones verę filiationis, attendatis. Primo habet esse substantiale: Quia quicquid est in Deo est Deus. Et ipse filius Dei est in Deo patre, Quia ipse, de seipso dicit. Ego in patre & pater in me est. Secundo habet suum esse ab alio, quia de patre Ego a Deo processi. Et vt superius in primo sermone declaraui, & verbum erat apud Deum. Tertio habet esse naturaliter a patre, & non artificialiter. Psal. Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie, idest in æter-

Quæ sunt pfectionis solũ ĩ creatura: Deo est attribuendum.

Sex reqrũtur ad verã filiationem, q̃ oĩa cõueniunt verbo Dei

Io.14.
Io. 8.

Digitized by Google

æternitate, quæ est tota simul comprahendens omne tempus, genui te. Et iterum ex vtero ante luciferum genui te. Artificialiter autẽ facta non dicuntur generari. Quarto conuenit in
Io.10. natura cum patre. Ego & pater vnum sumus. Quinto cõuenit cum patre in
Io.1. natura vitali, vt supra. In ipso vita erat. Sexto conuenit in natura intellectuali. Quia Io.4. dicit Deus spiritus est. Et iterum. Ego in patre, & pater in me est. Ecce quomodo verbum Dei verus & realis est filius Dei patris, cũ omnes conditiones habeat perfectę fi-
Heb.1. liationis. Vnde Paul. Multifarie multisq; modis olim Deus loquens patribus in ꝓphetis. Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorũ, per quẽ fecit & secula. Et de patre dicitur. Ex quo est omnis paternitas in cœlis, & in ter-
Eph.5. ra: Nec dicas. Ergo & Angeli producunt filios: quia & ipsi producũt verbũ simile verbo Dei vt diximus. Quoniam & si nos & Angeli producimus verbum de nostra intelligentia, at verbum tale est in nobis & in Angelis accidens de nouo formatum a nobis, vt diximus superius. In solo autem Deo est substãtia. Quia quicq̃d est in Deo est substantia, & est ipse Deus. Sed dices, si verbum Dei est filius Dei, cum nulla res seipsam producat, ergo Deus pater, & Deus filius, vtputa producẽs & productum sunt realiter distincti, & per consequens erunt realiter distincti secundum substantiam? Et sic erunt duo dij & nõ vnus Deus, quod
Deut.6. est contra veritatem & totam sacram scripturam quæ dicit. Dominus Deus tuus, Deus vnus est &c. Ad hæc obiecta respondetur, ꝙ distinctio quæ est inter patrem, & filium in diuinis, non intelligitur esse in essẽtia, quia vtriusque est vna essentia, & substantia, sed est eorum distinctio relatiua solum in persona & non absoluta in natura. Et vt clarius intelligas. Scito quòd omnis distinctio in diuinis, aut est per absoluta, intelligenda, aut per relationes, sed non est per absoluta hæc distinctio in Deo intelligenda, quia sic essent plures dij quod est erroneũ. Ideo distinctio hæc inter personas diuinas est intelligenda per relationes reales. Quia secundũ Athanasium in suo simbolo. Alius est pater, alius filius alius spiritus sanctus, sed nõ est aliud pater, aliud filius, aliud spũs sanctus, sed omnium est vna essentia & vna diuinitas. Nam genus masculinũ in hoc pronomine alius, refertur ad ꝑsonas, quæ sunt in trinitate diuina realiter per relationes, distinctę. Sed genus neutrum refertur ad naturam. Et cum sit in diuinis personis vna eadẽq; natura essentia, & substantia, quæ idẽ sunt, non potest dici in eis aliud. Quare diuinæ personæ non distinguuntur per absoluta, sed per relatiua & per respectus, vt q̃ non ab alio, & a quo alius.

Sed adhuc pro meliori intelligentia notandum ꝙ si aliquid creaturæ sit Deo attribuendũ, ab ipsa est remouenda omnis imperfectio, & sola perfectio eius Deo est attribuenda, vel saltem id quod non dicit imperfectionẽ aliquam. Exemplifica vt placet, semꝑ vltimam perfectionem creaturæ, vel quæ non dicit imperfectionem Deo attribuendo. Dicimus igitur ꝙ in humanis inter patrem & filium duplex est distinctio, quia dupliciter distinguuntur adinuicem. Nam pater & filius in humanis distinguuntur relatiue & absolute. Absolute distinguunt, quia alia essentia est patris, alia filij realiter, & numeraliter. Et hoc accidit quia pater noster carnalis cum sit imperfectus, non potest suammet essentiam in identitate naturæ filio cõmunicare: sed sibi simile facit quomodo põt: vtputa in natura numerali distinctum. Quoniã si posset in filio suã omnimode naturam in identitate omnimoda naturę communicare, vere cõmunicaret, quia charitas semper a seipso primo procedit. Similiter distinguuntur realiter adinuicem pęnes respectus quos habent adinuicem, vt nõ sint idẽ in persona, quia pater est filij pater, & filius est patris filius, habẽ-

Perpulchra declaratio q̃d in ꝑsonis diuinis est sola distinctio relatiua.

Digitized by Google

tes adinuicē distinctos respectus reales in persona. Et sic in humanis inter patrem & filium est duplex realis distinctio, vna est per aliam, & aliam substantiam vel essentiā. Alia est per aliā & aliam personam realiter. Remoueamus igitur ꝑ possibile vel per impossibile per intellectum a patre, & filio distinctionem eorum in essentia, & remaneat sola inter eos distinctio in persona, nonne in tali casu pater & filius distinguerentur, & distincti essent per solam relationē, & respectus, quos habent adinuicem. Idest a quo alius, & qui ab alio? Et ita mente tua conscendas ad distinctionem personarum diuinarum. Deus enim pater cum sit infinitæ virtutis. Plus potest facere quā quæcunq; creatura etiam intelligere, dūmodo nō dicat contradictionē &c. Et ideo existens infinitæ potentiæ, & abundantissimę fęcunditatis, vt superius dixit Isaias, potuit sibi simile nobiliori in infinitum modo, quā quæcunq; creatura generare. Et vltra qđ nō potest creatura aliqua: ipse potest ratione suæ infinitæ fęcunditatis sibi simile omnimode identice in natura generare sicut & generauit secundum fidem catholicam, & Isa. qui non esset ab eo aliter distinctus. Nisi ꝑ relationem realem, quę est a quo alius & qui ab alio, quia vt dicit scriptura, quæ sunt supra sensum hominum, sunt tibi ostensa. Et sic patet ꝙ Deus pater a Deo filio suo distinguitur realiter per relationem talem, & non per distinctionem essentiæ: cum sint vnum in essentia, sed distincti in persona. Sed obijcies, pater est antequā filius est, cum ab eo procedat, ergo Deus pater aliquando fuit sine filio, quod denotat mutationem in eo ex nouitate filij &c. Respondetur quia nos christiani ponimus in diuinis personis solum distinctionem realem per relationē & respectus, & secundū Philosophū Relatiua sunt simul natura, ideo Deᵒ pater, quāuis ex sua essentia genuerit filium sibi equalem: tū & pater, & filius sunt simul natura, & vnus nō est

Obiectiones soluūtur.

prior altero. Sed hoc esset, si essent distincti etiam in essentia, & natura, vt tu cum tuo filio, ratione cuius distinctionis in natura, vnᵒ altero est ꝑ rior. Et vt pro vestra claritate, sit vobis facilius intelligere, ponamus exemplum in naturalibus, quomodo filiᵒ Dei est ab æterno cum suo patre &c. Dicit.n. Dionisius. Quæ sunt dispersa in inferioribus, sunt vnita in superioribus. Et quæ sunt perfectionis in creatura, vel non denotant imperfectionem, illa Deo attribuenda sunt, dempta tamen ab ipsa creatura sua imperfectione. Vt est sapiētia, sciētia, prudentia, intellectus, bonitas &c. attributa. Ad propositum igitur nostrū. Nos in sacra scriptura inuenimus filiū Dei vocari quandoq; splendorem. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, quandoq; imaginem. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus oīs creaturæ &c. Qn̄q; speculum mundissimū. Candor est.n. lucis æternæ, & speculū sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis. Quęro igit̄ a te. Nōne ab igne est splendor? potest ne ignis esse sine splēdore? Dico ꝙ nō. Quia etsi ignis esset ab æterno, etiam splēdor eius esset ab ęterno Igitur sit ignis vt pater, splendoris, tunc quandocunq; ignis esset, & splendor esset. Ita etiā de patre & filio vt dicit Aug. dicēdum est. Nam inuenias mihi ignē sine splendore, & credam tibi patrem esse sine filio. Similiter. Nonne si esset speculum hic in oppositū vobis, etiā si vos ab æterno essetis in oppositum speculi, ab æterno esset vestra imago in speculo. Similiter virgultum in flumine natū, si ab æterno ibi esset, semper vmbra ex ipso generata esset cum ipso ab æterno. Insuper & secundum Philosophos, qui mundum ab æterno generant: tamen dicunt ipsum productum a Deo. Dicunt etiam ipsum mundum vna simul cum Deo esse ab æterno, quamuis ab ipso Deo sit productū. Ita similiter dicēdū est. Deᵒ pater ab æterno generauit filiū, & semp ab æterno secum fuit, sicut splēdor & imago

De nominibᵒ quibus filius Dei nuncupatur i sacra scriptura.
Heb. 1.
Coll. 1.
Sap. 7.

imago, & speculum immaculatũ eius. Nec in diuinis personis est prioritas, aut posterioritas temporis vel naturę sed tantum si vocanda prioritas sit, prioritas originis vt a quo alius, & q ab alio est. Dicit etiã Herueus. Quòd in diuinis é ordo realis, vt a quo ali⁹, & qui ab alio, non autem ordo priori tatis, & posterioritatis. Et ratio horum est. Nam ordo talis respicit personas distinctas realiter, quod est in diuinis. Sed prius, & posterius respicit essentiam distinctã realiter, quod non est in diuinis. Et sic ad hoc propositum dicit Aug. ꝙ in diuinis est ordo, non quia vnum, & prius, & aliud posterius, sed quo vnus est ab alio, vnde Aug. negat prioritatem, sed concedit ordinem, non durationis vel naturæ, quia talis respicit personam, & naturam diuisam, sed originis, qui ordo potest esse sine diuersitate essétię.

quol. 1. q. 3. art. 2.

Sed dices. Nonne philosophus dicit. Prius est quod est primo propinqui⁹ igitur vbicunq; ponitur ratio primitatis debet poni ratio prioritatis secũdum modum huius primitatis, sed in Deo ponitur ratio primitatis, quia ibi ponitur ratio principij, & primũ idem est quod principium. Ergo in diuinis debet poni aliquis modus prioritatis, correspondens illi modo primitatis. Igitur in diuinis ponendo ordinem realem personarum, erit nõ solum ordo originis, sed etiam naturæ primitas, vt videntur dicere exempla tua superius posita de splendore, de igne, de vmbra virgultę, & mũdi ęternitate. Et per consequens erunt hæ personæ diuinæ distinctæ, non solum in persona, sed etiam in natura, vt prędicta exempla videntur asserere. Et sic erunt apud christianos personæ diuinæ plures dij essentialiter distincti &c.

5. Metha.

1. Posteri. Philo.

Respondetur primo ad philosophi dictum, quia S. Paulus. dicit. Sapientiam autem loquimur inter ꝑfectos. Sapientiam vero non huius seculi, neque principum huius seculi qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in misterio, quæ abscondita est, quam prędestinauit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principium hui⁹ seculi cognouit idest secundum Glo. nemo philosophorum cognouit. Hæc ibi. Ideo dicendum est ad philosophi dictum, quòd philosophus non vidit primitatem suppositorum sine primitate naturæ, quia nõ cognouit pluralitatem suppositorum in eadem natura, & ideo dicit ꝙ prius est, quod est primo propinquius, non primitate suppositorum, sed debet intelligi naturæ secundum eum. Nos autem fidem catholicam quibus reuelata sunt secreta cęlestia sanctissimę trinitatis dicimus, ꝙ philosophi auctoritas secundum veritatem catholicã, intelligitur quo ad primitatem in diuinis modo quo est prioritas ibi vel primitas. Sed prioritas in diuinis est originis, quæ est a quo alius, & non in quo alius personaliter nisi quo ad essentiam, vt dicit. Ita & prioritas quæ non respicit naturam, sed supposita naturæ diuinæ est ibi. Et ad exempla dicẽdum, ꝙ secundum philosophum non dantur exempla vt ita sit in exemplato totaliter, sicut exẽpla videntur sonare, quia sic exẽplũ idem, & exemplatum esset, sed secundũ aliquid assimilatur, & vt melius audientes intelligant. In nostris exemplis namq; superius dictis sufficit habere, ꝙ potest esse vnum ab alio simul tẽpore & duratione. In diuinis etiam personis vltra hoc addimus supra creatam naturã, ꝙ vnũ potest esse realiter ab alio, & tñ sunt simul natura, quãuis vt diximus, scd̃m prioritatẽ originis: q̃ non derogat simultati naturæ. Et cũ Christus dixit Philippo. Non credis quia ego in patre & pater in me est, intelligitur, ꝙ pater in filio, & filius in patre esset non per confusionẽ in inuicẽ, sed per essentiæ vnitatem, de qua ibidem dicitur, ego & pater vnũ sumus. Et ibi S. Tho. dicit. Sciendũ est, ꝙ essentia aliter se habet in diuinis ad ꝑsonã & aliter in hoibus. Nã in hoibus essentia sortis nõ est sortes, qa sortes est ꝙ cõpositũ, sed in diuinis essentia est idẽ

1. Cor. 2.

Io. 4.

Io. 14.

personæ scd̃m rem, & sic essentia pris est pater, & essentia filij est filius. Vbicunq; ergo est essentia patris, est ipse pater, & vbicũq; est essentia filij, est ipse filius. Essentia aũt patris est in filio, & essentia filij est in patre. Ergo filius est in patre, & pater in filio. Et sic exponit Ilarius, hæc ibi. Sed hæreticus adhuc dubitat, quõ pater possit esse, & non sit senior ipso filio. Respondet hoc accidit in nobis, in quibus pater, & filius sunt distincti non solũ in persona, sed etiam in natura, non autem in diuinis personis, & in diuina generatione, vbi filio a patre eadem numero natura cõmunicatur, quæ facit vnã psonam esse in alia scd̃m eandẽ naturam, vt Christus dixit, & exponit. S. Th. vt supra, sed senectutis causa ad filiũ suum est natura distincta numero, & numeraliter distincteq; cõicata filio a patre, quod non accidit in diuinis personis, vbi vna & eadem natura cõicata a patre est in filio identice. Et insuper diuinis humana attribuenda sunt, dẽpta ab eis imperfectione vt superius declarauimus. Tẽporalitas aũt & senectus dicit imperfectionẽ, quoniam Deus, & diuinæ psonæ in æternitate consistunt, quæ est tota simul, & non successiua mensura. Propterea & sacra scriptura vt superius declarauimus filium nominat nomine splendoris &c. ratione coeternitatis. Sed obijciunt. Nonne Christus dicit, Pater maior me est. Respondetur q̃ est maior eo, quo ad humanitatem, quia humanitas eius est creatura Dei: non autem quo ad diuinitatem, quia dicit de se & patre, ego & pater vnum sumus. Vnum dico, sicut in natura, ita in equalitate, & in omnibus attributis diuinis. Relationi autem personarum non conuenit maioritas, & minoritas nisi ratione maioritatis vel minoritatis absolutorum in eis etiam secundum philosophos. Et breuiter pro omnibus obiectionibus quæ possunt fieri circa prædicta & alia addenda, regulãda sunt scd̃m doctrinã S. Tho. qm̃ scd̃m Hiero. ex verbis inordinate prolatis incurrit heresis. Ideo cũ de trinitate loquimur, cũ cautela, & modestia est agendũ, quia vt Aug. dicit Nec alicubi periculosius erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Oportet aũt in his q̃ de trinitate loqmur, duos oppositos errores cauere, tẽperate inter vtrosq; procedentes. Scilicet errorem Arij, q posuit cũ trinitate personarũ, trinitatem naturæ vel substantiarũ; & errorẽ Sabellij, qui posuit cũ vnitate essentiæ, vnitatẽ personæ. Ad euitandũ aũt errorẽ Arij vitare debemus in diuinis, diuersitatis nomẽ, & differẽtiæ, ne tollatur vnitas essentiæ. Nã diuersitas & differentia formã respicit, & actũ. Et cũ ibi sit vna essentia triũ personarũ, non possumus ibi vti talibus nominibus: possumus tñ vti nomine distinctionis propter oppositionẽ relatiuã, qa distinctio cõuenit relationi. Vnde sicubi in aliqua scriptura autentica diuersitas vel differentia inueniatur personarum: similiter differentia ista vel diuersitas, pro distinctione est interpretanda. Ne aũt tollat simplicitas diuinæ essentiæ, vitandũ est nomẽ separationis. Ne vero tollatur similitudo, vitandũ est nomen alieni, & discrepantis. Dicit.n. Ambr. Quòd in patre & filio nõ est discrepans, sed vna diuinitas. Et scd̃m Ilariũ vt dictũ est. In diuinis nihil est separabile. Ad vitandũ autẽ errorẽ Sabellij vitare debem⁹ singularitatẽ, ne tollat cõmunicabilitas essentiæ diuinę. Vnde Ilarius. Patrem & filiũ singularẽ Deũ prædicare sacrilegũ est. Debem⁹ etiã vitare nomẽ vnici, ne tollatur numerus psonarũ. Vnde Ilarius in eodẽ libro dicit, q adeo excludit singularitas, atq; vnici intelligentia. Dicimus tñ vnicum filium, quia non sunt plures filij in diuinis. Neq; tñ dicimus vnicum Deũ, quia pluribus deitas est cõis. Vitamus etiã nomen confusi, ne tollatur ordo naturæ a personis. Vnde Ambrosius dicit. Neq; confusum est quod vnum est, neq; multiplex esse potest, quia indifferens est. Vitandum etiam est nomẽ solitarij,

Margin notes: Io. 14. — 1. part. q. 31. art. 1. — Quæ dicũtur de psonis diuinis his regulis sunt regulanda. — 1. de Trin. — In lib. de Trini. — 1. de Trin.

solitarij, ne tollatur consortiũ trium
4. de Trin. personarum. Dicit. n. Ilarius. Nobis neq; solitarius, neq; diuersus cõfitendus est Deus. Hoc aũt nomẽ alius masculine sumptũ, non importat nisi distinctionẽ suppositi, vnde conuenienter dicere possumus, ꝙ filius est alius a patre. Quia scilicet est aliud suppositũ diuinæ naturæ, sicut est alia persona, & alia hypostasis. Vnde bene dicimus alius, sed non alienũ. Quia alienum est quod est extraneũ, & dissimimile. Similiter non dicimus pater est aliud a filio, q͂a neutrũ genus est quasi informe pluribus cõpetens, vt patet per interrogationes factas. Cum dicimus quid est homo. Respondemus rationale animal, quod est cõmune pluribus. Sed cũ quærimus per masculinum, & fęmineũ, vt quis est talis dicimus, sortes vel maria, qđ denotat distinctionẽ personalẽ. Et ideo bene vtimur nomine alius, sed nõ aliud, quod ad essentiam pertinet. Et econuerso dicimus, ꝙ sunt vnum in neutro genere, quia vnum in substantia, sed nõ dicimus ꝙ sunt vnus: quia sunt distincti in persona, hæc S. Tho. Hæc breuiter confirmanť in gestis concilij Ephesini. Vbi dicitur. Propterea alicubi q̃dem appellat filiũ patris, Alicubi splẽdorem vocat, Alicubi verbum scriptura diuina, singula horum nominũ de ipso dicens, vt intelligas, ea, quæ de Christo dicuntur, non esse blasphemiam. Quia enim tuus filius eiusdem naturæ tibi sit, volens sermo diuinus vnam substantiam patris, & filij ostendere dicit. Filium patris, qui ex eo natus est vnigenitus. Deinde quia natiuitas filij apud nos ostentationẽ prębet passionis, ideo hunc filium appellat, verbum: impossibilitatem natiuitatis eius nomine isto demonstrans. Sed quoniam pater quispiam factus vt homo, indubitãter senior filio suo monstratur, ne hoc ipsum etiam de diuina natura putares, splendorem vocat vnigenitum patris. Splendor quidem nascitur ex sole, non aũt intelligitur sole posterior. Coexistere ergo semper patri filium, splendor tibi denunciat. Impassibilitatem natiuitatis verbum ostendit. Consubstantialitatẽ filij, nomen insinuat, hæc tibi.

Con. Eph. Ad ꝓpositum ꝓpulchrè cõfirmatur ex concilio Ephesino.

Expositio figuralis.

Expositio figuralis.

SEcunda pars. Nunc accedamus ad historiæ figuralẽ expositionẽ: Ezechias Rex. Interpretatur auxiliũ Domini, vel cõfortauit me Dñs. Qui erat diues & inclitus valde; denotat figuraliter primos nostros parentes in statu innocentiæ, qui fuerunt valde diuites & incliti, vt clare ostendit liber Genesis. Quoniam ad imaginem Dei quippe factus est homo, sicut dicit scriptura. Et Aug. Pulcherrime de primorum parentum nostrorũ statu innocentiæ disserit, dicens. Viuebat itaq; homo in Paradiso sicut volebat, quãdiu hoc ipse volebat quod Deus sibi iusserat. viuebat fruẽs Deo ex quo bonus erat, viuebat sine vlla egestate, semper ita viuere habens in potestate. Cibus ei aderat ne exuriret, potus ne sitiret, lignum vitæ ne eum senecta dissolueret. Nihil corruptorium in corpore, vel ex corpore vllas molestias vllis eius sensibus ingerebat. Nullus intrinsecus morbus, nullus ictus metuebatur extrinsecus, summa in corpore sanitas erat, in animo tota tranquillitas. Et S. Greg. dicit. Si homo in innocentia ꝑstitisset, filios gehennæ, non procreasset. De perfectionibus, & excellentijs primorum parentum nostrorum in Paradiso: vide S. Tho. Ad longum, ibi pulcherrime cuncta describit. De cuius perfectionibus. Sub vno verbo cõcludẽs dicit. Solummodo hoc inueni, ꝙ fecerit Deꝰ hominem rectum, & ipse se infinitis miscuit quæstionibus idest diabolicis persuasionibus, vt patet Gen. In hoc nomine rectum includitur, & subintelliguntur omnia dona meliora eis esse collata, vt gratiæ gratis datæ, & gratia gratum faciens, præuijs bonis naturalibus pro ipso, & tota eius generatione facientibus.

August. 4 de ciuit. Dei. 26. De nobilitate primorũ parentum in statu innocentiæ.

1. pa. q. 95

Eccle. 7.

Gen. 3.

Digitized by Google

Et Psal. Quid est homo, quòd memor es eius? Aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuũ tuarũ. Omnia subiecisti &c. Ecce igitur quam diuites: quã incliti fuerant. Sed ipsi miseri, ingrati donis diuinis, & excelsis operibus ei⁹ impinguati & dilatati recalcitrauerũt se miscentes infinitis quæstionibus, contra Dei honorem agẽtibus, q̃ suasione Diaboli appeterent fructum eis vetitũ scientiæ boni & mali, vt essent sicut dij, tãquam non sufficeret eis, q̃ essent creati ad imaginem, & similitudinem Dei, vt ipsum summũ bonum intelligerent, intelligendo amarent, amando possiderent, possidendo fruerentur cum tota sua progenie, & generatione. De his vide nostrũ sermonem inferius factum. Sed quia De⁹ resistit superbis, & humilib⁹ dat gratiã, & vt Psal. dicit. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiã, propter superbiam, & ingratitudinem, ac elationem eorum a Domino percussi sũt infirmitate incurabili per naturam, vt nisi misericordia Dei, de qua Psal. Cũ iratus fueris, misericordiæ recordaberis; sibi propitiaretur, nõ solum morte temporali sed etiam perpetua perimerentur in æternum. De qua eius infirmitate dicit Psal. Homo cum in honore esset, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Nam Paulus dicit. Sicut per vnum hominem in hunc mundum intrauit peccatum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertrãsijt in quo omnes peccauerunt. Vsq; ad legem enim peccatum erat in mũdo. Et infra. Vnius delicto multi mortui sũt, & vnius delicto mors regnauit per vnum. Et sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis constituti sunt multi peccatores, ita & per vnius obedientiam iusti constituerentur multi. Et Eph. Eramus p̃ naturã filij irę sicut & cęteri, hęc Paulus. De hac morte & expoliatione donorũ in statu inocentiæ Gen. 3 ad longũ discurrit. Quomodo, ex trãsgressione nudos se esse cognouerunt. i. priuatos gratijs innocẽtiæ in qua erãt creati, vt facti sunt ex honore tã excelso similes bestijs, quib⁹ alias dominabãt, vt dicit Gen. Et ex Paradiso voluptatis non solũ terrestri, sed etiam cęlesti exclusi sunt, imposita eis digna p̃ ingratitudine, & elatione, pęnitentia. Mulieri imposuit, ac dixit. Multiplicabo erũnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dñabit tui. Adæ vero dixit; quia audisti vocẽ vxoris tuę, & comedisti de ligno, ex quo præceperã tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laborib⁹ comedes ex ea, cũctis diebus vitę tuę, spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrã de qua assumptus es, quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Eiecitq; Adã de Paradiso voluptatis vt operaret terrã, de qua assumptus est, & collocauit añ Paradisum voluptatis Cherubin, & flãmeũ gladiũ, atq; versatilẽ, ad custodiẽdã viã ligni vitæ, hęc ibi. Et hęc Dei cõminatio significata est hoc mane figuratiue p̃ cõminationẽ Isaię prophetæ ex parte Dei ipsi Ezechie infirmato ex ingratitudine & elatione dicẽtis sibi. Dispone domui tuæ, qa morieris, & non viues, sequitur. Et cõuertit Ezechias faciẽ suã ad parietẽ, quĩ respiciebat ad partẽ orientalẽ, tẽpli Dei, & orauit cũ lachrimis, &c. Dñe recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine aĩæ meæ; sic & Adã fecit cũ Eua. Nam dicit de eo fasciculus temporum. Adã vir sanctus, cunctis dieb⁹ vitæ suæ, spiritu p̃phetię claruit, pęnitentiã magnam, ac diuturnã fecit, filijs suis p̃cepta iustitiæ dedit, p̃cipiẽs vt a cõsortio Chaim, ac filiorũ ei⁹ omnino abstinerent, nec cum eis matrimonia iungeret, hęc ibi. Cuius lachri-

Rom. 5.

Eph. 2.

Gen. 3.

Digitized by Google

mas Deus pius vidit & audiuit, quia ex intimo cordis prorumpebant suspiria, & in clementiam suam iram conuertit, eumque sanitati restituit, addens sibi annos quindecim de vita, & quòd de manu Assyriorũ Regis eruet eum, & ciuitatem suam, & proteget eos sua virtute & cæter. Sicut & Deus misericors egit circa primos parentes nostros transgressores eius præcepti, cuius causa tam incurabilẽ morbum contraxerant, etiam in posteros suos vt Paulus dicit, Videns eorum fletum, & magnam pœnitentiam toto tempore vitæ suæ, cogitauit circa eos cogitationes pacis, & non afflictionis, dando eis remedia & varia emplastra ficorum, idest, dulcis misericordiæ & propitiationis eius. Et restituit eos cum posteris suis vitæ, & gratiæ, & cęlesti Paradiso, in quo additur longęua vita, quindecim annorum. Nam decimus numerus est perfectus, vltra hunc perfectum numerum addit ad huc annos quinque, ad denotandum, quòd vita cœlestis voluptatis patriæ æternæ est vita æterna, & vltra iuxta. Psalm. dictum. Dominus regnauit in æternum, & vltra. Et ꝙ liberabit eos, & ciuitatem suam, & proteget à Rege Assyriorum, quia Deus promisit per pœnitentiam Adę & Euę, liberationem eorum, & suorum posterorũ à diaboli subiectione, & captiuitate, & quòd eos proteget, & defendet. Et vt hęc consequi valeat emplastrum apposuit super vulnus eius, scilicet, peccati originalis, quod erat causa morbi, & languoris eius.

Heb. 9. Humano generi triplicem varietatem emplastrorum Deus dedit.

Paulus ad Hebr. Et ideo Christus noui testamenti mediator est, vt morte intercedẽte in redemptionem earum præuaricationum, quę erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis, hęc Paulus. Et nota quòd triplex emplastrũ suę misericordiæ Deus super vulnus gentes humani apposuit, vnum salubrius altero, & in tertio emplastro apposito integram sanitatem habuit genus humanum, & quo ad personam, & quo ad naturam, vsque ad additionem quindecim annorum, quia ex tunc ianua cœli sibi est aperta, vbi dominus regnabit cum sanctis suis in eternum & vltra quam sanitatem patriæ perpulchre describit in Apocalip. Ioannes. Nam primum emplastrum contra morbum originalis peccati datum humano generi in communi, fuit in lege naturæ, motus autem fidei futuri redemptoris in parẽtibus pro salute puerorum sine aliqua exteriori protestatione ꝑ aliquod signum, siue determinatum, siue indeterminatum exterius, licet aliqui asserant, vt dicit S. Thom. requirebatur cum hoc motu fidei ad salutem pueri aliquod signum indeterminatum, & pro voto adhibebatur. In tertia autem parte. Probabile est, quòd parentes fideles pro paruulis natis maxime in periculo existentibus aliquas preces Deo funderẽt, vel aliquam benedictionẽ eis adhiberent, quod erat quoddam signaculum fidei, quæ fides pueros mundabat ab infectione personali originalis peccati, non autem naturæ, & idem de circuncisione data Abrahæ, & Hebræis dicendum est, per quam Hebræi à cæteris gentibus distinguebantur. Secundum emplastrum dedit deinde melius & salubrius patri Abraham, scicet, circuncisionem. Cui etiam dixit. Hoc pactum meum, quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuũ post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem prę putij vestri, vt sit signum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circuncidetur in vobis, & cę. Et hæc circuncisio in Hebræis durauit vsque ad Christum Iesum inclusiue, quia lex & prophetæ vsq; ad Ioannem. Matt. 11. Vltimum remedium & completiuum morbi tam personalis, quam naturalis peccati originalis, datum est per Christum in baptismo virtute sanguinis eius effusi in cruce. Et hoc pro toto genere humano. De quo Hierem. Dictum est Moysi. Vide, omnia facito

Apoc. 21. Quolib. 6. art. 4. ad 1. 3. p. q. 70. ar. 4. ad 1. Gene. 17. Matth. 11. Hier. 31. & ad Heb. 8.

Digitized by Google

to secũdum exemplar quod tibi ostensum est in monte. Nunc autem melius sortitus est ministeriũ, quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Nam si illud prius culpa vacasset, non vtique secundi locus inquireretur, vituperãs enim eos dicit per
Hier. 13. Hierem. Ecce dies venient dicit dominus, & consumabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, quoniã ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos dicit Dominus, quia hoc est testamentum, quod disponam domui Israel post dies illos dicit Dominus, dando legem meã in mentem eorum, & in corda eorum superscribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicẽs. Cognosce dominum, quoniam omnes scient me à minore, vsque ad maiorem, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo autem nouum, veterauit prius, Quod autem antiquatur, & se nescit, prope in
Hier. 21. teritum est, hæc Paulus, & Hierem. Et hæc præuidit etiam ipse Adã, quo ad Christi incarnationem ante suum peccatum, non quo ad eius mortem, quia tunc non præuidit causam incarnationis Christi, quæ est propter peccatum eorum, sed tantum effectum incarnationis præuidit, dico quando exsoporatus, & euigilans vidit Euam factam ex ossibus suis, & dixit. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, vbi dicit Apostolus ad Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia, hæc Apostolus, sed post peccatum cognouit effectum & causam Christi incarnationis, propter suam transgressionem fore. Ideo & filios docuit Deo sacrificium & decimas offerendum ad placandum eum. De hac medela Paulus ad Galat. Christus nos redemit de Gal. 3.
maledicto legis, factus pro nobis maledictus, quia scriptum est. Maledictus omnis qui pependit in ligno, vt in gentibus benedictio fieret Abrahæ in Christo Iesu, vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Et ibi multa prosequitur ad propositum. Et ad 1. Thi. 2. Saluator Deus noster omnes homines vult saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionẽ semetipsum pro omnibus, cuius testimonium temporibus suis confirmatum est, in quo positus sum ego prædicator & Apostolus, hęc ibi. Et signum huius figuratiuę sanationis Ezechiæ, idest, primorum parẽtum cum suis successoribus, & vniuersalis salutis dedit, per quod peccatum originale sumpsit consumptionem, & quo ad naturam, & quo ad personam, mediante baptismo rubricato in sanguine Christi. De his alias in alijs sermonibus Circuncisionis Christi dicturi sumus, Quando videris vmbram in horologio Achab. solis, retrocessisse lineis decem, erit tibi sanitas, idest, legem Decalogi reliquisse, tunc enim venit Christus, quando omnes declinauerunt per emplastrum appositum super tuam plagam. Nam filius Dei oriens apud Zachar. 6. capitulo vocatur, de quo dicit. Ecce vir oriens nomen eius, & subter eum orietur, idest, multitudo fidelium. Et ædificabit templum domino (scilicet gratiæ.) Et ipse portabit gloriam, idest, in resurrectione, quia gloriosus resurget: Et sedebit & dominabitur super solio suo, idest, in Ascensione ad dexterã patris. Et consilium patris erit inter illos duos, idest, pacificabit Iudæos, & Gentiles, ex quibus constat Ecclesia. Et Zacharias pater Ioannis Baptistę in suo cãtico

Digitized by Google

tico de Christo dicit. In quibus visitauit nos oriens ex alto, illuminare ijs qui in tenebris sedent. &c. Eccles. Memor ero operum Domini, & quæ vidi annuntiabo in sermonibus Domini opera eius, Sol illuminans per omnia respexit, & gloria domini plenum est opus eius. &c. Et Io. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum &c. Et de hoc Sole cantat Ecclesia, Sol iustitiæ Christus Deus noster. Hic Sol vmbra sua retrocessit in sua horolog. Achab decē lineis. Nam horologium Achab, est beata virgo Maria, receptaculum vmbrati solis, quæ de praua Synagoga Iudæorum nata est, vel ipsa Synagoga, cui promissio est facta de Messia, à quo primo, electa vinea fuit apud Esai. Sed sibi postea eam visitanti, oriens ex alto, conuersa est in amaritudinem persequendo eum, sicut Achab prophetas Dei. Et sicut horologium suauiter pulsat, ita & beata Virgo mirabili suauitate humilitatis in Angelica Annunciatione pulsauit dicens. Ecce ancilla Domini. &c. Et similiter partim figuratiue, partim litteraliter. Lex vetus est, quæ de Christi incarnatione, & vita ac passione pulsabat dulciter, Moysi mandato omni Sabbato, dum legeretur in Synagoga. Actuum. Sed deprauata fuit tempore passionis Christi per falsam eorum intelligentiā. De qua lamentatur Christus. Filij matris meę, idest, Synagogę pugnauerunt contra me, posuerūt me custodem in vineis gentium; Quia & Apostoli dixerunt Hebræis eos expellentibus. Quia repulistis verbum Dei & vitæ æternæ indignos vos iudicatis, ideo conuertimur ad gentes, Vineam meam non custodiui, idest, Synagogam, me expellentem à se, quia ex hoc sequutum est, vt Christus, & Apostoli reliquerent Hierusalem, & Iudæam. Et in eodem capitulo sponsa Christi dicit. Nolite considerare me, quia fusca sum, idest, tribulata, quia decolorauit me Sol, idest, exposuit tribulationibus Christum per Synagogam. Sol igitur, idest, Christus Sol iustitiæ, filius & splendor Dei patris, vmbratus est per incarnationē, de qua vmbra dicit Io. 1. Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt, sicut nec vmbra solem in horologio, ne splendeat. Et descendit decem lineis retrorsum, quoniam ex solio patris pertransiēs choros Angelorum, quorum semen non apprehendit, sed semen Habrahæ, vt dicit Apostolus. Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, idest, decimum chorum, scilicet hominū. Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropiciaret delicta populi. In eo. n. in quo passus est ipse & tentatus, potens est, & eis qui tentātur, auxiliari, hæc ibi. Et suo descensu etiam liberauit nos à Rege Assyriorum, qui erant idolatrę crudeles in Hebræos, idest, à potestate diabolica, qua detinebamur in mortem. Et ab eis custodit nos, vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, idest, diabolum Et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Et vos cum mortui essetis in delictis, & prēputio carnis vestrę conuiuificauit, cum illo donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chyrographū decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio affigens eum cruci, & expolians principatus & potestates, traduxit, idest expolit confidenter, idest, ipsos dæmones, eos ab ecclesia extirpando, ne fidelibus nocere possent, sicut antea nocebant. Sequitur; palam illos triumphans, idest, per victoriam illos vincens in seipso, idest, præsentia sua ad infernum descēdendo Et dicit, palam, quia non in abscondito, sed manifeste, quia notum factum est hoc toti mundo, hæc Apostolus Paulus. Et secundum præscientiam Dei patris in sanctificationem spiritus, in obedientiam, & aspersionem sanguinis Iesu Christi, gratia vobis, & pax multiplicetur.

Eccle. 42. Ioan. 1. Act. 13. & 15. Cant. 3. Act. 13. Hebr. 20. Hebr. 2. Coll. 2. 1. Petr. 1.

cetur. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnã regenerauit nos in spem viuam. Per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam, & immarcessibilem, conseruatam in cœlis, in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem, in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo, In quo exultabitis. Hæc ibi. Amen.

SERMO QVARTVS.

OB SIMILITVDINEM HOMINIS AD DEVM, Verbum assumpsisse dicitur, potius quàm aliam naturam humanam, ibiq; multa dicuntur de similitudinibus in natura, & creaturarum ad Deum, & de cognitione Dei, apud Philosophos, & Theologos, Rationes etiam ponuntur quibus Verbum incarnatum magis dicitur hominibus assimilari. Vltimo adaptatur historia Ioseph, qui post ludibria, vocatus est Saluator Aegypti. Genes. 41.

IN PRINCIPIO ERAT VERBVM. Ioan. 1.

Gene. 38. Iacob mittebat ad fratres suos filium suum Ioseph, quem vltra alios fratres tenerrime diligebat in Sichen, vbi pascebant oues, vt videret quid circa eos agatur. Qui dixit patri suo, præsto sum. Missus igitur de valle Ebrom venit in Sichen, & perrexit post fratres suos in Dothain, vbi audierat eos pascere gregem. Qui cum vidissent eum à longe, dixerunt adinuicem ex inuidia. Ecce somniator venit, venite, occidamus eum. Et mittamus eum in cisternam veterem, dicemusque, fera pessima deuorauit eum. Et tunc apparebit quid sibi prosint somnia sua. Ruben autem nitebatur liberare eum de manibus eorum. Et dicebat. Ne interficiamus eum, nec effundemus sanguinem eius, sed proijcite eũ in cisternam veterem in solitudine, manusque vestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat volens eum eripere de manibus eorum, & reddere patri suo. Et confestim nudauerũt eum tunica polymita, miseruntque eum in cisternam veterem, quę non habebat aquam. Et videntes Ismaelitas viatores, consilio Iudæ vendiderunt eum eis viginti argenteis. Qui duxerunt eum in Ægyptum. Et fratres patri renunciauerunt per quendam mittentes sibi tunicam intinctam in sanguine hedi, dicentes. Fera pessima deuorauit filiũ tuum Ioseph. Qui post multas tribulationes voluntate diuina,

na,

Digitized by Google

na, factus est princeps Ægypti, qui saluauit fratres suos, remittens eis iniuriam in eum factam. Dãs eis optimum locum cum suis filijs ad habitandum, hæc ibi sententialiter. Si vis prolixius videas totam historiam eius.

¶ Postquam disseruimus de verbi Dei conditionibus, & quòd ipsum sit verus filius Dei pro generis humani salute incarnandus, secundum promissiones factas Patriarchis, & Prophetis: Hoc mane, quia scriptura dicit de homine. Hierem. In charitate
Hier. 31.
perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans, ideo videamus, si aliqua sit similitudo inter filium Dei, & hominem, propter quam hæc potius vnio filij Dei cum homine sit facta, vltra peccatum hominis, cuius causa secundum Doctores pater misit filium suũ in mundum, vt homines à morte, & captiuitate diaboli liberaret, de qua alias in sequentibus dicturi sumus. 2. exponemus historiã spiritualiter ad propositum nostrum eam figurando.

¶ Quo ad primum de similitudine hominis ad Deum, vt propter eam, ad salutem humani generis potius humanitatem assumpsit, quam aliquam aliam creaturam. Et primo quæramus ac inuestigemus qualis sit similitudo in communi inter Deum, & hominem, deinde in speciali vltra alias creaturas. Dico secundum S. Thom.
1. p. q. 4. ar. 4. ad 3.
Cum similitudo attendatur secũdum conuenientiam, vel communicationem informa, quia omne simile alteri dicitur simile in aliqua forma, vt homo homini & cętera, similis alteri homini est in anima, vel in albedine, &c. Et quia multi modi communicandi, vel cõueniendi in forma inueniuntur, ideo est, & multiplex similitudo. Et quatuor modis similitudo inuenitur, sicut quatuor modis communicatio, vel conuenientia est informa. Quædam similia dicuntur, quia cõueniunt & communicant in forma omnimode secundum eandem rationem, & eundem modum. Et hæc similitudo ad æqualitatem reducitur, sicut est similitudo inter duo supposita ęquali gradu alba, vel hominum inter se in anima, quæ vniuscuiusque hominum in principio suæ creationis est, (vt Arist. dicit) sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum. Hoc modo similitudinis nulla creatura Deo assimilatur, quia finiti ad infinitum nulla est proportio ad æqualitatem. Psalm. Deus quis similis tibi sit.

Quadruplex similitudo.

¶ Quædam similia dicuntur, quæ quãuis conueniant in identitate specifica formæ, tamen non conueniunt secundum eundem modum graduationis, vt inter duos homines qui conueniunt in albedine in specie, sed non in modo, quia vnus est albior altero in gradibus albedinis, & ita de similibus. Hoc modo similitudinis, nulla creatura est similis Deo. Tum quia ipse non est graduabilis in suis perfectionibus, sed semper stabilis, manens, dans cuncta moueri. Tum quia finita magnitudo tam molis, quæ Deo non conuenit, quàm virtutis, in infinitum semper exceditur à magnitudine infinitę virtutis Dei. Quia & secundum philosophum. Data quacunque magnitudine finita, ab infinita exceditur in infinitum, iuxta illud Isaiæ. 40. Cui Deum fecisti similem, aut quam imaginem ponitis ei? Nunquid non intellexistis fundamenta terræ? Quod sedet super girum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustę.
Phisic. 6.

¶ Tertio modo dicuntur aliqua similia quæ communicant in forma nõ secundum eandem rationem, neque secundum eundem modum. vt patet in agentibus non vniuocis, sed æquiuocis. Cum enim omne agens agit sibi simile in quantum est agens, agit autem vnumquodque secundum suam formam, necesse est quòd in effectu sit similitudo formæ agentis, si ergo agẽs sit contentũ in eadem specie cum suo effectu, erit similitudo inter faciens, & factum in forma secundum eandem rationem speciei, sicut homo generat hominem, si autem agens cum suo effectu non sit contentum in eadem specie

cie

cie erit similitudo, sed non secundum eádem rationem speciei, sicut ea quæ generantur ex virtute solis, accedunt quidem ad aliquam similitudinem Solis, non tamen vt recipiant formam solis secundum similitudinem speciei, sed secundum æquiuocam rationem generis, quia corruptibile & incorruptibile differunt plusquam genere. Et hoc modo Deus non est similis creaturæ, quia est extra omne genus creatum, & principium vniuersale totius esse.

¶Quarto quædam dicuntur similia improprie, quæ cóueniunt solum secundum quandam analogiam, vel proportionalitaté, aut imitationem, vt est similitudo creatoris ad creaturam, inquãtum participant esse, aliud clarius, aliud obscurius secúdum philosophum & có. Et addit S. Tho. Non enim possumus nominare Deum, nisi ex creaturis, & quicquid dicitur de Deo & creaturis, dicitur secundum quod est aliquis ordo creaturæ ad Deum, vt ad principium & causam, in qua excellentius præexistunt omnes perfectiones creaturæ. Reuertentes ad principale propositum queramus cum inter Deum, & suas creaturas aliqua similitudo analogiæ, vel participationis diuinæ sit, quomodo creaturæ ipse Deum participant in similitudine sua? Respondetur cum S. Tho. quòd hæc similitudo ordinis vel participationis, aut analogiæ in Deum distinguitur in similitudinem vestigij & imaginis. ita quòd sola similitudo vestigij est in creatura non intellectuali, in creatura autem intellectuali, vt homine & Angelis est supra hanc etiã similitudo imaginis. Et quomodo hoc est? Nota quòd similitudo vestigij est repræsentatiua suæ causæ imperfecto modo, quia per modum transeuntis eam repræsentat. Dico per modum transeuntis, quia nó repræsentat eam qualis sit talis causa in se, sed quia est effectus causę suę, sed non qualis causę. Et vt dicam clarius, omnis effectus aliquo modo repræsentat causam suã, cui quoquo modo assimilatur. vestigium igitur repræsentat solam causalitatem suæ causæ, vt quia est à tali causa effectus productus, sed non repræsentat formam talis causæ, vt qualis sit in se formaliter talis causa. exempli gratia fumus repræsentat igné, sed non qualis sit forma ignis. Et vulnus repræsentat gladium, sed non qualis formæ est talis gladius. Similiter Petrus trãsiens per sabulum in eo imprimitur vestigium, iste effectus vestigiatus impressus in sabulo ostendit & repræsentat causalitatem causæ suæ, vtputa quòd tale vestigium sit hominis, sed non repræsentat qualis hominis videlicet maris vel fœmine. Et similiter de equis transeuntibus per sabulum idem dicendum est. Sic à simili dicimus, quòd in tota creatura Dei est hæc similitudo vestigij ad Deum, & in speciali in creatura infra intellectualem creaturam contenta, & existente, quia in ea relucet vestigium solũ Dei, à quo sunt omnia creata. Nam secundum philosophum. Maximum ens causa est omnis entitatis, & maximum verum est causa omnis veritatis. Et omne quod est per participationem, reducitur ad id quod est per essentiam. Primo de generatione. Propterea habetur, quòd in omni creatura participatiue repræsentatur creator, qui est maximum ens & maximũ verum per essentiam. A quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi gloria in secula dicit Paulus. Et insuper quòd opera Dei ad extra, communia sunt toti trinitati, ideo dicendum est, quòd in tota creatura infra intellectiuam, non solũ repræsentatur creator, sed etiam tota Trinitas diuinarũ personarum, quamuis imperfecto modo. Et quomodo hoc sit, aduertendũ est, & prænotandum, quòd personarũ diuinarum sunt quædam nomina propria eis solis, & ipsis solis distincte ad inuicem conuenientia, vt nomen paternitatis, soli patri & nomen filio, Et filiationis soli filio & non patri, & spirationis passiue soli Spiritui sancto, & non

[Margin notes: 1. de Cęlo. — Similitudo duplex scilicet vestigij, & imaginis. — 2. Metha. — In tota creatura repsentatᷓ non solũ Deus, sed ét personæ ĩ Trinitate, q̃uis imperfecte, quia solum quoad appropriata, & non ꝓpria ta ꝑsonarum.]

& non patri, aut filio conuenit. Sunt quędam nomina appropriata diuinis personis singillatim, sed nō quin communia sint toti Trinitati personarum equaliter, quamuis magis vni personę quam alteri à nobis attribuantur ratione alicuius appropriationis personarum, Et de his sunt omnia nomina absoluta Deo conuenientia, & in speciali ad propositum nostrum, Hoc nomen omnipotens, ita patri, sicut & filio, & Spiritui sancto conuenit, secundum quòd dicit Athanasius. Omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus, sed patri potius attribuimus hoc nomen omnipotens auctoritate nominis paterni, q͞a ipse est, qui non ab alio est. Similiter hoc nomen sapiens omnibus personis conuenit equaliter, sed filio attribuitur conuenienter, quia ipse est sapientia patris, in qua omnia fecit. Psalm. Omnia in sapientia fecisti, & per quā omnia creata sunt. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et Christus dixit: Doctrina mea non est mea, sed patris mei, & cætera. Idem etiam dicendum est de hoc nomine bonitas, quòd omnibus personis æqualiter conueniat, sed Spiritui sancto conuenienter attribuitur, quia ipse est amor vtriusq; personæ. Nam cuncta Deus communicauit creaturæ ex amore & bonitate sua ad ipsam. iuxta illud scripturæ, omnia quæ sunt diligis. Et Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, &c. Hæc omnia attributa diuina representat omnis creatura infra rationalem & intellectiuam contenta, vtpote patris potentiam, filij sapientiam, & Spiritus sancti bonitatem. Nam cū omnis creatura sit ens per participationem, debemus dicere necessario, ꝙ sit quælibet creatura ab aliquo principio agente producta, quod est ens per essentiam, quia quicquid est per participationem est ab aliquo, quod est per essentiam secundum philosophos, quod potentia patris dicitur apud Christianos per attributionem.

Psalm.

Ioan. 1.

Sap. 8.

Et quoniam omne agens maxime intellectuale, agit per formā vel ideam quam habet in intellectu, similem formæ faciendæ, vt artifex domus habet formam & similitudiné in mente sua, per quam agit formam domus similem suæ mentali formæ, & quælibet res habet esse per formam suam, ideo cum omnia Deus creauerit & produxerit, necesse est dicere, quòd in suo intellectu habeat formam, vel ideam quæ est idem quod ipse Deus, in qua omnia produxit ad eius similitudiné. Et hęc diuina forma est sapiētia eius, de qua Psalm. Omnia in sapientia fecisti, & apud Christianos hęc sapientia est verbum patris, quod nos filiū Dei dicimus. Per ipsum omnia facta sunt. Et Paulus ad Hebr. Per quem fecit & secula. Cum igitur quælibet res per formam suam existat, necesse est dicere, quòd quælibet res representat sapientiam diuinam, quę est sapientia filij Dei patris. Insuper cum quælibet res producta sit propter aliqué finem, quia omne agens agit propter finem. videmus enim elementa tendere naturaliter ad sua loca, quia in eis perficiuntur sicut in suo fine, & ita similiter exemplifica de alijs creaturis, habemus necessario dicere, cum Deus sit vltimus finis omnium creaturarū, quoniam Dominus est vniuersa propter semetipsum operatus, vt dicit in Prouerb. Vt scilicet in eis ostenderet suam maximam bonitatem & sapientiam, quòd in omni creatura relucet, & representatur bonitas diuina, quæ est finis, & causa causarum omnium, quia bonum & finis idem sunt. Et sic tota creatura representat tres personas diuinas, quo ad appropriata eorū nomina. Et hoc est quod dicit scriptura. Omnia in numero, pondere, & mēsura, constituisti Domine. Mensura enim refertur ad substantiam rei limitatam suis terminis & principijs. Numerus ad speciem, quia (secundū philosophum.) Species rerum sunt sicut numeri distinctę in se. Pondus autem refertur ad ordinem, quia secundum

Ioan. 1.
Hebr. 1.

Prou. 16.

In primo de Cœlo.

Sap. 11.

August.

August. Omnia suis ponderibus trahuntur, & omnia sunt ordinata ad suũ finem, ad quem sua propria inclinatione trahuntur. Ad hæc etiam reducuntur tria, quæ ponit August. modus, species, & ordo. Et quod constat, quod discernit, quod congruit. Constat enim aliquid per suam substantiam, discernitur per formam, congruit per ordinem. In hæc de facili reducuntur omnia quęcunq; sic dicuntur. Vnde dicit S. Thom. quòd dicit philosophus primo de Cœlo. Per hũc numerum ternariũ adhibuimus nosmetipsos, magnificare Deum vnum, eminentem proprietatibus eorũ, quæ sunt creata. Nam in proprietatibus creaturarum, creatoris proprietates, & attributa cognoscuntur, vt etiam Paulus ad Rom. dicit. Per ea quæ facta sunt inuisibilia Dei, à creatura mũdi, idest, ab homine in quo est tota creatura, sempiterna Dei virtus, & diuinitas cognoscuntur. Deus enim illis manifestauit. Hæc Paulus sententialiter. Quædam autem sunt nomina propria diuinis personis singillatim, absque cõfusione ipsarum diuinarum personarum, ita vt quod vni conuenit, non potest alteri attribui. vtputa. Hæc nomina paternitas, filiatio, & spiratio passiua. Nam patri conuenit paternitas, & non filio, nec Spirituisancto. Similiter filiatio conuenit filio, & non patri, nec Spiritui sancto. Et spiratio passiua, conuenit Spiritui sancto, quòd nec patri, nec filio. Hæc omnia Athanasius ostẽdit clare in suo cantico. Quicunque vult saluus, quod omni die Dominico sancta mater Ecclesia in prima hora cantat. In cognitionem horum nominum, & personarũ deuenimus præsupposita fide per considerationem animæ intellectualis, vt in præcedentibus declarauimus ex doctrina Sancti Augustini, & Sancti Thomæ, quia vt dicit August. In cognitionem verbi Dei vtcunque deuenimus, ex nostrę animæ intelligentia, in qua relucent distinctę tres personę Trinitatis: Propter hoc sacra scriptura dicit. Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostrã. In hoc secundum Aug. quòd dixit faciamus, ostendit esse tres personas distinctas realiter adinuicem, quia talis locutio pluralis denotat pluralitatem personarum, & non vnitaté. Similiter idem dicendum in hoc quòd dicit nostram quod pronomẽ denotat pluralitatem personarum. In hoc quòd dicit ad imaginem in numero singulari, denotat vnitatem essentiæ personarum, quia vna est essentia omnium trium personarũ. Et quomodo relucentia hæc distinctarum personarũ sit in anima intellectuali attende. Processiones diuinarum personarum attenduntur non secundum motum corporalem, vt superius diximus, sed secundum processionem & actum intellectus & voluntatis, quia filius à Deo patre procedit vt verbũ intellectus eius, sicut & verbum nostrum procedit per actum intellectus nři. Et Spiritus sanctus procedit per actum voluntatis patris, & filij vt amor, & nexus vtriusq;. Et clarius dico, Deus pater intelligẽdo se, & suam essentiam, producit in se verbũ in essentia sibi simile, sicut & ego me ipsum intelligendo, produco & formo in me verbum, & similitudinem mihi similem, & hæc similitudo est proles intellectus mei, sicut & verbũ patris est proles eius, licet nostrum verbum de nobis prolatũ habeat imperfectiones, vt in pręcedẽtibus declarauimus, sed Verbum patris est perfectissimum & completissimum, per quem omnia, in quo omnia, & ex quo omnia sunt vt Paulus dicit. Et sicut quælibet res diligit suum productũ sibi simile, & vbi productum & producens sunt intellectuales diliguntur adinuicẽ, & producunt se inuicem dilectis amorẽ adinuicem, ita & diuinæ personæ pater & filius. s. producens & productum, vt vnum principium concurrẽtes ex sua mutua dilectione, amorẽ produxerũt quem nos Christiani dicimus Spiritũ sanctũ, qui est amor & nexus vtriusq; personæ. Et quoniã vbi est realis productio,

1. p. q. 32. Philosophi deuenerunt in cognitionem Trinitatis quo ad appropriata, & non propria personarum. Rom. 1.

In ꝓpria personarũ diuinarũ deuenim⁹ præsupposita fide, ꝑ consideratione animæ intellectualis, & quomodo

hoc fit declaratur. Gene. 1.

1. p. q. 36. ar. 4.

ductio, ibi sunt realiter distincta producta, quia nulla res omnino seipsam producit, vt alias declarauimus, & in hac processione diuinarum personarũ est realis processio, ergo diuinæ personæ sunt realiter distinctę, tamen cum vnitate essentiæ, quam perfectissime & vnice adinuicem communicant, vt pater filio, & pater & filius simul Spiritui sancto. Sed dubitabis, si ita nos ex nr̃a intellectione cognoscimus personarum diuinarum productiones, & processiones reales distinctas, sicut et liber Gen. dicit. Quia sumus ad imaginem Dei, idest diuinarum personarum formati, ergo & philosophi potuerunt hoc modo deuenire in cognitionem personarum diuinarũ distinctę, & non solum per modum vestigij & per modum transeuntis, sed etiam cognoscẽdo creatorem in se, qualis est in seipso. i. in personis suis, & sic fides non esset de Trinitate personarum, sicut nec de vnitate essentiæ eius. Respondetur secundum S. Thom. Quod philosophi non cognouerunt misteriũ trinitatis per propria personarũ realiter distinctarum, secundum illud. Loquimur Dei sapientiam, quam nemo principũ huius seculi cognouit, idest philosophi secundum gl. Cognouerũt tñ quædam essentialia attributa, quę appropriantur personis, sicut potentiam quæ patri attribuitur, sapientiã quæ filio attribuitur, bonitatem quę Spiritui sancto attribuitur. Quod autem Aristo. dixit. Per hunc numerum ternariũ adhibuimus nosmetipsos magnificare Deũ vnum, eminentem proprietatibus eorũ quæ sunt creata, non est sic intelligendum, ꝙ ipse poneret ternarium numerum in diuinis, sicut fides ponit distinctas personas realiter in vna essentia, sed vult dicere: Quod antiqui vtebantur ternario numero, in sacrificijs & orationibus propter quandam ternarij numeri perfectionem consistentẽ ex principio medio & fine, licet deuenerint ad cognitionem appropriatorum diuinorum, vt potentiæ patris, sapientiæ filij, bonitatis Spiritus sancti. Sed dices: Aug. 7. Confessio dicit in lib. Plat. non quidem his verbis, sed hoc idem omnino multis, & multiplicibus suaderi rationibus. Quod in principio erat verbũ, &c. & quæ sequuntur, in quibus verbis distinctio personarũ traditur. Respondet S. Tho. ꝙ in libro Platonicorum inuenitur verbum, non secũdum quod verbum significat personam genitam in diuinis, sed secundum quod verbum intelligitur ratio idealis, per quam Deus omnia condidit, quę filio appropriatur, vt etiã Psal. dicit. Omnia domine in sapientia fecisti. Et licet appropriata trib. personis cognoscerent, tamẽ in tertio signo defecisse, idest in cognitione tertię personæ dignoscuntur, quia à bonitate, quæ attribuitur Spiritui sancto deuiauerũt, dũ cognoscentes Deũ, non sicut Deum glorificauerunt, euntes post muta idola & simulacra cum idolatris, vt dicitur Rom. 1. Sed dices nonne Termegistus gentilis philosophus dixit, Monas monadem genuit. i. solitudo solitudinem, ecce pater & filius, & in se suum reflexit ardorem, ecce amor, & spiritus sanctus. Respondet S. Thom. hoc Termegisti dictum, non est referendum ad generationem filij, vel pro cessionem spiritus sancti, sed ad productionẽ mundi. Nam vnus Deus pro duxit, productionem vnius mundi ex amore suijpsius, quia Deus cũcta propter semetipsum fecit vt superius scriptura dixit. i. propter suam bonitatẽ manifestandam, omnia creauit. Vel si aliquo modo intellexit, vt nos Christiani ponimus, in suis verbis trinitatem personarum, hoc extimãdum est fuisse sibi notum ex diuina reuelatione, sicut & beato Iob multa sunt reuelata mysteria fidei, cum tamen fuerit gentilis. Sed dices: Si omne producẽs, realiter distinguitur à producente, & cum Deus et secundũ philosophos intelligat seipsũ per seipsum. ergo de seipso et secundum philosophos produxit verbum sibi simile, & sic cognoscere potuerunt saltem personam patris

Marginal notes: Genes. 1. — 1. p. vbi su. — 1. Cor. 2. — Similitudo dubiorum circa cognitionem personarum diuinarum per philosophos.

producentis verbum, & personam filij, qui est verbũ productum à patre, Respõdetur, quòd philosophi in Deo hanc intellectionem & productionem non ponunt, sicut nos vere & realiter, quatenus per ipsã aliquid reale apud Deum producatur, sed ponunt talem intellectionem, & productionem metaphorice, idest, absque alia productione reali ipsius producti. Nam sicut in superioribus sermonibus diximus. De ratione verbi esse duo. Vnũ est quòd sit intellectum, secundo ꝙ sit expressum ab altero. Et hęc duo secundum Theologos sunt de ratione verbi, sed secundum Philosophos vnum tantum. Scilicet ꝙ sit intellectũ. Ideo secundum ipsos est tantum secundum rationem distinctio inter intelligentẽ & verbum intellectum, quia secũdum eos est verbum in Deo acceptum metaphorice, & pro ipsa essentia intellecta, vt dicit S. Thom. q. de verbo ar. 2. His igitur breuiter declaratis dicam⁹ ad principale propositum. Potius verbum Dei carnem humanam assumpsit quã aliquod aliud corpus, & hoc quia maior est cõuenientia corporis humani ad Deum, quàm cuiuscunque alicuius corporis. Quia cum anima nostra quę est actus corporis humani, sit facta ad imaginem & similitudinẽ Dei, propter similitudinem eius ad Deum etiam totus homo qui constat ex anima & corpore denominatur & dicitur factus ad imaginem Dei, vt patet Gen. vbi Deus dixit. Faciamus hominem ad similitudinem nostram. Et ad imaginem Dei creauit illum, masculũ & fœminam creauit eos, & benedixit eis. Et hęc ratio sufficit quo ad corpus humanum assumptum. Prolixius de his vide S. Tho. Insuper & humanitatem potius assumpsit quam aliam infra hominem creaturã eadem ratione, quia sol⁹ homo inter creaturas infra eum, est ad Dei imaginem factus, &c.

Pro secunda parte similitudinis in speciali cũ solo homine rationes.

Gene. 1.

S. Th. 3. p.

¶ Secundo potius hominem voluit assumere, quia in se habet & continet solus homo ideata omnia, idest totam creaturam representãtem sapientiam, & ideam, & artem diuinã, qua omnia produxit, quod non continet in se Angelica creatura. Nam Angeli solũ sunt spiritus, homo autem cum constet ex spiritu, & corpore habet in se totam Dei creaturam, quia habet esse cum lapidibus, viuere cum planctis, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. Ideo & Christus hominem vocat omnem creaturam, dicens Apostolis. Ite & predicate Euangelium omni creaturæ. Vbi dicit Greg. idest homini, qui continet omnem creaturam, vt est dictum. Et S. Paul. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, idest, ab homine, qui continet totam mundi creaturam, per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur. Et philosophus vocat hominem Microchosmon, idest, hominem fore paruum mundum. Rom. 1.

¶ Tertio ratione prædestinationis filij Dei vt carnem humanam accipiat secundum Pauli dictum. Vbi dicit de filio Dei incarnato. Quod prædestinatus est filius Dei in virtute secundũ spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorũ Iesu Christi domini nostri. Et cum prædestinatio sit firma determinatio diuina pro aliquo opere faciendo, maxime circa salutem intellectualis creaturæ, sequitur ꝙ Dei filius ab ęterno firmiter assumere humanam naturam in supposito suo voluerit, & ita eandem super Angelos fore ab ęterno firmiter esse voluit. Ideo in signũ huius Christus in corpore in sua Ascensione ascendit super oẽs Angelos, & sedet à dextris patris. Quapropter, & si secundum naturam angelica conditio & natura, sit nobilior humana natura, tamen humana natura, vt ab æterno ordinata, fore in supposito diuino, vt vtriusque. s. diuinæ & humanę naturę sit vnũ & idem suppositum diuinum, & homo sit vere & realiter Deus, & econuerso, Deus sit realiter homo per incarnationẽ, est in infinitum per gratiã suppositalẽ, vel vnionis in supposito diuino, nobilior creatura rationalis, ipsis angelis. Ideo bene Apost. dicit de filio Dei incarnato. Rom. 1.

Hebr. 1.

Digitized by Google

to. Multifariæ multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio suo.s.incarnato, quem constituit hæredem vniuersorum, idest, quem filium secundum naturã humanam Deus pater constituit. i.cum tota Trinitate firmiter, & immutabiliter fecit, hæredem.i.dominum perpetuum, & possessorem iure filiationis, patre tñ non mortuo, per quem Christum secundum naturam diuinam secundum quam coęternus est patri, fecit non solum inuisibilia, sed etiam & secula, cõtra errorem Manichęorum. Qui filius cũ sit splendor gloriæ, idest patris, coęternus.s.patri, vt splendor igni, & figura, idest perfecta representatio patris, ei consubstantialis. Ista figura quantum ad naturam diuinam simplex est, idest, rotunda ab æterno, sed facta est quadrata per assumptionem humanæ naturæ in tẽpore. Tunc enim quadratus fuit circulus, quia figura interminabilis facta est habẽs terminum, quando verbum caro factum est. Verbum enim inuisibile factum est visibile. verbum enim secundum philosophũ circulariter diffundit, ideo circumquaque audimus, non autem circũquaque videmus, nisi secundum lineam rectam. Sequitur in textu Portans omnia, idest, gubernans omnia cœlestia & terrestria. &c. Et expolians Principatus, & Potestates, & prosequere cætera quia ibi inuenies, quõ chyrographum nouũ condidit, describens nos in toto corpore. vt dicit Isa.

2. de Aĩa.

Isai. 49.

Quarto ratione completionis modi omnis generationis. Nam inuenim⁹ tres modos generationis hominis. Vnus est sine vtroque homine, sed de limo terræ. Et hic conuenit soli Adę, vt habetur Genes. Alius modus est de solo homine. Et hæc cõuenit Eųę, quę de costa viri facta est, vt ibidẽ dicitur. Tertius est per concubitum maris, & fœminæ, & hic est omnibus cõis hominibus & mulierib. Quartus restat, vt de sola muliere, absque homine. Et hic modus a seculo nõ fuit factus, quamuis per Esaiam prenunciatus dicentẽ. Ecce vir concipiet, & pariet filium &c. Qui modus generationis non potuit esse in natura angelica, cũ sit tota spiritualis, sed in homine, qui est corpore & spiritu. Ideo conuenientius fuit in cõicatione talis quartæ generationis de qua Isa admirando dicebat. Generationem eius quis enarrabit? ꝙ fieret de humana carne. Propterea & Apost. dicit ad Heb 2. Nusquam.n. angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. vnde debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deũ, vt propitiaret delicta populi. hec ille. De hac generatione quarta figuratiue dñs ad Abraham dixit. Tu aũt ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Generatione aũt quarta reuertentur huc.i. posteri tui ad terram promissionis lacte, & melle manãte.i. quam in te, posteris tuis promisi. Quia per quartã generationem.i. per Chrm ex Virgine, sine virili semine ex Spiritu sancto conceptum & natũ, data est terra fidelibus paradisi, in qua est omne bonũ Abraham imitantibus, quibus & in iudicio dicetur. Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratũ vobis à constitutione mundi. Et Christus Matth. Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham Isaac, & Iacob in domo patris mei.

Genes. 2.

Genes. 15.

Quinto ratione suę cõicationis perfectissime & completissime, quia Deus ipse se homini cõicando vt in sequentibus dicturi sumus, nobilitauit totã creaturam, quia in homine assumpto est tota creatura. Deus.n. creaturę toti, maxime homini se cõicauit quasi naturaliter ex mũdi creatione, in qua & hominem ad sui similitudinem creauit. 2. cõicauit se homini & Angelis ꝑ gratiam. &c. 3. cõicat se intellectuali creaturæ vtrique, per gloriam beatitudinis, eã in suę consortium beatitudinis admittendo. 4. soli creaturæ rationali cõmunicauit se vltimo & perfectissimo modo suæ cõicationis, scilicet per gratiam & vnionem supposi-

talem, in qua realiter Deus homo, & homo Deus est. Et verbum caro factum est. Ioan. 1.

Sexto ratione terminationis & circulationis vltimæ creaturæ ad suum principium originale. Nam Dei perfecta sunt opera, sed perfectio non potest esse nisi vltimum principio coniungatur, vt sic quasi quidam circulus concludatur, & alterius additio fieri non possit. Ideo secundum philosophos motus circularis est perfectior, cæteris motibus, quia in eo vltimum primo coniũgitur. Quia igitur Deus vltimo hominem creauit. Decuit ad perfectionem vniuersi, vt soli homini Deus suppositaliter coniungeretur, vniẽdo naturam humanam in supposito diuino, vt ex hoc quiddam circulus concludatur in creaturis, & alterius additio fieri nõ valeat, quoniam vt diximus, etiam apud philosophos, motus circularis est perfectissimus, qa finem coniungit suo principio. In figuram huius dixit Deus Isa. de Rege Assyriorum Senacherib, maximo Iudæorum insidiatore. Ego ponam circulum in naribus Regis Assyriorum, & infrenabo os eius, & ducã eum per viam per quam venit. Figuraliter Rex Assyriorum idolatra, insidiator Hebræorum, est diabolus magnus Lucifer cum suis Angelis, qui est magnus humani generis insidiator. Nares eius sunt varij modi quibus homines tentat, circuiens sicut leo odoratu suo, si quem deuoret, vnicuiq; offerendo ampullas suarum prauitatum prægustandas. Sed Deus posuit anulum .i. verbũ suum coniungendo cum homine tanquam circulum, in quo finissimo principio est coniunctus in naribus eius, quia frenauit per incarnationem suã virtutem diaboli, vt Paulus superius dixit. Palam triumphans de diabolo. Et beato Pafnutio ostensũ fuit, quando orauit Deum, vt sibi virtus diaboli ostenderetur. Qui apparuit sibi in turpissima forma dicens. Virtus mea magna est, sed ex quo verbum caro factum est, ad nihilum virtus mea deducta est. Et reductus est diabolus ad loca sua infernalia, cum Christus contriuit æreas portas, & vectes ferreos confregit .i. inferni, vnde eduxit in sanguine suo captiuam captiuitatem, vt dicit Zach. Propheta. Tu autem emisisti vinctos tuos, idest, sanctos patres in sanguine tuo, de lacu in quo nõ est aqua sicut in inferno, vbi est stridor dentium sicut in febricitantibus, & de quo Iob dicit. Ab aquis niuium transient ad calorem nimium. Et Apostolus Paul. Qui cum in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse, se equalem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominũ factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem, mortem aũt crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu, omne genuflectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris, hæc Paulus.

Deut. 32. Genes. 1. Aristot. 8. phi. Zach. 9. Iob. 24. Philip. 2.

Expositio figuralis. II. Pars.

ACcedamus nunc ad figuralem expositionem historiæ, in qua non aduertatur ad ordinem historiæ, sed potius ad veritatem figuralem, quæ alternatim in historia continetur. Iacob interpretatur supplantator, significat patrem cœli, cuius cœlum sedes est, & terra scabellum pedum eius, vt dicit Esa. Hic senex est. De quo Dan. Vidi sedere antiquũ dierũ super thronum. &c. Et infra. Milia milium ministrabãt ei, &c. Hic habet plures filios, scilicet totum genus humanum. In signum huius filiationis dicitur, quòd Deus in principio creationis hominis noluit se vocare dominum, sed patrẽ hominis, in eo ꝙ dixit in eius creatione, faciamus hominẽ ad imaginem nostram. Imago est filiorum ad patrem, quia pater similem sibi generat filium non autem seruorum ad dñm. Ipsius filij

Isai. 66. Dan. 7.

filij pascunt gregem paternum, quia Deus dedit homini potentias suas, tã intellectuales, quàm sensitiuas, interiores & exteriores, pascendas & enutriendas viriditate virtutum, & bonorum fructibus operum, quas potẽtias pascendas Christus in Euangelio prodigi vocat, substantiam datam homini à Deo, qua libere vti valeat in bonum & in malum. Sed heu misera humana conditio, cuius cogitatio & sensus ab adolescentia prona sunt in malum, vt dicitur. Praue pascit oues cõmissas eis a domino, vt non sit qui faciat bonum vsque ad vnum, sed omnes declinauerunt & inutiles sunt facti, sicut & hi filij Iacob de quibus dicitur. Ioseph accusauit fratres suos, apud patrem crimine pessimo. Et pascũt oues in Sychimis, q interpretant̃ humerosi vel laboriosi, q̃a in suis pascuis miseri homines sunt Deo humerosi, onerosi, & laboriosi, de q̃bus. Isa. Laboraui sustinẽs vos dicit dominus, super quo percutiã vos addentes præuaricationem? & Isa. de Christo dicit. Pro eo quòd laborauit anima eius. De quo labore dicit deus ad homines qui corruperant prauitate vitæ totã terram. Pœnitet me fecisse hominem Sed pius Iacob, idest, Deus pater qui genuerat Ioseph, qui interpretatur domini iustus, & significat Chr̃m quem in senectute sua æterna genuerat ęternaliter, vt dicit Psal. Ego hodie, idest, in æternitate, quæ tota simul est. genui te, quem etiam temporaliter in senectute miserat, natum de Maria, scilicet, senescente mundo. dę quo Paul. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum de muliere, idest, natum, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant eriperet. Et Io. Et verbum caro factum est. Et Angelus ad Mariam. Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et Ioseph dictum est: Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est, & cęt. Et pietate sua misit eum ad fratres suos in hunc mũdum. Quia

Gene. 8. Isaiæ. 1. Isai. 53. Gene. 9. Gal. 4.

Christus caro & frater noster est, assimilatus per omnia fratribus suis, vt dicit Paulus. Vt omnibus misereatur. Et ad Heb. 2. Modo apprehendit semẽ Angelorum, sed semen Abrahæ, &c. Misit ergo ipsum per obedientiam ad fratres suos, idest, ad genus humanũ, cum quo parẽtelam & fraternitatem contraxit, formam serui accipiens, in similitudinem factus hominum, & habitu inuentus, vt homo, vt dicit Apostolus Vt videret quid circa fratres suos, & circa oues pascendas agatur. Quoniam venit post Prophetas & Patriarchas, ex inuidia male tractatos à pastoribus Hebræorum, qui ex parte Dei requirebant ab eis fructus ouium & vineæ eis commissę, vt redderent rationem villicationis suę Deo Venit dico vltimo missus à patre tanquã hęres fructuum exigendorum per incarnationem. Sed ipsi dixerũt ex inuidia, & auaritia adinuicem videntes eum. Ecce somniator, idest, ecce qui se nobis præfert in somnijs suis, tanquam ipse sit hæres omnium nostrorum fructuum & villicationum nostrarũ. Venite occidamus eũ, & videamus quid sibi prosint somnia sua, idest sua prę eminentia, sua prædicatio somniosa, & sua correctione audax in nos de malis actis nostris. de his Sap. 2. per totũ capitulum vide. Et breuiter ibidem dicitur. Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat. factus est nobis in traductionem cogitationum nr̃arum, grauis etiã est nobis ad vidẽdum, quoniam dissimilis est alijs vita eius, tanquam nugaces extimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris tanquam immunditijs, & gloriatur patrẽ se habere Deum, contumelia & tormento interrogemus eum, morte turpissima condemnemus eum. hæc ibi. Et in hoc quòd fratres volebant eũ occidere, & Ruben persuadebat eum non occidendũ, possunt denotari pharisei, & principes cum Caypha, qui persuadebant eum occidẽdum, sed vt dicitur Io. 7. Nicodemus multa dixit in fauorem Christi ne occideretur, dũ

Philip. 2. Philip. 2.

consilium fieret ad hoc. Et Luc. 23. Ioseph ab Arimathia nõ consensit contra Christum consilijs eorum. Vnde & Ruben qui interpretatur filius visionis denotat hos duos defendẽtes Christum ex speciali instinctu Spiritus sancti, defendendo, ne innocentis sanguis effundatur. In hoc autem quòd missus fuit in cisternã veterem, designat Christi tribulationem, & insidias factas sibi per Iudæos, maxime tempore passionis. O quanta sustinuit aduersa in vita sua, à parentibus, ab amicis, à conciuibus, à phariseis, à principibus, à gentibus. &c. Quot labores pro nobis portauit, & nihilominus redditur ei pro bono malum. Et hoc etiam figuratur in eo, quòd missus à patre errabat in solitudine ad fratres eũdo, quia circuibat villas, vicos, & castra, ac ciuitates, quasi errabundus, & peregrinus pro nobis factus, de quo Isa. per totũ, & cæteri prophetæ, qui erranti Christo in solitudine, idest, vaganti pro salute nostra in hoc mundo deserto omni virtute, ostenderũt per oracula sua diuina, quòd debeat ire ad fratres suos tali vita prophetata ab eis, scilicet ad eorum odia, inuidia, & persecutiones, & vltimo ad mortem crucis. Isai. 53. Sicut ouis ad occisionẽ ducetur. vide totum capitulum, quia in eo enarrantur omnes Christi angustiæ pro nobis assumptę. Et S. Bernar. Quamdiu vixero semper ero memor laborum, quos Iesus pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, vigiliarum in orando, tẽtationum in ieiunando, lachrymarum in compatiendo, insidiarum in colloquendo, Postremo conuitiorũ, sputorum, colaphorum, subsannationum, clauorũ, & exprobrationum, hæc ille. Et vltimate fuit venditus Hismaelitis viatoribus euntibus in Ægyptum consilio Iudæ, quia ad litteram Iudas vendidit eum principibus &c. & ipsi eũ tradiderunt gentibus, vt Christus prædixerat. Lucæ 18. Vnde in figuram huius, Hysmaelita interpretatur assumens auditionem Dei, in quo possunt notari Iudæi & principes eorum cum Synagoga, quæ accepit præcepta Dei in lege per Moysen tradita sibi, præsertim de Messia vt patet Deuter. 18. & in Act. Apost. & omni Sabbato hoc legebantur. Et ipsi principes, & cętera, emptum tradiderunt gentibus, sicut Hismaelite Ægyptijs, Ioseph. Ægyptus interpretatur tenebrę, qui tenebrosi gentiles, vt adulterũ in lege Moysi, cum non esset adulter, sed pręnunciatus Messias, persuasione phariseorum, absque misericordia ad mortem condemnauerunt, vt patet per euangelia passionis Christi, cum tamen palam de se & de patre comprobatione signorum diuinorũ fuerat locutus, & nihilominus ex falsa accusatione condemnaucrunt eum ad mortem Iudęis proclamantibus crucifige, crucifige. 3. & 7.

Nam qui causam damni dat, damnũ dedisse videtur. Quia Christus suasu Iudæorũ per gentes fuit occisus, ideo tota gentilium actio contra Christum Iudęis principaliter attribuitur. Et hoc figuratur in eo, ꝙ frates sui primo intinxerunt vestẽ eius in sanguine hędi. Maleficium nanque per alium perpetratũ, mandanti attribuitur secundum leges. Insuper corpus Christi tanquam indumentũ Ioseph, magno sanguine in passione eius fuit intinctum. Sicut ouis ad occisionem ducetur. Et Esai. 53.
tandem post multa ludibria in Christum facta, enarra ea, reductus est per resurrectionẽ gloriosam de sepulchro & limbo patrum tanquam ex carcere, vt dixit Zacharias, declarãdo ibidem malos æterna pęna puniendos, & bonos saluandos, vt perpetuo æterno regi in mensa ęterna seruiant. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mẽsam meam in regno meo. Et Luc. 22.
hoc signatur in eo, quòd Ioseph duos missos in carcere, alterum prædixit cum honore suo reducendum ante regem, alterum turpiter suspẽdendum. Et sicut Ioseph post multa vituperia in eũ illata à diuersis personis, factus est princeps Ægypti, & suis fratribus

perse-

persecutiones, odium, & vituperia in eum illata, pro quorum tamē salute, diuina prouidentia fuerat prēmissus, pepercit, tribuens eis insuper optimū locum pro sui & pascui habitatione, ita & Christus post tot ludibria, quæ à fratribus suis est passus, post carceres & passionem eius, post mortem suam, & à limbo resurrectionem, pepercit omnem noxam suis crucifixoribus & alijs peccatoribus, pro quorum salute fuit præmissus à patre ex obedientia, per multa oracula Patriarcharum & Prophetarū. Et dedit suis christicolis, princeps factus vniuersorum à Deo patre rege regum omnium, mercedem in hoc mundo per gratiam inhabitantem, & in alio per gloriam visionis æternæ. De quo Paulus ad Col. Qui gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sanctorum sortis in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnū filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia, & inuisibilia. Siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari, omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quę in cœlis sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos, & immaculatos & irreprehensibiles coram ipso, si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles spe euangelij quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura, quæ sub cœlo est. Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt, vel secundum aliam litterā, sunt passionū Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia. hęc ibi.

Colloss. 1.

SERMO QVINTVS.

VBI DOCTISSIME OSTENSVM est Deum per incarnationem non fuisse mutatum; Illius etiam stabilitas in eadem incarnatione probatur per exempla scripturæ,& naturalium similitudines, superadditur etiam digresio de quatuor Monarchijs, cum earum gloria, & humiliatione, accomodata historia statuę monstruosæ, quam Nabuchodonosor confractam à lapide abscisso de monte, & in fauillam reductam vidit, Daniel. 2.

IN PRINCIPIO ERAT VERBVM. Ioan. 1.

Daniel. 2. Rex Nabuchodonosor vidit somnium, & contritus est spiritus eius. Et somniū eius fugit ab eo, nec arioli, magi, malefici, & Caldei vocati à rege, edicere sibi somniū potuerunt. Vltimo vocatus est Dan. in quo spiritus Domini erat ad interpretandum somnia & alia secreta diuina, Qui dixit Regi. Tu Rex videbabas,& ecce quasi statua grandis & magna ac sublimis stabat contra te,& intuitus eius erat terribilis. Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus & brachia de argento, venter & femora ex ęre, tibiæ ferreæ, pedum quædam pars ferrea, quædam fictilis. Ferrum enim erat mixtum testa & luto. videbas hæc, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus,& cōminuit eos. Tunc contrita sunt pariter, ferrum, testa, ęs, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam estiuæ areæ, quæ raptæ sunt vento, nullusque locus inuentus est illis. Lapis autem qui percusserat statuā, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Hæc ibi sententialiter.

¶Hoc mane duo videbimus. Primo. An ex filij Dei incarnatione sit in eo facta aliqua mutatio, vt quòd ex hoc sit in se in aliquo mutatus, ex eo quia dicit Ioā. Et verbum caro factum est. Factio autem dicere mutationem videtur in ipso facto. Secundo exponemus historiam assumptam ad propositum nostrum.

¶ Quo ad primum. Quia dicitur Numeri 23. Non est Deus, vt homo, vt mentiatur, nec quasi filius hominis, vt mutetur. Et Malach. 3. Ego Deus, & non mutor, ideo dicamus, quòd ex verbi Dei incarnatione, in Deo nulla est facta mutatio, sed tota mutatio est facta in creatura nouiter vnita verbo Dei suppositaliter. Et quòd ita sit. Notandum pro intellectione. Quod res de nouo alicui conueniens est in duplici differentia.

Quædam

Quædam est absoluta, Quædam respectiua vel relatiua, exempli gratia. Absoluta homini adueniens de nouo est caliditas frigiditas, rubo, palledo &c. Vel scientia. Respectiua res vt similitudo. Nam ego hodie non sum similis alicui, cras absq; mea mutatione nato puero, sum sibi similis. Et ad propositum nostrum verius exemplũ in relationibus, quę sunt ex altero termino respectus rationis. Vt est scibilis relatio ad scientiam. Vel columnę in medio Ecclesiæ firmiter fundatę ad meam dextereitatem vel sinistreitaté, cui aliquando sine sua mutatione sum dexter vel sinister per meam girationem ad ipsam. Nam & in scibili cognito de nouo a me, nulla fit mutatio, sed solum facta est mutatio in me, de nescientia vel de ignorantia ad scientiã meam. Reuertentes igitur ad nostrũ propositum. Quæ Deo attribuuntur conuenire, vel sunt absoluta, vel respectiua: Et loquimur nos in præsenti de respectibus extrinsecis sibi, idest vt ad extra referuntur, non de intrinsecis personarum. De primis est creatio, gubernatio mundi, conseruatio eius, & incarnatio, de secundis est paternitas, filiatio, & spiratio passiua. Si sunt absoluta, tũc dico, ꝙ talia Deo non possunt de nouo aduenire, quia sic Deus mutaretur, vt puta de nescié tia vel non bonitate vel impotentia, & similia, ad scientiam bonitatem, & potétiam &c. quod est erroneum Deo attribuere, quia omnia absoluta sibi ab æterno conueniunt, siue sit, siue nõ sit creatura, quia vt Psal. dicit. Bonorum nostrorum non indiget Deus; Et ego Deus & non mutor. Si sunt relatiua vel respectiua quæ Deo attribuũtur extrinsece respectu creaturarum, sic dico, ꝙ Deo conueniunt de nouo nulla in eo facta mutatione, sed in sola creatura, vt est creatio ex qua in Deo nulla est facta mutatio sed in sola creatura, quæ de nouo habuit esse post non esse. Et ita de alijs nouitatibꝰ dicas. Et quãuis Deus ab æterno fuerit sufficiés creare mundum, de nouo tamen absq; sua mutatione mundum creauit. Quia sicut in naturalibus a causa sufficiente producitur effectus secũdum modum & determinationé suæ formæ, vel suæ inclinationis, ita etiam in agentibus a proposito producitur effectus ab eis secundum determinationem suæ voluntatis, vt taliter & pro tali loco & tempore absq; suæ voluntatis mutatione. Et ita Deꝰ sufficiens ab æterno, creauit mundum secundum æternam suam voluntatem de nouo, nulla in eius æterna voluntate, mutatione facta. Et hoc est quòd magister meus dicebat. Deus ab æterno creauit mundum, non tamen pro æterno, sed pro tali tempore, idest, ꝓ quo ab æterno determinatum erat ab eius immutabili sapientia. De his vide S. Tho. Vbi concludit. Ex actione igitur Dei æterna non sequitur effectus æternus, sed qualem, & quando Deus voluit. Hæc ille. Descendendo ergo ad nostrum propositum dicamꝰ, ꝙ sicut in creatione mundi, & in continua conseruatione eius, & influxibꝰ omnibus quos Deus communicat assidue suæ creaturæ, qa (vt dicit S. Grego.) Nisi manus omnipotentis contineret omnia, in nihilum cuncta redigerentur, nulla facta est mutatio in Deo, sed in sua creatura nouiter recipiente diuinam communicationem; Ita etiam in hac verbi Dei noua incarnatione, nulla facta est in Deo mutatio, sed ille met qui & quomodo fuit in se ab æterno absque incarnatione sua, est in sua incarnatione, sed tota nouitas facta est realis, in ipsa natura humana assumpta ab ipso verbo, cum ipse Deus communicauit sibi suum suppositum diuinum, vt vtriusq; naturæ sit idem suppositum verbi Dei. Et possis exemplificare pro immutatione Dei, per omnes alios influxus nouos Dei ad hominem, vt sunt auxilia, & refugia, & locutiones diuinæ in veteri testamento cum sanctis patribus & prophetis. In omnibus enim his fit nouitas in homine persentiente in se tales nouitates diuinas. Sed

1. p. q. 46. art. 1. ad 9. & 10.

Perpulchrè ostenditur, ꝙ in operationibus Dei ad extra, in eo non cadit aliqua mutatio.

dices

dices quare Euangelista dicit: Et verbum caro factum est, cum factio dicat mutationem. Vide de hoc S.Tho. Quod illud participium, factum, vel ipsa factio cadit supra Deum in ordine ad creaturã, vt factio talis sit appodiata simpliciter non supra Deum, sed supra naturam humanam. Vt sit sensus. Verbum caro factum est, idest humana natura diuinæ est vnita in supposito diuino. Vnde addit S. Tho. Melius est dicere. Humana natura diuinæ est coniuncta, quam ecõuerso. Nec incarnationis misterium est impletum, per hoc, quod Deus aliquo modo est a suo statu mutatus, in quo ab æterno non fuerit, sed per hoc, quod nouo modo se creaturæ vniuit, vel potius eam sibi. Sed vterq; modus dicendi est catholicus, quia secundus ad hunc reducitur, cũ dicitur Deus est coniunctus homini, quoniam huius mutationis creaturæ in Deum relatę, Deus est terminus, & terminus absq; sui mutatione terminare potest vt diximus de scientia ad scibile, ad quod terminatur scientia absq; mutatione aliqua in scibili facta. Exemplum huius est etiam in anima nostra, quæ est tota in toto, & in qualibet parte corporis, sed nec mutatur in se ex aliquo cremento vel decremento facto in corpore, sed cibo conuerso per virtutem eius in corpore, dat esse humanum, ita quod sub eodẽ esse, eius sit, sub quo &c. partes corporis sunt. Nam vt exemplariter dicamus pro rudioribus. In hac verbi incarnatione facta est societas diuina cũ humana, modo quo tu hospitaris amicum tuum in domo tua, vt vterq; ab eadẽ domo sustentemini. Ita enim Deus quodammodo traxit secum humanã naturam ad suam diuinam in societatẽ in suo supposito, vt sint in eo quasi in eadem domo. Et hæc perpulchrè Apostolus. Deducit exemplificando. Examinauit se.s. non in sua natura immutabili, sed hominem inanem accepit, quia Isa. dicit. Omnis caro fęnũ, & omnis gloria eius sicut flos agri; Formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus; quia prædicata concreta humana sibi attribuit, vt mortalitatem, passibilitatem &c. in concreto humana, de quibus in sequentibus sermonibus locuturi sumus: & habitu inuentus vt homo, in quo ostenditur immutabilitas Dei. Nam induitio habitus non dicit aliquã mutabilitatem in induente, quia idem homo semper perseuerat ante induitionem, & post induitionem: sed potius ex tali induitione noua, fit mutatio in veste quæ ante induitionem non habebat formam humani corporis, sed erat tota rugata, & per induitionem est nobilitata, & ad formam humanam deducta, sic & Deus vel verbum Dei (dicit Paulus) Se exinaniuit in assũptione humanitatis, quia indutus est humanitate tanquam vestimento, quam induendo absq; sui aliqua mutatione nobilitauit, quia sibi sua prædicata communicauit in concreto accepta, vt quod homo sit Deus &c. vt infra declarabimus: Sanctus etiam Vincentius dicit. Ita Deus de nouo est incarnatus, vt non sit de nouo vel nouus Deus, aut filius Dei; quia Psalmus. dicit; Non erit in te Deus recens; Sed sicut filius regis de nouo fit miles, non tamen de nouo est filius regis: sic filius Dei de nouo est homo &c. Et hęc Dei ostensio facta est, modo quo verbum meum absconditũ in mente mea propalatur, & ostenditur ad extra. Nam Deus est in sui natura absconditus, modo quo meum verbum mentale est absconditum de sui natura. Et sicut hoc verbum nostrum quod est de sui natura absconditum quandoq; propalamus loquela, quandoq; scriptura in pergameno absq; sui mutatione, ita & verbum patris absconditum ab æterno in sinu patris, quando voluit pater ipsum propalare, & manifestare quasi per loquelam, vt fecit in toto veteri testamento, in quo denuntiauit Patriarchis, & Prophetis ipsum incarnandum, quandoq; etiam voluit eum propalare, & manifestare oculis intuentium, tanquam per scripturam

3.p.q.1.ar.1.ad 1. & 3.sen.dis.1.q.1.art.2.ad 2.

Similitudo vnionis suppositalis Dei cum homine.

Phi. 2.

Digitized by Google

pturam in pergameno, dum incarnatus est, & verbum caro factum est, vt etiam dicit Baruch. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est Et Io. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius. Nec dicas (vt Manicheus blasfemat) ergo inquinatum est verbum Dei, quia pertransijt per fęces virginis, quia si radijsolis non inquinātur transeuntes per fęces, imo eas perficiunt, dum fętorem ab eis remouēt, ita nec verbum Dei in aliquo est inquinatum transiens per vterum virginis, sed potius eam nobilitauit, & sanctificauit vt dicit Luc. in annuntiatione angelica ad eam, Et in eo ꝙ accepit humanam naturam tam vilem, & inanem. (vt Isa. & Paulus dicit) nō est a sua nobilitate depositum, sed potius vilitatem nobilitauit, sicut rex accipiens in sponsam, puellam degeneris conditionis, in se ipso non degenerauit a regia maiestate, sed in regiam maiestatem degenerem eleuauit. Multa dicenda circa huiusmodi scripsi in sermone in quo disputatur cum gentilitate de huiusmodi imperfectionibus humanis assumptis a verbo diuino absq; sui degeneratione. Et in hoc ꝙ dicit verbum caro &c. datur intelligi, ꝙ Deus non accepit semen Angelorum sed hominum, vt dicit Paulus ad Heb. quia homines venit saluare fragile figmentum, non autem Angelos Sathanæ, vt etiam sancta mater Ecclesia in simbolo cantat. Et insuper ibi caro accipitur pro toto homine, quia secundum Philosophum caro sine anima est equiuoce caro.

Io. 1.
Baruch. 3.
Isa. & Pau.
Heb. 1.

Figuralis interpretatio.
Pars II.

ACcedamus ad expositionem visionis Nabucodonosor prępassumptę. Pro qua notandū est, ꝙ fuerunt quinque Monarchiæ mundi principales. Vna & principalis erat Assiriorū, cuius caput fuit magna ciuitas Babilon. Secunda fuit Persarum, Tertia Grecorum, Quarta fuit Romanorum, Quinta fuit Hebræorum. In omnibus prædictis quatuor Monarchijs colebantur idola, ideo hæc statua fuit monstruosa. Quid monstruosius, q̄ Deum conuertere in simulacra muta &c. vt dicit Paulus. Erat & horribilis, quid enim horribilius: quā impietate vti ad hominem, & ad omnes domesticos qua vsę sunt prędictæ Monarchiæ, dū cruentissimo sanguine alter alteri regnum rapiebat? Sed pius & sapiēs Dominus in omnibus his Monarchijs aliquam suam specialem virtutem ostendit, vt se cunctis ostenderet regem regum, & dominum dominantium, & quòd per eum reges regnent, & in ditione sua cuncta sint posita. Nam in prima monarchia Assiriorum de qua fuit nobilissimum caput Nabucodonosor, qui fuit magnum Dei flagellum in impios, quamuis & ipse impius. Habet enim Deus suos ministros tortores in vltionem inimicorum suorū, per quos se vindicat de inimicis suis, vt dicit Hier. Ideo caput huius statuæ monstruosę, quæ erat congeries omnium vitiorum erat aureū, quod est preciosius inter metalla, designat Nabucodonosor superbū vltra alias gētes, famossisimę monarchiæ Caldeorum præsidentem, cuius superbia fuit grauissime punita a Deo, vt habetur hic apud Danielem. Nam dicitur in visione. Factum est post annum deambulabat Rex in Aula, & loquebatur in spiritu elationis. Nonne hæc est Babilon quam edificaui in robore, & gloria decoris mei. Et adhuc erat sermo in ore eius, & vox de cęlo ruit. Tibi dicitur Nabucodonosor. Regnū trāsibit a te, & cum feris habitabis septē temporibus, donec scies, ꝙ dominetur excelsus in regno hominum. Eadē hora ex hominibus abiectus est, & fęnū vt bos comedit, donec capilli eius canescentes, in similitudinem aquilarū crescerēt, & vngues eius quasi vngues auiū. Igitur post dies diffinitos a Domino. Ego Nabuc. leuaui oculos in cęlum, & sensus meus redditus est mihi, &

Qūo Deꝰ ī quatuor monarchijs, suas ad mirandas ostendit virtutes: & ꝙ lapis de cęlo decisus eas in fauillā deduxit ꝑ totū.

De alienatione, & pęnitētia Nabuc.

hi, & benedixi altissimo, cui potestas est sempiterna, & non est qui dicat ei, quare sic fecisti. Et requisierunt me optimates mei, & in regno meo restitutus sum: & magnificentia amplior reddita est mihi. Et hic apparet vt Epiphanius testatur, quòd non corporis mutationem, sed mentis alienationem passus est. Et ablatus est ei vsus linguę ad loquẽdum, & herba data est cibus naturæ humanæ. Et videbatur ei quòd bos esset in anterioribus, & in posterioribus leo, secundum misteriũ tyrannorum, qui in prima etate voluptatibus dediti, & ceruicosi iugo Beliaal subduntur, & in fine inficiunt, diripiunt, & conculcant. Multi quoque egrediebantur, vt viderent eum, solus Daniel non egrediebatur, quia toto tempore alienationis eius orationi vacabat pro eo. Et ad preces eius anni septem, quos totidem dixit tempora, in septem menses versi sunt, in quib⁹ 40 diebus insaniam patiebatur, & per alios. 40. reuersus ad cor hominis flebat, & supplicabat Deo, ita quòd ex nimijs eius fletibus velut caro, oculi eius facti sunt, & iterum per alios. 40. dies vertebatur in insaniam, donec septem menses complerentur. Post quos reuocatus est, non tamen regnauit, sed statuti sunt pro eo. 7. iudices, & vsq; in finem. 12. annorum pęnitentiam egit. Panem & carnes non comedens, & vinum non bibens, & leguminibus vtebatur, & herbis secundum consilium Danielis. Hic practice dic, Si hæc superbia Nabuc. Tam grauiter sit punita, quid dicendum sit de nobis miseris superbis, quorũ superbia est, plusquam virtus sit. Item habes grauem pęnitentiam Nabuc & tamen miseris nobis, per inde tedio est omnis vita pęnitentialis, vt nec ieiunia, nec elemosinas, nec orationes a confessoribus pro peccatis impositas persoluimus, aut in his tedio afficimur, vel pro crastinates protrahimus. Item ex his habemus quanti sint sanctorum, & proborum orationes pro peccatoribus, vt etiam Dei iram, in clementiam, & mansuetudinem conuertant, & meritam punitionem abbreuient. In hoc regno vel monarchia Deus ostendit suam magnam iustitiam, vt per Nabuc: Dei flagellum, per magnas captiuitates fuit punitus populus Hebræorum: vt patet. 4. Reg. 25. Et ipsum flagellum Dei scilicet Nabuc, per acto suo ministerio flagellandi, fuit hodie grauissime castigatum per iustitiam diuinã, quæ deponit potentes superbos de sede, & exaltat humiles. Insuper ex his habetur Quod Deus propter peccata hominum transfert regna de gente in gentem, vt deduxim⁹ in 4. Dominica in Aduentu Domini secundum presbiteros, in expositione Euangelij. Et punit, vel facit has translationes per infideles, vt nostris temporibus ostenditur in prosperitate sectę machometanę, tandem & ipsi peribunt, veritas autem Domini manebit in æternum. Et de similibus est plena tota sacra scriptura, Psalmus, Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros libani: & transiui, & ecce non erat, quæsiui, & non est inuentus locus eius.

Secundum imperium fuit Medorũ & Persarum. Et hoc præsertim fuit tẽpore Darij, & Cyri. Et in hoc regno Deus ostendit suam maximam pietatem: quia per ipsos Deus populum suum liberauit a magna captiuitate superius dicta, quæ fuit. 70. annorum. Nam isto tempore & sub istis regibus Iudæi recuperare ceperunt ciuitatẽ Hierusalem, & ceperunt ibi templum reedificare, vt patet in libro 1. Esdre. Nam Darius, & eius nepos Cyrus sic cepere regnum Caldeorum. Baldasar filius, vel vt alij dicunt nepos Nabuc, Successit ei in Regno. Hic in Babilone assediatus fuit per hos reges. Cyrus. n. (vt histo. Scol. dicit) diuisit Eufratẽ longe a ciuitate in 460. alueolos, vt alueolum qui in ciuitatem influebat vadabilẽ faceret. Et sic per ipsum dessicatum, ingressi sunt hostes in ciuitatem sub muro, vnde flumen ingrediebatur, & sic ceperunt ciuitatem de no

ćte,

ctæ ciuitatis custodibus temulentis. Nam secundum Iosephum. Solemnitas erat in Babilone instituta ob tuitionem vrbis, & conuiuabant laudantes, & adorantes Deos, vt eos custodirent ab inimicis, & tuerentur ciuitatem Et habetur Daniel De occisione Baldasar: eadem nocte, siue fuerit occisus per hos duos reges, siue per aliquem alium in conuiuio suo existentem, secundum interpretationem visionis suæ in conuiuio apparenti, per Danielem. Vide ibi historiam, quia est pulchra. Et sic Darius successit Baldasar in Regno Caldeorum, Cyro nepote sibi honorem deferente, eo q erat senex & absq; liberis, & post ipsum succederet & regnaret. Et hæc victoria, & successio horum duorum regum in Regno Caldeorum ostenditur in visione pręmissa. In qua dictum est Nabucho. Tu Rex Nabuc. Est caput aureum, cum his qui succedunt tibi, scilicet Baldasar tuo filio, vel nepote. Et post hoc consurget Regnum aliud minus te, argenteum, scilicet Medorũ, & Persarum, signatum per pectus, & brachia argentea. Et est argenteum, quia est minus tuo regno, sed Deus deponit potentes superbos de sede, & de sua virtute gloriantes humiliat. Postquam Darius cepit ciuitatem, & intelligens qualiter Daniel interpretatus sit ipsi Nabuc. visionem, & q sit sibi successurus ipse & Cyrus nepos eius, honorauit eum, vt etiam sibi principes inuiderent. Et cogitabat eum constituere principem super omne regnum, & a captiuitate liberare Iudæos, sed præuentus morte, quia p duos annos regnauit, quod proposuerat, non perficit, sed hoc Cyrus nepos eius sibi succedens fecit. Nã anno primo regni ei⁹ suscitauit Dominus spiritum Cyri regis, vt impleret verbum Hieremiæ, & dedit libertatem omnibus Iudæis, qui erant in regno suo, & licentiam redeundi in Iudæam, & edificandi domum Domini. Excitatus autem fuerat ex verbis Isaiæ Prophetę, qui p annos. 210. ante dixerat, & scripserat de ipso, dicente sibi Domino Christo meo Cyro, cuius appræhendi dexteram, subijciam gẽtes & regna. Ipse reedificauit domũ meam in Hierusalem; Vt ergo hanc scripturam impleret, scripturam libertatis, ac licentiæ traduxit in vniuersum suum regnum dicens. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cęli. Credo hunc esse, quem gens Israel adorat. In hac etiam Epistola hortatus est Iudæos, vt ascenderent in Iudæam. De his vide 1. Esdre, & Neemie. Et sic patet quomodo secundum Danielis interpretationem, monarchia Medorũ, & Persarum successit Caldeorum monarchiæ. Et sub hac monarchia Deus ostendit suam clementiam, & pietatẽ, restituẽdo a captiuitate Israel, ad pristinam suam dignitatem. Et hic habemus exemplum, & documentum, q in tribulatione sperandum est in Domino cum instantia orationum & ieiuniorum, secundum quod. Psal. dicit, Cum tribularentur, clamauerunt ad Dominum, & ipse exaudiuit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Insuper, documentum est, quòd potentiæ Dei est per infirmiores, humiliare potẽtes, & deponere eos de sede. Nam hic humiliatum est caput aureum per pectus argenteum. Vide de his Deuter. Vbi dicit Propheta, regi Amasiæ, volẽti pugnare cõtra Edom. cum auxilio militũ ex Israel, qui erãt infecti idolatria. O rex, ne egrediatur tecum exercitus Israel. Non enim est Dominus Deus cum Israel. Quod si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus. Dei quippe est & adiuuare & in fugam conuertere.

Tertia monarchia est Gręcorum, in qua Alexander Magnus vltra alios gloriosissime regnauit, humilians Medorum, Persarum & Caldeorum monarchias, cum paruo suo exercitu, qa Domini est tribuere victoriam æque in paruo sicut in magno exercitu vel robore, vt diximus. Vnde in hac monarchia parua, Deus ostendit suam sapien-

De occisione Baldasar.

Daniel. 5.

Deut. 20. & 2. Paral. 20. & 25.

pientiam & potentiam, humiliando tam magnos & potentes reges, ꝑ paruum regem cum paruo suo exercitu, vt non glorietur homo in fortitudine & magnificentia sua, de quo habes libro primo Machab. constituit prælia multa, & omnium obtinuit munitiones, & interfecit reges terræ, & pertransijt vsq; ad fines terræ, & accepit spolia multitudinis gentium, & siluit terra in cōspectu eius, & congregauit virtutem, & exercitum fortem nimis, & exaltatum est, & eleuatum cor eius nimis, & obtinuit regiones gentium, & tyrannos, & facti sunt ei in tributū. Dicit ergo visio, ꝙ statuę erat venter, & femoralia ex ęre. Et exponit Daniel pro Græcorum monarchia dicēs Et regnum tertium post hoc exibit, scilicet Æneum, quod imperabit vniuerse terræ, scilicet Græcorum, dicitur Æneum, quia est sicut metallū Æneum infectiuum tangentes. Nam Græci erant lasciuissimi, in signum huius vēter, & femoralia eius erat Ænea, quæ loca sunt prope genitalibus Dicitur Æneum, quia sonorosius cęteris regnis in fama sua, sicut Æneum metallum cæteris metallis. Et quomodo Dei nutu & dispositione Alexander profectus est contra prædictas monarchias, vide magistrum in historia scolastica. Vbi dicit. Cum Alexander vellet Hierosolimam venire in manu forti, timentes aduentum eius Iudæi, orauerunt ad Dominum, & immolabant hostias, & Iadus summus sacerdos orabat pro gente. Qui cum post sacrificium obdormisset, apparuit illi Deus, & pręcepit ei, vt confideret, sertisq; ciuitatem ornaret, & ipse pontificalibus indutus, & reliqui sacerdotes induti legitimis stolis, obuiam exirent Alexandro. Surgens igitur Iadus a sopore oraculum omnibus indicauit. Audiensq; non longe esse a ciuitate Alexandrum, processit cum sacerdotibus & ciuium multitudine ad locum, vbi erat Alexāder. Et factum est econtra spē omnium qui sequebantur regem. Nam Alexander intuens antistitem pontificali stola insignem, & super cidarim laminam, in quam scriptum erat nomen Dei tetragramathō descendit de equo, & adorauit nomen Dei tetragramathō, & pontificem veneratus est. Et obstupuerunt principes exercitus ludificatam regis mentem putantes, solus Parthomus quæsiuit ab eo, cur sacerdotem sic Iudæorū adorasset Cui respōdit rex. Non hūc adoraui, sed Deum cui hic seruit. Nā per somnum in tali habitu Deū aspexi, dum adhuc in Licia ciuitate Macedoniæ constitutus essem. Dumq; mēte cogitarem vtrum Asiam possem obtinere, iussit me confidere, quia ipse exercitum meum duceret, & Persarū mihi traderet principatum. Nunc autem primo vidi in illo sacerdote eius effigiem, & quę mihi promisit prouentura confido, & propterea Deum adoraui, & hunc hominē veneratus sum. Et ingressus vrbem sacrificauit Deo secundum sacerdotis ostensionem, & tunc Iudæis donauit multas gratias, & libertates. De victorijs habitis per Alexandrum cōtra Caldeos, Medos, & persas plene sunt historiæ. Quarta monarchia fuit Latinorum, idest Romanorum, qui tempore Tiberij Cæsaris, vt dicit Euangelista Luc. regnabant fere per totum mundum vel per principales & famosiores partes mundi. Ideo hic, signantur per Tibias ferreas, quia sicut ferrum domat cætera metalla, ita Romanorum imperium cæteras monarchias suppeditauit veloci cursu potentiæ, ac gloriæ suæ. Et de his sunt plenę historiæ etiam gentilium Sub hac monarchia Deus mundo ostendit suam ineffabilem charitatem complens oracula prophetarum. Quia tempore Tiberij Cæsaris, cum describeretur vniuersus mundus positus sub ditione eius, natus est saluator noster, cuius secundum Micheam est egressus a diebus ęternitatis. Tunc enī vt dicit hic Daniel, descēdit paruus lapis de cęlo abscissus sine manibus. i. Christus Iesus sine virili semine, sed mistico spiramine, natus de Maria virgine.

Macha. 1.

Deus Hebræis custodiuit.

De virtute lapidis abscissi.

gine. Et hic lapis percussit hanc statuã mõstruosam harum Hierarchiarum, & eam totam in fauillam redegit, qui lapis in principio fuit paru⁹, quia venit in humilitate, non fretus aliqua humana potentia, sed secum elegit infirma, & debilia, vt fortia, & quæ videbantur aliquid esse cõfunderet. Et hic lapis paruus, & reprobatus factus est in caput anguli vt dicit, Psal. & est mirabile in oculis nostris, quia scilicet ita est factus magnus, vt totum orbẽ impleret, secũdum dictum scripturę. In omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines terræ verba eorum. Nam vt dixit tertio Esdere Zorobabel; Veritas omnia vincit. Et Augustinus Manu inermi, & brachio extento in cruce vicit omnes tartareas potestates, de quo Paulus Dedit ei nomen quod est super omne nomen, vt in nomine eius omne genuflectatur cęlestiũ, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus est in dextera patris sedens. Pedes ferrei, & fictiles sunt Romani diuisi per ciuiles discordias adinuicem, & debilitati: Vel monarchia signata hic per pedes, quorum quædam pars erat ferrea, quædam fictilis est, non proprie monarchia: sed vnio quædam Iudęorum cum Romanis. Nam legitur in annalibus Iudæorum. Tribus annis Romani fecerunt bellum cum Græcis nec præualere potuerunt, donec inirent fedus cum Iudæis tali pacto, qñ essent ex Romanis reges in Græcia, Iudæi forent comites alternatim, & econuerso, quando Iudæi reges, Romani essent comites. Et hoc est signatum per mixtionem pedũ ex ferro, & creta, quę comisceri adinuicem numq̃ bene possunt, quin dissoluantur, ita nec vnio talis fuit inter eos firma, qa Romani totaliter imperium Iudæorũ possederunt: vt patet ex Euangelio. Luc. 3. Vbi enarratur quomodo Iudęa diuisa fuit in quatuor tetrarchias. Quod autẽ Iudæi in scriptura sub creta designentur, habetur Tren. 4. Quomodo computati sunt in vasa testea, opus manuum figuli. Et per centum octoginta annos ante templi destructionẽ dominari cępit regnum nequitiæ super Israel, idest Romanorum, vt dicit Glos. Rabbi Salomonis super hoc. Et primi Mach. de combinatione Iudęorum cum Romanis habetur. Mach. 8. Vbi dicitur. Iudas Machabæus missis suis legatis Romam, contraxit amicitiam cum Romanis tali scripto, & pacto. Quod si insteterit bellum Romanis pri⁹, aut omnibus socijs eorum, in omni damnatione eorum, auxiliũ ferret gentes Iudæorum prout tempus dictauerit corde pleno, & præliantibus non dabunt neq; subministrabunt triticum, arma, pecuniam, naues, sicut placuit Romanis, & custodient mandata eorũ absq; dolo, nihil ab eis accipientes. Et similiter Romani, idem seruarent pro Iudæis, vide capitulum. Hæc igitur societas ferrea, & testea non durauit, vt diximus, & ex Euangelio natiuitatis Christi habetur. Et lapis hic angularis tandem ex Iudæis, & gentibus, vt dicit sanctus Paulus, confecit, & congregauit suam Ecclesiam vtrũq; faciens vnũ, vt habetur ex actis Apostolorum. Et vt breuius concludam charitatem, & potentiam huius lapidis, dicit Isa. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, & in eodem cap. multa dicit ad hoc propositum, vel alio modo breuius exponitur visio. Hæc statua ex varijs metallis composita designat cumulum vitiorum in his Hierarchijs regnantium. De his multa dicit sanctus Paulus, tam de monstruosa idolatria eorum, quam fętidissimis iniquitatibus eorum, vide ad Ro. In aureo capite statue denotatur diabolica eorũ superbia, vt se etiã plures quasi supra Deum extollerent, & diuinos creaturæ honores tribuendos præciperent. In pectore & brachijs argenteis

Isa. 9.

Ro. 1.

Digitized by Google

teis denotatur praua auaritia, quæ est idolorum seruitus secundum Paulum, vt nullus sit finis acquisitionis, siue per fas, siue per nefas, sicut dicitur Baruc. 3. & vt videmus, A sacerdote vsq; ad leuitas omnes student auaritiæ, Dilatari possis circa hoc vitium, quia auaro nihil scelestius, hic animã suam venalem habet, & proijcit animam suam Ecclesiast. 10. Insuper habet pectus, & brachia argentea, quia pecuniȩ omnia regna mundi obediũt, Ecclesiast. 10. Et est multum sonora sicut argentum, quia assidue inuitat omnes conditiones hominum ad suas nundinas. Isaiæ. 56. Omnes in viã suã declinauerunt, vnusquisq; ad auaritiam suam, a summo vsq; ad nouissimum. Et Hier. 6. A minore vsq; ad maiorem omnes auaritiæ student. Venter & femoralia eius erant ȩnea, in quibus notantur immundissimȩ species luxuriarum quȩ infecerunt totũ mundum, sicut ȩs inficit se tangentes, & maculat. Nam in prima etate mundi omnis caro corrupit viam suam, & merito diluuio mundus perijt; deinde cõputruerũt iumẽta in stercoribus suis, vt dicit Ioel. Et Esaiæ. 3. Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt. Nam & ȩs est sonorosum, De his lege cap. 1. Paul. ad Rom. Vis videre monstruositatem huius peccati? Quia Salomonem sapientissimum fecit adorare idola. Et quid magis sensus alienat a ratione quam luxuria. Nullum pratum sit, quod nõ pertranseat luxuria nostra. Tibiæ erant ferreȩ, in quibus denotatur vita tirãnorũ, qui cuncta disrumpunt, violant, & dissipant. Iob. Propter multitudinem calumniarum clamabunt, & eiulabunt propter vim brachij tirannorum. Insuper denotantur vt dicit. Psal. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Et obstinatos, ac duros corde sicut ferrum, quod de facili rubigine obducitur. De qua Ezechiel; Rubigo eius nõ potuit emundari neq; per ignem tribulationum, sed indurauerunt facies suas supra petram, vt dicit Hier. Pedes ferrei, & fictiles denotant fortitudinem, & obstinationem, & omnia superius dicta esse fundata super testã fragilem; quia transit mundus & concupiscentia eius, vt nulla sit stabilitas in eo, sed vt dicit Isa. Clama: Omnis caro fęnum, & omnis gloria eius sicut flos agri. Et vide de his Baruc. 3. cap. circa medium. Sed lapis. i. Christ᷒, vt supra, descendens de cęlo, docuit humilitatem, mundi contemptum, munditiam corporis & animæ, pietatem in proximum, pęnitentiam peccatorum, & viam mandatorum Dei.

Ioel. 1. Hier. 5. Baruch.

Et ꝙ non thesaurizemus in
terra, vbi ærugo &c.
sed in cęlo, quia
trãsit mundus
& concupiscentia eius.

✠

SERMO

SERMO SEXTVS.

ADMIRABILIS POTENTIA DEI, ET HVmanæ naturę obedientia declaratur, dum Verbum caro factum est: & tanti mysterij demonstratur superexcellentia, & excessus; Insuper & ex figura tabernaculi quomodo positam humanitatem in diuinitate intelligamus.

VERBVM CARO FACTVM EST. IO. I.

INtermissis multis locis in sacra scriptura de admirandis operib⁹ diuinis, quia dicit Psal. 144. Ego cognoui q̃ est Dominus, & Deus noster præ omnibus dijs, omnia quæcunq; voluit fecit in cęlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis, ad nostrum propositũ accipio illud Sap. 18. vbi dicitur. Cum enĩ quietum silentium continerent omnia, & nox in suo cursu mediũm iter haberet: omnipotens sermo tuus Domine a regalibus sedibus exiliens de cęlo, durus debellator in mediam exterminij terrã prosiliuit, gladius acutus, in simulatum imperium tuum portans, & stãs repleuit omnia morte, & vsq; ad cęlũ attingebat stans in terra. Tunc continuo visus somniorum malorum eorũ turbauit eos, & timores venerunt insperati, & alius alibi proiectus semiuiuus, propter quam moriebantur causam demonstrabant mortis. Visiones enĩ quæ illos turbauerunt, hęc permonebant, ne inscij quare mala patiebantur, perirent. Tetigit autem hinc & iustos tentatio mortis, & commotio in heremo facta est multitudinis, sed nõ diu permansit ira tua, hæc ibi.

¶ Hoc mane duo videbimus. Primo de mirabili potentia Dei, qua vniuit sibi humanitatẽ in suo supposito diuino, & prompta obedientia humanitatis ad hoc, non obstante sua naturali ineptitudine. 2. Exponemus ad propositũ nostrũ verba sapientię præassumptæ (Quo ad primũ prænotandũ est dictũ Chris. & Aug. Cum audieris verbũ caro factũ est, nõ turberis. Neq; .n. substantiã cõuertit in carnẽ, sed manens qđ est, formã serui assumpsit. Si vero dixerint Deus oĩpotens est, ideo in carnẽ trãsmutari non potuit, dicemus ei⁹, q̃ trãsmutari ab illa incõmutabili natura oĩno procul est. Et iterũ Aug. in secunda Epistola ad Volitianũ. Si ratio quęritur non erit mirabile, si exemplũ poscitur non erit singulare. Sed dicimus Deũ aliquid posse, qđ nos fateamur inuestigare nõ posse. In talibus.n. rebus, tota ratio facti, est potentia faciẽtis, hæc ille. Ad propositum ergo nostrũ reuertendo, sciẽdũ q̃ in creatura triplex potentia potest imaginari, vt in ea, vel ex ea aliqđ possit fieri. Vna est naturalis de qua dicit Philos. q̃ generatio vnius, est corruptio alterius, & econuerso. Nã vnũ elementum potest naturaliter fieri ex alio elemẽto per agens naturale. Alia est violenta, quæ nullã vim naturalẽ, aut aptitudinem confert passo scđm eundẽ philoso. vt fiat ex eo talis effectus. Vt q̃ lapis ascẽdat superius, nulla est naturalis aptitudo in eo, sed trahitur per violentiam ab agente extrin secco *(In creatura triplex potentia.)*

Digitized by Google

seco ad locũ sibi non naturalẽ. Tertia est potentia obedientialis, & hæc respicit in ea actorẽ Deũ oĩum naturaliũ, qa in qualibet & ex qualibet creatura est aptitudo obedientiæ, vt in ea vel ex ea fiat, quicquid ipse voluerit. In cuius ditione cuncta sunt posita, & nõ est, qui possit resistere voluntati eius. Et scd'm hanc potentiã apud Danielem ignis refrigerabat tres pueros in fornace accensa, & Sol oratione Iosue firmiter stetit in vna parte cęli donec pimeret suos inimicos; Et apud Esaiã vmbra solis in horologio Achab retrocessit decem lineis. Secundũ ergo primã potentiã naturalẽ verbũ caro non est factum. In talibus n. naturalibus actionibus, dum fit, non est, quod fit sed erit factũ, quia generatio scd'm Philosophũ est mutatio de nõ esse in esse, & corruptio econuerso, & tale dũ generaĩ non est. In hac autẽ verbi Dei factione, in qua verbũ caro factũ est: verbnm de nouo non est factum, aut generatũ, sed semper fuit, est, & erit idem in se. Io. Hoc verbum erat apud Deum in principio. Nec ex hoc quia verbum caro factum est, alius est fili' patris Dei, & alius Mariæ, sed vnus, & idẽ scd'm Aug. Similiter nec ex parte humanæ naturę naturaliter hoc poterat fieri, vt q̃ creatura fieret creator, &c. Psal. Deus quis similis sit tibi? Item non poterat hoc fieri per aliquã violentam potentiã creaturæ, qa creator nõ recipit peregrinas impressiones, sed in ditione eius cuncta sunt posita, & stabilis manens dat cuncta moueri. Si aũt loquimur de tertia potentia scilicet obedientionali in ipsa creatura, sic dicimus, q̃ verbum caro potuit fieri, imo scd'm veritatẽ est factum, vt dicit sanctus Ioan. 1. ca. quia Deus de creatura potest facere, quicquid voluerit, & in ipsa est talis aptitudo obedientiæ, ad omnem iussum sui creatoris, etiam supra omnem cursum naturæ suæ. Et hæc factio excedit omne aliud miraculum, quod De' in natura possit facere, scilicet q̃ De' fiat homo, & homo Deus in eodem diuino supposito. Vnde excedit creationem mundi, in qua ex nihilo factũ est aliquid, sed hic ex aliquo factũ est aliquid, vt ex verbo diuino idẽm semper existente, in infinitumq; excedente creaturã, factum est aliquid, vt puta Deus homo, & homo Deus. Quid mirabilius? Excedit transsubstantialitatem Eucharistiæ, in qua panis fit corpus Christi, & conuertitur in corpus Christi secundũ veritatẽ & transsubstantialitatẽ, non remanente in pane substantia panis, sed hic in hac factione, & incarnatione, humana natura non conuertitur in diuinam, sed secundũ Greg. De' homo factus est hoc modo, quia quicquid fuit permansit, & q̃d non erat assumpsit, non comixtionem passus neq; diuisionẽ. Quasi dicat. Naturã seruauit in se, vt ex his duobus non sit constituta tertia. Item excedit multiplicationem panum ex quinq; panibus, quia ibi panis multiplicatus a se ipso non multiplicato non distinguitur specie, sed in hac diuina factione natura diuina & humana maxime distinguuntur adinuicẽ, licet in eodem supposito sint vnita, vt idem sit Deus & homo, Dñs & seru'. Excedit etiã Euæ productionem, quia hic non est ex diuina substãtia, humana, aut econuerso, licet ratione vnius suppositi vtriusq; naturæ, De' sit homo Deus. De hac admirabili, & singulari factione excedente omnẽ aliam factionẽ in creatura dicit Aug. in hom. 5. Scio q̃ verbũ caro factũ est, sed quo modo factum sit nescio. Miraris quia ego nescio, omnis hoc creatura ignorat, hæc ille. Nec hoc secretum Dauid, cui reuelatum est hoc misterium, potuit melius declarare, quam in sole dicens. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendam viam suam a summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. Nam per solem intelligitur Christi diuinitas, quæ sanctos beatificat lumine claritatis suæ, sicut sol corpora cœlestia,

Io. 1.

Excedit incarnationis misterium oĩa opera diuina exteri'

Digitized by Google

lestia,& inferiora. Sol illuminans,omnia respexit, & gloria Domini plenũ est opus eius. Per tabernaculum significatur Christi humanitas, significata multipliciter per tabernaculum fœderis,vt habetur Heb.1. cap. Talem habemus pontificem,qui cõsedit in dextera sedis magnitudinis in cęlis,& tabernaculum viri, quod fixit Deus, & non homo. Et hoc figuratiue ex quatuor conuenientibus tali tabernaculo,Nam primo fuit vnctione Deo consecratum, vt habetur Exo. 25. ita humanitas Christi vnctione spiritus sancti consecrata est. Spiritus Domini super me,eo ꝙ vnxerit me. 2. Illud tabernaculum fuit diuina maiestate repletum. Operuit tabernaculum testimonij nubes,& gloria Domini impleuit illud, sic Christi humanitas gloria Dei fuit repleta. In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. 3. Sicut in illo tabernaculo fuit sãcta sanctorum, vt habetur nume. 4. sic & humanitas Christi est dicta sancta sanctorum. 4. Sicut illud tabernaculum dicebatur fœderis, sic etiam Christi humanitas est per quam fit reconciliatio mundi. Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians. Dicitur posuit tabernaculum, per quod intellige potius: quòd humanitas sit posita in diuinitate quã econuerso. Primo quia posita est humanitas in diuinitate sicut in sanctificante, quoniam in hac sacratissima vnione, diuinitas retinuit propriam personalitatem non humanitas, quæ assumpta est in persona verbi, sicut etiam dicimus: Lux est in Sole & nõ econuerso, licet non sit omnimoda similitudo. 2. Humanitas posita est in diuinitate sicut in excedente, sicut vinum in vegete. 3 Humanitas est in diuinitate sicut in preexigẽte adueniẽs, sicut dicimus melius, ꝙ forma sit in materia quam econuerso. 4. Humanitas est in diuinitate sicut in nobilitãte eam. Potius enim dicimus vxor nobilitata a viro, est in viro, quam econuerso. Nam in hac sacratissima vnione fuerunt duo motus, vnus quo diuinitas descendit, & inclinata est ad humaninatem. Exinaniuit se formam serui accipiens. Alius est quo humanitas ascendit ad vnionem cum diuinitate quæ arguit nobilitatẽ, vt Apostolo dicit, vbi supra Deus exaltauit illum,& dedit illi nomen, quod est super omne nomen, &c. Et Psalm. Cum gloria suscepisti me. Et quia denominatio fit a nobiliori,ideo dicit propheta in Sole .i. in diuinitate posuit tabernaculum suum idest humanitatem suam, vt demonstraret excellentiam naturæ humanæ ex coniunctione,& vnione cum diuina. Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Nam thalamus est sacratissimus vterus virginis, cõsacratus filio Dei, qui habuit quatuor prærogatiuas excellentissimas. Prima prærogatiua thalami virginis est, quia fuit in matris vtero sanctificata,& in gratia Dei firmata, quæ sanctificatio etiam in eius vterum redundauit. Secũda prærogatiua est virginis, ratione fidei animæ eius,quę per fidẽ fuit illuminata. Beata quæ credidisti, &c. Tertia pręrogatiua virginis fuit sufficienter mũdata ab omni macula. Tota pulchra es: & macula non est in te. Quarto decenter fuit ornata ratione animæ, quia plena fuit gratia Dei, vt sibi Angelus dixit Lucæ. 1. Et Psal. Concupiscit rex decorem tuum. Nam anima quantum potest communicat corpori secũdum suam capacitatem suas perfectiones, imo secundum Philosophum tristitiam & lętitiam, ex maxima amicitia quæ est adinuicem, quia hoc est amicorum. Et ipse tanquã spõsus procedens de thalamo suo, idest filius Dei qui desponsauit humanam naturam per vnionem in vtero virginis tanquam in thalamo suo. Vbi nota quòd fuerunt in hac diuina desponsatione quatuor vniones. Vna fuit parentis cum prole, quia factus est filius Dei In hac vnione, naturalis filius virginis (vt August dicit.) genetrix virgo suum genuit genitorem, filium portauit a quo portabatur.

Margin notes: Figuratio ĩcarnationis Dei. — Isa.61. — Exo.40. — Colo.2. — 2.Cor.5. — Perpulchra declaratio qũo posita est humanitas in diuinitate. — Philip.2. — Luc.1. — Cant.4. — In desponsatione virginis quatuor vnionis.

Digitized by Google

tur. Eundem filium quem pater æternaliter genuit, equalem sibi, virgo téporaliter genuit, quia non hominem tantum, sed Deum verũ, Vnde, Creauit Dominus nouum super terram, fęmina circundabit virum. Istud autem fuit nouum, ꝙ homo existés in matre esset vir pfectus plenus gratia. Secunda copula fuit animæ cũ carne in supposito diuino, quia formato Christi corpore ex virgineis sanguinibꝰ, Deꝰ animam creauit, & illi corpori coniunxit, & verbum assumpsit non solũ animam, sed & carnem. Vnde Ecclesi. Non ex virili semine, sed mystico spiramine, verbũ caro factũ est, &c. Tertia fuit naturæ diuinę cum intellectu humano in fide, scd̃m quod dicitur. Desponsabo te in iustitia, & miserationibꝰ, & despõsabo te in fide. Quarta fuit naturæ diuinæ cum carne. Et verbum varo &c. Quinta fuit naturæ diuinæ cum humanitate in supposito diuino. Videamus hoc verbum, quod factum est, & Dominus ostendit nobis. Et hæc est vnio maior, quã vnio animæ carni tripliciter. Primo modo. Quia anima vnita cum carne desiderat aliquando separari. Psal. Educ de carcere animam meam; Et Paulus Cupio dissolui, Sed anima Christi nõ cupit separari a diuinitate, sicut nec sancti in gloria; Cũ ipse Christus fuit simul viator, & cõprehensor. Secũdo Vnio animæ ad corpus, non est tam magna, vt anima dicatur caro, & econuerso, sed ista vnio fuit tam magna, vt dicatur homo Deus, & econuerso. Vnde Ilarius. Factus est Deus homo, vt homo fieret Deus. Tertio anima separatur a carne per mortem, sed diuinitas in morte nõ fuit separata nec ab anima, nec a carne. Vnde Anselm. Quod semel assumpsit, nunquid dimisit? Et patet qualiter fuit facta hæc vnio & incarnatio, aut desponsatio humanę naturę, & diuinæ, Dicit. Procedens de thalamo, non per loci mutationem, sed per nouam mundo ostẽsionem, secundum quod de ipso dicit. Exiui a patre, & veni in mundum.

Hier. 22.

Eccle. 3.

Oseæ. 2.

De excessu vnionis diuinæ cũ homine ad alias vniones.

Io. 1.

Luc. 1.

Nam personæ diuinæ quamuis procedant vna ab alia, vt a patre filius, & ab vtroq; spiritus sanctus, non tamen per mutationem aliquam, sed per processionem personarũ. Et exultauit vt gigas audax figuratiue, vt Dauid contra Goliath, ad currendam viam suã vsq; ad mortem ex patris obediẽtia, vt dicit Paulꝰ. Et a summo cęlo egressio eius, quia dicit Micheas, Et egressus eius a diebus æternitatis. Et occursus eius vsq; ad summum eiꝰ, quia in ascensione captiuam duxit captiuitatem, & sedet a dextris patris exaltatus, vt dicit Paulus, in cuius nomine omne genu flectatur. Si vis addas hic auctoritatem. S. Bernar. Tria mysteria, tres mixturas &c.

Figuralis expositio.
Pars II.

Reuertamur igitur ad præmissa in prohemio nostro. Iam vidimus, & audiuimus admirabilem Dei potentiam, qua vniuit sibi humanam naturam in suo supposito, vt vere, & realiter Deus esset homo, & homo Deus. Fecit enim mirabilia in cęlo, & in terra, de quo Isa. admirans dixit. Generationem eius quis enarrabit? Et quoniam secundum nomẽ eius, sic & laus eius, vt dicit Psal. Nomen enim Dei magnum est. Secundum nomen tuum Deus sic & laus tua in fines terræ. Et iterum. Domine Deus noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Et Moysi dixit. Denuntianti filijs Israel missionem suam. Dicas eis petentibus, quod est nomen meum, ego sum qui sum. Hoc nomen mihi in æternum idest qui sum in me totus, & qui sum in vobis totus, a quo sunt, & per quem sunt, & in quo sunt omnia, qui potens est vos liberare a seruitute Ægyptiorũ in signis & portentis, sicut dixit Sapien. 18. superius in prohemio, quæ ad litteram dicuntur de Deo liberãte filios Israel a captiuitate Ægyptiorũ cũ destructione regni eo-

Expositio figuralis.

Psal. 47.

Exod. 3.

Digitized by Google

Mistica Exploratio.

eorum. Sed misticè, & spiritualiter per verbum incarnatum, potentissimã notat eius virtutem, qua regnum diaboli destruxit, cuius causa, & nomina humanitati Christi attributa per ꝓphetas exprimuntur, quæ denotant in ipso diuinam potentiam & sapientiam. Dicit ergo sapientia. Cum omnia quietum silentium continerent, quia secundũ litteram. In descriptione totius mundi, mandato Cæsaris Octauiani facta, quando pax erat fere per totum mundum vnius imperio Christus natus est: qui suos redemptos proprio sanguine pacificatos cũ patre cęlesti habebat describere in cęlo. Et nox in suo cursu iter haberet, quia Christus natus est in silentio noctis, vt habetur ex Euangelista: quoniam & pastores vigilias tunc custodiebant, & nox sicut dies illuminata est. Psal. Et nox sicut dies illuminabitur. Omnipotẽs sermo tuus idest verbum tuum exiliens de cęlo a regalibꝰ sedibus, quia & Christus de se dixit, ego ex Deo processi, & veni; Et Micheas propheta. Et egressus eius a diebus æternitatis, venit inquam durus debellator, quia ipse de seipso dicit sententialiter. Fortior ipse Diabolo aduenit, & vicit eum, & vniuersa spolia eius in quibus confidebat, abstulit ab eo, & spolia eius distribuit. Et iterum. Nunc iudicium mundi aduenit. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et Psal. per totum Domini est terra, vbi præcipit demonibus attolli sibi portas infernales, quia ipse est rex gloriæ, qui habet intrare per ipsam, fortis & potẽs in prelio, & Dominus virtutum, quia vt iterum dicit propheta in Psal. 106 Clamauerunt ad Dominum cum tribularẽtur, & de necessitatibus eorũ liberauit eos, & eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorum disrupit. Cõfiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eiꝰ filijs hominum. Quia contriuit portas ęreas, & vectes ferreos confregit. Ideo bene dicit textus, Durus debellator in mediam exterminij terram prosiliuit, quoniam audacter ipse in synagoga prædicabat, vbi totus populus cõcurrebat. Et prauos exterminabat phariseos suis repræhensionibus, & Diabolus clamabat in vexato. Venisti nos perdere. Et ipse increpabat eum, & non sinebat loqui. In mediam etiam terram prosiliuit exterminare idolatras per suos successores Apostolos & prædicatores, quibus etiã demonia subijciebantur. Vnde Psal. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sequitur. Gladium acutum; & non simulatum, quia nec Christus, nec Apostolus loquebantur placentia, vt dicit de malis Isa. sed audacter dicebat. Et quis est, qui arguet me de peccato. Si veritatẽ dico: quare non creditis mihi? Portat ergo gladium acutum etiam in membris suis, in imperium Diaboli, & satellitibus eius, Psal. Exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, De hoc etiã verbo Christi, & Apostolorum ancipiti dicit Paulus. Viuꝰ enim est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoq; ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autẽ nuda, & aperta sunt oculis eius, ad quem vobis sermo est. Hæc ille. Sequitur. Et stans. i. in cruce, manu inermi & brachio in cruce extento. dicit Aug. debellauit omnes tartareas potestates. Et ipse dixit. Ego si exaltatus fuero a terra, idest in cruce omnia traham ad me. Nam dicit Beda super illud Tobiæ. Ecce vult me deuorare piscis. Venit Diabolus iuxta verbum Christi in cruce, & ibi sedit super dexteram eius crucis, si quid in Christo quod esset eius inueniret. Venit princeps huius mundi, & in me nõ habet quicquam. Stans ergo repleuit omnia morte, quia morte sua mortẽ

Luc. 2. Luc. 10. Luc. 4. & 9 Hebr. 4. Tobias. Io. 14.

nostram destruxit. Sequitur. Et vsq; ad cęlum attingebat stans in terra, quia dæmones etiam aereos (secundũ Aug.) eorumq; potestaté debellauit, qua claudebant cęlum, & aperiebant infernum, vt clare habes in sacra scriptura in multis locis, de quo vide ét nostram cōcionem in die Paschæ, quę causa breuitatis omitto. Sequitur. Visiones enim .i. sanctorum Patriarcharum, & prophetarum oracula, eis per visiones, vt in præcedentibus sermonibus declarauimus ostensę, quæ prænunciabant clare destruendum regnũ & potestatem Diaboli, & membrorum eius, eos perturbabant, considerantes quæ prænunciata sunt de ruinis eorum in aduétu verbi Dei patris. Ideo & vxori Pilati in formis horribilibus apparuerunt, vt Christum morti traditum liberaret Pilatus sub magnis comminationibus. Quia iam quod prius attentauerat in Christum, videns eius diuinam potentiam, perterritus fuit per mortem eius, sicut prophetæ de ipso prædixerunt, se regnũ, & potestatem quam habebat in genus humanum, amissurum. Ideo cępit, si quo modo posset eius mortem impedire, quatenus saltem redemptio humana tardaretur. Vnde super dæmones tunc insperati terrores venerunt, quia quandoq; Christum propter infirmitates humanas, quibus humanitatem ostendebat, esse potius verum hominem vsq; ad crucis patibulum extimabant, ideo plures & per se & p membra sua sicut hominem tentabãt. Quandoq; videntes signa diuinitatis eius: quæ soli Deo conueniunt, cespitabant an esset Deus. Sed insperate decidit cum tota curia eius, Lucifer, Christo post crucem in limbum descendente, & magnos homicidas delente. Sequitur. Et alius alibi proiectus semiuiuus, propter quam moriebantur causam demonstrabant mortis, quia vt Aug. perpulchrè contemplatur in descensu Christi ad lymbũ dicens multis præmissis. Illusus est pliator noster in mundo, nesciuit quia hic stragem procurauit in inferno. O crux illa fallens gaudia nostra. Per lignũ ditati sumus, & per lignum euertimur. Perijt potestas nostra semper cunctis fere populis formidata. Nullus sub sede nostra captiuus palpauit sed quod gemendum est, iste exultat. Quid faciemus? quo conuertemur? Defendere contra istum cruentas domus, & obtinere nostræ cauernę portarum custodias non valemus. Plagis recentioribus iusta vltione flagellamur. Mox igitur Christus inter ipsos crudeles ministros pœnarum acies dirigit, atque implacabiles turmas framea diuina concidit. Fremũt diri sub tortore carnifices, & rabidis adaucti stridoribus contabescunt. Ipsa quoq; antra ferrei cubilis intrante fortissimo, ac fortiore æternis nexibus colliguntur. Tristes ergo mox lugentesq; diuturno squallore turbæ populique vexati concurrunt, & ereptoris sui vestigijs aduoluuntur. Ecce apostolica dicta probantur. In nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, & infernorum. Hæc ille sententialiter.

¶ Sequitur in principali textu. Tetigit autẽ hinc & iustos tentatio mortis, quia post mortem, & Christi victoriam totus mũdus per Diabolum excitatus, in Christi membra laniandа omni genere tormentorum insurrexit. Et cōmotio in heremo facta est multitudinis. Quoniam vt habetur in ecclesiastica historia. Edictum est per Diocletianum, vt cunctæ Ecclesię Christianorum vsq; ad solum destruerentur, scripturæ sacræ igni exurerentur. Si quis inter nostros alicuius honoris prærogatiua muniretur, sublata hac, maneret infamis. Si quis seruorum permansisset christianus, libertatem consequi non posset. Et cap. 3. Vt omnes Ecclesiarum præsidétes in vincula conijciantur, tum deinde omnibus supplicijs, simulacris immolare cogantur. Dimitto alias tyrannides principum, solum hoc concludam, quod in ecclesiastica historia. Scriptũ est.

Lib. 8. c. 2.

Lib. 3.

est. Persecutionum vero extrinsecus pondus vrgebat Ecclesiam. Et tam im mensę martirum cateruę quotidie iu gulabantur, vt Plinius secundus, qui tunc prouinciam administrabat, mul titudine interemptorum permotus referret ad Traianum Imperatorem. Quod multa milia hominum quotidie obtruncarentur, in quibus nihil omnino sceleris depræhenderetur ad missum, aut aliquid contrarium Romanis legibus gestum, nisi hoc solum, q ante lucanos hymnos Christo cuidam canerent Deo Adulterium vero vel cætera huiusmodi crimina apud eos illicita haberi, & penitus arceri, Cætera vero eos secundum leges agere communes. Ad quem tunc Traianus rescripsit & sui auctoritate decernit, vt christiani non quidem requirantur, si qui tamen inciderent, puniātur, per quod ex parte aliqua persecutionis sedatum putabatur incēdium. Hæc ibi. Sequitur. Sed non diu permansit ira tua, idest qua permisisti fieri mala in mundo tyrannica propter peccata populi, vt delicias bona idest martirum merita, in quibus sunt ornamenta Ecclesiæ. De his Apost. Sancti per fidem vicerunt regna. i. ante legem. Vide totum Et in fine concludit. Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis aliquid melius prouidete, vt non sine nobis consummarentur. Hæc ibi. Hoc etiam est figuratum in Apoc. Vbi sentētialiter dicitur. Quòd cum Ioan. vidisset multitudinem maximam hominum indutam vestibus albis, & ignoraret quid essent, dictum fuit ei ab Angelo. Hi sunt qui venerūt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas in sanguine agni, & dealbauerunt eas, non esurient neq; sitient amplius, neq; cadet super illos sol, neq; vllus estus, quoniam agnus, qui in medio throni est, regit eos, & adducet ad fontes aquarum, & abstergct Deus omnem lachrimam ab oculis eorum. Hęc multitudo magna induta vestibus albis significat, & denotat multitudinē

Hebræ. 11.

Ioan. 7.

bonorum in Ecclesia Christi, qui viuunt in puritate corporis, & animæ, quorum cuilibet dicitur. Omni tempore vestimēta tua sint nitida, & oleū sanctæ misericordiæ non deficiat de capite tuo. Et ignorabat qui essent, qa boni in hoc mundo sunt in obliuione vel in non approbatione, quia vt, dicitur de viro sapiente sed paupere, q ciuitatem liberauit ab obsidione, sua sapientia. Nemo recordatus est pauperis illius, & Sap. 5. in inferno dicent mali. Vos insensati vitam illorum estimabamus insania & finem illorum sine honore, ecce quō computati sūt inter filios Dei, & inter sanctos, sors illorū est. Et Christ⁹ dixit de his Eritis odio omnibus hominibus &c. Sed ab Angelis Dei approbantur opera illorum, quia vt dicit Ecclesiast. Opera illorū in manu Dei 9. cap. Et nomina eorum scripta sunt in libro vitæ, vbi viuent in secula. Ideo hic Angelus dixit. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, quia omnes, qui Deo placuerunt in tribulationibus varijs probati inuenti sunt. Discurre hic per sanctos vtriusq; sexus &c. Vnde dicit Iudit confortans populum in tribulatione. 5. cap. Et omnes qui Deo placuerunt per multas tribulationes transierunt fideles. Hæc ibi. Hi lauerūt stolas suas in sanguine, quia Christum imitati sunt, quia capite vsque ad pedes sanguine, lotus fuit. Et dealbauerunt eas quia vita ipsorum fuit magna puritate, & sanctitate associata per Christi vitæ imitationem. Paulus. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et alibi. Adimpleo ea quæ sunt passionis Chri, vt dicit quædā translatio, in carne mea p corpore eius, qđ est Ecclesia. Insup stolas suas lauant & dealbāt in sanguine Christi, per contēplatione passionis, & vitæ Chri. Paulus. Stigmata Chri porto in corpore meo. In medio eorū est agn⁹ qui eos regit, qa dicit Paulus Apostolus, oīa possū in eo qui me confortat. Isa. 11. Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel. Istis

Eccle. 9.

Eccle. 9.

1. Cor. 11.

Colo. 1.

Digitized by Google

ꝓmittit vita æterna ꝓ labore, in qua nõ est sitis, aut esuries, neq; dolor, aut ęstus, neq; lachrimę, aut gemitus, sed torrẽte voluptatis suę potabit eos. De hoc gaudio. Propter hoc, hæc dicit Dñs De⁹. Ecce serui mei comedent & vos esurietis, ecce serui mei bibent, & vos sitietis, ecce serui mei letabunt, & vos cõfundemini, ecce serui mei laudabũt ꝑ exultatione cordis, & vos clamabitis ꝑ dolore cordis, & ꝑ contritione spũs vlulabitis, & dimittetis nomen vrm in iuramẽtis electis & interficiet te Dñs De⁹, & seruos suos vocabit nomine alio. Et infra. Ecce ego creo cęlos nouos, & terrã nouã, & nõ erũt ĩ memoria ꝓpria, sed gaudebitis, & exultabitis vsq; ĩ sẽpiternũ, vide relqua si vis.

Isa.65.

SERMO SEPTIMVS.

TRACTATVR ADMIRABILIS DIGNATIO Dei in assumptione vilissimæ carnis; variabilitas, & inuariabilitas entiũ: omnimoda immutatio Dei; atq; illius, exinanitio, cum figurali retrocessione solis in horologio Achab; ex 4. Regum 20. adaptando summę Dei misericordię historia figuralis facientis vas fictile ex Hieremia. 18.

VERBVM CARO FACTVM EST ETC. IO. I.

Hier.18.

DIxit De⁹ Hieremię. Surge & descẽde in domũ figuli, & ibi audies verba mea. Et descẽdi in domũ figuli, & ecce ipse faciebat opus sup̃ rotã, & dissipatũ est vas, qđ ipse faciebat e luto manibus suis. Cõuersusq; fecit illud vas alterũ, sicut placuerat in oculis eius vt faceret. Et factum est verbũ Dñi ad me dicens. Nunquid sicut figulus iste non potero vobis facere domus Israel ait Dñs? Ecce sicut lutũ in manu figuli sic vos dom⁹ Israel in manu mea. Repẽte loquor aduersus gentẽ, & aduersus regnũ. i. cõminatiue, vt eradicẽ, & destruã, & dispergã illud. Si pęnitẽtiã egerit illa gẽs a malo suo ꝙ locut⁹ sũ aduersus eã, agã & ego pęnitẽtiã. i. p̃ modũ pęnitẽtis me ostẽdã sup̃ malo qđ cogitaui vt facerẽ ei. Et subito loquar de gente, & de regno, vt edificẽ, & plãtẽ illud. ¶ Sup̃ pdicta verba ꝓphetę, duo videbimus. Primo de admirabili, & stupẽda dignatione Dei vt vniret se vasi fragili, & illud tã mirabili⁹ nobilitauerit. Secũdo exponem⁹ historiã ꝑsũptã mysticè. ¶ Quoad primũ ꝑnotãdũ est, ꝙ res in natura existẽtes, qđã sũt totaliter mutabiles scđm substãtiã, & accñtia, vt infra cęlisphaerã existẽtia, qa etsi elemẽta secundũ totũ sũt immutabilia: tñ scđm partes sũt mutabilia, & corruptibilia adinuicẽ, dũ vna pars elemẽti ex alteri⁹ elemẽti fit, mõ quo mare scđm totũ manet, sed scđm partes suas fluit, & refluit, qa totũ mare vel lumen in canali cõclusũ semp̃ respectu cęli, ambitu eodẽ loco & modo cõtinet, ĩ quo & nauis in medio firma semp̃ ẽ in eodẽ loco, q̃uis circa eã partes fluminis vel maris fluãt, & refluãt. Quędã sũt partim variabiles, & partim inuariabiles, vt sũt cęli, q sũt scđm substãtiã ĩmobiles, & incorruptibiles, sed scđm partẽ p̃ motũ localẽ sũt mobiles. Et intelligẽtię sũt scđm substãtiã suã incorruptibiles, & inuariabiles, sed scđm intel-

Perpulchra distĩctio Entiũ in natura.

tellectiones, & volitiones eorum sunt variabiles, quia nũc intelligunt & volunt vnum, & nunc intelligunt & volunt aliud, non tamẽ vnum per aliud sicut nos, sed vnum post aliud intelligunt. Quædam totaliter est immobilis & inuariabilis. Stabilisq; manens, vt Deus dans cuncta moueri. De quo propheta. Ego Deus & nõ mutor. Vnde primæ res sunt sub tempore, quia temporaliter currunt, & mensuratur eorum duratio & operatio tempore, quod tempus cõsistit in successione & variatione sicut & ipsę res, quas ĩ sua successione mensurat. vnde & secũdum

1.de generatione. philosophum. Quælibet res infra cœlum contenta habet suum periodũ. Et de homine dicit scriptura. Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Et 70. anni vita eius & post 80 amplius labor & dolor. Propterea philosophus diffiniẽdo tempus, dicit. Est mensura motus, & quietis secundum prius & posterius, quia tempus fundatur super motus successionẽ secundũ prius & posterius eius. Et primo tempus mensurat motum cęli secundum successionem eius, & deinde mensurat corruptibilia inferiora celo secundum successionẽ variationis eo-

Hebr.8. rum. Ideo bene Apost. dicit. Quòd antiquatur & se nescit, prope interitum est. & Eccle.3. Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt et.9.ca. Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificũ gratiam, sed tempus, casumq; in omnib. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiũtur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo superuenerit, hęc ibi. Et Sap.2. Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus, qm̃ fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillę ad cõmouendum cor nostrum. Quia extinctus cinis, erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tãquam mollis aer, & trãsibit vita nostra tanquam vestigiũ nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ figurata est à radijs solis, & à calore illius aggrauata. Et nomen nr̃m obliuionem accipiet per tẽpus, & nemo memoriam habebit operum nr̃orum. Vmbrę transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri, quoniã consignata est, & nemo reuertitur &c. Ecce quanta temporalis mutatio est in creatura infra cœlũ, & maxime in homine, de quo Iob. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.

¶ Secundę res partim inuariabiles, quia secundum substantiam, partim mobiles, scilicet secundum accidentia, vt cęlum & intelligentiæ, vt diximus. Et hæ habent suam terminatam mensuram. Quia secundum suam substantiam mensurantur in duratione, sua euiternitate, quæ est mensura participãs immutabilem Dei mensuram. s. ęternitatem. Nam non habent esse suũ à se, & ideo non habent esse per se subsistens, cuius esse & essentia sint omnino idem, sed se appropinquant perpetuitati & æternitati diuinæ secũdum suam durationem stabilem quantum possunt, qua in æternum erunt. Vnde euiternitas quæ est mensura eorũ substantiæ, est participata ęternitas diuina. De his intelligentijs dicit etiã philosophus. Quòd extra cęlum sunt intelligentiæ, optimam vitam ducẽtes, quæ sunt mutabiles vt diximus secundum accidentia, vt intelligere & velle, dum vnum post aliud, & non vnũ per aliud intelligunt. Et hæ ipsorum intellectiones, & volitiones successiue mensurantur, non tempore nostro, quod est ex priori & posteriori in motu compositum, sed quod est ex instantibus temporis discreti transcendentis tempus temporalium, quod consistit in successione motus temporalium in quibus est. Motus autem cęli quia est corporalis mensuratur tempore continuo, quia mensura mensuratis

Incorruptibilia quomodo sunt inuariabilia, & variabilia.

1.de cœlo.

ratis

ratis suis assimilatur secundum philo sophum, & secundum Sanctum Thomam in opusculis q. de tempore. Cœlum secundum substantiam, & omnia incorruptibilia mensurantur æuiternitate, quæ est participata æternitas.

De Dei immutabilitate, & tamen admirabili modo ꝓpter hominem se exinaniuit.

Tertia res quæ est Deus, cũ sit omnimode immobilis, & inuariabilis, eius duratio, vel mensura eius existentiæ & nobilitatis, est æternitas. Quæ secundum Boetium est interminabilis vitæ, tota simul & perfecta possessio. Dicit æternitas est interminabilis vitæ, non priuatiue sed negatiue interminabilitatem accipiendo: Quia non possumus peruenire ad simplicia nisi per resolutionem & remotionem compositionis. Vnde dicitur interminabilis vitę ad differentiam rerum terminabilium, tam quo ad esse, & accidentia eorum, vt sunt sub tempore existentia, quàm etiam ad differentiam permanentium in esse ex parte post, vt sunt intelligentiæ, & cœli, quæ etiam in successione consistunt, quædam à parte ante, cum sint creaturæ ex nihilo creatæ post non esse ad esse. Deus autem est vitæ interminabilis omnino, tam ex parte ante quàm ex parte post. De qua Deus ad Moysen

Exod. 3. dicit. Cum mitteret eum ad filios Israel pro exitu eorum de Ægypto. Dic eis Deus patrum nostrorum misit me ad vos. Et Moyses. Si dixerint mihi quod est nomen eius, quid dicam eis? Ait dominus. dicas eis. Ego sum qui sum, & qui est misit me ad vos, & hoc est nomen mihi in æternum, & hoc memoriale in generatione, & generationem. Quasi diceret. Ego cuius solius essentia est suum esse, & qui sum vbiq; per essentiam, per præsentiam, & per potentiam, & a quo sunt omnia, per quem sunt omnia, in quo sũt omnia. Dicit interminabilis vitę. Dico vitæ beatę, quia Deus in seipso est beatus, est bonus, super bonus, & super omne bonus, nullius indigens, sed ex sua bonitate se omnibus communicans, quibus secundum esse, quibus secundum etiam viuere, quibus secundum sentire, & intelligère. Et his per gratiam, & per gloriam beatã, vt Angelis beatis, & homini habenti in se omnem creaturam, cui & secundum suum suppositum se communicauit, vt ex hoc totam creaturam nobilitaret, eam in se assumendo, homine assumpto, sicut in præcedentibus sermonibus ostendimus. Dicit tota simul & perfecta possessio. Non enim ipse quicquam mendicat ab aliquo, sicut cæteræ creaturæ esse suum & conseruari suum mendicant à Deo, qui totum & perfectum suum esse habet à seipso. Perfecta dico possessio, qui ex abundantia sua de fructibus suis, omnibus sine inuidia communicat. Dicit perfecta possessio de qua Baruch. O Israel quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Magnus est, non habet finem, excelsus & immensus. Et Baruch 2. Disce vbi est prudentia, idest, vera, vbi virtus, idest, vera, vbi intellectus, idest, de quo Boetius, pulchrũ pulcherrimus ipse, mundum mente gerens, similique sub imagine formans, vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ & victus, quia Io.

dicit. In ipso vita erat, & vita erat lux Ioan. 1.

hominum. Et victus, quia dixit Abrahæ. Ego protector tuus sum, & mer- Gen. 15.

ces tua magna nimis. Et Moyses. Si inueni gratiam in conspectu tuo, osten- Exod. 33.

de mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos, & ostende mihi gloriam tuam. Respondit dominus. Ego ostendam omne bonum tibi. Dicit gl. interlinealis. Ostendam tibi vitam æternam, in qua est omne bonũ intellectuale, de quo Psal. Satiabor domine cum apparuerit gloria tua. hæc ibi. Et de qua Paulus. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ Deus prę parauit diligentibus se, & de qua Ioã.

Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Ioan. 17.

solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Dicit, ego ostendam omne bonum tibi. Non dico, quomodo diabolus superbe & mendaciter vsurpans dixit Christo. Si cadens adoraueris

Digitized by Google

rauerit me, dabo tibi omnia regna mũ
Io. 1. & 3. di, quia Ioan. dicit. Transit mundus
& concupiscentia eius. Sed omne
Psalm. bonum de quo Psalm. Torrente voluptatis suæ potabit eos, & iterum. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Et cor meum & caro mea exultauerũt in Deum viuum. Et beati qui habitãt in domo tua domine, in sæcula seculorum laudabunt. Et breuiter concludamus de hoc omni bono. Et audiui
Apoc. 21. vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neq; dolor erit vltra, quę prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. hęc ibi. Quomodo Moyses, & Paulus in hac vita gloriam Dei facialem viderunt. vide S. Thom. Super illud nume-
1. p. q. 12. arti. 11. ad 2. ri. 12. Vbi dicit Dominus de Moyse. Ore ad os loquor ei. Vbi dicit cum August. 12. super Genes. ad litteram, & in libro de videndo Deum. Moysen qui fuit magister Iudæorum, & Paulum qui fuit magister gentium, miraculose in hac vita, non tamen vtentes sensibus carnis, ad visionem Deus suæ essentiæ eleuauit. Sequitur in Baruch. Vbi sit lumen oculorum, quia
Psalm. dicit Psalm. In lumine tuo videbimus lumen. Vbi est pax, quia dicit Psalm. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Et Isa. Et pacis eius non erit finis. Et August. Cor humanum in desiderio æternitatis nõ fixum, nunquam stabile potest esse, sed omni volubilitate volubilius, de alio in aliud transit, quærens requiem vbi non est. In his autẽ caducis & transitorijs in quibus eius effectus captiuus tenetur, veram requiem inuenire non valet. Quoniam tantæ est dignitatis, vt nullum bonum præter summum ei sufficere
Baruch. possit. hæc ille. Sequitur in Baruch. Quis inuenit locum eius, & quis intrauit in thesauros eius? quia nemo philosophorum potuit, nec poterit peruenire ad hanc Dei cognitionem facialem, quę est videre eum sicut est, non per effectus creaturarum, in quarum contemplatione philosophi, hominis fęlicitatem posuerunt. Et Paulus dicit. Sufficit mihi scire Christũ, in quo sunt omnes thesauri sapientię & scientiæ Dei. Ad propositum igitur nostrum reuertẽtes. Iam vidimus creaturarum, quæ sunt sub tempore, imperfectionem & mutabilitatem. Vidimus etiam Angelorum participatam perfectionem, vidimus Dei vt potuimus summam perfectionem excedentem nostrum extremum in infinitum, vt nulla sit comparatio inter lucem & tenebras. Vere in huius transcendentiæ excessum & considerationem eius, occurrit mihi sicut cuidam philosopho, de quo Cicero. Quid, Libr. 1. de natura deorum.
aut qualis sit De⁹, rogas me. Aut vtar ore Simonide. De quo cum quæsisset hoc idem tyrannus Hyero, deliberandi causa vnam sibi diem postulauit. Cum idem ex eo postridie quæreret, biduum petijt. Cum sæpius duplicaret numerum dierum, admiransque Hyero quæreret, cur ita faceret, quia quanto inquit diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior, hæc ille. Quia igitur Deus æternus est, necesse est dicere, quòd omni potentia passiua careat, quia aliter posset non esse, cum sit de ratione potentiæ passiuę, quòd possit non esse. Sequitur. 2. quòd in ipso non sit aliqua compositio, quia in omni composito oportet esse actum & potentiam, cum ex pluribus non possit fieri vnum simpliciter, nisi ibi sit aliquid actus, & aliquid potentiæ. 3. sequitur ex hoc, quòd in ipso non sit corpus, quia omne corpus cum sit continuum compositum est, & partes habens. 4. ex quo sequitur, quòd cum sit purus actus impermixtus potentiæ, quòd sit sua essentia & quiditas, qa in omni eo in quo non est idem esse, & essentia vel natura, oportet esse aliquam compositionem. 5. sequitur ex hoc, quòd in eo nõ

fit

Digitized by Google

fit aliquod accidens, Quia quicquid est in Deo, est sua essentia. 6. Ex quibus necessario sequitur, quòd sit intellectualis, & se & omnia per seipsum intelligens, quia hoc est de ratione purissimi actus. 7. Quòd sit summa bonitas omne in se bonũ præhabens, & summa veritas omnium veritatum causa, immortalis impassibilis, alpha, & omega, vbique existens per essentiam, per præsentiam, per potentiam & cæter. Et breuiter, vt Boetius dicit principium, dux, semita, terminus idem. Ecce igitur altitudinem diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, cuius vt dicit Paulus sunt incomprehensibilia iudicia, & inuestigabiles viæ. Et ni-

Hiere. 31. hilominus, vt dicit propheta Hiere. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans, non semen Angelorum, sed Abrahæ suscipiens. Psalm. A summo cœlo egressio eius. & cæt. Et Michea. A diebus æternitatis egressus eius. Descendit ergo non mutando locum, sed innouando creaturam, & ęternus factus est temporalis, simplex factus est compositus, creator factus est creatura secundum hominem. Incorporeum verbum, caro factum est, & cuius est consortium cum Angelis beatis, habitauit in nobis, vt dicit Ba-

Baruch. 2. ruch. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. purus actus permixtus est potentiæ, sine accidẽte factus est, peregrinas impressiones suscipiens. &c. Ipse omnia intelligens, cuius sapientia & doctrina est patris, crescebat sapientia & ætate coram Deo & hominibus. Ipse super omni bonus, factus est egenus, pauper, & mendicus & subiectus nostris necessitatibus. Ipse vbique existens, in vterum Virginis conclusus est, sine conclusione, Cuius est generatio æterna, quam vt Isa. dicit quis enarrabit, temporali generationi est subiectus. Qui in cœlis est cum patre, & sine patre in terra, ex matre factus est. Qui de limo terræ hominem fecit, ipse limum terræ, idest, carnem humanam quæ est ex limo terrę, suscepit. Et breuiter. Immortalis, impassibilis, inuisibilis, iudex, Dominus, pater, factus est mortalis, passibilis, visibilis, reus, quia omnium nostrum iniquitates portauit, Dominus, seruus, caro & frater noster est. Quis vnquam talia audiuit? Quis vnquam hanc mixturam posse fieri capere potuit, vt homo Deus, & Deus homo, mater & virgo sit permanens, cor hominum & fides, scilicet, quòd his fidem adhibere potuerit? sed nisi esset glutinum Spiritus sancti, nunquam posset iungi fides nostra & testa, vel intelligentia nostra, tam mirabili ferro, quod cuncta metalla domat. Et hæc melius, ac iucundius non possum hoc mane exprimere vobis in iubilo cordis, quàm per illud canticum sequentiæ, quod in hac die cantat sancta mater Ecclesia. Alta cœli sunt curuata, ima terræ sublimata, super orbis cardinem. Adę lapsus reparatur, tuæ pudor expiatur, per Mariam virginem. Nazareth stat sub clausura, cui cedunt cuncta iura, triumphantis curiæ. Gabriel dum ait Aue, eius intrat sub conclaue, rex ęternæ gloriæ. Infinitus terminatur, verbum Dei copulatur in adolescentula. Stupet omnis creatura, silent omnis artis iura, in hac verbi copula, Dum fit verbum substantiuum, accidentis susceptiuum, duplatur simplicitas. In diuersum idem cedit, dum ab vno nõ recedit, alteratur vnitas. Peregrinat à natura, dum in Dei transit iura, hominis conditio. Quæ sint vincla, quæ iunctura, Deum iungens cum factura, nulla nouit ratio. In humana & diuina, cum sit hæc natura bina, vnum est suppositum. Plenitudo fit inanis, sitit mare, famet panis, nec datur oppositum. Iudex reo est vnitus, homo Deo est coniunctus, in hac hypostasi. Hic est diues, & egenus, dum hic homo fit quod Deus, ponitur ex extasi. Solis lumen nube tectum, nostræ nubis fit obiectum, nec habet in lumine. &c. Indefectum dat effectum, nostrum vergat ad profectum, Sol ortus de Virgine. Amen.

Digitized by Google

Figuralis expositio. II. Pars.

De admirabili pietate Dei erga hoiem. EXponenda est historia vel Dei mandatum ad Hieremiam, & cę. In hac diuina ostensione de figulo ad vas pulchrum factum per eum, sed postea cõfractum, & quòd ex eadem massa confracta refectum sit vas pulchrius primo. denotatur Dei pietas ad hominẽ pulchrum à Deo factum, sed pulchriorem refectum ex sua incarnatione. Nã figulus hic in sacra scriptura denotat

Eccl. 33. Deum omnipotentem. Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere, omnes viæ eius secundum dispositionem eius, sic homo in manu illius, qui se fecit, & reddet illi

Isai. 39. secundum iudicium suum, & Isai. Et dicunt, quis videt nos, & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, non fecisti me, & figmentũ dicat fictori suo,

Rom. 9. non intelligis. Et S. Paulus. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam. Hic igitur figulus Deus omnipotens, qui hominem ex limo terræ creauit vas pulcherrimum, quia fecit eum ad imaginem & similitudinem suã. Quid enim pulchrius est, quàm regia imagine insigniri? Fecit eum ad imaginem suam, in quo denotatur quòd homo in suis naturalib. est pulcherrime formatus à Deo, quia ad imaginem totius trinitatis, vt superius diximus in sermonibus de verbo Dei. Erectis luminibus in cœlum est factus, vt consideret, & contempletur, se non esse creatum ad fruendum temporalibus, sed cœlestibus, vt Paulus dicit. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, ideo quę sursum sunt quærite, & sapite, non quæ super terram, vbi Christus est sedens ad dexteram patris, &c. Et sic per temporalia quæ sunt data in seruitiũ nostrum transeamus, vt non amittamus æterna. Factus est & ad similitudinem Dei, vt ipsum imitetur in suis bonis operationibus, quæ sunt imitandæ ab eo. Paulus. Imitatores Dei estote, sicut filij charissimi. De hac imitatione in quibus est imitãdus Deus ab homine habes ad lõgum in nostro sermone facto in festo omnium sãctorũ. De hominis perfectione Thermegistus. philosophus dicebat. Magnum miraculum est homo, & animal honorandum. Hic anima intellectiua in naturam Dei transit, quasi ipse Deus esset. Hic per naturam animæ dijs est coniunctus. Hic demonum genus nouit, terram colit, elementis commiscetur, acumine mentis in maris profunda descendit, cœlum quod videtur altissimum animi sagacitate metitur, intentionem animæ eius nulla aeris caligo confundit, nec terrę densitas eius operationem impedit. Non aquę profunditas spiritum eius obtundit, hæc ille. Postquã igitur Deus fecit, & creauit hominem in prima sui institutione tam pulchrũ, tam innocentem. &c. Vt habes in nostra Cõcione ad lõgum de peccato primorum parentum, ipse miser homo fuit fractus vsq; in fragmenta, sua inobediẽtia, vt ait Eccl. 9. Scio quòd Deus hominem fecit rectũ, ipse autem diuersis se miscuit quæstionibus, quia Eua ex disputatione cum diabolo seducta, virum traxit etiam vna secum cũ suis successoribus ad barathrum inferni, perdẽtes innocentiam & statum eius, in quo erant primo instituti, quia vt dicit Gregor. Si homo non peccasset, filios gehennę non genuisset, sed pius Dominus figulus noster recordatus est figmẽti sui, vt dicit Psalm. 102. Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius tamquam flos agri sic efflorebunt. &c. Accepit illam met massam vt superius dixit. S. Paulus. Et hoc fuit, quando carnem humanam assumpsit similem nobis in defectibus, humano generi communiter prouenientibus, quæ non repugnant suæ perfectioni & gratiæ, vt alias diximus de defectibus, quos Christus Rom. 9.

assumpsit,

Digitized by Google

assumpsit, in Serm. contra Gentilium obiectiones. De quo Paul. Similis nobis apparuit, & habitu inuentus est, vt homo, &c Et ad Hebr. 2. Abrahæ semen apprehendit & non Angelorum, vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt propitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est, ipse & tentatus, potens est & eis qui tentātur auxiliari, hæc Paulus. Et fecit ex ipsa massa, vel pasta vasis fracti pulcherrimum vas, quod oculis suis placuit. Primo, quia in Christo humana natura fuit assumpta à verbo, vt homo realiter sit Deus, & Deus realiter sit homo. Quid enim hoc vase pulchrius potuit esse? contemplare circa hoc, sicut in alijs sermonibus declarauimus. Quomodo prædicationes diuinæ homini conueniant. Secundario fecit vas humanũ pulcherrimum per renouationem spiritus, & per donationem gratiarũ & meritorum. Quoniam vt dicit Paulus. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et ad quam gratiam admirabilem ex verbi Dei incarnatione assumptus homo vide nostrũ sermonem, quem feci de nobilitate Beatę virginis Mariæ. Vnde in eodem genere humano verificatur dictum superius prophetæ in pręmissa historia positum, vbi Deus mistice repete est locutus contra primos parentes nostros, & suos successores, eradicare eos, destruere, & dispergere, sed ex pœnitentia ipsorum primorum parentum Deus locutus est, vt ędificet & plantet illos per promissionem filij sui incarnandi, in remedium suæ transgressionis, quæ incarnatio fienda propter peccatum eius, sibi reuelata est post trāsgressionem ipsius, quia quamuis, (vt Paulus dicit) ante transgressionem cognouerit Adam filium Dei incarnandum in eo quod dixit: Hoc os ex ossibus meis. &c. Quia dico. Hoc magnum Sacramentum in Christo & Ecclesia, tunc enim cognouit effectum, non tamen causam incarnationis filij Dei secundum Doctores, sed post peccatum hoc sibi fuit reuelatum. De hoc Ambrosius. Fœlix culpa quę tantum ac talem meruit habere redemptorem. Et Paulus. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Et ad Hebr. vlt. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christũ, aptet vos in omni bono, vt faciatis eius volũtatem, faciẽs in vobis quod placeat corã se per Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

Hebr. 2. — Rom. 5. — 1. Thim. 1.

Digitized by Google

SERMO OCTAVVS.

QVIBVS NOMINIBVS REALIbus, ac figuratiuis vocatus ſit Ieſus Dei filius in veteri teſtamento, & de nomine Ieſu, quo vocatus eſt ab Angelo ipſe Dei filius, priuſquam iu vtero conciperetur.

VERBVM CARO FACTVM EST. Ioan. 1.

Tres fuerunt nominati nomine Ieſus.

LEgimus in veteri teſtaméto tres ſingulares viros nominatos nomine Ieſus, qui ex aliqua particulari eorum virtute ſignificabant, & repreſentabant Chriſtum. Fuit Ieſu naue, qui & Ioſue dicitur. Qui Dei mandato poſt mortem Moyſi fuit rector, & ductor populi Hebræorum ad terram promiſſionis. Sic Chriſtus nó particularis populi Hebræorum rector, & ductor fuit, ſed totius generis humani, pro ſalute cuius, vniuerſaliter venit in hunc mundum, quia omnes vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire dicit Paulus. Et ſanctus Io. 10. Cayphas prophetauit neſciens quid diceret dicens. Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet pontifex anni illius prophetauit, quia Ieſus moriturus erat pro gẽte. Fuit alius qui reædificauit Templum primo, & 3. Eſdræ. 3. cap. qui dicebatur Ieſus filius Ioſedech. Sacerdos magnus. Zachariæ. 3. Et hic figurat Chriſtum, qui ædificauit Eccleſiam catholicam gratiæ. Ille enim reædificauit templum deſtructum per Gentiles, quod erat vnius populi Hebræorum, Chriſtus autem reædificauit eccleſiam vniuerſalem, quæ cœpit à primo Abel, & durabit vſque in finem mundi, quam in tempore gratiæ, ideſt, ſui Aduentus mirabilibus, lapidibus & ornamentis reparatam decorauit. Fuit & tertius Ieſus Siraach, qui docuit ſapientiam Dei per totum librum Eccleſiaſticum. qui vt dicit S. Hieronym. in prologo ſuper eundem librum, propter excellentiam virtutum ſuarum, pœna retes, ideſt, omnium virtutum capax appellatur. Hic etiam Chriſtum figurat & denotat. ſed Chriſtus altiori & nobiliori modo docuit ſapientiam Dei, ſicut erat Deus & homo, de quo Ioan. Plenum gratiæ & veritatis. &c.

Hoc mane prędicabimus de nominibus quibus Chriſtus eſt in ſacra ſcriptura prænominatus.

Et primo breuiter de nominib. quibus vocatus eſt in veteri teſtaméto à prophetis. Secundo quo nomine vocatus eſt in nouo teſtamento, hoc eſt de nomine Ieſu, &c.

Quo ad primũ notandum dicit philoſophus. nomina debent rerum proprietatibus conuenire, quia ratio quã nomen ſignificat, eſt diffinitio, quæ dicit rei naturam, ſed nomina ſingularium imponuntur à proprietatib. eorum. Et hoc vel propter tẽpus in quo quis natus eſt, vt qui in die S. Nicolai natus eſt, vocatur Nicolaus, Vel à cognatione ſua, vt Ioannem volebant parẽtes vocare Zachariã, Lucæ. 1. ſed pater eius eum vocauit Ioãnem, quo nomine Angelus vocauerat eum. Vel 4. metaph.

ab

Gene.41. ab euētu, sicut Ioseph. Vocauit suum primogenitum Manassen dicens. Obliuisci me fecit Deus laborum meorū. Manasses.n. interpretatur obliuiosus vel oblitus est. Vel sicut Esau, ex qualitate nascentis, qui interpretatur ruffus, quia ruffus natus est. Vel ab impositione Dei, vt Sansoni parētes imposuerunt nomen Sanson, qui interpretatur Sol fortis, quia dixit parentibus Angelus, ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum. Et qn̄ imponūtur ista nomina alicui à Deo, significant talibus aliquod donum gratiæ singularis donatum esse à Deo. Et qm̄ Christo datum est à Deo, vt saluaret oēs, ideo sibi & in veteri & in nouo testmento, cum vetus est figura noui, talia nomina sibi à Deo imposita sunt, quæ denotant eius proprietates significantes vniuersalē salutem generis humani. &c. Dicamus igitur Chrs in veteri testamento vocatur qn̄q; filius Dei, Psal.2. Vbi post quam nominauit Christum, cōtra quem Iudæi & Gentiles insurrexerunt dicentem. Ego autem cōstitutus sum rex super Syon montem sanctum eius prædicans preceptum eius, subiungit. Dn̄s dixit ad me, filius mes es tu, ego hodie, idest in æternitate genui te. In quo Psalm. per totū loquitur de Christi humanitate, in qua passus est, & per victoriā exaltatus à patre. Et demum pater ipsum nominat ēt filiū eius naturalem, quem hodie.i.in æternitate genuit, quæ tota est simul. Quādoque nominat eum sermonem & verbum, quod idem est. Cum.n. quietū silentium continerent omnia, & nox in suo cursu mediū iter haberet, omnipotens sermo tuus dn̄e exiliens de cęlo à regalibus sedib. durus debellator in mediā exterminijterram prosiliuit, &c. Et Psal. vocat ipsum verbum. dicēs. Misit verbum suū & sanauit eos, & eripuit eos de interitionib. eorum. Ad denotandū Christi diuinam sapientiam & doctrinam, de qua ipse dicit. Doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me patris. Et ad remouendum dubium, quod in mentibus humanis posset esse, si pater cœli habet filiū, ergo est carnalis, propterea dicit filius meus est verbū, & sermo patris, quia intellectualiter cōceptus, sed prosiliuit ad extra cum in pergameno se fecit conscribere. s. cum se propalauit per incarnationē in mūdo, eripiens genus humanum à diabolica potestate, tanquā verbum per sermonem. Qn̄que nominatur Emanuel. Ecce Virgo cōcipiet & pariet filiū, & vocabis nomē eius Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus. In quib^o^ verbis denotatur Christi tēporalis natiuitas & humanitas, quia cōceptus & natus de Virgine. Et eius diuinitas, dum Deus coniunxit humanam naturā in supposito suo diuino, vt esset nobiscum, non solū vt cōiter est in omni creatura per essentiam, per præsentiā, & per potentiā, sed esset nobiscū. i. cum homine per suam personalitatē, vt vnum sit suppositū diuinę naturę, & humanæ. Et deus sit verus homo, & homo verus Deus. Et interpretaē nobiscum Deus, quia nr̄ frater & caro factus est ad nr̄am salutem. Et hunc puerum ex Virgine nasciturū mandat populo de tribu Iuda cōtra timorē duorū tititionum. i. Regis Syrię, & Samariæ inuocandū pro liberatione ab eis, quia in vocatione eius liberabunē ab ipsis. Vide hęc vbi sup. Qn̄q; vocatur apud eundem prophetā sex nominib. ꝓpter sex proprietates quas in se habuit, incipiendo ab eius humanitate dicens. Paruulus natus est nobis, quo ad humanitatem eius, & filius. i. Dei naturalis datus est nobis. Et factus est principatus super humerū eius, quia in cruce debellauit oēs tartareas potestates. Et vocabitur nomen eius admirabilis. i. in miraculis. Consiliarius, qa dabit consilia euangelica, addendo ea præceptis legis moralibus. Deus fortis. i. infernum spoliando, pater futuri seculi, quia electis suis dat cęlestem hęreditatem. Princeps pacis, quia venit vtraq; vnum facere. i. pacificando Iudæos cū Gentilitate, ex eis conficiendo vnam Ecclesiā, in cuius figura Angeli

Gene.25. (margin)

De nominibus quibus Iesus est nominatus antiquitus. Sap.18.

Esai.7.

Esai.9.

geli in eius natiuitate cantarunt. Gloria in excelsis, & pax hominib. Pater futuri seculi, quia regnũ eius non fuit in hoc mundo, sed vt electos transferat in aliam patriam. Multiplicabitur eius imperiũ, quia data est sibi omnis
Matt. vlt. potestas in cœlo, & in terra. Et pacis eius non erit finis, quia beatitudo & merces diligẽtium eum est æterna, cũ maxima pace possidenda. Item Esai 8. Prophetissa concepit, & peperit filiũ, & dixit Dñs, vocabis eum. s. quatuor nominibus, pp quatuor effectus mirabiles, qui per eum fient. Accelera, quia Christus fuit fortis ad currendas vias suas vt gigas, circuiendo per vicos & castella, annuntians pacem & legẽ gratię pro salute generis humani. Spolia, quia spoliauit infernum patrum, captiuam secum in cęlum ducens captiuitaté, cum magno triumpho. Detrahe. i. prędam captiuam. i. genus humanum captiuatũ per diabolum, ex manibus eius eripe. Festina prædari. i. & si restiterit, tibi diabolus, festina prædari eum, vt virtus eius ad nihilum
Luc. 11. sit deducta. Nam & S. Luc. dicit. Fortior Christus venit & vicit eum, & vniuersa spolia accepit, & arma eius abstulit in quibus confidebat.

Hiere. 23. Item Hierem. vocat ipsum iustum. postquam dixit. Suscitabo Dauid germen iustum & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra, addit. Et hoc est nomen, quo vocabunt eũ, dñs iustus noster. Ad denotandum ꝙ qui nos misericordia sua in terra redemit iusta iustitia iudicabit in iuditio, sine acceptione personarum, reddens vnicuiq; quod suum est vt patet in Euan
Act. 10. gelio de iuditio. &c. Et Pet. In veritate comperi, ꝙ Deus non est acceptator personarum ¶ Aliquando nomi-
Zach. 6. natur oriens. Ait dominus exercituũ. Ecce vir, oriens nomé eius, secundum interpretationem Caldæam. i. Messia. Et subter eum orietur, quia in die natiuitatis lux orta est eis, quia nox in lucé diei fuit versa. Et ędificabit templum Dñi, vt in prohemio figuratiue dictum est. Et ipse portabit gloriam, quia regnũ & sedes in templo suo per eum ædificato, erit perpetuum cũ magna gloria, quia in nomine eius omne genu flectitur post resurrectionem. Et sedebit, & dominabit super solio suo hic in militanti ecclesia, & per triumphum Ascensionis in gloria triũphanti, sedens ad dexteram patris. Et consilium pacis erit inter illos duos, quia Ecclesia Christi constat ex populo Iudæorum & Gentiliũ, qui in lege Christi pacifice cubant, ante odiosi adinuicem existentes, quia non conueniebãt Iudæi cum Samaritanis, & Gentilibus, vt dicit Samaritana Christo.

Aliquando nominatur Christus, vt superius diximus. Ex Psal. 2. Et apud
Dani. 9. Dan. de septuaginta Hebdomadibus, vbi concludit. Et occidetur Christus post impletionem septuaginta Hebdomadum & non erit eius populus. i. Iudęi, qui eum negaturus est, idest quia dixerũt Deo suo, recede à nobis, viam scientiarum tuarũ nolumus. Et apud Pilatum clamauerunt. Non est Rex Iudæorum, sed ipse se Regem Iudæorũ facit. Nam Christus idem est ꝙ vnctus, quia in Christo fuit diuinitas vngens & humanitas vncta. Ad denotandum quòd noster Christus Messias promissus in lege, debet esse sanctus, quia Deus, qui est super sanctus. Sicut dixit Christus, cuidam dicenti sibi Magister bone, solus Deus est bonus, idest, per superlatiuum & supereminentem gradum, quoniam & secundum philosophum est summa entitas & veritas, à quo est omnis entitas & veritas. Est etiam sanctus quo ad humanitatem, quia plenus gratia & veritate, vt dicit Io. Et de se ipso dixit. Quis arguet me de peccato? Psal. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi sancti tui, vt hodie in Circũcisione & in Purificatione Virg. Marię. Secundũ nomé tuum Deus, sic & laus tua, quia ipse est secũdum nomen sanctus & Saluator, cũ nomen Chrs secundũ sacros Theologos supponat pro persona diuina, & significat humanam naturã & diuinam. Iesus autem solam naturam

Digitized by Google

humanam significat, sed supponit pro diuina persona, & ideo recipiunt cum suis proprietatibus in concreto sumptis adinuicem prædicationem, ita vt indifferenter ea prædicata, quæ sunt vtriusque naturæ humanæ, scilicet, & diuinæ in concreto sumpta, prædicentur de Deo de homine, & Christo ac Iesu indifferenter, vt in præcedentibus, & in sequentibus etiam declarabimus. dicit ergo Psal. Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua. In fines terræ, iustitia plena est dextera tua, quia & si regnasti in sinistra, idest in hoc mundo per misericordiam, at in dextera, idest, in iuditio per iustitiam regnabis, vbi non parcet oculus tuus, nisi signatis super frontem signo Thau. Thau secundum Hebræos est littera in modum crucis facta, de qua
Ezech. 9. apud Ezechiel. dictum est, sex viri iræ Dei, quòd nulli parcant, nisi eis qui gemunt peccata sua & populi habentes signum thau in fronte, quia & pagani, & infideles in iuditio absque remissione damnabuntur, quia qui non crediderit, & baptizatus nõ fuerit, cõdemnabitur, vt dicit Christus, quoniam non habent signum thau, idest, crucis Christi in fronte. Et similiter Christiani omnis conditionis, tam spirituales, quàm temporales, qui & si habent signum thau in fronte, at obscuratum tenebrositate peccatorum, vt à Deo, & ab Angelis per approbationem non cognoscantur, habentes fidem informem, quæ non saluat, sed
Iacob. 2. damnat, vt dicit Iacobus. Quid proderit fratres, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides saluare eum? Et infra. Tu credis, quia vnus est Deus, bene facis, & demones credunt & contremiscunt, sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. hæc ibi. sed tu prolixius vide totum capi. Saluantur ergo tempore iustitiæ seuerę diuinæ Christiani, qui gemunt & sua peccata, & aliorũ, vt Christus dixit in inceptio-
Matth. 3. ne suæ prædicationis. Pœnitentiam agite appropinquat enim regnũ Dei.
Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Vt igitur filius Dei, qui Matth. 5.
caro & frater noster esse dicitur & nominatur, nostri misereatur in hac sua incarnatione, gemamus peccata & nostra & aliorum, nec obturemus aureas nostras ad voces eius, & sanctorum prophetarum, ne indurati sicut Pharao, & alienati intellectu, submergamur a diluuijs, & vndis iræ suæ. Et vt Emanuel veniens sit nobiscum, non separemur ab ipso sicut Achaz, diabolo & idolatriæ adherendo, sibique laudem, & sacrificium, & non Deo offerẽdo. Et vt noster hic magnus Deus, fortis, consiliarius, &c. vt supra, det nobis pacem spiritualem hic per gratiam, & æternam, per gloriam in patria, vbi sedet ad dexteram patris, & remunerat dilectos suos fœlicitate, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, (vt dicit Paulus) in nouitate sensus ambulemus, deponentes veterem hominem cum actibus suis, & nouũ induentes, qui secundum Deum creatus est.

Insuper vt hic noster Messias debilitet diaboli virtutem, qua vtitur in malum nostrum, recognoscamus eum gratias sibi agentes, quia à potestate diaboli eripuit nos. Et deprecemur, qui sub vexillo suæ sanctæ crucis defendat nos. Insuper vt Deus noster iustus iudex, cuius nomen est iustitia, nostri misereatur, misereamur & nos animæ nostræ, vt dicit scriptura per omnia sibi placentes. Et vt ortus Sol ex alto veniens, & illuminans omnem hominẽ veniẽtem in hunc mundum, nos sua gratia illustret, aperiamus oculos mentis nostræ, redigentes cum Paulo in obsequium Chri oẽm nostrã intelligentiam. Et Christus, qui omnes vngit vnctione Spiritus sancti, vngat & nos dono gratiæ suæ, vt in odorem vnguẽtorum eius currentes apti simus sacramentis eius, & nuptijs suis ęternis, vbi torrente voluptatis suæ potabit nos in mensa patris sui cũ Spiritu sancto. Amen.

Secun-

De virtute nominis Iesu.

Secūda pars de nomine Iesu, quòd sibi impositum est per Angelum in salutatione Virg. Marię, antequam virgo assensū pręberet conceptioni eius. Iesus interpretatur Saluator, quia dictum est Ioseph. ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Est. n. Iesus non partialis protectionis, vt Iesu naue vnius populi ductor, sed totius generis humani, quia pro toto genere humano venit. Non vt Iesu filius Iosedech, qui priuatum templum Hebræorum reædificauit, sed totam Ecclesiam vniuersalem ab Abel iusto inceptam in melius reformauit & reędificauit, vt sit sine regula, & macula, mundans eo lauacro baptismi & sanguine suo, vt dicit Paulus. Non vt Iesu Siraach, quia ipse plenus gratia & veritate. Est igitur per gradum superlatiuum Saluator mūdi, qui vult omnes homines saluos fieri. &c. vt Paulus ait. Cum nominis inuocatio quantæ efficaciæ sit, audite, quia breuiter dicam, cum de hoc sanctissimo nomine, sparsim diffusissime omnes prædicatores disserant. Nam dicit. Omnis quicunque inuocaucrit nomen domini, idest, Iesum saluus erit. Et Petrus dixit. Nec enim nomen aliud sub cœlo datum est hominibus, in quo oportet nos saluos fieri. Idem. Huic omnes prophetę testimonium perhibēt, remissionem peccatorum accipere per nomen eius. Et quia nomen Iesu potest mente, & suspirijs secundum sacros Theologos, deuotius & salubrius inuocari, quanto oratio mentalis est acceptior Deo, quam vocalis, quia si cor nō orat in vanum lingua laborat. Qui ergo secundum S. Io. & Petrum in peccatis fuerit, & pro remissionem peccatorum suorum ad Iesum clamabit, per nomen eius vt parcat sibi, vere sentiet in se eius dulcedinem, & cōsolationem. Et hoc figuratum est in Petro, qui in negatione Christi ad vocem ancillæ, ex Christi aspectu in eū, recordatus est dulcissimi Iesu, & eius prænuntiationis negationis, cor ipsius dolore fractum est, & exiuit foras

Ioan. 10.

Act. 4.

flens, in spelunca penitentiam agens, cuius, Iesus dulcis videns cordis lachrymas, post resurrectionem suam dixit mulieribus. Ite renunciate discipulis & Petro. & cęt. & hoc vt Petrus cōsoletur, quia sibi esset remissum peccatum. O pie Iesu quam dulcis es de te cogitantibus, quam pius ad te currentibus, quam misericors pro peccatis ad te clamantibus. Sic credo, & Magdalena conuersa ad Christi prædicationem, de dulcissimo Iesu cogitans, venit absque exteriori verecundia, & ostendit publice coram eo admiranda signa cōtritionis sui cordis. Dicas hic breuiter Euangeliū, & contempleris illud, secūdum quòd Deus dederit tibi, in relationibus adinuicem cum Christo in aspectu, & locutione &c. credo quòd & adultera mulier in sui infamia ad dulcissimum Iesum respiciebat, ideo & Iesus saluauit & liberauit eam, ne lapidaretur, sed quod amplius non peccaret, si vellet à sua iustitia saluari. Hoc idem. crede & de publicano, qui non audebat oculos corporis, sed mentis leuare in cœlum, qui dicebat in corde suo, exprimens ore. Propitius esto mihi peccatori. Hoc etiam nomen, licet auribus Paulus furijs in Christianos inuectus audierit, tamen corde mentis ex lumine super eum cadente vtilitatem eius memorans conuersus & prostratus in terra, dixit. Domine quid me vis facere? Et pro nomine eius cupiebat ligari & mori in Hierusalem. O quanta pro noīe eius sit passus, lege Epist. ad Cor. quę legitur Dn̄ica in 60. & videbis mirabilia testimonia nominis dn̄i. Et latro pendens in Cruce animaduertens ad contumelias, & pœnas quas Christus patienter iustus & innocens patiebatur, in corde suo huius nominis dulcedinem contritus sentiens clamauit. Dn̄e memento mei, &cęt. Et prodigus adolescēs recordatus misericordiæ patris cęlestis. i. Christi, qui pater nr̄ę regenerationis est veniens de cęlo. primo in corde ad ipsum recurrit, postea cum prolapsu corporis ad ipsum venit

nit,& pater misericordia motus excepit illum, dic practice. Quid dicam? Etiam Lazarus mortuus præsensit in clamore Christi virtutem, & dulcedinẽ nominis eius,& statim prodijt,qui mortuus fuit. Similiter & qui eum voce inuocarũt deuote,contritionem,& remissionem peccatorũ sunt consecuti,& gratiam postulatam impetrarũt, sicut patet in Chananea, q̃ post Christum clamabat. Miserere mei fili David.i.Iesu qui secũdum humanitatem ex Dauid semine processisti. & vltro perseueranti in clamore Christus dixit,ò mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis,& tñ Gentilis erat. Similiter & Centurio vocans ipsum dñm,& humiliter clamans ad Iesum corde, & ore, in fide auctus est, vt ipsum Iesus super alios in Israel in fide extulisset & sibi gratiam expetitam donasset, ò si petrę in passione Christi ad clamorem eius, in eius morte scissæ sunt & sepulchra aperta, quid dicendum sit de peccatorib.ét duris vt petra,putridis ex corruptis vitijs vt sepulchra, si deuote Iesum clamauerint pro remissione & contritione,vere scindẽtur, & mollificabuntur igne nominis eius inuocati & exalabunt fœtores peccatorum à putridis animab.eorum per sanctam confessionem. Vere mutus & tediosus de diuinis loquetur in confessione magnalia Dei. Vere surdus qui obturabat aures suas, ne audiat vocẽ salutis,aperiet aures suas vt Magdal. na recedat a pedibus Iesu, sibi salutis monita dantis. Vere claudi vtroq; pede, currentes tamen ad omne malum, conuertent pedes suos in testimonia Dei,& non in auaritiam. Vere infecti lepra peccatorum, vt pueri quinque annorum in pristinam amissam innocentiam redibunt, & euangelizabunt mirabilia testimonia Dei,in quo sunt (vt Paul.dicit)omnes thesauri sapientiæ,& scientiæ Dei. Postula ergo accedendo ad Iesum (vt dicit Iacobus) in fide nihil hesitãdo, & tibi dabitur, qm̃ ipse dixit. Quicquid patrem petieritis in nomine meo, dabit vobis.

Matth. 5.

Nota & practica in hoc dicto, quicquid,quia facile est Deo in conspectu eius honestare pauperem.

Secundo insuper hoc nomen inuocatum deuote nõ solum est sanatiuum spiritualiter,sed etiã succurrit deuote inuocãti etiam in infirmitatib. corporalib.si expedit saluti animæ,quia tẽporalia sunt ordinata ad animæ salutem. Qñ ergo impediunt à fine suo principali animam,tunc talia nec appetenda sunt a nobis, nec expetenda, nisi saltem cum implicita conditione, si expedit, quia fidelis est Deus dicit Aug.qui nõ dat quod volumus, vt tribuat quod malemus, tanquam bonus medicus infirmo. Vade igitur in infirmitatibus tuis, ad inuocationem deuotam nominis Iesu, & dicas sibi pro te & filijs tuis. Dñe si expedit,cõmendo tibi salutem pueri mei,&c. Et non recurras ad diuinos & sacrilegos,quia & si per eos diuina permissione saneris,scito quæ sunt malo principio inchoata,peioris fortunæ successu perditabũtur,vt melius esset,si tales qñq; nati non fuissent,quibus diabolus ingressus medelam dedit. Et vtinã quandoque non occultentur iusto Dei iudicio in ipsis, vt pereant corpore & anima. Ecce Christus dixit Discipulis suis missis per orbem,qui crediderint, signa eos, quia hæc facient prodigia ad inuocationem nominis mei. Super ęgros manus imponent,&c. Petrus.n. sanauit claudum à natiuitate,non diabolica superstitione,sed ad inuocationem nominis Iesu dicens. In nomine Iesu Christi Nazareni,surge & ambula,& stetit pedibus suis & ambulabat Æneam paraliticum, quem in lectulo portabant,sanauit in nomine Iesu dicens. Surge, sanet te dominus Iesus,& & continuo surrexit. Dicas hic de Simone Mago,qũo diabolus suis incantationibus non potuit iuuenem,ex casu fractum, suscitare, quem Sanctus Petrus in nomine Iesu suscitauit. Vide historiam in legẽda Sancti Petri ex voragine. Et practica tu quanta fiunt mirabilia per sanctos ad inuocationem

Act. 3.

Act. 9.

Digitized by Google

nem nominis Christi,& plurimũ hortare omnes ad inuocationem eius in suis necessitatibus, quoniam dixit. Quicquid in nomine meo petieritis patrem, dabit vobis,&c.

Tertio hoc nomẽ Iesus inuocatum, est expulsiuũ potestatis diabolicæ ab omni corpore & loco, vt patet in exorcismis & alijs inuocationibus nominis Iesu. Vnde Paulus. In nomine domini omne genuflectitur, & Marc.16. Signa eos qui crediderint, &c. in nome meo demonia eijciẽt. Hoc habemus Act.6. in Paulo. qui ex puella diabolum phitonicum expulit, vide historiam. Item Petrus (vt diximus) in historia Simonis Magi præcepit in nomine Iesu Christi demonibus, qui eũ in aere deferebant tanquam filiũ Dei, & eum proiecerunt,& corruit. Et practica. Si suis incantationibus demones præseruãt à nocumento, licet sub specie boni, intẽdat semper in eis malum, eos qui in ipsis inuocatis fidem habent, nunquid Christus impotentior est diabolo inuocatus? sed Christus qui semper salutem animæ intendit, ex misericordia non concedit postulãtibus, quod eis erit ad interitum. scit.n. quid mali in futurum talis effectus pariet. Demones autem semper intendunt ruinam animæ in homine? practica de huiusmodi. Vade & percurre totam sacrã scripturam veteris testamenti. Sancti patres quanta operati sunt in nomine Domini, quod erat impossibile per naturam fieri. Abraham in 300. vernaculis vicit in nomine Domini quatuor reges,& tũc Loth liberauit à captiuitate. Moyses in nomine Domini quanta portẽta fecit coram Pharaone, vt etiam submergeretur in mari rubro Israele transeunte. Per quinq; libros Moysi percurre mirabilia testimonia domini,& admirandas in nomine eius victorias Israel, cõtra tot atrocissimos hostes. Lege & totum librum Iudicum, quanta fecerũt in nomine Dei liberatores suscitati à domino pro salute Israelis cõtra suos aduersarios. Insuper & Dauid paruulus comparatiue prostrauit in nomine Dñi Goliath gigantem Philisteum, blasphematorẽ nominis Dei. Et breuiter Dñs sæpius nuncupatur in veteri testamento, Dñs exercituum, quia ad nutũ sibi seruit tota creatura celestis, terrestris,& infernorum. Et concludamus siue in prælijs es, inuoca nomen Iesu, quia turris fortissima est nomen dñi, ad eam qui fugerit, saluabitur. Ipse.n. deposuit potentes de sede,& exaltauit humiles. practica de his & dic historiã ex 2. Paral. Siue in bonis & malis fortunæ, quia dñs & subleuat & humiliat, siue in infirmitatibus, quia potens est ipse tibi adijcere annos 15. super vitam tuam, sicut Ezechiæ Regi, dummodo conuertas annos tuos in amaritudine animæ tuæ. Psalm. Quoniã sperauit in me liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomẽ meum. Clamauit ad me & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum,& glorificabo eũ. Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum. 2. Para. 15.

Et quarto dic exẽpla practice, quantũ cor accendit, maxime in tribulatione, inuocatũ nomen Christi, quia inuocatum ẽt per apparitionem visualẽ consolatur tribulatos maxime pro nomine eius, vt de Ignatio legitur,& de virginib. & mart. pro Christo passis, exempla horum sunt fere infinita. &c. Et breuiter dicit propheta Isa. Et dixit Syon. Dereliquit me dominus & oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mater infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, tamen ego non obliuiscar tui. Ecce in manib. meis descripsi te, muri tui coram oculis meis, idest, protectio tui corã oculis meis semper. Hic possis discurrere super hanc auctoritatem, de descriptione primo in manibus, quia creauit nos ad sui similitudinem, vt pater filios ad sui similitudinem generauit, vt in ipso tanquam in nr̃o patre confidamus. Ido præmittit sacerdos ante. Pr̃ nr̃ dicens. Præceptis salutarib. moniti & diuina institutio- Isai.49.

ne formati audemus dicere. Pater noster. &c. Descripsit in passione in toto suo corpore, vt semper patri pro nobis vulnera miseranda ostenderet. Et Paulus ad Hebr. Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Iesum filium Dei, teneamus spei nostrę confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum aũt per omnia pro similitudine absq; peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gloriæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. hæc ille. Descripsit nos etiam in suis membris in Circuncisione, vt sint membra nostra circuncisa spiritualiter in obsequium Christi. Si reuerteris ad me Israel, nouate vobis noualia, & nolite serere spinas, sed circuncidimini Domino, & auferte præputia cordiũ vestrorum, ne forte egrediatur, vt ignis indignatio mea, & succeder, & non sit qui extinguat, &c Practica hanc auctoritatem, noua vita est à conuersis inchoanda, & non in mortali bona meritoria sperare, sed circũcidimini spiritualiter, auferendo malam consuetudinem practica super alia.

Hebr. 4.

Hierem. 4.

SERMO NONVS.

DIGREDITVR SVPER VERBIS, Ecclesiastici cap. 9. De viro paupere sapiente qui humanum genus liberauit à diabolica obsidione: De quatuor particularibus nominibus filij Dei, deq; incarnationis Verbi excellentia super omnia diuina exterius operata, cum ingratitudine Christianorum.

VERBVM CARO FACTVM EST ETC. IO. I.

LEgitur Eccl. 9. Hãc quoq; vidi sapiétiam, & probaui maximam. Ciuitas parua, & pauci ciues in ea. Venit contra eã Rex magnus, & vallauit eã, & extruxit munitiones per girum, & perfecta est obsidio. Et cũ sic essent constricti dicit Ps. 106. Clamauerunt ad Dñm cum tribularentur, & exaudiuit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Per verbũ missum. Inuentus est in hac parua ciuitate vir pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiã suam & nullus deinceps est recordatus pauperis illi⁹ hominis. Et dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudine. quõ ergo sapientia pauperis contempta est, & verba eius non sunt audita? &c.

Solum hoc mane attendemus historiam exponere etiã secundum sensum litteralem, quia est tota de Christi admirãda incarnatione oculis corporeis visa, secũdum quod dicit. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, & q̃ sit facta ad salutem nr̃am, per quam à diabolica potestate sumus liberati, & demum in ea continetur magna ingratitudo generis humani,

Baruch. 3.

mani, maxime Iudęorum & Christia norum in beneficia huius pauperis.

Dicit ergo. Hanc vidi sapientiam. Breuiter loquendo in sacra script. quatuor nominib. nominatur secunda persona in Trinitate i. filius patris æterni. Quandoq; dr̄ filius. Psal. Dn̄s dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie. i. in æternitate genui te, quę æternitas est tota simul vni diei comparata. de quo Michæa dixit. Et egressus eius à diebus æternitatis. Et contra hæreticos non ponentes veram filiationem, sed metaphoricam in Trinitate. Vnde dicit. Hodie genui te. i. non vt sis adoptiuus filius, quia in adoptione non generatur fili⁹, sed præsupponitur ab alio quam adoptāte, patre generatus, ideo es filius naturalis. Qn̄que nominatur verbum, vt superius dixit Dauid. Misit verbum suū, & sanauit eos. & S. Ioā. In principio erat verbū apud Deum. Et hoc ad excludendum hæreticorum, & gentilium derisiones, quia hæc generatio verbi Dei non est carnalis, sed intellectualis, vt superius in pręcedentib. sermonibus ostendimus, vbi ostendimus quatuor esse diuersitates generationū, & quarta filio Dei cōuenit vide superius, & hic breuiter perstringe. de qua Isai. Nunquid ego qui alios parere facio, ipse nō pariam dicit Dn̄s? Si ego qui generationem alijs tribuo sterilis ero, ait dn̄s Deus tuus? Quandoque dr̄ ars, de qua Gen In principio. i. in filio, idest, per artē suam diuinam, Deus creauit cœlum, & terrā. Nam quilibet artifex per artem quam habet intus in intellectu, facit opus ad extra. Exemplifica de omni artifice, quia domificator per artē quam habet in mēte, domum similem producit ad extra. Boet. Pulchrū pulcherrimus ipse, mundum mente gerēs similiq; sub imagine formans. De hac arte Dei patris Paul. Nouissime misit filium suum, &c. per quem fecit & secula. Quandoque dr̄ sapientia patris, vt dicit scriptura. In sapientia omnia fecisti dn̄e. Et multa de hac diuina sapientia dicit sapiens, quæ gratia breuitatis omitto, & tandem concludit. Sed omnia in mensura & numero, & pondere disposuisti.

Quatuor nominib⁹ in scriptura vocatur filius Dei.

Ioan. 1.

Isai. 66.

Gen. 1.

Hebr. 1.

Sap. 11.

De hac igitur sapientia dicit historia præmissa. Hanc vidi sapientiam, idest, filium Dei, qui est verbum, & ars, & sapientia patris. dicit sub Sole. Nam de sapientia dicitur. Ego ex altissimi ore prodiui, primogenita ante omnem creaturam, quia in æternitate, & æqualitate patris. Sed visa est sub Sole per incarnationem, cum verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius. Vidi eam sub Sole, vt superius Baruch dixit. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Et Psalm. Paulominus minoratus ab Angelis, quia vt Paulus dicit accepit semen hominum & non Angelorum. Huius minorationis sapientię diuinæ est figura in retrocessione Solis per 10. lineas in horologio Achab, de qua retrocessione vide Isa. Expositionem figuralem huius historiæ ad hoc propositum habes superius in prædica. An verbum Dei sit filius Dei. Vide etiam in particulari minorationem huius solis in prædica de admirabili & stupenda dignatione Dei, quantum se humiliauit, assumendo in se naturam humanam tam vile vasculum. Sed dicamus breuiter. Ipse Deus factus est homo, immortalis factus est mortalis, impassibilis factus est passibilis, plenus omni bono, & de bonitate cuius omnes participamus, factus est pauper. Dominus factus est seruus. Qui sine peccato est, factus est in similitudinē peccatoris. Iudex factus est reus, qui vbique est per potentiam, per essentiam, & præsentiam, conclusus est in vtero Virginis, & factus est ciuis Iudæorum. Qui obsecratur, factus est noster intercessor. Et qui legem cunctis dat, factus est sub lege. &c. De hoc Paulus ad Philippen. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinē hominum factus, & ha-

Eccl. 24.

Isai. 38.

De stupenda pro hominis salute, Dei exinanitione.

Philip. 2.

& habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Dicit hanc sapientiam per pronomen demonstratiuum, quia non accidẽtalem sapientiam quæ est in creatura, sed diuinam subsistentem personaliter. De qua Michęa. vt supra. Et egressus eius est à diebus æternitatis. Nam dicit S. Tho. Æternitas sapientiæ Dei est, sicut punctus in medio spherę positus, à cuius centro pertractæ lineæ ad circũferentiam sunt æquales. Non enim diuiditur æternitas Dei in præterita præsentia & futura sicut tempus nostrum, sed est tanquam instans omnibus tẽporibus ęqualiter, & vnice correspondens, & est ab omni parte, & tempore mundano ęqualiter distans, quia semper fuit, est, & erit vbiq; per essentiam, per præsentiam, & per potentiam. Et Paulus ad Heb. Iesus Christus qui heri, & hodie ipse, & in secula est. Dicit. Vidi, id est, oculo mentali, vel imaginario, modo prophetico. Nam patres antiqui quibus reuelata est incarnatio filij Dei, viderunt Christum incarnatum, non oculo corporeo sicut nos vidimus eum, sed oculo mẽtali, vel imaginario, sicut cum Isai. vidit Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & maiestate eius plena est terra, &c. Et Ioan. 8. Abraham vidit diem Christi, & gauisus est. Et Baruch vt supra, cum dixit. Post hæc in terris visus est. &c. De his propheticis visionibus vide nostram Cõcionẽ in sermone. Vidi Dominum sedentem super solium.

Heb. 13.

De superexcellẽtia incarnationis super alia dei opera.

Et probaui maximam. Nam secundũ sacros Theologos inter omnia opera diuina quæ Deus extra vel est operatus, vel sit operaturus, non est nec potest intelligi maius opus, quam incarnatio verbi Dei. Nam Deus summæ se trib. modis communicauit creaturę. Vno modo quasi naturaliter dando vnicuique esse suum clarius, & obscurius, vt dicit. Commentator, secundum exigentiam eorum cum suis naturalibus perfectionibus. Secundo modo cõicauit se intellectuali, & rationali creaturę per gratiam gratum facientem, vt possint esse consortes diuinæ naturæ in beatitudine. Paul. Videbimus eum sicuti est. Et iterum. Gratia Dei vita æterna. Tertio cõicauit se soli rationali creaturæ per assumptionẽ eius in suo supposito, vt vere Deus ipse sit homo, & homo vere sit Deus, nec est intelligibilis maior mod⁹ quo possit Deus creaturæ cõicari. Et per hanc cõicationem, totam creaturam nobilitauit, quia vt dicit S. Greg. in homine tota creatura est. De his prolixius locuti sumus superius in sermone de admirabili potentia Dei, & obedientia creaturæ ad hanc vnionẽ. De hoc Bern. Tria opera, tres mixturas, fecit illa ops maiestas in assumptione nostræ carnis, ita mirabiliter singularia, & singulariter mirabilia, vt talia nec facta sint, nec peramplius faciẽda super terram. Coniuncta quidem adinuicem sunt Deus & homo, mater & Virgo, fides & cor humanũ. verbum. n. aïa & caro in vnam conuenerunt personam. Et hęc tria vnum, & hoc vnum tria sunt, nec in confusione substantiæ, sed in vnitate personæ. Hæc est prima & superexcellens mixtura. Secunda Virgo & mater, vtraque & admirabilis & singularis. A seculo non est auditum, quòd virgo esset quæ peperit, & mater esset, quæ virgo permansit. Tertia est fides & cor humanũ. Et hæc quidem inferior, sed non forsan minus fortis. Mirum n. est qũo cor humanũ his duobus fidem accommodauerit, qũo credi potuit ꝙ Deus homo esset, & ꝙ virgo fuerit, quæ pepe- risset. sicut ferrũ & testa iungi non possunt, sic hæc duo nequeũt cõmisceri, si non ea misceat glutinũ Spiritus sancti. hæc ille. Ciuitas parua & pauci viri in ea Paulus. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. Chrs venit in hunc mundũ peccatores saluos facere. Hæc ciuitas est iste mũdus paruus, cõparatione æternæ patrię, vt dicit Baruch. O quam magna est domus Dñi, & ingẽs locus possessionis eius. Et pauci viri in

2. Thim. 1.

Baruch. 3.

ri'in ea. Nam vir dicitur a viriditate & fortitudine. Et denotatur hic, quod in hoc mundo pauci viri probi sunt, & fuerunt. Si vis, discurre a principio mundi a primis parentibus nostris, & per alios successores suos, quia vt Psa. dicit. Non est qui faciat bonum vsq; ad vnũ. Et Ecclesiast. 7. Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. Et merito dati sumus, (vt dicit. S. Paulus) in manus & potestatem Diaboli magni Luciferi, quia per peccatum primi hominis mors in omnes pertransijt, perinde, vt sicut fuerunt ipsi exclusi de Paradiso terrestri a quo etiam successores priuati sunt, ita & a patria cęlesti: Et perinde vallo Luciferi obsessi sumus, vt nemo de hoc mundo exire posset, quin non detineatur ab ipso vinculo ferreo limbi. Videns igitur genus humanum vllo suo adminiculo se non posse a tali tempestate liberari: Clamauit ad Dominum in sanctis patribus, vt veniat, & ostendat eis salutare suum, & a tali captiuitate, sua misericordia liberet illud. De hoc desiderio, & clamore patrum habes inferi⁹, in sermone, quòd beata virgo est vera mater Dei, super figuram Heliæ impetrantis pluuiam tempore siccitatis regis Achab. Et tũc pius pater cęlestis exaudiuit clamantes vt dicit Psal. in principio aduentus. Quia misit verbum suum, & sanauit eos ab omni scilicet plaga mortali, maxime originalis peccati, quod erat principaliter mortale obstaculũ apertionis regni Dei, & liberationis, a periculo obsidionis, & liberauit eos de interitionibus eorum, quia fortior Diabolo venit, & abstulit omnia spolia eius, & arma in quibus confidebat, vt dicit S. Luc. Extende te ad infirmitates humanas ex peccato incursas, vt habes inferius in sermone de vtilitate incarnationis. Inuentus est in ciuitate vir pauper & sapiens, de quo superius. Eccles. 7. dicit. Vnum virum ex mille reperi idest ex omnibus hominibus qui includunt̃ in numero millenario, perfecte complectente omnẽ numerum. Inuentus est, quia de Christo dicit Lucas; Et inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. In ciuitate, Quia in Nazaret fuit conceptus, & in Bethleem natus, & in capharnaũ conuersatus, deinde per Iudæam prædicauit. Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galileam prędicans Euangeliũ regni Dei, vir pauper, Quia in tota vita pauper fuit, quoniam a paupere matre in pauperum loco natus, pauperem scolam, & socios elegit, pauperem vitam duxit, & in paupertate vsq; ad mortem durauit, & aues cęli, & vulpes habent nidum, filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet. Sed fuit sapiens. Quia plenus gratia, & veritate, verus Deus, & vera Dei sapientia, & verus homo. Et hic per sapientiam suam, & & non per potentiam liberauit genus humanum ab obsidione diabolica. Nã de eo dicit Aug. Manu inermi, & brachio in cruce extẽto, vicit omnes tartareas potestates. De hoc Paulus. Et vos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit, cum illo donans vobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat cõtrarium nobis. Et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus & potestates traduxit cõfidenter, palam triumphans illos in seipso. hæc ille.

Marci. 1. Chrs vir paup̃ sed sapiẽs liberauit mundũ a potestate diabolica, & tñ oẽs ingrati sibi sumus, p̃ maxime chr̃iani.

Tesalo. 2.

¶ Et nullus deinceps est recordatus hominis illius pauperis. Hic extende te ad practicam contra Iudæorum ingratitudinem, ad quos saluandos specialiter est missus in signis & per oracula prophetarum eis denuntiatus. Et vt dicit Christus eis; Filiũ patris familias, qui erat hæres, occiderunt idest ex ignorantia affectata, & crassa, quia dicit Euangelista. Sciebat enim Pilatus, quòd per inuidiam tradidissent eum. Et multa id genus breuiter possis dicere. Nam omnium beneficiorum eius in passione sui obliti clamauerũt, crucifige eum. Sed heu quid dicam de miseris christianis, qui

a Deo, & a filio Dei maiora beneficia Iudæis acceperunt per ipsum incarnatum. Extende te ad huiusmodi, & nihilominus ingratiores facti sumus omni natione. Sicut Christus in Psalmo suo patri lamentantur. O pater quem tu percussisti, idest] exposuisti Iudęorum percussionibus pro salute eorum, persecuti sunt, scilicet magis quàm Iudæi, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Scilicet rursum quantum in eis est per ingratitudines & iniquitates suas crucifigẽtes me. Et miratur sapiens Ecclesiasticus, quomodo huius pauperis sapientia despecta est. Quia vere supermirandũ consideratis Christi beneficijs in hominem, & hominis ingratitudinem in eum. Hic possis addere, cap. Vocaui & renuistis, extendi manum, & non fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium meum, & neglexistis omnes increpationes meas &c. dic vsq; in finem cap. Deinde si in die Natalis prædicas, prosequere historiam Euangelij cum suis contemplationibus. Prouer.1.

SERMO DECIMVS.

DOCTISSIME OSTENDITVR MARIA VIRgo, vera Dei mater atq; hominis: & mystica nubes, ex omnium gratiarum facta est grandis abundantia: in qua vbi apparuit sol Christus; & obscuratus est in morte; ad mirabilem terra dedit fructum suum.

3. Reg. 18. TEmpore Achab, & Iezabel reginę Israel, ꝓpter eorum peccata non pluit super terrã trib⁹ annis, & sex mensibus. Et ait Helias ad Achab. Ascende, comede, & bibe, quia sonus est multæ pluuię. Helias ascendit ad montem carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua, & dixit ad puerum suum. Ascende, & prospice contra mare. Qui cum ascendisset, & contemplatus esset, ait. Non est quicquam. Et rursum ait illi. Reuertere septem vicibus. In septima autem vice, ecce nubecula quasi vestigiũ hominis ascendebat de mari, & ait Helias. Ascende dic Achab. Iunge currũ tuum, & descende, ne occupet te pluuia. Cunq; se vertisset huc atq; illuc, ecce cęli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuia grandis.

¶ Super hæc principaliter hoc mane videbimus, quomodo beata virgo sit vera mater Christi, scilicet non solum hominis, sed etiam Dei, & etiam declarabitur quomodo vnio hominis cum Deo in hac verbi incarnatione intelligitur. Et vt clarior sit doctrina, procedemus in hac parte per modum dubitationis. Secundo exponemus mysticè hystoriam ad ꝓpositum sermonis.

¶ Quo ad primum, Quæritur an beata virgo sit vera mater Christi hominis, cum ex substantia patris, & matris est filius carnalis, secũdum quod communiter dicitur, & hic sola mater concurrerit. Quia non ex virili semine est conceptus, vt dicit sanctus Lucas. In contrarium est Matth. 1. Cum esset desponsata Maria mater Iesu. Respondet S. Tho. Cum cæteris sacris theologis, quòd beata virgo est vera mater Christi hominis, vt affirmat sãctus Matth. 1. Cum esset desponsata Maria Luc.1. S. Tho. 3. sen. dis. 4. & par. 3. q. 35. art. 3.

Digitized by Google

Perpulchra declaratio quõ beata virgo dicitur esse vera mater Dei & hominis Christi, & quõ natiuitas Christi fuit quodam modo naturalis.

Maria mater Iesu. Et pro consolatione meorum auditorum hoc probatur & declaratur, qa in conceptione Christi quicquid mater pro conceptione filij sui confert, ipsa vere contulit. Nã secundum Physicos quatuor matres in generatione suorum filiorum conferunt. Primo conferunt locum conuenientem cóceptui. s. vterum. Secundo substantiam conuenientem. Tertio nutrimentum. Quarto naturam similẽ in specie, quæ beata virgo suo filio contulit. Primo locum conuenientem, quia dicit Euangelista. Inuenta est in vtero habens. Secundo materiã conuenientem, quia dicit Damascen⁹. Ex purissimis sãguinibus virginis formatum est corpus Christi. Tertio dedit vt cæteræ matres debitum nutrimentum sibi. Quarto contulit ei substantiam similem in specie. Sed dices, at quintum deficit, quia pater, & mater insimul dant substantiam filio. Ad hoc respondet. S. Tho. Quod secundũ Arist. Ad constitutionem materialé filij non intrat semen maris sed solius fęminę, sed semen patris est solũ principium actiuum. Et sic secundum eius doctrinam, quantum ad materiam nó differt corpus Christi a corpore nostro. Sed si Arist. hæc doctrina tibi nó placet, quia secundũ alios vtriusq; tam maris quam fęminę intrat semen in constitutione vel conceptione prolis, nihilominus etiam sic dicitur vera mater Christi, quamuis ex sola substantia eius sit conceptus, & Christus est eiusdem naturæ nobiscum. Ratio horum est, quia similitudo, & dissimilitudo generandorum in materia, non attenditur secundum statum materiæ in principio generationis, sed secundum conditionem materiæ iam præparatę, prout est in termino generationis, quia & alimentum, vt panis est dissimile in principio, sed in fine est simile carni alendę, & nutriendę, & caro mea in totius corporis partibus est similis, & tamen ex diuersis principijs materialibus generata, vt ex varijs cibis specie distinctis. Nec

S. Tho. 4. cont. Gen. cap. 45.

enim differt secundum materiam aer ex aqua & ex terra vel igne generat⁹. Quia licet aqua, & terra vel ignis in principio generationis aeris sint specie distincti, & differunt, tamen per actionem generantis ad vnam speciẽ in termino generationis reducuntur, & ad vnam dispositionem materialẽ aeris. Sic igitur diuina virtute, materia quę solum ex matre pro prole concipienda sumitur, potest reduci in fine generationis ad eandem dispositionem, quam habet materia, si sumatur simul ex mare, & fęmina. Vnde etiam secundum hanc doctrinam, non erit dissimilitudo inter corpus Christi ex sola materia matris conceptum, & corpus nostrum, quod est simul ex mare & fęmina. Hoc ostensum est in homine formato de limo terræ, qui tamen est per omnia eiusdem in corpore speciei, cum corpore nostro: Et si natura potest facere aerem eiusdem speciei tam ex vno quam ex duobus elementis generatũ, quanto magis simile virtus diuina potest agere? in ditione cuius cuncta sunt posita, & qui ex nihilo omnia creauit, potest ex aliquo diuersimode idem in identitate, & similitudine specifica generare vel producere virtute sua. Vnde dicit Damascenus. Natiuitas téporalis qua Christus est natus propter nostram salutẽ est quodammodo secundum nos. i. naturalis, quoniam natus est homo ex muliere tempore conceptionis debito. Super nos autem est, quia non ex semine viri, sed ex spiritu sancto, & sãcta virgine, super legem communis cõceptionis. Sic igitur ex parte matris fuit cóceptio illa naturalis, sed ex parte operationis spiritus sancti fuit miraculosa. Patet igitur ꝙ beata virgo fuerit vera mater Christi hominis, nõ obstante quòd ex sola eius materia sit conceptus virtute spiritus sancti. Sed quæres quomodo possit dici vera mater Dei, cum hoc in nullo loco sacræ scripturæ dicatur, sed solum quòd sit mater Christi, & pueri. Et eo magis, quia per Natiuitatem a matre Deus non

Dam. 3. li.

Matth. 1.

Digitized by Google

non accepit naturam de nouo, vt fiat filius Mariæ. Respondet. S. Thom. vbi supra. (S. Th. 3. p. q. 35. ar. 4. ad primũ.) Hęc fuit obiectio Nestorij, quę quidem soluitur ex hoc, quòd licet non inueniatur expresse in sacra scriptura dictum, quòd Iesus Christ⁹ est verus Deus. (1. Io. vlt.) Qui cõfessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Vnde sequitur ex necessitate, ex verbis sacræ scripturæ quòd sit mater Dei. Nam si Iesus est (vt ostendimus) verus filius matris, & ipse Iesus est Deus, ergo Maria vere est mater Dei, quia est mater Iesu Chri, qui est verus Deus. Et potest formari sic ratio secundum regulam logicalem. (Perpulchrè declarantur logicaliter ꝓdicationes adinuicé humanę & diuinæ.) Beata virgo est mater Christi, Christus est Deus secundum Ioannem, ergo Maria est mater Dei, per regulam logicalem. Quicquid prædicatur de prædicato, prædicatur & de subiecto, vt dicẽdo. Homo est animal, animal est substantia animata sensibilis, ergo homo est substantia animata sensibilis. Nam prædicatur ꝙ Christ⁹ sit filius matris, & Christus est Deus, ergo Deus est filius matris. Et sic patet respõsio ad primam obiectionem. Similiter ad secundam obiectionem respondet Cyrillus in quadam Epistola contra Nestorium. Sicut hominis anima cũ proprio corpore nascitur, & tanquam vnum reputatur, quamuis anima sit a Deo, & caro ab homine. Dicimus enim quòd pater genuit totum hominem, licet anima sit a Deo. Et si voluerit quispiam dicere, quòd homo est genitor carnis, non tamen carnis, & animæ genitor, nimis superflue loquitur. Sic tale aliquid gestum percipimus in generatione Christi. Natus est ex substãtia Dei patris, verbum. Quia vero carnem assumpsit, necessarium est confiteri, quia verbum caro natum est secundum carnem ex muliere. Dicendum ergo est quòd beata virgo dicitur mater Dei, non quia sit mater diuinitatis, sed quia est mater personæ habentis humanitatem, & diuinitatem. Hæc sanctus Tho. Et hoc probari potest, & confirmari ratione & similitudine. Ratione; Quando duę proprietates conueniunt alicui subiecto in concreto, vt dulcedo, & rubedo in pomo semper etiam prædicantur de subiecto tali in cõcreto, & de se inuicem, vt dicendo etiam dulce est rubeum, & econuerso. Et hic ad propositum dicimus secundum scripturam. Deus est homo, & homo est Deus, & Christus est Deus & homo, & quia homini Christo cõuenit ꝙ sit natus de Maria, ergo etiam Deo conuenit hæc proprietas, & prædicatio, quòd Deus natus sit de Virgine. Similitudinem etiam ponit sanctus Tho. (3. sen. dist. 1. art. Similitudo prædictorum.) In insertione rami in trunco. Nam in trunco sicut erat vnus ramus per naturam, & ei apponitur alius ramus ꝑ insertionem, ita in eadem persona in qua naturaliter erat diuina natura, posita est humana. Et sicut non sunt plures arbores, sed vna arbor ex insertione rami, ita nõ sunt in Christo plures personæ ex humanitate sibi inserta, sed vna sola. Et sicut in arbore inserta sunt plures fructus specie differentes, ita in vno Christo sunt aliæ ꝓprietates humanitatis, & diuinitatis. Et sicut ibi per confusionem, vnũ non est alterũ, sed distinctum ab alio, ita & in Christo proprietates diuinitatis & humanitatis nõ sunt cõfusę ex hac insertione, sed in sua natura remanent distinctę in eodem supposito, hæc S. Tho. sententialiter. Et addit contra Gen. (Gen. 4. cap. 41.) Quamuis hæc vnio ab homine perfecte non valeat explicari, tamen in omnibus rebus creatis non inuenitur tam simile exemplũ, sicut est vnio animæ, & corporis. Et maior esset similitudo vt dicit Aug. contra Felicianum, si esset vnus intellectus oĩbus hominibus, vt didã posuerũt, scd̃m quos oportet dicere, ꝙ intellectus præexistens hoc modo hominis conceptui vniatur, vt ex vtroq; fiat vna persona, sicut ponimus verbum præexistẽs humanæ naturæ in personam vnam vniri. Vnde propter hanc similitudinem vtriusq; vnionis, Athanasius dicit in simbolo; Quod sicut anima ratio-

tio-

tionalis, & caro vnus est homo, ita Deus, & homo vnus est Christus. Et hanc similitudinem Athanasij intellige, nō vt anima vnitur corpori vt forma, sed vt motor instrumento quod mouet, quia sic fieret (vt Apollinaris dogmatizat) ex homine, & Deo vna natura, sicut cum ex materia, & forma vnio constituit vnam naturā speciei, quod absit dicere christianis, Veri enim christiani dicunt humanā naturam in Christo esse organum quoddam diuinitatis, sicut & corpus ponitur organum animæ, quod est instrumentum animæ intrinsecum, & non vt dolabrū extrinsecum. Nam manus, & pedes, & lingua ad proprias operationes solius animæ, cuius sunt, deputantur, sed dolabra multi operatores possunt operari, quia est commune instrumentum multis extrinsecum. Sic igitur nos cæteri homines sumus quasi extrinsecum instrumentū Dei, ideo cum intelligimus nos, non dicimus, Deus intelligit, vel cum manum mouemus, Deus mouet manū. Licet omnia opera nostra secundum Isa. Deus nobis operatur & secundum Apostolum. Ipse operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate, quoniā hæ operationes & motiones diuinæ in nobis non sunt nec deputantur a Deo ad operationes proprias tantum Deo, sed ad operationes communes omni creaturæ rationali, vt est intelligere veritatem, diligere bona, & operari ista. Sed humana natura in Christo est assumpta, vt instrumentaliter per eam Deus operetur, ea quæ sunt operationis propriæ solius ipsius Dei, sicut est mundare peccata, illuminare per gratiam mentes, & introducere in perfectionem vitæ æternæ. Comparatur em̄ humana natura (vt diximus) ad Deum, sicut instrumentū proprium, & cōiunctum vt manus ad animam: ideo communicatiua sunt adinuicem propria eorum prædicata in concreto, vt superius est dictum. Et Cyrillus in homelia de suscitatione adolescentis. Sicut ferrum adiunctum igni pficit opus ignis, sic caro coniuncta verbo effecta est viuificatiua, & mortis expulsiua. Hæc Sanctus Thomas, partim sententialiter vbi supra cap. 41. Possis his addere accommodatum exemplum pro vulgaribus. Sicut si rusticus vellet domū edificare, rex sibi diceret, tu solum cameram tuam edificabis, & ego tibi subministrabo mei palatij fundamentum: in quo tu ā cameram sustentabis, ita quòd commune nobis .i. tuæ cameræ, & mei palatij erit fundamētum. Tunc vere hoc palatium posset dici tam regis quam rustici palatium, ratione communis fundamenti vtriusq;. Ita a simili in quolibet homine generando sūt duo. Primum est quasi fundamentum, sua existentia, & personalitas: secundum est sua humanitas vel natura, quæ sustentatur per existentiam. Sed verbū Dei dixit Mariæ. Tu subministrabis solam naturam humanam vel humanitatem, & ego subministrabo humanitati meum suppositum, vt sit commune vtriq; naturæ, & meæ diuinæ, & ei quæ data est, & communicata p te. Sed pro omnibus his dicit sanctus Thomas prædicta exempla non sunt posita sic, vt omnimoda sit in eis inquirenda similitudo. Intelligendum est enim verbum Dei, multo sublim⁹ & intimius humanæ naturæ potuisse vniri, quam anima qualicunq; instrumento proprio, præcipue cum toti humanæ naturæ mediante intellectu coniunctum dicatur. Et licet verbum Dei sua virtute penetret omnia, vt pote omnia conseruans, & portans; creaturis tamen intellectualibus, quæ proprie verbo frui possunt, & eius participes esse, ex quadam similitudinis affinitate, & eminentius, & ineffabili⁹ potest vniri. Hęc sanctus Thomas vbi supra. De hoc Zacha. 3. Ecce ego adducam seruum meum orientem videlicet Christū, & cęlabo sculpturā eius .i. corpus eius in vtero virginis genitricis super naturali modo formabo. Et Isaias. Filiū, quē virgo cōcipiet & pariet, vocat Emanuel .i. Nobiscū Deus.

Fi-

Marginalia: Q̄uo humanitas fuit instrumentum Dei intrinsecum. — Phili. 2. — Cirillus. — S. Tho. — S. Tho. — Zach. 3. — Esai. 7.

Figuralis expositio.
Pars II.

Figuralis expositio in qua ostēdit̄ ꝑto tum tēpus incarnationis Chr̄i, & abundātia donorū ꝑ Christū & matrē eius, & de prophetarum anxietate ad Christū incarnandū.

EXponamus nunc historiam praeassumptam mysticè. Achab cum vxore sua, possunt nobis significare primos parentes tamquam reges, quibus subiecit Deus totam mundi machinā. Psal. Oīa subiecisti sub pedibus eius; Qui genuerunt post se filios irę & gehennæ, vt dicit Pau. & Greg. tamquā genimina viperarum, quorum peccatis sterilitas, & siccitas fuit. i. priuatio habundantis gratiæ Dei, quoniam sicut sunt exclusi a Paradiso terrestri, ita & a Paradiso cęlesti vsq; ad Aduentum Mesiæ, quo tempore pluuia magna, & abundans de cęlo cecidit super terram, quia tēpore suo melliflui facti sunt cęli. Et fuit hęc siccitas tempore legis naturæ & legis circuncisionis, & legis scriptę, signatis hic per siccitatem trium annorum, & reliquum dimidium anni quarti significat tempus a natiuitate Christi vsq; ad resurrectionem, & ascensionem, quando captiuam duxit captiuitatem resurgens ex sepulchro, & limbo patrum, & ascēdit cum eis in cęlum, vt dicit Paulus. O quanta pluuia diuinorum donorū descendit de cęlo die Pentecostes, qn̄ spiritus sanctus descendit super Apostolos in linguis igneis, & donauit eis omnium donorum charismata. De hoc dimidio annorum Abacuch. Domine audiui auditionem tuam & timui, Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud. Et de hoc dimidio annorum Daniel in reuelatione. 70. ebdomadarum clare loquitur, vt habes in nostra prædica de veritate Messię per sacram scripturam, Sequitur in Abacuch. In medio annorum notum facies, cum iratus fueris misericordiæ recordaberis. Helias potest nobis significare magnum desiderium patrum pro descēsu huius pluuiæ. Scilicet Messiæ, de quibus aquis Io. dicitur. Clamabat Christus, si quis sitit veniat ad me, &c. Etiam Samaritanæ. Aquam quam ego dabo, qui biberit non sitiet in æternum, &c. Hic possis discurrere per desideria patrum, vt veniat desideratus & ꝓmissus eis. Rorate cęli desuꝑ &c. Et ostende nobis misericordiam tuam, & salutare tuū da nobis. Et hoc clare ostenditur in Cantico Zachariæ, Sicut locutus est per os sanctorū &c. Vnde isti magno desiderio expectabant ascensum nubeculę de mari, idest quòd nascatur Maria de amaris Iudæis, qui Messię conuersi sunt in amaritudinem secūdum Isai. & Hiere. &c. De hac nube Isa. dicit. Ecce Dominus ascendet super nubē leuē in Ægyptū, vt dicitur Matth. Dicitur etiam nubicula leuis ratione suę humilitatis, quę exaltat homines. Dicit etiam Lucas. Quòd inter alios sanctos veteris testamenti, sanctus Simeon, & Anna prophetissa expectabant hoc salutare natum de hac nubecula, quod oculis proprijs viderunt, & benedixerunt prorumpentes in laudem eius. In hoc autem ꝙ mittit Helias ad inspiciendum hanc nubeculam puerum septies, designātur humiles ꝑces, septem conditionum præcedentium patrum desiderantium Christi Aduentum. In signum huius humilitatis puerilis Christus Apostolos vocat pueros dicens eis. Pueri habetis quidquam comedere. Nam primi sūt sub lege naturæ existentes, quia de enos. dicitur. Primo cępit inuocare nomen Domini. Quid enim est nomē Domini nisi verbum Dei, quod erat absconditum, factum est nomen prolatum per incarnationem, vt dicit Baruch. Post hæc in terris visus est &c. Et Micheas. Et egressus eius a diebus æternitatis. Et signum huius desiderij in eo fuit, quia fuit translatus in paradisum terrestre, vt in fine dierum contra Antichristum exiens ꝑdicet Christum cum Helia. Et idem dicendum est de Noe, & cæteris sanctis patribus De his vide nostram doctrinalem concionē in 60. Secundi sunt sub lege circuncisionis, vt Abraā Isaac, & Iacob, quia de desiderio Abraę Christus dixit. Abraam desiderauit videre diem meum

[Marginal references: Daniel. — Abacuch. — Io. 7. & 4. — Isai. 45. — Isai. 19. — Matth. 2. — Luc. 2. — Gen. 4. — Baruch. — Micheas.]

Digitized by Google

meum, vidit & gauisus est. Et de Iacob habetur, quòd prophetauerit de Messia, & tempore quo nascetur dicens. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Tertij sunt Moyses cum cæteris sub lege scripta, vt dicitur Deut. 18. & confirmatur Actuum. 3. & 7. & 13. Quarti fuerunt sub lege iudicum. Post enim mortem Moysi vsq; ad reges, Hebræi per iudices gubernabantur. De his inter alios fuit Gedeō. De quo cantat Ecclesia, Sicut pluuia in vellus descendisti, vt saluum faceres populum tuum. Et Psal. Sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna, & dominabitur a mari vsq; ad mare, & a flumine &c. Coram illo procident Ætyopes, & inimici ei⁹ terram lingent. Vide reliquum Psalmi. Quinti sunt existentes sub regibus, de quibus inter alios fuit Dauid, qui plenissime exprimit in Psalmis desiderium suum in Messiam. Vide de hoc Actu. Sexti sunt sub lege prophetarum, de vaticinio quorum sunt exp̄sse pleni libri eorū, maxime Isaias de quo Sanctus Hieron. dicit. Ita seriem historiæ Euangelij Christi disseruit, vt videatur esse Euangelista, & nō putares eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiā texere. Et Hier. 23. & Ezech. 24. vide de huiusmodi. Sed nemo horum vidit Messiam oculo corporeo sed mentali vel imaginatio. Isai. 6. Vidi Dominum sedentem &c. sed solum septimi hoc salutare oculis corporis videre meruerunt. s. beata virgo, Ioseph, Simeon, Anna &c. de quibus Christus. Beati oculi qui viderunt quæ vos vidistis. De hac visione septimi generis hominū dicit Isa. Tunc videbis oculo ad oculum, cum conuerterit Dominus Sion. Et infra parauit Dominus oculum suum, omnium gentium oculis, & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Et de hoc perpulchrè disserit sanct⁹ Io. in sua prima canonica. Quæ si vis vide. Hæc nubecula ascendens de mari habebat in se quasi vestigium hominis. In quo denotari potest Christi incarnatio ex virgine, qui habebat vestigia quasi hominis, quia dicit Paulus, Qui factus est ex muliere in similitudinem hominum, & habitu inuentus est vt homo. Currus enim quo vehitur Rex Achab. Potest etiam nobis denotare sacram scripturam, qua vehebatur synagoga regia dignitate dotata. Cursus est iungendus sibi, quando sacram scripturam scrutatur recte, sicut Moyses ordinauit eis, vt legeret in synagoga omni Sabbato, vt dicitur Actu. In curru etiam Eunuchus, Etyops legebat Isaiæ scripturam de Christo, & interpretatione Philippi est Baptizatus credens in Messiam, de quo ibi Isaias prænuntiabat. Vnde dixit spiritus ad Philippum. Accede & adiunge te ad currum istum, vbi scilicet Eunuchus legebat Isaiam. Dicit ergo hic figuratiue Achab. i. sinagogæ Regiæ dignitatis, iunge tibi currum, idest scrutamini scripturas de iusto isto, quem vidit puer in nubecula vestigium hominis habentē, ex quo pluuia magna descendet super terram, ne occupet te pluuia. In quo notatur q̄ scriptura sacra solicite est per scrutanda, quia Christus dixit, Scrutamini scripturas, ipsę de me loquuntur. Sed caue ne occupet te pluuia, idest sensus abundans sacramentorum diuinorum vt male interpreteris ea ex inuidia, sicut Pharisæi faciebant, vel negligentia, aut supina, & crassa ignorantia quia obrueris a gloria eius, quasi esset sensus vt Paulus ait. Cōsilia destruentes, & omnem altitudinem extollentē se aduersus scientiam Dei & in captiuitatem redigentes omnem intellectū in obsequium Christi. Iunge currum deponendo omnem extollentiam vel super sapere, quia De⁹ secreta sua reuelat paruulis vt dicit Christus, & nō facias sicut Rabini fecere, interrogati ab Herode vbi Christus nasceretur, subticuere quòd Micheas addebat. Et egressus

Act. 3. 7. & 13.
Iudicū. 6.
Actu. 13.
Isa. 52.
Io. 1.
Actu. 15.
Actu. 8.
1. Cor. 10.

Digitized by Google

egressus eius a diebus æternitatis, qđ si dixissent (dicit Chris.) forsan Herodes contra Christum non machinaretur. Iunge te currui &c. vt cum videris magnalia quæ de Christo apparente in hac nube, mundo sunt communicata, non opprimat te pluuia .i. non ꝑuertas ea in reprobum, & diabolicum sensum, sed recte scrutamini scripturas incipiendo a Moyse vsq; ad alios prophetas Et Lucæ. 24. Cumq; verteret se huc atq; illuc. In hoc ostenditur perplexitas Iudęorum in consilijs de Christo. Io. 10. Et quis dicebat ipsum esse bonum, quis malum, qui Sabbata non obseruat &c. Et in die palmarum processionaliter dicitur cum honore associatus a turba clamante sibi, Osanna. Benedictus qui venit, & in die Veneris clamabat crucifige, &c. Et cęli obtenebrati sunt. In hoc describitur Passio Christi, quo tempore tenebrę factę sunt super terram &c. Et nubes fuit, tunc denigrata, & obtenebrata .i. beata virgo Maria ex dolore passione eius. Fusca sum sed formosa, quia sol .i. Christus in passione sua me decolorauit, secundũ quod & Simeon sibi prophetauit dicẽs. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Et fact⁹ est ventus magnus, post obscurationẽ solis; Quia ex prodigijs factis in passione Christi fuit magnus rumor, & turbatio per totam Iudæam, Et mulieres (dicit Euangelista) reuertebantur percutientes pectora sua. Et Centurio cum custodibus, visis his clamabat. Vere hic filius Dei erat. Item factus est ventus magnus post Christi passionem cõtra Ecclesiam Christi vt patet per totum librum Act. Aposto. Enarra quæ passi sunt Apostoli. Item magnus &c. Quando in die Pentecostes spiritus sanctus descendit super Apostolos in igneis linguis, vt omnes stuperent.

Ioan. 5. & Luc. 24.

Cant. 1.

Matth. 26.

Actu. 2.

Item magnus ventus .i. cõmotio facta est per totum mundum. Cum in omnem terram exiuit sonus eorum, & totus mundus insurrexit contra Apostolos, & prędicatores Christi, potentia, disputationibus, tormẽtis &c. Sed Christus vicit manu inermi, & brachio extẽto in cruce omnes tartareas potestates.

Et post hæc descendit magna pluuia, vt sufficeret ad producendum fructus terræ; Quia post Christi passionem, & missionem spiritus sancti catar actę cęli apertę sunt, & data est mundo abundantia omnium gratiarum, de quibus Christus clamabat. Qui sitit veniat ad me, & bibat, & de ventre eius fluent aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant in nomine eius.

Io. 4.

Grandis insuper pluuia mundo facta est, & descendit ex hac nubecula idest virgine Maria, quia ipsa est figuratiue illud propitiatorium Exod. 25. per quod omnes pię petitiones a Deo ad Iudæos effectum habebant, & gratiarum abundantię in eos descendebant. O quam male mundo esset, nisi hoc propitiatorium se interponeret inter Deum iratum, & mundũ in maligno positum. Et non immerito nobis gratiarum est abundantia ex ea, quia de ea cãtat Ecclesia, Nec ab horres peccatores, sine quibus numquam fores, digna tanto filio. Et potẽs est iuuare nos, quia plena gratia, cum qua est Dominus, idest Deus pater vt spõsus, Deus filius vt eius filius, Deus spiritus sanctus vt habitator, qui eam totam repleuit. Ideo in se habebat & vestigium hominis, quia Christum ex se nobis protulit in fratrem nostrum ꝑ omnia tentatum, vt scilicet omnibus misereretur, & compateretur, vt dicit Apostolus. Et Isaias dicit de eius misericordia. Nunquid mulier potest obliuisci infantis sui? sed si ipsa oblita fuerit, ego non obliuiscar. Ecce in manibus meis descripsi te. Et concludendo; Clamat hæc nubecula ad omnes vt cantat Ecclesia. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & generationibus meis adimplemini, spiritus enim meus dulcis, & hæreditas mea super mel, & fauũ. De his aquis Christi

Exod. 25.

Heb. 4.

Digitized by Google

Leo Pap. sti abūdantissimis, Leo Papa pulcherrime dicit in sermone parasceues, sup illud: Ego si exaltatus fuero oīa trahā ad me. O mirabilis potentia crucis, o ineffabilis gloria passionis, in qua & tribunal Domini, & iuditium mundi, & potestas est crucifixi. traxisti enim Domine omnia ad te, cū expansis manibus tuis tota die ad plebē non credentem sed contradicentem tibi, confitendæ maiestatis tuæ sensum totus mūdus accepit. traxisti dñe omnia ad te, quoniam in execrationem iudaici sceleris vnam tulerunt omnia elementa sententiā, cum obscuratis luminaribus cęli, & conuerso in noctē die, terra quoq; motibus nutaret insolitis, vniuersaq; creatura impiorum visui se negaret. traxisti Dñe omnia ad te, quoniā scisso templi velo sancta sanctorum ab indignis pontificibus recesserunt, vt figura in veritatem, ꝓphetia in manifestationem, & lex in Euangelium verteretur. traxisti Dñe omnia ad te, vt quod in vno Iudęorū tēplo obumbratis significationibus agebatur, pleno apertoq; sacramēto vniuersarum vbiq; nationum deuotio celebraret. Nunc eñ & ordo clarior est leuitarum, & dignitas amplior seniorum, & sacratior est vnctio sacerdotū. Quia crux tua fons omnium benedictionum, omnium est causa gratiarū, per quam credētibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte. Confiteamur igitur dilectissimi quod Paulus gloriosa voce confessus est. Fidelis sermo, & oī acceptione dignus, qa Iesus venit in hūc mundū peccatores saluos facere. Hęc ille. Apostol.

SERMO VNDECIMVS.

PER FIGVRAM DELBORAE IVDICVM quarto, & qninto, Beatissimam Virginem nostram aduocatam longo sermone ostendit.

Iud. 4. & 5 Figuralis expositio ad virginē

PRopter peccata populi Israel, Deus captiuauit eos sub Eglō Rege Moabitarum, sed clamantes exauditi sūt, & Deus suscitauit eis Aioth saluatorem, qui vtraq; manu pro dextera vtebatur, & gladio ancipiti ex vtraq; parte, abscondito sub sua veste interfecit eum, vt stercora per ventrem eius effluerent, & sic liberati sunt Israelitæ ab eius captiuitate. Deinde mortuo eo, quia addiderunt filij Israel malum coram Domino, eos sub captiuitate tradidit regi Cananeorū, cui interpretatur commutatio, cuius exercitus dux dum erat Sisarra, qui interpretatur excludens gaudentem. Tandem clamātibus eis post mortem saluatoris ad Dominum, suscitauit eis Delboram prophetissam prudētissimam mulierem, per cuius gubernationem, & prælīū liberati sunt a suis aduersarijs, & a subiectione eorum. Hæc ibi sententialiter.

Eglon Rex Moabitarum qui interpretatur iuuenculus iniquitatis, pōt nobis denotare magnum luciferum, q cōtinue circuit querēs sua iniqtate & malitia, quē deuoret. Moabitę interpretantur ex patre generati, qa Chrs de malis dicit, vos ex patre Diabolo estis. Sub his merito, exigētibus peccatis principaliter primorū parentū, deinde, & eius successorū, genus humanū captiuatū est, sed ad clamorē eorū Domin⁹ suscitauit eis Aioth saluatorē. i. Chrm, q vtraq; manu sicut dextra vtebatur, q a scd̃m sanctos Theologos ꝑdicata in cōcreto tā diuina q̃ humana

equaliter de Christo prædicantur. Insuper quia Christus quandoq; opera diuina, qñq; opera humana faciebat, sine tñ cõfusione vtriusq; naturæ existens. Insuper vtraq; manu equaliter vtitur, quia in nomine eius omne genu flectitur &c. Eius gladius acutus ex vtraq; parte est verbi Dei potẽtia, qua vsus est contra Diabolum sub veste abscondita, quia vt dicit Paulus. Et habitu inuentus vt homo; Sub quo habitu suam potentiam diuinam diabolo abscondebat absq; tñ diminutione eiusdem potentiæ. Tandẽ eum interfecit sua diuinitate, vt dixit. Nunc princeps huius mundi proijcietur foras; Et ex hac sua percussione stercora ei⁹ ꝓruperunt, quia ostendit per victoriam crucis diabolica stercora, & fetores toti mundi. Sed post mortẽ saluatoris christiani propter relapsum, & demerita generis humani, & maxime populi christiani, merito expositi sumus varijs tentationibus, & tribulationibus, & diabolicis subiectionibus, quia. Qui facit peccatũ seruus est peccati; Et dati regi Cananeorum, qui interpretatur cõmutatio, qm̃ ꝑ peccata cõmutauim⁹ bonũ incõmutabile, in bonũ cõmutabile, in quo cõsistit peccatũ. Ideo tali negotiatori merito adhesimus, vt Prodigus, q̃ nos, porcos pascere facit. i. oĩbus immunditijs satiat vt Ecclesiast. dicit de Salomone. Qui etiã ad tantã stultitiã deuenit, vt idola adoraret voluptatibus alienat⁹, vt merito talib⁹ cõmutationibus dicat. Quia noluistis benedictionẽ elõgabit a vobis, vt patet Deut. Qm̃ gratis venundati estis. i. volũtarie Diabolo. Et hic rex Cananeus habitabat in Asor, qui interpretatur psalmator iracundiæ, ad denotandũ, qui virtutes in vitia cõmutant, & vitã Israeliticã. i. christianã, in vitã gentiliũ, & vitã diabolicã, isti plasmant super se iracundiam Dei, vt exponantur omnibus tribulationibus, vt superius Deuter. cap. 28. Armabit creaturã in vltionẽ inimicorum suorum. Vide totum capitulum, quia est ad propositum. Ideo & prefectus huius regis tyrãni erat Sisarra, qui interpretatur excludens gaudentem, quia Treno. 4. scriptum est. Qui nutriebãtur in croceis, amplexati sũt stercora, & 1. cap. Lachrimę ei⁹ in maxillis eius, & non est qui consoletur eã ex omnibus charis eius. De hac gaudij exclusione in peccatores vide prophetam.

Eccle. 2.

Deut. 28.

Sap. 5.

Tamen pius Dominus post mortẽ saluatoris. s. Christi, dedit nobis Delborã prophetissam. i. Mariam nostram ductricem, & protectricem, vt prolixe de eius protectione ad peccatores sancti doctores dixerunt. Et perpulchrè in cãtico Salue regina, Ecclesia prosequitur, & cantat. Hæc interpretatur apis eloquens, quia protulit nobis fauum mellis. i. Christum incarnatum, qui est dulcissimę pietatis in peccatores, vt plene in Euangelijs continetur, quia & Pharisæis murmurantibus, q̃ reciperet peccatores, dixit. Discite q̃d est dicere, misericordiam volo, & non sacrificium. Filius hominis non venit vocare iustos sed peccatores. Cui dilecto filio mater similis in peccatores effecta est. De qua cantat Ecclesia. Nec abhorres peccatores, sine quibus numquã fores, digna tanto filio. Dicitur etiam eloquẽs, quia gratia plena quæ in alijs, vt dicit Hiero.) in partes diuisa est, in ea autem tota se effudit. Et ille qui confidit, & familiarior est coram aliquo magno Domino, eloquentius loquitur, & cõfidentius ꝑ aliquo supplicat. Et quis familiarior est sanctissimę trinitati cũ confidentia q̃ beata virgo, quę est sponsa Dei patris, nõ min⁹ q̃ Hester regis Assueri, quæ placauit sua gratia iram ei⁹ in Hebræos? Cuiq; dixit, ꝑ te lex nõ est facta, quin ad me accedas, quando volueris. Pete ergo a me quicquid vis, dabo tibi. Est mater filij plusquã Bersabee Salomonis, cui filius dixit: Pete a me mater. s. quicquid volueris dabo tibi. Est templum Dei, quam spiritus sanctus plenissime impleuit, & in ea semper inhabitat. Vere potens est efficere coram filio, vt gemitibus inenarabilibus coram

ram

ram patre, vt homo exoret pro nobis miseris peccatoribus, Vt dicit sanctus Paulus. Adeamus cum fiducia ad tronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Et vide Ro. Ipsa est prophetissa, & plusquam prophetissa, quia quem nouerat ex diuina reuelatione venturum pro salute humana iam suo gremio conclusit, & eum proprijs oculis vidit, & sui manibus pertractauit, vt bene proclamauerit de ea mulier ad Christum prædicantem. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Hæc igitur data est nobis a tota sancta trinitate in nostram præfectam, & ductricem, vnde merito dicitur esse stella tramontana, per cuius directionem per hoc mare turbulentum ad portum salutis deducimur. De qua Bernard. O beata virgo, ꝑ te omnia tela inimici franguntur. Et August. O beata virgo, quas tibi laudes fragilitas humana persoluet, quæ tuo merito, mundo succuristi perdito? vere in nomine eius omne genu flectitur, cęlestium, terrestrium, & infernorum. Quod ostensum est figuratiue in historia prę assumpta, quia per ipsius consilium, & protectionem, ac regimen liberatus est populus ab ira Dei, qua Diabolo, & flagellis Dei subijciebatur. Et in hoc quòd voluerunt. Israelitę, quòd ipsa esset in prælio, datur intelligi, quòd nullus peccator in suis actibus vel aduersitatibus absq; beatæ virginis protectione debet esse. Nam dicit Origenes super Matth. Tu patrona humani generis. Tu afflictis medica singularis. Quis tuo non egeat munere, cũ sit peccare commune? Et Bernar. sinum misericordiæ suæ Maria omnibus aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi. Et Ambrosius, Aue gratia plena. talibus namque decebat virginem oppignorare muneribus, vt esset gratia plena, quæ reddit cœlis gloriam, terris Deum, pacemque fudit, fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Et

Hebr.4.

Ro.8.

Hiero. Si cęlum (inquit) te vocem, altior es, si matrem gentium, præcedis, si formam Dei te appellem, digna est, si dominam Angelorum: prima esse cõprobaris. Quid ergo digna de te dicam? si diligenter attendis, nihil est virtutis, nihil splendoris, nihil gratię & nihil candoris, quod non resplendeat in virgine gloriosa. Et ibidẽ virgo regia ipsa est via per quã saluator aduenit, procedens de ipsius vtero tã quam spõsus de thalamo suo. Per te accessum habemus ad filium o beata virgo inuẽtrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, vt per te suscipiat nos, qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam nostræ corruptionis, & humilitas Deo grata nostræ veniam impetret vanitati. Copiosa charitas tua nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum, fęcũditas gloriosa fęcunditatem nobis cõferat meritorum. Et Ber. Ad beatam virginem sicut ad medium, sicut ad arcanum Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium seculorũ respiciunt, & qui in cęlo sunt, & qui in inferno habitant, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequuntur, & nati natorum, & qui nascentur ab illis, Illi qui sunt in cęlo vt restaurentur, & qui in inferno vt eripiantur, & qui præcesserunt, vt prophetæ fideles inueniantur, & qui sequuntur, vt glorificentur, hæc ille. Hæc est mulier secundum Ber. de qua Ioannes, in Apo. Quæ erat amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & habebat in capite coronam. 12. stellarum. Quia beata virgo fuit Sole amicta, quoniam eam obumbrauit virtus spiritus sancti; Et Lunam habet, idest volubiles peccatores ad modum Lunæ sub pedibus, quos sua luce, & gratia illustrat sicut Sol Lunam, ne obscurentur a tenebris peccatorum. Habet. 12. stellas. i. 12. priuilegia ad modum stellarum, quæ sunt ornamenta celi, ita hæc prærogatiua priuilegia, ornamenta eius. Prima stella, est regia generatio, quia regali ex progenie nata. 2. Fuit Angelica salu-

De priuilegijs virginis Marię. Apo.12.

tatio per Aue. 3. Fuit præcipua sancti ficatio, quæ in ipsam copiosius descẽ derit, q̃ in alijs sanctis, quæ eam dein ceps conseruaret ab omni peccato. 4. Fuit mirifica cõceptio, quia de spiritu sancto concepit. 5. Fuit integritas sine corruptione in cõtinẽdo, qa virgo an te partũ, virgo in partu, & virgo post partũ. 6. Fuit fecũditas sine cõmixtio-ne in concipiendo, quoniã non ex viri li semine, sed mistico spiramine. 7. Facilitas sine aggrauatione in ferendo fi lium, quia vt dicit Hiere. Ecce super nubẽ leuẽ ascendit. 8. Est suauitas sine afflictione in pariendo, quia vt dicit propheta Isaia. Germinãs germinabi-
Isai. 35. tur, & solitudo exultabit lętabunda & laudans. 9. Sobrietas pudorata in elo quio, quia diffusa est gratia in labijs eius. 10. Humilitas cõprobata in aĩo, quia Respexit humilitatẽ ancillæ suę. 11. Acerbitas degustata in martirio, quia ei Simeon dixit, Animam tuam ipsius gladius pertransibit, 12. Credu litas conseruata in triduo qa in sola ip sa fides tunc remansit vera. Et hęc mu lier ẽ in vtero habẽs, & clamabat par turiẽs & cruciabatur vt pareret, hęc Ioan. vbi supra. Et misticè denotare pót beatam Virg. Mariam, habentem peccatores in vtero, quia omnes quasi filios vterinos per adoptionem concepit. Et non immeritò, quia sine peccatoribus nõ esset mater Dei, vt alias ostendimus, & sancta Ecclesia decantat. Nec abhorres peccatores, sine quibus numquam fores, digna tanto filio. Et clamabat parturiens, quia in dolo re est, donec pariat peccatorem in sinu matris Ecclesiæ. Et cruciatur vt pa riat eum, quia se habet ad modum cru ciantis matris, quoniam dum pecca-tor sibi ostendit vulnera peccatorum suorum, ipsa filio ostendit pectus & vbera, eum assidue exorans etiam per præcationes dicendo. Fili per maternum affectum miserere peccatoris, ꝑ lac quod suxisti, miserere peccatoris, per labores quos pro te sustinui, mise rere, & ita similiter multiplica has in uocationes. Et filius videns matris suę interpellationes, & inuocationes pro misero peccatore, ostendit patri pe-ctus, & vulnera, quæ ꝑ peccatoribus sustinuit secundum quod Hiere. dicit. Numquid mulier potest obliuisci infanis vteri sui, vt nõ misereatur eius? sed si ipsa oblita fuerit, ego nõ obliui-scar tui. Ecce enim descripsi te in manibus meis. Et tantis intercessoribus præmissis, pater misericordiæ non ne gabit filio interpellanti, nec filius ma tri intercedenti, nec mater peccatori ploranti.

SERMO DVODECIMVS.

INTER PATREM, ET FILIVM, propitiatorium nostrum est Beata Virgo Maria.

Exod. 25. DIXIT Dominus Moysi. Facies mihi sanctuariũ idest tabernaculum, & habitabo in medio tabernaculi, & facies archam de lignis sethin, Et hæc erat intus, & de foris inaurata, & supra archam, facies coronam auream per circuitum, & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor angulos archæ, ponesque in archa tabulas scriptas digito Dei, quæ erant testes inter Deum, & populum: quòd a Deo illa præcepta recepissent. Insuper Moyses posuit intus, Virgam Aaron, quæ germinauit miraculose, Nume. Num. 17. Et Mannam. Facies & propitiatorium

de

de auro mundissimo super archam sustentatam manibus duorum Cherubin, respiscietium sese versis vultibus & hoc propitiatorium erat aureum. Super quo dixit Deus; Loquar ad te cuncta quę mandauero filijs Israel. Et inde ad pias petitiones eis responde bat. Hæc ibi sententialiter.

Mysticè hoc sanctuarium potest nobis denotare Ecclesiā christianā Christi sanguine sanctificatam, in qua sancta trinitas per speciales gratias inhabitat, de qua in habitatione Christus dixit. Ego ero vobiscum vsque ad consumationē seculi, & vbi duo vel tres congregati fuerint, ibi ego ero &c. Archa hæc aurea intus, & extra, potest denotare beatam Virginem, quæ fuit receptaculum Christi. In quo sūt omnes tesauri sapientiæ, & scientiæ Dei & cui Angelus dixit. Gratia plena, dominus tecum. i Pater vt sponsus, Verbum Dei, vt filius, Spiritus sanctus vt inhabitator. Et lex in ea, quia genuit nobis Christum legis gratiæ latorem. Virga, quia ipse est sacerdos secundū ordinem Melchisedech, cuius est virga æquitatis, etiam peccata dimittere potens. Est & manna de cœlo descendens, quia in ea verbum caro factum est, scilicet Deus homo factus est. De hac māna Christus dicit. Ego sum panis qui de cęlo descendit, de qua Micheas. Et egressus eius a diebus æternitatis. Ex quibus nobis magna fiducia est coram Deo in ipsius aduocatione, pratica. Quid est quòd non dabūt, & concedent sibi tam regij in habitatores in ea? Sancta Ecclesia cantat de ipsa. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et dixit mihi. In Iacob, qui interpretatur luctator, idest inter homines luctatores contra mundum, carnem, & dæmones, inhabita p specialem affectum a Deos protegendos. Ber. O beata virgo, tu propugnatrix egregia, in cōspectu cuius omnia tela inimici franguntur. Et in Israel, qui interpretatur fortis directus Dei, Hæreditare. Idest tu proteges tuos deuotos, tamquam tuos hæredes, & filios adoptiuos. Et in electis meis mitte radicem. Idest sanctitatis tuæ, & tuæ exemplaritatis sequendæ, & imitandæ. Et ideo erat intus inaurata, quia plena charitate Dei in corde, & exterius, quia lucens in opere, vt superius dixit Ber. Ipsam sequens non errabis, sed ad portum salutis peruenies. Insuper mitte in electis meis radicem timoris Dei. Radix sapientiæ est timere Deum. Corona aurea eius denotat ipsam esse reginam cęli, in cuius nomine omne genu flectitur, de qua cantat Ecclesia. Aue regina cœlorum, aue domina Angelorū &c. Quatuor circuli aurei eam cingentes sunt quatuor virtutes Cardinales, quæ cęteris humani generis, excepto Christo, eam nobilius cinxerunt. Quis enī prudētior ipsa fuerit, quam specialiꝰ ostendit in salutationis Angelicæ responsionibus? Quis enim ea temperantior fuerit? de qua Hiero. in ser. de assumptione. Totam incanduerat eā diuinꝰ amor, vt nihil esset in ea, quod mundanus violaret affectus, sed ardor cōtinuus, & ebrietas perfusi amoris. Quis ea iustior fuerit iustitia legali, quæ solicita erat dare Deo quæ sunt Dei, & Cęsaris quæ sunt Cęsari? imo oblatum a regibus secundum Ber. pauperibus erogauit. Quis ea fortior, & constantior, in qua sola fides interius & exterius remansit in passione Christi? & semper fuit patientissima cōtra omnes iniurias a Iudæis in eam illatas, post Christi ascensionem, vt dicit Ignatius.

Eccle.24. Bernar. Eccle.1.

Propitiatorium erat super archam per quam denotatur, ꝙ omnes gratiæ quæ ad nos peccatores proueniunt a Deo, per merita, & intercessiones beatæ virginis descendunt. In signum huius & Moysi dixit Deus de hoc propitiatorio. Loquar ad te cuncta, quę mādauero filijs Israel. O quam male misero mundo cum suis peccatoribus foret, nisi beata virgo assidue pro nostris miserijs prostrata iaceret. Et dicitur posita inter Deum, & archam, quia inter Deum patrem, & filiū eius

Digitized by Google

Christum, signatum per archam interponit se, quando ad vnum, quando ad alterum plorando pro populo, & miseris peccatoribus. Practica bene sup hoc. Exempla horum habes in speculo exemplorum, & in discipulo, de beatæ virginis exemplis. Et præsertim habes exemplum in vita sancti Dominici, quando vidit Christum volentem mundum perimere tribus lanceis, & beata virgo prostrata veniam impetrauit. Vere sola est quæ vt Hester cõtra iratum in populum Deum, vsque ad mingentem ad parietem, potest mitigare, & in mansuetudinem conuertere. Ber. in sermone de spiritu sancto. Deus rex noster ante secula operatus est salutem in medio terræ nostræ in vtero virginis Mariæ, quæ mirabili ꝓprietate, terræ medium appellaẽ. Ad istam enim sicut ad medicum, sicut ad arcanum Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium seculorum, & qui in cęlo habitant, & qui inferno.i. in limbo patrum, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nascẽt ab illis, cõfugiũt. Illi q sunt in cęlo, vt resarcient, qui in inferno, vt expientur, qui præcesserunt prophetæ, vt fideles inueniantur, qui sunt in terra, vt auxilientur, qui sequuntur vt glorificentur. Et beatam te dicent omnes generationes genitrix Dei, domina mũdi, Regina cęli. Sunt generationes celi, & terræ, quibus omnibus vitam, & gloriam genuisti. In te enim Angeli lętitiam, iusti gratiam, peccatores veniã, inueniũt in æternum. Merito ergo ad te respiciunt oculi omnis creaturæ, quia in te, & per te, de te benignissima manus creatoris, quicquid creauerat, recreauit. Hęc ille. Et eam sustentant duo Cherubin se adinuicẽ respicientes, quia in ea semper fuit angelica vita, scilicet virginitas, quæ est Angelis cognata, vt dicit Hieronimus, & sancta humilitas, quam in ea Deus respiciens, fecit ei magna, quia potens est, vt virgo de seipsa in cantico Magnificat, affirmat. Et quia semper in hac vita Angelorum societatem habuit, & nunc in cęlis ei assistentes ad sui nutũ & mandatum obsequendo, currunt ad protectionem, & defensionem omnium suorum clientulorum. Hæc est illa sancta Hester, quæ ornata omni virtute, quia pulchra est amica Dei, & macula non est in ea, cuius rex concupiuit decorem, ad regem Asuerũ placandum contra populum Hebreorũ.i. ad Deum patrem duabus puellis innixa, idest prædictis duabus virtutibus tanquam puellis verecundis, & integerrimis comitata, accessit, & placauit. Bernar. Solo terrore audito patris, mihi vindictam, & ego retribuã, non audes ad ipsum accedere, datus est tibi Christus mediator, si autem nec ad ipsum audes accedere, vade ad Mariam virginem, quia ab ipsa pro sua reuerentia exaudieris. Et iterum; Si ad Dei maiestatem non audes accedere, non liquescas sicut cera a facie ignis. Vade ad matrem misericordię. & ostende sibi tua vulnera, & ipsa ꝓ te ostendet pectus, & vbera filio, & filius ostendet patri latus & vulnera. Pater non negabit filio postulanti, filius non negabit matri interpellanti, mater non negabit peccatori ploranti. Hæc ille. Dic ergo ei. Salue regina cęli, quid negabit rex tuus sponsus cęlestis? quid rex tuus filius æterni patris? Quid rex spiritus sanctus, qui te totam repleuit? Mater misericordiæ &c. Non abhorreas peccatores, sine quibus nunquam fores digna tanto filio. Propterea recordare dum steteris in conspectu Dei &c. Tu eñ est vita peccatorum, vita dulcedinis, & misericordiæ, quia super omnes virtutes tuas dulcior est misericordia miseris peccatoribus. Et ideo spes nostra maxima post Deum, in quam omnes generationes seculorum respiciunt, salua nos tuis sanctis precibus. Ad te clamamus in hoc exilio, & mari turbulento, vbi sunt reptilia, quorum non est numerus. Filios Euę, & peccatorum adiuua, qui sumus sicut vallis omnium fęcum receptaculum, vt fę-

Digitized by Google

vt fętor noster ascenderit in cœlum, & computruerunt iumenta in stercoribus suis. Gementes, & flentes eia ergo Aduocata nostra exaudi, intende ad nos o clemens, o pia, o dulcis virgo Maria ex tuo sancto propitiatorio vt qui per te ad nos saluandos venit, per te, & nobis reconcilietur, cũ quo & in quo viuis, & lętaris in secula seculorum. Amen.

SERMO TERTIVSDECIMVS.

IRATVM DEVM CONTRA PECCATORES, sua prudentia, & meritis placat Beata virgo Miria.

1. Reg. 25. LEgitur, de Nabal stulto secundum nomen eius, sed diuite ingrato, & impietoso erga Dauid, & suos milites in necessitate constitutos, quẽ Dauid voluit extinguere vsq; ad mingentem ad parietem, sed præmissis muneribus Abigail mulier prudentissima, eum placauit, vide historiam.

¶ Vbi nota, quòd nihil ingratitudine coram Deo, & hominibus grauius, propter quam Christus prædicit futuram ruinam Hierusalem. Vnde & per Matthęum dicit comminatiue, Quoties volui congregare filios vestros sub alis meis, & noluistis, ideo relinquetur vobis domus vestra deserta. Et de hac ingratitudine plene differit

Isai. 1. Isai. Et permaxime hæc ingratitudo in potentioribus, & diuitibus desiccat fontem pietatis, dum de commissis sibi bonis tãquam procuratoribus Deus præcipit eis; Frange esurienti panem tuũ, & egenos, vagosq; induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. De pręcepto huius distributionis, in pauperes vide Deuter. 15. quæ pulchra dicit. De virtute, & necessitate eleemosinę, vide nostram concionẽ f. 6. Ciner. Aliter facientes, magnam iram exterminatiuam & domus proprię, & ciuitatis accumulant. Quia Christ9 dixit, quod vni ex minimis meis fecistis, dando calicem aquę in nomine meo, mihi fecistis: Vide de hac eleemosina etiam Tob. Vbi ad eum hortatur filium, vt auertatur ira Dei ab eo Tob. 4. & quia in die tribulationis saluat in corpore, & in anima. Et Daniel Nabucodonosor, ad visionem, qua prænũtiabatur alienatio eius a sensu &c. dedit consilium dicens. Peccata tua eleemosinis redime, & iniqtates tuas misericordijs pauperum, forsan ignoscet Deus delictis tuis. Hæc ibi. Nabal. i. ingratus diues, qui secundum nomen suum est stultus, & insipiens, vt dixit de eo Abigail, impinguatus, & incrassatus in bonis sibi a Deo collatis, vt & proximo de superfluo sibi det, per ingratitudinem recalcitrat despiciendo pauperes, cum diuitię, & paupertas a Domino Deo sint, & blasphemando Deum, secundum quod Salomon de seipso timebat dicens. Diuitias ne dederis mihi, ne forte saciatus Prou. 30. alliciar ad negandum, & dicam quis est Dominus. Et hoc notatur in eo, quod Dauid mittens ex deserto, in quo nunquam mali ei quicquam intulit, sed omnia sua conseruauit, vt daret militibus suis indigentibus pulmentum, & aquam. Nam & Christus se famelicum asserit in pauperes. Et Nabal ebri9 vino. s. in quo est luxuria, & abũdantia panis, quæ scriptura dicit. Hęc fuit iniqtas sororis tuæ sodomę, ociũ & saturitas panis; protulit blasphemiã in Dauid, qui interpretatur decorus,

Digitized by Google

& est fortis; Quis est Dauid? & quis filius Abisai? quia & Christus secundū carnem est ex semine Abisai, & ego, quæ messoribus meis paraui, dabo viris, quos ignoro? Hoc modo fecit, & Epulo diues in Lazarum pauperē iacentē ad ianuas eius, & cupientem saturari de micis sub mensa, & nemo illi dabat. Vide exemplum in discipulo de eleemosina, quomodo castrum perijt ex crudelitate in pauperes, & solus Angeli nutu saluatus fuit princeps elimosinarius. Et in subuersione Anthiochiæ per Angelum in albis apparentēe, leemosinarius est saluatus. Et Aug. cum Hiero. Legi, relegi, & plegi, nunquam inueni hominē operibus misericordiæ deditum fuisse damnatum. Et hæc ira in tales extirpatiua denotatur in Dauid volente extirpare ingratum Nabal vsq; ad mingentē ad parietem. Sed hoc audiens, & præuidens mulier prudentissima, & speciosa valde, idest beata virgo Maria. Nā Abigail interpretatur patris mei exultatio, quia ipsa de se cantauit. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Audiens ergo stultitiam miseri hominis ex sua stultitia, & ingratitudine merito pereuntis, ex misericordia, quam habet ad miseros peccatores assumit officium corā Deo optimi aduocati; Cum muneribus suæ humilitatis, & honestatis, & cęterarū suarum virtutū, occurrit Dauid.i. Christo, & iustitię eius, irato, & primo excusat peccatum eius ex stultitia sua, quia nihil stultius misero peccatore, qui pro bono commutabili, & transitorio despicit bonum incommutabile in quo mortale peccatum consistit. Cum nihil viri diuitiarum post hanc vitam inuenient in manibus suis. De hac stultitia vide pulchrum exemplū, quod ponit Christus cap. 12. de diuite cogitante super fruges vberes, postposito Deo, cui dictum est. Stulte hac nocte animam suā repetent a te. Quę autem parasti cuius erunt? Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Hęc ibi. Secundo excusat, super se assumendo iniquitatem suā dicens. In me sit Domine hæc iniquitas. Nā sicut Christus filius eius ad patrem orat pro suis iniquitatibus, idest pro iniquitatibus humani generis, quas assumpsit supra dorsum suum, vt tanquam ipse peccator pro eis patri satisfaceret, secundum quod Isa. per totum, Omnes nos quasi oues errauim' & vnusquisque in viam suam declinauit, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum; Ita & beata virgo, ad quam cantat Ecclesia, nec abhorres peccatores, sine quibus fores digna tanto filio, assumit preces, & satisfactionem pro nobis. Quoniam quandoque ex visionibus sanctorum habetur, quòd ipse genuflexa pro peccatore exorauit, dicens pro eo. Suscipe ergo benedictionem hanc, quam attulit tua Ancilla tibi Domino. Et ait Dauid placatus suis precibus. Benedictus dominus Deus, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictū eloquium tuum. Et benedicta tu quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinē, & vlciscerer mē manū mea. Alioquin nisi cito venisses in occursum meum, non remansisset de Nabal.i. stulto & insipiente, ac superbo, & ingrato peccatore vsque ad lucem matutinam mingens vsque ad parietem. Cætera tu practica: Conuertens te ad Mariam sibi enarrans omnes stultitias & impietates tuas &c. ei dicas. Nō ergo surgas inde pia mater, &c. donec impetres nobis similem reconciliationem cum dilectissimo tuo filio, quem a capite vsque ad pedes in dies offendimus. Non cesses ab oratione, non a lachrimis, sed ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fęmineo sexu. Tu es nostrum refugiū, tu auxilium, tu nostra protectio, tu defensio, tu nostra spes, tu nostra salus. Non cesses clementissima, donec dicatur tibi: Quæ postulas impetrasti &c. Vnde sanctus Bernar. hortatur omnes peccatores audacter ad beatam Virginem accedere. dicens. Audito solo terrore ad patrem non

audes

Isai. 53.

Digitized by Google

audes accedere, dedit tibi Christum mediatorem, si ad ipsum vereris accedere, vade ad matrem misericordiæ, quia pro sua reuerentia exaudieris. Et iterum. Quid humana fragilitas trepidat ad Mariam accedere? nihil in ea est austerum, nihil terribile, tota est suauis, offerens omnibus lac & mel. Considera diligenter, & inuenies in ipsa plena viscera charitatis, plena mansuetudinis, & misericordiæ. Ipsa enim omnibus omnia facta est, omnibus misericordiæ sinum aperuit, vt de plenitudine eius omnes accipiant. Captiuus redemptionem, ęger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus lætitiam, denique Trinitas gloriam. hæc Bernard. sententialiter.

Alia figura ad Virginem ad idem.

Figuraliter potest interpretari victoria Iudit contra Holofernem pro populi sui defensione, quia ipsa mundum, carnem, & dæmonia quæ obsederunt animam nostram, vsque ad interitum mortis oratione sua perimit, ne absorbeamur ab eis, nostris exigentibus demeritis. Gladius eius, est potentia, quam Deus dedit ei, vt in nomine eius omne genuflectatur. Vel dic quòd amputat caput cōminatorium irę & iustitiæ diuinæ per merita sua & orationes ne perimat, & deglutiat nos ad interitum.

Alia figura ad Virginem.

Figuraliter etiam potest interpretari historia Hester, quæ iram Dei exterminatiuam mitigauit sua humilitate & oratione, ac suis meritis, & pulchritudine animę suæ, qua superdilecta & electa est à Domino. Et vide interpretationem nominum ipsius Hester & Assueri Regis. Et non solum nos liberat à malo spirituali, sed etiam temporali, dum malos homines & tyrannos obsidentes ciuitatem vel prouincias suspendere facit in patibulo, quia etiam tyranni, qui sunt Dei flagellum, ipsi pereunt ex praua voluntate sua flagellandi populos.

SERMO

Digitized by Google

SERMO DECIMVSQVARTVS.

SVO PLORATV PECCATORES Deo reconciliat Beata Virgo Maria.

2.Reg.14. VEnit mulier Techuistes instru-ctione Ioab. Ipse enim dederat ei verba in os eius, ad Dauid regem. Erat enim mulier sapiens, induta veste lugubri cum lachrymis, quasi mulier plurimo tempore lugens mortuum, & cecidit coram eo super terram adorans eum & dicens. Serua me rex. Et rogauit pro tanquam filio suo fratricida, quem iustitia vult morti tradere. Ipse enim mulieri viduæ solus hæres remansit. & multa alia dixit. In me sit ò rex iniquitas eius. Et rex ad ipsam. Vade adduc eum ad me, vt sciam eum, & iustitia non quæret amplius eum, nec interficietur filius suus. Et tunc mulier rogauit pro Absalone fratricida dicens ei. Quare mi rex præcepisti, vt non reducatur filius tuus Absalon ad te? Parce ei, quia omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur super terram, quæ non reuertuntur, nec vult deus perire animam, sed retractat cogitans, ne penitus pereat, qui abiectus est. Et placatus est Rex, & dixit ei. Vade, & reuoca puerum Absalon.

¶ Moraliter Absalon interpretatur amaricatio patris, potest nobis denotare quemlibet peccatorem amaricantem Deum cęli, peccatis suis in Deum & proximum, quia etiam Absalon in patrem suum tetendit brachium, vt patet vbi supra. 15.c. De hac amarica-
Hierem.2. tione Hierem. dicit Deus. Scito & vide, quia malum & amarum est te reliquisse dominum Deum tuum, & non esse timorem eius in te. Et quomodo miser peccator delinquit in Deū, ibidem dicitur. Obstupescite cœli super hoc, idest Angeli & tota creatura cœlestis, quæ ingratis hominibus deseruitis, & portę eius desolentur, scilicet, & aperiantur cataractæ cœli sicut in tempore diluuij in eius desolatio-
nem. Genes. vbi dicitur. Videns Deus Gen. 9.
malitiam multam hominū super terram, & quòd cuncta cogitatio eorum sit intenta ad malum omni tempore. dixit. Pœnitet me fecisse hominem, ideo delebo ipsum à facie terræ. hæc ibi. Sequitur in Hierem. Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, scilicet, vt prodigus, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ aquas continere nō possunt, sicut Epulo. Quia transit mundus & concupiscentia eius. Et nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis. Contra quos merito Deus pater cœli & Rex regum, sicut contra tales patricidas & fratricidas, qui scilicet in Deū manus tetendunt, colloq; extento ex aduerso incedūt contra Deum & proximum. Nec vult tales ad sui præsentiam, aut ꝙ pro eis rogetur. Nam in-
uenimus Hierem. Cui oranti pro po- Hiere. 14.
pulo dictum est. Tu autem noli orare pro populo hoc in bono, quia non exaudiam te. Et cum in sequenti capitu. perseueraret in oratione pro eis, dixit sibi Deus. Si steterint Moyses & Samuel pro populo hoc, anima mea nō est cum eis, sed egrediantur à me. Et si dixerint, quo egrediemur, respondebis eis. Qui ad mortem ad mortem, qui ad famem ad famem, qui ad gladium ad gladium, qui ad captiuitatē ad captiuitatem. &c. & idem inuenies
Amos. Sed miseris peccatoribus so- Amos. 7.
lum restat hoc refugium, vt beata virgo assumat verbum Ioab, qui interpretatur

Digitized by Google

pretatur pater, ideſt, Chriſti, qui eſt pater regenerationis noſtræ, qui poſt reſurrectionem dedit matri verba, & fiduciam ac audaciã orandi pro peccatoribus, ſicut hæc Techuites fecit, quæ interpretatur patiens vel buccina. Nam dicit ſcriptura. Ingemiſcit eger vbi non eſt mulier, quia de natura eſt pietoſa. Eſt etiam patiens beata virgo Maria, ſuper aſſidua delicta noſtra. Quoniam cantat de ea mater Eccleſia. Nec abhorres peccatores, ſine quibus nunquam fores, digna tanto filio. Eſt etiam buccina quia aſſidue clamat ſicut buccina coram tribunal patris. de hoc Bernard. ad peccatorem. Solo terrore patris audito non audes ad ipſum accedere, dedit tibi Chriſtum mediatorem, ſi tuis peccatis vereris ad eum ſupplicare, vade ad Mariam & non trepides, qui pro ſui reuerẽtia exaudieris. O quã male mũdo eſſet, niſi hæc patientiſſima buccina pro eo exoraret. Habes exemplum in hiſtoria Sancti Dominici, quo tempore placauit Chriſtum volentem mundum perire tribus lanceis. Et vide in mariali Diſcipuli exemplum Guilielmi deuotiſſimi ſacerdotis, qui vidit Angelum præcepto Chriſti buccinam ſonare ad mundi ruinam, vt ex ſonó eius totus mundus tremeret ſicut folia in arboribus. Et dum ſecundá vice Chriſtus mandaret ſibi pro abſoluta ruina eius buccinare, nec vllus Angelorum aut ſanctorum ibi aſſiſtentium auderet pro mundo intercedere, ſola beata Virgo genuflexa impetrauit veniam, quanquam diceret ſibi Chriſtus. Mater tot ſunt peccata clericorum & monachorum & ſecularium, vt amplius iuſtitia mea nó poteſt ipſos ſufferre. Et inſuper ſapientiſſima mater, vt patet in ſuo cantico magnificat. Et quia in ea ſunt perfecto modo omnia ſeptem dona Spiritus ſancti, vt ſapientiæ, intellectus, ſcientiæ, fortitudinis, pietatis, conſilij, & timoris Dei, quam Spiritus ſanctus obumbrauit, vt eſſet plena gratia. Et in interceſſione ſicut hæc Techuites, vt bona noſtra aduocata, fragilitatem humanam Deo anteponit, quia Pſl. dicit. Recordatus eſt dominus figmenti ſui. Nam omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur, quæ non reuertuntur. Inſuper accipit ſupra ſe iniquitatem hominis dicens. In me ſit hæc iniquitas ò rex, Sicut & Chriſtus ſupra ſe accepit, & portauit omnium noſtrum iniquitates, vt dicit Iſai. Et tertio allegat quòd Deus non vult mortem peccatoris, & perire animam, ſed retractat recogitans, ne penitus pereat, qui abiectus eſt. Et tandem ſibi reſpõdit Rex. Vade & reuoca puerum Abſalon, ideſt ad me, clementiam, & gratiam, gratia interceſſionis tuæ, quoniam diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Eſt vera ipſa mater peccatorum, quæ concipit nos affectione magna in ſuo corde, ex eo quia noſtri cauſa eſt tantum exaltata, ideo ad ipſam cantat eccleſia. Nec abhorres peccatores, ſine quibus nunquam fores digna tanto filio. Secundo conceptos fouet in corde vt gallina pullos ſuos ſub alis ſuis. Vere ſi nos non foueret calore gratiæ ſuæ, mortui eſſemus in peccatis noſtris. Tertio parturit etiam in gremio ſanctæ Eccleſiæ per reconciliationem cum Deo, & non deficit ſuis deuotis in tota vita eorum. Vnde Bernar. Ipſa inquam eſt præclara & eximia ſtella, ſuper hoc mare magnum & ſpacioſum neceſſario ſubleuata, micans meritis, & illuſtrans exemplis. Quiſquis te intelligis in huius ſeculi profluuio magis inter procellas fluctuare, quàm per terram ambulare, ne auertas oculos à fulgore huius ſtellæ, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgunt venti tentationum, ſi incurris ſcopulos tribulationum, reſpice ſtellam, voca Mariam, ſi iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra, nauiculam concuſſerit ventis, reſpice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, ſi conſcientiæ fęditate confuſus iudicij horrore perterritus, baratro incipias abſorberi triſtitiæ, deſperationis abiſſo, cogita Mariam. In periculis, in rebus

Iſai. 51.

Bernar.

Digitized by Google

bus dubijs inuoca Mariam, clama Mariam. Ipsam sequens non deuiabis ipsam imitando non errabis, & ad portũ ipsa duce peruenies. Et sic in temetipso experieris, quam merito dictum est sibi. Et nomen virg. Maria. hęc ibi.

SERMO QVINTVSDECIMVS.

ASSVMPTIO BEATISSIMAE Virginis Mariæ, tractatur.

2. Reg. 6. ARcha fœderis fuit posita ĩ domo Aminadab in Gabbaa. Hoc animaduertẽs Dauid rex fecit tabernaculũ iuxta domum suam pro reponenda Archa. Et descendit ipse Dauid cũ electis filijs Israel, cum quo etiam erant septem chori & tulit Archam de domo Aminadab, quæ erat in Gabbaa & posuit eam super plaustrum nouũ, & cum filijs Israel associans Archam cum cythara & cantoribus magna festinatione reposuit eam in loco sibi præparato.

Hoc mane ad propositum solemnitatis Assũptionis beatæ Virginis prædicabimus, applicando historiam prędictam tam gloriosæ translationis Archę fęderis, ad gloriosam Assumptionem beatæ Virginis.

Hęc Archa fœderis potest nobis significare beatam Virginem, in qua recondita fuit manna, idest, Christi humanitas dulcissima, & tabula legis, qa ipse Christus fuit noster legifer, & virga frondifera electionis sacerdotij Aaron, quia fuit & sacerdos secũdum ordinem Melchisedech præelectus à domino. Qui fuit virga æquitatis, qa & ecclesia cantat de Christo. Sol iustitiæ Christus Deus noster, floridus vita & exemplis, ac plenus gratia & veritate. Et dicitur hæc Archa fœderis, quia reconciliauit Deũ, ex se gignendo filium Dei fędere sempiterno. Hęc Archa fuit posita in domo Aminadab qui interpretatur populus. In Gabbaa, quæ interpretatur vallis, ad denotandum figuraliter, quòd beata virgo fuit posita in hac valle miseriæ, & tribulationum. Nam plurimum fuit agitata Archa vituperijs per Philisteos, sed semper integra remansit. Ita beata virgo (vt testatur beatus Ignatius) fuit maxime post Ascensionem Christi tribulationibus à Iudæis vexata, sed semper hilaris, & integra mẽte & corpore pseuerauit. Dicit enim de ea beatus Ignatius in Epistola ad Ioannem Euangelistam. Maria Salome, quam diligis filia Annæ Hierosolymis quinque mensibus commorans. Et quidam alij noti referunt, Mariam matrem Iesu omnium gratiarum habere abundantiam, & dicunt eam in tribulationibus, & persecutionibus hilarem, in penurijs & indigentijs, nõ quærulam, iniuriantibus gratam, & quòd molesta lætatur, miseris & afflictis conflicta. Et infra. Mirum autem est, quòd cum ab omnibus magnificetur, à solis autem Phariseis & Scribis detrahitur. hæc ille. O quantum hæc Archa extra locum patrię cœlestis posita anhelabat ad locum suum in patria cœlesti iuxta habitationem Dauid decori filij eius transferri, & reponi. Vere dicebat assidue psalmum. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Prosequere reliquum psalmi. Oseæ 2. dixit Deus. Traham vos in funibus charitatis. Ita fili trahe me in funibus charitatis tuę ad te, quia. In odorem vnguentorum tuorum curro anxia, vt transeam de morte ad vitã, de tribulationibus ad quie

tem

Digitized by Google

tem æternam, à tenebris ad tuam lucem incomprehensibilem. Sonet filij uox tua in auribus meis. Vox enim tua pulchra, & facies tua decora. Prosequere similem contemplationem. Gloriosus autem: Dauid filius eius sciens desideriũ suæ matris Archæ mundissimæ fœderis transfretandi ad se in tabernacula sua. De quibus Psalmus. Quã dilecta tabernacula tua domine virtutum, & concupiscit & deficit anima mea in atria Domini, prosequere reliquum Psalm. Venit ad eam ex Paradiso cœlesti supernæ Hierusalem, vbi assidue Deo confessio & laus sempiterna cantatur, motus compassione ad matrem in valle miseriarum positam, ad desideriũ eius reponendi eam prope se in tabernaculo sibi ab eo præparato in cœlestibus, Eccle. In omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate domini morabor, tunc præcepit, & dixit mihi creator omniũ, & qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, In Iacob inhabitare, quia Lucas dicit de Christi gloria. Et regnabit in domo Iacob in æternũ. Et in electis meis mitte radices, quia ipsa est omnium nostrum radix & concausa salutis. Venit ergo Dauid filius eius cum filijs Israel electis, quia cum angelis suis, & septem choris. Quia Patriarchis, Prophetis, regibus, sanctis, vt Dauid cum cæteris principibus regni Israel beatis, & gloriosis sacerdotibus, cum martyribus, & confessoribus, ac virginibus, & alijs vtriusque sexus beatis, cum cytharis, & tripudijs, de quibus cytharis, & cytharizantibus Paradisi Sanctus Ioannes in Apoc. Prolixius prosequitur, capitulum quintum. vide ibidem. Lege historiam in Voragine de assumptione Virginis, & illa hic applica, quæ sunt conuenientiora contemplari, quia faciliter ad hanc figurationem applicãtur. Et his addas antiphonas, quas cantat sancta mater Ecclesia repræsentans hodiernum diem. Ascendit Christus in cœlum, & præparauit suæ castissimæ matri immortalitatis locum. Et hæc est illa præclara festiuitas omniũ sanctorum festiuitatibus incomparabilis, in qua gloriosa, & fœlix mirantibus cęlestis curiæ agminibus ad æthereum peruenit thalamum, in quo pia sui memorum immemor nequaquam existit. Et iterum. Hodie Maria virgo cœlos ascendit, gaudete quia cum Christo regnat in æternum in anima, & corpore, quia secundum repræsentationem sanctæ Ecclesiæ, & opinionem sancti Hieronymi, & Augustini est in corpore assumpta.

Eccl. 14.

Animus erat de Conceptione beatæ Virginis facere sermonem, sed animaduertens tales sermones in Christianitatem potius esse quæstionum, quæ causant indeuotionem, & concitationes circumquaque, & Paulus præcipit prædicantibus abstinere à genealogijs, & quæstionibus inutilibus, & per Esaiam dicit Deus. Ego Dominus docens te vtilia, calamum retraxi. Nihilominus causa doctrinæ prædicatores vtriusque partis videant Cardinalis Gaietani in quolibeto suo de Conceptione perpulchram declarationem, quam ex obedientia Leonis decimi pro concilio Lateranensi fecit. In quo à sua sanctitate postulabatur, quatenus scriberet, quid circa hoc tenendum sit. & vt opinor sanctissimus Pontifex cum cæteribus patribus in concilio congregatis destitit super hoc quicquam determinare, audiens huius eruditissimi viri declarationem ad vtranque partem. Et quòd verior sit sanctorum Ecclesiæ Doctorum in hoc assertio, & conformior ecclesiasticæ veritati, eorum declaratio omni ex parte, cum secundum Sanctum Petrum. Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti patres. Vide super hoc in Decreta. quæstione vigesima, de quibus, & ad quos sit recurrendum, cum sacræ scripturæ auctoritas non occurrit. Et adhuc. vide distinctione trigesimaoctaua, capitulum relatum, vbi repræhenduntur, qui proprio sensui innituntur, relinquen-

De Conceptione. B. Virg. propter indeuotionem populi scribere omittitur.

Digitized by Google

quentes sanctorum doctorum declarationes, quibus remotis destruitur domus Iob, tanquam vrente vento, ad interitum donorum Spiritus sancti, & virtutum theologalium repre-sentatarum in septem filiabus & tribus filijs Iob. Vide etiam sermonem huius diei in beato Antonino Florentino, vbi secundum computationem Conceptionis, & Natiuitatis Christi temporũ, concludit ecclesiam de conceptione solemnitatem facere in ordine ad sanctificationem eius. Et hæc sufficiant.

SERMO DECIMVS SEXTVS.

BREVITER EXPONITVR EVANgelica salutatio, & per gratiam ostenditur admirabilis Beata Virgo Maria, qua & homines excessit, & Angelos.

PRo figura accipe aliquam ex supra vel infrascriptis.

¶Non possum melius exprimere laudes beatæ Virginis Mariæ, quàm exponendo salutationem Angelicam. Pro intelligentia tamen dicendorum est prænotandum, quòd in veteri testamento, Angeli apparentes sanctis viris, ab eis cum magna reuerentia, & veneratione adorabantur, vt patet Genes. Quando tres Angeli apparuerunt Abraham. & ibidem. 19. quando Angeli apparuerunt Loth, adorauit eos pronus in terra. Idem legimus de Tobia, & Daniele. Et hoc non absque causa, quia Angeli ante Christi incarnationem excedebãt homines in natura, in familiaritate & in plenitudine participationis diuini luminis. In natura, quia Angelica natura est tota spiritualis, & secundum Sanctum Gregorium, Sanctum Thomam & alios expositores super Dan. vbi agitur de numero angelorum, excedunt angeli quasi in numero infinito, totam multitudinem materialium specierum, & per consequens hominum naturam in infinitum, Quoniam cum sint Angeli distincti in specie secundum philosophum, & species rerum, sunt sicut numeri excedentes se in perfectione naturali, secũdum eundem excedunt quasi in infinitum hominis naturam in naturali perfectione. De his vide nostram cõcionem de sublimitate humanæ naturæ super angelicam in gratia, quia est ad propositum. Item excedunt Angeli homines in familiaritate, quia etiam Christus dixit. Angeli eorũ semper vident faciem patris mei, qui est in cœlis. Et secundum Danielem vbi supra, Milia milium ministrabant ei. Insuper illi sunt familiariores Deo, qui sibi sunt magis in gratia, sed Angeli, & creati sunt in gratia, & boni in gratia perseuerarunt absque timore amittendi eam, de homine autem scriptum est. Videat qui stat, ne cadat, & omnis homo mendax, & peccator. Excedunt etiam in participatione diuini luminis, quod eis magis est communicatum, quia secundum Diony. Illuminatio diuinorũ ad homines fit per Angelos. Quia Actuum 7. Et lex in dispositione Angelorũ est data, Et Heb. 1. Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Insuper excedunt in participatione diuini

Gene. 18. — Dani. 7. — Lib. 2. Ser. 33. — Act. 7.

Digitized by Google

uini luminis. Quia quid eſt quòd non videant, qui omnia videntem ſemper inſpiciunt. Inde exhauriunt quicquid ad nos diuinorum deferunt. Sed hæc veneratio Angelorum fuit vſque ad incarnationem Chriſti, quando natura humana in Chriſto per gratiam vnionis fuit vnita cum diuina in perſona verbi Dei, ſcilicet quando Verbum caro factum eſt, quia ex tunc natura humana in Chriſto fuit per gratiam vnionis ſublimata ſuper naturam angelicam, ex qua vnione Deus factus eſt homo, & homo Deus, ideo ex hoc & familiarior angelica, noſtra eſt natura cum Deo. Eſt etiam magis particeps diuini luminis, quia Chriſtus plenus gratia & veritate, cuius doctrina erat doctrina patris. De Chriſti ſcientia vide quolib. S. Tho. In ſignum huius. Angelus dixit Ioanni. Scribe. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt. Et cecidit Ioannes ad pedes eius, vt eum adoraret. Et dixit mihi. Vide ne feceris, conſeruus tuus ego ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu, ideſt, qui credunt teſtimonijs prophetarum, Deum adora & non me. Quaſi diceret. Ex quo Verbum caro factum eſt, iam natura humana in Chriſto me excedit in natura per gratiam, & in familiaritate, & participatione diuini luminis. Et inſuper in his per gratiam homines poſſunt me excedere, & exceſſerunt, vt beata Virgo de qua cantat Eccleſia. Exaltata eſt ſancta Dei genitrix ſuper choros angelorum. De alijs etiam ſanctis dicit Chriſtus. Filij reſurrectionis, erũt æquales Angelis, & Matthę. 22. Erunt ſicut Angeli Dei in cœlo. De his vide noſtram cõcionem vbi ſupra. Ideo Angelus in ſua ſalutatione cum magna reuerentia venit ad eã dicẽs ei. Aue Maria gratia plena, quia ſcilicet, excedis me ex verbi Dei incarnatione, quam tibi annuncio per gratiã in natura tua exaltanda ſuper choros Angelorum. Et in familiaritate ac participatione diuini luminis, quia Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & te obumbrabit virtus altiſſimi, & ideo Dominus tecum, ideſt, tota Trinitas. Et non modo totam angelicam naturam excedis, ſed etiam benedicta es inter mulieres.

Quol. 3. articul. 3.

Apoc. 19.

Luc. 20.

¶ Dicit ergo ei. Gratia plena, quia alijs Angelis, & hominibus data eſt gratia per partes, in te autem pleno poculo aduenit, ſcilicet, declinandi à malo, & operandi bonum, ad quem effectum gratia confertur, vt dicit S. Tho. Ipſa enim ſanctificata fuerat in vtero, vt de cætero nullũ actuale peccatum contrahere potuerit, ſicut dicit S. Auguſt. Quod nulli inter natos mulierum creditur fuiſſe conceſſum. Inſuper, & ſi Angeli fuerint creati in gratia, at nõ confirmati in ea, niſi poſt primam voluntariam in Dei conuerſionem, & hoc oſtendit caſus eorum. Beatæ autem Virgini data eſt ſimul & gratia & cõfirmatio in ea ſtatim poſt infuſionem animę. Gratia inſuper plena, per gratiam datam tibi operandi bonum meritorium, quo charitatis merito excedis noſtræ naturæ & gratiæ meritum. Inſuper adhuc excedis in natura, quia gratiam quã habuiſti in anima, redũdauit in corpus tuum, & refundiſti eam in carnem, vt de ipſa filium Dei conciperes. Vnde dixit ſibi Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi, vt decidatur in corpus ſicut lumen in lanternam. Ideo apoſt. dicit. Semen Abrahæ accepit, & non Angelorum. Inſuper excedis me in plenitudine gratię. ſ. in collatione meritorum, vt tuis meritis valeas omnibus ſuccurrere in ſuis neceſſitatibus. Vt ſicut filius tuus eſt cauſa ſalutis omnium, ita & tu ſis concauſa, & ſicut ipſe omnibus poteſt ſuccurrere in omnibus neceſſitatibus, ita & tu. Hoc enim donũ Chriſtus ſoli matri communicauit. Nam quamuis ſancti exorent pro nobis, & Iob hortetur. Voca & conuertere ad aliquẽ ſanctorum, ſi quis eſt qui tibi reſpõdeat. Tamen vidimus ſæpius noſtris exigentibus demeritis, interdum & ſancti expelluntur, nec exaudiuntur pro miſeris peccatoribus in ſuis orationibus, vt

Hebr. 1.

Iob. 5.

Hier.14.& 15. vt patet Hierem. Oranti pro populo. Et iterum dicit ibidem. Si steterint coram me Moyses & Samuel, nõ est anima mea pro populo hoc. Vide textũ, si vis. Et Amos. Pro tertia vice noluit orare pro populo, quia vidit Deum diffinitiue eos exterminandos, vt patet, per Teglat Phalasar, & Salmanasar, &c. Et idem habemus in legenda S. Bartholomæi, vbi exclusus fuit ab oratione, vt captiuarentur. Hoc igitur solum restat propitiatorium, per quod gratiæ pertranseunt ad miseros peccatores, quæ sola audax est irato, & super irato nostris iniquitatib. sua genuflexione succurrere, & buccinam concrepantem, iram & furorem exterminatiuum Dei comprimere, & lanceas eius mortales in sinum suum excipere, sicut habetur in legenda S. Dominici, & in vitis patrum ordinis nostri, nullus Angelorum & sanctorum ausus est buccinam, secundo & finaliter concrepantem bellum exterminatiuum contra genus hominum, comprimere, nisi sola Virgo Maria vt superius diximus. O miser peccator igitur vade ad gratia plenam. Quia Ber. dicit. Ille sileat misericordiam tuam ò beata Virgo, qui te in suis necessitatibus inuocatam nouerit te sibi defuisse. Vade ad eam quia idem dicit. Est gratia plena. In ventre gratia deitatis, in corde gratia charitatis, in ore gratia affabilitatis, in manibus gratia misericordiæ, & largitatis. Item vere gratia p ena, quia de plenitudine eius capiũt vniuersi, &c. Dominus tecum. Ideo vade ad eam, quia angelis & omnibus sanctis, Deo & toti Trinitati familiarior. Dominus tecum plusquam mecum, quia tu es sponsa Dei patris inseparabilis, qa tu es mater filij Dei patris naturalis, quia tu es templum Spiritus sancti, cuius plenitudine te totam inhabitat plusquam me. Vnde Ber. Dominus pater tecum, qui te genuit. Dominus filius quem carne tua induis. Dominus Spiritus sanctus tecũ, de quo concipis. Vade ergo ò peccator confidenter, quia sponsus charus charę sponsæ nihil negabit, sed vt Hester iratum Assuerum placabit. Vade, &c. qa filius charus charissimę matri, sicut & Salomon nihil negabit. Vade. &c. quia templo suo, quod plenissime adimpleuit Spiritus sanctus, nihil negabit, sed faciet ipsum vt Paulus ait gemitibus inenarrabilibus rogare pro te. Dominus tecum ò beata virgo propter peccatores, ideo non abhorreas peccatores, sine quibus nunquam fores, digna tanto filio. Alias auctoritates de beata Virgine habes in alijs locis, in quibus annotaui eas. Benedicta tu in mulieribus. Quia non solum excedis nos & Angelos in prædictis gratia tua, sed etiam omnes maledictiones Euæ conuersæ sunt in tuas benedictiones. Quoniam aliæ mulieres in conceptione integritatẽ corporis perdunt, sed tu benedicta es. Quia virgo ante partum, virgo in pa tu, & virgo post partum. Benedicta in portando filium tuum in vtero, quia cæteræ cũ onere & grauedine, sed tu lætabunda tanquam nubecula parua & leuis portans dominum tuum vt dicit Isai. 19. Benedicta, quia aliæ pariunt in dolore, de te autem scriptum est. Exultabit solitudo, germinãs germinabitur, & lętabunda, & laudans exultabit, & ideo merito per me salutata est per salutationem. Aue, quia Eua intulit. Vę omnibus sua superbia, tu autem tua humilitate omnibus gaudium & lętitiam attulisti, vt sicut Eua omnes à Paradiso & gratia Dei expulit, ita tu omnes ad Paradisum cœleste conduxisti, quia cantat sancta mater ecclesia. Per Euam nobis ianua cęli clausa est, & per Mariam iterum patefacta est. Et August. O beata virgo quas tibi fragilitas humana laudes potest impendere, quæ tuo singulari merito mundo succurristi perdito. Alias practicas & deuotas contemplationes addas, secundum quod Spiritus sanctus te impulerit, & deuotio ad beatam Virginem te excitauerit.

Marginal notes: Amos. 7. — 4. Reg. 15. 16. & 24. — Isai. 35.

SERMO

Digitized by Google

SERMO DECIMVS SEPTIMVS.

PROTEGIT BEATA VIRGO PECcatores, & abſcondit à Dei iuſtitia, & flagellis perſequentibus. Redit ad ea quæ ſunt incarnationis Verbi Dei, vſque ad vigeſimum quartum Sermonem incluſiuè, ibiq; finem imponit.

2. Reg. 17. ABſalon quærebat Ionathã & Achimas ad mortem, & per mulierem expandentem velum ſuper eos liberati ſunt. Vide hiſtoriam.

¶Moraliter Abſalon interpretatur pater pacis, ſignificare poteſt Ieſum Chriſtum vel Deum omnipotentem, qui eſt pater pacis, quia & Chriſtus venit ad pacificandum, quos cum patre condiderat. Vnde propheta eum vocat principem pacis, & patrem futuri ſeculi. Ionathas, & Achimas ſignificant, & corpus hominis peccatoris. Vnde Ionathas interpretatur Domini donatio, quia Deus inſufflauit in Adam ſpiritum vitæ, & fecit eum ad imaginem & ſimilitudinem ſuã. Achimas interpretatur, fratris mei on⁹, & denotat corpus, quod corrumpitur aggrauat animam ſecundum Sap. 9. & Paulus multa dicit in ſuis epiſtolis de grauitate corporis ad animam. Contra hos, pater pacis, ideſt, Deus amaricatur propter eorum offenſionem in eum, & praua demerita vtriuſque, ſcilicet, corporis & animæ. Quia anima dereliquit Deum factorem ſuũ, & extraxit ſibi ciſternas, quæ aquas continere non poſſunt. Et Deus per eam ex prauis ſuis voluptatibus, & erroribus blaſphematur quotidie, vt non ſit qui faciat bonum vſque ad vnum, & recognoſcat Deum factorem ſuũ per gratitudinem. Inſuper exponit corpus ſuũ omni voluptati, nihil negando cordi, & ſenſibus ſuis, quin omni voluptate fruantur. Nec eis poſſibile eſt aufugere manus domini, & cum inciditur in eas, dicit Paulus. Horrendum eſt. Serui aũt Dei patris miſſi ad capiendum eos, eſt iuſtitia ſeuera diuina, quandoque per ſeipſum operans, & exequens pœnam, quandoque per malos homines, quandoque per creaturam, quam armat in vltionem inimicorum ſuorum, vt dicitur Sap. 5. ſcilicet, peſte, fame, terremotus & huiuſmodi, quoniam ſi aſcendero in cęlum, tu illic es, &c. dicit Pſalm. Et iterum. Proſequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. Contingam illos, nec poterunt ſtare, cadent ſubtus pedes meos. hæc ibid. Practica per tribulationes quib. Deus perſequitur prauos. Sed tu miſer peccator habes ſolum hoc refugium, diuerte ab ira Dei ad domum mulieris, ideſt, beatę Virginis, de qua Chriſtus. Mulier, Ecce filius tuus. Et propheta. Mulier circundabit virum, quia habet puteum profundiſſimum ſuæ miſericordiæ, plenum omnium gratiarum aquis, de qua cantat eccleſia in canticis. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium. Hic puteus habet os apertum verſus cœlum, quia aſſidue exorat pro miſeris peccatoribus ſaluãdis. Et inter os ſuum, & cœlum ponit ve-

Digitized by Google

lum, quo cooperit miseros peccatores, ne capiantur ab ira Dei ad mortem & temporalem & æternam, quia ipsa se interponit inter eos, tamquam optima mediatrix, quam, vt dicit S. Bernar. mediatricem fecit Deus inter se & peccatores, vt non cognoscantur nec capiantur à pertranseunte iustitia & furore domini. Dicitque iustitiæ, vel irę tãquam Dei ministrę, non sunt hic, quos quæritis, quia pertransierũt gustata paululum aqua, & reuersi sũt in Hierusalem. Nam miser peccator. dum conteritur, in alium virũ se transmutat, vt appareat coram Domino, non esse Iacob lenis, idest, peccator sine virtute, sed Esau pilosus, idest, peccator humiliatus, cuius vestimenta, idest, bona opera redolét coram Deo, sicut ager plenus. cui benedixit dominus. Et quamuis vox peccatoris clamet vindictam coram domino, tamen manus, idest, operationes in sanctitatem vitæ mutatę, merentur benedictionem. Bene ergo dixit mulier, non sunt hic, quos quæritis, quoniam gustata aqua festinanter iuerunt in Hierusalem, idest aqua gratiarum per me impetrata, quam per contritionem & pęnitentiam sumpserunt festinanter, idest, absque mora, quia in quacunque hora peccator ingemuerit saluus erit, & Spiritus sanctus gratia nescit tarda molimina. Et isti merito contritionis & pœnitentiæ contusę & siccatæ sicut ptisana, & positæ super velum & os putei sub quo absconditi latebant, quia sub matris pietosissimæ gremio proteguntur contriti, & vadunt, & proficiscuntur secure versus Hierusalem, idest, militantem ecclesiam, demum inde trascendentes versus Hierusalem triumphantẽ, De hac ptisana contusa, & siccata pœnitentię dicit Paulus ad Coll. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. &c. Insuper exemplum habemus ad propositum, quòd dæmon dixit, de quodam peccatore contrito, quẽ alias bene nouerat iniquum, se eum ignorare contritum.

Insuper possis hanc totam historiã applicare, vt per Absalon intelligatur flagellum Dei in peccatores, sicut fuit Athila, qui se dixit fore flagellũ Dei. Et his nostris temporibus sunt Turchi, quoniam Deus propter peccata populi facit regnare hypocritas super terram, de quibus. Væ Assur, id est, Assirij, virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea, ad gẽtem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, aut auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. hæc ibi. Hi duo fugientes iram Dei, idest trãsgressores præceptorum Dei, quę sunt duo, in quibus tota lex continetur, diliges dominum, & proximũ sicut teipsum. Practica hic in quibus contra Deum fit transgressio, & in quibus contra proximum. De quibus lege Isai. Quos tandem ira Dei per ministros tortores ad mortem prosequitur. Sed his refugiũ solum est euadendi, declinare ad Virginem Mariam matrem misericordiæ, quæ ipsos auerteret cooperiendo sua misericordia, & oratione ab ira Dei. Sed eos necesse est, vt Niniuitas desiccari, & corã Dei flagello ostẽdi, mortificatos, quoniam hoc genus dæmoniorum non eijcitur, nisi in oratione & ieiunio. Et hæc via est peccatoribus redeundi in Hierusalem, idest, ad pacem, & cum Deo in reconciliationem. Aliter nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis, dicit Christus.

Isai. 5. Isai. 2.

Digitized by Google

SERMO DECIMVS OCTAVVS.

RECENSET VTILITATES INcarnationis Verbi Dei, ex Diuo Augustino potissimum, Gregorio,& Bernardo & quadruplici interpretatione declarat verba Esaiæ, Vidi Dominum sedentem super solium excelsum. &c. vbi & Dei misericordiam circa generis humani salutem ostendit, & sapientiam.

Isai. 6.

DIxit Isa. Vidi dominum sedentē super soliū excelsum,& eleuatum,& plena erat domus maiestate eius, & ea quæ sub ipso erant, replebant templū, Seraphin stabāt super illud. Sex alæ vni,& sex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius,& duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum,& dicebāt. Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus exercituū, plena est omnis terra gloria eius. Et commota sunt super luminaria cardinum à voce clamantis,& domus repleta est fumo. Et sententialiter in his verbis vult dicere Propheta. Vidi dominum imaginaria visione,& videbatur mihi quòd haberet effigiem humanam. Et erat sedens super solium excelsum, & eleuatum,quia in cęlo sedes eius erat. Et ita erat procerę staturæ, quòd pedes eius protendebantur vsq; ad templum in terra, & templum erat scabellum pedum eius. Et erat indutus, & ora vestimētorum eius extendebātur per totum templum,replens illud. Et maiestate eius plena erat domus, id est,templum. Et Seraphin, id est, Angeli ardentes charitate circa ipsum stabant sibi ad nutū obedientes. Et erant plures ordines Angelorum, vt aliqui dicunt, vel duo, vt alij. Et quilibet habebat sex alas,& duabus alis velabant faciē Dei, duabus velabant pedes eius & duabus volabant, vel vt alij dicunt facies suas, & pedes velabant. Et clamabant alter ad alterum. Sanctus, sanctus, sanctus. &c. plena est omnis terra gloria eius. Et commota sunt liminaria cardinum à voce clamātis, quia videbātur moueri parietes templi, & per consequens super liminaria ipsorum à voce Seraphin Deum laudantis, & proferentis sententiam contra Oziam vsurpantem officium sacerdotale, &c. quæ commotio significabat indignationem Dei contra iniquos.

Super q; hoc mane duo videbimus. Primo q; Christi incarnatio per maximā nobis attulit vtilitatem, vt merito maiestate eius plena fit tota terra.

¶ Secundo exponemus ad propositum nostrum historiam, vel visionem præassumptam.

Quo ad primum notandum, quòd non fuit necessarium Deum incarnari pro reparatione hominis, necessitate absoluta & sine qua non potuisset fieri. Quoniā in ditione Dei cuncta sunt posita, & nō est qui possit resistere voluntati eius. Qm̄ in omnibus suis operibus exterioribus ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Sicut igitur ex nihilo cuncta solo verbo suo creauit, ita sola voluntate sua & nutu suo posset recreare, & reparare hominē. Et sicut figulus optimus magister, vas per ipsum factum, sed fra-

Digitized by Google

ctum, valens est solo opere suo, ipsum melius efficere, quàm prius fuerat, sicut Hier. Proph. ostendit & dixit; Ita & Deus potens esset & per alium modum, genus humanum fractum, reparare, quia vt dixit Ioannes Baptista Hebreis se magnificantibus, quia pater ipsorum est Abraham. Potens est Deus ex lapidibus filios dei suscitare,
Matth. 3. sed conuenientiori modo non potuit homo reparari, quàm per incarnationem Dei. Quia in ipsa Deus se totum dedit homini, nec potest intelligi nobilior modus se cõicandi, quàm quòd vere & realiter homo sit Deus, & De⁹ sit homo, vt superius declarauimus. De hac tractione & communicatione dixit Deus per prophetam Hiere. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. s. per vnionem suppositalem, vt tu Deus esses, & ego homo. Itẽ quia hic modus est conuenientior quo ad finẽ hominis infirmi spiritualiter. Sicut medicina datur infirmo non qua potest sanari, sed qua melius secundum conuenientiam naturę eius. Et hoc duplici de causa primo, vt homo magis ex incarnatione filij Dei, eiusq; amore intenso in eius salutem, puocetur ad virtutes necessarias suæ saluti. 2. Vt causa huius tanti amoris diuini in hominem miser homo magis caueat à malo, & à peccatis iuxta dictum. Psal. Declina à malo, & fac bonum, inquire pacem & prosequere eã, quia oculi Dñi super iustos, & aures eius in preces eorum. Hæc. n. duo præcepta necessaria sunt huiusmodi ad salutem. s. facere bonum, & declinare à malo. Primo ergo vtilis est modus, hominem reparandi per incarnationẽ filij Dei, quãtum ad promotionem hominis ad bonum. Nam nobis tendentibus ad salutem æternã sunt quinque necessaria, quæ ad bonum nos promouent. I. Fides, spes, charitas, operatioque eorum executiua, & eorum præmium, quia vbi est amor, ibi est & operatio Nam secundum Grego. Si amor est, magna operatur, si autẽ amor non est, renuit operari, quoniam vbi est calor, ibi est vstio vel calefactio. Et quoniam virtuti operatę datur pręmium quòd in hac luce non potest esse, quia trãsit mundus & concupiscentia eius. Et præmium est exercitatiuum ad virtutes, permaxime si grande est præmium, tunc est maior excitatio ad virtutes, ideo ad salutem hominis spiritualem & sequelam virtutũ necessaria est præostensio, & pręmonstratio pręmij, quoniam omne opus graue, fit leue, cuius præmium præuidetur. Hæc omnia quinque nobis per filiũ Dei incarnatum ostensa sunt & clarissime declarata. Primo etenim per incarnationem eius ad fidei cognitionem permouemur. Nam quæ sunt fidei, sunt supra naturã hominis, & talia erat difficile homini credere. Est fides sperandarum substantia. i. fundamentum rerũ, Heb. 11.
argumentumq; non apparentiũ. Pluri Eccle. 3.
ma. n. supra sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos n. supplantauit suspitio eorũ, & in vanitate detinuit sensus illorum. hæc ibi. De quibus rebus occultorum fidei, magis certificamur ex hoc, ꝙ credimus ipsi Deo loquenti personaliter nobis. s. ore ad os per suã incarnationem, in similitudine hominis existenti, & clariori modo quàm est locutus Moysi ore ad os, per angelum, legem dãdo vt dicit S. Stephan⁹.
In mõte Synai, cui data est lex per An Act. 7.
gelum, in manu mediatoris. s. Christi, quia secundum Paulum. Mediator est Christus, vt duraret quantũ Christus vellet. Et hic Christus non solum est mediator inter Deum & populum Hebræum, sed etiam est mediator inter Deum, & populũ Gentilem, qui Chrs est mediator vnus, quia verus Deus.
De hac fide per Christũ fundata dicit Gal. 3.
Aug. Vt homo fidentius ambularet ad Aug. 11 de
veritatem, ipsa veritas, Dei fili⁹, hoĩe ciuit. Dei.
assumpto cõstituit atq; fundauit fidẽ.

Secundo ad spem erigimur acquirendi quæ fides prædicat per Christũ incarnatum talia declarantem sperare, qui est via veritas & vita. Et qui est Deus, qui non potest mentiri, sed in promissis est fidelissim⁹. Paulus fidelis

sermo & omni acceptione dignus, qa Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere. Psalmus. Fidelis Deus in omnibus verbis suis. Quantum igitur ad virtutem spei inuisibilium sperandorum bonorum maxime erigimur per incarnationé verbi Dei. Vnde August. Nihil tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram, quā vt demonstraretur nobis, quantum diligeret nos Deus. Quid vero huius rei indicio isto manifestius, quàm q Dei filius naturæ nostræ dignatus est inire consortium. Hoc August. contemplatur. Desperare vtique possem proprer nimia peccata præterita, & quæ indesinenter quotidie ago corde ore & opere. Tu hic per peccata discurre, nisi verbum tuum Deus meus caro fieret, & habitaret in nobis. Sed desperare iam non audeo, quoniā per mortem tulit chyrographum peccatorum nostrorum. In ipso autem securus respiro, qui apud patré interpellat pro nobis. In ipso confisus ad te peruenire desidero, in quo iam resurreximus, & reuiximus iam in cœlum conscendimus, & in cœlestibus consedimus, hæc Aug. sententialiter.

1.Tim.1.

Aug.3. de Trinit.

August. in manuali. 13. cap.

Tertio. In charitatem Dei prouocamur ex intensa dilectione diuina, quia naturam humanam noluit saluare alio modo, cum potuerit, sed per incarnationem suam & attractionem eiusdem naturæ humanæ ad suppositum suum diuinum. Ex hoc etenim consortio ostendit maxima charitate nos dilexisse, & incitat nos ad intésam reamationem eius. Vnde August. in libro de catechizandis rudibus. Quæ maior est causa aduentus domini, nisi vt ostenderet Deus dilectionem suam in nobis. Et subdit. Si amare pigeat, saltem reamare non pigeat. Quoniam nihil turpius, quàm amori, & beneficijs amici non respondere, quantum vales. Deo autem non possumus satisfacere alio modo meliori, cum bonorum nostrorum non indigeat, à quo sunt oīa bona nostra, quā per amorem cordialem. Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant. De hoc Dei amore contemplatur August. in suo manuali. Deus amore venit ad homines, venit in homines factus est homo. Amore Deus inuisibilis seruis suis factus est similis. Amore vulneratus est propter delicta nostra. Tuta & firma requies est infirmis, & peccatoribus in vulneribus Saluatoris. Securus illic habito, patent mihi viscera per vulnera. Per foramina corporis patent mihi archana cordis. Patet magnum pietatis sacramentum. Patent viscera misericordiæ Dei nostri in quibus visitauit nos oriés ex alto. Vulnera Iesu Christi plena sunt misericordia, plena pietate, plena dulcedine & charitate, copiosa redemptio data est nobis in vulneribus Iesu Christi Saluatoris nostri. Magna multitudo dulcedinis, plenitudo gratiæ, & perfectio virtutum. Hæc Aug.

Prou. 23.

Aug. 21.

Quarto. Per incarnationem Christi excitamur aggredi vitam virtuosam, & opera quæ sunt ad salutem animę nostræ, considerantes vitam Christi Dei & hominis, quæ fuit exemplar indefectibile sanctæ & virtuosæ conuersationis. Nam plurimum exempla proborum virorum mouent, & excitant ad virtuosa opera, & eo magis cum in talibus imitandis viris nihil funesti, vel deuię maculę inuenitur. Vnde & Plato solitus erat dicere. Sapienti regi non est necesse vti armis, aut minis contra multitudinem, quia probata virtus principis, quam populus summo studio respicit, est, quæ populum ad virtutem compellit. Hoc confirmat & Paulus, qui dicit prima Corinth. 11. Imitatores mei estote, sicut & ego Iesu Christi. Et quamuis etiam hominum proborum facta virtuosa excitent ad virtutes, nihilominus, quia vt Psalmus dicit. Omnis homo est mendax, & vita humana quandoque multis malitijs est cōoperta, ideo Deus incarnatus est, vt sit regula infallibilis probatę virtutis, in quo nullum potuit cadere vitium iuxta illud Ioannis. Quis arguet

me de peccato? Et ego sum via veritas & vita. Via scilicet rectæ operationis, quæ conducit in vitam æternam. Ego sum veritas in quo non potest cadere vlla fictio. Ego sum vita, quia si quis per me introierit pascua ęternę vitę, inueniet. Vnde August. in ser. de natiuitate dicit. Homo sequendus non erat, qui videri poterat. Deus sequendus erat qui uideri non poterat. Vt ergo exhiberetur homini, & qui videretur ab homine, & quem homo sequeretur, Deus factus est homo. Hæc ille. Propterea dicit Paulus. Imitatores Christi estote sicut filij charissimi. Et Christus. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Et Iob. Vestigia eius secutus est pes meus. Et Deus Moysi. Inspice, & fac secũdum exemplar, quod tibi in monte, idest, in Christo qui est excisus à monte diuinitatis sine manibus humanis, vt dicit Daniel, monstratum est. Et Micheas. Egressus eius à diebus æternitatis, quia & Deus pater dixit de Christo Discipulis in mõte Thabor, dum audita est vox eius. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. De quo. Psal. Audiam quid loquatur dominus Deus in me, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Et infra. Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos.

Exod. 25.

Quinto, vtilitas nobis maxima quę non potest esse maior prouenit ex incarnatione verbi Dei, propter plenam participationem diuinitatis, quæ est vera hominis beatitudo, & finis humanæ vitæ. Nam per incarnationem Verbi Dei humana natura assũpta est ad suppositum diuinum vt hominem etiam in beatitudine beatificaret, & glorificaret, & secundum Aug. in Ser. de natiuitate domini. Factus est Deus homo, vt homo fieret Deus. Ex quo dono & in fide solidamur. & in spe firmamur, & in charitate accendimur. Et in auctorem vitæ inspicientes, incitamur ad virtutem & ad gloriã ęternam. Paul. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficiẽtes, idest. Imitemini Iesum Christum in suis passionibus & virtutibus, quia hæc sustinuit propter exemplar nostrum, ne nos deficiamus pro ipso pati, cum ipse pro nobis patiens non defecit. Et. 13. cap. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum suum, extra portã passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, idest, fructum labiorum confitentium nomini eius, hæc Paulus. Prędicta omnia contemplans August. in libr. medi. dicebat. Hæc nempe mihi tota spes est, omnisque fiducia. Est enim in ipso Iesu Christo domino vniuscuiusque nostrum, portio, caro, & sanguis. Vbi ergo portio mea regnat, ibi me regnare credo. Vbi caro mea glorificatur, ibi gloriosum me cognosco. Vbi sanguis meus dominatur, ibi dominari me sentio. Quamuis peccator sim, de hac communione gratiæ non diffido. Et si peccata mea prohibent, substantia mea requirit. Et si delicta mea me excludunt, naturę communio non repellit. Non enim tam immitis est dominus, vt obliuiscatur hominis, & non meminerit ipsius, quẽ ipse gestat, & quem mei causa suscepit, vt eius causa non me requirat. Mitis enim & valde benignus est Dominus Deus noster, & diligit carnem suam, membra sua, & viscera sua. In ipso Deo & domino nostro Iesu Christo dulcissimo, benignissimo, atq; clementissimo, in quo resurreximus, & iam cœlos ascendimus, & iam in cœlestibus consedimus, caro nostra nos diligit. Habemus autem sanguinis nostri prerogatiuam in ipso. Sumus autem membra eius & caro eius. Ipse denique est caput nostrum, ex quo totum corpus est, sicut scriptum est. Os

Hebr. 12.

14. cap.

Digitized by Google

ex offibus meis, & caro de carne mea, & erunt duo in carne vna. Et nemo vnquam carnem suam odio habet, sed fouet & diligit eam. Mysterium hoc magnum, ego dico in Christo, & in ecclesia, ait Apost. Hæc Aug.

Secunda causa vtilitatis est, incarnationis verbi. Ad remotionem mali, quia nõ satis est ad salutem facere bonum, sed etiam declinare à malo, ad quod declinandum maxime & potissime instruimur, & excitamur per verbi Dei incarnationem. Et hoc quinque modis. Primo per incarnationem Christi instruitur homo, ne sibi diabolum præferat Christo, & eum veneretur, qui est auctor peccati. Paulus. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Et infra. Nolite locum dare diabolo. Vnde August. Quandoquidem Deo potuit sic coniungi humana natura, vt fieret vna persona, superbi illi maligni spiritus non ideo se audeant homini præponere, quia non habent carnem. Hæc ille. Liberati igitur à seruitute Pharaonis, & ab eius tyrannica seruitute in magnis portentis, & signis diuinis, vt clare patet in Christi Euãgelijs. Et subpeditata eius corona per Moysen, hoc est per Christum, idest, diabolica potestate magni luciferi, & satellitum eius, cui seruiebamus in lateribus, & luto, & paleis, idest, in vanitatibus, & spurcitijs ac varijs peccatis, luteam domum in hoc mundo ædificantes, & de futura patria minime curantes, liberati, in quam per Iesum Saluatoré nostrum, qui nos sanguine suo, & Spiritu sancto in aqua baptizatos lauit à peccatis nostris, in eademque suo sanguine & aqua baptismi submergens totã virtutem diaboli, iterum non subijciamur potestati eius. Nec imitemur Hebræos ingratos, qui post tantam tamque mirabilem liberationem ab Ægyptiaca seruitute, vitulum diabolicum constituerunt in Deos suos, saltantes & tripudiantes coram eo, ne ira Dei descendat super ingratos, & derelinquat nos in potestate eius, à qua per Dei misericordiam erepti sumus.

Eph. 4.

Aug. 13. de Trinit.

Secundo instruimur per hoc quanta sit dignitas humanæ naturæ, ne eã inquinemus peccãdo. Quamuis enim magna dignitas eius sit, quia facta est ad imaginem & similitudinem Dei, tamen adhuc nobilitata est ad summum gradum, ad quod diuina virtute per gratiam Dei poterat ascendere per incarnationem verbi Dei, per quam (vt diximus.) Homo Deus, & Deus homo factus est. Vnde August. libro de vera religione. Demonstrauit autem nobis Deus, quã excelsum nomen inter creaturas habeat humana natura, in hoc quòd hominibus in vero homine apparuit. Et Leo Papa in Sermo. de Natiuit. Domini. Agnosce, ò Christiane dignitatem tuam, & diuinæ cõsors factus naturæ, noli in veterem vilitaté degeneri conuersatione redire. Tantæ etenim dignitatis est effecta humana natura ex verbi Dei incarnatione, vt noluerit apprehédere angelos, sed nouem choros Angelorum tam nobilem creaturam pertransiens, exinaniuit se formã serui accipiens, & semen Abrahæ apprehédens. Noli ergo consors effectus diuinæ naturæ, & super angelicam naturam in Christi humanitate eleuatus degeneri conuersatione transformari, ne dicatur tibi, illud Hierem. Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum, quomodo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me dicit dominus Deus. Quomodo dicis nõ sum polluta, post Baalam non ambulaui? Hæc ibi. Hier. 2.

Tertio ad præsumptionem hominis tollendam, quia per seipsum non poterat liberari à diaboli captiuitate, cui se sponte subiecit in primis parentibus, gratia Dei nullis nostris meritis precedentibus in homine Christo in nobis commendatur, vt dicit August. Paulus. Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei

Lib. 13. de Trinit.
Eph. 2.

Digitized by Google

enim donum estis, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Et Isai. Gratis venundati estis, & redimemini sine argento. Et iterum Paulus. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abũde per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Fidelis sermo est. Et de his volo te confirmare, vt curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo. Hæc sunt bona & vtilia hominibus. Hæc ille.

Esai. 51.

Titum. 3.

¶ Quarto, quia superbia hominis, quæ maxime impedimento est, ne inhæreat Deo, per tantam Dei humilitatem redargui potest atque sanari, vt dicit Aug. ibi. Nã dum homo in Dei altitudinem, & excellentiam per contemplationem ascendit, & animaduertit ꝙ filius Dei, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se ęqualem Deo, & tñ propter nos homines tam viles, & sibi ingratos exinaniuit se, formam serui accipiẽs, vt nos exaltet in die Resurrectionis, reconciliando patri suo per mortem suã turpissimam, scilicet, crucis in qua pendens erat maledictus à Domino. Deutero. Nullis nostris meritis, sed demeritis existentibus, vere tunc humiliabit se, & suam superbiam, & præsumptionem deponet in obsequium Christi. Abacuch Propheta hæc contemplans dicebat. Domine audiui auditum tuum & timui, & in fine concludit. Ideo ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo, idest, & non in mea præsumptione, quia Dominus fortitudo mea. Hæc ille.

Deut. 21.

Quinto, Venit ad liberandum hominẽ à seruitute peccati missus à Deo in signis & portentis, nobiliori modo, quàm Moyses ad liberãdum Hebræos ab Ægyptijs & seruitute eorum. & in figura huius liberationis Aioth, qui vtebatur eodem modo vtraque manu sicut dextera ita & sinistra, vt habet. Pugione occultato sub veste sua percussit Eglon tyrannum, qui captiuos sub graui iugo Hebræos detinebat, qa Christus verus Deus, cuius est ęqualis potestas cum patre suo, non minoratus in sinistra manu. i. ex incarnatione per sinistram signatam, non est minoratus sua potentia diuina per dexteram signatã, sed quando voluit habuit potestatem dimittendi animam, & iterum reassumendi eam. Et quãdo voluit ostendere potentiam diuinitatis, & quando voluit eam per carnis infirmitaté occultare in eius erat potestate. Et has occultationes virtutis suæ, eo vsque abscondit, quoad Luciferum suæ diuinitatis gladio & potentia humanitate vestitus in cruce perfoderet dicens. Nunc princeps huius mundi in me non habet quicquam, & nunc eijcietur foras. Ex cuius perfossione oẽs immunditiæ eius exalarunt, quia Christus electos suos docuit omnia idola dæmonia esse, & omnia regna eius & actiones, immunditias & fętores esse, conducentes suos sequentes ad æternum fętorem inferni, vbi erit fœtor & stridor dentium. &c. vide de hoc Paul. Et vos cum mortui essetis in delictis & preputio carnis vestræ, cõuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delẽs quod aduersum nos erat chyrographũ decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affligens illud cruci, & expolians principatus & potestates, traduxit confidenter palam triumphans illos in seipso. Hæc ille.

Iudic. 4.

Coll. 2.

¶ Insuper Sanctus Lucas Euangelista, ponit septem vtilitates. Aduentus Christi, vel incarnationis Verbi Dei, dicens ex parte Christi. Spiritus Dei super me, propter quod vnxerit me. Vbi per ordinẽ dicit se missum fore. Primo. Ad pauperum consolationem dicens. Euangelizare pauperibus misit me. Secundo ad contritorum sanationem, dicens. Sanare contritos corde. Tertio. Ad captiuorum liberationem dicens. Prædicate

Luc. 4.

dicate

Digitized by Google

dicare captiuis remissioné. Quarto. Ad cęcorum illuminationem dicens. Et cęci visum 5. Ad peccatorum remissionem dicens. Dimittere confractos in remissionem. 6. Ad totius humani generis redemptionem dicens. Predicare annum Domini acceptum. 7. Ad meritorum retributionem dicens. Et diem retributionis. Et his dictis Christus addidit Sinagogæ, vbi hæc prædicabat, dicens. Quia hodie impleta est hęc scriptura in auribus vestris, & omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius. Hæc facta sunt, cũ in Nazaret, in Sinagogã aduenienti, & prędicanti, traditus est illi liber Isa. proph. Et vt reuoluit librum, inuenit locum. vbi prædicta erant. S. Aug. ponit tres vtilitates dicens. In isto seculo maligno quid abũdat, nisi nasci, laborare, & mori? Hæc sũt mercimonia negociationis nostrę & ad tales merces mercator ille descẽdit. Et quia omnis mercator dat quod habet, & accipit quod nõ habet, Christus in hac mercãtia dedit, & accepit. Accepit quod hic abundat, scilicet nasci, laborare, & mori. Dedit renasci, resurgere, & in ęternum regnare. Ideo autem venit ad nos cęlestis negotiator accipere contumeliam, & dare honorem, subijre mortem, & dare vitã, haurire ignominiam, & dare gloriam. S. autem Grego. ponit quatuor vtilitates dicens. Expectatus Christus venit, veniens noua docuit, docens mira exercuit, mira faciens, praua tolerauit. Insuper. S. Bernar. alias vtilitates ponit dicens. Triplici morbo miserabiliter laboramus. Nam & faciles sumus ad seducendum, debiles ad operandum, & fragiles ad resistendum. Si discernere volumus inter bonum, & malum decipimur. Si tentemus facere bonum deficimus, si conamur resistere malo, superamur. Necessarius est proinde saluatoris aduentus, vt in nobis per fidem habitans illuminet cęcitatem nostram, & nobiscũm manens adiuuet infirmitatem nostram, & pro nobis stans fragilitatem nostram protegat, & propugnet. Et iterum dicit. Venio vt errantes corrigam, & infirmantes adiuuem, & dubitantes in fide affirmem, & bene agentium fructibus perfectis, quasi suauissimis pascar & certantes ab hostium defendam insidijs, & victores hostiũ perpetuę visionis meæ corona remunerem. Hæc Bern. super cantica. super illud. Veni in hortum meum. Et idem in quadã Epistola. Nemo hominum nouit, nec noscere potest ad plenum, quid boni ad gratiam, quid congruentię ad sapientiam, quid decoris ad gloriam, quid commodi ad salutem penes seipsam contineat, huius venerandi misterij, scilicet humanæ redemptionis inscrutabilis altitudo, hæc ille. Et breuiter vt idem dicit. Venit medicus ad egrotos, redemptor ad venditos, ad errantes via, ad mortuos vita. Hæc ille.

Isai. 61.

Ber. super can. lib. 3.

Figuralis expositio
Pars II.

NVnc exponamus visionem Isaiæ ad propositum nostri sermonis. Vbi pro intellectione historiæ est intelligendum. Hãc visionem vidit Isa. ad comminationem Ozie regis Iuda & populi sui, qui impinguatus a Domino ambiuit, vt sacerdotis officio vteretur, incensum dando super altare, quod erat officium sacerdotis. Et non curans inhibitionem sacerdotum ex eo quòd non liceret sibi incensare altari, fuit a Domino ibi ante altare incensi lepra percussus a capite vsq; ad pedes. Et terremotus magnus super terram in Hierusalem pergrandes ruinas fecit. Et ipse ab Ecclesia secundum legem de leprosorum sequestratione est non absq; vituperio a sacerdotibus expulsus, & extra ciuitatem a consortio hominum vsq; ad mortẽ separatus. Dicit ergo Isa. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatũ. In tota hac visione Esaias vidit, & prophetat Christum incarnatum de præsenti, quia apud prophe-

tas

tas futura sunt præsentia, quoniam ex diuina certa reuelatione loquuntur, apud quem futura sunt tanquam præsentia. Ideo dicit in præsenti. Vidi Dominum. Vbi nota quòd visio prophetalis quatuor modis fit. Vno modo per infusionem intelligibilium specierum, sicut in Dauid, & Salomone. 2. Per impressionem sensibilium formarum mediante sensu exteriori, sicut Daniel vidit scripturam parietis, quã Baldasar non viderat. 3. per infusionem luminis intellectualis, sicut in Ioseph qui somnium Pharaonis exposuit. 4. Per imaginarias formas a Deo impressas vel a sensu receptas diuinitus, tamen ad aliud quàm ad ea quæ foris sunt ordinatas, propter quod nosse, est talium formarum significationé intellectualem conoscere, aliter non esset prophetica visio, quoniam intelligétia est opus in visione. Hinc quoq; in tali visione oportet fieri alienationem seu abstractionem a sensibus, ne apparitio referatur ad ea quæ exterius representantur, sed ad ea quæ per talia significantur: Quemadmodum Isa. Vidit ollam succensam, per quam intendebat significari incensionem tépli, & Hierusalem. Et hoc modo hic Isai. vidit Dominum, idest Angelum in persona Domini, non enim erat ipse Dominus, sed Angelus eius in ipsius persona apparens secundũ Dion. v. cap. cælestis Hierarchiæ, propter quod Dominus appellatur. Sicut & quando Moysi Angelus loquebatur, Dominus interdum vocabatur, quia ex parte Dei sibi tunc loquebatur, vt patet in Exo. Dicit ergo. Vidi oculo imaginario per formas mihi a Deo impressas in imaginatione, Dominum. Nomen, Dominus, est nomen timoris quia seruus timet Dominum ratione pęnarum secundum dictum prophetæ; Si ego Dñs vbi est timor meus. Quasi diceret regi Oze. Vidi Dominum paratum ad te verberandum propter tuam ambitionem, quia Christ⁹ dicit: Seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens, vapulabit multis plagis. Vidi Dominũ sedentem &c. idest qui misericordia te per incarnationem, & passionem est redempturus per iustitiam in iuditio sedens pro tribunali ad dexteram patris te est condemnaturus. Dicit. Sedentem super solium. In hoc ostenditur quod De⁹ non est acceptor personarum vt dicit S. Petrus in actibus. Sed iudicabit, cũ aduenerit in iudicio iudicare non respiciens nec a dextris, nec a sinistris, odio, amore, spe, aut timore. Ideo solio quadrato, quod ex qualibet parte bene, & firmiter sedet, similatur sessio eius. Sicut dicit philosoph⁹. Quadratum est quod ex qualibet parte bene sedet, quod ad virtuosos stabiles in suis virtutibus refertur. In hoc etiam quod dicit. Vidi Dominum. Scilicet in effigie humana sedentem, nó patris sed filij personam exprimit, cuius est humanitatem assumere vt dicit. S. Paul. Exinaniuit se formã serui accipiés &c. & habitu inuentus est vt homo. Et propheta Baruch. Post hęc in terris visus est, & cum hominibus cóuersatus est. Hic Dominus visus erat magnæ formę, quia solium eius erat in cęlo. Et totum templum scabellum pedũ eius ad denotandum diuinitatem eius quã habet eandem in cęlo cum patre humanitus, & eius humanitatem quam habet in mundo in templo. i. vtero có secrato virginis Mariæ. Vnde infra. cap. 66. Cęlum mihi sedes est, terra scabellum pedum meorũ, & Psal. Dominus in templo sancto suo, Domin⁹ in celo sedes eius. Et dicit quòd sedebat stabiliter in cęlo, quia in nullo in Dei filio facta est mutatio, ex eo quòd humanitatem assumpsit, sed in templo solum omnia mirabilia facta sunt in humana natura assumpta, vt in superioribus sermonibus ostendimus. Sedes eius excelsa est, & eleuata in cęlo, quia incarnatio filij Dei est ita admirabilis, quòd excedebat intellectũ omnium tam inferiorum quàm superiorum Angelorum, & hominũ, quia scriptura dicit Ecclesiastici. 3. Plurima quæ sunt supra sensum hominis, osten-

Paul.]

Baruch. 3.

Corin.2. ostensa sunt tibi. Et Paul. Quæ sunt Dei nemo nouit nisi Dei spiritus. Et erat vestitus, quia similis nobis carne humana indutus vt Paulus ait. Apparuit &c. Et maiestate eius plena erat domus, quia & beata virgo quæ fuit templum filij Dei, repleta est maiestate diuina, sicut Angelus Gabriel sibi dixit. Aue gratia plena. Et spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Item plena erat domus, idest humanitas filij Dei maiestate eius, Quia vt dicitur. Plenum gratiæ & veritatis, perinde vt alias diximus, Dei ex incarnatione ꝓdicata homini conueniunt. Item plena erat domus, ideſt templum Hierusalem, & Iudea maiestate eius, in prędicationibus, & virtutibus eius diuinis iuxta illud. Bene omnia fecit &c. Sicut clare de his prophetæ prædixerunt, & Euangelistæ visa & audita nobis retulerunt, & Ioannes dicit in sua canonica. Vide capitulum in canonica sua. Et ea quæ sub ipso erant. i. vestimenta eius quæ pedes eius tegebant, quia ora vestimentorum eius quæ erant sub pedibus eius replebant templum, quoniam & Apostoli, ac successores eorum repleuerunt templum, q sunt ora vestimẽtorum Christi, quos suos successores fecit, & quibus dedit auctoritatem suam diuina opera faciendi, & admiranda prædicandi, dando eis os, & sapientiam, cui non poterant resistere omnes aduersarij, vt clare patet in actibus Apostolorum, & in vitis doctorum, & martirum Ecclesiæ, & permaxime claret in admirabili conflictu, & victoria sancti Stephani, & in Apostolis hoc etiam claruit in speciali, ac alijs sanctis in actis Apostolorum, maxime in die Pentecostes, quando descendit spiritus sanctus in igneis linguis super eos, sicut cãtatur in Epistola in missa eiusdem solennitatis, vt stupori essent omnibus hominibus linguarum, quæ sub cęlo sunt, & præsentes sunt ibi inuenti, audientesq; eos loqui lingua sua magnalia Dei, dicebant. Nonne isti Galilæi sũt?

Io.1. (margin)

Io.1. (margin)

Et quomodo vnusquisq; nostrum audit eos, lingua sua illos loquentes magnalia Dei? Act.2.

¶ Seraphin stabãt super illud. i. Angeli sancti, qui sunt ardentes in amore Dei. Nomẽ enim proprium Seraphin, hic propter ardorẽ charitatis in Deũ, ex incarnatione verbi Dei, cuius administratores facti sunt in salutem generis humani, omnibus Angelis attribuitur. Quia vt dicit Pau. Omnes facti sunt administratores spiritus in salutem nostram. i. secundum diuersitatem officiorum eorum, ad quæ deputantur a Deo ordinante. Et Seraphin stabant super illud. Sex alę vni & sex alę alteri. Secundum 70. interpretes stabant ad obsequium eius præparati quemadmodum apud Daniel. Millia milium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Vnde secundum eos non erant duo tantum Angeli, vt Lyra exponit, sed plures, qa plurium est circundare sedentem, non autem duorum. Lyra autem dicit secundum propriam expositionem, quòd erant duo tantum Seraphin, quorum alter a dextris, alter a sinistris ei stabant. Et non intelligitur super illud. i. supra Deum quòd starent, sed supra templum Dei. Et isti Angeli quicunq; fuerint, non sunt secundum Dionisiũ, nec de summa nec de prima Hierarchia, sed de numero eorum qui ad exteriora misteria transmittuntur, quẽ madmodum Dionisius a Paulo, Apostolicisq; viris edoctus testatur. Verũ tamen Seraphin dicuntur, vel quia ab Angelo de ordine Seraphin missi, atq; in eius persona apparentes, sicut est dictum, Angelum quandoq; Dominũ appellari, qa ex parte Dei missus est loqui. Vel propter cõuenientiã quam habent cum Seraphin. s. propter effectum. Seraphin nanq; incalescens siue incendens interpretatur. Et quilibet illorum habebat sex alas. quamuis varie hoc exponatur, cur sex alę dicãtur, tamẽ sufficit nobis hæc expositio. Nã dicitur hic sex alę vni. i. duas alas habebant post terga reuolutas super ca

Paul. ad Heb. (margin)

Daniel.7. (margin)

Digitized by Google

put eorum, vt cooperirent oculos eorum, duę alię erant ad pedum velamé inferius, & duabus alis volabant. Vel alę istę velantes, duæ velabant faciem Dei in cęlo, duę pedes eius in terra, & duobus volabant. Nam vt in superioribus sermonibus ostédimus, quędam Deo côueniunt, creaturæ tamen ignota sunt secundum deitatem suam consideratus: Quædã autem ei attribuuntur quo ad humanitatem eius. Et hæc duo genera diuinorum secretorum solus ipse per naturam cognoscit. Ideo August. dicit. Scio quòd natus est fili⁹ Dei, sed quomodo natus sit hoc non licet inuestigare. Quasi diceret. Excedit omnem intelligentiam. Ad denotandum ergo hæc occulta diuina misteria omni intellectui creato velabãt faciem suam, dum diuina secreta trinitatis considerarent. Quasi dicerent. Hæc per naturam nostram excedunt nostrum intellectum. Similiter dum consideramus quòd homo sit Deus, & Deus homo, velamus pedes nostros. i. abscondita hæc misteria pedum. i. humanitatis Christi, sunt nobis ignota a natura, & de his reuelatis nobis misterijs admiramur, nec in talem solem lucidissimum occultorum diuinorum sicut Noctua claris oculis possum⁹ respicere, vt ea comprehendamus, sed limitibus nostris simus contenti volare per diuina opera naturalia, q̃ Deus quasi per naturam suam creaturæ cómunicauit, vt superius diximus. De hoc scriptura. Altiora te ne quęsieris, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Et in signum huius, si intelligis, velabant faciem Domini, & pedes eius, quod in idem reddit. Quasi dicerent Deo: Non possumus intuitum nostrum figere in claritatem occultorum tuorum, tam diuinorum quã humanitatis tuæ misteriorum, sed a te mendicamus, vt confortes intuitũ nostrum per lumen tuæ claritatis, vt te & tua super naturam nostrã dona intueri quoquo modo valeamus. Quoniam nisi lumen gratię tuæ sicut ocularia interposueris inter obiectũ tuũ absconditum, & nostrum debilem intuitum, cęci remanemus in tam mirabili intuitu sapientiæ tuæ. Et sunt sex alę, quia sex sunt opera Dei in sex diebus operata, & expleta in creatura, vt liber Genesis certitudinaliter nobis declarat per omnes species creaturarum: Quæ nisi essent a Deo taliter nobis declarata credenda secundũ nostri debilitatem intellectus, in infinitos errores circa Deum, & creaturas laberemur, sicut accidit in Philosophis naturam indagantibus, de quorum erroribus circa Deum, & naturã, non est quasi terminus. Et hæ alę sũt etiam binę, quia duo testamenta concorditer de diuinitate, & humanitate Christi, ac creaturis eius nobis proloquuntur. Et non solũ vetus testamentum per Angelos. i. in dispositione Angelorum est Moysi reuelatum: sed etiã nouum incepit ab angelica salutatione, vt patet de salutatione Angeli ad Mariam, &c. Et nota etiam pro morali instructione q̃ pedes Dei in templo erant cooperti, ad denotandum quòd maxime in Dei Ecclesia cum magna reuerentia, in incessu, statu & habitu coram Deo standum est. Practica de his. Similiter ad denotandum, quòd noster habitus debet esse honestus & non leuium personarum. Paul. Imitatores Christi estote sicut filij charissimi.

Eccle. 3. *Paul.*

¶ Et clamabant alter ad alterum. In hoc cognoscitur conformitas Angelorum adinuicem intellectionis, & volitionis diuinæ, & quòd simul in admiratiua charitate in Dei laudes prorũpunt, considerantes opera Dei admiranda, vt Abacuc dicit in Cãtico. Domine audiui auditionem tuam, & timui, & ibi perpulchrè & clare prosequitur de salute humani generis per incarnationem Christi, & de Christi gloria clamabant quasi se hortantes ad Dei laudes, cum. Psal. dicentes vna nobiscum. Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius, & iterum. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Proclamant te san-

Abacuch.

Digitized by Google

sanctus, ad denotandum trinitatem personarum, & dicunt semel Dominus, ad denotandum vnitatem sanctissimã & purissimam eius essentiæ. Et dicunt Deus exercituum, quia ipse est non solũ De⁹ Angelorũ, sed toti⁹ naturæ, & cursus eius, tanq̃ militũ currẽtiũ in executioné voluntatis sui præfecti.

¶ Plena est omnis terra gloria eius, quia. In omnem terram exiuit sonus eorũ in verbis & factis diuinis. Et hæc opera christianorum sunt Christi, q dixit eis. Si fidem habueritis, maiora quam ego feci, facietis. Ideo soli Deo est gloria danda. Qm̃ vt dicit August. Quicquid in nobis est, aut est Deus, aut est Dei. Ideo sibi soli gloria, & honor. Et nos in ipso gloriemur cũ Apostolo. Et commota sunt super liminaria cardinum a voce clamantis, vel qa ad incarnationem Christi, & prædicationem Apostolorum diuinitatis, & humanitatis Christi cum admirandis signis totus mundus commotus est. Pau. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, nobis autem virtutem Dei, & Dei sapiẽtiam. Vnde a Christi natiuitate vsq; ad mortem eius, & permaxime post ascensionem eius in cęlum, fere infinita mala attentata sunt contra Apostolos, & Christi prædicatores, sicut patet ex legendis eorum & actis Apostolorum. Sed domus Christi.i. Ecclesia Christi impleta est fumo incensi boni odoris fidei formatę bonis, & virtuosis operibus, quoniam ex his persecutoribus Iudæis, & gentibus, Christi Ecclesia est mirabiliter edificata, iuxta Psal. Lapidem, quem reprobauerunt edificãtes, hic factus est in caput anguli, a Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris.

Matth.7. Io.14.

SERMO DECIMVS NONVS.

POST DEMOSTRATAM CONGRVENTIAM incarnationis Christi, aliquibus rationibus, & figurali expositione historiæ Iudicum 5. & malum Angelorum irreparabile, congruentiam plenitudinis temporis, eiusdem etiam incarnationis ostendit.

VERBVM CARO FACTVM EST. IO. I.

Iudicũ.5.

CVM Madianite cõtra populum Dei congregati essent, & in populis Hebręorum Gedeon esset præfect⁹ Dei ordinatione electus ad saluandos eos: vidit quidam de suis militibus & narrauit proximo suo somnium. Videbatur mihi subcineritius panis ex ordeo volui, & in madian castra descẽdere. Cũq; venisset ad tabernaculum, percussit illud atq; subuertit, & terræ funditus coęquauit. Respondit ei, cui loquebatur. Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis filij Ioas viri Israelite. Tradidit eñ Dominus in manus eius Madian & omnia castra eius. Tunc Gedeon cũ trecentis viris, qui electi sũt Dei electione in aquę potatione, non bibentibus aquam curuatis genibus, sed pugno eam lãbentibus illos aggrediens, totam illam multitudinem fugauit, sese adinuicem gladio perimentes, & triumphauit de eis. Modus autem

tem pugnę erat, vt quòd viderent Gedeonem facere, & ipsi facerent. Vnde ad sonum buccinę in tribus locis. Clamantes Domino victoriam, & Gedeoni, confregerũt adinuicem hydrias vel lagenas, tenentes sinistris manibus lãpades & dextris personantes tuba.

¶Hoc mane. Exponemus misticè historiam, & visionem victoriæ Gedeonis contra castra Madian. In qua continetur sententialiter quomodo Christus fuit præmonstratus oraculis prophetarum futurus messias, & saluator populi Dei. Et quòd temporibus quo totus mũdus in maligno erat positus, & in magna superbia eum subiecisset Diabolus, conabaturq; etiam reliquũ populi Dei subijcere seruituti suæ, Deus misit de cęlo panem .i. Christũ subcineritium panem, qui percussit in se, & in mẽbris suis electis tota castra Madian. i. Diaboli, & membrorum ei^9 prauorum probitate vitę, & contemptu terrenorum. Et quòd Christ^9 suo exemplo imitatiuo hortatur nos, ad imitandum ipsum in vita, & pugna spirituali.

¶Madian interpretatur iniquitas, aut contradictio, significat magnum, & iniquissimum Luciferum cum suis sequacibus Diabolis. Quid enim iniquius, quàm in tãtam superbiam prorũpere, dicendo. Ero similis altissimo? qui post lapsum eius semper contradicit Dei veritati, vt dicit Ioan. 8. Homicida erat ab initio, & in veritate nõ stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur, mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius. Hic fere totum mundum sua malignitate subegit. Primo occidendo mortaliter primos nostros parentes & suos posteros, quia. Per vnum hominẽ peccatum, & per peccatum mors intrauit in orbem terrarum. Et quia Deus in Iudæis reliquerat semen & scintillam cognitionis eius, etiam ipsos conabatur suæ ditioni subijcere, totum conatum suæ virtutis in eos exercẽdo. Sed pius Dominus suscitauit Gedeonem in præfectum, & saluatorem eorũ. Gedeon interpretatur circumiens in vtero, & tentatio humilitatis suæ, significat Christũ qui est filius Dei patris naturalis, sed circuiuit in vtero, dum pro salute humani generis in vtero virginis est conceptus: & ex vtero eius natus, non ex virili semine sed mistico spiramine. Ideo dicit circũiẽs in vtero, quia erat ante conceptionem tẽporalem, sed descendit in vterum virginis concipi, & nasci temporaliter. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi. Secundum Greg. 18. moralium exponitur virtus altissimi obumbrabit tibi. i. corpus in te humilitatis accipiet, incorporeum lumen diuinitatis. Obumbrabit ergo tibi. i. vmbram faciet in te per lumen deitatis, & corpus humanitatis. Nam vmbra formatur a lumine & corpore. Deus ergo per diuinitatem lumen est. Quia ergo lumen incorporeum, in eius erat vtero corporandũ, rectè ei dicitur, virtus altissimi obumbrabit tibi. Interpretatur etiam tentatio humilitatis suæ, quia exposuit se per humilitatem suam primo exinanitioni, existens similis patri. Et qa per omnia tẽtatus est de 1. Philip. Exinaniuit se formam serui accipiens &c. De tentatione suæ humilitatis. Non enim habemus pontificẽ, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absq; peccato. Et 2. cap. In eo in quo passus est ipse, & tentatus, potẽs est, & eis qui tentantur auxiliari. Hęc Paulus. Hic ergo saluator noster datus est nobis, quando totus mundus in maligno est positus, & non solum gentilitas sed etiam Hebræi, populus peculiaris Dei per ingratitudinem, & varia peccata, vt merito tradendus esset cum alijs omnimodę potestati diabolicæ. Augu. Tunc magnus venit medicus, quando per totum mundum magnus iacebat egrotus. Et iterũ Aug. Multi dicunt quare non ante venit Christus? dico. Quia nõdum venerat plenitudo temporis moderante illo, ꝑ quem facta sunt tempora. Deniq; vbi venit

Luc. 1.
Philipen.
Heb. 4.

Digitized by Google

venit plenitudo temporis, venit ille q nos liberaret a tempore. Hæc ille. Sed dices. Quare non ante vel statim non venit, quando vidit humanam naturam infirmari, & languere, sed hactenus expectauit, cum propter hanc moram multorũ salus impedita est, quæ aliter non foret? Ad quod respondet S. Tho. Ad contrariam obiectionem. Et plenissime differit ad longum Eusebius Pamphilus in libro de præparatione Euangelica circa principium, q S. Tho. breuius perstringit dicens. Ad ea quæ sunt fidei, ratio demonstratiua haberi non potest, cum fides de nõ apparentibus esse dicatur. Heb. 9. Et præcipue in illis quæ ex mera Dei voluntate dependent, & proueniunt, cuiusmodi est incarnatio. Et ideo ad incarnationem probandam ratio demõstratiua haberi non potest, nec etiam in contrarium. Quia cum demonstratio scire faciat, scientia autem non nisi verorum sit, oportet omne quod demonstratur verum esse, & eius contrarium falsum, & ideo sufficit defendere, quòd non est impossibile incarnationem Dei fore, & ostendere aliquã congruentiam ad incarnationem. Et hæc congruentia ostenditur & apparet ex tribus, præsupposito lapsu humanæ naturæ secundum sacram scripturam. 1. Ex plenitudine diuinæ misericordiæ. 2. Ex immobilitate eius iustitiæ. 3. Ex decenti ordine sapientiæ eius. Primo ex plenitudine diuinæ misericordiæ, quia Deus summe bonus, & misericors est, decuit vt nulli negaret naturæ, hoc, cuius capax erat. Ergo cum humana natura lapsa esset, & nihilominus reparabilis erat, decuit vt eam repararet, etiam per se, & non per aliam creaturam vt infra dicem⁹. 2. Ex parte iustitiæ, quia etiam iustitia eius est immutabilis, cuiũ lege sãcitum est, vt nunquam peccatum sine satisfactione dimittatur, decuit vt in humana natura instrueret eum, ille, qui satisfacere posset, quia hoc purus homo per se facere non poterat. Et ratio huius est triplex, vt dicit. S. Tho. vbi supra ad vltimum argumentum, sed ego gratia breuitatis omitto. Sufficit hæc vna ratio. Quia humana natura in prima sui conditione accepit quædam, per quæ supra statum suis principijs congruentem, eleuabatur, sicut immortalitatem quandam, quæ erat gratiæ, non naturæ, & alia huiusmodi sibi ex liberalitate Dei collata, quæ per peccatum amisit. Vnde eam reparare, erat ad gradum superiorem ipsam eleuare, in quo prius cõdita fuerat. Non est autem possibile alicui eleuare aliquam naturam ad gradum superiorem, nisi ei qui naturam condidit, & eius gradus ordinauit. Et ideo soli Deo possibile fuit naturam humanam reparare, qui solus potuit humanam naturam assumere secundum conditionem, & statum innocentiæ: Per assumptionem cuius, natura tota esset reparata, cum fuerit a Deo assumpta secundum statum innocentiæ sine peccato. Propterea dicit magister sen ten. 3. lib. dist. 3. quòd Christus nõ fuit decimatus in Abraam, idest non erat obligatus decimas dare, ex eo quòd in lumbis fuit Abrahæ, qui decimas dedit tãquam inferior Melchisedech, sed bene leui vt Aposto. ait & ordo leuiticus est decimatus in Abraham, quia licet vterq; & Christus descẽderit ex Abraham, & leui, & fuerint in lumbis eius, tamen quia leui fuit in lumbis Abrahæ secundum rationem seminalem, & ab eo descendit secundum legẽ communem. s. per carnis libidinem, Christus autem tantum fuit in ipso Abrahæ secundum causam materialẽ, & non secundum legem communem, & inde descendit, & ideo oẽs in Adam peccauerũt, qui per carnis libidinem descenderunt ab eo, non autem Christus. Sed talis caro fuit in Christo, qualis fuit in statu innocentiæ instituta, & ideo dicitur assumpsisse primitias nostras. Vnde caro eius fuit similis carni nostrę, non in culpa sed in humanis pęnis quas voluntarie assumpsit. Vnde licet sit eadem caro reliquorum hominum secundum naturã tamen

3. sen. dist. 1. q. 1. ar. 2. & 4. & cõ. gen. ca. 53.

Rationes congruentiæ incarnationis Christi.

Chrs non fuit decimat⁹ sicut leui in Abraham.

Digitized by Google

tamen ista caro fuit Christi per gratiā concepta, & sanctificata, quod alij homines non habent, & propter hæc caro Christi, non fuit obligata peccato. In pęna igitur similis est nostræ carni, quia voluntarie humanos ex misericordia defectus, non necessitate conditionis suæ assumpsit. Et hos defect⁹ veros habuit sicut & nos, sed non ex eadem causa. Nos enim ex peccato originali hos defectus trahimus, sicut Apostolus insinuat dicens. Corpus quidem per peccatum mortuum est, idest necessitatem moriendi habet in se, Christus autem non ex peccato habuit huiusmodi defectus, qa sine peccato est conceptus, & natus, & in terris conuersatus, sed ex sola miseratione voluntaria, de nostro in se transtulit veram infirmitatem, sicut accepit veram carnem, quam sine omni infirmitate assumere potuit, sicut eandem absq; culpa accepit. Hæc magister. Et dist in. 15. S. Tho. ab his non discrepat. 3. ex parte eius sapientiæ summæ, ad quem spectat conuenientissimum modum hominem reparandi inuenire, vt faciliter ad id quod amiserat, perueniret, & hoc habuit ꝑ incarnationé, &c. Sed dices. Nonne Angelus diuina gratia potuisset assumere humanam naturam secundum statum innocentiæ, & pro tota natura humana ex statu innocentiæ lapsa, esset reparatio facta ꝑ eum? Respondet. S. Tho. vbi supra, ꝙ quamuis Deo nihil sit impossibile, nihilominus non ita deceret, quoniam si hominem per Angelum repararet, non integra esset reparatio, quia semper homo Angelo salutis suę debitor esset, & ita ei ad beatitudiné adequari non posset, quod tamen consecutus fuisset, si non peccasset, & nunc consequuntur homines per gratiam reparationis, vt sint sicut Angeli Dei in cęlo. Propterea decuit non vt Angelus, sed ipse Deus hominem repararet. Et similiter vt esset facilis modus ascendédi in Deū, decuit vt homo ex his quę sibi cognita sunt tam secundum intellectum quàm secundum affectum consurgeret in Deum, & quia homini cōnaturale est secundum statum præsentis miseriæ, vt a visibilibus cognitioné accipiat, & circa ea afficiatur, ideo Deus congruenter visibilis factus est, humanam naturam assumendo, vt ex visibilibus in inuisibilium amorem, & cognitionem rapiamur. Sed quare ita non reparauit per suam misericordiā Angelos peccantes sicut hominem reparauit? De hoc vide. S. Th. vbi supra ad 2. quæ gratia breuitatis omitto. Vbi ponit quinq; rationes pulchras quare eorum peccatum non fuit reparabile sed hominis. 1. Quia Angeli nō sunt decepti ex ignorantia, cum non cognoscant vt homo deliberando per rationem, quæ est quasi quædam obūbratio intellectus. Et quia voluntas Angeli post primam deliberationem est de natura conditionis suæ inuertibilis in affectu. 2. ratio est, quia Angelus voluit vsurpare potentiam Dei, quam natura creata non ita potest recipere, sicut scientiam, quam appetierant primi parentes. Vnde & animæ Christi communicata est omnis scientia, nō autem omnipotentia. 3. Quia homo peccans de venia cogitauit, & non autem Angelus, vt sibi esset occasio aliqua deceptionis ex venia sperata. 4. Quia homo alio suggerente peccauit, Angelus autem nullo suggerente. 5. Quia homo non peccauit in termino viæ suæ sicut Angelus, cui ad primam electionem est terminatus status vię, & finitus. Et hoc consonat verbo Damasc. qui dicit, quòd hoc est hominibus mors, quod Angelis casus. Ad primum etiam propositum reuertentes. Sicut de incarnatione non potest ratio demonstratiua haberi, quam per fidem tenemus, sed congruentiam ꝑsuademus, & possibilitatem eius, & oppositum soluimus, ita & circa tempus incarnationis idem dicendum, vt dicit S. Tho. vbi supra. 4. ar. sed dicimus, quòd incarnationi tempus congruissimum, temporum dispensator elegit. Omnia enim tempus habent vt dicitur Ecclesiast. 3. Hæc autem congrui

Quare Angelorū peccatum nō fuit reparabile.

Nō fuit cōueniens ꝙ hūa natura repararetur per Angelum. Matth. 22.

tas non plene a nobis potest cognosci, qui non omnium temporum proportiones cognoscimus, sed tamé possunt plures rationes congruitatis assignari, quare hoc tempus ad incarnationé elegit, sed breuiter dico, Vide S. Tho. Etiam in quarto contra Gen. cap. 55. ad 9. art. ad longum Licet humano generi incarnatio foret, necessaria, non tamé oportuit quòd Dei filius a principio incarnaretur. Primo quia per Deum incarnatum oportebat hominibus medicinam afferri contra peccatum, contra peccatum autem conuenienter medicina nó affertur nisi pri⁹ suus defectus recognoscatur, vt sic p humilitatem homo de se ipso nó pręsumens, iactet spem suam in Deum, a quo solo potest sanari peccatú. Quia ergo homo per superbiam peccauerat vnde oportebat ꝙ per humilitatem repararetur, ad quam exigebat vt defectum suum cognosceret in virtute, & in cognitione. Defectus autem cognitionis innotuit hominibus tempore legis naturæ, quo tempore multi, lumine naturalis rationis non obstante, in pessimos errores idolatrię prolapsi sunt, & in nefandissima opera, vt patet ante diluuium & post diluuiú, vt etiam dicit Paul. ad Ro. 1. &c. vide ibi. Defectus autem virtutis proprię innotuit homini tempore legis scriptæ, quia tunc per legem eruditus, nondum tamen peccati iugum excutere potuit. Et ideo oportuit, quòd post ista duo tempora quasi præparatoria, De⁹ homo fieret, vt in solo Deo spes salutis haberetur. 2. Etiam Deus tres status hominis congruenter posuit, scilicet ante legé, sub lege, & sub gratia. Deinde voluit vt congruenter per Deum incarnatum præcepta, & documenta perfecta hominibus darentur. Quoniam hoc requirit conditio humanæ naturæ, quòd non statim ad perfectum ducatur, sed per imperfecta, vt ad perfectionem perueniat, quod & in instructione puerorum videmus, qui primo de minimis instruútur, a principio perfecta capere non valentes. Similiter etiam si alicui multitudini aliqua inaudita proponerétur & magna, non statim caperet, nisi ad ea prius assuescat per aliqua minora. Sic igitur conueniens fuit a principio vt genus humanum instrueretur, de his quæ pertinent ad suam salutem per aliqua leuia, & minora documenta, per Patriarchas, & legem, & prophetas, & tandem in consumatione temporum perfecta doctrina Christi pponeret in terris. Vnde & Apost. dicit. Lex pędagogus noster fuit, sed iam non sumus sub pędagogo. Nam altissimú est hoc sacramentum Dei incarnati, quod homines non crederent de facili, nisi per longa tempora essent instructi, & assuefacti de diuinis, tum per oblationes & sacrificia, in quibus etiam secundum Philosophum. 1. de cęlo, quid diuini significabatur & protestabatur: tum etiam per doctrinam prophetarum, & Patriarcharum &c. & legis scriptæ in qua clarius de hac incarnatione est facta reuelatio patribus in prophetis. Ideo voluit in omni lege consulere sacrificijs, Patriarchis, & prophetis. Sic eñ & rudes paulatim ad veritatis cognitionem deueniunt. Si enim eis statim magna proponerentur, tedio affecti resilirent a veritatis cognitione. Concludamus igitur nó a principio post lapsum est incarnatus, vt humana natura suam infirmitatem cognosceret, ꝙ nec per scientiam, nec per virtutem propriá sine Dei auxilio possit se excutere a potestate Diaboli, & ad pristiná gratiam Dei redire, vt non dicat, sicut primi parentes tam excelsi creati in tam nobili statu innocentiæ pleni scientia, & fortitudine, & alijs admirandis supernaturalibus donis, Volumus esse vt dij scientes bonum, & malum. Et ne dicant Deo suo. Recede a nobis, viam scientiarum tuarum nolumus, & nos nostra virtute omnia possumus, & quis noster Dominus est. De hoc Isidorus in serm. de nati. Postquam inuidia Diaboli parens ille primus cęcidit, confestim exul,

De cóguo tépore incarnationis electę: vt nec ante nec post sit facta.

Apost.

Digitized by Google

& perditus, in omni genere suo radicem malitiæ traduxit, crescebatque in malum vehementius omne genus mortalium diffusis vbiq; sceleribus. Volens igitur Deus terminare peccata, consuluit verbo, lege & prophetis, signis, plagis, prodigijs. Sed cum nec sic quidē errores suos admonitus agnosceret mundus, misit Deus filium suū vt carnem indueret, hominibus appareret, & peccatores sanaret. Qui ideo in homine venit, quia per seipsum ab hominibus agnosci nō potuit. Assumpsit autem humanitatem, non demisit diuinitatem, manens quod erat, suscipiens quod non erat, vt liberaret quod fecerat, hæc ille. Et hoc est quod
Hebr. 1. Paulus dicit. Multifariæ, multisque modis, olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè autem locutus est nobis in filio: quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit, & secula. Et de hoc tēpore aduen-
Eph. 5. tus eius dicit Paulus. Vbi venit pleni-
Quare tēpus incarnationis dicitur tēpus plenitudinis secundū Paulum. tudo temporis, misit Deus filium suū factum sub lege, factum de muliere, vt eos qui sub lege sunt, eriperet. Vbi dicit supra hoc Pauli dictum Sanctus Tho. In expositione litterę. Sciēdum, ꝙ tempus incarnationis dicitur tempus plenitudinis multis de causis. Pri
3. sen. mo propter perfectionem vniuersi, qa tunc ad maximam completionem vniuersi venit, quando omnes creaturæ in homine ad suum principium redierunt, humana natura a Deo assumpta
Eph. 1. sicut habetur Ephe. Vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ secundum beneplacitum eius, quod ꝓposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporū instaurare omnia, quę in terra sunt in ipso. Hæc Paulus. Secundo propter abundantiam gratiæ,
Io. 1. quæ tunc propalata est. Io. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Ter-
Matth. 5. tio propter adimpletionem legis. Nō veni soluere legem, sed adimplere. Quarto propter magnitudinem eius quod in illo tempore accidit. Quia in illo tempore natus est Dominus temporis, & ita est factum aliquid maius tempore, quod tempus impleuit. Quinto in tempore illo impletum est, quod Deus ab æterno præuidit, & quod ante per suos prophetas prædixerat, vt dicitur Rom Paulus Rom. 1.
seruus Iesu Christi vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Sed dices, dixisti quādo venit plenitudo temporis &c. & hoc propter adimpletionem legis; Non veni soluere legem. Sed Paulus Matth. 5.
dicit; Iusto lex non est posita. Thi. 1. Ergo Christus non adimpleuit legem, nec factus est sub lege, qui fuit iustissimus ab omni lege absolutus. Io. Quis arguet me de peccato. Respon- Qūo intelligit Christum factū sub lege.
det. S. Th. vbi supra in expositione litterę. Dicendum quòd aliquid dicitur esse sub lege tripliciter. Vel quantum ad motiuum, & hoc modo aliqui sūt sub lege, quasi compressi, & coacti, illi qui timore pęnę, quam lex infligit, legis præcepta custodiunt, & hoc modo iustus non est sub lege, quia amore iustitiæ operatur, etiam si nulla sit lex, vt dicitur. Cum enim gentes quæ Ro. 2.
legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem nō habētes ipsi sibi sunt lex, qui ostendūt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum. Hæc Paulus. Alio modo dicitur quis sub lege esse, quātum ad causam, & sic omnes sub peccato nati, sub lege sunt, quia propter peccatum tollendum sacramenta legis instituta sunt. 3. modo dicitur aliquis sub lege, quantum ad obseruationem legis, & hoc modo Christus factus est sub lege, vt dicit Paul. quia sacramenta & præcepta legis impleuit non necessitate, sicut alij, sed voluntate, vt eos qui sub lege erant redimeret, non quòd non venerit alios extra Iudæos sub lege existentes redimere,
Qui, Vult omnes homines saluos fieri, sed dicitur hoc, quia quodam speciali modo operatus est ad redemptio- 1. Thi. 2.

nem

Digitized by Google

Matth. nem filiorum Israel, quia eis personaliter prædicauit. Vnde, Non sum missus nisi ad oues quæ perierant dom⁹ Israel. Et per eos verbum vitæ diffusũ est inter gentes. Isa. 27. Qui ingredientur impetu, a Iacob, implebũt faciẽ orbis semine, hæc oĩa. S. T. vbi sup.

Sequitur in visione Gedeonica. Dixit vnus ex suis. Vidi somnium. Iste denotat cętum Patriarcharum, & prophetarum, quibus Deus locutus est de iusto Dei, vt dixit. S. Stephanus Iudæis peruersis. De quo iusto vt ibidem dicitur, & habetur Deuter. 18. Act. 3. & 7. dixit Moyses populo ex parte Dei; Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, tamquam me ipsum audietis, iuxta omnia quæcunque locutus fuerit vobis. Erit autem omnis anima, quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe, & omnes prophetæ a Samuel, & deinceps qui locuti sunt, annuntiauerunt dies istos. Vos estis filij prophetarum & testamẽti, quod disposuit Deus ad patres vestros dicens ad Abraham. Et in semine tuo benedicentur omnes familię terræ. Vobis primum Deus suscitans filium suum misit eum benedicentem vobis, vt conuertat se vnusquisque a nequitia sua, hæc Petrus ad Iudæos. Vidit somnium, quia dixit Deus filijs Israel. Si quis fuerit Act. 3. inter vos propheta domini in uisione apparebo ei, vel per somnium loquar ad ipsum, sed Moysi loquar ore ad os. Et Ioel. 1. Et visiones videbunt iuuenes vestri, & senes vestri somnia somniabunt. Et Iob. 33. Per somnium in uisione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiũt in lecto, tũc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina. De prophetarum somnijs circa Christi misteria plenisunt libri sacræ scripturæ. Videbatur mihi subcineritius panis ex hordeo volui. Hic panis denotat Christum, qui dicit de se. Ego sum panis, qui de cęlo descendit, quando carnem assumpsit. Ideo dicit: Voluebatur circa castra Madian, idest in hunc mundum, cui per suam potentiam principabatur Diabolus, & sibi dominium abstulit, & potentiam minorauit. Iuxta illud. Hunc iuditium est mundi, nũc princeps huius mundi eijcietur foras, quia fortior eo adueniet, & vniuersa arma eius auferet ab eo, & spolia eius distribuet, sententialiter dicitur, & figuratiue. Io. 12. Et dicitur peruenisse vsque ad tabernaculum, idest vsque ad limbum vbi speciali sua potentia presidebat, & cubabat. Luc. 11. Et istud percussisse, & subuertisse dicitur, quando descendit ad limbum patrum, & inde extraxit animas, quæ ibi detinebantur captiuę, & sic dęmonibus gementibus ipsum expolliauit, vt prolixius in die Paschæ habes in nostro sermone eiusdem diei. Et non sine misterio erat iste panis descendens de cœlo subcineritius, quia in Christo fuit diuinitas subcinere nostræ mortalitatis velata, & fuit coctus igne amoris, quem ad genus humanũ habuit, iuxta illud. Charitate perpetua te dilexi, ideo atraxi te miserans. Dicitur ordeaceus propter asperitatem pęnæ, quam pro nobis sustinuit, quæ licet Christo fuerit aspera, tamen nobis fuit dulcis, quia per ipsum sumus de iugo Diaboli liberati instar ordei, quod habet asperitatem in cortice, interius tamen granum, & medullã quã continet est sanatiua. Vnde passio Christi, quæ fuit apud Iudęos scãdalum, & apud gentiles stultitia, vt dicit Paulus, apud Christianos intus est virtus Dei contra Madianitas, & sapientia eius, quæ Madianitas humiliauit, & prostrauit, qui interpretantur iniqui, idest dæmones, qui humano generi iniquissime aduersabantur. Figurata est etiam hæc virtus, & sapientia Christi Ecclesiast. In viro paupere sed sapiente, qui sapientia sua absque bellicis armis, liberauit obsessos a graui tiranno & cætera. Eccle. 9. De qua victoria dicit Augustinus. Manu inermi, & brachio extento in cruce, vicit tartareas potestates. Et hoc notatur hic, quod Gedeon clamore

Digitized by Google

vsus est per inuocationem gladij diuini contra inimicos, & non auxilio humano, sed fractione corporis sui super lignum crucis cum lampade accensa, quia ex amore, & factis suis accensis, & bono splendore suæ sanctæ conuersationis confundit tartareas potestates, & in fugam conuertit, vt in se ipsos gladios converterent, dum prouocant se, & excitant contra Christum, & membra eius, sua diabolica membra in ruinam propriam, quia quanto magis in Christum, & christianos concitabant plebem, tanto fides Christi magis augebatur, & virtus diabolica debilitabatur, vt Christus ait. Nisi granum frumenti mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum affert & cætera. Et nota non sine misterio, Gedeon dixit suis militibus, quod me facere videritis, id & vos facite, quia Christus dixit. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Christus enim fecit, & docuit contemptum mundi. Ita & sui christiani qui diabolicas virtutes debent vincere, debent per contemptum mundi signatum per lambitionem aquarum, sic transire per bona temporalia, vt non
Matth.6. amittant æterna. Quibus & dixit. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Et quærite primum regnum Dei, & omnia hæc addijcientur vobis. Quoniam transit mundus & concupiscentia eius. Dic Euangelium Matth. de 7. beatitudinibus, & conclude pro his; Merces vestra multa est in cęlis. Vult suos christianos corpus suum fragile frangere per mortificationem, sicut ipse suum corpus per totam suam vitam fregit assiduis ieiunijs & laboribus cum patientia. Paul. Coll. Mortificate membra vestra, quę sunt super terram. Fornicationem, libidinem, immunditiam, concupiscentiam malā, & auaritiam, quę est idolorum seruitus, propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis. Et Paulus iterum. Castigo corpus meū, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Et discipu- 1. Cor. 9.
li veri Christi debēt tuba canere per veram doctrinam, alios bene instruendo, amplectendo eum, vt dicit Apost.
Qui secundū doctrinam est fidelis sermonis, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. De hac vita Christi imitanda ꝑ suos christianos dicit Aug. suꝑ Math. Ego sum via veritas, & vita, tamq̄ diceret. Quo vis ire? ego sum via. Quo vis ire? ego sum veritas. Vbi vis permanere? ego sum vita. Et super Ioan. Ambulare vis? ego sum via, falli non vis? ego sum veritas, mori, nō vis? ego sum vita. Et de vera religione. Tota vita Christi in terris ꝑ hominē q̄ gessit, disciplina morum fuit. Omnia eīn bona Christus contēpsit, quæ contēnenda docuit, & omnia mala sustinuit, quæ sustinenda præcepit, vt nec in illis quęreretur fęlicitas, nec in istis infęlicitas timeretur. Et breuiter figuraliter. Omnibus christianis dicitur a Deo. Inspice & fac secundū exemplar quod tibi in monte monstratum est. i. inspice, o, christiane sępius per contēplationem vitam Christi, qui per humilitatem abscissus est de monte diuinitatis, & ad terram venit, accendens rubum. i. spinosam humanam naturā, quia ante Christi aduentum omnes filij irę fuimus, igne suæ charitatis intensę: vt non comburamur a gehenna ignis, quia adustio Christi ad hominē est secundum spiritum, conseruans, & non consumens animas nostras ꝑ suū aduentum. Et fac. i. per executionē bonorum operum de contemplatis, quæ excerpis, & legis ex vita Christi secūdum exemplar eius. Imitatores Christi estote, sicut filij charissimi. Insuper in mōte. i. in cruce Christi eleuata habes oīa genera virtutū, vt charitatis in aduersarios, & inimicos, dum pro inimicis exorauit. Habes misericordiam in peccatores, & largitatem, qa latroni clamanti vitam dedit. Habes pietatē qua matrem discipulo, & ecōuer-

Ad Tit. 1.

Tota vita Chri fuit disciplina morum & exemplar nostrum.

Exo. 25.

Pau. Ro.

uerso discipulum matri commendauit. Habes desideriũ salutis in pximos etiam peccatores, dum figuratiue sitiuit in cruce. Habes pęnitẽtiã, qa sicut ouis corã tondente, in flagellis obmutuit. Habes obedientiam, dum patri dixit. Consumatum est. i. quod mihi ex obedientia imposuisti. Habes & conformitatem cum Dei voluntate in flagellis a Deo expositis, cum dixit; Pater vt quid me dereliquisti, & fiat voluntas tua. Habes vt Deo aĩam cõmendes in tribulatione, maxime in morte. Habes in paupertate superationẽ, & in subtractione temporaliũ patientiam, quia nudus pependit, distractis per suos crucifixores suis vestimẽtis. Habes amicorũ fugã in discipulis. Habes infamię & cõtumeliarũ clamores, ęquo animo sufferre. Et breuiter percurre totam vitam Christi, quia per eã omnia omnibus factus est. Inspice sępius ad præcepta data in monte, & fac secundũ quod in tabulis erat scriptũ. Dic breuiter pręcepta data in mõte, quia si vis ad vitam ingredi serua mandata, vt dixit Christus legisperito, & iuueni, &c. Amen.

SERMO VIGESIMVS.

DIVINVM VERBVM INCARNATVM asserit propter casum primorum parentum: quorum dona in statu innocentiæ demonstrat: statumq; successorum eorundem: Item cur Eua, non post suum, sed post Adæ peccatum, se nudam cognouerit.

Addit quędam & de originali peccato, de scientia, de voluntate, de concupiscentia prothoparentum; de tentatione eorum, & assensu, cum expositione arboris visæ a Rege Nabucodonosor Dan. 4.

VERBVM CARO FACTVM EST. IO. I.

Daniel. 4. NAbuc. vidit in somnis arborem positum in medio terræ, & altitudo eius nimia. Erat magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cęlum. Aspectus eius erat vsq; ad terminos vniuersæ terræ, folia eius pulcherrima. Fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea. Subter eam habitabant animalia, & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cęli, & ex ea vescebatur omnis caro. Videbam in uisione strati mei super caput meum, & ecce vigil, & sanctus de cœlo descendit: & clamauit fortiter. Succidite arborem, & præcidite ramos eius. Excutite folia eius: & dispergite fructus eius. Fugiant bestiæ quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius. Verumtamen germen radicum eius in terra sinite, & alligetur vinculo ferreo: & rore cęli tingatur, & cũ feris pars eius sit. Cor eius ab humano commutetur, & cor ferę detur ei, & septem tempo-

Digitized by Google

ra mutentur super eum.

Hoc mane vnum principaliter videbimus .s. quare filius Dei incarnatus est Sed vt noster sermo sit ordinatior, & meis auditoribus gratior. 1. Videbimus breuiter quas perfectiones habuit primus homo, habereтq; cum suis successoribus in statu innocentię. Si in obedientia & humilitate permansisset. 2. Quid amisit ex sua transgressione. 3. Remedium datum a Domino ex misericordia ad recuperandum salutem patrię cęlestis, quam ex peccato cum suis posteris amiserat. Postea exponemus visionē misticè, scd̄m qd̄ est nobis ad propositum.

S.Th. 1. p. q.95. Quo ad primum. S.Tho. Inter alia ponit perfectiones admirandas hominis in statu innocentiæ. 1. Fuit creatus in gratia gratum faciente, & est donū super naturale a Deo homini collatū, per quod opera eius erant meritoria vitæ æternæ, de qua Paul. Gratia Dei vita æterna. Sicut.n. testa, vel creta nō potest iungi ferro ex se, ita nec opera ex se nostra taliter a Deo acceptantur, vt sint meritoria pro vita ęterna, nisi hæc gratia Dei in medio esset inter ea & Deum, modo quo æs auro iungitur mediante argēto. 2. Fuit creatus in gratia gratis data sibi scilicet in iustitia originali, quæ est gratia gratis data. Et hoc patet ex ratione rectitudinis status eius, de quo. Fecit Deus hominem rectum, ipse autem se infinitis miscuit quæstionibus, de quibus inferius dicemus. Et hæc rectitudo hominis in qua erat creat⁹, fuit subiectio eius rationis Deo vt bono supernaturali, & virium inferiorum, vt sensualitatis rationi, quæ perfecte sibi subiciebātur, & corporis ad animam. Et prima subiectio, scilicet rationis ad Deum erat causa, secundæ, & tertiæ subiectionis. Quamdiu enim ratio manebat Deo subiecta, obediebat, & sensualitas rationi, & corpus animę modo mirabilis armoniæ, secundum quod S. Augusti. dicit. Manifestum est autem, quòd illa subiectio corporis ad animam, & virium sensitiuarum ad rationem, non erat naturalis, alioquin post peccatum mansisset, cum etiam in dæmonibus naturalia post peccatum suū in eis remanserint, vt Dion. dicit. De diuinis nominibus. Dion. 4. Propterea manifestum est quòd illa prima subiectio modo quo tunc ratio Deo subdebatur, non erat secundum naturam sed secundum supernaturale donū gratiæ. Nō.n. potest esse, quòd effectus sit potior quàm sua causa. Effectus enim erat, quia talis subiectio vsq; ad Dei visionem claram in patriā eum conducebat, ad quod naturaliter homo peruenire non poterat sine gratia, vt Paul. dicit. Gratia Dei vita æterna. Vnde illa subiectio trina quo ad modum suum in Paradiso innocentiæ erat supernaturalis. De hoc August. de ciui. Dei. Quod postea quàm præcepti facta est transgressio, confestim gratia deserente diuina de corporum suorum nuditate confusi sunt. Senserunt enim motum inobedientis carnis suæ, tamquam reciprocam pęnam suę inobedientiæ; Ex quo datur intelligi, si deserente gratia soluta est inobedientia sensualitatis ad rationem, & carnis ad animam, quòd per gratiam in anima, existentem inferiora ei subdebantur. Sed dubitabis, an hoc donum supernaturale rectitudinis; idest iustitiæ originalis stare possit sine gratia gratum faciente, & & videtur quòd sic, quia iustitia originalis stare potest cum peccato mortali, gratia autem gratum faciente nequaquam. Et probatur quia Eua post peccatum mortale, adhuc erat in illo statu rectitudinis, vt patet ex eo, q̄ non erubescebat, cum tamen esset nuda. Ad hoc dicitur quòd iustitia originalis non est idem quod gratia gratum faciens. Sed dicimus quòd gratia gratum faciens est, velut radix iustitiæ orginalis, pro quanto subdit supremum hominis Deo, vt patet, quia gratia Dei est vita æterna. Et propterea facti in iustitia originali, concludumur etiam facti sint in gratia gratum faciente, quasi iustitia ori-

De donis in quibus erat homo in Paradiso terrestri

Eccle. 7.

Soluuntur dubia circa Euę peccatum, q̄ statim nuda non sit inuenta.

originalis fuerit, quasi gratia, quędā gratis data, fundata super gratiā gratum facientem. Quomodo autem steterit hæc gratia gratis data, idest iustitia originalis in Eua peccante mortali peccato, quia post peccatum immediate non est inuenta nuda, est magna difficultas, quia talis gratia originalis concessa fuerat primis parentibus vsque ad peccatum inclusiue, siue fuerit cum gratia gratum faciente, siue non. Dicendum est, quòd per primum peccatum Euæ siue in mente, siue in opere, perdita gratia gratum faciente, perdita quasi fuit iustitia originalis, non simpliciter .i. totaliter, sed quo ad aliquid, simpliciter vero adimenda reseruabatur peccato Adę secundum ordinem diuinæ prouidentiæ. Ea ratione, vt donum naturæ a primo principio naturæ primo auferetur, de quo & a quo principium naturæ humanę inuestiuerat. Nec obstat quia potuisset Adam post Euæ peccatum nō peccare, quoniam præscientia casus in ratione ordinis fuit. Et hoc consonat & auc. Salomonis, quia homo factus est rectus principaliter, & dictæ proportioni. Submota enim radice possunt aliquamdiu rami viuere. Et notandum est vltra nobilitatem dictam iustitiæ originalis, quòd iustitia originalis hic accipitur pro virtute in generali, propter quam omnes virtutes in homine producerentur & essent. Nam quædam virtutes sunt, quæ in habentibus eas non dicunt aliquam imperfectionem vt dilectio charitas, iustitia. Et tales in statu innocentiæ, si homo se conseruaret, omnes haberet. Aliæ sunt quæ in habentibus eas dicunt aliquam imperfectionem vel ex parte materiæ, vel ex parte actus: & istas haberet, dummodo non repugnarent statui eius, vt fides quę est de non visis, & spes quæ est de non habitis, non autem concupiscentiam inordinatam temporalium. Aliæ sunt virtutes, quæ etiam in suo genere dicunt imperfectionem, & repugnant perfectioni primi status vt dolor de peccato, & tristitia de malo, & has in actu non haberet, quia repugnat conditioni status eius. Sciebat tamen in habitu, q̄ esset dolendum de peccato, & tristandum de malo, sed in actu exercito minime. Primas autem virtutes duas, habebat & in habitu & in actu. Vt dilectionem, charitatem, iustitiam, & fidem, ac spem. Ex prædictis declarationibus iustitiæ originalis clare patet, quid sit peccatum originale. Dicit em̄ Durandus in secundo sen. dist. Per primum peccatū hominis nihil aliud factum est circa naturam humanam, nisi q̄ sublata fuit ab eo originalis iustitia, & natura sibi derelicta, propter quod in natura carnis nihil est reale post peccatū, nisi quod sequitur principia naturæ secundum se. Vnde & nudi statim inuēti sunt post peccatum, non quia alias nescirent se nudos sed gratia perficiente naturam, nullā sentiebant in se tenebrositatem tali lumine in se existente. Sed deserente eos gratia, fomes vel cōcupiscentiæ inclinatio habitualis inclinatiua ad malū, & resistiua ab bonum contra imperiū rationis insurrexit actualiter: vt sentirent in se talem rebellionem in membris suis vt dicit Paulus, & ideo verecundabantur ex nuditate, secundum quod Gen. Scribitur. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ab adolescentia in malū; Et Paulus, Per vnū hominem peccatum, & per peccatum mors ingressa est in mundum, de quo Psal. Et in peccatis concepit me mater mea, vt ex hac inordinatione viriū secundum sacros doctores saltim sine veniali peccato in hoc mundo nō possumus viuere. Dicamus igitur breuiter alias prolixius, quia vnum oppositorum per aliud cognoscitur, vt tenebra per lucem, & econuerso. Iustitia originalis est rectitudo quædam rationis ad Deū; Et viriū inferiorū .i. cōcupiscentię irascibilis, & cōcupiscibilis virtutis ad rationē, & corporis ad animā. Ita q̄ qn̄ homo vel puer esset cōpos rationis in septimo vel circa, & in Paradiso terrestri propter optimā lo

Declarat q̄d sit peccatum originale, & iustitia originalis.

Gen. 8.

ci dispositionem, in eo esset rationis hæc discretio ante septeniū, erat in ipso rectitudo ista innocentiæ vel iustitiæ originalis, nec vires eius concupiscibilis, & irascibilis repugnarent legi mentis, aut diuinę, aut corpus animę si tamen primi parentes in innocentia permansissent, quia vt Grego. dicit; Nequaquā primus homo filios gehennæ generasset, si in sua innocentia permansisset, quia esset cōcupiscentiæ nostræ naturali addita quędam qualitas a Deo, qua cessabat in ipsa naturali cō cupiscētia, inclinatio ad malum, & resistentia in bonum, sicut cū grauitati ferri additur qualitas magnetis, fit leue, & veneno miscetur vt in teriaca, alia qualitas ipsum temperans, vt sit medicinale. Insuper eis assistebat specialis Dei prouidentia, & Angelorum custodia, ne concupiscentia habitualis in actum malum incitet. O quam consona erat hæc armonia. Et ex opposito peccatum originale est, amissio huius rectitudinis, & inclinationis ad bonum: quòd, quando puer annos compotis mentis attigisset, ilico in se ex concupiscentia sentiret rebellionem virium inferiorum ad rationem, & corporis ad animam, & in malum inclinationem, & in bonum difficultatem, secundum quod Paulus dicit. Habeo aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę, vt quæ nolo facio, idest facere me quandoque facit. Et Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animā. Et hanc dico rebellionem fomitis haberet, nisi ꝑ gratiam diuinam fuisset præseruatus. Et ita hæc deordinatio in hominibus post lapsum regnat, vt secundū quod dicit Apost. Ioan. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Vnde in hac vita non possumus transire sine vel veniali vel mortali peccato. Sed beatæ virgini Mariæ hoc donum fuit ex speciali gratia donatum, vt nō posset nec mortaliter, nec venialiter peccare, dum esset in hac mortali, & peccabili vita, quia fuit sanctificata in vtero materno, plusquam Hieremias, & Ioannes vt dicit sanctus Augustinus. Tamen nisi per Dei gratiam sanctificata foret in vtero matris, quia & ipsa ex concubitu concupiscentiæ est, sicut & cęteri homines concepta, ipsa etiam nostram miseriam .s. veniens ad septenium vel circa incurrisset, ꝙ sentiret sicut & nos in membris suis rebellionem repugnantem rationi. Ecce o, tu qui, quandoq; absurdis oblocutionibus invehis contra tenentes beatam virginem fuisse sicut & nos habilem in viribus, ex se rebellionem contra rationem habere in corpore suo vt diximus, nisi per gratiam Dei sanctificaretur, ꝙ ex hoc, non esset meretrix, vt stultus quidam sermocinator blasfemat, & multa similia quæ ore inverecundo proferuntur, sicut nec tu. O, mulier in pueritia tua infantili, ꝑ tunc diceris meretrix, ex eo quia incurristi talem deordinationem virium in te propter concubitum parentum concupiscenté, ex qua concepta es, modo quo dicit. Psalm. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Nec tu o domina nobilis prouectę etatis ex hoc vocanda sis meretrix. Sed hæc stultissima omittuntur, nec bonum est omni paralogizanti respondere, secundum Philosophum, & Salomonem, qui dicit. Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam, idest nisi te charitas moueat, quia vt infert, tunc respondendum est stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. De hac materia vide nostrum sermonem de conceptione Virginis, quia ibi ad longum hanc materiam ꝑ tractaui. Et vt primus homo posset hanc rectitudinem, & innocentiam originalis iustitiæ in suos posteros transmittere, & transfundere, sicut extimatur a sacris theologis, modo quo Angelis in sua creatione ad meritum &c. Deus dedit aliquod præceptū positiuū, in 2. sent. fidei supernaturaliū credendorū, & supernaturalis feli-

[Margin notes: Paul. — Sapien. 9. — Ioan. — Cōtra stultos prędicatores q licentiose stulta loquuntur. — Psal.]

fœlicitatis sperandæ & huiusmodi cū pœna transgressionis, eo quòd curam de singularibus habeat actibus, tam angelorum quàm hominum, ita & homini ad maius suum meritum, & vt cognosceret, quòd Deus habeat prouidentiam, & sui & omnium creaturarum. dedit ipse omnipotens Deus tria præcepta seruare, vt ipsum tanquam suum Dominum & patrem recognosceret, & quem semper filiali timore, & amore diligeret & timeret offendere. Primum præceptum erat pro conseruatione suæ propriæ personæ, dicens eis. Comedetis de omni ligno, quod est in Paradiso. Secundum fuit pro multiplicatione generationis humanæ, & sui conuersatione in identitate specifica, dicens eis. Crescite & multiplicamini. &c. Tertium, quòd non comederent de fructu scientiæ boni & mali, Et sic patet quòd primum donum datum primis parentibus nostris, erat gratia gratum faciens, idest gratia qua opera bona apud Deum habent meritum pro vita æterna ex congruo tamen, vel etiam ex condigna ratione promissionis diuinæ, quia non potest Deus mētiri vt homo, cum additione tamen gratiæ gratis datę, scilicet, innocentiæ, vt declarauimus in secundo dono. Tertium donū sequens ad hanc vtranque gratiam erat illuminatio eius intellectus, quia erant ipsi primi parentes ex illuminato intellectu pleni omni scientia, per species infusas tam naturali, quam supernaturali, quæ erat eis pro illo statu conueniens, & necessario pro se & suis successoribus instruēdis. Et ratio horum est, quia homo non tantum erat principium generationis humanæ per seminis transmissionem, vel per seminationem materialem, sed erat principium seminationis doctrinalis omnium successorum suorum, quos haberet instruere per se & per alios, omni scientia & sapientia eis conuenienti, & necessaria maxime ad salutem. & ita successiue parentes docerent & instruerent filios suos per traditam eis doctrinam à primis parentibus. Et ideo necessario, & primi parentes fuerunt creati in ętate perfecta triginta trium annorum, vt possent illico suos filios generare, & eos suo tempore in virtutibus instruere. Et hanc scientiam primi parentes habuerunt per impressionem specierum omnium rerum in suo intellectu tam naturalium, quam supernaturalium, quantum requirebat eorum status, modo quo & angelis in creatione omnium rerum naturalium species sunt impressæ, per quas cunctas res naturales cognoscunt, tanquā si in speculo intellectiuo omnium rerum species imprimerentur in eis, nō obiectiue per mendicationem exteriorem, vt in nobis accidit, sed subiectiue ad intra per diuinam potentiam. Sed in hoc aduertendum est, quòd per talem scientiam primi parētes nostri, non cognoscebant cogitationes cordis humani, nō etiam quot homines sunt prædestinati ad vitam æternam. Non quot arenæ sint in mari & similia, quia tales cognitiones non erāt sibi necessariæ pro directione actuum humanorum, &c. Vbi pro pleniori intelligentia cognitionis Adæ. Inter alios gradus extaticę conuersationis in Deum seu contemplationis spiritualium est vnus, cum anima propter vehementissimam intentionem & eleuationem virtutis intellectiuę in illa spirituali pura & excellentissima contemplatione Dei suspendit, & relinquit corpus quoad omnes operationes sensuū exteriorum & interiorum, & actionum omnium naturaliū virium. Et hic gradus extasis primus fuit in Adā, de quo dicit quædam glosa, quòd sopor ille diuinitus ei immissus vires rationales non clausit, sed obturatis, siue sopitis sensibus corporis, mentis oculos aperuit limpidos, vt scire posset quid erga se ageret omnium artifex sapientia Dei, & quid in præteritis fecerit, & de longissime futuris factura esset. Hunc primum gradum ascendit Paulus, quo nesciuit an anima vegetaret corpus, an corpore relicto in paradisum

Qualis scientia erat primorum parentum.

ſum rapta eſſet, vel etiam forte ſimul in vno loco vegetaret, & cum hoc realiter in cœlo empireo eſſet. Vnde anima intellectiua pro ſtatu viæ poteſt tantum eleuari ad exceſſum contemplationis puræ intellectualis, quòd intellectus non vtetur miniſterio phantaſticæ ſenſitiuę interioris, vel exterioris cum ſopicione virium inferiorum animalium, & remiſſione naturalium, vt patet in Adam, Paulo & alijs quibuſdā, quia phantaſmata non ſunt tantæ eminentiæ, vt poſſint diuinam ęſſentiam repræſentare, ſimiliter nec aliqua ſpecies intellectualis creata. Imo in illa clara Dei viſione mens ita rapitur, vt nihil pro tunc percipiat aliud nec ſenſitiue nec intellectiue, vt Paulus de ſe dicit. propter quod dicit S. Thom. Impoſſibile eſt, quòd homo in ſtatu viæ videat clare Deum per eſſentiam, ſine abſtractione à ſenſibus, aut ſine extaſi, aut raptu quo ſopiantur vires naturales, vt Exod dicitur. Non videbit me homo, & viuet. Hæc Henricus de Aſſia ord. Prædic. Et Bartholomæus Monopolitanus eiuſdē ordin. Sed ſi quæres an pueri ſtatim nati, eſſent in ſcientia perfecti, vel tempore ſuo per parētum ſuorum inſtructionem. Reſpondetur quòd non. Et vnde hoc poteſt ſciri & cognoſci. Reſpondet S. Thom. Quod de his quæ ſunt ſupra naturam, ſoli diuinę auctoritati creditur. Ideo vbi talis auctoritas deeſſet, ſemper ſequi debemus naturæ conditionem. Eſt autem naturale homini, vt ſcientiam per ſenſum acquirat. Et ideo anima vnitur corpori, quia eget eo ad ſuam propriam operationem, quod non eſſet ſi ſtatim à principio ſcientiam non acquiſitam per ſenſus haberet. Vnde dicendum eſt, quòd non haberent eam ſtatim nati, ſed in tali nobiliſſimo, & temperatiſſimo loco & ſtatu rectitudinis, eam citius acquiſiſſent inueniendo, vel adiſcendo. Sed quæres an vsū rationis ſtatim nati haberent, qui vſus eſt cum organo corporali. Reſpondet S. Thom. quòd non haberent eum perfectū mox nati propter nimiam humiditatem cerebri, quæ in pueris tunc dominatur, licet tamen clarior eſſet in ipſis propter loci temperiem, & nobiliorem influxum cęli. Et inſuper vnus eſſet alio aptior propter aliam, & aliam complexionē, quia omnes non habitarent in vno punctuali loco ad aſpectum, & influxum cœlorum eundem. Sed quęres ſi primi parentes noſtri habuerint tam claram ſcientiam, etiam ſupernaturalium, an tunc Dei eſſentiam viderint quæ eſt facie ad faciem clare & immediate de qua Paulus loquitur. Reſpondetur, quòd non, niſi forte in raptu cum obdormiuit Adam quando ex coſta eius mulier eſt facta, modo quo etiam Sanctus Tho. de Moyſe & S. Paulo dicit. cum Aug.

Plures dubitationes cū ſolutionibus ſuis de pueris generādis ab ipſis in ſtatu innocentiæ.

S. Th. 1. p. quæſt. 12.

¶ Quartum donum erat præſeruationis à peccato, quia in tali ſtatu ſi voluiſſet, poterat præſeruari à peccatis de facili, vt non peccaret, nec mortaliter, nec venialiter. Quia cauſę peccati noſtri in nobis ſunt tres.

¶ Primo eſt ratio male iudicans de agendis.

¶ Secundo eſt voluntas male eligēs conſona rationi.

¶ Tertio eſt ſenſus, ideſt, iraſcibilis & concupiſcibilis male inflammans. Sed his carebant primi parentes in tali ſtatu. Primo, non propter primum defectum iudicij, quia habebant intellectum plenum ſcientia, potentem dirigere eos in ſuis actionibus. Non propter ſecundum defectum voluntatis male eligentis. Quia cum obiectum voluntatis ſit bonum cognitum, voluntas poterat eligere malum, ſed bonum ſibi præſentatum per intellectū. Non propter tertium, ſcilicet, inflammationem ſenſualitatis, quia dictum eſt. Fecit Deus hominem rectum, qua rectitudine ſenſus rationi ſubdebantur perfecta ſubiectione. Et notādum quia dicit San. Paulus. timeo ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto. Hæc Paulus. Octo modis vſus eſt

diabolus

Digitized by Google

diabolus in tentando Euam, quibus & nos tentat.

¶ Primo inuadendo debiliorem sexum.

¶ Secundo sub quæstione alloquendo.

¶ Tertio blanda suggerendo, vt pulchrum lignum.

¶ Quarto mendacium fingēdo, cum dixit. Nequaquam moriemini.

¶ Quinto de dicendis, certitudinem prętendendo, dicendo scit Deus, & cætera.

¶ Sexto alta promittendo, vt Eritis sicut dij, &c.

¶Septimo in Angelum lucis se transferendo, quia in serpentem, de quo Paulus vbi supra.

¶Octauo sub specie boni mala suadendo, vt sub specie scientiæ boni & mali præceptū transgrediendi, de quo
Ioan.1. 4. Ioā. Nolite omni spiritui credere. &c. & Petrus. Fratres sobrij estote. &c. sed confortamini vt dicit Paulus. Fidelis Deus qui nō patitur vos supra quod potestis, tentari, sed dat prouentum in tentatione, vt vincamus. Hos modos inferius pone, si vis in modo tentationis Euę. Dices quare ergo ita insensate sunt decepti? Respondet August. quòd non peccauerunt ex deceptione principaliter serpentis, quia mulier verbis serpentis non crederet, vt inferius dicemus, nisi iam inesset menti eius amor propriæ potestatis, & quædam de se præsumptio. Hæc August. idest, quæ præsumptio mentem eius percutiens, ita eam in sui excellentiam tenuit, vt non consideraret peramplius, quæ sibi erant considerandа supra se, in Deum seipsum & sui excellentiam dirigendo. Ex hoc in testiculos leuiatam perplexos incidit. Sed quæres an filij eorum si ipsi perstitissent in obedientia possent præseruari à peccato? Respondet S. Thom. Quòd in filijs natis, esset gratia gratum faciens, & iustitia originalis, non tamen de lege communi essent confirmati in gratia. Quoniam de lege communi apud Theologos differunt beati à non beatis, per posse peccare & non peccare. Ex aliquo autem speciali priuilegio posset accidere, sicut de beata Virgine, quòd essent confirmati in gratia. Vnde per liberum arbitrium possent peccare. Et si diceres. Gregor. 4. libr. Moralium super illud Iob. Somno meo requiescerem. dicit. Si primū parentum nulla putredo peccati corrumperet, nequaquam ex se filios gehennæ intelligit Gregor. idest, quòd non esset causa, quòd essent filij gehennæ, quia per ipsum peccatum non traherēt, sed per liberum arbitrium. Vel filij gehennæ non fierent, scilicet, per peccatum, sed hoc non esset, per hoc quòd essent in iustitia confirmati, sed propter diuinam prouidentiam, per per quam à peccato præseruarentur immunes. Quintum donum. Erant immortales, non per naturam cum sint ex elemētis corruptibilibus facti quo ad corpus, sed per gratiam. Nam nos morimur propter tres causas. Aut fame propter consumptionem humidi radicalis ex defectu supplementi cibi, aut propter infirmitatem, aut propter senectutem. Sed primi parentes & cæteri sui successores per famem non moriebantur, quia comedebant pro libito de omni fructu ibi existente, quo perfecte nutriebantur reparando deperditionem humidi radicalis si qua ex parte consumebantur. Nō propter senectutem, quia comedebant de ligno vitæ, ex cuius comestione humidum radicale in specie sua restaurari poterat, qua restaurizatione facta, iuuenescebant. Nam quando ad senectutem se declinari cognoscebant, tūc comedebant de hoc ligno vitæ, & iuuenescebant. Nam propter infirmitatem, qua corpus animæ & vires rationi, & ratio Deo erat subiecta, ideo non poterat eis aliquid contrarij nocere. Sed nota quòd hęc immortalitas data erat eis ex gratia. Quoniam non erat eis ex parte materiæ & subiecti, quia sic sunt cœli, & Angeli immortales. Non per formam eis impressam, quia sic beati sunt immortales, quibus

Quare mū lier verbis serpentis credidit.

Digitized by Google

bus & dotes corporis conferuntur secundum Sanctum Paulum. Sed per causam efficientem Deum,& sic eis erat collatum,quia in potestate eorum erat non mori, si in obedientia se præseruarent. Quod vt valerent habere & cōsequi tria data sunt eis remedia, vt supra diximus,contra tria impedimenta quæ mortem causabant. Sed quæres,si non morerētur,ergo ibi perpetuo manerent priuati vita æterna, quæ post mortem homini datur? Respondet Doctor sanctus, quòd Deus post magnam, & longam senectutem eorum,quando suæ maiestati placitū esset, assumebat eos per Angelos, viuos in corpore, & anima ad Paradisum. O fœlix vita carens nostris miserijs.

Sextum donum eis datum. Dominabantur omnibus terræ & maris animalibus. In signum huius adduxit omnia animalia Deus coram Adam, vt eis nomina secundum proprietatem eorum imponeret. Sed dices. An hæc animalia in Paradiso Terrestri erant. Respondet Damascenus, quòd nulla animalia erant in Paradiso Terrestri, sed ea Dominus adduxit in Paradiso Terrestri ante Adam,quibus Adam & nomina imposuit, & ea sibi subiecit. Et hoc dominium homini conueniebat per naturam,quia naturaliter imperfectiora, per perfectiora gubernantur. Et secundo quia in ipsis est quædam prudentia particularis, in homine autem vniuersalis, vnde quod est per participationem, reducitur ad id quod est per essentiam. Sed intellige Damasceni dictum, quòd ea adduxit per imaginationem, vel per presentationem actualem specierum omnium animalium in specie, quibus nomina imposuit secundum proprietatem, sicut & Angeli cognoscūt omnes res naturales per species impressas eis de omnibus naturalibus, quoniam & Adam & Eua habuerunt cognitionem omniū naturalium per species eis influxas in creatione eorum. Et hoc conueniens est dicere,quoniam pisces de mari nō erant ibi ante eum,& oculus Adā non potest extendi ad tantam distantiam, quàm pro tunc adducta animalia occuparent,cum sint quasi infinitę species eorum. Sed dices equi & multa alia similia animalia ad quid sibi seruiebant, cum eis in statu tali non egerent? Respondetur quòd deseruirent sibi non ad vsum, sed ad experiētiam sumendam de ipsis.ita quòd non egebant equitatione, sed solum experiri in eis scientiam,quam de ipsis habebāt, vtputa de cursu eorum, & ita de alijs animalibus. Sed dices quomodo dominabatur Leoni, &c. qui erat in occidente,vel in Septentrione.& cæt. Respondet S. Tho. quòd Angelus qui datus erat homini in custodia, sciens eius voluntatem ad Leonem, adduceret eum sibi,si vellet Adam. Et addit Sanctus Doctor. quòd Deus in principio creationis fecit tria habitacula vnum pro beatis in Paradiso cœlesti. Aliud pro hominibus in Paradiso Terrestri. Tertium,hunc mūdum pro animalibus, sed cum homo esset in honore vt dicit. Psalmus. Per expulsionem suam à Paradiso, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Sed queres an in Paradiso Terrestri,sicut & nunc homo homini dominaretur. Respondet S.Thom. quòd quo ad dominium seruile non, quia talis seruitus aufert libertatem, & est data in pœnam peccati, vt patet per datas homini post peccatum maledictiones. Et Noe maledixit filio Cham quia erat seruus seruorum fratrū suorum, sed quo ad dominium regale,& gubernatiuum,sic ibi esset dominium, quia tale dominium est etiā inter Angelos. Et quia vbi est multitudo sine ordine, ibi est confusio, ordo autem est per respectum ad vnum, vt patet per philosophum. Hæc omnia perpulchre confirmat Aug. Viuebat itaque homo in Paradiso, sicut volebat, quamdiu volebat,quod deus iusserat. viuebat fruens Deo, ex quo bonus erat. viuebat sine vlla egestate,semper viuere habens in potestate. Cibus ei aderat,

Quomodo nomina Adā imposuit animalibus & quomodo eis dominabāt, maxime abeo distantib.

Aug. 14. de Ciuita. 16

ei aderat, ne esuriret, potus ne sitiret, lignum vitæ ne eum senecta dissolueret. Nihil corruptorium in corpore, vel ex corpore vllas molestias eius sensibus ingerebat. Nullus intrinsecus morbus, nullus actus metuebatur extrinsecus. summa in corpore sanitas erat, in animo tota tranquillitas. Hæc August. Et posuit sic ornatum & decoratum in Paradiso Terrestri, vt ibi operaretur, & custodiret illud, vt scilicet operaretur non per defatigationem, sed per recreationem, & suam consolationem, & propter varias experientias de fructibus sumendas &c. Et custodiret illud, ne deciperetur p diabolum, & deceptionem eius & præcepti transgressionem inde expelleretur. Et insuper vt operaretur & custodiret ne ociosus quandoque foret, & sit semper cautus contra diaboli astutias. Ita & nos nunc in Dei Ecclesia militanti tanquam in vinea eius positi sumus, operari, & non esse ociosi, sicut erant illi apud Matthæum, quos ociosos paterfamilias reprehendit, & misit in vineam suam operari diurno denario cõducti ęterni conuiuij, quoniam opera illorum sequuntur illos dicit Ioan. in Apocalip. Et operari & custodire debemus, idest, cauti esse cõtra diaboli astutias, qui circuit quęrens quem deuoret, ne perdamus ecclesiam militantem per malitiam peccati, & excludamur à nuptijs Paradisi Cœlestis. De huiusmodi practica pro libito, ne dicatur nobis in iudicio. Ite maledicti in ignem æternum. & cæter. Et sicut Adam & Eua expulsi, maledicamur à domino in perpetuum. Insuper hic possis contemplari hominem esse factum non sine causa de limo terræ, vt se recognoscat vilem &c. & cum Deo ex ambitione paria non sentiat, cum sibi à Deo aliqua gratia sit collata, quia vt dicit Iacob. Superbis Deus resistit, humilib. autem dat gratiam. Practica de hoc pro libito. Item non sine causa mulier est facta in Paradiso de costa Ade, in signum quòd eam nõ in seruam, sed sociam cordialem ha-

Exortatio sicut Adã positus est vt operaretur, ita nos in Ecclesia ne ociemur.

beat, cum sit caro ex carne sua, & os ex ossibus suis. Et eam etiam veneretur tanquam spõsam, quod significat hęc Euæ ex Adam factæ formatio, vt Paulus dicit. Magnum Sacramentum in Christo, & Ecclesia. Ideo & in Paradiso est facta, vt non sit abiecta, quia & ipsa est facta ad Dei imaginẽ, quia dicit scriptura. Faciamus sibi sociam similem. Et vterque pari passu creati sunt consocij fore & in Paradiso Terrestri. Adam autem extra Paradisum est creatus, & formatus, & postea in Paradisum est translatus, vt humilior esset, causa cuius humilitatis etiam corpus eius est formatum de terra. Nã quanto quis in donis potior tanto humilior debet esse. Videns ergo dęmon nobilitatem eorum & gratiam corã Deo, & quòd sedes cœli, ex quibus ipse cũ tertia parte stellarum ab eo tracta, deiectus est, per hominem essent replendę, inuidit eis, & conatus est, si quo modo eos deijcere posset à tali gratia, cogitans si eos deiecerit, etiã posteri eorum sub potestate eius erunt, quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Et prædictam tentationem, & persuasionem diabolicam cum Eua & Euæ cum Adam sic in practica potest describi. Nam dęmon Euæ vt fragiliori in mente proposuit cogitare de sui excellentia & nobilitate tam corporis, quam animę cum dotibus suis. Circa quam cogitationem in reflectendo se supra seipsam, fuit absorta non minus, quàm Pauo, qui dum suam pulchritudinem considerat, distendit suas alas, seque ac suarum pęnarum pulchritudinem attentius & delectabilius considerat & contemplatur, & ex contemplatione tali ambit. Et ita Eua ambiuit in suis excellentijs, dum talia dona sibi à Deo collata, in Deum suum non retulit vt debebat, sed sic remansit absorta in sui delectatione, quasi sibi ipsi complacens, & de Deo non considerans, modo etiam quo si rusticus sacerdos pãnis sericis indueretur pro Missa celebranda, ita in delectatione talis ornatus

Practice declaratur tentatio primorũ parẽtũ.

Digitized by Google

natus supra conditionem suam affe-ctus esset, vt non consideret de alijs indumentis necessarijs pro Missa cele-branda induendis, sine quibus Missa nõ celebratur, & ita sine his celebrat. Et hoc est, quòd dicit August. Quòd primi parentes non peccauerunt prin-cipaliter ex deceptione serpẽtis, quia mulier verbis serpentis non crederet, nisi iam inesset menti eius amor pro-prię potestatis, & quędam de se prę-sumptio. Hæc August. Postquam igi-tur dæmon cognouit ipsam iam ela-tione captam ex sui excellentia firmi-ter considerata, tunc assumit aliũ mo-dum tentandi eam, quia iam cogno-uit eam Dei gratiam gratum facien-tem ex illatione amisisse, quomodo per ipsam vitam etiam virum deijce-ret. Assumit ergo Diabolus formam serpentis, vel ipsum verum serpen-tem, vt per eum sibi loqueretur, sicut Angelus per asinam Balaam est locu-

Num.22.

tus. Hic autem serpens quidam no-uus expositor dicit, quòd fuerit me-taphorice & non verus serpens, sed ip-se dæmon descriptus per similitudi-nes aliquas serpenti conueniẽtes, quę vere diabolo assimilantur. Sed quia littera semper vbi potest in sacra scri-ptura saluari, primo est legenda & in-telligenda, vt August. dicit. aliter to-tam scripturam peruerteremus, quia in omnibus fere locis etiam est figura-tiua, vt S. Paulus dicit. Omnia eis in figura contingebant. Ideo vt commu-niter expositores dicunt, fuit verus serpens in Paradisum Terrestre per diabolum delatus ad finem tentatio-nis, & deceptionis Euæ & Adam. Vn-de magister histor. dicit. Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ etiam naturaliter, quia non omnium serpẽtum species & naturas possumus scire, cum nouimus apud insulas me-ridionales noui mũdi admirabiles ser-pentes inueniri, quorum nunquam apud nos fuit notitia. Sed dęmon be-ne nouit ex naturali sua sciẽtia talem serpentis speciem, & formam aptam ad sui intentum, ideo talẽ elegit. Tem-

Fuit verus serpẽs qui tẽtauit primos parentes.

Gen. 21.

pore etiam meo Perusij quidam detu-lit ex parte Orientis animal quadru-plex, quod potius in aqua viuebat, vt porcus marinus, quod animal habe-bat pulchram mulieris effigiem, eius-que sexum ad modum mulieris, & de-inde ad Pontificem Romam Iulium, translatum est, & ibi mortuum. Et in-cidenter erat callidior, quia plenus e-rat dæmone. Lucifer enim deiectus à Paradiso, inuidit homini, quòd es-set ex Paradiso corporeo ad cœleste transferendus, sciensq; si faceret eum transgredi, quòd ex vtroque Paradi-so eijceretur. Timens vero deprehen-di à viro, mulierem minus prouidam & magis fragilem flecti, aggressus est. Et hoc per serpentem, quia tunc ser-pens effigiem hominis habens, qui af-fuit, vel vt simia erectus humana si-gna in se prætendens, postea in male-dictione prostratus est. Et adhuc vt tradunt, Pharcas erectus incedit. Vel dic, in pęnam vt infra dicetur ex ma-ledictione forsan in monstruositatem totum genus ipsorum est redactum, sicut & tota progenies Giezi fuit le-prosa. Ex maledictione Helisei data sibi. Et ex parentũ maledictione mon- 4.Reg.
struosi quandoque generantur. Nec est intelligendum, quòd serpenti lo-quenti crederet, vt dicit August. nisi prius in mente eius esset ambitio. Et quia quod miseri volũt, hoc facile cre-dunt, vnde tam docti & scientes ab-sconderunt se à Deo, quem venire sen-tiebant, qua extimatione in tam altis ingenijs quid stultius? Elegit etiam se-cundum Bedam quoddam genus ser-pentis virgineum vultum habentis, quia similia communiter, similibus applaudunt. Et mouit ad loquendum linguam eius, tamen nescientis, sicut & per phanaticos & energuminos lo-quitur, nescientes. Et ait sibi iam ela-tę in mente. Cum sis libera creata, & domina cunctorũ, cur pręcepit Deus vobis, vt non comederetis de omni li-gno Paradisi, cum scilicet, omnis Dei creatura sit bona, & quòd vobis vnũ tam pulchrum lignum vel pomum sit

per

Digitized by Google

per legem positiuam prohibitum comedi, cum in se nec bonum, nec malum contineat eius comestio. Est enim de genere indifferentium. Incipit, a, quid, vel cur astute, idest quorsum Deus pręceptum hoc adiecit, vel cōminatorie ad terrendum, an secundum naturam exequēdi intentionem. Modus enim decipiendi, est aliquem ordiri sermonem per modum propositionis dubiæ, vt perueniatur hac occasione ad suum intentum. Sicut & iuuenes lasciui hac via decipiunt iuuenculas, quę sine dubio capiuntur, dum familiariter propositionib. disceptāt. Cui respondit mulier. De fructu lignorum qui sunt in Paradiso vescimur, idest, sumus liberi ad vescendum. De fructu vero quod est in Paradisi medio, pręcepit nobis Deus ne comederemus. Dicitur fructus scientiæ, &c. non speculatiue, sed practice, idest, pœnaliter. In his verbis mulier voluit libertatem suam tueri, quia sumus liberi ex omni ligno comedere, sed in parua re nobis est excepta libertas, scilicet, circa hoc solum pomum. Vnde nō multa nobis libertas adempta est, quia circa vnum pomum vel arborem quod est parui momenti. Addit mulier non solum præcepit ne comederemus, sed exagerando præceptum Dei dixit serpenti, & præcepit ne etiam tangeremus illud. In hoc datur cunctis exemplum & documentū circa vetita, etiam manus remoue in tangendo ea, quia Prouerb. dicitur. Qui tetigerit picē, inquinabitur ab ea. Multos enim vidimus castos viros, sed ex tactu, vel visu mulierum prolapsos, vt Dauid & multi alij. Similiter multos vidimus religiosos cuncta mundana vt stercora arbitrari, sed dum pecunias quandoque miscēt, prolapsos in proprietates, & multas auaritias. Multos vidimus ieiunantes, sed ad præsentiam, vel tactum cibi, vt pisciū &c. & similium gulæ deseruisse & transgressioni circa ieiunium. vnde & August. Non est magnum non comedere, sed oblatum cibum respuere hoc magnum est. O quot Ecclesiastici maxime religiosi dignitates respuunt tanquam damnabilia sibi, & tamen oblatas acceptant & cęt. Et ita practica de puellis & mulieribus, quæ se offerunt aspectui & practicæ humanæ, quàm periculosum est suę castitati, de quibus vide Ecclesiast. Sequitur. Ne forte moriamur. Ecce quomodo mulier in hoc dubitandi Prouerbio. scilicet, ne forte, etiam ipsa cœpit dubitare, an hoc præceptum Dei eis sit datum cōminatorie, vel absolute & realiter, idest, animo infligendi veram mortem. Ex quo verbo sic cespitatiuo dignoscitur mulierē respondisse ad diaboli perplexam interrogationem dicentis, Cur. Et tunc diabolus assumit maiorem spem ipsam decipiēdi postquam diuinum præceptum vt ambiguum comminationis, vel realis punitionis ex transgressione accepit, sicut si iuuenis diceret puellæ, cur ad ianuam te descendere pater tibi vetuit, vel comminatiue vel pœnaliter. Et illa propter libertatem suam tuendam respondeat. Nescio an sit comminatiue, an pœnaliter à patre meo inhibitum. Ex his habetur quomodo serpit diabolicum venenum, modo serpentis tortuosæ ambulantis in affectum, & intellectum mulieris. In affectum quidem per displicentiam præcepti. Vnde statim prodijt exageratio vinculi inferendo diabolo, quòd ita præceptum est nobis, vt nec tangere ipsum valemus, & non solum comedere. Huiusmodi exageratio testis est internę eius displicentiæ circa suam libertatem &c. ad quod intendebat dęmon ipsam inducere, excitādo in eam affectum libertatis, & inde ex consequendi displicentiam vinculi præcepti, vt proruperit in exagerationem præcepti, modo quo mulier inhibita à marito, ne domum exeat, cum interrogatur, cur non exit. Respondet, mihi nō licet extra camerā meam pedem ponere, quasi exagerando sibi displicere mariti præceptum. Et dicitur fructus ligni scientiæ boni, & mali, non

Facile non oblita respuimus q̄ oblata acceptamus.

Eccle. 7. 9. 19. 26. 30. & 42.

li, non speculatiue, vt quod hæc causare possit, sed practice, idest pœnaliter, quasi diceret, ex transgressione luetis pœnam. Serpit etiam dæmon in intellectum eius per hæsitationem futuræ pœnæ, scilicet, an sit comminatiue dicta, vel vere pęnaliter, quatenus facilius declinaret ad concupiscentiam suæ omnimodæ libertatis. Dixit autem serpens. Nequaquã moriemini, idest, vtere libertate tua, q̃a pęna inflicta tibi à Deo præcipiente, est solum cõminatoria, ex qua non incurretis mortem. Quasi diceret. quandoque aliquid prohibetur, vt non fiat sub pœna, non ad infligendum, sed ad terrendum, sicut vobis eam inflixit Deus, qui scit quòd non erit vobis, sicut vobis comminatorie inhibuit. Sed hoc certe vobis eueniet ex comestione, vel eritis sicut dij, scientes bonum & malum, quod Deũ non præterit vobis euenturum. Et Deus nemi nem vult sibi parem in scientia, ideo sciens per comestionem fructus, vos fore sicut ipsum, scientes bonũ & malum, vobis quasi inuidus prohibuit comestionem fructus talis. Hæc & similia dicens illi dæmon, dixit iam capta est. Et vt ad suum intẽtum eam vehementius alliceret, ostendit sibi, quàm pulcher sit fructus talis visui, quia mundus & similia, &c. & ad vescẽdum suaue per tactum & odorem, & quòd sit delectabilis aspectu. Tulit de fructu illius & comedit. Vide quã periculosa sint encęnia pulchra præsẽtata alicui ad alliciẽdum ipsum, de quibus maxime caueant mulieres, & iudices, quoniam vt dicitur. Obcæcant etiam oculos sapientum. Et dedit viro suo, intellige multis persuasionibus, quæ Moyses gratia breuitatis omittit. Et ipse comedit. In quo notatur forsan quòd præsens fuit vir quando mulier comedit, ideo postquã ipsa comedit, dedit viro tanquã præsenti. In quo notatur grauitas peccati Adæ, quia non prohibuit eam nec reprehendit à comestione. Ex quo & facilius ipse potuit ab ea seduci, q̃a

Deut. 16.

poterat dicere sibi, tu vidisti me comedentem, & non prohibuisti, comede & tu, ego non sum mortua, nec tu morieris, quia hoc præceptum sublatiuum nostræ libertatis est comminatiuum. Et hoc etiam Adam extimans, quia non vidit eam mortuam, & ipse comedit, & nota 1. Thim. 2. Adam nõ est seductus, sed mulier, idest, primo, & quòd dicit Aug. Adam & Eua, quia voluerunt rapere diuinitatem, amiserunt fęlicitatẽ, intelligitur de Adam, ꝙ appetierit esse, vt deus, quia noluit coercere Euam. Practica, standum est in timore, quia si in viridi hoc fit &c. alias rationes eius comestionis superius dixi. Et statim aperti sunt oculi vtriusque de mala ipsorum transgressione, & ꝙ non fuit comminatiua, sed inflictiua pœna. Ex effectu successus, quia statim cognouerũt se esse nudos, idest, ꝙ fuit eis turpe nudos fore & verecundum. Nam nuditas de se non est turpis, quia & in Paradiso erunt homines nudi, nec tamen erit eis turpe, vel verecundum. Vnde turpitudo & verecundia nunc annexa est nuditati, quia vt dicit Pau. Habeo aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ. Statim. n. in sensualitate senserunt & virib. inferiorib. corporis se fore vulneratos, & se amisisse cõditionẽ rectitudinis suę, in qua erant creati vt dicit. Solummodo hoc inueni, ꝙ fecerit Deus hominem rectum, vt superius declarauimus, ipse autem miscuit se quęstionibus infinitis. i. disputationib. diabolicis contra pręceptum Dei boni infiniti. Vnde ex hoc habetur, ꝙ peccauerint mortaliter appetẽdo creaturam contra pręceptum creatoris, & ꝙ Deo se voluerunt æquiparari. Ideo inuenerunt se esse nudos in speciali gratia gratum faciente, & deinde gratia innocentiæ. Et breuiter inuenerunt se nudos, quia in puris naturalibus remãserunt in corpore suo, omnibus humanis miserijs subiecti vt Iob dicit. Homo natus de muliere. Practica. Amiserunt gratiam gratum facientem, Amiserunt rectitudinem virium

Eccl. 7.

rium

Digitized by Google

rium ad rationem, & subiectionẽ corporis ad animam, quia cœperunt sentire aliam legem in membris suis repugnantẽ legi mentis. Et corpus quod corrumpitur cepit aggrauare animã, morti & mortalitatibus subiectũ. Practica de humanis calamitatib. de peccato originali, de concupiscentia concubitus in generando prolem, incurrerunt intellectus obscuritatem, voluntatis ad concupiscentiam inclinationem, virium ad rationem discordiam vt propter hoc. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Inobedientiam animalium, & totius creaturæ insurrectionem contra se in vindictã Dei, vt merito qui Deo non fuit subiectus, in se & sibi subditis cõtra se inueniat rebellionem. Hoc perpulchre figuraliter in historia præassumpta denotatur. Arbor nãque quæ alta petit, & cœlum tegebat, designat nostros primos parentes contemplatione sua celicã vitam agentes ex Dei familiaritate & angelorum consortiũ. Erant alti per scientiã, & affectum bonũ ad diuina. Rami eius extendebantur per totum mundum, quia à nulla re impediebatur sua operatio, cui nihil nociuũ poterat adesse propter iustitiam originalem, qua erat decoratus. Folia eius erãt pulcherrima, quia semper virens, & immortalis per restaurationem ligni vitæ, vt superius declarauimus. Fructus meritorũ eius vberimus, quia nihil mali operabatur sed ad omne bonum opus erat inclinatus. Et quia ex se non gignebant filios gehennæ si iniustitia creata perseuerassent. Bestiæ erant sub ipso, & in ipso, quia Psalmus dicit. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues, &c. Sed heu quàm pulchra arbor. Audiuit vocem contra se, tunc fuit quando comedit vir, & vterq; inuenti sunt nudi. Succidite arborem, quia corruit per peccatum de vita celica ad vitam bestialem. Psalm. Homo cum in honore esset comparatus est, &c. Et à contemplatione diuinorum ad ignorãtiæ cæcitatem decidit cum suis posteris. Præcidite ramos eius, quia habemus aliam legem in membris nostris, vt nõ valeamus extendi libere in toto ad bonum. Et quia remanserunt amissa gratia Dei gratum faciente opera eorum infructuosa pro vita æterna, vt sint peramplius, sicut pannus menstruatæ. Et excuciuntur fructus eius, quia & ipse & tota progenies eorum, qui sunt fructus eorũ excussi sunt, & proiecti à facie domini. Excutiuntur, & folia virentia ab ipsis, quia mortales effecti, vt sicut Isai. dicit. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos agri, hodie est, & cras in clibanum mittitur. Expellũtur animalia ab eo, quia nunc & canis, & gatta quæ nutriuntur in domo nostra, recalcitrant nobis, vt omittam aliorum animalium inimicitiam, & inobediẽtiam ad nos. Tamen misericordiæ Dei fuit, sic excisi q non sint in ignem missi, vt consumentur, sed germen radicum eius sinitur in terra, quia anima eius non est extracta à corpore, sed alligata vinculo ferreo, idest, originali peccato, quod ita durũ fuit vinculum, vt nullatenus possit dissolui, nisi à solo Deo. Et cor eorum immutatum est ab humano, quia per peccatum iumentis insipientibus sunt facti similes, & ferinum cor est datum nobis, quia. Habemus aliam legem in mẽbris nostris repugnantem legi mentis nostræ, vt quod nolumus id faciamus, vel inclinamur ex tali vinculo ad faciendum. Vt de ipso poterat in principio creationis suæ decantari illud Boetij. Hic quondam cęlo liber aperto, suetus in ethereos ire meatus, visebat gelidæ sidera lunę, cernebat rosei lumina solis. Et quæcunque vagos stella recursus, exercet varios flexa per orbem, comprehendens numeris victor habebat &c. Nũc iacet effecto lumine mentis. Et pręssus grauidis colla cathenis, decliuumq; gerens pondere vultum. Cogitur heu stollidam cernere terrã. hęc ibi. Et hęc vsq; ad septem tempora duret vinculatio, quia quoad anima

ma est in corpore, quia omnes concipimur in originali vinculo. Vt de ipso merito possimus plorando decantare. Quomodo obscuratum est aurum, idest, intellectus eorum tam clarus, mutatus est color optimus, scilicet, affectus voluntatis ab affectu Dei ad terrena. Dispersi sunt lapides sanctuarij, primi parentes lapides angulares tam sancti creati, in capite omnium platearum, quia expulsi de Paradiso dispersi sunt per mundum, potius pro brutorum factum habitatione. Filij Syon qui interpretantur speculatio, idest, Adam & Eua in magna diuinorum secretorũ contemplatione creati, cum admiratiuis donis incliti, amicti auro primo, idest, donis superius declaratis, quomodo computati sunt in vasa testea, idest, fragiles & mortales effecti, sicut vasa testea. Et ex verecundia sibi fecerunt subligacula de folijs ficus, propter hoc quidam dicunt, quòd pomum vetitum fuerit ficus. Et absconderunt se à domino. vide magnam miseriam eorum. Qui Paulo ante sciebant Deũ esse vbique per essentiam, per præsentiam, & per potentiam, absconderunt se ab eo. Practicæ extende te. Ita & tibi peccanti accidit, sed Aug. dicit. Et si à nemine hominum videatur, quid faciet de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest? Absconderunt se audientes vocẽ Domini, & loquelã deambulantis, quasi vellet declarare sibi Deus, id, quod, dũ Eua ex costa eius esset facta, &c. Paulus dicit. Hoc sacramentum magnum in Christo & Ecclesia. Iam declaro tibi talem præuisionem tuam, quæ mihi semper fuit præsens in mea notitia, denotabat meam incarnationẽ secundum quod Baruch dicit. Post hæc in terris visus est & cũ hominibus conuersatus. Ego propter tuum peccatum humanus apparebo. Et Deus post meridiem deambulabat in quo denotatur, quòd Adam & Eua steterũt in Paradiso per mediã diem. Et clamauit ad eum, Adam &c. & hoc non ex ignorantia, sed ratione increpationis. Vbi es, idest, vide per peccatum tuum ad quid deuenisti. Practice replica dona superius ei data, nũc autem ad quid deuenisti? tamen confitere tuum peccatum per recognitionem tuæ miseriæ, in qua iaces. Et miser cœpit non solum excusari de suo errore, sed etiam in Deum ipsum conuertere, quia tu es causa mei erroris dando mihi vxorem quę decepit me. O miser non est cuiquam attribuendus error tuus, sed tuæ volũtati, quia dicit Deus. Fuge peccatum, tamquam à facie colubri. Hic similiter practice discurre, tu excusas tuum peccatum per occasionẽ alterius perpetratum, qui nullo pacto tuam voluntatem potest cogere. &c. Tandem expulsi à Paradiso in pelliceis tunicis, quasi sibi diceret. Cum in honore esses, comparatus es iumentis insipientibus &c. tamen pius dominus recordatus figmenti sui, hortatus est eos ad pęnitentiã, dans sibi spem euinculationis suę per incarnationem suam. &c. Et dedit eis interim syrupos pro infirmitate originali, in lege naturę sacrificia, & protestationes, & per Abraham vsq; ad Christũ Iudęis Circuncisionem, sed veram medicinã totius vulneris p Christi passionem, & cęt.

Tren. 4.

Baruch. 3.

De his remedijs superius diximus.

Digitized by Google

SERMO VIGESIMVS PRIMVS.

NON EXISTENTE HOMINIS PECCATO Verbum non venisse in carne, scriptura, & sanctorum dictis comprobat: explicaturq; ad propositum historia Aaron stãtis inter viuos & mortuos, dum pro populo depræcaretur. Num. 16.

VERBVM CARO FACTVM EST. Ioan. 1.

Num. 16. VOlens Deus delere totum populum Hebręũ propter peccata eorũ dicens Moysi. Recedite de medio huius multitudinis, & nunc delebo eos. Cumque iacerent in terra dixit Moyses ad Aaron. Tolle turribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens cito ad populum vt roges pro eis. Iam enim egressa est ira a domino, & plaga deseuit. Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thimiama, & stans inter mortuos ac viuentes, pro populo depræcatus est, & plaga cessauit. Fuerũt enim qui percussi sunt quatuordecim milia hominum & septuaginta, absque his qui perierunt in seditione Choreæ. Reuersusque est Aaron ad Moysem ad ostium tabernaculi fęderis, postquam quieuit interitus. hæc ibi.

Hoc mane duo videbimus. Primo. An si homo non peccasset, filius Dei ex Virgine incarnatus fuisset. Secundo exponemus historiam. Et videtur quòd sic, quia Paulus. Dicit supra id Eph. 5. quando Eua fuit facta ex Adam ossibus, & Adam dixit. Hoc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea, propter quod relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ. Hoc Sacramentum magnum. Dico ego in Christo, & Ecclesia. Quasi diceret. Adam præuidit in illis verbis Christum incarnandum, & ab ipso incarnato, Ecclesiam sponsam eius fabricandam, Sed hęc ante peccatum eorum facta & dicta sunt, & non est conueniens dicere, quòd suum casum tũc pręuiderit, quia ex hoc magna sibi tristitia inesset, quod est inconueniens asserere in tali statu innocentiæ. In contrarium est Paulus Fidelis sermo & omni acceptione dignus, 1. Thim. 1. quia Iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere. Respondet Sanctus Thom. tertia senten. & tertia par. quæstio. prima articul. tertio. Quod circa hoc sunt duæ opiniones. Vna dicit quòd venisset non vt Redemptor, sed vt glorificator, & sic intelligitur dictum Apostoli de sacramento Christi, & Ecclesiæ præuiso ab Adam in Euæ formatione. Alia opinio dicit ꝙ nulla alia causa veniendi domino nisi peccatum. Tolle morbum tolle vulnera, & nulla erit causa medicinę, vt dic. glo. Et in 3 sent. dist. 1. dicit. Probabilius tenendum est, quòd si peccatum non esset, filius Dei incarnatus non fuisset, quãuis alia opinio potest probabiliter teneri, sed in 3. par. Vbi iam prouectus resolutius loquitur, dicit, quòd magis assentiendũ est opinioni, quæ dicit ꝙ non venisset, & eius conclusio est tenenda. Et ꝓbat ratione sic. Ea quæ ex sola Dei voluntate depen-

 dent,

dent, nobis innotescere non possunt, nisi ex sacra scriptura, vel ex reuelatione sanctis viris facta, sed in sacra scriptura & ex dictis sanctorum hæc sola causa incarnationis assignatur, scilicet, redemptio humana à seruitute peccati, ita quòd cessante peccato ipsa cessasset. Vnde formatur sic ratio. Quicunque in his quę sunt fidei asserit quod ignorat, non rectius sapit, sed qui asserunt Christum homine non peccante venturum fuisse, asserunt quod ignorant, ergo & cætera. Nam cum aliquid eorum quę sunt supra naturam scitur, vel scriptura sacra, vel ratione, vel reuelatione scitur, Ista non sciuntur ratione, quoniam sic ratione non possunt cognosci, quæ ex sola voluntate diuina dependent quam ignoramus, similiter nec ex sacra scriptura, nec reuelatione. Quia sancti quibus facta est reuelatio eorum quę sunt fidei, non dicunt hoc, sed oppositũ innuunt. Confirmatur hæc ratio Sancti Thomæ, quia si cessante peccato filius Dei humanatus fuisset, nulla potest ratio reddi nisi proteruiendo, quare non fuit angelicatus, naturam angelicam assumendo, & glorificando, cum non sit maior ratio ibi quàm hic. Probat etiam Sanctus Thomas in vtroque loco superius allegato auctoritate sanctorum, & sacræ scripturæ hanc veritatem. Nam Leo in sermone de natiuit. Si homo ad imaginem, & similitudinem Dei factus, in suo honore mansisset, creator creatura non fieret, aut sempiternus temporalitatem subijret, aut æqualis Deo patri, Dei filius formam serui assumeret. Et Aug. In oratione ad beatam Virginem. Vt quid inquit nescium peccati pro peccatoribus pareres, si deesset qui peccasset? Aut quid mater fieres Saluatoris, si nulla esset indigentia salutis? Itẽ idem super illud Matth. Ipse saluum faciet &c. Si homo non peccasset, virgo non peperisset. Et exponens illud venit filius hominis quærere, &c. Si homo non peccasset, filius hominis non venisset. Et glo. Super illud. Christus venit in hunc mundum peccatores, & cæt. 1. Thim. 1. Nulla causa fuit veniendi Christo, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla erit causa medicinę. Et hoc clare ostendit Christus in figura illius hominis, qui ab Hierusalem in Hierico descendit. Dic totum textum. Quæ verba exponens Augusti. contra Pellagium sic dicit. Homo iste genus humanum est, ab Hierusalem descendens in Hierico, idest, de Paradiso in hunc mundum. Hierusalem enim visio pacis interpretatur. Antequam homo peccasset, in visione pacis erat, idest, in Paradiso, vbi quicquid intuebatur pax erat atque lætitia. Inde autem descendens humiliatus, idest, miser factus per peccatum venit in Hierico, idest, in hunc mundum. Hierico interpretatur Luna, quia mundus velut Luna mutatur. Hic incidit in latrones, idest, in diabolum & malos Angelos ei⁹. i. per inobedientiam miserrimum genus humanum dæmonibus se mancipauit. Qui despoliauerunt eum, idest, diuina gratia liberique arbitrij in bonum possibilitatem perdidit, & plagis eum totum affecerunt. Et omnes posteri eius hac plaga fuerunt percussi. Sicq; omnes in iniquitatibus sunt concepti. Et eo semiuiuo relicto abierunt. Seminamque viuus licet vitalem habeat motum, ex se tamen ambulare, nec surgere potest, sic & genus humanum per proprias vires resurgere non poterat. Descendens autem Sacerdos eadem via, eo viso pertransijt, similiter & leuita. In his sane duobus duo tempora intelliguntur, scilicet legis & prophetarum. In sacerdote intellige legem, per quam sacerdotium, & sacrificia sunt instituta. Et per leuitam vaticinium prophetarum intellige, quorum temporibus totum genus humanũ sanari non potuit. Quoniã omnes ex Adam & Eua matre prima nascentes, tamquam chyrographo paterno constricti sunt. Stipendium peccati mors est, vt ait Apostolus.

ſtolus. Sacerdote autem & leuita tranſeuntibus, Samaritanus quidam, qui cuſtos interpretatur, fuit Chriſtus, qui nos ſua gratia defenſauit. Venit ſecus eũ in ſimilitudinem carnis peccati, & videns eum, miſericordia motus eſt ſuper eum. Quid namque vidit? Vidit inquam genus humanũ proſtratum. Et miſericordia motus, quia in eo, quo curari dignus eſſet, nullum meritum inuenit. Et approprians alligauit vulnera eius, id eſt, damnauit peccatum in carne, infundens oleum & vinum ſuper eum, id eſt, chariſma ſanctum & ſanguinem ſuum, & impoſuit illud in iumentum ſuum, in adiutorium, videlicet gratia ſuæ incarnationis, & duxit in ſtabulum, id eſt, in Eccleſiã ſuam donans ei fidem ad credendum in ea. Et altera die, id eſt, quaſi tempore alio, id eſt, poſt Aſcenſionem protulit duos denarios, videlicet nouum & vetus teſtamentum, quod numiſma Dei eſt, & dedit ſtabulario, id eſt, Paulo Apoſtolo, qui eſt vas electionis, cui ſolicitudo eſt omnium eccleſiarum. Et ait. Curam illius habe, id eſt, quæ ad fidem meam pertinent, & quomodo ad veram ſanitatem venire debeat, illum doce. Et quodcunque ſupererogaueris, cum rediero, id eſt, ad iuditium, reddam tibi. Quid autem ſit illud quod ſupra legẽ Euangelij Paul. erogauerit, dicit Auguſtinus. Puto quòd ſit illud quod ad Cor. ait. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, tamquam miſericordiam conſecutus à Deo, vt ſim fidelis. Et hoc perpulchre oſtendit. Greg. Mediator Dei & hominum, vt culpas noſtræ tranſgreſſionis extingueret, venit mortalitatis noſtræ flagella tolerare. Et qui patri æqualis eſt per diuinitaté, propter nos venit ad flagella per carnem. Quæ nimirum flagella, non ſuſciperet, niſi formam hominis damnati redimendo ſuſcepiſſet. Et niſi primus homo derelinqueret, ſecũdus ad paſſionis opprobria minime veniret. hęc ille. Et hæc figurata ſunt etiam. In muliere & puero eius ab Heliſeo reſuſcitato. Vbi dicitur. Erat mulier, cuius filius vnicus infirmatus mortuus eſt. Et iuit ad Heliſeum virum Dei, & clamauit pro ſuſcitatione pueri mortui. Miſericordia motus vir Dei, iuit ad domum eius, & aſcendit & incubuit ſuper puerum, & poſuit os ſuper os pueri, & oculos ſuper oculos eius, & manus ſuper manus eius, & incuruauit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro eius, & oſcitauit puer ſepties, & aperuit oculos, & reſurrexit filius viduę, & dedit eum matri ſuæ. Mulier videns miraculum corruit ſuper terram, & adorauit. Spiritualiter. Mulier hęc ſignat Eccleſiam ſanctam, quæ à principio iuſti Abel incepit, & durabit vſque in finem mundi ſecundum Sanctos Doctores, quia vnus eſt Deus mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus, qui dedit ꝓ redẽptionem ſemetipſum pro omnibus, cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt. Nam ſecundum ſacros Theologos vna eſt fides omniũ hominum à principio mũdi, vſque in finem, ſed quod nos credimus explicite de Chriſto, hoc in lege naturę & ſcripta ſecũdum magis, & minus credebant implicite, niſi quibus fuerat reuelatum de Chriſto credere explicite, de articulatis eius miſterijs. De his vide S. Thom. ſecunda ſecundæ. quæſtio. prima. artic. 7. & quæſt. ſecunda art. 5. & in ſequentibus, & noſtrum ſermonem doctrinalem in Sexageſima. Hæc, vidua erat, quia ſine Chriſto ſponſo incarnato, vſque ad legem gratiæ excluſiue. Hæc habebat vnicum filium, id eſt, genus humanum, qui infirmatus tentatione Diaboli, mortuus eſt, vt dicit Paulus. Per vnum hominem in mundum intrauit peccatum, & per peccatum mors. Et ita in omnes homines, mors pertranſijt in quo omnes peccauerũt, vſque ad legem enim peccatum erat in mundo. Paulus ad Rom. Sed vidua, id eſt, mater eccleſia. Clamat ad virum Dei Heliſeum, qui interpretatur Deus meus Saluator, i. Chri-

Moral. 3.
4. Reg. 4.
1. Thim. 2.
Rom. 5.

Christum Saluatorem, in Patriarchis & Prophetis dicentibus, & clamantibus ad Deum pro salute generis humani. Veni & libera nos Deus noster. Et veni, & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ. Et multa id genus, vt sanaret à morte ęterna filium suum, idest, genus humanum, pro quo plorauit incessanter, vt mater adolescentis mortui. Et Heliseus misericordia motus, venit ad domum, quando fuit incarnatus. De quo Paulus. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filiũ suum. &c. Et extēdit se supra puerum totus. os ad os, oculos ad oculos, manus ad manus, quoniam vt Isai. dicit.

Isai. 1.

A planta pedis vsque ad ad verticem, non est in eo sanitas. Et quia omnium nostrum portauit super se iniquitates, vt Isa. dicit prolixius.

Isai. 53.

Et quia per quæ, quis peccat, per hæc & torquetur, ideo quia totus homo vulneratus fuit spiritualiter, Christus, pro homine vulnerato sanando, veniens, pro ipso toto corpore pœnitentiam egit, quia etiam à planta pedis vsque ad verticē non fuit sanitas in toto corpore eius crucifixo. Et puer oscitauit septies, quia ex Christi passione & in cruce extensione, reuixit puer, idest, insēsatum genus humanum à septem mortalib. vulneribus & originali peccato. De quibus beatus Bernardus super can.

S. Ber. li. 3.

Venio vt errantem corrigam & supple, doceam, & infirmantes adiuuem, & dubitantes in fide affirmem, & bene agentiũ fructib. perfectis quasi suauissimis pascar, & certantes ab hostium defendam insidijs, & victores hostium perpetuæ visionis meæ corona remunerem. Hæc Bernardus.

Soluuntur dubia circa incarnationē propter peccatum.

Sed curiose dubitabis. Ad omnipotētiam diuinę virtutis pertinet, vt opera sua perfecta quæ habēt ordinem in eum, & se manifestet in eis per aliquem effectum infinitum, ipse qui est infinitę potentiæ, sed nulla creatura potest dici infinitus eius effectus, cum sit finita per essentiam. In solo autem opere incarnationis videtur præcipue manifestari effectus infinitus diuinæ potentiæ, per quam in infinitum distantia coniunguntur, in quãtum factum est quòd Deus esset homo, & homo esset Deus. In quo opere maxime videtur perfici vniuersum, per hoc quòd vltima creatura, idest, homo primo principio iungitur, idest, Deo. Et etiam quia non potest maior diuinus effectus ostendi nec imaginari, quàm quòd Deus realiter sit homo, & homo realiter Deus, ergo. &c. Respondet S. Doctor vbi supra. Quod homo dupliciter potest intelligi esse ordinatus in Deum. Vno modo naturaliter, idest, quòd naturali ordine ordinetur in Deum, Alio modo supernaturaliter. i. ꝙ supernaturali ordine, vel modo ordinetur in Deum. Dico quòd ad perfectionē vniuersi sufficit, quòd tota creatura sit ordinata in Deũ naturali ordine. Et hoc modo coniungitur creatura Deo. Et hæc sola perfectio, vel coniunctio sufficit sibi naturaliter, vt sit perfecta in se, quòd autem secundo modo ordinetur in Deũ & assequatur talem ordinem in actu, hoc est sibi ex gratia supernaturali. Vnde ex hoc ꝙ naturaliter in Deum ordinatur, ergo habet sibi vniri personaliter, non valet argumentum. Et cum addis, aliter non potest manifestari sua omnipotentia infinita, nisi per hãc solam vnionem suppositalem cum creatura. Respondetur. Imo ex ipso modo productionis rerum ex nihilo diuina virtus ostenditur esse infinita, vt etiam veri philosophi concedunt, & asserunt, cum à non ente ad aliquid, infinita distantia sit, & maxime in modo producendi, quia ipse dixit & facta sunt. Sed dices vt superius diximus in obijciendo. Incarnationis mysterium est primo homini reuelatum, vt dicit Paulus, ante peccatum suum, sed homo non potuit esse præscius sui casus eadem ratione qua nec Angelus, vt August. probat ad litteram super Gene. ergo esset incarnatus etiam si homo non peccasset, vt hominē glorificaret, & nobilitaret quantum potuit. Respondet. Non inconuenit

Eph. 1.

uenit alicui reuelari effectum, antequam eius causa sibi reueletur. Vt si alicui reuelaretur se habiturum officium aliquod dignitatis, & non reuelaretur causa eius propter quam. Et alicui mulieri rusticę reuelaretur desponsatio cum rege, & non reuelaretur sibi causa talis desponsationis. Ita ad propositum. Potuit primo homini reuelari incarnatio filij Dei, sicut & de omnibus bonis & malis Angelis dicit Bernardus, non tamen reuelabitur sibi causa. Nam non quicunque cognoscit effectum, cognoscit causam. Sed dices. Non ne Apostolus ad Roman. 1. dicit. Prædestinatus est filius Dei in virtute, & loquitur de filij Dei incarnatione, ergo ad hoc, quòd Dei prędestinatio impleatur, necessarium erat homine non peccante filium Dei incarnari. Respondet S. Doctor quòd Dei prædestinatio conditionata, & ordinaria pręsupponit media quibus impleatur, sicut etiam Deus ab æterno tibi prędestinauit dare regnum cęlorum, intelligitur hoc mediantibus bonis operibus, vt mediante oratione, contritione, operatione bona, &c. sicut dicit S. Gregor. Deus prædestinauerat in semine Isaac benedicendas omnes generationes, & tamen orabat Isaac pro vxore sua sterili. Dic ergo; Quia prædestinatio hæc Christi pręsupponit præscientiam Dei, scilicet, de peccato hominis, quia Deus præsciuit ab æterno peccatum hominis futurum, & præsciuit etiam se incarnãdum propter peccatum eius & pro reparatione peccati ipsius. Et ita & prædestinauit se facturum. Et sic licet futurum erat impleri diuinã prædestinationem in filij Dei incarnatione, tamen hoc fuit propter peccatum ipsius hominis. Hæc enim adducitur causa apud Doctores de hac filij Dei incarnatione. Sed dices. Humana natura post peccatum non est facta capatior gratiæ, quàm ante peccatum, sed secundum te post peccatum est capax gratiæ vnionis verbi Dei secum, quæ est maxima gratia, ergo etiam si homo nõ peccasset humana natura capax huius vnionis fuisset, nec Deus humanæ naturæ subtraxisset, bonum cuius capax erat ante peccatum? Et confirmatur per exemplũ; Magis meretur miles apud regem, quem nunquam offendit, quàm quem aliquando grauius offenderit, & ei infidelis fuerit, licet postea sit reuersus, ergo debet esse homo magis capax diuinæ gratię, ante peccatum, quàm post pœnitentiam. Respondet S. Thom. Dupliciter capacitas potest intelligi in natura humana, Vna secundum ordinem potentiæ eius naturalis, quæ à Deo semper impletur, qui vnicuique rei secundum suam capacitatem naturalem se dat, alia vero secundum ordinem diuinæ potentiæ, cui omnis creatura obedit ad nutũ etiam supra conditionem suam naturalem. Et ad hoc pertinet ista capacitas. Non aũt Deus talem omnem capacitatem naturæ replet, alioquin Deus non posset facere in creatura, nisi quod facit, quod est falsum. Nihil autem prohibet ad aliquid maius humanam naturã productam esse post peccatũ. Deus enim permittit in natura aliqua mala fieri, vt inde eliciat aliquod bonum. Vnde ad Ro. 4. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Hoc admirans sanctus Ambrosius dicit. O fœlix culpa quæ tãtum ac talem meruit habere redemptorem. Nec intelligas fœlicitatem in culpa fore, sed in effectu post culpã prouenientẽ, quia tanta bona, vt inferius dicturi sumus ex incarnatione filij Dei prouenerũt Et ad exemplum, vel similitudinem militis cadentis, &c. dicimus cum sancto Gregorio, cum accidit, quòd miles post casum feruentius agit pro domino, quàm qui nunquam decidit à fidelitate domini, sed non ita pro domino agit, vt reuersus miles, talem plus Dominus diligit, & remunerat, quod & San. Paulus confirmat dicens. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, exemplifica de Magdalena & Matthæo. &c. Quam super-

exaltationem hominis peccatoris reuertentis S. Bernardus admirans, dicebat. Quanti te fecit Deus ex his quę pro te factus est, agnosce, vt appareat tibi benignitas eius in humanitate. Quanto minorem se fecit in humilitate, tanto maiorem exhibuit in bonitate. Et quanto pro me vilior, tanto mihi charior. Aduerte homo quia limus es, & non sis superbus, & quia Deo coniunctus es, non sis ingratus. Hæc ille. Exemplum huius. Patera fracta, sed reintegrata per colligationem virgarum auri est præciosior, quàm dum erat integra.

Expositio figuralis. II. Pars.

CVm post peccatum primorum parentum mundus esset in maligno positus, vt non esset, qui faceret bonum vsq; ad vnum, quia in profluendum ad omnia vitia profluxerant, vt clare S. Paulus enarrat, quæ vide vsque in finem. Et S. Aug. dicit. Videns Deus vitium contra naturam in humana natura fieri, fere desijt incarnari, vt merito mundus in fauillam esset redigédus, ne penitus vestigium eius inueniretur, sed pius dominus tactus quasi dolore intrinsecus, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, cogitauit super nos cogitationes pacis, & non afflictionis recordás figmenti sui. Quando venit tempus vt dicit Apost. Misit Deus filium suũ, qui mediator esset pacis, & reconciliationis inter eum & genus humanum, ne exigétibus eorum demeritis in anima & in corpore periret. De hoc Paulus dicit. Qui in diebus carnis suę preces supplicationesque ad Deum, qui posset illum saluum facere à morte cũ clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerétia, & hoc intelligitur quo ad humanitatem qua orabat, vt clarificaret ipsum per Resurrectionem & Ascensionem. Vbi gl. dicit. Quicquid egit Christus preces supplicationesque fuerunt, pro hominibus. Vnde & exorauit in cruce pro crucifigentibus eum. Moyses interpretatur vrgens, designareque potest patrem cœlestem, qui videns genus humanum merito suorum peccatorum in fauillam redigendum, vrget filium suum, qui in persona Aaron sacerdotis signatur, de quo Psalm. Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech, quatenus accipiat thuribulum, idest, carnem humanam, & ignem charitatis, quia dicit propheta de Christo. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Et de hac ignea incarnatione. vide Paulum. Et de hoc igne dicit Christus. Veni ignẽ mittere in terram. &c. Et de hoc Pontifice dicit Paulus. Habemus Pontificem magnum, qui pœnetrauit cœlos, Iesum filium Dei, teneamus speciei nostræ confessionem. Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autẽ per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad tronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno, hæc ille. Et Isai. 29. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non recordaretur pueri vteri sui, sed & si illa oblita fuerit, ego non obliuiscar tui, ecce in manibus meis descripsi te dicit Dominus. Hæc ibi. Dicit ergo ei pater, & incensum accipe, idest, redolentiam tuæ sanctitatis, de qua Dauid. In odorem vnguẽtorum tuorum currimus. In signum huius secundum Hieronymum in facie Christi radiabant quasi radij diuinitatis, quibus per aspectum suum trahebat ad se peccatores, vt statim vocati sequerẽtur cũ. Vt Petrus, Andreas, Matthæus, Magdalena. & cæter. Christus igitur vt alter Aaron orauit cũ lachrymis, & valido clamore in cruce ad patrem propter reconciliãdum genus humanum, orauit dico stans inter mortuos, & viuos, quia non solum pro hominibus, qui extant viui in mundo, sed etiam pro sãctis patribus mortuis, & in limbo existentibus exorauit, & impetrauit,

Marginalia: Rom. 1. — Hebr. 5. — Psalm. — Hebr. 5. & 7. — Hebr. 4. — Isai. 29.

uit, quia post resurrectionem, captiuā duxit captiuitatem. Pau. Exauditus est pro sua reuerentia. Et cessauit plaga originalis mortis, ꝓpter quā scd̄m eundem eramus filij irę. De his san. Bern. in sermone de Aduentu Domini. Dignū est fratres charissimi, vt tota deuotione, Dn̄i celebremus Aduētum, delectati tanta consolatione, stupefacti tanta dignatione, inflāmati tāta deuotione. Non solum cogitemus Aduentum, quo venit, & quare, quia saluum facere, quod perierat, sed & illum. s. quo veniet, & assūmet nos ad se ipsum. Vt circa hos duos Aduētus iugi meditatione versemur, ruminantes in cordibus nostris, quantum in priore præstiterit, quantum in secundo ꝓmiserit. Hæc ille. Insuper vtilitatem incarnationis Christi exprimit clare Sanctus Io. Baptista. Cum Christum suo digito ostendit dicens. Ecce agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mūdi. Qđ exponens Beda dicit. Peccatum mundi dicitur originale peccatū, quod est commune totius mundi. Super quo dicit. S. Tho. Certum est Christum venisse in hunc mundum, non solum ad delendum illud peccatum, quod traductū originaliter est in posteros, sed etiam ad deletionem omnium peccatorum, quæ postmodum superaddita sunt. Non quòd omnia deleantur, sed hoc est propter defectum hominum, non propter defectum Christi incarnati, qui Christo nō inhęrent. Secundum illud. Venit lux in mūdum: & dilexerunt homines magis tenebras quā lucem. Sed quia ipse quantū ex se est, exhibuit veniens quod sufficiens fuit ad delectionem omnium peccatorum. Nam actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, & nō in his q̃ agentis actionē non suscipiunt. Ideo quantuncunq; ignis sit sufficiens causa calefaciendi aliquem, nisi ille proximus sit igni, non calefit, nō ex defectu ignis sed ipsius hominis qui non accedit ad ignem. Attulit enim Christus medicinam sufficientissimam pro omnibus, & nisi iungamur Christo per fidem, & obedientiam mādatorum eius, in peccatis nostris moriemur, non ex defectu remedij, sed ex defectu nostro, dū magis tenebras amamus sensibilium bonorum, quam lucem intelligibilis, diuiniq; boni. Sed quæres. Cum sint duo genera peccatorum. s. actuale qđ dicitur personale, quia est proprium humanæ naturæ ab Adam seminarie procedentis, propter quod horū principalius, incarnatio Christi fuerit ad tollendum, ad quod respondetur omissis obiectionibus ad vtilitatem non ꝑtinentibus, quòd hæc duo genera peccatorum excedūt se adinuicem in grauitate, & maioritate. Nam peccatum originale est maius, & grauius extensiue, quia commune est toti generi humano post lapsum hominis, vt clariꝰ ostendemus in sermone de conceptione, pro quanto natura humana infecta in primo parente, potest sic infecta infinitis hominibus communicari & tollit bonum generis humani, per se loquendo, tollendo bonum in natura communi generi humano, vt propterea sit sibi clausum regnum cęli, vt Paulus clare dicit Rom. 5. per totum & 1. Cor. 15. Vbi etiam concludit. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur &c. Et ideo loquendo de peccato extensiue. Sic principalius venit Christus ad tollendum hoc peccatum originale, ꝑ quod totum genus humanum inficitur, quia bonum gentis diuinius est, & eminentius bono vnius vt dicitur. 1. Ethi. Nam peccatum actuale non nisi bonum huius personæ, a qua sola procedit, tollit. Quoniam accidit peccato meo quòd alter etiam peccet, & sic de alijs. Sed comparando hæc duo genera peccatorum intensiue adinuicē, sic grauius est actuale peccatum originali, quia habet plus de ratione voluntarij. Et 2. sen. dis. 33. ar. 1. ad 2. dicit, quòd inter omnia peccata minimum est originale. s. intensiue, eo quòd minimum habet de voluntario. Non enī voluntarium est voluntate istius personæ, sed voluntate principij naturæ

Marginal notes: Heb. 5. — Io. 1. — 3. par. q. 1. ar. 4. — Ioan. 3. — Paul.

turæ tantum.i. Adę. Nam dicit Aug. in Enchiridion, Possunt intelligi peccata plura in vna transgressione Adæ, si in sua quasi membra diuidatur. Nā etiam superbia est illic, quia homo in sua potius quam in Dei potestate esse dilexit. Et sacrilegium, quia Deo non credidit. Et homicidiū quia se in mortem præcipitauit. Et fornicatio spiritualis, quia integritas mētis humanæ, serpentina persuasione corrupta est. Et furtum quia cibus prohibitus vsurpatus est. Et auaritia, quia plusquam sufficere illi debuit, appetiuit, & si quid aliud in hoc vno inueniri potest. Hęc ibi deinde sequuntur in S.Tho. Peccatum autem actuale, & etiam veniale est voluntarium volūtate eius in quo est, & ideo per se minor pęna debetur originali, quàm veniali. Nec obstat ꝙ originale non compatitur secum gratiam. Priuatio enim gratiæ non habet rationem culpæ sed pęnæ, nisi quantum ex voluntate est. Vnde vbi minus est de voluntario, minus est de culpa. Similiter non obstat ꝙ peccato actuali veniali temporalis pęna debetur, quia hoc est per accidens, inquantum decedens in veniali tantam gratiā habet virtute, cuius pęna purgata est. Si autem veniale peccatum sine gratia in aliquo esset, perpetuam pęnam haberet. Hæc.S.Th. Et pro terminorum intensiue, & extensiue declaratione, pone exemplum de albedine, extensiue in muro, & intensiue in dragma.

SERMO VIGESIMVS SECVNDVS.

PERPVLCHRA HABETVR DISPVTATIO, & comparatio gentilitatis cum Christi fidelibus, ad instar disputationis Reginæ Sabbæ cum Salomone 3. Reg. 10. Et quomodo prædicata diuina, & humana, de Christo Deo, & homine dicantur.

VERBVM CARO FACTVM EST. IO. I.

3.Reg. 10. REgina Sabba audita fama Salomonis, venit tentare eum in enigmatibus. Et ingressa Hierusal. multo comitatu, & diuitijs, & camelis portantibus aromata, & aurū infinitum nimis, & gemmas preciosas, venit ad regem Salomonem, & locuta est omnia, quæ habebat in corde suo. Et docuit eam Salomon omnia verba quę proposuit, nec fuit sermo qui regem posset latere, & non responderet ei. Et videns omnem sapientiam Salomonis, & domum quam sibi edificauerat, & templum, & cibos mensę eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestesq; eorum & pincernas, & holocausta quæ offerebantur in domo Domini, non habebat vltra spiritum: dixitq; ad regem. Verus est sermo, quem audiui in terra mea sup sermonibus tuis & super sapientia tua & non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui, quòd media pars mihi nunciata non fuerit. Maior est sapientia tua, & opera tua, quàm rumor quem audiui. Beati viri tui & beati serui tui hi, qui stant coram te semper, & audiunt

Digitized by Google

diunt sapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super tronum Israel, eo quòd dilexerit Dominus Israel in æternum, & constituit te regem vt faceres iuditium & iustitiam. Deditque regi aurum, aromata multa nimis, & gemmas preciosas. Rex autem Salomon dedit Reginæ omnia quæ voluit & petiuit ab eo, exceptis his quæ spõte obtulerat ei munere regio. Et reuersa est in terram suam cum seruis suis.

¶ Hoc mane disputabimus sub breuitate, cũ gentilitate circa Iesu Christi misteria, quæ sunt gentibus stultitia, nobis autẽ christianis virtus Dei & Dei sapientia, parati cum. S. Petro rationem reddere omni postulanti, de his quæ sunt spei, & ex consequenti fidei nostræ, & geremus personam christiani, nomine Christi, & gẽtilis philosophi ac doctoris per Reginam Sabbã figurati. Et si prædicaueris hunc sermonem. Paschæ tertia feria, dicas. Heri disputatio fuit, inter Cleopham Iudæum, & Christum per libros veteris testamenti, in quibus Christi misteria notantur, quia dixit Christus. Scrutamini scripturas, quia ipsę loquuntur de me, & hodie erit disputatio Lucę philosophi, qui fuit tunc socius Cleophæ cum christiano gerente personam Christi per obiectiones naturales, & declarationes physicas. Et taliter nostra disputatio, & confabulatio familiaris erit, vt non lateat regem Salomonem sermo, quem non soluerit Reginæ Sabbæ. Sed præmittendum est. Per totum sermonem loquar modo declamatorio, conformando me auditoribus cum exemplis, & similitudinibus cõuenientibus, secundum quod materia subiecta patitur, abstinens cum Paulo ab inutilibus disceptationibus, tantum dubia gentilium proponam, & his christianorum solutiones addam cum suis exemplis conuenientibus. Nã & Paulus, & philosophus dicit. Per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Et quia philosophia est Ancilla sacræ scripturæ, nec veritas veritati est contraria, sed minor potest deficere in excellentia maioris, sicut Sabbæ sapientia defecit in sapientia Salomonis.

Incipiamus ergo in nomine Domini. Scito, o, philosophe gentilis, quòd sapiens circa duplicem diuinorum veritatem versatur. s. circa naturalia, & circa supernaturalia, quia etiam secundum philosophum, magis de cęlestibus, & occultis naturæ delectamur scire, etiam probabiliter, & topice, q̃ de inferioribus naturalibus demonstratiue. Nec hic intendimus naturalibus nostram veritatem de Christo prædicatam rationibus comprobare, quia eam fide firmiter tenemus, sed cum veritas scientiæ naturalis, veritati Dei non repugnet, sed captiuat suã intelligentiam in obsequium Dei, sufficit nobis soluere oppositiones pro edificatione fidelium contra diuinam veritatem adductas, per solutiones naturales etiam exemplariter. Nam nostra sacra theologia potius defensiua quàm argumentatiua cum gentilitate est, nisi forent aliquæ propositiones in quibus gentiles cum theologis conueniant. Et si quandoq; sacri theologi libros suos theologales naturalibus rationibus, & disputationibus implẽt hoc potius fit ad clarificationem intellectus & ad honestum exercitium, vt etiam ostendant sacram scripturam verę philosophiæ non contradicere, sed potius eam declarare, ne erret in sui inflatione, & nescientia. Prima gẽtilis obiectio. Tu christiane dicis, q̃d Christus est filius Dei viui naturalis, quemadmodũ & ipse de seipso dixit. Ego ex Deo processi, & sæpius asserit se, Deum patrem habere. Quod videtur esse contra omnem veritatẽ, imo est blasfemia in Deum, tamquam ipse vxorem haberet, & daret operam carnalitati. Respõdet christianus. O philosophice. An ignoras, quòd in natura sunt quatuor modi generationis, & in qualibet harum suo modo est productum vel generatum per eam. Nam est generatio rerum solum habentium esse, vt ele-

Gentiliũ obiectiões & solutiones chrianorũ pro Chri misteriorum veritate p totum.

vt elementorum. Et hæc est generatio per actionem qualitatum contrariarũ in elementis, & elementatis, vt vnum ex alio generetur in similitudinem generantis. Secunda generatio est habentium viuere, vt est plãtarum. Et hæc fit per putrefactionem seminis in terra, vt noster Christus dicit. Nisi granum in terra cadens mortuum fuerit, fructum non affert. Et similiter in arboribus fructus generãtur, & folia, per pullulationem. s. foliorum vel gemmarum. Tertia generatio est habentium sensum, & hęc est per concubitum maris, & feminę. Quarta generatio est intellectualium creaturarum, vt cum per operationem intellectus producitur verbum simile rei intellectæ. Ecce quomodo proles suo modo est ab omnib' his. Et cum Deus summe sit intellectualis, & loquitur ipse semel, vt philosophi contra Iob disputantes dixerunt, & id ipsum non replicat secundo, quod etiã oẽs veri philosophi cõfirmant. Et ipse Deus qui est summa veritas seipsum non sicut nos per exteriora cognoscit, sed seipsum suam essentiam respiciendo, necessario dicendum sit quòd ipse de seipso intellecto producit in seipso similitudinẽ sui ipsius. Et quia quicqd est in Deo, est Deus, ideo illa similitudo eius, est Deus verus. Et hæc est proles Dei, quam nos in Deo ponimus, omnẽ carnalitatem ab ipso remouentes. Et hæc etiam proles habet omnes conditiones veri filij. Nam & secundum philosophos naturales sex sunt conditiones verę filiationis. Prima quòd habeat esse substantiale. Secunda, quòd tale esse habeat ab alio. Tertia quòd illud habeat nõ artificialiter sed naturaliter. Quarta, quòd filius conueniat in natura cum generante. Quinta, quòd sit in natura vitali genitum. Sexta, quòd sit in natura intellectuali. Et hæ omnes conditiones filij vel similitudinis Dei de se productæ sunt in eo. Primo habet esse substãtiale, quia. Quicquid est in Deo, est Deus. Secundo habet esse a producente Deo. Tertio illud esse non est in eo artificialiter productum sed per veram operationem intellectus. Quarto conuenit in essentia & natura cum Deo generante. Quinto habet vitam, cum quicquid est in Deo est intellectuale. Et hoc est quòd nostra sacra scriptura dicit. Qui alijs tribuit generationem nunquid ipse sterilis erit? De his videas prolixius nostram cõcionem, quomodo verbum Dei est verus & naturalis filius Dei. Obijcit philosophus. Ergo pater est prior filio suo, & dato hoc quandoq; esset pater cęli sine filio suo, & tunc necessario sequitur, quòd Deus sit mutabilis? Respondet christianus. Falleris, o, philosophe qui extimas nõ posse esse simul ęternaliter producens, & productum, cum etiam apud te mundus sit ab æterno creatus, ita q nunquam Deus absq; mundo fuerit. Et adhuc sol si esset ab æterno, secum lux ab eo producta esset ab æterno. Sed pro veritate dicendum, non inconuenit in æternis productionibus esse prioritatem originis, quæ est a quo alius, & qui ab alio. Et ita dicimus in generatione æterna filij, licet in infinitum excedente omnia exempla naturæ, sicut & ipse in infinitum totam naturã excedit. Est etenim ibi ordo originis qui est, a quo alius, & qui ab alio. Obijcit Philosophus. Ergo ibi est prioritas naturæ, sicut est inter mundum creatum & Deum, & Solem, & lucem eius, & sic erunt distincti in natura: & per consequens erunt duo dij, quod tota natura abhorret. Respondet christianus Si intellectum tuum ad diuina extenderis naturalitate tua, quasi velles comprehendere Dei totam diuinam perfectionem, vt nihil aliud in Deo sit ponendum, præter quod de ipso intellectualis creata natura intelligit, plurimum dessipis, cum etiam Arist. philosophorum princeps dicat. Sicut se habet oculus Noctuę ad Solem, ita se habet oculus noster ad Deũ. Sed oportet te captiuare intellectum tuum in obsequium Dei, & dicere vere. Sicut Deus in infinitum excedit totã creaturam,

Conditiones verę filiationis.

stram, ita & quæ sunt Dei excedunt totam creaturæ intellectioné, vt quéadmodum intelligétiarum perfectio excedit nostram naturam,& nostrum intellectum, ita sine cóparatione Dei natura nostram, & angelicam intellectionem. Stultus etenim esset omnis philosophus, qui diceret quia ego nó possum attingere quæ sunt intelligentiarum, ergo nó sunt talia in ipsis, ita dicendum est, quia tu philosophæ nó capis, quæ Dei sunt, ergo non sunt in Deo? sed dic, quòd sicut Deus est supra totam nostram conditionem, ita omnia Dei excedunt nostram imperfectionem. Et cum exempla dantur ad Deum exemplandam, in ipsis etiam secundum philosophos remouendum est, quod est imperfectionis, & si quid est perfectionis referendũ est ad Deũ. Ad propositum igitur reuertentes dicimus, quòd sicut Deus excedit totam creaturam, ita & generatio Dei, excedit omnem generationem,& perfectionem generationis in omni creatura. Et quia secundum philosophum, de perfectione naturæ est, posse sibi simile in natura generare, vt se communicet quantum potest, & si posset quælibet res, in natura omnino simile sibi in identitatę naturæ producere, ęquidem produceret, quia amor primo est ad seipsum, postea ad alium. Sed propter imperfectionem suam hoc nó potest, ideo productum ab eo, in identitate naturæ est distinctum. Non autem sic de summa sapientia diuina est dicendum. Sed sicut ipse Deus in natura est perfectissimus, omniaq; potés, ita etiam productum ab eo in seipso per operationem suam realé intellectus est perfectissimum, & in identitatę naturæ suæ productum. Alias illud tale productum ab eo in seipso non esset perfectissimũ in natura. Sed aduerte vnde deceptio tibi aduenit, cum de diuina generatione loqueris. Nã vos cum cęteris philosophis imaginamini, quòd de ratione verbi sit tãtum quòd sit intellectum, & non ꝙ sit ab altero expressum, & ideo imaginamini, metaphorice in Deo verbum esse. s. pro diuina essentia, sed secũdum veritatem,& sacros theologos, qui superexcellunt etiam in naturalibus vestros philosophos, qa theologia quæ est scientia diuinarum veritatum misit ancillas. i. philosophiam quæ subseruit theologiæ, ad arcem suam vocare. Vt dicit scriptura. Sunt duo de ratione verbi, vt dictum est. s. quòd sit intellectum,& quòd sit expressum realiter ab altero. Et ideo nos ponimus in Deo verbum non metaphorice pro eius essentia tantum, sed vt dicit vere productum, realiterque distinctum a producente. Ad propositũ igitur nostrum reuertentes, ibi in generatione diuina cum verbum a producéte Deo productum, sit totaliter in identitatę naturæ eius productum propter infinitam perfectionem suã: qua se alij distinctio in persona possit secundum eandem naturam communicare, non est ibi inter producens & productum ordo naturæ, sicut est in creaturis, ꝙ imperfectionem sapiunt, sed solum est ibi ordo originis, vt diximus vt a quo alius,& qui ab alio. Sed obicit philosophus. Secũdum totam philosophiã vbi sunt distinctę personæ numero, ibi sunt distinctæ, & essentiæ. Sed in hac diuina generatione, quam ponis sunt secundum te distinctæ personæ numero. Ergo ibi sunt distinctæ essentiæ, quod eroneum est Deo attribuere. Respódet christianus. Vera est tua propositio cum philosophis in creaturarum generatione, vbi productum & producens propter eorum imperfectionem distinguuntur nó solum in supposito, sed etiã in natura, sed vbi ad diuinam generationem transcenditur, ab ea demitur tota imperfectio ꝙ ipsi creaturæ conuenit, & sola perfectio attribuitur ei. Nam quòd generans, & generatum, vel producens,& productum sint distincti in natura, hoc est ex imperfectione eorum, quia non potest producens aliter sibi simile producere, nisi in identitatę naturæ specifica, & non numerali, & ideo Prou. 9.

quo-

quomodo potest communicare suam naturam cõmunicat. Sed cum ad Dei generationem ascendis, sicut Deus ipse in infinitum excedit totam creaturam quam creauit, ita etiam in modo generandi sibi simile, excedit omnem creaturam. Et hic excessus est, quia ipsa creatura communicat suo producto & generato naturam suam eãdem in specie, non autem in numero. Deus autem ipse ex infinita sua perfectione potest & communicat suam naturam suo producto eandem numero, de cuius generatione excedente nostram in infinitum, noster propheta Isaias admirans dicebat. Generationem eius quis enarrabit? Obicit gentilis. Quomodo ergo distinguuntur realiter personæ diuinæ quas tu ponis, si in natura non sunt distinctæ, quia vnitas, & distinctio naturarum, facit distinctionem, & vnitatem in suppositis. Respõdet christianus. Si omnem intelligentiam tuã vt noster doctissimus Paul. monet, in obsequium Dei submitteres, vere fide præsupposita, physica etiam ratione non exorbitante a natura, sed conformi philosophiæ id cognosceres, & mecum his firmiter adhęreres. Diximus enim. Quis generationem eius enarrabit, & quòd eius generatio in infinitum nostram excedit generationem. In humana enim generatione generans, & generatum distinguuntur realiter, & in natura & in persona. Demas igitur per imaginationẽ ab hac humana generatione inter generans, & genitum distinctionem naturarum, tunc remanebit inter eos sola distinctio realis personarum, quæ in sola relatione, & respectu consistit, vt a quo alius, & q ab alio, vel vt loquar logice, quæ consistit in ad aliud se habere. Esset enim tunc pater filij pater, & filius patris filius. Ita enim credas in hac productione diuinarum personarum. Demas ab eis distinctionem naturæ, quia eorum generatio est alterius ineffabilis, & inenarrabilis, vt Isaias dicit, modi, nostra generatione, tunc remanebit inter eos sola distinctio personarum, quæ est per respectus & relationes reales, cum sint earum productiones psonarum reales. Et idem dicendum est de spiratione diuina spiritus sancti ab vtraq; persona procedentis. Pater enim & filius productus ab eo in simul sunt & concurrunt vt vnum principium spiratiuum sui amoris, & sui nexus adinuicẽ quia amantes se adinuicem per voluntatis actum ad quem spectat amor, ꝓducunt spiritum sanctum .i. amorem distinctum ab eis, non in natura sed in persona, quia. Quicquid est in Deo, est Deus. Obicit philosophus. Si pater & filius sint duæ personæ, quomodo sunt vnum principium spiritus sancti? Derogat enim hoc toti philosophiæ quòd sint duo producentia, & sint vnum principium. Respondet christianus, vt S. Tho. dicit. Quòd si attendatur virtus spiratiua, quæ est eadẽ numero in patre & filio, spiritus sanctus ꝓcedit a patre, & filio in quantum sunt vnum in eadem numero virtute spiratiua, quæ quodammodo significat naturam cum proprietate, dico quodammodo quia. q. 30. art. 3. ad quartum dicit. Licet sit relatio, non dicitur proprietas propriæ quia non cõuenit vni tantum personæ, neq; est relatio personalis .i. constituens personam, neq; est inconueniens vnam proprietatem esse in duobus suppositis, quorum vna est natura. Si vero considerentur supposita spirationis, sic spũsanct⁹ procedit a patre, & filio vt sunt plures personæ. Procedit enim ab eis vt amor vnitiu⁹ duorum, quia cum pater amet vnica dilectione se & filium, & ecõuerso, importatur in spiritu sancto prout est amor habitudo patris ad filium, & econuerso vt amantis ad amatum. Sed obicit gentilis. Ergo cum spiritus sanctus diligat patrẽ, & filium, etiam ipse producit alium spiritum. s. Respondet Christ. cum S. Tho. vbi supra ad 4. Sicut filio licet intelligat, non tamen sibi competit producere verbum, quia intelligere conuenit ei, vt verbo procedenti, ita licet spi-

Margin notes: Isai. — 1. p. q. 37. ar. 4. i cor. ad 1. arg.

spiritus.s.amet, essentialiter accipiendo, non tamen conuenit ei quòd spiret amorem, quod est diligere notionaliter sumptum, quia sic diligit essentialiter vt amor producens, non vt a quo procedit amor. Et possis dare exēplum vtcunq; de pluribus trahentibus nauem vnitate virtutis. Sic virtus spiratiua est vna sed plures personæ spirantes spiritum sanctum. Vide etiam.q.37.ar.3.ad 1. Dicit gentilis descendamus nunc ad generationem filij Dei temporalem, quam vos ponitis, quia nouiter filius Dei carnem assumpsit ex Virgine. Videtur mihi hoc & toti naturæ multum exorbitanter assertum, quia cũ etiam apud vos christianos Moyses & cæteri prophetæ dicunt de Deo, quòd sit immutabilis, & hæc generatio noua nouitatem presefert, ergo Deus est mutatus. Respondet christianus. Si opera Dei penetrabilius cognosceres etiam in natura facta, hanc blasfemiam nobis non imponeres. An ignoras quòd sint quidam respectus Dei ad extra .i. circa creaturam, qui ex nouitate creaturæ ab ipso producte, vel aliquid nouiter circa eã operante in Deo nullam mutationem dicunt, sed tota mutatio est in re operata vel ab ipso producta. Vtputa, quæ ante non habebat esse & post ea habet esse vel cõseruari, & similia. Nõne & vos philosophi asseritis mundũ a Deo esse productum, etiam si productus esse ab æterno. In illa etenim prioritate naturę qua Deus prius est mũdo eterno, Deus erat absq; mundo, & postea produxit mundum. Ergo est mutatus Deus de non producente ad producentem, saltim in illa prioritate naturæ? quod etiam secundum philosophos non est de Deo dicẽdum, quia in illa prioritate naturæ, qua est pri⁹ mundo, Deus in nullo in productione mundi est mutatus, sed sola mutatio est in creatura nouiter habente esse post non esse. Et hoc tibi clarius esset intelligere si mundum cum Platone, & veritate christiana nouiter generares, cum etiam Arist. in problematibus dicat, mundum esse ab æterno creatum vel de nouo genitũ, est problema neutrum. Tũc ergo intellige ex noua hac mundi generatione, quòd nullus prędictorum philosophorum dicit Deum fore in aliquo mutatum, sed in sola creatura est facta nouitas. Et ita de cõtinuata conseruatione mundi a Deo dicendum est, quòd noua conseruatio creaturæ nullam in Deo nouitatẽ ponit sed in ipsa creatura. Ita ad propositum nostrum noua hæc filij Dei incarnatio, nullam in eo nouitatem intrinsece ponit, sed in sola creatura quã assumpsit. Ideo bene noster doctor gentium, cum de hac generatione loquitur dicit. Habitu inuentus est vt homo. Nam sicut homo habitu vestitus de nouo in natura sua in nullo est mutatus, sed potius habitus formam hominis accepit, ita & filius Dei indutus carne humana in nullo est mutatus in natura sua, sed solum facta est mutatio in homine, quem assumpsit, quia nouo modo coniunctus est Deo in supposito diuino, vt q̄ homo est, esset Deus, & qui Deus est, esset homo non per confusionem naturarum, sed per vnitatem personæ diuinæ. Sed q̄rit philosophus. Cum opera Dei ad extra sint totius trinitatis secundum vos christianos, & vna persona non est sine alia, quia Christus dixit. Ego in patre, & pater est in me, ergo si vna persona incarnata est, & alia erit incarnata. Respondet christianus. Quãuis oĩa opera Dei ad extra facta, sint communia totius trinitatis, tamen solus filius carnem assumpsit & non pater & filius, licet ad incarnationẽ omnes tres personæ concurrerunt vnanimiter. Nam incarnatio hæc est facta non secundum quod tres personæ diuinæ conueniunt, sed secundum hipostasim, & suppositum: prout tres personæ distinguuntur, & sic sicut in trinitate sunt plures personæ subsistentes in vna natura, ita in misterio incarnationis est vna persona subsistens in pluribus naturis. Nec tamen ibi est vna persona sine alia, sicut nec in tota crea-

Paul.

creatura, sed ibi solũ vna persona carnem assumpsit in supposito suo & nõ alia. Exemplum horũ perpulchrè ponit sanctus August. noster doctor egregius de verbis Domini contra Iudęos similia opponentes. Cytharam respice, vt musicum melos tonisq; dulcibus reddat. Tria pariter ad esse videntur, ars, manus, corda, & tamen vnus sonus auditur. Ars dictat, manus tangit, corda resonat. Tria pariter operantur, sed sola corda resonat. Nec ars nec manus sonum reddunt, sed cũ corda pariter operant̃. Sonũ sola corda excutit, carnem solus Christus accepit, operatio in tribus constat. Sed quomodo pertinet ad solam cordam soni redditio, sic pertinet ad solũ Christũ carnis humanæ susceptio, Hæc ille. Et plures concurrunt ad sponsę induitionem, sola tamen sponsa supra se vestimentum accipit, & induit. Obijcit gẽtilis tamen admirando diuina misteria. Vos christiani dicitis, quòd filius Dei Angelo nuntiante carnem assumpsit de virgine Maria, spiritus sancti operatione. Si de sola virgine, ergo nõ fuit verus homo, quia ad generationẽ concurrit semen maris & fœminę. Respondet christianus. Cum tu philosophæ es peripatheticus, an ignoras. Arist. asserere, quod semen maris non intrat materialiter in constitutione concepti, sed est solum actiuum principium, materia vero corporis tota ministratur a matre. Et sic quantum ad materiam corpus Christi, non differt a corpore nostro. Nam etiam corpora nostra materaliter cõstituta sunt ex eo quod est sumptũ ex matre. Sed si quis repugnaret huic Arist. opinioni adhuc prædicta obiectio efficatiam non haberet. Similitudo enim aliquorum, aut dissimilitudo in materia, nõ attenditur secundum statum materię in principio generationis, sed secundum conditionem materię iam præparate, vt est in termino generationis Non enim differt secundum materiam aer ex terra, vel ex aqua generatus. Quia licet aqua, & terra in principio generationis differentia sint secundum materiam, tamen per actionem generantis ad materiam, & dispositionem vnam reducuntur. Hoc idem patet ex diuersitate ciborum, caro fit similis præexistenti carni. Sic igitur diuina virtute, materia, quę solum ex muliere sumitur, potest reduci in fine generationis, ad eandem dispositionẽ quam habet materia, si sumatur simul ex mare, & fęmina. Vnde non erit aliqua dissimilitudo propter diuersitatem materię inter corpus Christi qđ diuina virtute est formatum ex materia a sola matre assumpta, & corpora nostra, quę virtute naturę formantur ex materia, etiam si ab vtroq; parente assumantur. Manifestum est enim quòd plus differt a materia quæ ex muliere & viro simul assumitur limus terræ, de quo Deus primum hominẽ, formauit, quem vtiq; constat verum hominem, & nobis, per omnia similẽ fuisse, quam materia sumpta solũ ex fęmina, ex qua corpus Christi formatum est. Vnde natiuitas Christi ex virgine sola nihil derogat veritati humanitatis ipsius, nec similitudini eius ad nos. Licet enim virtus naturalis requirat determinatam materiam, ad determinatum effectum ex ea producendum, virtus tamen diuina quæ potest ex nihilo cuncta producere in agendo ad materiam determinatam non coartatur. Sed obijcit gentil. Si ex virgine sola filius Dei conceptus, & natus est, ergo ipsa non est vera, & naturalis mater filij Dei. Respondet christianus, Imo est verissima & naturalis mater filij Dei, quia virtute diuina agente, materiam naturalem ad generationem corporis Christi administrauit, quod solum ex parte matris requiritur. Ea vero quæ in alijs matribus ad corruptinem virginitatis faciunt, non ordinantur ad id quod matris est, sed solũ ad id quod patris est, vt semen maris ad locum generationis perueniat. Obijcit gentilis omnia prædeclarata possem credere tibi, considerando diuinam potentiam, quæ

plus potest facere de creatura sua, & in creatura sua, quam nos intelligere valeamus, vt merito cum vestro doctore gentium Paulo, oporteat nostrã totam intelligentiam in obsequium Christi submittere, sed quòd Deo attribuantur corruptibilia, quæ homini corruptibili conueniant, vt puta q̃ sit creatura, & per fęmineas feces exierit, fęmineo lacte nutriri, esurire, sitire, crescere, tristari, dolere, fugere, timere, flagellari, mori, ad interna descendere, & ad dexteram patris sedere, qui vbique est, talia non licet nec cogitare de Deo purissimo nullius indigente, semperque in eodem statu permanente. Et qui vbique est per essentiam, per potentiam, & per præsentiam, quòd vtero virginis & sepultura concludatur, & qui secundum te equalis est patri, quòd sedeat a dexteris eius. Vnde merito decipimini contra vestri Christi determinationem, qui se noluit Deo equari, sed dixit. Pater meus, maior me est. Tu igitur christiane pone circunstantiam ori, & ne Dei puritatem blasfemes, cuius nutui cuncta subduntur. Respondet christianus vtinam intelligeres, ac saperes intellecta, per deuotionem cordis, diuina, etiam tu vnam nobiscum penetrares sapientiam Dei, q̃ tu ignominiam esse putas & blasfemiã. Quia nos christiani prædicamus Christũ crucifixũ, Iudæis quidem scandalum, gentibus stultitiam, nobis autem Dei virtutem & Dei sapientiam. Et aperi aures tuas ad diuina Dei misteria cum humilitate, vt detur tibi Dei sapientiam penetrare, quoniam Deus humilibus dat gratiam, & superbis resistit, vt bene dicit noster. S. Iacobus. Insup̃ dicit Sap. (Sap. 1.) In maleuolam animam non introibit sapiẽtia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et Christ⁹ noster ad patrem. (Luc. 10.) Confitebor tibi Domine pater cęli, & terræ, quòd abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, ita pater, quoniam sic placuit ante te. Audi ergo o philosophe sapientiã Dei verã, nullo errore permixtam, quæ ab ore altissimi prodijt. Humanos defectus quos Christ⁹ assumpsit, qui cõueniebant fini assumptionis vel incarnationis eius, qui est vt saluum faceret genus humanum, mortuum in primis parentibus, vt dicit noster magister gentium. Et dicimus solum illos defectus assumpsit, q̃ sequuntur ex peccato totius naturæ humanæ, nec tamen repugnant perfectioni scientiæ, & gratiæ Christi. Et ideo ignorantiam, pronitatem ad malum, & difficultatem ad bonum non assumpsit, quia repugnant perfectioni scientiæ, & gratiæ eius. Similiter defectus qui causantur in aliquibus hominibus ex quibusdam particularibus causis vel corruptionibus in singulis personis, vt lepra, cecitas, febris, morbus caducus, & similia, qui quidem defectus qu-doq; causantur ex culpa hominis, vel ex inordinato victu, vel ex defectu virtutis formatiuæ. Hi defectus Christo nõ conueniunt, cuius caro de spiritu sancto concepta est Qui est infinitę sapientię, & virtutis, deficere, & errare non põt. Et quia ipse nihil inordinatũ in regimine vitæ exercuit, & ideo tales defectus non assumsit, sed solum assumpsit illos defectus, qui in omnib⁹ hominibus cõmuniter inueniuntur ex peccato primi parentis, qui vocantur defectus pęnæ, & nõ culpę. Vt mors, fames, sitis, fatigatio, labor, dolor, & huiusmodi alia. Et vocantur a Damasceno Græcorum theologo, hi defectus assumpti, naturales, & indetractabiles passiones. Naturales quidem, quia consequuntur communiter totam naturam humanam, indetractabiles autem, quia defectũ scientiæ, & gratiæ non important. His igit̃ prædeclaratis dicimus, etiã de prędicatis diuinis, & humanis Christo conuenienter attributis. Quia tãta est ibi vnio in diuina, & humana natura in supposito diuino. Vt quicq̃d dicitur de filio Dei in concreto, dicitur etiam & de filio hoĩs, & ecõuerso; quicquid dicit̃ de filio hoĩs in Christo etiam dicitur de filio Dei in concreto. Dico in con-

(Quos defectus Christus assumpsit in homine.)

(Perpulchra declaratur p̃ totũ de prędicationib⁹ diuinis & huma-)

Digitized by Google

nis ĩ Chro Deo & homine coniunctiue, & diuisiue

concreto, quia ea quæ dicuntur de natura humana in Christo, quædam dicuntur de ea solum in abstracto assumpta, talia nõ prædicãtur de filio Dei, vnde sicut non bene dicitur ꝙ filius dei sit humana natura, sic nõ bene dicitur, ꝙ filius Dei sit assumptus vel vnitus sibi. Quia assumi a filio Dei vel vniri eidem, conuenit naturæ humanæ solum in abstracto. Quædam vero dicuntur de ea solum in concreto sumpta, vt iste homo est Deus. Vel etiam communiter dicuntur de ea sumpta in abstracto, & in concreto, vt gigni, nasci, pati, mori, & similia, Tunc dicimus, quòd talia prædicata etiam filio Dei conueniunt, & de ipso absolute prædicantur, vel cum determinatione expressa vel subintellecta. Ratio est logicalis in ante predicamentis. Quia quando alterum de altero prędicatur realiter, quicquid conuenit realiter prædicato, conuenit subiecto. Et habet hæc propositio veritatem secundum logicos, tam in prædicatione essentiali, quàm in prædicatione accidentali dummodo non fiat variatio medij, vt dicendo filius Dei est homo, homo est species, ergo fili⁹ Dei est species, non valet. Similiter non valet, si altera propositio est falsa, vt homo est albus, album est accidens. Ergo homo est accidens. Quia albedo est accidẽs. Album autem est suppositum habens albedinem, quod non est accidens. Vnde breuiter quicquid realiter conuenit homini siue in concreto solum, siue in abstracto simul, & concreto, vere potest dici de filio Dei. Cum ergo verum est dicere filius Dei est homo, ergo quicquid realiter homini conuenit, etiam de filio Dei prædicatur. Et hoc ratione vnitatis suppositi, cũ sit eadem hypostasis vtriusq; naturæ, & ipsa subiecta propositionum in concreto, & non in abstracto sumuntur, vt hæc nomina, Deus homo, Christus, Iesus, propterea verum est dicere ratione vnius suppositi, & personæ. Filius hominis vel ille homo descendit de cęlo, vel vbique est, & filius Dei crucifixus, si attendamus ad vnitatem personæ: sed non erit vera locutio, si attendamus ad distinctionem naturarum sed dicimus filius Dei descendit, & homo est crucifixus. Vnde secundum christianam veritatem totum symbolum equaliter tam de filio Dei quam de homine prædicamus indifferenter. Hoc & noster doctor gentium docet, cum dicit. Iesus Christus heri, & hodie ipse & in secula. 1. Cor. 2. Propterea & ratione suppositi diuini possumus dicere. Iste homo semper fuit: quia supponit homo æternũ suppositum. Item eadem ratione vere homo creauit stellas, & Deus est crucifixus, quia in omnibus his propositionibus subiectum supponit pro persona diuina, quæ est æterna. Vnde secundum fidẽ catholicam, & veritatem, absq; dubio, necesse est concedere hominem est Deum, & Deum esse hominem, pro eo quòd ibi sunt vnitę duę naturę in eadem persona, Quę aũt in vno supposito vniũtur, necessario de se inuicem prædicantur, si accipiantur concrete, ꝑp illam maximam propositionẽ logicę Quæcunq; vni, & eidẽ sunt eadem, inter se sunt eadẽ. Per hoc etiam habet fundari virtus syllogismi expositorij, vt probat philosophus in libro priorum, vbi dicit. Ea quæ dicuntur de vno & eodem, prædicari etiam de se inuicem. Si ergo vnus est Christus, qui est Deus, & homo, necessario oportet concedere Deum esse hominem, & hominem esse Deum. Et hæc omnia attestantur sanctorum auctoritates, & nostri theologi fatentur. His igitur prædeclaratis o philosophe audi veras solutiones ad tuas obiectiones, quæ quamuis ex prædeclaratis pateant, tamen quatenus ea clarius, & sensibilius prægustes ad quamlibet particulariter attende, & percipe veritatem. Cum dicis Deo non potest attribui, quòd sit creatura, Idem & nos vna tecum confitemur. Sed cognosce, & rememorare quæ Aristo. dicit tuus magister. Quando proprietas aliqua soli parti & non to

to conuenit, talis proprietas potest denominatiue de toto prędicari absolute, vt est crispitudo, quæ soli capiti conuenit, potest absolute de homine prædicari, vt dicẽdo homo est crispus quia omnis concipiens hanc propositionẽ statim intelligit, quòd non conuenit crispitudo oculo vel manibus, sed soli capiti. Sed quando proprietas aliqua non vni parti competit, sed pluribus partibus, vt albedo in homine, tunc talis albedo non potest si vni parti insit totum subiectum absolute denominare, aut de eo prædicari, sed cum aliqua determinatione, sicut est albedo in dentibus Æthiopis. Non dicimus absolute. Æthiops est albus, sed cum determinatione. Æthiops est albus dẽtes. Ita ad propositum nostrũ. Creatio non tantum naturæ sed etiã personæ conuenit. Et magis propriæ personæ, & supposito, & ideo de supposito diuino nõ potest dici ꝙ sit creatum. Similiter idem dicendum est de esse, quod vtriq;.s. naturæ & supposito conuenit aliquo modo. Dicimus.n. vere, ꝙ & natura, & esse sunt creata: vnde non potest prædicari creatio de Dei esse, sed talis prædicatio creationis, si quo modo conuenit Deo supposito diuino, dicenda est cum determinatione, vt dicendo Deus secundum quod homo, est creatura. Et ita dicamus ad propositũ nostrũ, ꝙ creari & esse naturæ, & supposito conuenit, & ideo non possunt denominare totum sine additione, sicut nec albedo totum Æthiopem sine additione. Sed mori, & nasci, nutriri, & augeri &c. cõpetit corpori soli. Nam mors accidit ex separatione animę a corpore, & nasci est natum conuenire supposito hominis per hoc ꝙ corpus traducitur a matre. Vnde non repugnat temporaliter nasci, ad nasci æternaliter, quia vnũ naturã humanã respicit, & alterũ naturã diuinã, quorũ habet Christus vnã a patre æternaliter, alterã a m͞re tẽporaliter. Nec potest esse dubiũ, ꝙ supposito diuino talia prædicata non cõueniant, nisi quia soli parti .i. corpori conueniant, sicut de crispitudine diximus. Et eodem modo dicendũ est de nutritione, auctione, lactatione, defatigatione, flagellatione, & huiusmodi, quæ Christo attribuimus & filio Dei ratione corporis assumpti. Nec dubium potest esse alicui intellectui, quòd talia prædicata quamuis absolute de filio Dei prædicata & dicta, ei non aliter nisi ratione corporis assumpti, cui ex natura cõueniunt attribuantur & competant. De his perpulchrè Aug. disserit ad Petrum de fide, vide ibi. Dicamus igitur. Sicut conceptus & natus est secundum carnem, ita secundum carnem, & nutritus est, & auctus, & fatigatus, & flagellatus, & mortuus, & sepultus est, & ad inferos secundum animam descendit, & secundum carnem surrexit, & ascendit in cęlum, & sedet a dextris Dei .i. in Dei equalitatem homo est assumptus ratione suppositi diuini: Et sicut per fęces transeuntes radij non inquinantur, sed potius eas purificant, ita nec filius Dei transiens per purissimam virginem in aliquo est deturpatus, sed potius ipsam virginem sanctificauit pertranseundo per eam. Et sicut ex auctione, & cremento corporis anima non minoratur, nec augetur, sed semper in eodem esse permanet tota in toto, & tota in omni parte corporis, ita nec diuinitas Christi est diminuta, aut aucta ex paruitate vel magnitudine corporis eius. Nec concluditur a corpore assumpto diuinitas eius, quin sit tota secundum essentiam præsentiam, & potentiam vbique. Et sicut si quis arborem radiantem splendore solis percuteret vel incideret, Solis radij semper integri, & intacti manent, ita ex percussione, & aliis flagellis Christo illatis, intacta est in Christo diuinitas. Vnde bene Augu. dicit. Quicquid passus est homo, non potest dici, non passus Deus, quia Deus erat homo. Quomodo potes dicere te non passum iniuriam, si vestis tua conscinditur, quãuis vestis tua nõ sit tu, multo ergo magis quicquid patiť

Digitized by Google

caro verbo vnita potest dici pati Deũ licet verbum nec corrumpi, nec mori potuerit. Hæc Aug. Vnde concludamus. Potest iniuria inferri verbo vnito carni, carne vituperata, non tamen passio transiens vel immutans. Flecte ergo o philosophe his veritatibus intellectum tuũ ad Christi obsequium, sicut, & Cleophas tuus socius flexus est ex veritate, & attestatione sacræ scripturæ, de his quæ de Christo per oracula prophetarum sunt scripta, & per miracula Christi comprobata, cũ Deus non potest esse testis blasfemiæ & mendatij per miracula propria sibi. Vltra prędictorum veritatem quia philosophi gentiles plurimum consentaneis rationibus vtũtur, eisq; fidem adhibẽt, quæro a te aut Christus fuit verus Deus, aut non, sed seipsum inaniter extollebat supra id qđ est Deus. Si nobiscum asseris, ꝙ sit verus Deus, nobiscum etiam debes consentire, & assensum præbere omnibus quæ Christus dixit. De ipso credenda, cum Deꝰ non possit esse assertor falsitatis, & apud Deum non est impossibile omne verbum. Si dicis non est Deus sed ipse se Deum asserebat, ergo fuit superbissimus & blasphemus, sibi quæ sunt Dei attribuendo. Et cum Deus non potest esse testis superbiæ, & blasphemiæ, & miracula quæ fiunt supra naturam, quia apud vos a priuatione ad habitum non fit regressio, non potest esse nec fieri nisi a solo Deo, vel virtute solius Dei, ipse autem Christus in asserendo se esse Deum, probat suam assertionem prædictis diuinis miraculis, ergo vel Deus nos decepit dando blasphemo in confirmationem suæ blasphemiæ suas proprias probationes, quæ sunt solius Dei, quod non est dicendum etiam secundum philosophos, vel ipse fuit verus Deus qui suam diuinitatem diuinis attestationibus cõfirmabat. Insuper hic suis sequacibus prædicit cõtemptum omnium carnalium delectationum, despiciendasque omnes pompas, & affectus mundanos, insuper dicit qui non accipit crucem suã & sequitur me, non est me dignus, & qui non relinquerit patrẽ, aut matrẽ aut vxores, aut filios ꝓpter me, nõ est me dignus. Itẽ suis sequacibus. Exẽplũ dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, & vultis bibere calicem quem ego bibiturus sum, vt conregnent secum. Percurre hic totã vitam Christi, eiusq; austeritates. Itẽ docet inimicos diligere, pro persecutoribus exorare, & malefactoribus benefacere. Quid his potest esse amariꝰ, totaliter violentare omnes inclinationes naturales in oppositum? Insuper præcipit incredibilia, vt carnem suã comedere & sanguinem bibere, & adorare in hostia, & calice sub specie vini ipsum integrum Christum, sicut est in cęlo, cum ibi sit tam grandis, vt tamẽ sub hostia, & vino cõtineatur, & ꝙ sit in diuersis imo fere infinitis altaribus simul vnus & idem numero Christus. Et ꝙ pater eius sit Deus, & ꝙ sola virgo sit mater eius, & quòd expoliauerit infernum mortuus, & ita practica de institutione, & credulitate omniũ sacramentorum. Et tamen totum mũdum ad sui deuotionem traxit, nõ armorum potentia sed infirmitate crucis, non voluptatum, & terrenorum promissione sed omnimodo contemptu, non eloquentia sermonum vt patet in eius Euangelijs, & idem dic de suis sequentibus, post mortem cuius totum mundum conuerterunt simplici prædicatione Euangelij sequentibus signis. Et mortificati per tribulationes, & mortes sicut granum in terra, magnum ex se Christo suo magistro fructum dederunt, conuertentes non solum impotentes, & simplices, sed etiam potentes, & eruditissimos viros. Et suis simplicibus, & paruulis reuelauit talia archana Dei, vt nullus de mundi scribis, & doctoribus potuerit resistere sapientiæ, & spiritui qui loquebatur in ipsis. Discurre hic ꝑ Ciciliã, Catherinã, & alias. Nonne o philosophe tibi hæc admiranda supra oĩa miracula

Digitized by Google

cula videntur? Alia ad huiusmodi progressum dicenda relinquo, cũ sint cũctis manifesta, vt non egeant probatione, & ne videantur nostra tecũ confabulatio non in veritate, sed in verbis consistere. Et si his inspectis corde sincero, & tu ad Christum conuersus fueris, senties in te quoniã suauis est Dominus. Tunc & Lucas medicus his veritatibus auditis & corde intellectus conuersus ad Christum dixit. Mane nobiscum, quoniam cor nostrum ardet in te & tuis dulcissimis sermonibus.

Expositio figuralis.
Pars II.

Regina post denotare gentilitatem quæ fuit in confinio voluptatum, & idolatriç, quia Chistus dicit. Venit a finibus mundi. Hæc audita fama Salomonis, qui interpretatur pacificus, idest Christi, qui venit vtraq; facere vnum populum i. Iudæos & gentiles. Cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Hæc audita fama Salomonis Christi, vt ꝗ oracula Sybillarũ, quę Balaam Num. 23. quæ sancti Prophetæ, & Patriarchæ de eo vaticinati sũt: Auditis etiã signis, & portentis a natiuitate eius vsque ad mortem factis: quæq; prouenerunt post eius mortem & ascensionem in cęlum, quando spiritus sanctus in igneis linguis descendit super discipulos eius: Insuper virtutem, & doctrinam discipulorũ eius, qui ignari erant & secundum carnem contemptibiles, quod in signis, & prodigijs, cõtemptis omnibus mũdanis desiderijs, & in magnis tormentis totum mundũ conuertunt, idemq; faciunt post mortem ipsorũ eos sequentes vita, & doctrina, quia dicit. S. Paulus. Quod stultum est Dei, sapiẽtius est hominibus. Videte eñ vocationẽ vestram fratres quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma & contemptibilia elegit, vt non sunt, & ea quę sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Et 1. Cor. 2. Sermo meus, & prædicatio mea nõ in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis. Sed in ostẽsione spiritus, & virtutis, vt fides nostra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Hæc ibi. Venit cũ magno comitatu suæ potentiæ, & sapientiæ diuersarum sectarum, vt patet in actibus Apostolorum. Contra Stephanum. Et historia S. Catherinæ cũ 50. sapientissimis mundi huius oratoribus. Venit dico cum Camelis, qui sũt animalia inflexibilia, quia elati, & inflexibiles in suis opinionibus, & prauis voluntatibus, dicunt Deo suo vt Iob dicit. Recede a nobis, viam scientiarum tuarum nolumus. Venit deferens aurum, in quo denotatur magna potentia eorum, quibus in omnibus obeditur, quia. Pecunię omnia obediunt, & quia sicut aurum est preciosius inter metalla, ita & potentia ipsorum erat alta, designata in Daniele in capite aureo, quod denotabat superbam & ambitiosam potentiam regis Nabucodonosor, qui in elatione sua dixit. Nonne hæc est Babilon, quam in robore meo, & in fortitudine mea edificaui. Venit dico in auro potentię suæ, qua potentia tentauit fideles Christi, eiusque defensores in varijs tormentis, vt non remanserit minimũ supplicium, quod non exercuerint in eos. Vnde legimus. Diocletianus Imperator, vt habetur in historia Ecclesiastica. Fecit edictum, vt cunctæ Ecclesiæ christianorum vsque ad solum destruerentur, scripturæq; sacræ igni exurerẽtur. Si quis inter nos alicuius honoris prærogatiua muniretur, sublata hac maneret infamis. Si quis seruorum permansisset christianus, libertatem consequi non posset. Et cap. 3. Vt omnes Ecclesiarũ principes in vincula conijciantur, tum deinde omnibus supplicijs, simulacris immolare cogantur, & libro. 3. scriptum est. Persecutionum vero extrinsecus pondus

Matth. 12. Perpulchrè exponitur hæc historia ꝓ Christo & christiana veritate. Rom. 5. 2. Cor. 5. 1. Cor. 1. Actu. 6. Lib. 8. c. 2.

vrgebat Ecclesiam,& tam immensę cęterę martirum quotidie iugulabantur, vt Plinius secundus, qui tunc prouinciam administrabat, multitudine interemptorum permotus referret ad Imperatorem, ꝙ innumera hominum milia quotidie obtruncarētur, in quibus nihil omnino sceleris deprehenderetur admissum, aut aliquid contrarium Romanis legibus gestū, nisi hoc solum ꝙ ante lucanos hymnos Christo cuidam canerent Deo, adulteria vero huiusmodi cætera crimina apud eos illicita haberi, & penitus arceri, cętera vero eos secundū leges agere cōmunes. Ad quem tunc Traianus rescripti sui auctoritate decernit, vt chriāni non quidem requirantur, si qui tamen inciderent, puniantur, per quod ex parte aliqua persecutionis sedatū putabatur incendium. Hæc ibi.

Insuper gemmas portabat preciosissimas, per quas denotatur scientia gentilium, de qua dicit sapientia. Nec comparaui illi lapidē preciosum. Est enim scientia, intellectus perfectio, & gemma preciosa secundū philosophū. Tentauerunt ergo Christum, & Ecclesiam ei⁹ disputationibus acutissimis. 1.Cor.1. Nos autem prædicamus Christū crucifixum, Iudæis quidem scandalum, quia maledictus qui pendet in ligno, gentibus aūt stultitiā, vt ꝙ Deus passus sit, nobis autem Iudæis.s. & Græcis conuersis, Dei virtutem & Dei sapientiam. Hoc ostenditur in conuersione Dionisij, per Paulum Christum mortuum & resurgētem prædicantē. Cōuersum miraculo cęci illuminati. Practice hic discurre quomodo disputarūt cū christianis de Dei prouidentia, de animæ immortalitate. de vltimo fine hominis, de pęnis damnatorū. De trinitate personarum, de sacramento Euchar. &c. De quibus Petr⁹. 1.Pet.1. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti rationem, de ea quæ in vobis est spes. His possis addere quod accidit apud histor. Scolasticā libro. 10. cap.3. in concilio Niceno congregato, præsente Costantino Imperatore ꝓpter Arij heresim de acutissimo philosopho, qui in dies singulos mouebat contra nostros Episcopos viros eruditissimos disputationes dialecticas, vt nec poterat a quoquàm aut constringi, aut vinci, tanta enim arte dicendi obiectis questionibus occurrebat. Sed vt ostenderet Deus virtutem suam, ꝙ non in sermone sed in virtute Dei regnum consisteret: Quidam Episcopus ex confessoribus simplex vir, qui nihil aliud sciebat nisi Christum crucifixum, petit ab omnibus locum, velle se paucis cum philosopho sermocinari. In nomine inquit Iesu Christi philosophe, audi quæ vera sunt. Deus vnus est, qui fecit cęlum, & terram, quiq; homini quem de limo terræ formauit spiritum dedit &c. Hoc verbū, ac sapientia, quam nos dicimus filium Dei humanos miserat⁹ errores, ex virgine nascitur, & per passionem mortis a perpetua morte nos liberauit, ac resurrectione sua perpetuā nobis cōtulit vitam, quem expectamus iudicē omnium, quæ gerimus esse vēturum. Credis hoc ita esse philosophe, at ille obstupefactus virtute dictorū motus, ad omnia hoc solum potuit respondere. Ita sibi videri, nec aliud verū esse, quam quod dixerat: Tunc senior. Surge ergo sequere me, ac Dominicum, & huius fidei signaculum suscipe, quod & fecit, conuersusq; ad discipulos mirantes dixit. Donec verbis mecum res gesta est, verba verbis opposui, vbi vero pro verbis virtus processiit ex ore dicentis, non potuerunt resistere verba virtuti, & hortabatur eos, ipsum sequi ad christianesimum. Deferebat aromata.i. vt atraherent populos odore simulatarum virtutum suarum ad sui sequelam sicut Delphinus, aperiētes os doctrinarum suarum, vt ad anhelitum odoris sui deglutirent pisces ad se concurrentes. De quibus August. vltra Sanctum Paulum. In homelia dicit. Fuerunt quidam philosophi de virtutibus, atque vitijs subtilia multa tractantes, diuidentes, diffinientes ratiocinationes acutissimas Rom.1.

con-

concludentes, libros implẽtes, sapientiam suam buccis concrepantibus ventilantes: Qui etiam dicere auderent hominibus. Nos sequimini, sectam nostram tenete, si vultis beate viuere; Sed quia nõ intrabant per ostium, perdere volebant, mactare, & occidere. Hæc ibi. Vide etiam S. Paulum vbi supra, quanta dicit de eis.. Et locuta est regina. i. gentilitas Salomoni, idest Christo & in eo, discipulis eius, vniuersa quæ habuit in corde, quia admirabiles disputationes, & concitationes excitauit, & attẽtauit cõtra Christum, & eius sequaces, de quibus habes infra in nostra concione. Veritas omnia vincit. Sed rex ad omnia sibi sapientissime respondit, vt nihil eum lateret de sibi propositis. Et hoc ostensum est in speciali vltra alios in disputatione beatę Catherinæ martyris cũ clarissimis mundi oratoribus. Vide in eius historia. Et non mirũ, quia Christus dixit. Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Et, Vobis datum est nosse misterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. Secundum expositionem doctorum, regnum Dei, hic intelligitur, sacra scriptura. In cuius signum sacerdos osculatur Euangelium apertũ. Et hoc Christi dictum intelligitur tripliciter fuisse factũ. Vno modo q̃a eis habitualem tradidit notitiam scripturarum, quæ ad Christum pertinebãt, ac si illas memoriter didicissent. Alio modo quia ita illuminauit eorum intellectum, vt scripturas prius auditas vel in posterum audiendas, funditus penetrarent. Tertio q̃ fuerit vtroq; dicto modo. Et docuit eam Salomon de omnibus quæsitis, & super quæsita ab ea, idest de veritate prouidentiæ diuinæ, de animæ immortalitate, de beatitudine vera hominis, quæ apud sectas gentilium valde erant perplexa. Et figuratiue Christus docuit nos super omnes Patriarchas, & Prophetas clarissime, tam de naturalibus quam etiam de supernaturalibus, & ipsius Christi misterijs, quia ipsa

Ioan. 16.

Luc. 18.

sapientia incarnata docuit nos omnem veritatem. Psalm. Super senes intellexi. In figura horum, Salomon ostendit reginæ domum, quam sibi edificauerat, scilicet humanitatem suam Christus nobis, & ostendit, & declarauit secundum qnod dicit Psal. In sole posuit tabernaculum suum, de quo in superioribus sermonibus prolixius diximus; Et Sapientia edificauit sibi domum. Ostendit sibi varios cibos mensæ, quia secundum Paulum, Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides, alij gratia sanitatum, alij operatio virtutum, & alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem operatur vnus, atque idem spiritus, diuidẽs singulis prout vult. Quia nõ in solo pane viuit homo &c. 1. Cor. 12.
Ostendit & habitacula seruorum, quia christiani habitaculum est in domo Salomonis, quia in visceribus Christi, vt dicit Paulus. Philipen. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum; & porto stigmata Christi in corpore meo. Et habitacula seruorum Christi sunt hic per gratiam, & in patria per gloriam, quia vt dicit Paulus. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Ostendit & ordines ministrantium tam in militanti quam in triumphanti domo Christi, quia in charitate adinuicem in Christo sunt ordinati secundum sub & supra, tam in statu secularium, quàm in statu spiritualium in ordine ad Christum, de quibus Paulus dicit. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia Apostolos &c. Vide totum capitulum. Vnde principes temporales submittunt caput suum Ecclesię. Insuper ostendit sibi ordines ministrantium Angelorum, de quibus. Psalm. Benedicite Dominum omnes Angeli eius. Scilicet nouem choros Angelorum, qui suo modo tradito sibi a Deo seruiunt, vt dicit sanctus Paul. ad Hebr. Nonne omnes sunt administratorij

Philip. 1.

1. Cor. 12.

Hebr. 1.

Digitized by Google

spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Ostendit & vestimenta ministrorum, quia scilicet Christianorum vestimenta sunt secundum Paulum, induere nouum hominem, qui secundum Deũ creatus est, deposito veteri cum actibus suis. In signum huius. Qui ad nuptias venit sine veste nuptiali, datus
Matth.22. est in tenebras tortoribus. Vidit & holocausta, quæ offerebantur, quia christianus cum Christo, & pauperibus suis bona sibi collata debet comedere, dando pro Christi nomine, calicem aquę pauperibus Nam & antiqui patres bona sua diuidebant inter se, & pauperes, & Ecclesiã. Hæc igitur animaduertens gentilitas, & comparans Christi sapientiam ad suam insipientiam, quia sicut noctua inuenta est ad lucem solis. Nam & Apostolus dicit Loquimur sapientiam, quam nemo principum, idest philosophorum (secundum Glosam) huius mundi cognouit. Et dixerunt illud. Ergo errauimus a vita veritatis, & iustitię, lumen
Sap.5. non luxit nobis, & sol intelligentię nõ est ortus nobis, ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Et facta est in extasi, vt in ea spiritus non remaneret, quasi diceret illud Psal. Non cognoui literaturam q a minima pars est illorum, quæ scimus ad ea quæ ignoramus, vt dixit Socrates, & hoc vnum scio quòd nescio. Maior est sapiẽtia tua quàm rumor, quẽ audiui, quoniam Psal. dicit. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Et fides donum Dei est, quę facit magnalia Dei facere & loqui. Psal. Credidi propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis, quoniã.
Matth.11. Scriptum est. Confitebor tibi pater Domine cęli, & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater q a sic fuit placitum ante te. Maior est sapientia tua, quia consistit in sapida scientia cum bonis operibus, non in buccis concrepantibus, quoniam. Fides sine operibus mortua est, & scientia sine charitate inflans, & sicut cimbalum tinniens. Vt dicit Paulus. Deinde gentilitas conuersa ex mirabilibus misterijs diuinis eructauit cor ei verbum bonum, & in benedictionem prorumpens Dei, & suorum sanctorũ sibi seruientium dixit. Beati serui tui, quia, Seruire Deo regnare est, qui audiunt sapientiam tuam in sacris Euãgelijs effusam, & in Ecclesia Christi p̃dicatam, quæ docetur incessanter, secũdum quod Christus dixit. Qui vos audit, me audit. Et Paulus. Qui hæc 1.Tess.4.
spernit, non hominem, sed Deum spernit, qui etiam dedit spiritum sanctũ in nobis. Et 1.Corin. 7. Puto quòd & ego spiritum Dei habeam. Et benedictus Deus qui posuit te super tronũ Israel. Et dabit sibi Deus sedem patris sui Dauid, & regnabit in domo Luc.1.
Iacob, idest electorum in æternũ. Psa. Ego autem constitutus sum rex super montem Sion prædicans præceptum eius &c. Et Paulus. Dedit ei nomen, quod est super omne nomen &c. Et dilexit Deus Israel in sempiternũ, quia dicit Propheta. Perpetua charitate dilexi te, ideo atraxi te miserans. Et obtulit regi aurum, & gemmas multas, idest subiecit totam suam potentiam Christo, & Ecclesiæ, sicut omnes imperatores christianorum faciunt, humiliter prostrati deosculantur pedes Pontificis. Et omnem intelligentiam suam gemmis splendidis comparatam in obsequium Christi submittit. Obtulit & aromata, quia redolentiam vitæ in sancta conuersatione se Deo, & proximo exhibendo. Et dedit ligna thina quæ sunt fortia, & imputrefactibilia, quia Deo promisit constantiam in fide, & perseuerantiam in bonis operibus contra omnia aduersa, & prospera. Psal. Et erit tanquã lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. De his Paulus. Sancti per fidem vicerunt regna, & in fine concludit. Et hi testimonio fidei probati inuenti sunt. Et versa vice Salomon videns, idest Christus gentilitatis

Digitized by Google

tatis conuersæ fidem, & deuotionem in ipsum, dedit ei magna munera, qa mercedem patriæ cœlestis in alia vita promisit, quam nec oculus vidit, &c. vt dicit Paul. Et obtulit ei quicquid voluit, quia dixit. Petite & accipietis & cæt. De hac gentilitate conuersa
Matth.21. Christus dicit. Multi venient ab oriente & occidente. &c. Et reuersa est in domum suam laudans Deum, vt sancti reges postquam adorauerunt Christum. Auferetur à vobis regnum Dei, Matth.21.
& dabitur genti &c. Et de hac gentilitatis conuersione dixit Christus. Qñ Ioan.12.
gentiles volebant eũ videre. Venit hora vt clarificetur filius hominis, &c.

SERMO VIGESIMVS TERTIVS.

VERITAS, QVAE CHRISTVS EST omnia vicisse dicitur, inermi brachio suo, in cruce extento, potissimum autem Luciferum contra Ecclesiam insurgentem, cum omnibus illius tartareis legionibus.

Et post interpretationem historiæ Regis Darij, Esdræ 3. cap. tertio, explicat oppressionem Hebræorem Exod 1. ad propositum Sanctorum Innocentũ ab Herode occisorum.

SVPER OMNIA VICIT VERITAS.
3. Esdræ 3. cap.

3. Esdræ 3. REx Darius, qui fuit secundũ Lyram filius Regis Assueri, & Reginæ Hester fecit conuiuium magistratibus Medorum, & Persarum, & Præfectis Indiæ & Æthyopiæ, vocauitque & suos vernaculos. Et cœna facta Rex ascendit in cubiculũ suũ & dormiuit. Et dum in lecto iaceret, tres sui eunuchi sui capitis custodes conuenerunt adinuicẽ, vt quilibet eorum proponeret enigma, vel propositionem cum suis rationibus, & in carta conscriberent, ac eam consignarent suis sigillis, & sub regio ceruicali ponerent, vt cum Rex surrexerit, sibi præsentarent, & cuius Rex iudicauerit prudentius fore, prudentiori, & sapientiori munera superdonaret. Et sic factum est. Vnus dixit. Fortius est vinum omnibus rebus, quia inebriatus neminem veretur, sed loquitur per talenta, & multa alia quæ sunt in textu. Alius dixit. Fortior est rex omnibus rebus, quia ipse cunctis dominatur, &c. Tertius autem, scilicet Zorobabel qui erat de genere Regio ex parte Hester dixit. Fortiores sunt mulieres, quæ suis blanditijs omnibus dominantur, &c. Sed & addit. Super omnia fortior est cunctis veritas, quæ omnia vincit, eamque celũ & terra inuocat, & sibi benedicunt.

Digitized by Google

Et multa alia pro veritatis fortitudine vt patet in textu. Et conuertens se ad proposita sociorum, dixit. Cum in ipsa veritate nihil sit iniquum. tamen vinum iniquum est, rex iniquus, iniquę mulieres, iniqui filij hominum, iniqua opera eorum, & sua iniquitate peribunt, veritas autem manet in æternum, & viuit, & obtinet in sæcula. His igitur coram rege & magistratibus disputatis, Rex superlaudauit enigma Zorobabel, quòd veritas cunctis est fortior, & omnia vincit. Et tunc dixit ei, pete à me, si quid aliud vis quàm scriptum est in vestris litteris consignatis, & dabo tibi secundum quod inuentus es sapientior cæteris, & proximus mihi sedebis, & cæt. Sed Zorobabel petijt à rege dicens. ò rex. Memor esto voti tui, quod vouisti edificare Hierusalem die qua regnum accepisti, & omnia vasa quæ ex templo Hierusalem sublata sunt restituere & remittere, & voluisti ædificare etiam templum, quod incenderunt Idumei, quando exterminata est Iudæa à Caldeis. Et nunc hoc est, quod postulo Domine, vt facias votum quod vouisti regi cęli ex ore tuo. Tunc Rex Darius osculatus est ęum, & fecit quæ postulauit Zorobabel. Hæc ibi sententialiter.

Hoc mane prædicabimus quomodo contra Christum, & membra eius diabolus, & membra eius concitauerunt admirabile bellum, tamen veritas Christi vicit manu inermi & brachio in cruce extento omnes tartareas potestates. Postea mystice ad propositum exponemus historiam assumptam.

Quoad primum prænotandum est pro meliori sequentium intelligentia, quòd homo naturaliter scire desiderat veritatem secũdum Philosoph. Quia obiectum intellectus est verum qua veritate perficitur intellectus. Et si quandoque quis ore negat veritatem, at corde eam non potest negare, quia cor eius conuincitur ab ea, sicut dicit philosoph. Ideo bene dicit Sanctus Ambrosius. Huius leuis est consolatio, qui in seipso est confusus, etiam si ab alijs non videatur, vt patet in certantibus in disputatione, aut causidicis aduocatis, & cõsiliarijs prauis. Et ita fortis est veritas ad conuincẽdum intellectum dum cognoscitur, vt necessario homo ei adhæreat. Et quanto maior veritas tanto magis inclinatur ad ipsius cognitionem modo sibi possibili. Et quoniam de Deo duplicem veritatem habemus, vna tamen ordinatur ad aliam nobiliorem, vnam naturalem, quæ ortum habet à sensu, ad quam philosophi potuerũt deuenire de qua Paulus ad Rom. Quod notum est Dei, manifestum est in illis, idest, philosophis. Deus enim illis manifestabit. Inuisibilia enim illius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, & multa de huiusmodi ibi dicit. Vnde per huiusmodi visibilia deuenerunt in cognitionem Dei, quòd ipse sit causa prima, & summa veritas, & entitas, à qua omnia sunt vera & entia. Alia est cognitio de Deo supernaturalis, quæ per solam reuelationem Dei potest haberi, vt de articulis fidei, &c. Paulus ad Corinth. Quæ sunt Dei nemo nouit, nisi spirit⁹ Dei. Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum, Et ad hanc cognitionem veritatis inclinamur, si Deus ipse dignabitur nobis eam reuelare. Quoniam dicitur. Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi. Nec leuitatis est credere huiusmodi à Deo reuelatis, sed permaximæ vtilitatis. Quia cum sint tres intellectus se adinuicem in natura excedentes, vt diuinus, angelicus, & humanus, ita sunt & intelligibilia eorum se adinuicem excedentia, & abscondita adinuicem, nisi reuelentur per superiorem intellectum. Nam Deus habet intelligibile suum, in quo multa, & infinita sunt secreta, quæ & angelicum, & humanum intellectum prætereunt, nisi ab eo eis reuelentur. Ita & Angeli habent aliqua

Marginalia: In Proem. Metaph. — 1. Perhier. & 1. phisi. — Duplex veritas de Deo. — Rom. 1. — 1. Cor. 2. — Eccl. 3.

aliqua sua secreta intelligibilia, quæ nisi ea hominibus reuelent, humanus intellectus non potest ad ea penetrare. Et sicut stulte diceret simplex homo viro erudito, quia quæ dicis non intelligo, ideo non sunt vera, ita etiã stultũ est dicere humano intellectui, quia non intelligo, quæ Angeli mihi dicunt de illorum secretis, aut Angelus diceret idem, quia non intelligo, quæ mihi Deus asserit de suis secretis, ideo non sunt talia vera. Quando igitur Dei secreta homini reuelantur à Deo, qui non potest esse mendax vt homo, sibi maxime fides est adhibenda. Propterea bene philosophus. Repræhendit Simonidem dicentem, & suadentem prætermittendam diuinam cognitionem, & solis humanis rebus ingenium applicandum, quia humana hominẽ decet sapere, & mortalem mortalia. Sed Aristot. ibidem dicit imo homo se debet ad immortalia & diuina trahere quantum potest. Et.11. de animalibus dicit. Quamuis parum sit, quòd de substantijs superioribus habemus, tamen id modicum est magis amatum, & de fide ratum, omni cognitione quam de substantijs inferioribus habemus. Et secundo de cœlo. Cum de corporibus cœlestibus quæstiones possent solui parua, & topica solutione, contingit auditori, vt vehemens sit gaudium eius. Hæc ille. Summa igitur sapientia abscondita cordis sui dignata est homini reuelare multis modis, secundum quod superius Paulus dixit, & Ecclesiast. 3. Et de hoc clare Apostolus ad Heb. Multifarie multisque modis olim Deus loquens patrib. in prophetis, scilicet, sua admiranda secreta, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio suo, & cęt. Et alibi dicit. Cum ipso nobis omnia donauit, Et multa ad hoc propositum, dicit Sanctus Ioannes in fine.17.cap. Quomodo Christus notificauit apostolis, quę erant secreta apud patrem suum. Et ne quis leuitatis posset argui in credendo sibi, cum multi pseudo prophetæ vsurpauerint falso sibi nomen deitatis, attulit secum admirandas probationes correspondentes assertioni suæ, quòd ipse sit verus filius Dei, & quòd veritatẽ loquitur os eius. Nam assertionibus naturalibus, naturales probationes exiguntur, ita & supernaturalibus assertionibus supernaturales probationes, quæ sũt solius Dei propriæ, & non alicuius creaturæ. Videamus igitur Christi probationes in asserendo se Deum, & verum ac naturalem filium Dei. Primo hoc fecit per admiranda miracula, quæ sunt vera testimonia veritatis, & attestationis diuinæ. Nam secundum philosophos à priuatione ad habitum naturaliter non fit regressio, & tamen Christus Iesus asserendo se verum filium Dei vltra admiranda prodigia, quæ in eius natiuitate describunt Euangelistę, cęcos illuminauit, surdis aures aperuit, mutis loquelam dedit, leprosos sanauit. Virtus de illo exibat, & sanabat omnes, mortuos suscitabat, etiã quatriduanum Lazarum. Ecce igitur veritas assertionis eius cum proportionatis, & debitis probationibus, quæ nemo alius facere potuit, aut potest, nisi solus Deus. Nec Deus potest esse mendax, aut falsitatis assertor, quia dicitur. Prophetam dicentem mendacium Dominus disperdet ab Israel. Et Prouerb. 10. Qui nititur mendacijs, hic pascit ventos. Nec valet si dicas. Et multos vidimus qui non erant Dij, fecisse miracula ad comprobationem veritatis diuinæ, quoniam ipsi talia non faciebant in asserendo se Deum esse, sicut Christus, sed quòd sint à Deo missi, secundum quod Deo placuit per ipsos sua secreta propalare. Ideo Christus dicit. Si non venissem, idest, personaliter vt erat eis promissum, & locutus eis non fuissem peccatum non haberent, scilicet, infidelitatis. Nunc autẽ excusationem non habent de peccato suo, scilicet, infidelitatis. Et si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, scilicet, in asserendo me filium Dei, peccatum non haberent.

Margin notes: 10. Eth. 9. — Hebr. 1. — Probationes quib9 Christus ostendit se verũ Deũ. — Luc. 6. — Isai. 9. — Ioan. 5.

Digitized by Google

haberent. Sed dicit Iudæus. Ego non credo quòd Christus fecerit miracula, quia talia non vidi oculis, nec manibus tetigi, sed vos Christiani ea confingitis. Quibus respondetur per interrogationem. Quomodo quilibet ipsorum sciat, quòd pater, & mater sua sint tales, cum non viderint quando sint concepti, nec sciant quando & à quo sint nati, quia tunc infantulus non est compos cognitionis, nisi per relationem suæ nutricis. Ecce igitur quòd sine fide, & credulitate asserentium veridicorum testium impossibile est viuere. Igitur ò Iudee omitto assertiones quas etiam libri Gētilium asserunt de Christi miraculis, & attestationes eruditissimorum virorum, tam Hebræorum, quàm Gentiliū conuersorum ad fidem, audi miser, quid tuus Hebræus Iosephus fidelissimus recitator. in libro 18. de antiquitatibus de Christo, eiusque miraculis asserit. Fuit autem his temporibus, scilicet, Pontij Pilati Iesus sapiens vir, si tamen ipsum virum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector, & doctor omnium eorum hominum, qui libenter audiunt quæ vera sunt. Et multos quidem Iudæorum, multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorum nostrę gentis virorum, cum Pilatus in crucem agendum decreuisset, non deseruerunt eum, qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertia die viuus, secundum quod diuinitus inspirati prophetæ, vel hæc, vel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerunt. Sed & in hodiernum, Christianorum, qui ab ipso nuncupati sunt & nomen perseuerat & genus. Hæc ibi. Et sanctus Effren in confirmationem horum dicebat. Si nō erat Deus, quem Gabriel dominum vocabat? si non erat homo, quem Maria in ventre portabat? Si nō erat Deus, quem Helisabet salutabat? si non erat homo, quis in præsepio iacebat? Si non erat Deus, quem Magi adorabāt? Si non erat homo quem Ioseph circuncidebat? Si non erat Deus, quem columba protestabatur? Si non erat homo, quem Ioannes baptizabat? Si non erat Deus, quis ventis, & mari imperabat? Si non erat homo, quis in deserto esuriebat? Si non erat Deus, quis mortuos suscitabat? Si nō erat homo, quis cibum sumebat? Si non erat Deus, quis latroni vitam dabat? Si non erat homo, quis in cruce pendebat? Si non erat Deus, propter quem Sol radios occultabat? Si non erat homo, quis in sepulchro iacebat? Si non erat Deus, quis tertia die resurgebat? Si non erat homo, quem Thomas palpabat? Hæc ille. Secundum signum suæ probationis Christus ostendit, manifestissimum suę veritatis inditium, dum post Ascensionem suam publicam, in die Penthecostes manifestissime Spiritum sanctū Apostolis in igneis linguis misit. Et simplices ac idiotę repleti Spiritu sancto summam & admirabilem sapientiam, & facundiam in instanti consequerentur, & per dictæ probationis efficaciam non armorum violentia, vt Machometani, & Gentiles, non voluptatum promissione vt iidem, non in humanæ sapientiæ eloquentia, sed in simplicitate sermonis & virtute operationum diuinarum, scilicet, sequentibus signis, vt Paulus ad Corint. Ad longum prosequitur, quæ vide si vis, 1. Cor. 2. totum mundum non solum simplices vtriusque sexus viros, sed etiam disertissimos Philosophos, & oratores conuerterunt, credendo eorum simplici assertioni, quę excedunt omnem intellectum humanum. Insuper addentibus suis simplicibus sermonibus omnium carnalium delectationum, & mundanarum voluptatum contemptum, nec non parentum filiorū vxorum & huiusmodi, pro Christi sequela, & quod est vltimum terribiliū exponere se ad omnia mortis tormenta pro assertione huius veritatis, & pro præmio æterno in spe eis promisso. De his vide S. Tho. contra Gen. 1. libr. in suis primis capitulis, vbi prolixe

de

Digitized by Google

de his differit. Contra ergo hãc Christi veritatem demon non solum in vita Christi à principio natiuitatis eius vsque ad crucem, enarra omnia, extinguendam, per se, & per diabolica sua membra multa attentauit, sed ét post mortem eius non cessauit idé facere in membra Christi. Nam excitauit in ea Synagogam Iudęorum, vt patet in actis Apostolorum, & in speciali in Sancti Stephani disputatione & lapidatione, vt de eis Cant. 1. Sponsa Christi, idest, Ecclesia lamentando dicit. Nolite considerare me, quia fusca sum, idest, ex tribulationibus Synagogæ, quia Sol, idest, Christus me decolorauit, scilicet, exponendo tribulationibus. Filij enim matris meæ, idest, Synagogæ pugnauerunt contra me. Sed veritas Christi per patientiã & suam doctrinam omnia vincit. Excitauit diabolica sua membra tyrannorum Gentilium, vt Dioclitianum, & Traianum, & alios contra Christi membra, qui sua crudelitate omnia genera tormentorũ in eos exercuerũt. Enarra aliqua eorũ. Sed veritas Christi cum patientia vicit omnes tartareas potestates, vt dicerent. Victi sumus. Excitauit & Magorum scholas cum admirandis diabolicis prodigijs, sed quia in tertio signo defecerunt vt Magi Pharaonis, & visa Christianorum veritate in miraculis, succubuerunt veritati. Quoniam in veritate non est aliqua fallitas. Et qui obstinati remanserunt, mala morte perierũt. Vide de his historiam Apostolorum Petri & Pauli, & sancti Iacobi. Excitauit, & scholas philosophorum ac rethorum, qui admirabilibus disputationibus, vt Regina Sabba Salomonem, Christianos conuenerunt, sicut in speciali habetur in historia Sanctæ Catherinæ martyris vide ibi. Et ipsi videntes admirabilẽ Salomonis Christi sapientiam, deposuerunt conuersi ad fidem suam intelligentiam in obsequium Christi, vt fecit Dionys. Ariopagita, quia veritas omnia vincit. Excitauit insuper & putrida membra Christi, quæ diaboli membra effecta, scilicet, hæreticos prauos, à principio primitiuę Ecclesię, vt patet apud Sanctum Petrum & Paulum in Epistolis, & sanctum Ioannem in Apocalipsi de secta Nicolaitarum, quorum numerus fuit, vt dicit Isydor. 72. qui sua prauitate plurimum turbauerunt Ecclesiam Dei, falsse trahendo & interpretando sacram scripturam sub specie pietatis, sed veritas omnia vincit sua patientia, & sapientia. Excitauit & principes Christianos fauentes hæreticis, qui etiam multa mala in membra Christi exercuerunt mortibus, & exilijs & alijs confiscationibus bonorum, & suis inobediẽtijs ad ecclesiam & Ecclesiasticos. Sed veritas sua sapientia, & patientia vicit omnes tartareas potestates, & Christus manu inermi dicit August. & brachio extento in cruce vicit omnes tartareas potestates, vt Psalm dicit. Super aspidem, idest, Gentiles philosophos venenosissimos, & basiliscum, idest, Synagogam, & magos ac hæreticos ambulabis, & conculcabis leonem, idest, tyrannos, & draconem, idest, populares ministros crudelitatis ignẽ spirãtes.

INTER-

INTERPRAETATIO FIGVRALIS.

Multa de his ad propositum diximus in fine sermonis præcedentis, cum gentilitate. Vide ibi.

Per totam expositionem figuralem habet, quod veritas Christi vincit oēs sectas, falsitatesque earum.

MYstice. Rex Darius interpretatur fertilis, & augmentatus, potest significare Christū, qui de seipso dixit. Ego sum vitis, & vos palmites, si quis in me manet, & ego in eo, hic fert fructum multum. Interpretatur, & augmentatus, quia Psalm dicit. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. &c. Et iterum. Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Hic fecit cœnam magnam, vt dicit S. Lucas. Et tunc fuit quando desponsauit genus humanum per incarnationem suam. Et hæc cœna fuit magna, quia incarnationis mysterium excedit omne opus diuinum ad extra factum, secundum sacros Doctores. Et inuitat ad hanc cœnam suę desponsationis omnes cōditiones hominum. Scilicet magistratus Medorum, qui interpretantur mensurantes causas, idest omnes philosophos, quorum causas rerum, est indagare. Nam & Aristotel. in procemio Metaphisicę dicit. Propter admirari cęperunt philosophari. Et Persarum, qui interpretantur dissoluentes latera, significant oratores & causidicos, qui persuasione sua dissoluunt nodos iuditij & multa persuadent pro & contra. Et præfecti Indiæ, qui interpretantur dilucidi, significant omnes pręsidentes in altiori situ exaltatos. Et vernaculos suos, idest, omnes hómines, quos ipse enutrit suis beneficijs in hoc mundo, quique facit Solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & peccatores. Nec non & præfectos Æthyopiæ, idest, omnes peccatores habitantes in obscuritate, & nigredine peccatorum, quia dicit S. Paulus. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Et Christus. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. In hac cęna præparauit panem & vinum, idest Sacramentum sub vtraque specie, dicens suis inuitatis. Hoc facite in meam commemorationem. Parauit & dapes varias, quia instituit secundum sacros Theologos etiam omnia sacramenta. Et legem dedit gratiæ, quos cibat indies pane verbi Dei, & suæ intelligentiæ potat vino, vt in præcedentibus sermonibus diximus. Huius conuiuij ministri fuerunt Sancti Angeli, quia & Gabriel Angelus fuit Paranimphus huius gloriosæ desponsationis. Et secundum Paulum. Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hęreditatem capiunt salutis. Huius conuiuij sunt cantores, sancti Patriarchæ, & Prophetę, qui admirabili modo nobis præcinerunt hoc Sacramentum, & hoc conuiuium, vt ostendimus in nostro sermone contra Iudæos. Insuper & multitudo militiæ Angelorum in natiuitate Christi præcinit dicens, Gloria in excelsis Deo, & cæt. Et Angelus ad Pastores, annuntio vobis gaudium magnum, & cæte. Quid dulcius, & suauius potest esse hac melodia? Et hæc cęna facta est ad satietatem, quia vnicuique via salutis data, & ostensa est per Christum, qua possit tandem frui beatissima vita, vbi secundum Psalmum. Satiabimur cum apparuerit gloria eius. Tres Eunuchi Regi assidue assistentes tamquam custodes capitis eius, sunt sectarum variarum defensores, & se ad inuicem præponentes in sua secta. Nam primi sunt Iudæi, qui dicunt. Rex est fortior cæteris. Scilicet Synagoga Iudæorum, quæ tamquam Rex, vel Regina ad alias sectas, quoniam ip

Luc. 14.

Luc. 2. Hebr. 1.

sa

sa adorat & colit vnum Deum, in ditione cuius omnia sũt posita. Et Christus; Filij regni eijcientur, & cęt. Et ab Isaia vocatur Dei vinea electa, quæ
Isai. 5. est domus Dei sabaoth. Secundi sunt diuersarum sectarum philosophi, qui in varijs opinionibus sunt diuisi, hij inflati scientia sua, tamquam vino inebriati, in varios errores proruperũt. Vt de Dei prouidentia, de immortalitate animæ, & de fine humano, de
Rom. 1. quibus sanctus Paulus ad Rom. Multa dicit, & sanctus Augustinus, vt habes superius in expositione historiæ Reginæ Sabbæ. Hij vt dicit Augustinus, se supra alios magnificabant, vt ab omnibus sequerentur. Tertij sunt Gentiles qui mulieribus assimilãtur, colentes idola omnium spurcitiarum vtriusque sexus, vt Deos, & deas qui fuerunt spurcissimi homines. Et hij etiam supermagnificabant se cæteris, vt fere totum mundum subegerint, sicut patet in Euangelio Natiuitatis Christi. Ideo Zorobabel secundum vulgarem opinionem hic, prædictis duobus prępofuit mulierem. Sed pro veritate addit, quòd veritas his omnibus maior est, & cuncta vincit, quãque benedicunt cœlum, & terra. Et iniqui sunt filij hominum, & Rex, idest, Synagoga Iudæorum iniqua est, non in se, sed in suis subditis, de qua Isaia, vbi supra dicit, Conuersa est in lambruscas, quia peruertit verum sensum sacræ scripturæ à Deo datę sibi, vt de eis merito Christus dicat. Filij regni eijcientur foras. Iniquum est vinum, quia dicit Paulus. Scientia sola sine charitate inflat. O ad quantas enormitates & errores tales sectę deductæ sunt, de quibus vltra quæ Paulus dicit ad Roma. Legitur quòd quidam
Rom. 1. negabat Dei prouidentiam, vt Iob
Iob. dicit. Super cardines cœli deambulat, & nostra non considerat. Quis animæ immortalitatem, vt patet per totum librum Ecclesiasticum. Quis finem in voluptatibus statuit, & taceo de cæteris stultitijs ipsorum. De his Pau-
1. Cor. 2. lus ad Corint. Loquimur sapientiam, quam nemo principum huius seculi cognouit. dicit glos Philosophorum huius seculi, & Paulus ad Corinth. 1. Cor. 1.
Verbum autem Dei crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui fiunt, idest, nobis Dei virtus est, quia scriptum est; Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi scriba, vbi sapiens, vbi inquisitor huius seculi? Hæc Paulus. Inique sunt mulieres, idest, Gentilium idolatriæ. Quid stultius mutare gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum, & serpentem? de hoc vide sanctum Paulum ad Rom. Hij omnes Rom. 1.
adinuicem decertant in præexcellentia sectarum suarum. Quorum nodos quis potuit resolute persoluere, nisi arbiter rex Darius, idest, Christus Iesus, qui dixit Pilato. Ego in Ioan. 18.
hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt perhibeam testimonium veritati, omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Hæc ibi. Et alibi. Ego sum via veritas & vita. Et quæ didici à patre meo, illa dixi vobis; Et Doctrina mea non est mea, sed patris mei qui misit me. Et hanc veritatem & ante mortem per admiranda miracula, & post mortẽ multis signis ostendit & probauit, vt diximus. Zorobabel igitur qui interpretatur magister conuersionis sunt Sancti Apostoli, & Prædicatores Christi, qui totũ mundum ad hanc veritatem sequendã conuerterunt, cooperante Spiritu sancto, & sermonem confirmante sequentibus signis. Darius igitur, idest, Christus, & ante mortem & post mortem, & post cœli Ascensionem confirmauit, iniquum fore regem, idest, Synagogã, quæ alias erat Rex aliorũ, quia in ea verus Deus colebatur, sed tempore Christi, & post eius resurrectionem, & Ascensionem in cœlum, conuersa est in amaritudinem & lambruscam falsitatis, deprauando sensum sacræ scripturæ & apertas prophetias, quæ eis de Christo clare prophetæ

præ-

Digitized by Google

prędixerunt. Propterea Christus dixit eis. Auferretur à vobis regnum. Idem ostēdit stultam esse sapientiam huius seculi, quę ad varios errores homines deducit, & à recta ratione diuertit, sicut in eis experientia docuit.
Sap. 5. Dicēt hi in inferno. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentię non est ortus nobis. Hæc ibi. Docuit insuper stultitiam idolatrantium esse pessimū errorem qui incorruptibilem Deum commutauerunt in similitudinem hominum, & variorum animalium. Et docuit, quòd veritas omnia vincit, id est, fides Christi, quæ veritatem docet absque vlla permixtione falsitatis. Et quoniam Christus Iesus, vt dicit Paulus propter obedientiam patris, vsque ad mortem crucis, ab ipso patre est exaltatus, & dedit ei nomen super omne nomen, vt in nomine eius, omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Iesus est filius Dei sedēs ad dexteram patris. De quo Psal. dicit pater Christo victori. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et tunc Christus promisit in christianitatem reædificare Synagogæ regnum, & Ecclesiam eorum prophanatam ab eis innouare per noua legis gratiæ sacrificia, & vasa templi, idest, doctrinam prophetarum, quæ per Pharisæos & Doctores eorum erat distorta, veris christicolis restituere ad honorē Dei, & eius Ecclesiæ, ideo & hic Zorobabel, idest, magister cōuersionis ex parte veritatis Dei Christum exorat, vt quæ promisit Deo in cruce existens, & post Resurrectionem, ad effectum deducat. Insuper quia etiam nostris miseris temporibus Hierusalem, quæ interpretatur pacifica, idest, christianitas, iam per Caldeos & infideles destruitur, & ꝑ peccata sua à pace Christi separatur ad sui dissipationem, & templum, idest, Ecclesia Christi quæ est sponsa eius, pro salute cuius se in mortem tradidit, vt eam sanctificaret, mundans eā lauacro aquę in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata, Eph. 5.
iam est in suis prælatis, & Ecclesiasticis destructa, quantum est ex prauitate, & degeneri conuersatione vitæ ipsorum, vt merito possit dici, quòd sit Babylon magna mater abominationis & fornicationum terræ, sedens super bestiam coccineam habētem septem cornua, idest, mortalia peccata, & decem capita, idest transgressiones præceptorum Dei, & habet hæc mulier ornate induta poculum in manibus abominationum, & fornicationum. Nam & Hierem. 23. dicit. Terra repleta est adulterijs, & Propheta ac sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorum. Practice dic si vis de malis præsentis Ecclesiæ. Insuper & vasa eius, idest, Doctores eius polluti sunt Gentilium libris, omissa sacrā scriptura. Propterea dicit Isai. Isai. 5.
Propterea populus ductus est in captiuitatem, quia non habuit scientiā, idest, sanam doctrinam. Cum prophe Prou. 29.
tia defecerit dissipabitur populus. Sacerdos enim officium est de lege interrogatum, & non de libris Gentilium respondere. De his etiam temporibus Azarias propheta in spiritu excitatus dixit regi Iuda Asæ. Transibunt 2. Para. 15.
multi dies in Israel absque Deo vero, idest vero cultu Dei, quia nunc totus in cerimonijs absque deuotione cordis, vt patet maxime in Romana Ecclesia, & absque sacerdote, scilicet, sancto & mundo, de quo Deutero. Sancti sint, quia ego sanctus sum, qui sanctifico eos. Absque doctore, quia his miseris temporib. doctrina sacra iam est in abominatione, & libri Gentiliū in fauore & præeminentia, & prędicatores verbi Dei fidem Christi in sapientia sermonis persuadent, prurientes auribus, vt Paulus ait. Et absque lege, quia non est, qui faciat bonum, vsque ad vnum & habent aures obtu-

obturatas, ne audiant legem Domini, vt dicunt prophetæ. Et ideo merito sequitur. In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti, sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terræ. Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia Dominus conturbabit eos in omni angustia. Hęc ibi. Proclamemus ergo ad Christum illud Isaiæ. Et dixit Syon, dereliquit me dominus, & oblitus est mei. Et illud Hierem. Quare in perpetuum obliuisceris nostri, derelinquens nos in longitudinem dierum. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, innoua dies nostros, sicut à principio, sed proijciés repulisti nos, iratus es contra nos vehementer. Et dominus respondebit sua misericordia conuersus ad nos. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui, & si illa oblita fuerit, ego non obliuiscar tui, ecce in manibus meis descripsi te, muri tui coram oculis meis. Hæc ibi. Dominus ergo sicut hic Darius reædificabit christianitatem, & ecclesiam suã cum restitutione Doctorum electorũ suorum per renouationem & reformationem, quia sic pro Ecclesia dixit Petro. Ego oraui pro te vt non deficiat fides tua. Hic etiam potes practice ad omnes principes tam spirituales quã temporales te extendere, exhortando eos, secundum quod promiserunt in assumptione dominij sui, vt reformét ciuitatem suam in reformandis, tam temporalibus, quã spiritualibus quilibet ipsorum, in illis quę spectant ad ipsos, quia districtam habent reddere rationem omnium villicationum suarum.

Isai. 49.
Tren. 5.
Isa. 49.

Figuralis expositio Moysi ad Christum. Pro die Innocentum.

LEgitur Exodi primo capitulo de oppressione Hebræorum per Regem Pharaonem. &c. Vide totam historiam, quomodo Moyses natus, fuit expositus aquis tribulationũ, & quomodo saluatus est, & filia regis ipsum enutriuit, & vt dicit magister historię Exod. 3. Quidam sacrorum scriba, regi prædixerat, eo tempore in Israel masculum nasciturum, qui regnum Ægypti humiliaret, & virtute vniuersos transcenderet, ideo præcepit Rex extinguendos masculos Hebræorum per obstetrices. Et quinto cap. dicit. Moyses puer, Regis coronam proiecit in terram, & fregit, quod factum ignorantiæ infantili fuit adscriptum. Et ibidem dicit. Deus, idest, Angelus per somnium reuelauit eius patri, quòd puer sit nasciturus ex eius vxore, quem timebant Ægyptij nasciturum. Reliqua vide in textu Bibliæ.

¶ Mystice. Pharao hic potest nobis designare Herodem Regem. Nam vterque erat Rex Gentilis, oppressorésque populi Hebræorum ad interitũ. Vterque pręcepit infantes pueros occidi. Principaliter hic propter Moysi peremptionem vt dicit magister, qué sacrorum scriba prædixit nasciturũ, qui regnum Ægypti humiliaret, & Herodes propter Christi peremptioné, quem nouerat ex doctoribus Hebræorum nasciturum, qui Hebręos ab oppressione Gentilium liberaret, vt clare ostendit Euangelium S. Lucæ. Sed sapientia vincit malitiam. Vterque eorum in sui ruinam attentata exercuerunt, quoniam veritas vincit omnia, vt dixit Zorobabel. Et qui ex vna parte Dei prouidentiam declinabant, ex alia parte in eam incidebant. Vide S. Thom. Hic practice possis discurrere contra omnes conditiones hominum Dei prouidétiæ se opponentes, & dic exemplariter id quod scriptura dicit de Ioseph, quem fratres ad mortem persequebantur, quòd tandem ipsorum persecutione factus est princeps Ægypti, & salus fratrum suorum. Vide totum, quia pulchra sunt & ad propositum, maxime circa finem capituli. Insuper accidit eis sicut dicit poeta. Incidit in Syllam, cupiens vitare Charibdim. Moyses etiam gerit figuratiue Christũ. Nam Moyses parenti-

1. p. q. 104. art. 7. & 8.
Gen. vlt.

bus denuntiatus est ab Angelo nascitu rus. Et Christus per prophetas & per Angelum Gabrielem, sed longe alias à Moyse, quoniam non ex virili semine, sed mystico spiramine de Virgine, vt prædixit Isaias. Moyses natus, fuit ex positus magnis tribulationibus, & vitæ periculis, tamen Dei prouidentia, & tuitione fuit admirabili modo liberatus, vt historia docet, ita & Christus incipiendo à sua Natiuitate vsq; ad finem vitæ suæ, vndis eleuantibus se cōtra vitam eius vsque ad mortem est agitatus, secundum quod Psalmus dicit de eo. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vsque ad animam meam, &c Fiscella enim in qua fuit absconditus Moyses, potest denotare Christi humanitatem, quæ solis manibus matris suę fuit contexta, intus, & extra vncta bitumine Spiritus sancti, quia nunquam potuerūt aquæ penetrare eum per peccatum, secundum quod propheta dicit de eo. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in eo. Et Ioannes. Quis arguet me de peccato? Et Lucas. Puer autem crescebat ætate & sapientia. Et Ioan. Plenum gratiæ & veritatis. Et in eo, quòd regina filia regis adoptauit eum in filium, denotari potest Synagoga, quæ regia dignitate à Deo fuit insignita tamquam eius filia. Ioannes dicit. Auferetur à vobis regnum Hic ergo sicut & Moyses & longe melius liberauit populum suum, vt dicit Zacharia in suo cantico. Quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ Israel. Liberauit dico in signis & portētis, quia Ioan. Hic homo multa signa facit &c. Hic poteris practice discurrere ꝑ sermones nostros de probationibus Messiæ venturi per sacrā scripturam, nec non per sermonem, in quo ostenditur quòd totus mundus contra Christum insurrexit, sed veritas omnia vincit. Insuper practice discurre, quare via impiorū ad tēpus prosperatur. Quia id quandoq; euenit propter aliquod bonum, quod fecerunt, practica hic sicut de obstetricibus Hebræorum legitur. Quia timuerunt Deum, & non interfecerunt masculos Hebræorum ad præceptum Pharaonis, Deus sibi edificauit domos. De numero horum sunt quandoque meretrices, concubinarij, latrones, tyranni, & praui milites, nec non & infideles, qui multa de genere bonorum faciunt. Secundo euenit causa incitationis eos ad bonum. Nam pius & bonus Dominus prauos beneficijs varijs donat, quatenus eos per ea ad bonum, & ad gratitudinem excitet, sicut & venator siluestrem accipitrem domesticat abundatioribus, & delicatis escis. Sed caueant tales siluestres & ingrati diuinis beneficijs, ne accidat eis, sicut falconibus in sua siluestreitate permanentibus, quòd dominus per pedes eos arripiat, & sibi caput ad murum frangat. Ego quoque in interitu vestro ridebo. Vide reliquum capitulum. Nec abundantes diuitijs in hoc seculo sibi ipsi gratulentur, quia eis fortuna in omnibus alludit, quoniam dicit Grego. Continuus successus bonorum temporaliū, signum est æternę damnationis, sicut hic in Pharaone & Ægyptijs est ostensum. Vide de his nostram secundam expositionē super Euangelium fer. 5. Cinerum. Et per oppositum boni sepius à Deo flagellātur, & ratione purgationis etiam minimorum peccatorum, & ratione accumulationis maioris meriti, quia Regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, & ratione medicinæ sanioris, quia secundum August. Fidelis Deus qui nō dat quod volumus, vt tribuat quod mallemus, & ratione prę seruationis à malo, vt in Paulo stimulato à spiritu Sathane est ostensum. Multa de his scripsi in sermone, Quid maius malum, pęnæ vel culpæ. Insuper ad propositum interfectionis Innocentum multa habes in sermone nostro quomodo vnus punitur pro peccato alterius.

Exod. 1.

Prou. 1.

Nam & hic propter multam ingratitudinem Hebræorum in Christi Aduentu ostensam, puniti sunt in filijs suis corporaliter, quamuis Dei pieta-

Digitized by Google

te, quia ex malo elicit bonum, pueris hæc interfectio fuerit ad saluté. Quoniam sine dubio plures illorũ in Christi passione clamassent. Sanguis eius super nos & super filios nostros. Practica circa huiusmodi, est facile. Vide insuper in festo Innocentum sermonem beati Vincentij, quia plura & pulchra ad propositum huius diei practice & figuratiue dicit. Nam Christus ab instanti conceptionis suæ fuit perfectissime compos rationis, sicut quando fuit prouectioris ætatis annorum triginta trium. Fuit insuper tunc plenus gratia & veritate, sed eam hominibus clarius, & euidentius ostendebat per crementum suæ ætatis vt dicit S. Lucas. Vnde à principio conceptionis suæ omnia sua cogitata & circa eum facta in clarificationem & honorem patris cœlestis disponebat, & ordinabat, se ipsum & sua mébra mistica ei offerendo. Et hoc ostendit infantulus in conceptione, dum vellet Ioseph matrem eius occulte traducere, & Angelus dixit sibi. Ipse enim sal-
Luc.1. uum faciet populum suum à peccatis eorum. Et in eius Natiuitate gloriosa, propter quam excitatus Herodes, vt infantulum perimeret, Innocentes crudeliter occidit. Quos tamen Christus, quia propter ipsum sunt occisi in sua pueritia patri cœlesti obtulit in cartallo tãquam primitias fructuum suorum, secundũ quod figuratiue scriptum est Deuterono. 26. Vbi dicitur. Cum intraueritis terram quam Dominus Deus tuus daturus est tibi possidendam, & obtinueris eam, atque habitaueris in ea, tolle de cunctis frugibus tuis primitias, & ponas in cartallo, pergesque ad locum quem Dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomé eius. Hoc figuratiue Christo à Deo patre est dictum, scilicet intranti in mundũ hunc in Virginis vterum promissum per Isaiam, qui dixit. Ecce virgo concipiet. &c. Fruges Christi incarnati sunt Sancti martyres, & cęteri pro eo tribulati, sed hij fuerunt maturati, qui post eius passionem causa sui sunt occisi, vtpote statim ad cęlum euolantes occisi, sed primitię frugum fuerũt hij sancti Innocentes, qui propter ipsum puerum pueri occisi sunt, Deoque patri oblati, quamuis in cartallo, idest in limbo patrũ post occisionem repositi, tamquam ficus primi temporis, præsentandi tamen in mensa patris cœlestis, per eductionem captiuitatis patrum ex limbo, vt dicit Paulus. Plura hic possunt dici de pueris ante legem gratiæ mortuis, nec non & de peccato originali, ac alijs ad huiusmodi pertinentibus, quæ poteris videre in nostris sermonibus doctrinalibus & in superioribus.

Digitized by Google

SERMO VIGESIMVS QVARTVS.

SACRAE SCRIPTVRAE TESTImoniis Aduentus Christi in carne probatur, gens quoque, genealogia, tempus, locus, Mater, natura, perfectiones, vita, socii, contradictiones, tribulationes, mors, sepultura, descensus ad inferos, Resurrectio, Ascensio, sessio ad patris dextram, Spiritus sancti missio, data potestas, Iudicium, gloria beatorum, & damnatorum pœnæ exarantur, cum expositione Hebdomadum Danielis, & interpretatione historiæ Helisæi. 4. Reg. 4.

VERBVM CARO FACTVM EST. Ioan. 1.

4.Reg. 4. ERat fames in terra, & filij prophetarum habitabāt corā Eliseo, qui dixit vni de pueris suis. Pone ollam grandem, & quoque pulmentum filijs prophetarum. Et egressus vnus collegit colloquintidem & mittens in ollam coxit, nesciens quid esset, & infunderunt socijs, vt comederent, cumque gustassent, clamauerunt ex amaritudine. Mors in olla vir. Dei. Et petenti viro Dei allata est farina, quam misit in ollam, & deinde fecit turbæ infundere & comedere, & non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. Insuper paucos panes quos habebant multiplicauit, de quibus comederūt, & superfluit iuxta verbum Domini.

¶ Hoc mane duo videbimus. Primo probabimus Christum esse verum Messiam promissum Moysi. Quo ad omnia quæ in scriptura de Messia scripta sunt. Secundo exponemus historiam præassumptam mystice, quantum nobis erit ad propositum. Deut. 18.

¶ Sed præsupponendum est in primis, quia sermo noster erit declamatorius, ne sim vobis tediosus pro veritate attestatiua dicendorum, solum ponam necessariora, & clariora quæ ex prophetis habentur, abstinens (vt Paulus dicit) ab inutilibus quæstionibus & genealogijs legis, quia Deus dicit per Isaiā Ego sum docens te vtilia. Insuper prænotandum est illud quòd scripsi in nostro sermone doctrinali in 60. Quomodo Deus incarnationis suæ mysteria in omni ætate reuelauit, quibusdam implicite, quibusdam explicite. Vide ibi.

¶ Recitato igitur Euangelio in secunda feria Paschæ, secundum Lucam,

cam, vbi narratur, quòd Cleophas Iudæus dixit Christo, quem pro tunc peregrinum extimabat esse. Nos autem sperabamus, quòd ipse esset redempturus Israel, & cæt. Et Christus ad eos. O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetę, & cæt. Et incipiens a Moyse, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturas, quę de ipso erant. Hæc ibi. Et quia Cleophas hic Iudæus erat, alter autem socius nō nominatur, secundum sacros Theologos extimatur, quòd fuerit Lucas medicus philosophus, dicas. Totus noster sermo erit ad Cleopham Iudæum, cui ad persuadendum veritatem de Messia necesse est vti sacra scriptura, sicut hic Christus fecit. Et cras disputabimus cum Luca medico phisice, tanquam cum philosopho de veritate Messię, idest Christi veri Dei & hominis.

¶Incipiamus igitur in nomine domini. Et si prædicabis de hac materia in festo Sancti Stephani Prothomartyris, dicas. Insurrexerunt scholæ quædam de Synagoga, vt habetur
Act.16. Actuum disputantes cum Stephano, scilicet, prædicante de Messia Christo, quòd ipse sit qui promissus est in
Deut.18. lege Moysi Deuter. Et habetur etiam per attestationem Sancti Petri & Pauli Actuum tertio, & decimo quinto. Vbi dicitur. Moyses quidem dixit. Quoniam prophetam suscitabit vobis dominus Deus vester de fratribus vestris, tanquam me ipsum audietis, iuxta omnia quęcunque locutus fuerit vobis. Erit autem omnis anima, quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Et dicunt super hoc capitulo Deuterono. 18. Nicolaus de Lyra cum Burgense, & gloss. Intelligitur hęc promissio secunda de propheta Antonomastice, & principaliter de Christo, qui fuit verus propheta, secundum quod dixit turba, quando Christus suscitauit adolescentem Luc. Quia propheta magnus sur-
Luc.7. rexit in nobis, scilicet promissus nobis, vt supra. Prima autem promissio quasi sub eisdem verbis. Exod de pro- Exod.20.
phetis post Moysen excitandis, & suscitandis intelligitur, vt Iosue, Isaia, Hieremia & cætera. Item dicebat Sanctus Stephanus eis. Hic est qui prophetatus, & prænunciatus est per alios prophetas venturus, & insurrexerunt contra eum sibi inter alia opponentes, quia Isaias vndecimo capitulo, ponit signa quæ erunt in aduentu Messiæ, quæ nullo modo verificantur his temporibus tui Christi. Imo totaliter oppositum, quia numquam in deteriori statu & inquietiori gens Iudæorum fuit, cum absolute nobis alienigenæ dominantur. Nam ibi dicitur. Egredietur virga de radice Iesse, idest, mater Messiæ erit de radice Iesse patris Dauid, & flos de radice eius ascendet, idest, Messias filius eius, & tunc habitabit lupus cum agno, & pardus cum hedo accubabit, vitulus & leo & ouis simul morabuntur, & puer paruulus terminabit eos, & ibi multa similiã. Quoniam si hęc verba litteraliter intelligantur, non videmus hęc impleta in talibus animalibus tempore vestri Christi. Si autem parabolice, vel similitudinarie intelligatur, pro concordia diuersarum voluntatum hominum, qui per hæc animalia designantur, sicut pluries per animalia mores hominum describit scriptura, vt clare patet in benedictionibus Patriarchæ Iacob. Genes. quadragesimo nono. Et in prænunciationibus & benedictionibus Moysi. Deuteronom. tregesimo tertio. Et liber Ezechiel plenus est huiusmodi parabolicis locutionibus. Sed his temporibus nihil horum esse impletum cognoscimus, maxime in nostris miseris subiectionibus, vt nullus audeat nisi quæ sunt fauoris Cæsaris & suorum prętidentium, nobis in virga ferrea dominantium. Alias obiectiones omitto, quia ex his & alijs dicendis facile dissoluuntur. Ad quod beatus Stephanus & ad omnia alia obiecta tali sapientia respondit, vt non

poterant resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur in eo. Prædicta Isaiæ prænũtiatio vera est de nostro Messia dicta, in cuius tempore omnia prædicta implentur non secundũ litteram, quę quandoque occidit, sed secundum sensum parabolicum, quem littera intendit. Littera enim debet cõformari sensui actoris litteræ. Cum igitur Deus sit actor litterę sacræ scripturæ, secundum intentionem Dei actoris est interpretãda. Et quoniam secundum vos, & veritatem hæc littera est de propheta dicta, quem Moy
Deut. 18. ses superius. Deuteronom. prænuntiauit futurum. Et huius prophetæ non est regnum de hoc mundo, sicut Christus de se ipso dixit Pilato, imo, dum eum vellent in multiplicatione panis populus in regem assumere, aufugit, sed eius regnũ est pro alio mundo, quia venit saluare hominem à potestate diabolica, cuius vinculis totum genus humanũ detinebatur propter peccatum primi parentis nostri, & de hoc est plena sacra scriptura tam in veritate quàm in figuris, vt non sit opus his probationibus insistere, de quibus obiter in sequẽtibus tangam. De quo imperio eius non temporali, sed spirituali super electos suos Isaia
Isai. 9. propheta vt infra dicit. Et pacis eius non erit finis, quæ pax in hoc mundo tam maligno non potest perfecte haberi, sed reseruatur electis in patria cœlesti, vbi secundum Psalmum. Satiabimur cum apparuerit domini gloria, vbi In pace in idipsum dormiam & requiescam. Sed in hoc misero mundo, vt dicit propheta concludendo
Mich. 7. Mich. Inimici hominis domestici ei⁹, Et vnus de mille sit tibi consiliarius, dicit Ecclesiastic. 6. & 7. Ecclesiastic. Vnum de mille reperi virum, idest, bonum, mulierem vero nullam. Et hic noster propheta est vir bonus, qui est verus Deus, in quo non potest cadere peccatum. Reuertentes igitur ad propositum dicamus, quòd Isai. propheta prædicta intelligit de hominib. parabolice, quia sequitur in textu. Non nocebunt, & non occident in vniuerso monte meo, quia repleta est terra scientia domini, sicut aquæ maris operientis. Hæc ibi. Vnde & Iacob vbi supra dixit. Catulus Leonis Iuda, Isachar asinus fortis, Nephtalin ceruus emissus, Beniamin lupus rapax. Sequitur in nostro textu Isaiæ. Puer paruulus terminabit eos, quia Christus Messias de quo inferius dicit Isaias. Puer datus est nobis, terminabit eos, quia ipse Rex pacificus venit pacem mittere inter discordes, & uoluntates prauas, quoniam præcipit suis pacem habere adinuicem dicens. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, non quomodo mundus dat vobis, & declarans scripturæ dictũ, diliges proximum tuum, præcipit suis christicolis. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros, benefacite eis qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est, qui facit oriri solem super iustos, & peccatores &c. Vnde hic est ille lapis angularis reprobatus à vobis Iudæis, sed postea factus est in caput anguli, quia vniuit Iudæos, & Gentiles in vna Ecclesia sua, à domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris, dicit Dauid in psalm. Nonne hic leo & pardus, & lupus, & bos, & ouis, & cęt. simul accumbunt in vno gremio Ecclesiæ, & tamen Gentiles fuerunt idolatrę & crudeles Tyranni omni spurcitia pleni, & Iudæi populus Dei electus, & peculiaris, ouibus, & agnis, & vitulis assimilatus. Ecce quomodo montes superbi in planities conuersi sunt humilitatis, & obedientiæ. Ecce quomodo in vomeres lanceæ sint conflatæ, & viæ asperæ in vias planas sint conuersæ; & gladij in falces.
Nam per Christum, discordię, & irę Isai. 1.
& dura corda, & elata supercilia vomere prędicationis verbi Dei sunt scissa, & in mansuetudinem simplicium quasi operam rusticalium sunt conuersa. Et gladij in falces, quia zizaniæ & vitiorum cumulationes, per falces

falces ancipitis gladij sermonis Dei sunt eradicatę. Etiam ad litteram tempore Natiuitatis Christi, & ante per 20. & post ea per 40. annos pax sub Romanis fuit, vt homines non armis, sed ruralib. exercitijs vacarent, quasi bellica arma in hæc rusticalia cóuerteréntur. Sic in pace militi degenti & ruralia colenti dicimus Arma bellica in ruralia conuertisti. In signum huius & Christo nato Angeli canunt. Gloria in excelsis Deo, & pax hominibus bonę voluntatis, quia Christus principaliter venit pacem inter electos mittere bonę voluntatis, licet ignem intes obstinatos, qui magis ex aliorum virtutibus, & sana doctrina exardescunt se inuicem, sicut clare ostendit Herodis crudelitas ex Christi Natiuitate, & Phariseorũ prauitas in Christum, quanto apud eos maiora signa

Act. 10. faciebat. Vnde bene S. Petrus actuum. In veritate comperi, quòd Deus non est acceptor personarum, sed in omni gente qui timet Deum & operatur iustitiam acceptus est illi. Non ergo regnum Christi est de hoc mundo, qui venit in hũc mundũ ministrare, & nó

Ioan. 18. ministrari. Et Pilato dixit. Regnum meum non est de hoc mundo. Si enim esset de hoc mundo, vtique ministri mei decertarent, vt non traderer Iudęis. Vnde ò vos Synagogę scholę audiatis, de omnibus mysterijs Christi genealogiam approbatam per testificationem omnium prophetarum, & quòd cuncta oracula sanctorum patrum nostrorum in ipso solo sint completa, secundum quod noster magister Christus Cleophę, & socio suo Lucę post suã resurrectionẽ euntibus in Emaus, tanquam peregrinus exhibens se eis, ostendit, & veraciter probauit. Nam incepit à Moyse & per oẽs prophetas.

Oĩa Christi mysteria per sacram scripturã ostẽduntur.

¶ Primo, quòd debeat nasci Messias ex gente Iudęorum secundum Moysi

Deute. 18. superius attestationem.

¶ Secundo, quòd habeat suam genealogiam ab Abraham, & Dauid.

¶ Tertio, quòd debeat nasci quo tempore totaliter sceptrum Iudęorum translatum est ad gentes.

¶ Quarto, quòd debeat nasci in Betlehem & de Virgine.

¶ Quinto, de eius natura, scilicet quòd erit Deus & homo.

¶ Sexto, qualis perfectionis erit hic puer natus.

¶ Septimo, qualis eius vita.

¶ Octauo, qui eius socij.

¶ Nono, quibus contradictionibus & persecutionibus stimulabitur & agitabitur.

¶ Decimo, quo fine vita eius terminabitur.

¶ Vndecimo, quo tẽpore morietur.

¶ Duodecimo, de sepultura eius, & descensu ad inferos, indeque sanctos patres eduxit.

¶ Tertiodecimo, de eius Resurrectione.

¶ Quartodecimo, de eius Ascensione.

¶ Quintodecimo, de missione Spiritus sancti.

¶ Sextodecimo, de eius sessione à dextris Dei.

¶ Decimoseptimo, de potestate sibi data à patre, iudicare viuos & mortuos. Et de gloria beatorum & pœnis damnatorum.

¶ Quo ad primum, quòd debeat nasci ex gente Iudęorum Moyses Deut. vt supra expresse hoc dixit.

¶ Secundo, quòd eius genealogia sit ex Abraham & Dauid, quia Abrahæ dictũ est. In semine tuo benedicentur omnes generationes. Vbi dicit Paulus nota. Non dicit in seminib. tuis, quasi in pluribus, sed ex semine tuo quasi ex vno semine, scilicet Messiæ, benedicentur omnes generationes. Cui & figuratiue Deus dixit. Quanta generatione ingredietur populus tuus terram promissionis, idest, quando nascetur Messias de sola Virgine, vt dixit Isaias propheta. Fidelibus aperietur regnum Dei, pro quo principaliter homo creatus est ad fruendũ Deo. Et quòd de semine Dauid habeat esse hic, Isaias clare superius dixit. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de

Digitized by Google

radice eius ascendet. Hoc idem Pharisei confessi sunt Christo interrogante eos, Christus Messias cuius filius est respondentes Dauid. Et hoc in Christo impletum est in salutatione angelica ad Mariam, cum Angelus sibi dixit de filio nascituro ex ea. Et dabit sibi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, &c.

¶ Tertio, quo tempore debeat nasci, hoc prophetauit noster pater Iacob, Genesis quadragesimo nono, dicens. Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de fœmore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Dicit autem Caldea interpretatio, cui nunquam quis Iudæorum contradixit, ita eorum interpretatio est auctentica. Et ipse erit Messias. Et Hebraica veritas habet. Ei gentes aggregabuntur. Et hoc impletum est in Christo, qui ex Gentili & Hebręorum populo fecit vnam Ecclesiam. Et hoc quòd sceptrum tempore Natiuitatis Christi totaliter à Iudæis sit ablatum, clare historiæ ex sacra scriptura declarant secundum sacros interpretes. Nam & apud Babylonios in captiuite Ioachim Regis, inueniens gratiam coram rege, constitutus fuit princeps super Iudæos, & ex libris Machabæorum clare habetur Iudæos principatum habuisse inter se. Et quòd tempore Natiuitatis Christi totaliter ipsum amiserunt. Clare sanctus Lucas secundo & tertio cap. enarrat & ostendit. Quoniam & Iudæa fuit in quatuor Tetrarchias illo tempore diuisa. Fabulas autem Iudæorum omitto.

¶ Quarto, quòd debeat nasci de Virgine, Isaia septimo capitulo dicit. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, idest nobiscum Deus. Hoc idem Angelus in salutatione Mariæ matris Christi præmisit. Lucæ primo capitulo. Et quòd debeat nasci in Betlehem, secundũ quod Michæas quinto capitulo dicit. Et tu Betlehem effrata, paruulus es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Et hoc additum interrogati Rabbini ab Herode subticuerunt, quod si dixissent, Herodes in Christum non attentasset facere quæ fecit, cum regnum eius sit diuinum, quia Deus, & homo in cuius ditione cuncta sunt posita. Hæc Chrysostomus in sua sententia. Et Caldæus textus habet. Egredietur Messias, & idem dicit Rabbi Salomon.

¶ Quinto, quòd hic Messias erit Deus & homo, quoniam Michæas hic dicit; Et egressus eius ab initio à diebus æternitatis; Et hoc idem Psalmus. Quare fremuerunt gentes, confirmat. Vbi postquam enarrauit admirando gentium fremitum contra Christum, addit. Ego autem constitutus sum Rex super Syon montem sanctum eius; Et Dominus dixit ad me. Filius meus es tu, ego hodie, idest, æternaliter genui te. Postula à me, idest, secundum humanitatem, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, possessionem tuam terminos terræ. Et Dauid idem in Psalmo. dicit de Christo, secundum etiam confirmationem Phariseorum Christo respondentium, quòd Christus est filius Dauid, quem Dauid dominum vocat. Et Isaias eum vocat vt infra, Emanuel, id est, nobiscum dicens.

¶ Sexto, de qualitate & nobilitate eius dicit Isaia nono capitulo. Paruulus, idest, secundum humanitatem, natus est nobis, & filius, idest, Dei naturalis datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, quia in cruce debellauit omnes tartareas potestates. secundum quod & noster Christus dixit. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras, & vocabitur nomen eius admirabilis, idest, in miraculis, consiliarius, quia legi addit præcepta, & consilia euangelica. Deus fortis, addit Caldæus, permanens in secula seculorum Messias, quia infernum spoliauit, por-

Digitized by Google

tas æreas, & vectes eius ferreos frangendo; pater futuri seculi, scilicet, dans cœlestem hæreditatem suis electis, quia dicit Paulus ad Roman. Sumus cohæredes Christi, princeps pacis, quia vtraque fecit vnum, scilicet, Iudæos, & gentes in vinculo pacis vnum populum, & quia cum inimici essemus patri, reconciliati sumus ei per suum filium, princeps etiam pacis in Natiuitate, in vita, & in morte, & post Resurrectionem, & Ascensionem pacem dans, & relinquens mundo. Multiplicabitur eius imperium, quia ipse dixit. Data est mihi omnis potestas in cęlo, & in terra, &c.

Rom. 4.

Math. vlt.

¶ Septimo, qualis eius vita fuerit. Describitur expresse. Exulta satis filia Syon, scilicet interius, iubila. s. exterius. Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator. Ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinę, quod impletum est in Christo. In die Palmarũ. Et infert Paulo post. Et potestas eius a mari vsq; ad mare, & a flumine vsq; ad fines terrę. Quod rabi Salomon dicit, non posse intelligi nisi de Messia rege. Et intellige per potestatem, spiritualem eius potestatem, quia in quatuor plagis mundi aliqui fideles inueniuntur, quoniam Psa. dicit. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, vt patet ex historijs Apostolorum, & successorum eorum. De qua potestate ipse Christus, dixit. Data est mihi omnis potestas in cęlo, & in terra. Ecce & nostris temporibus in nouo mundo apud Antipodas Christi nomen resonat, & extenditur.

Zacha. 9.

Natth. 21.

Math. vlt.

¶ Octauo, qui fuerint eius socij Isaias. dicit. Non modo confundetur Iacob, nec modo vultus eius erubescet, sed cum viderit filios suos opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum, & sanctificabũt sanctum Iacob, & Deum Israel prædicabunt, & scient errantes spiritu, intellectum, & musitatores discent legem. Hæc ibi. De operibus manuum Dei in discipulis Christi qui fuerunt de genere Iacob. dixit Christ⁹. Si ego in digito Dei eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt, scilicet quia in nomine meo, per quos nomen Dei prædicatum est, per Iudæam, & in omnẽ terram exiuit sonus eorum.

Isai. 29.

Luc. 11.

¶ Nono, quibus contradictionibus & ꝑsecutionibus stimulabitur, & exagitabitur. Psal. De lapide, & Isa. inter alios prophetas. 53. cap. apertissime docet, vt videatur non de futuro sed de præsenti locutum fuisse de omnibus, quæ acciderunt contradictionibus & persecutionibus Christi. Vide totum eius capitulum. Et concludit in fine; Et ipse peccata multorum tulit, & ꝓ trãsgressorib⁹ rogauit, sicut fecit Christus in cruce dicens. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.

Isai. 53.

¶ Decimo, insuper quòd vitam suã & doctrinam miraculis comprobauerit idem Isa. ca. 35. ostendit dicens. Dicite pusillanimes. i. prædicatores, qui alias fuistis pusillanimes propter tormenta, & cõminationes eorum vobis illatas, confortamini, nolite timere, in dicendo, & prædicando veritatem. Ecce enim Deus noster vltionem adducet tribulationis. i. punietur grauiter vos tribulantes, sicut clare ostensum est in historijs sanctorum martyrum, & confessorum Christi. Psal. Letabitur iustus, cum viderit vindictam. Et iterum. Mihi vindictam, & ego retribuam. Sequitur. Ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cęcorũ & aures surdorum patebunt, & aperta erit lingua mutorum, tunc saliet sicut ceruus, claudus; Hæc ibi. Vide totum capitulũ: Dicit Nicolaus Lyra, quòd rabi Salomon hoc capitulum exponit de felici statu, quem expectant Iudæi in aduentu Messiæ: Et addit ꝑ pulchra, exponendo hoc capitulum dicens quòd per aduentum Christi omnia spiritualiter restituuntur, quę Iudæi temporaliter amiserant in templo, postquã fuit destructum per Nabucodonosor, quo tempore per. 70. annos apud eum fuerũt captiuati. Nam quin-

Isai. 35.

Digitized by Google

Quæ Iudæi temporaliter amiserant in templo per destructionē tēpli, spiritualiter p Christum sunt restituta.

quinq; res notabiles defuerūt Iudęis in templo secundo edificato per Zorobabel, quæ fuerunt in templo Salomonis. Primo. ignis continuus in altari holocaustorum, qui tunc per pluuiam, & ventum non extinguebatur etiam sub dio. Secundum. est archa testamenti. Vnde dicitur Hier.3. In illis diebus non dicent vltra, archa testamenti Domini, nec ascendet super cor, nec recordabuntur illius. Tertiū. vnctio regum & pōtificum, quia pontifices qui fuerunt post captiuitatem Babilonicam non fuerunt instituti p vnctionem sacram, sed instituebantur frequenter per reges, quibus Iudæi erant tributarij, qui frequenter vendebant summum sacerdotium. Similiter toto illo tempore Iudæi reges non habuerunt nisi aliquos paucos ante aduentum Christi, & illi non fuerunt p vnctionem instituti. Quartum. est spiritus sanctus seu diuinitas, quæ pro tanto dicebatur in templo Salomonis habitare, quia ibi a summo sacerdote audiebantur diuina responsa, non autem in secundo templo. Quintum. est hurim, & thurim pro quo ponitur in latino doctrina, & veritas. Et secundum Iosephum, erat quidā fulgor subito prosiliens de lapidibus rationalis, & superhumeralis, quando Deus acceptabat preces summi sacerdotis. Et hoc vltimo, secundum Iosephum 3. libro antiquitatis iudaicę, defecit, p annos 20. antequam inciperet scribere librum istum, quem obtulit Vespasiano Imperatori, qui post. 72. annum ab incarnatione Domini cępit imperare. Hæc omnia dicit liber auctenticus apud Iudæos, & pro canone apud eos habitus, q̃ dicitur Cedrin Hierosolimitanus. Hæc omnia spiritualiter per Christi aduentum in templo Ecclesiæ Christi sunt restituta. Primo ignis, idest charitas ignita iuxta illud Christi. Ignem veni mittere in terrā, & quid volo aliud nisi vt accendatur? Vnde Paulus. Quis nos separabit a charitate Christi &c. Secundo. archa testamenti, quia lex gratiæ continens legem moralem prçceptorum, in quatuor Euangelijs cōtinetur. Tertio. vnctio regum, & pontificum, quia non instituuntur nisi vncti. Quarto. spiritus sanctus. Nam Paulus dicit. Spiritus sanctus gemitibus inenarrabilib⁹ postulat pro nobis. Et Christus in die Pentecostes misit spiritum veritatis super Apostolos, qui eos & Ecclesiam eius doceret omnem veritatem Actu. 2. & per totum librum. Et Ioan. 14. Paraclitus spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis. Quinto. fulgor in lapidibus. Quia scriptum est. Quicq̃d petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Ioannes. 16. Et Matth. 18. Vbi congregati fuerint duo vel tres ex vobis in nomine meo, de omni re quam petierint, fiet eis &c.

Exod. 28. Luc. 12. Rom. 8. Ioan. 16. Matth. 18.

¶ Decimo. quo fine terminanda sit vita Messię, clare Isaias propheta. Prosequitur, tanquam præsens esset passioni eius. Dic totum capitulum, vt videatur potius texere historiam præteritorum vitæ Christi, quàm vaticinari pro futuro secundum sentētiam Hieronymi. Et super hoc capitulum dicit rabi Moyses, quòd hoc capitulū loquitur de rege Messia dicens. Hic est rex Messias, qui dedit cor suum ad petendum miserationes pro Israel, & ad ieiunandum, & humiliandum se pro eis, sicut scriptum est. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras. Isai. 53.

¶ Vndecimo. de tempore passionis & mortis eius Daniel propheta. Clarissime loquitur, vt non sit locus tergiuersationi, quamuis plura apocripha & derisibilia circa hunc Messiam aliqui Iudæorum confingunt, sed stultum est omni parologizanti respondere secundum philosophum & Salomonem, ideo missa sint tanquam indigna recitatione. Vide tamen si vis Lyram super hoc capitulum de his. Nam sententialiter dicit textus. Daniel sciens Hieremiæ prophetæ vaticinium, quòd post. 70. annos populus capti- Daniel. 9.

captiuatus per Babilonios sub rege Nabucodonosor a sua captiuitate liberabitur, & reuertentur iterum in Hierusalem in terram Iuda. Et nouit quòd quemadmodũ etiam Grego. dicit, quæ sunt prædestinata fieri, cõsequuntur effectum per debita media maxime orationum, sicut Gene. 25. habetur. Deprecatus est Isaac Dominum pro vxore sua sterili, & tamen ꝓdestinatum erat a Domino, quòd in semine eius benedicerentur omnes generationes, & animaduertens prope esse terminum talis liberationis inter captiuos, ipse existens & assidue ieiunans orabat Dominum, quatenus secundum promissionem suam misericorditer respiceret populum suum, & liberaret eum a captiuitate. Dum igitur vna dierum in oratione persisteret apparuit sibi Angelus & reuelauit ei, certam non solum post 70. annos per Hieremiæ vaticinium deputatos, liberationem eorum corporalem, & temporalem a captiuitate, sed etiam adhuc completis septuaginta hebdomadibus annorum accipiendo hebdomadam, nõ pro septem diebus, vt Leuit. vbi dicitur. Septem hebdomadæ accipiendę sunt a festo Paschę, quæ faciunt dies. 49. & quinquagesimo die celebrandum est festum Pentecostes, sed pro annis septem, scilicet pro 49. annis septẽ hebdomadas, sicut Leuitici. 25. vbi dicitur. Numerabis septem hebdomadarum annos, quę faciunt quadraginta nouẽ annos, & quinquagesimo anno dicitur iubileus, qui apud Iudæos dicitur annus remissionis, liberabitur genus humanum a captiuitate diabolica, quã incurrit propter peccatum, & transgressionem primorum parentum, causa cuius mors intrauit in orbem terrarum & secundum Paulum. Omnes filij Euæ fuimus. Et hoc per mortem Christi Messiæ, promissi eis in lege, & prophetis, mors cuius prouenient cõpletis septuaginta hebdomadibus, hebdomadam pro septem annis accipiendo. s. a die, quo tibi loqui cepi vsq; ad

Leuit. 37.

nos 490. quos annos faciunt septuaginta hebdomades, sed pro dimidio septuagesimam hebdomadam accipe: quod facit tres annos cum dimidio. Vnde hic, tota septuagesima, hebdomada accipitur pro parte hebdomadis, sicut & cum Christus stetit tribus diebus, & tribus noctibus in sepultura accipiendo totum diem pro parte diei. Et secundum Bedam hæc computatio annorum accipitur pro annis lunaribus, qui sunt dierum vndecim minus solaribus. Et hoc idem Albertus magnus dicit in sua expositione. Propterea dicit textus Danielis. Septuaginta hebdomades adhuc abbreuiatę sunt super populum tuum & super vrbem sanctam tuam, vt consumetur præuaricatio s. Ade, & finem accipiat peccatum. s. ipsius Ade. Vnde septuaginta hebdomades annorum lunarium faciũt annos. 490. & solares. 495. Sic enim Iudæi communiter per lunares annos computant annum. Nam septuaginta anni per septem multiplicati faciunt annos 490. Et hæc cõputatio annorum secundum aliquos accipienda est incepisse a Sedechia rege secundum Angeli intentionem, quando templum, Nabuzardam destruxit. Vel a tempore Darij regis Medorum, quo tempore Danieli dixit hæc Angelus, vel a reditu captiuitatis a Babilonia sub Zorobabel anno secũdo Cyri regis Persarum, vel a tempore Artaxersis, quando Hierosolimam missus est ad edificandum ciuitatem sanctam. Et quomodocunq; accipiatur incipere hæc computatio hebdomadum, secundum omnes has computationes, manifeste præteritum est tempus Messię, quod patet, quia Angelus assignauit in illis septuaginta hebdomadibꝰ annos. 490. vsquequo impleatur visio, & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. i. Christus. Et non solum Angelus prædixit hanc liberationem spiritualem post completas septuaginta hebdomades annorum per occisionem Messiæ, sed etiam informat eum de his quæ, Iudæis euenient

Daniel.

4. Reg. 25. Hier. 52.

inter

Digitized by Google

inter istos annos, tam ante occisionē Messiæ, quam post occisionem eius, & addit de operibus Messiæ, ante eius occisionem dicens. Quod inter septuaginta dictas annorum hebdomades, in primis septem hebdomadibus, idest per quadraginta nouem annos in magno periculo reedificabunt ciuitatem, vt patet cum Zorobabel fuit missus a Cyro, anno secundo eius imperij pro edificatione templi, quia manu vna fabricabant, & altera contra aduersarios vicinos gladium nudum tenebant vt patet in libris Esdræ, & Neemiæ. In reliquis vero sexaginta duabus hebdomadibus sequentibus ad dictas septem, per annos, scilicet 441. annis, populus Dei nunc in prosperitate, nunc in aduersitate erit, vt patet in libris Machab. Et post sexaginta nouem prædictas hebdomades, idest in dimidio hebdomade septuagesimæ, quando Messias Christus erit trigintatrium annorum, occidetur. Nam per medietatem hebdomade p̄dicauit, & tunc est occisus. Et hæc vltima hebdomas nominatur a baptismo Christi quando fuit triginta annorum, & post per tres annos cum dimidio prędicauit, & in fine huius medię hebdomadę est occisus. Post cuius occisionē defecit hostia, & sacrificium, quia legis obseruationes cessauerunt, quantum ad obligationem efficaciāq; merendi. Nam in Christi passione amiserunt suam virtutem, instituendo in cęna sacramentum Euangelicæ legis, & finem imposuit hostiis legis, quæ fuerunt figuræ, & vmbra passionis Christi, & misteriorum eius. Figura enim & vmbra cessat, dum aduenit veritas. Et post publicationem Euangelij sacrificia, ac cætera cerimonialia legis, fuerunt nō solum mortua sed etiam mortifera, atq; illicita, sicut super quartum sententiarum doctores concorditer scribunt. Et erit in templo abhominatio desolationis, idest in sacrificijs, ac ritibus post Christi occisionem oblatio erit detestabilis, & abhominabilis Deo, nec erit peramplius post promulgationem Euāgelij in templo cultus verus Dei, sed potius ludus Diaboli. Et vsq; ad finem seculi perseuerabit desolatio, idest captiuitas, ac derelictio Iudæorū, super quos
vt ait. Peruenit ira Dei vsq; in finem. 1. Thess. 2. Apost.
Et idem dicit Psal. Porro circa finem Psal. 68.
seculi conuertentur ad prædicationē
Helię, quia Christus dixit. Helias cū Matth. 17.
venerit restituet omnia, prout apud
Malachiam plenius habetur. Et de hoc Malach. 4.
clarissime legitur Oseę 3. Dies multos sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephot, & sine teraphin, & post hæc reuertentur filij Israel, & q̄rēt Dominum Deum suum, & Dauid regem suum, idest Messiam secundum omnes expositores, & pauebūt ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum. Hæc breuiter collectiueq; dixi, ne tedio sim auditoribus. Et ex his patet clare littera huius reuelationis facta Danieli, vt non sit opus peramplius ipsam declarare, quoniam sicut miseri Iudæi qui erant alias populus Messiæ, negauerunt ipsum coram Pilato, eum esse suum regem &c. ita & nunc in cecitate sua perdurant, & vtinā pius Dominus velamen ab oculis eorum amoueat &c.

¶ Duodecimo, de eius sepultura & descensu ad inferos, & liberatione patrum a limbo. Tu autem in sanguine Zachar. 9.
testamenti tui .i. per cuius sanguinis effusionem testamentum tuum est cōfirmatum .i. lex noua accepit veritatē & obseruantiam secundum Pau. quia testamentum confirmatur per mortē.
Testamentum enim in morte confirmatum est, alioquin nondum valet dū Hebr. 9.
viuit, qui testatus est. Hæc ille. Emisisti .i. liberasti vinctos tuos, idest sanctos patres de limbo, detentos vinculo originalis peccati. Et ex Euangelio
habemus. Quia multa corpora sancto Matth. 27.
rum surrexerunt, postquam Christus est mortuus, & exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius venerūt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Dicit de lacu .i. de limbo in

quo

Digitized by Google

quo nõ est aqua, de qua dicitur, quia in inferno secũdum Iob. 24. Ab aquis niuium trãsient ad calorem nimium, vbi est pęna sensus & damni, sed in limbo solum pęna damni.

Iob 24.

¶ Tertiodecimo. de missione spiritus sancti. Ioel. 2. apertissime dicit. Vide etiam Actuum 2. vbi sanctus Petrus per testificationẽ prophetæ Ioel hunc diem affirmat, & probat missionẽ Spiritus sancti in die Pentecostes.

Ioel. 2. Actu. 2.

¶ Quartodecimo. de eius ascensione Psa. ascẽdit De⁹ in iubilatione &c. Et iterum ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona hominibus, & iterum ibidem. Psallite Deo nostro qui ascendit super cœlum ad orientem.

Psal. Psal. 67.

¶ Quintodecimo. de eius sessione ad dexteram patris & in iudicio in fine seculi Psal. Ego autem constitutus sum rex ab eo super montem sanctum eius prædicans præceptum eius. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et dixit Dominus Domino meo sede a dextris meis &c. Vide Matth. Quomodo Christus hac Psalmi auctoritate de veritate Messiæ, confudit Phariseos. Insuper Danie. expresse de hoc dicit. Loquens expresse de Deo patre sub figura antiqui dierum, & de filio eius in nubibus cęli veniente, & q̃ antiquus dierum dedit ei potestatem & honorem, & regnum, & omnes populi tribus & linguę seruient ei, & q̃ potestas eius sit potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non cõfundetur. Et multa ibi vide ad propositum. Vbi etiam asserit de Antichristo & eius extollentia, & eius morte, & Christi victoria, & quòd regnũ Christi erit sempiternum, & omnes reges seruient ei. Et Isa. 34. ca.

Matth. 22. Daniel. 7.

Expositio figuralis.

PRædicta figurata sunt in historia in principio recitata. Heliseus interpretatũ salutare Dei, & gerit Moysi & antiquorum patrum typum, qui expresse nobis prænuntiarunt de hoc Dei salutari, secundum quod Simeon iustus in suo cantico clare effatur, videns Christum, & tenens eum manibus suis. Et Isaias propheta ita clare vbi supra, vt secundum Hieronymũ videatur esse Euangelista, qui Christi facta enarrat, vt præsentia, & præterita. Hi prophetæ habẽt pueros suos, idest in Sinagoga doctores veros, qui bus suam doctrinam de Christo tradiderunt. Vnde & omni Sabbato de hoc iusto legebant a tempore Moysi, vt patet Actu. 15. Sed notandum est quòd hi pueri sanctorum prophetarum veteris testamenti, quidam erant praui doctores, & falsi prophetæ quibus per Ezechielem. dicit Deus. Ve prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritũ suũ, & nihil vident. Quasi vulpes in deserto, prophetæ tui erant Isral. Non ascendistis ex aduerso, neq; opposuistis murũ pro domo Israel vt staretis in pręlio in die Domini, vident vana, & diuinant mendacium dicentes, ait Dominus, cum Dominus non miserit eos, & perseuerauerunt confirmare sermonem. Hæc ibi. Et de huiusmodi prophetis pleni sunt libri sacræ scripturæ. De his fuerunt in sacris Euangelijs peruersi, & praui pharisæi tempore Christi. Qui dicta sacræ scripturæ de Messia, praua sua intelligentia pro voluntate in sensum alienum, inuidia eos cęcante vertebãt & interpretabantur, & docebant populum eos sequi, & non Christum verum Messiam promissum eis in lege, & prophetis, vt merito hoc mane assimilentur istis pueris Helysæi, qui collegerunt ex colloquintide pulmentum filijs prophetarum, & in olla eorum, est mors, quoniam & secundum Paulum. Littera occidit, quanto magis de prauatus est verus sensus, spiritus aũt viuificat. Nam filij prophetarum, sũt populus Hebræorum: qui commendati sunt eis edoceri vera doctrina. Vnde Actu. Adhuc cum legitur. i. exponi-

Ezech. 13. 2. Cor. 3. Actu. 15.

ponitur Moyses, & vetus testamentū a temporibus antiquis in singulis ciuitatibus habent qui eum prędicent, idest Christum Messiam in Sinagogis.
2.Cor.2. Sed vt dicit sanctus Paul. Vsq; in hodiernum diem cum legitur Moyses.i. inter Iudæos omni Sabbato, velamen positum est super cor eorum. Hęc ibi. De his etiam sunt omnes Heretici inter christianos, qui non sunt veri pueri Christi, & prophetarū, ac sacri Euāgelij, vt sancti discipuli Christi quos vocat pueros. Ioan. 21. Pueri nunqd pulmentum habetis? Sed sunt pueri
1.Cor.14. sensu de quibus Paul. Fratres nolite fieri pueri sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti. Hæc
2.Petri.3. ibi. De his Petrus. Circa finem. Vide
&4. ibi, quos S Ioānes in sua canonica nec in domo recipi, nec per aue salutari
Ioan.1. præcipit. De his etiam sunt omnes p̄-
2.Thim.4. dicatores de quibus Paul. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur &c. Et de quibus vbi supra Ezechiel.13. cap. Hi enim vere mortiferū cibum præparant populo Dei, tanq̄ cęci & duces cęcorum, vt ambo in foueam cadant. Sed populus animaduertens ad ipsorum pulmentum venenosum debet proclamare ad sanctos doctores & veros pueros Iesu Christi, & prophetarum, sicut fecerunt quidam
Actu.2. ex Iudęis. Petro eis veritatem scripturarum prædicante contra falsitatem mortiferam pharisæorū. Ibi dicitur. His autem auditis compūcti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos. Quid faciemus viri fratres? Petrus autem ad illos. Pęnitētiā agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donū spiritus sancti. Et adiuncti sunt tunc ad Christum, & Ecclesiā eius tria milia virorum cum magna pęnitentia super ignorantia, & malis eorum contra Christum factis. Sunt quidam pueri Heliæ, & prophetarum scilicet & sani, & recti doctores, qui spiritu sancto inspirati, quæ recta sūt sapiunt & docent, de quibus Danial. Danie.12.
dicit. Qui docti fuerint.s. sapida doctrina, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas ęternitates. Et hi pueri Domini decoquūt pulmentum salutiferum filijs prophetarum.i. fidelibus ad eos concurrentibus, de quibus inter alios fuit Paul. Aposto. qui de seipso. dicit. Auxiliante Deo, die, ac nocte sto testificans ma- Actu.15.
iori, & minori, nihil extra dicēs, quā, quæ prophetæ prædixerunt futura, & Moyses. Et ita dic de alijs Apostolis & sacris doctoribus, qui igne charitatis ad proximum, & aqua sapientiæ, ac lachrimosę orationi, & cōtemplationis, proponunt, per eos decocta pulmenta salutaris doctrinæ auditoribus. Et hi sunt qui contra infectas, & mortiferas doctrinas prauę Sinagogæ ac hęresum, & similium, animaduertentes pestem eorum spiritualem, farinam sacræ scripturæ solidę intellectæ, & bene comminutę per solicitum studium, & perscrutationem miscent. Nam ipsis Christus dixit. Vobis datum est nosse regnum Dei, idest sacrā scripturam, quæ dat intellectum paruulis, & in Dei amorem accendit affectum. Psal. Ignitum eloquium tuum Psal.
vehementer. In istis etenim insufflauit, & dedit eis intelligere scripturā. Et omnibus præcipit. Scrutamini scri- Ioan. 11.
pturas, quoniam vos putatis in ipsis vitam æternam habere: Et illę sunt q̄ testimonium perhibēt de me. Hæc est enim farina perscrutationis sacrę scripturæ, quæ ex grano in terra mortificato, scilicet Christo Io. 12. est contrita, & affert multum fructum in omnibus prægustantibus deuoto corde & sana mente eam, quia. Granum vel Luc.8.
semen verbi Dei cadens in terram bonam, ortum, fecit fructum cētuplum. Et notandum est omnibus interpretantibus, & legentibus sacram scripturam vt dicit sanctus Thom. In veteri Hebr.1.
testa-

testamento id quod dicitur de eo q͠d est figura, non inquantum quædam res, sed inquantum est figura, tunc nõ exponitur de illo id quod dicitur, nisi inquantum refertur ad figuratum, verbigratia in Psalmo, quædam dicuntur de Dauid vel de Salomone inquã tum figurant Christum tantum, & talia ad Christum referuntur: quædam dicuntur de eis secundum quod sunt homines quidam, & tunc ipsorum dicta possunt exponi non solum de eis, sed etiam de Christo figuratiue, sicut illud. Deus iudicium tuum regi da, quia hoc potest conuenire Salomoni, & Christo figuratiue. Illa vero quæ dicuntur de ipsis inquantum sunt figura Christi, nunquam de ipsis possunt exponi. Sicut illud. Et dominabitur a mari vsque ad mare, quia nullo modo possunt verificari de Salomone. Hæc S. Tho. Et hæc plurimum sunt notanda in dictis prophetarum, cum aliqua dicunt, vt sunt figura, & non res quædam, quia talia pro figuratis sunt exponenda. An autem Iudęi poterant cognoscere Christum esse verum filium Dei, sicut poterant clare cognoscere, quòd ipse esset verus Messias in lege promissus. De his vide nostrum sermonem in 60. factum, & alium sermonem. Tu es qui venturus es. Sed breuiter dico: hoc clare poterant cognoscere, cognoscẽdo ipsum esse Messiam promissum in lege. Qui in suis assertionibus non est mendax propheta, si inuidia eos non cecasset. Et eo magis quia Christus dicit. Nisi venissem, & eis locutus non fuissem, & talia signa fecissem in asserendo de me veritatem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberet, propterea de malitia, & cęcatione voluntaria eorum dicit Aposto. Habentes igitur talem spem, scilicet beatificari, cum fiducia multa operamur quæ pertinent ad vsum huius misterij. Et nõ sicut Moyses ponebat velamẽ super faciem suã, vt non intenderent filij Israel in faciẽ eius, quod euacuatur, scilicet p̄ Christum reuelantem nobis veritatem, sed

Ioan. 15.

2. Cor. 3.

obtusi sunt sensus eorum vsque in hodiernum diem ad ipsum velamen in lectione veteris testamenti, manet nõ reuelatum, quod in Christo euacuatur, scilicet implendo in veritate q͠d Moyses tradidit eis in figura. Quia. Omnia in figura cõtingebant illis. Sed vsq; in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Hæc ibi. Cum tamen Christus per mortem suam remouerit velamen de occisione agni Paschalis, & ideo statim cum emisit spiritum, velũ templi scissum est. Et mittendo spiritum sanctum in corda credentium, vt intelligerent spiritualiter, quod Iudæi carnaliter intelligunt: Et hoc velamen remouit, cum aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Et notandum non absq; misterio in prędicta historia dicitur. Pueri autem nesciebant, quod collegerant pulmentum mortiferum, ad figurandũ quòd Iudæi plura mortifera in Christum composuerunt, & collegerunt ex ignorantia sed non excusabili eos in toto, visis, & auditis signis, quę Christus & discipuli eius faciebant, in confirmationem veritatis ab eis prædicatę. Et de his fuit Paulus, qui de seipso dicit. Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Hæc ibi. Tamen vt patet in actibus Apostolorum mortifera pulmenta collegit contra Christi Ecclesiam furijs inuectus. Et tertio capit. Sanctus Petrus enarratis in sua prædicatione populo Hebræorum, quanta mala in Christum Messiam fecerint, concludit. Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, quoniam populus ignorans seducebatur a pharisæis, sicut, & principes vestri. Sed ipsi ex ignorantia affectata, quæ in toto damnat. Vnde licet populus, & Pharisæi in genere ignorantiæ conuenirent, tamen in specie vel circunstantia differebant, vtputa populus affectione ad suos principes, & doctores, siue alio huma

Luc. vlt.

1. Thim. 1.

Actu. 8.

Actu. 3.

no

Digitized by Google

no respectu, qui eis erat sciendi veritatem obstaculum. Sed principes, & Pharisæi affectata malitia, quia & Pilatus sciebat, quòd per inuidiam
Marc.15. tradidissent eum summi sacerdotes. Et de his. S. Iob. 21. Dixerunt impij Deo suo. Recede a nobis, viam scientiarum tuarum nolumus. Et vide Sapientiam 2. cap. vbi per totum de hoc clarissime loquitur. Nobis autem sanctus Eliseus, idest Christus Deus noster per spiritum sanctum reuelauit hoc mortiferum pulmentum deprauatę Sinagogæ, qui sanctis Apostolis dedit intelligentiam scripturarum nosseq; regnum Dei. Addens eis, & omnibus fidelibus. Scrutamini scripturas non mortifere eas colligendo, sed secundū verum intellectum spiritus sancti, qa ipsę de me clare loquuntur.

Explicit liber Sermonum, de verbi Dei incarnatione cum suis figuris R. P. Frat. Clementis Aranei de Ragusio, verbi Dei declaratoris, ordinis prædicatorum vita regularis.

INCIPIVNT

INCIPIVNT SERMONES DOCTRINALES CVM SVIS MORALITATIBVS,

VARIIS EX SACRA SCRIPTVRA figuratis historijs, modo declamatorio, ad virtutes, & contra vitia ornati, additis pluribus mixtim de flagellis diuinis, ac de reformatione christianorum sermonibus, supra eandem sacram scripturam fundatis.

R. P. F. CLEMENTIS ARANEI DE RAGVSIO Ordinis Prædicatorum, verbi Dei declamatoris.

ARGVMENTVM, EORVM QVAE sequuntur Sermonem.

ACCIPE PIE LECTOR, PERVTILES, AC scitu dignos Sermones, quos tibi ad Dei honorem, & Sanctæ Ecclesiæ vtilitatem Araneus orditus est: Quoniam pie legendo inuenies in Ecclesia Christi, Paradiso ipso irrigante, & incrementum faciente, plantatam arborem, altam doctrina, claritatis aspectu pulchram, diuinorum foliorum documentis ornatam, floribus virtutum odoriferam, venenosorum peccatorum propulsiuam ftuctuum spiritualium vberrimam, cuius aspectus totam Christi Ecclesiam circunspicit, ex cuius fructibus omnis spiritus ad salutem enutriri possit. Omnipotenti Deo sit honor & gloria, qui omnia opera nostra in nobis operatur.

SERMO PRIMVS.

TRIPLICI EXPOSITIONE DECLARAT, illud Diui Pauli ad Timotheum 1. c. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri. Vbi de operibus & de spirituali militia multa perpulchrè docentur, cum interpretatione historiæ Gedeonis Iud. 7.

MAndauit Deus Gedeoni colligere milites cõtra Madianitas aduenientes cõtra populũ Hebręum. Et in electione eorũ mãdauit sibi, quatenus formidolosos, & corde pauidos: & qui bibebant aquas flexo poplite remitteret domum tanquam ineptos ad præliandum. Et solum electi sunt trecenti viri, qui inuenti sunt lambere manu, & lingua aquam, & in eis victoriam eis dedit Deus contra Median, ne attribueretur homini sed Deo virt⁹, & victoria. Et hi trecenti hunc modum contra inimicos tenueruut. In manibus portabant lagenas vacuas, & lampades in medio lagenarum & tubas. Cumque venissent ad locum prælij, dixit Gedeon ad eos. Quod me facere videbitis, & vos facite. Et personuit tuba Gedeon, & secum omnis populus, & fregerunt inter se lagenas cum forti sonitu, tenentes in finistris manibus lampades, & dextris personantes tuba, clamando, gladius Domini, & Gedeonis super vos. Et stabant omnes in loco suo per circuitum castrorum hostium. Videntes autem inimici tot luminaria hostium subito apparentia & audientes, per validum clamorem eorum, timuerunt, & fugientes plurimi seinuicem mutuis vulneribus peremerunt, alijs in fugam conuersis. Et sic victoria potiti sunt super aduersarios, & super spolia eorum.

¶ Super hæc duo videbimus. Primo quomodo Deus vult omnes saluos fieri, cum tamen multi damnentur. Secundario exponemus prædictam historiam moraliter.

¶ Quo ad primum pro meliori intelligentia dicendorum est declaranda auctoritas Sancti Pauli. Quę dicit. Quod omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Dicit Sanctus Augustin. & Damascen. quòd hoc dictum Sancti Pauli potest tripliciter intelligi. Qũo intelligit Deũ oẽs velle saluos fieri. 1. Thim. 2.

Vno modo, pro distributione accommoda vt dicit August. in fine Enchiridion, hoc modo per similitudinem. Vt si in ciuitate esset magister scolæ, qui docet pueros in ciuitate, tunc posset dici, quòd ille magister docet omnes pueros illius ciuitatis, quamuis plures pueri ciuitatis non addiscunt. Sed sic intelligitur. Omnes qui docentur in ciuitate, non nisi per talem magistrum docentur. Ita hic Aposto. intendit dicere, ꝙ Deus vult omnes homines saluos fieri &c. Idest oẽs qui salui fiũt per ipsum Deum salui fiunt, quia ipse dixit. Ex me salus tua Israel est.

Secundo modo idem August. ibidem eam exponit, vt intelligatur pro generibus singulorum non pro singulis generum. Idest in specie qualibet conditionum, & ętatum hominum

num vult Deus aliquos saluos fieri. Vt aliquem de viris, & aliquem de mulieribus, & ita descende ad omnes diuersitatis status, conditionis, ętatis, ac artium, etiam de infidelibus, in tellige conuersis. Sicut etiam bene dicimus. Omne animal fuit in archa Noe, non in numero, sed in specie, & hi bini, & bini, vt animalia munda, & septem, ac septem de animalibus immundis masculi, & fęminæ. Vnde dicit Apostolus. In Christo Iesu non est masculus, & fœmina, gentilis, & Iudæis, circuncisio, & præputium, barbarus, & Scyta, seruus, & liber, sed om nia in omnibus Christus. Colos. 3.

Tertio modo exponitur a Damasceno, & hæc expositio est magis intelligibilis, & delectabilis auditoribus, vt intelligatur, de voluntate Dei antecedente, non autem cõsequente. Idest de voluntate antecedente, quæ respicit ordinem naturæ ad salutem, non de voluntate consequente, quæ respicit ordinem personæ ex actibus suis ad salutem vel damnationem. Natura enim in se nihil habet ex sua creatione saluti contrarium, persona vero ex sua operatione habet multa saluti contraria. Dicamus igitur. Vult Deus oẽs homines saluos fieri. i. omnibus hoĩbus dedit præcepta sua obseruanda, & pro oĩum salute est incarnatus, sed solis obseruantibus sua præcepta dat vitam æternam, & non obseruantibus dat damnationem æternam, & qui non credit iam condemnatus est, qui aũt crediderit saluabitur ex fide formata bonis operibus. Vnde homo potest cõsiderari dupliciter. Vno modo absolute vt est creatus ad Dei imaginem, ordinatusq; ad beatitudinem, & ad hunc finem Deus instituit eum in omnibus suis potentijs naturalibus, dans sibi etiam præcepta vitæ, directiua ipsum ad beatitudinẽ, & sic de alijs ad hunc finem cõsequendum adminiculis. Et quantum est ex hac parte, vult Deus oẽs homines saluos fieri, quia in nullo deficit sibi in necessarijs ad salutem, quãtum est ex parte sui. Et hæc vocatur apud Damascenum voluntas Dei antecedens. Idest Deus vult ex hac parte quantũ est ex parte suæ voluntatis omnes homines saluos fieri, nec in hoc sibi deficit. Sed quia dicit Augu. Qui fecit te sine te, non saluabit te sine te. Et hæc vocatur Dei voluntas cõsequens, qua saluatur homo in effectu executiuo. Quia vult Deus ab homine vt primæ suæ voluntati antecedenti ipse cooperetur per bona opera, ad hoc vt saluus fiat. Quia dicit etiam Sanctus Iacobus. Fides sine operibus mortua est. Ita etiam exemplariter accidit in principibus. Qui in principio, cũ regnum acceperunt cunctis proclamant suis regnicolis, & ciuibus. Omnes volumus saluos fieri, & intentionis nostræ est omnes conseruare. Et hęc vocatur principis volontas antecedens, quia consideratur princeps absolute quantum est ex parte sui ad saluandum omnes. Et hęc voluntas principis dicitur volitio vel voleitas quędam, in qua omnes circunstantiæ particulas ciuiũ non considerantur, quæ eos saluant, sed solum cõsideratur cõmunis intentio principis ad saluandum oẽs. Sed ipsemet princeps sua volitione consequenti, quæ cõsiderat circunstantias particulares, quibus saluantur vel nõ saluantur sui ciues, nõ vult omnes saluos fieri, sed tantum illos qui bene, & recte viuunt, qui autem sunt malefici proclamat eos occidendos, & perimendos secundum qđ scriptura dicit. Nõ patiemini maleficos viuere sup terrã. Hæc enim diuersitas volitionis non dicit aliquam mutabilitatem in principe, sed mutabilitas est hic ex parte volitorum, qui vel negligunt vel contemnunt mandata vel ordinationes principis, vel ea obseruant. Ita intellige de hac voluntate diuina antecedente vel cõsequente. Eademmet est, sed ex parte volitorum est distincta, & variata. Ipse enim met Deus qui voluntate sua antecedente vult omnes saluos fieri, ideo dedit omnibus pręcepta salutis, idemmet Deus abs-

Pulchra similitudo volũtatis antecedẽtis & consequentis.

Exod. 22.

Digitized by Google

que sui mutatione vult voluntate cõsequente, bonos saluari, malos damnari, quia absolutam suam voluntatem determinauit per voluntatem suam consequenté, quæ est ad opus ab æterno. Est.n. voluntas Dei antecedens, & cõsequens sicut vnum Ducatũ aureũ, quod actu est aurum, sed virtute continet in se diuersas monetas Ita vnamet voluntas Dei est antecedés, & cõsequens ex parte eius, sed est diuersitas ex parte volitorũ, in quibus executio diuinæ voluntatis impletur per actiones ipsorum, quia scd͠m philosophum. Actiones sunt suppositorum. Stulte ergo aliqui dicunt. Si vult me Deus saluum fieri, saluabor. Et nõ addunt vult te saluũm fieri, non sine te, vt Aug. dicit. Et hoc q̃uis non egeat probatione, tamen breuiter tangam pro auditorũ cõsolatione. Deus vult tuam possessionem frugibus abundare sed non ociositate tua, sed cultura, & labore tuo, vt vescaris pane tuo. Deus in Euangelio vocat operarios ad vineam suam pro mercede excolendam, sed non remunerat ociosos, sed operarios. Psal. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas ꝑpter retributionem, quibus procuratori præcipit dare mercedem. Paterfamilias vocat omnes ad nuptias, sed allectis mundi pompis, & voluptatibus carnalibus, & cupiditatibus terrenis qui noluerunt venire iratus rex dixit. Am̃ dico vobis nemo virorum illorum gustabit cęnam meã. Et qui ingressus est ad nuptias sine veste nuptiali, traditus est ministris, ligatis manibus, & pedibus eius mittendus in tenebras exteriores. Idem de virginibus fatuis quibus ianua nuptiarum sponsi fuit clausa, quia extinctis lampadibus, & negligenter venerant ad nuptias spõsi, cum prudentibus & solicitis virginibus fuerit aperta. Item in signum horum Christus maledixit ficulneæ fultę solis folijs absq; fructu, & aruit. Item de eadem arbore. A qua paterfamilias per tres annos expectauit fructus, & non habuit, præcepit Agricolæ succidendam, dicens. Vt quid terram occupat? Et ideo Christus dixit legi perito, & adolescenti interrogantibus eum, quid faciendo vitam æternam possidebo. Serua mandata. Et sanctus Petrus. Qua propter satagite fratres per bona opera vestra certam vocationem vestram, & electionẽ facere. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini, & saluatoris nostri Iesu Christi. Hæc ibi. Et hic habes latum campum practicandi ad omnes virtutes, quibus comparatur regnum Dei. Vt per septem beatitudines, & per fructus donorum spiritus. Ad Gala. 5. Insuper ibidem habes de operibus carnis ad longum, pro q̃bus concludit. Qui talia agunt, regnũ Dei non consequunť. Concludamus igitur. Vult Deus omnes saluos fieri ex parte sua, sed requirit a nobis ex parte nostra; Serua mandata, & operare opera virtutum. Practica de eis, & veni cum lampadibus accensis charitatis, & splendoris vitæ, & indue te pro nuptijs ęternis veste nuptiali virtutum, quoniam vt dicit Paul. Deus bona inuisibilia, quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, pręparauit diligentibus se. Ideo in iudicio dicetur bonis, & hominibus misericordiæ. Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum vobis a patre meo a constitutione mundi; Et malis, ac immisericordibus dicetur. Ite maledicti &c.

Opera bona necessaria sũt ad salutem.

Psal.

Matth. 22.

Matth. 21. Luc. 18.

2. Petr. 1.

Paulus.

Interpretatio figuralis.
Pars II.

ET hæc clare ostenduntur in historia assumpta. Deus enim [in malitia sua spirituali, quia Iob dicit; Vita hominis militia est super terram, non vult formidolosos, & timidos. Idest qui formidolosi sunt ad incipiendum bona, vel opera virtuosa ardua, quia Christus dicit. Stricta est via

Quales deus excludit a sua malitia & quales eligit in ea.

via quæ ducit ad regnum celorum, & pauci ingrediuntur per eam. Sicut tẽpore quadragesimæ formidant incipere abstinentias & ieiunia pro peccatis suis. Practica de similibus, & de his qui formidolosi sũt abstinere a vitijs, & a se reijcere prauas, & dãnatas suas consuetudines &c. Sed omnibus his dicit. Conuertere ad Dominum, & relique peccata tua, precare ante faciem Domini, & minue offendicula; reuertere ad Dominum, & auertere ab iniustitia tua, & nimis odito execrationem, & cognosce iustitias, & iudicia Dei, & insta in sorte propositionis, & orationis altissimi Dei. In partes vade seculi sancti cũ viuis, & dantibus confessionem Deo, non demoreris in errore impiorum. Hæc ibi. Eccle. 17.

Gen. 15. Et Abrae Deus dixit. Noli timere Abraam. Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Hæc enim duo sunt, quę formidolosos excitant a sua pigritia, scilicet auxilium in labore, & merces certa, & magna pro labore. Sic enim & Deus dixit Iosaphat regi formidanti pugnam inire contra aduersarios filios Amon, qui venerant cum magno exercitu contra eum per prophetam. Hæc dicit Dominus vobis. Nolite timere nec paueatis hanc multitudinem. Non enim vestra pugna sed Dei est. Cras descendentis contra eos. Non enim vos eritis, qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos. O Iuda & Hierusalem nolite timere, nec paueatis. Cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum. Hæc ibi. 2. Para. 20.

¶ Similiter timidos Deus non vult in sua militia spirituali. Et hi sunt, qui incipiunt bonum opus, sed tedio viæ, aut grauitatis deficiunt, & desistunt ab inceptis. Vt multi incipiunt ieiunare, abstinereq; a vitijs hac quadragesima, & plurima de bonis operibus incipiũt, sed cõsiderant dies prolixos quadragesimæ, & ꝙ de cętero sit omnino eis ab illicitis abstinendũ, & eis sit confitendũ, & restituendũ, ac satisfaciendũ obligatis, obdormiũt in itinere, sicut accidit Heliæ eũti ad mõtem Dei Oreb. Sed tu dic tuis tentationibus. Sufficit diei malitia sua, Dominus qui hodie in me bonum opus incepit, ipse & ꝑficiet, & doctor erit meus sicut populi hebræorum per ardua deserti, de die per nubem me refrigerans .i. per gratiam suam, & de nocte in columna ignis ardentis suæ charitatis me accendens, & in nomine suo spernemus omnes insurgentes in nobis. Et Psal. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos, sicut Dauit pugnans contra Goliath, & vicit. Et Paulus dicit. Omnia possum in eo qui me confortat. Et si quoquo modo cecideris quia fragilis, vtere Dauid consilio, Dum Ioab obsideret Rabba mandato Dauid, egressi viri de ciuitate bellabant aduersus Ioab, & ceciderũt de populo multi. Et Ioab nuntiauit Dauid. Præualuerunt contra nos viri, & egressi sunt ad nos in agrũ. Et dixit Dauid ad nuntium. Hæc dices Ioab. Non te frangat ista res. Varius enim est euentus belli, & nunc hunc, nunc illum consumit gladius, conforta bellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eã, & exhortare eos. Ita & Christus confortat nos viriliter agere, & Psal. Expecta Dominum, & viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dñm. Mundus enim, caro, dæmonia, diuersa mouent prælia, sed Chr̃s dicit. Hoc genus dæmoniorũ nõ eijcitur nisi in oratione & ieiunio. 3. Reg. 19. 2. Reg. 10.

¶ Nam vt Augustinus de seipso refert, dum sibi Christi via placeret, sed propter eius arduitatem per eam ire pigeret. S. viro Simpliciano suos ęstus contulit. Et vir Dei cepit eum hortari. Quot pueri, & puellæ intra Ecclesiam Domini Deo seruiunt, & tu non poteris, quod isti & istę? An vero isti & istę in seipsis hoc possunt, & non in Deo suo? Quid in te stas & non stas? proijce te in eum, & excipiet te, & saluabit te. Hæc ille. Insuper eliguntur in Christi militiam spiritualem, qui lãbũt lingua aquas pugno exhauritas, August.

& non qui toto poplite inclinati, & flexi. Nam qui aquas bibunt flexi toto poplite, sunt qui abutuntur hoc mundo, voluptatibus, & concupiscentijs cum Epulone seruientes, totamq; substantiam cum prodigo exponunt viuendo luxuriose. Et qui apud S. Lucam. Cum diuite, cuius ager superabundantes & vberes fructus attulit. dicunt cogitando, dicam animæ meç. Anima habes multa bona posita in annos plurimos. Requiesce, comede, bibe, epulare. Et autem hæc cogitante, dixit illi Deus. Stulte hac nocte animam tuam repetent a te, quæ autem præparasti cuius erunt? Hæc ibi. Insuper qui dicunt, vt dicit. Omnia quç desiderauerunt oculi mei non negaui eis, nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ prçparaueram. Hçc ibi. Et cum meretrice quæ dicit. Perfruamur cupitis amplexibus donec illucescat dies. Prouerbio. 7. Et cum illis apud Sapien. qui dicunt. Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Et apud Abacuc. Congregant malam auaritiam domui suæ, quibus præmittit ve, vt habes in eo prolixius. Et quibus nauseant spiritualia, & quæ Dei sunt, sicut Nume. Hebræis manna tanquam cibus leuissimus esset. Et recordantur de ollis carnium, & aliarum cupiditatum Ægypti .i. tenebrosæ vitæ eorum, de quibus Paulus. Stipendium peccati est mors. s. çterna. Et quorũ Deus venter est & gloria in confusione. Et breuius cõcludendo. Qui dereliquerũt, (vt dicit Hiere. Dñm fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quç aquas continere non possunt, & qui congregant sibi diuitias in sacculum pertusum, vt dicit Egeas. Et conuertantur in statuã salis sicut vxor Loth, quæ exiens de Sodomis conuersa est respicere retrorsum, scilicet recordata delitiarum regionis eorum. Hi secundum Apostolum regnũ Dei non possidebunt: De his & huiusmodi habes latum cãpum practicandi, & lege ad propositum Sap. Ibi dicent hi qui sunt in inferno. Quid profuit nobis superbia nostra, aut diuitiarum iactãtia quid cõtulit nobis? Et Baruc. Qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum. Qui argentum fabricant, & soliciti sunt, nec est inuentio operum illorum, exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum exurexerunt. Hçc ibi. Sed vult Deus suos milites, qui lambunt aquas lingua sua, idest vt dicit Apostolus, Vtentes hoc mundo, sint tanquam non vtentes, quia sic transeunt per bona temporalia, vt non amittant æterna. Qui non in terra thesaurizant thesauros transitorios, quia Psalmus dicit. Nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis, scilicet post mortem, quia opera eorum sequuntur illos dicit Apocalipsis, sed qui thesaurizant in cçlo, & pro cœlo operibus misericordiæ, qa dicit Apostolus. Pietas ad omnia vtilis est, scilicet ad eam quæ est nunc vitam, & quæ erit in futurum, vt patet in Euangelio de disceptatione operum, & retributione eorum. Et Paulus. Quæ seminauerit homo, ea & metet, vt qui seminauerit de benedictionibus, de benedictionibus, & metet vitam æternã. Tu autem extẽde te ad practicam de huiusmodi temperato vsu temporalium. Et animaduertant. S. Hieronymi adhortationem. Ambiunt terrena gentiles, quibus cçlestia non debentur, cõcupiscunt præsentia, quia futura non credunt. Nostra hæreditas Christus est. Nec debent çgre ferre, quasi minus cæteris habeant, qui auctorem omnium perceperunt. Postquam igitur vinum letitiæ nostræ in hoc mundo fuerit mixtum, & contemperatum aqua temperantiæ, & lachrimarum, tunc ad militiam Dei electi, & ei copulati, frangamus vas nostrum hoc fictile, quod gerimus, mortificando, vt dicit Apostolus. Membra nostra quæ sunt super terram, idest quoad subsistimus in hoc mundo, scilicet sor-

Luc. 11. Eccle. 2. Prou. 7. Sap. 2. Abac. 2. Num. 11. Hiere. 2. Egeas. 1. Sap. 5. Baruc. 3. 1. Thi. 2. Gala. 6.

Quõdebet christian' armari in pugna spirituali.

Digitized by Google

fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus, propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis, idest qui non credunt his vitijs irretitos, perituros, quoniam stipendium peccati est mors, vt idem Aposto. dicit. Debemus in vasis nostris etiam lampadem accensam, idest animam nostram accensam, fide formata charitate habere, & omni custodia nostra cauere, ne lampades nostræ extinguantur, de quibus sponsa in canticis dicit sponso. Lampades tuæ ignis & flammarum, idest amor tuus fidelis sit in me intus ardens, & extra lucens proximo per bonam exemplaritatem, quia Deus vnicuique mandauit de proximo suo. Dixerunt Cleophas, & Lucas. Postquam Christus euanuit ab oculis eorum. Nonne cor nostrum ardens erat in eo, dum nobis in via loqueretur. Et in hoc quòd accensę lãpades tenebantur in manu sinistra, denotat cordis qui est in sinistra parte, amorem intensum in hoc mundo, quem miles Christi habet ad Deum, vt nullę aquæ possint extinguere charitatem eius, sed cũ Paulo dicit. Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio an angustia &c. Et ostensio huius lampadis vt diximus, signat bonam exemplaritatem militis Christi ad proximum. Paulus. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Tuba etiã ad personandũ est, quia omnia cogitata, & opera nostra in Dei laudem, & honorem debemus personare, & dirigere. Siue manducatis, siue bibitis vel aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Vnde & tuba, dum personatur, versus cęlum dirigitur. Accincti insuper simus ensibus, idest armati studio & exhortationibus sacræ scripturæ, contra mundum, carnem, & dæmones. Viuus enim est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoq; ac medullarum, & discretor cogitationum, & discretionum cordis. Hæc ibi. Et in hac pugna est proclamandum contra aduersarios spirituales, ac nequitias eorum. Gladius Dei super vos, idest sicut Dauid fecit contra Goliath, in nomine Dei pugnauit, & prostrauit inimicum. Sic & Abraam cum trecentis vernaculis vicit quatuor reges in nomine Domini pugnans, & triumphauit de spolijs eorũ, vt patet Genesis 14. Et vide per libros Machabæorum admirandas victorias Iudę Machabęi contra grãdes multitudines aduersariorum. Nec legitur vnquam prostratum, aut victũ fuisse, nisi tantum bina vice, cum Anthiocho. Et Bachide, quia tunc non legitur eum orasse ad Dñm pro victoria. Nam dicit S. Tho. in postilla super Iob. Perplexi sunt testiculi Leuiathan. Homo nunquam posset vincere Diabolum nisi virtute, & auxilio diuino. Ideo & Antonio videnti Diaboli laqueos extentos per totum mũdum, & dicenti, quis hos laqueos euadere possit, dictum est. Sola humilitas Antonij. i. recognitio fragilitatis ꝓprię, & imploratio auxilij diuini, vt ipse pugnet pro nobis, quia dicit Paulus. Fidelis Deus qui nõ patitur tentari nos supra id qđ possumus, sed dat prouentum in tentatione.

Marginalia: Eccle. 17. Luc. 24. 1. Cor. 10. Heb. 4. 1. Mach. 6. 9.

Digitized by Google

SERMO SECVNDVS.

EX VOCATIONE SAMVELIS PRIMI REgum. 3. ostenditur Deum per reuelationem suę incarnationis, mysteria omni creaturæ seminasse.

Vide Sermoné tertiæ Dñicę in Aduentu, ad propositum.

HEly sacerdotis propter senectutem oculi caligauerant, nec poterat videre clare lucernam Dei in téplo, antequam extingueretur, & Samuel dormiebat ante arcam, quem vocauit trina vice alternatim Dominus, & ipse surgens ad Heli, dicebat ei. Adsum Domine, quia vocasti me. Et ille in omni vice remittebat ipsum dormitũ, quia eum non vocauerat. Tamen animaduertens quòd eum Dominus vocaret, dixit ei. Si quarta vice te quis vocauerit, dic. Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Porro Samuel nesciebat Dominum, scilicet per visionem, nec reuelatus ei fuerat sermo Domini, vocauit ergo eũ quarta vice Dominus. Samuel, Samuel. Et ille. Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Et Dominus ad eum. Ecce ego faciam verbum, quod quicunque audierit, tinnient ambe aures eius.

¶ Hoc mane prædicabimus quomodo Deus pater seminauit, idest per reuelationem, semen suum. i. notitiã filij sui naturalis, diuersis téporibus omni creaturæ intellectuali. Secundo ad propositum exponemus historiam præassumptam mysticè.

Oĩ creaturę intellectuali Deᵘˢ pater reuelauit incarnandum filium eius.

¶ Quo ad primum est notandum, quòd creaturæ intellectuales, quædã sunt pure spirituales, vt Angeli boni, & mali, & partim corpore mixtę, vt est totum genus humanum, quod distinctum est secundum diuersos status hominum. Quia status hominis fuit innocentiæ, ante transgressionem in Paradiso Terrestri, deinde status eius post expulsionem primorum parentum ex Paradiso terrestri, in his miserijs propter eius peccatum. Et in hoc statu quidam considerantur simpliciter sub lege naturæ. Quidam sub ipsa circuncisione vsque ad legem scriptam per Moysen. Et fuerunt omnes qui ab Abraham descenderunt. Quidam cum circuncisione sub lege scripta a Moyse scilicet vsque ad Christum, vt peculiaris populus Hebræorum. Quidam sub lege gratiæ, vt a Christo vsque in finem mundi, cuius sonus exiuit in omnem terram. Et in omnibus his creaturis, ac in omni statu & cęt etate secundum conditiones eorum Deus pater dedit notitiam verbi sui incarnandi. Quia & Paulus dicit. Multifarie, multisque modis olim loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio suo, qué constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Vide has seminationes factas in nostra concione intitulata. Quod omnis creatura intellectualis interrogauit Christum. Tu es qui venturus es, an alium expectamus, & solum omissis quæstionibus vel dubitatiuis interrogationibus dicas per conclusionem. Primo pater cœli reuelauit Angelis bonis filij sui incarnationem, necnon & dæmonibus, ac primis parentibus in statu innocentiæ: Deinde post peccatum eisdem & suis successoribus in omni statu, licet diuersimode: quia & Dauid dicit. Super senes intellexi. Deinde seminauit ipsum personaliter per incarnationem, quando misit ipsum in hunc mundum. Qui deinde seminauit semen suum, & Heb. 1.

aliud

Digitized by Google

aliud cecidit secus viam. Aliud in petra, aliud inter spinas, aliud in terram bonam. Et hoc solum semen attulit fructum vberrimum. Expositionem huius Euangelij habes in Dominica Sexagesimæ in nostris expositionibus Euangeliorum. Vide ibi.

Expositio figuralis, quòd in omni statu Christi mysteria sunt reuelata.

Quod in omni statu hominũ, christi mysteria sũt homini reuelata licet diuersimode.

MYstice exponamus præassumptã historiam. Vbi debes scire, quòd apud sacros expositores tempus sub lege naturæ assimilatur nocti, ratione obscuritatis eorum circa diuina mysteria Christi, quia à longe aspiciebãt ipsum. Et in eodem tempore omnis caro corrupit viam suam, tanquam obliti diuinarum reuelationum. Vnde & diluuium dissipans mundum meruerunt, & deinde post diluuium fere totus mundus ad idolatriã est conuersus. Quid obscurius corde ipsorũ? tempus autem sub circuncisione & legis scriptę comparatur aurorę, in qua cũ obscuritate claritas apparet, quia Abraham cum cęteris suis successoribus clariorem notitiam habuerunt de Christi mysterijs. Ideo Dauid dicit. Super senes intellexi. Sed tempus gratiæ luci assimilatur, quia vt dicit Paulus. Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, secundum quòd dicit S. Ioan. Verbum caro factum est, & vidimus gloriam eius, &c. Archa igitur fęderis, in qua continebatur lex, manna & virgę Aron. Mystice autẽ est Christus, qui est legis gratiæ lator, & manna, quia Deus & homo. Cuius (secundum Michæam) est egressus à diebus æternitatis, & virga Aron sacerdotis, quæ floruit, & fructificauit, quia Christus est sacerdos secundum Melchisedech, vt dicit Psalm. Dixit dominus domino meo, & cæ. Lumen quod lucebat ante Archam, & custodiebatur ne extingueretur, denotare potest nobis notitiam & illuminationem, q̃ Deus reuelauit in omni statu & conditione intellectualis creaturæ, maxime generis humani, quibusdam explicite reuelando suę incarnationis mysteria ad credendum, vt maioribus, & quibus Deus in speciali reuelauit. Quibusdam implicite, vt popularibus & minoribus, secundum Pauli dictum. Accedentem ad Deum oportet primũ credere, quia est, idest Deus actor omnium. Et sub hoc articulo continẽtur implicite omnes articuli ad diuinitatem pertinentes. Et secundo oportet scire & credere, quia est remunerator quærentibus eum, scilicet, in veritate. In quo eius prouidentia habetur circa hominis salutem, modo quo sibi videbitur. Et in hoc continentur implicite omnes articuli ad Christi humanitatem pertinentes: Et hi omnes in statu naturæ sunt denotati per Heli quasi cæcitatem & obscuritatem habentem. Samuel autem qui interpretatur audiẽs Deum, significat eos, qui fuerunt in statu Circuncisionis & legis scriptæ, quibus nõ sicut noctuæ, sed sicut aurorę lux clarior, & clarior cognitio data est de incarnatione verbi Dei. Vnde & Christus dicit de Abraham: Quod vidit diem eius, scilicet, in spiritu & gauisus est. Tempore ergo huius Samuelis, idest, Circuncisionis & legis scriptæ cœpit crebra fieri reuelatio Patriarchis & Prophetis de Christi incarnatione, vt clare patet per dicta & scripta eorum. Et in eo q̃ Samuel videns lumẽ ante Archã, quandoque dormiebat, denotare potest tedium antiquorum patrum sub Patriarchis, & Prophetis existentibus, q. s. tarde fit executio huius reuelationis, quia dr. Spes quę differt, affligi animã. Vnde & Abac. à tediatis de Christi Aduentus expectatione dicit. Veniens veniet, & non tardabit. Si moram fecerit expecta eum. Deus tamen bonus non negligit populum suum in excitando eum ad deuotionem & certam promissionem. In signum huius & à tempore Moysi, vt dicitur in Actibus Apostolorũ. Per omne Sabbatum legeban-

Hebr. 11. Prou. 13. Abac. 2. Act. 15.

gebantur, quæ scripta erant de Christo, ad excitandum eos, ne torpescant ex longa executione. Insuper quaterna vocatio Dei denotat diuersa tempora reuelationum diuinarũ. Vt prima fuit reuelatio facta Abrahæ, dum est sibi dictum. In semine tuo, idest, in Christo, vt exponit Paulus ad Galath. Benedicentur omnes generationes. Et Christus dicit. Abraham vidit diem meum, & gauisus est. Secunda fuit facta Moysi Deutero. Quando sibi promisit suscitare Prophetam ex fratribus suis. De qua prophetia, & Sanctus Petrus tetigit Actuum. 3. in fine. Tertia facta est sub Dauid, qui dixit inter alia. Super senes intellexi. Quarta fuit sub prophetis, vt Isaiæ, qui tã clare disserit, & prosequitur de mysterijs Christi, ac si de præsenti loqueretur sicut Euangelista, vt dicit Sanctus Hieronym. Et ita dic de alijs prophetis. Et isti vidẽtes propinquũ Christi Aduentum dicebant Christo, minus tamen quàm prædicti torpentes, ideo & assidue prophetabant de ipso, vnus post alterum. Loquere domine, idest, veni in persona loqui vobiscum, vt Baruch dicitur. Post hæc visus est in terris, & cum hominibus conuersatus. Loquere igitur domine, quia audit seruus tuus promissa tua, & reuelationes tuas per figuras, & in enigmate, & loquere etiam clare nobis in persona tua. Et Deus pater respondet eis. Ecce ego dabo verbum in auribus tuis, idest, verbum meum mittam, quem audies prædicantem, & legem meã populo dantem, vt quicunque audierit tinnient ambę aures eius, quia venit in hunc mundum, & seminauit semina vitæ, vt dicit Euangelium, primo per totam Iudæam, vt audientes stuperent in sermonibus, qui procedebant de ore eius, veritatem suam prædicatam confirmans signis, & virtutibus diuinis. Deinde misit Spiritum sanctum in die Penthecostes, qui ita inflammauit & docuit sanctos Apostolos secreta diuina, sequentibus signis, vt omnes tunc gentes, quæ sub cœlo erant, mirarentur. Et deinde in omnem terram exiuit sonus eorum & in fines terrę verba eorum. Et hic vere fuit & est ille vir pauper, quia Christus pauper in humilitate venit, vt dicitur Ecclesiastic. Sed sapiens, positus sub Sole, idest, minoratus ab Angelis, qui sua sapientia, non bellicis armis liberauit genus humanum obsessum à magno Lucifero Ps. Misit verbũ suum, & sanauit eos, & eripuit eos de omni interitu eorum, sed hoc misericordię Dei est.

Gal. 3. Deut. 18. Baruch. 3. Eccl. 9.

SERMO

SERMO TERTIVS.

OSTENDITVR ADMIRABILIS necessitas atque vtilitas verbi Dei prædicati, & redditur causa cur paruum fructum ferant prædicatores, & multi atque mirifici essent producendi.

Addit etiam moraliter quædam de tuba Ecclesiæ.

Num.10. LOcutus est dominus ad Moysen. Fac tibi duas tubas argẽteas ductiles, quib. possis cõuocare multitudinem, quando mouẽda sunt castra. Vbi dicit magister histo. schol. Has duas tubas habebant ad quatuor vsus. Primo ad conuocandum multitudinem. Secundo ad mouenda castra. Tertio ad bella. Quarto ad festa. Et erat, dicit Iosephus tuba fistula cãtatoria, pœne magnitudine cubiti, calamo capatior, præbens in principio latitudinem, quæ conueniat ori ad susceptionem spiritus, quę Hebraicę dicitur Asora. Et sacerdotes clangebant, quia dicit textus. Filij autem Aaron sacerdotis clangent tubis.

¶ Hoc mane exponemus historiam assumptam, quæ principaliter erit de vtilitate verbi Dei. Vbi est notãdum, quòd naturaliter homines inclinantur ad cognitionem veritatis & ad clarificationem intellectus, vt dicit philosophus in proœmio Metaphysices. Omnes homines naturaliter scire desiderant. Et hoc, quia cognitio intellectiua est perfectio intellectus, sicut forma perfectio materiæ, cum anima nostra sit in principio sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum, depingibilis tñ omni forma intelligibili, vt dicit philosophus tertio de anima. Quia intellectus possibilis est omnia fieri, & à maximo intelligibili non corrumpitur, sed perficitur. Et quoniam animam nostram plus perficit diuinorum mysteriorũ cognitio, quàm quæcunque naturalis scientia, ideo & philosophus dicit. Vndecimo de animalibus, quamuis parũ sit quòd de substantijs superioribus percipimus, tamen id modicum est magis amatum, & desideratũ omni cognitione, quam de substantijs inferioribus habemus. Ideo dulcius nobis debet esse audire doctrinam verborum & mysteriorum diuinorum omni alia doctrina, & instructione naturalium. Et sicut accidit in cognitione naturalium scientiarum, requiritur quòd homo sit instructus per doctrinam magistri, qui discipulis suis vt natura actiua passis, ad productionem effectuum proponat talia semina verborum, & exemplorum, applicando ea secundum capacitatem eorum. Insuper sicut in natura ad productionem fructuum vltra vniuersales causas, solis, scilicet, & motus cęli requiritur, seminator particularis, seminis, ita etiam est in hac seminatione verbi Dei, quamuis data sint cunctis, Christi & legis eius documenta tamen necessarius est particularis seminator verbi Dei in corde humano,

De necessitate verbi Dei pulchra declaratio.

man o,

humano, vt possit producere receptũ in bonam terram animę, fructum optimum in patientia. Et hoc Paulus dicit. Omnis qui inuocauerit nomẽ Domini saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quẽ non audierunt? Quomodo audient sine prędicante? quomodo prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est. Quàm speciosi sunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Ideò Deus ordinauit tubam istā inter alia, quòd conuocet populum. Nam tuba hæc potest denotare nobis Prædicatores verbi Dei. Exalta vocem tuam sicut tuba. Et conuenienter per tubam Prædicatores notantur, quia sicut tubę strepitus est admiratiuus, ita & pdicatio verbi Dei est admiratiua, & percussiua aurium & cordis hominis. Dixit Deus Samueli. Ecce ego verbũ faciam in Israel, vt quicunque audierit tinnient ambæ aures eius. Et hæc tuba fuit Ioannes, qui interrogatus, quis esset, dixit. Ego vox clamantis in deserto, parate viā domini, rectas facite semitas eius, quia eius est ad virtutes hortari, & vitia dissuadere. Et hæc tubæ debent esse binæ, quia debet esse associatus bono testimonio vitæ & exemplaritatis, & insuper habere legem vtriusque testamenti, & prædicare quæ sunt Dei Deo reddere, & quæ sunt proximi reddere proximo, in charitate Dei. Et Paul dicit, quòd debet esse argenteus, & sonorus prædicator, vita principaliter, qa vt Gregorius dicit. Cuius vita despicitur, etiam fit vt eius contemnatur prædicatio. Et Paulus. Non enim audeo loqui aliquid eorum, quæ per me non efficit Christus. Ecce quomodo fuit tuba argentea & alibi. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cũ alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Et debet prædicare verbum Dei, vt idem Paulus ad Thimot. hortatur, & non fabulas, quę pruriunt aures, & deducunt à veritate. Et ideo his temporibus nostris prædicatores tum ex

Rom. 10.
Isai. 58.
1. Reg. 4.
Rom. 15.

parte vestri, qui secus viam, & in petra, & inter spinas, suscipitis verbum & ex parte prędicatorum, qui in prędictis Pauli exemplis, & monitionib⁹ deficientes non faciunt fructum. De his Isai. Propterea populus meus ductus est in captiuitatem, quia non habuit scientiam, scilicet, verbi Dei. Nõ quòd non essent inter Iudęos, doctores legis, sed quia non prædicabant verbo, & exemplo. Et Hiere. Et mirabilia, scilicet, mala facta sunt in terra. Prophetę prophetabant, idest, adulatorie mendacium populo & principibus, & sacerdotes applaudebant manibus, scilicet. Bonus & fertilis annus erit. Et populus meus dilexit, idest, tales adulatores, vt tempore Achab. Vide historiam, est pulchra. Sequitur; Quid igitur fiet in nouissimo eius? Id est, quid fiet eis, cum fuerint in captiuitate, vel malis pœnæ. Venite ergo charissimi ad verbum Dei audiẽdum his temporibus Quadragesimę. Quoniam me indignum prędicatorem misit Deus ad seminandum vobis semen vitæ. Ioan. Magister verba habes vitæ æternæ. Et Paul. Viuus est sermo Dei & efficax. Et Psal. Misit verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Et Christus. Nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod pcedit de ore Dei. Ideo vbi prędicatio deficit veri verbi Dei, perit populus. Cum prophetia defecerit, idest, Prædicatores qui legem prophetalẽ prædicant & sacram scripturam, dissipabitur populus. Et hoc minatur Deus. Dicit dominus, emittam famem in terram, non famem panis neq; sitim aquæ, sed audiendi verbum domini &c. Venite igitur deuoti christiani ad pdicationem verbi Dei, ne deficiatis fame eius in via. Quoniam verbum Dei (dicit Psal.) Illuminat per cognitionem, & intellectũ dat paruulis, idest, miseris peccatoribus insensatis vt paruulis, vt timeant, & recognoscant iuditia Dei. Ps. Confige timore

Causa in fructificationis prædicãtium.
Hierem. 5.
3. Reg. vlt.
Ioan. 6.
Heb. 4.
Prou. 29.
Amos 8.
De effectibus admirandis verbi Dei.

Digitized by Google

timore tuo carnes meas, a iuditiis .n. tuis timui. Inflammat affectum per dilectionem. Psal. Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Et Christus. Veni mittere
Luc. 12. ignem in terram, & quid volo aliud, nisi vt ardeat. Et de hoc verbo audito, Discipuli euntes cum Christo in Emaus dixerunt. Nonne cor nostrum erat ardens, dum nobis loqueretur in via? Insuper pungit miserum peccatorem ad contritionem. Hierem. Nonne
Hier. 23. verba mea quasi ignis, & quasi malleus conterens petras. Hoc patet in cõuersis peccatoribus per Christũ & per Apostolos ac alios prædicatores, quorum habes infinita exempla. Et resoluit peccatorem totum in lachrymas. Psal. Emittet verbum suum, & liquefaciet ea, flauit spiritus eius, & fluent aquæ, vt patet in Magdalena. Vlterius verbum Dei auditum, & receptum cũ deuotione defendit à diabolicis insidijs. Tria enim in S. Paulo inuenimus defensiua cõtra nequitias diaboli. Primo est fides. Eph. In omnibus sumentes scutũ fidei, in quo possitis omnia
Eph. 5. tela ignea nequissimi extinguere, idest inflammantes tentationes. Et Petrus. Cui resistite fortes in fide. Secundo est spes, ideo Paulus addit. Et galeam salutis assumite, idest, caput in cœlum per spem erigite, galea enim ex parte superiori defendit, ne diabolus ad desperationem æternorum nos inducat; Tertio est verbum Dei, ideo addit. Et gladium spiritus quod est verbũ Dei. Sic & Christus defendit se verbo Dei contra diaboli tentationes in exemplum nostri. Et postquam verbum Dei expulit ab homine vitia, infundit sibi gratiam donorũ Spiritus sancti, quia dat ei donum sapientiæ, vt de cætero sibi diuina sapiant, & terrena vilescãt. Paulus. Arbitratus sum omnia vt stercora, vt Christum lucrifacerem. Dat sibi donum & charitatem intellectus, vt amplius sit expeditus ad diuinorũ contemplationem. Quoniam; Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Dat sibi viam scientiæ sapide & non inflatiue, qua Deo omnia attribuit, & in nomine eius cuncta sua opera dirigit, vt Paul. dicit. Quicquid agitis omnia in nomine Dei facite. Dat ei donum cõsilij, & discretionis, vt sciat sibi consiliari quid rectum, quiduè obliquum sit. Dat donum fortitudinis, vt vtranq; fortunam equo animo sufferat per spem & fidem. Dat donũ pietatis erga proximum, quia vnicuique Deus mandauit de proximo suo, vt dicitur Eccle. Dat donum timoris Dei, Eccl. 17.
quia Initiũ sapientiæ est timor domini. Vt deinde cum Paulo possit dicere. Ego Paulus vinctus in domino. Et cũ Aug. Amor meus, pondus meum, eo feror, quocunq; feror. Multa etiam dixi ad propositum huius patris in nostra interpretatione Euangelij in Dominica in Sexagesima. Secundo clamatur tuba ad solemnitatem, & dies festos sanctificandos. Quia Deus dedit nobis sex dies pro nostris actionibus exercendis, septimũ autem diem Sabbati voluit pro se, vt in eo cessetur ab omni opere seruili, quatenus illo die sibi occupemur in deuotionibus, & cõtemplationibus & in gratiarum actione, & in recognitione suorum beneficiorum. Sed heu tali die plus diabolus lucratur à miseris christianis, quã Christus. Vide ad propositum huius partis nrãm Euangelij expositionem, fer. 2. Dominicæ 4. in Quadrag. Tertio clamatur tuba ad prælium. Vide ad propositum huius partis, quæ scripsi in nostris sermonibus de tentatione diabolica. Quarto vocatur tuba ad castra mouẽda versus terram promissionis Paradisi lacte, & melle manantem. Et in his vtendũ est consilio Pauli, sicut hij qui in stadio currunt ab omnibus se abstinent, Et ipsi vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem vt incorruptam, & cæt. Practica. Multa circa hæc vide in nostra expositione feriæ quintæ Cinerum, Super illud; Thesaurizate vobis thesauros in cœlo; Et Sabbato secundo in Quadragesima, & feria tertia post Pascha, Vide ibi, quia sunt ad propositum.

SERMO

Digitized by Google

SERMO QVARTVS.

EX HISTORIA ABSALONIS, quatuor causæ monstrantur, quibus Deum ad iracundiam prouocant homines, qui tandem diuinæ iustitiæ lanceis confosſi in inferni voragine sepeliuntur: Deinde hortantur omnes ne huic sęculo nequam conformentur.

2.Reg.15. ABsalon decorus nimis à capitis cesarie vsq; ad pedes, ex vita sua deliciosa cōtra patrē suum Dauid conspirauit cum multis sequentibus eum, tam nobilibus, quàm populi. Tandem suus consiliarius Achitophel laqueo se suspendit, & ipse Absalon per Ioab profugatus, in fugiendo per capillos ad ramos arboris suspensus ab eodē lanceis transfigitur, & mortuus proiectus est in foueam, comportantes super eum aceruum lapidum.

¶ Hoc mane propter dissolutiones carnis priuij exponem⁹ moraliter prętactam historiam.

Absalon interpretatur patris amaricatio, potest hic notare nobis quēlibet peccatorū, qui peccatis suis quantum in se est, prouocat Deū cœli, qui pater noster est & nos filij eius, quoniam in principio creationis hominis non vocat se dominum Deus, sed patrem, vt dicit S.Chrysost. in eo quòd dixit. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Nam imago nō est seruorum, sed filiorum. De hac amaritudine miseri peccatoris prouocantis Deū dicitur. Ad iracundiam me prouocauit Effrain in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet, & opprobrium eius restituet ei dominus Deus tuus. Hæc ibi. Interpretatur Effrain, crescens, augmentatus, aut fertilis. In quibus notatur causa amaritudinis prouocantis Deum. Est primo crescens. Et sunt illi qui crescunt in malitijs suis. A seculo, idest, à pueritia, vel ab annis antiquis crescendo de malo in peius confregisti iugum meum, idest, præcepta & mandata mea, de quib. Christus. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Rupisti vincula mea, scilicet, quibus obligatus es mihi in baptismo, vt abrenunties Sathanæ, & pompis eius. Et dixisti, non seruiam, scilicet, Deo, sed diabolo in tuis abominationibus. Interpretatur & augmentatus, ac fertilis, in quo denotatur causa, quare miser peccator Deū prouocat ad amaritudinem, quia augmentatus, & fertilis, idest, quia abundans & impinguatus in prosperitatibus mundi, sicut & in historia prædicta; Absaloni causa fuit rebellionis in patrem pulchritudo, & prosperitas ac delitiosa vita sua. Ideo magnificati sunt & ditati, incrassati sunt & impinguati, & præterierunt sermones meos pessime Hæc ibi. Et magister historiæ scholasticę super Iudic.3. de Hebręis. Qui ad diuitias se tradentes, per epulas & libidinem iam imbelles facti, in conuersatione legū integri non erant. Et Ezechiel.16. cap. de Iudæis. Viuo ego dicit dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua, ipsa & filiæ ei⁹, sicut

Osee 12.

Hier.2.
Causæ prouocatiōis iræ Dei.
Hier.5.

sicut fecisti tu,& filiæ tuæ. Ecce hæc sunt iniquitas sororis tuæ Sodomæ, superbia,saturitas panis, & abundantia,& ociũ ipsius,& abundantia eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me, & abstuli eas, sicut vidisti, hæc ibi. Tu autem practica has auctoritates, modo quo erunt tibi ad propositum, secundum subiectam materiam.Et concludamus

Oseæ 14. contra tales & similes. Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum. Vere hic Absalon,idest,praui voluptuosi, & dissoluti ac vanitatibus polluti,confodiétur tribus lanceis ab Ioab, qui interpretatur bona distillatio vlulationis & doloris, quia contra tales distillabit vllatio & dolor. Lancea taliũ vna, est pestis,alia est fames,tertia,est gladius, sicut in ira Dominus dedit Dauid trium optionem.Scilicet, gladij, famis,& pestis. In hoc autem quòd in fossa proiectus est cadauer eius,& suus consiliarius est suspensus in patibulo, denotatur finis eorum qui ambulant in croceis cum omnibus suis complicibus,quia Duplici contritione eos conterit dominus. Hic per flagella & desperatam mortem, illic per sepulturã fossę inferni, de qua in Euãgelio de epulone,qui quotidie epulabatur splendide,& induebatur purpura & bisso,mortuus sepultus est in fossa inferni. Tympanum & cytharam tenent, & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.Et animaduertant qui nutriuntur in croceis, & corrumpunt terram dissolutionibus suis, ne accidat eis sicut tempore diluuij,comedebant,& bibebant, vxores ducebant, & ita tempore Loth de Sodomitis, subito & insperate consumpti sunt.Narrat S.Greg.in Dialo. de fortunato. Qui audiuit quendam vnã simiã ferentẽ,qui ante portam cępit cimbalis ludere.& clamauit. Heu heu mortuus est infelix iste. Et post cibum sibi datum cum egrederetur ianuam,saxum decidit in verticem eiꝰ. Altero vero die funditus vitam finiuit, Hæc ibi. Dicas hic de miseris carnis priuij lusoribus,cogitent exemplũ Barlam,qui sub similitudine,vnicornis hominem persequentem ad mortem describit,eundemq. hominem fugientem & in fossam se pręcipitantem terrore eius, & ibi casu ramis arboris se manibus retinentem, sub cuius pedibus duo mures corrodebant arboris radicem, & infundo fosse draco erat præparatus ad deuorandum cito cadentem cum arbore & tamen miser allectus fauo mellis, quod apes in arbore conficiebant & mellificabant, non cogitabat de periculo sui casus. Tandem cum arbore corroso a muribus, idest extincto corpore, traditur & cadit in fossam inferni perpetuo crucian dus. Insuper cogitent ne accidat talibus dissolutis sicut Baldasar regi conuiuanti, cum vidit in sala sua in pariete manum scribentem contra eum. Mane thethel, phares,idest moraliter numerus sunt omnes tuæ dissolutiones, & appensus es in statera librandus coram æterno Iudice, & tandem datus dęmonibus ad mortem æternã. Obsecro igiť vos dicit Paulus Ro. 12. fratres mei per misericordiam Dei. Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona,& beneplacens,& perfecta. Et quomodo hoc debet fieri dicit. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis,scientes ꝙ omnis fornicator, aut immundus, aut auarus quod est idolorũ seruitus,non habent hæreditatem in regno Dei. Nemo vos seducat inanibus verbi, propter hæc eñ venit ira Dei in filio diffidentiæ.i.in hos filios Diaboli, de quibus nos diffidimus.Nolite ergo effici participes eorum.

Duplici cõtritione vani homines cõuertũtur à domino.

Iob 21.

Exortatio

Eph. 5.

SERMO

Digitized by Google

SERMO QVINTVS.

DVM LOQVITVR DE TRIBVS GRADIBVS fidei, enumerat, & quinque modos, quibus Philoſophi deuenerunt in cognitionem vnitatis Dei, demõſtratq; in illis verbis Apoſtoli; Accedentem ad Deum oportet credere &c. Omnes articulos fidei noſtræ implicite contineri,

quædam de prouidentia Dei, circa actus humanos præſertim ſubiungendo. Interim ad quatuor noſtræ cognitionis gradus tranſeũdo, ſolum lumen fidei ſine errore demonſtratur, niſi forte ex parte noſtri, dum ſupernaturalia volumus ex naturalibus iudicare, nec obſtat ſi Doctores aliquando vtantur rationibus naturalibus ad ſolutiones obiectionum infideliũ cõtra fidem. Vltimo docetur credendum nobis, ſine diſputatione, diminutione, dubitatione, & ſine operibus fidem mortuam remanere.

Hebr. 11. PRo principio ſermonis vide San. Paulũ ad Hebr. Vbi dicit, & concludit de fide antiquorũ patrũ. In fide teſtimonium, ſcilicet, iuſtitiæ à Deo, & ab hominibus conſecuti ſunt.

¶Hoc mane prædicabimus de gradibus fidei, quos Sanctus Auguſt. ponit. Scilicet credere Deũ, credere Deo, & credere in Deum. Pro intellectione primi gradus, & dicendorum, ſecundum eundem Paulum, vbi ſupra. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, ideo, Accedentem ad Deum credere oportet, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Hæc ille. Ideſt omni fideli etiam in lege naturæ, qui vult cũ Deo eſſe, & ſibi quòd ſit acceptus, neceſſe eſt eum, hos duos articulos in communi habere, & credere de Deo. Primo quòd credat quia eſt. Ideſt, ꝙ ipſe ſit Deus & cauſa omnium rerum. Et in hoc articulo implicite intelligũtur omnes articuli fidei, qui habentur de Deo & eius diuinitate. Vt vnitas eſſentię, & trinitas perſonarum, Et quamuis ꝙ Deus ſit, non ſit abſolute articulus fidei, quia etiam Philoſophi ad cognitionem Dei, & eius attributorum peruenerunt per rationes naturales, vt etiam dicit. S. Paulus Ro. Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius a creatura mũdi per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, Hæc ibi. Eſt tamen principium & preambulum fidei, quo remoto vt fundamento domus tota, domus articulorum fidei ruit. Nihilo minus apud ſimplices & idiotas eſt etiam articulus fidei, cum ipſi ſubtilitates naturales non valent penetrare. Vide Thom. 1. p. q. 2. Vbi per quinq; rationes naturales oſtendit philoſophos deueniſſe in Dei cognitionem. vt ratione motus, in quo nõ eſt in infinitum procedere, ſed deueniendum ad primum mouens immobile. 2. per proceſſum, & terminationem efficientium, in quibus neceſſe eſt dare primũ medium, & vltimum, 3. ratione contin- Rom. 1.

Quinq; vi is philoſophi deuenerunt in Dei cognitionem.

tin-

tingentium, quæ necessario reducuntur ad necesse esse, aliter mundus deficeret. Quarto ratione participationis quia solus Deus habet esse per essentiam, ad quem omnia habentia participatum esse reducuntur. Quinto ratione finis, quia cuncta reducuntur in vnum principium, quod est finis omnium, Hæc ibi sumarie. Et Boetius dicit pulchrum pulcherrimus ipse, mundum mente gerens similique sub imagine formans, quia ex pulchritudine artificiatorum pulchritudo & existentia artificis arguitur, & denotatur. Exemplifica in artificiatis. Propterea Deus per Malach. 1. dicit. Filius honorat patrem & seruus dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus, & si ego dominus, vbi est timor meus, dicit dominus exercituum. Et Hierem. 10. Non est similis tui domine, magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te ò Rex gentium? tuum enim est decus. Hæc ibi & multa alia. Secundus articulus Pauli est, & quòd inquirentibus se sit remunerator, & adde recedentibus ab eo sit punitor, quia oppositorum eadem est disciplina. In quo notantur, & subintelliguntur implicite omnes articuli fidei pertinentes ad Christi humanitatem, cuius est prouidere homini de salute eius, vt qui voluerunt quęrere eum, eique obedire, remunerentur magis in anima quā in corpore, cum sit nobilior corpore, & qui ab eo recedunt scribantur in terra secundum Hieremiam, per damnationē. Ex quibus habetur clare, quòd Deus habeat prouidentiam omnium rerum, & per maxime actuum humanorum, quorum est remunerari si sūt boni, & puniri si sunt mali. Nec dicas ergo sicut apud Ezech. 9. dicebat abominabilis populus Hebræorum. Dereliquit Dominus, & terram dominus non videt. Et ibi additur post multa. Igitur & meus non parcet oculus, neque miserebor, viam eorum super caput eorum reddam, hæc ibi. Et ad hoc propositum accipite, quod dr̄ Oseę. 4.

Duo articuli Pauli continent implicite oēs articulos fidei.

ex parte Dei. Non est veritas, non misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit, propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea. Quidam ex philosophis fuit interrogatus, quid Iupiter facit, respondit alta humiliat, & humilia exaltat. Hic possis discurrere. Gen. 16. Vbi dicit dominus, quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terra, & dixit delebo hominem quem creaui, à facie terræ. hæc ibi. Et Gen. 16. Descendit dominus super clamorem Sodomorum an ipsum opere cōpleuerint, & pluit super eos sulphur & ignem de cœlo, & subuertit eos. Idem fecit, quando diuisit superbiam ædificantium turrim Babylonię per diuersas linguas, & dispersiones. Et de flagellis Pharaonis ac submersione eius in mari rubro. Et pestilentia graui Dauid immissa. 2. Regum vltim. Et breuiter dictum est Achab per Helyam. 4 Regum. 9. Vide Achab, percutiam, vsque ad mingentem ad parietem. Et idem. 3. Regum 14. fuit dictum Regi Hieroboam. Intelligite ergo insipientes, & stulti aliquando sapite. Qui finxit oculum non cōsiderat, aut qui plantauit aures non audiet? vere Dominus prospexit de cœlo sancto suo, vt videat, si est intelligens aut requirens Deum. Et vidit quia non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, &c. Secundus gradus fidei est credere Deo, idest in his quæ ipse ordinauit credenda, & sancta mater Ecclesia declarauit, & approbauit credenda. Quoniam vt dicit S. Paulus. Ephes. 5. Sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illā sanctificaret mundās eam lauacro aquę in verbo vitę. Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & imma-

Digitized by Google

culata. Et 1. Thim. 3. Ecclesia Dei viui columna, & firmamentum veritatis, hæc ibi. Pro clariori intellectione huius gradus fidei est notandum, quòd quatuor sunt gradus cognitionis nostræ, & tres primæ possunt esse cum aliquo errore, sed non quarta. Prima est cognitio sensuum exteriorum, in quibus accidit error circa sua obiecta oblata eis. Potentia enim visiua videt solem paruum, qui est magnus. Auditus etiam decipitur circa consonantias, & dissonantias, odoratus circa odorabile, ideo & homo prauum habet odoratum vltra alia animalia, gustus circa gustabilia, quia & palato nō sano pœna est panis, qui sano est suauis, tactus similiter pressior, & depressior est in hoc vel in illo. Similiter necessario, & sensus communis errat, cū error accidit in sensibus exterioribus à quibus cognitionem recipit, idem & phantasia, quæ mendicat sua obiecta a sensu communi, & cætera. Similiter in intellectiua contingit error ex errore phantasię, quia nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu, & intelligentem oportet phantasma speculari, quæ si fuerint infecta maxime aliqua passione affectus, etiam intellectum inficit, sicut clare patet in consiliarijs magnatuum. Omnes enim eisdem libris student, & quilibet eorum secundum affectionem suam trahit iuditium pro suo principe in eadē causa, modo quo radij solares immutantur in colore ex varijs coloribus vitri, quod pertranseunt, quia secūdum philosophum, quicquid recipitur, recipitur per modum recipientis. Est quarta cognitio que est per lumen fidei præeminēs omnibus prædictis cognitionibus. In qua nunquam potest esse error. Quia hoc donum luminis fidei est datum a summa trinitate, & ab eius summa veritate, & non mendicatum per cognitionem, & delationem à sensibus. Quoniam Ecclesiast. dicitur. Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi. Et Paul. 1. Cor. 2. Quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei, nobis autem reuelauit Deus per Spiritum sanctum. Sed tūc solum error in hac cognitione accidit apud aliquem, quando hæc supernaturalia miscet cognitioni sensuum & intellectus naturalis, vt vellet inuestigare ea per sensus & cætera. Isti igitur qui ea quę sunt fidei, volunt miscere cū sensibus exterioribus, & imaginatiua ac intellectiua naturali, tamquam ab ipsis dependētia errant in his quæ sunt fidei, vt si quis de Eucharistia vellet iudicare secundum sensum, & intellectum, quomodo totus Christus sit ibi in tam parua quantitate hostię, & accidentia ibi possunt esse sine subiecto, errat. Et similiter quòd Deus sit homo, & homo Deus, & quòd Deus sit passus, & cætera, errat. Sed hic secundum Apostolum oportet omnem nostram intelligentiam subijcere in obsequium Christi, qui hanc veritatem infallibilem docuit nos, verissimis virtutibus & signis eam approbādo, quæ etiam dictis prophetarum clare, ostensa est Christo Messia declarante. 2. Corinth. 10. Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Et hic locus ab auctoritate est certissimus & absque errore, quoniam maior est auctoritas sacræ scripturæ, & sanctæ matris Ecclesiæ, quàm vlla auctoritas, vel ratio cuiuscunq; scientis. Iob 36. Ecce Deus magnus vincēs scientiam nostrām. Deo bene sanctus Paulus dicit. 1. Cor. 2. Loquimur sapientiam Dei, quam nemo principum huius seculi cognouit, dicit glo. idest, philosophorum. Et si quādo opus est in huiusmodi super naturalibus fidei vti sensibus, vtendum est eis tanquam ancillis, quantum opus est, iuxta illud Prouerbior. 9. Ancillas suas misit vt ad arcem vocarent. Et quamuis sacri Doctores, quandoque vtantur rationibus, & probationibus naturalibus in declarandis quæ sunt fidei, tamen hoc faciunt non ad necessitatem confirmationis veritatis fidei, sed potius ad clarificationem intellectus, & vt grossiores addiscant, & facilius diuina

[Margin: In trib. nostris naturalibus cognitionib⁹ potest esse error, sed nō in quarta.]

[Margin: Qđ theologia ē creditiua.]

uina

uina quæ sola fide creduntur, capiãt. Vnde si ab Augustino quæreres circa rationes naturales, quibus vtitur in his quæ sunt fidei, an his quæ sunt fidei credas propter tuas rationes, vel quia fides sic præcipit credere, vere diceret, ego credo his quæ sunt fidei, quia Christus sic mandauit, & Ecclesia eius sponsa, talia credenda declarauit, & non propter aliquas meas rationes. Vnde ipse August. dicit. Non crederem Euangelio, nisi Ecclesia me commoneret. Et Ambrosius dicit. Tolle argumenta vbi fides quæritur. Et Gregor. fides non habet meritum, vbi ratio præbet experimentum. Quandoq; tamen cum infidelibus sancti disputant per rationes naturales, non tamen ad credulitatem, sed ad defensionem contra obiecta soluendo rationes ipsorum infidelium contra fidem factas etiam ratione naturali. 1. Petri. 3. ca. Dominum autem Christum sanctificate in cordib. vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem, de ea quæ in vobis est spei, scilicet & fidei, sed cum modestia & timore conscientiam habentes bonam, vt in eo, quòd detractant de vobis confundantur, qui calumniantur vestrã bonam in Christo conuersationem. hæc ibi. Vnde concludendo veritatem dicamus. Ea quæ sunt fidei credenda sunt simpliciter sine disputatione, quia Numer. 16. dicitur. Homo est Deus quasi homo, vt mentiatur. Item sine diminutione & plenarie, quia si omnibus articulis crederes præter vnum articulum, de nullo habes fides, sed solum opinionem, cum omnium articulorum sit vnum fundamentum, scilicet, infallibilis veritas, quam si ab vno articulo remoues, ruit tota domus aliorum articulorũ, quæ est fundata super infallibilem veritatem. Iacobus. 2. cap. dicit. Quicunque totam legem seruauerit, offendat tamen in vno, factus est omnium reus. De his vide Sanctus Thom. 2. 2. quæst. io. 5. artic. 3. Item credendum est articulis fidei sine dubitatione, non dico

Quõ credenda sint quæ sunt fidei.

tentationis, quæ accidit nobis ratione fragilitatis humanæ, quia talis est cum merito, si est cum displicentia, & absque deliberato consensu. Dicit etiam S. Antoninus. 2. part. T. 12. cap. 2. in fine. Qui dubitat ex deliberatione rationis, vel quia vult dubitare, non magis declinans ad vnam partem quã ad aliam, quia hoc est proprium dubitare, est mortale, secus si aliquando vacillet circa ea quæ sũt fidei per modum tentationis, & cum displicentia rationis, quia tunc est veniale, vel nullum peccatum. Et ca. 4. addit. dubius in fide est infidelis, & intelligitur de eo qui sponte vult dubitare, secus de eo qui aliquando vacillat circa fidem ex tentatione cum displicentia rationis. hæc ille. Et Io. Dominici in suis capitulis ad moniales super Apostoli dicta capit. 25. Maior pœna quæ potest haberi in hoc mundo, est fortis & magna tentatio in his quæ sunt fidei. Et est multo insupportabilior, quã martyrium corporale. Quoniam martyrium carnis dat pœnam corpori, sed martyrium fidei sagittat animã in nobiliori, parte quàm sit sensus, scilicet, secundum & spiritum, & ideo est magis pœnosum. Et tales mediãtibus bonis operibus & conatu ipsorum, habent in cœlo palmam martyrij, hæc ille. Insuper pro hac parte huius gradus fidei dicit S. Thom. 2. 2. quæst. 6. artic. 6. ad 2. si simplices inueniuntur non pertinaciter peruersæ doctrinæ adherere, si in talibus ex simplicitate deficiunt, non eis imputatur Et hoc Gaet. exponens dicit. Nota tu qui in patria hęreticorũ Christi partes agis, quòd simplices, vt mulieres idiotæ & huiusmodi, si seducti errant absq; pertinacia in subtilitatibus fidei, quòd non incurrunt hæreticorum culpam, aut pœnas. hæc ibi. Tertius gradus fidei est credere in Deum, idest, per charitatem bonis operibus ire ad Deum. quia Iacob. 2. cap. Fides sine operibus mortua est. Nam in ea non lingua tantum, sed opus exigitur. Ideo Christus dicit vos amici mei estis, si feceritis,

Qñ dubitari cõtingit in fide ex tentatione, sine mortali, & quando cũ mortali.

Tẽtatio in fide est maior, q̃ martyrium.

De errantib. in fide ex simplicitate.

Fides sine operib. est mortua.

Digitized by Google

quæ præcipio vobis. Et legis perito, & adolescenti eum interroganti quid faciendo vitam æternam possidebo, respondit. serua mandata. In figuram huius Matth. 21. Maledixit arbori fici, in qua non erant nisi folia dicens. Nunquã ex te fructus nascatur in sempiternum, & arefacta est statim ficulnea, & videntes Discipuli mirati sunt dicentes. Quomodo continuo aruit. Et Lucæ. 13 Paterfamilias præcepit agricolæ, vt succidat arborẽ fici, quæ tribus annis expectata fructum dare, & non dedit, sed erat fulta folijs, addens, vt quid terram occupat. Hæc ibi. Ideo S. Iacobus. 2. cap. dicit. Quid proderit fratres charissimi, si fidem dicat quis se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? supple non. Et Paulus Rom. 2. Non enim auditores legis iusti sunt, sed factores legis iustificantur. Et Math. 7. Non omnibus qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei. Et 1. Ioan. 4. cap. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius, non seruat, mendax est, & in eo veritas non est. Et Paulus. 1. Corinth. 13. Si habuero omnem fidem, vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum. Multa exẽpla habes ad propositum. In nostro sermone deus vult omnes homines saluos fieri.

SERMO SEXTVS.

TOTVS HIC SERMO VERSATVR circa mores primitiuæ Ecclesiæ in parte orientali, & occidentali, & circa mores hominum vtriusque sexus particulariter, per quos distant à Deo, per quos & nos confundit Deus ad instar Babylonis.

Gen. 11. LEgitur Genes. 11. In illo tempore, erat terra labij vnius, & vnius sermonis, scilicet, cum homines habitarẽt in partibus orientis. Cumque inde separarentur, accesserunt ad partes occidentales, & inuenerunt latum campum in terra Senaar, & habitauerunt in eo. Dixerunt ergo adinuicem. Venite faciamus ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat vsque ad cęlum, & celebremus nomẽ nostrum antequam diuidamur in vniuersam terram. Descenditque Deus, vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam, & vidit quòd non desisterent à sua cogitatione, donec eam opere complerent. Et dispersit eos Deus super faciem cunctarum regionum. Et vocatum est nomẽ ciuitatis Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ.

Hoc mane solum interpretabimur hanc historiam moraliter. In qua cõtinetur qualis fuerit ecclesia primitiua, & quãtum nos degenerauimus ab ea. Insuper continetur, vbi ædificatur domus finaliter lasciue & voluptuose viuentibus, & de confusione eorum non solum in hac, sed etiam in alia vita. Et si Deus quandoque prauos in suis prauitatibus expectat statim eos non puniendo, at expecta eum, vt dicit

cit propheta, si tardauerit, quoniam veniens veniet, sicut in tota sacra scriptura continetur, in ira & furore suo, & vnusquisque portabit iniquitatem suam. secũdum suam ordinatissimã, & iustissimam iustitiam & prouidentiã.

¶Pro clariori intelligentia dicendorum est prænotandum, quòd secundũ omnem veritatem, tam naturalium, quam theologalium Doctorum & sacræ scripturæ. Deus omnipotens est vbique secundum essentiam, quia dat esse omnib. secundũ exigentiam suam vbique secundum potentiã, quia vbique est omnipotens, à quo est esse, & bene esse, & omnis influxus in creatura, quia secundum quod dicit sanctus Greg. Si manus Dei non continerent, omnia in nihilũ redigerentur. Et vbique per præsentiam, sicut & anima nostra æqualiter est præsens omni parti & toti corpori, quia est tota in toto & tota in qualibet parte corporis, q̃a ipse solus ratione suę perfectionis est illimitatus loco. Et hoc Psalm. confirmat dicens. Si ascendero in cœlum tu illic es, si descẽdero in infernum ades, si habitauero in extremis maris: tua manus deducet me. Vnde concludendum est, quòd nemo sit, qui se abscondat à calore eius, tam iustus quã peccator. Sed Deus dicitur quandoque in scriptura appropinquari creaturæ maxime homini ex aliquo influxu, quem nouiter creatura recipit ab ipso, secũdum quod Christus dicit, qui facit oriri solem super bonos & malos & pluit super iustos & peccatores. Et de hoc plena est sacra scriptura. Hoc modo philosophi & sacri theologi nouitatem in creatura ponunt & non in Deo ex creatione noua mundi, & nouo, vel continuo influxu in creatura, secundum quod declarauimus in nostris sermonibus de verbo Dei incarnato. Similiter quando dicitur in scriptura Deum esse longe ab impijs, dicitur per priuationem alicuius eius influxus, vel spiritualis vel temporalis, dum etiam quandoque pręparat creaturam suam in vltionem inimicorum suorum, secundum modum placitum suæ voluntatis. De his similiter plena est sacra scriptura. maxime lege Deut. Deus igit̃ non localiter distare quandoque dicitur ab homine, sed formaliter, quia non imitatur à sua creatura, secundum quod Paul. dicit. Imitatores Christi estote, sicut filij charissimi. Et iterum ille pater, ille mater, ille frater meus est, qui facit voluntatẽ patris mei, qui in cœlis est. Et Christus rogabat patrem pro suis sequacibus vt sint secũ vnum, scilicet in conformitate voluntatis suæ, sicut & ego tecum vnum sumus. Similiter dicendum est, quòd quandoque peccatores dicuntur longe esse à Deo propter deformitatem voluntatis eorum ab eo. Et hoc maxime fit & ostenditur in trãsgressione præceptorũ Dei, sicut Hierem. 2. dicitur. A seculo, idest à pueritia fregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti nõ seruiam. Et hoc tam per promissionem factam in baptismo, vbi abrenuntiasti Sathanæ & pompis eius, quam etiam per acceptationem seruandi mandata Dei. Fregisti & rupisti, quia dixisti in eis, seruiã diabolo & pompis eius & non Deo viuo & vero. De hac inconformitate, & distantia peccatoris dicit Christus. Seruus sciens voluntatem domini sui & nõ faciens, vapulabit plagis multis.

Quõ Deus dr̃ esse distans & appinquãs creaturæ.

Deut. 15.

Ad propositum ergo historiæ moraliter interpretatę. In illo tempore erat terra labij vnius & vnius sermonis. Nota quòd ex hoc habetur, quòd non solum aliqua pars terræ, sed vniuersa terra erat vnius linguæ, labij, vnius, & sermonum eorundem. i. modi proferendi eiusdem. Nam contingit etiam Dalmatas & Italos & Theutones, &c. communicantes in verbis, differre in labijs, sed isti nec in verbis nec in labijs differebant. In quo moraliter denotatur, q̃ inter homines tanta debet esse consonãtia, vt sit omnino absque aliqua fictione, simulatione, vel adulatione cohabitatio eorũ, & in omnibus sit cor vnum, & anima vna in Deo & adinuicẽ, quia vt Christus dixit

In principio creationis hominis fuit lingua hebręa.

xit ex abundantia cordis os loquitur. Moraliter igitur oriens potest nobis hic denotare Christum. Ecce vir oriés nomen eius, & in cantico suo Zacharia, oriens ex alto, &c. Pars orientalis potest denotare primitiuam Ecclesiã Christianorum, quæ fuit sub tempore Apostolorum, & successorum eorũ per multa tempora, qui erant propinquiores Christo in terra, qui est verus sol iustitiæ Christus Deus noster. Ideo ex recordatione ꝓpinquioris præsentiæ eius corporalis & exemplaritatis in se habebãt lucidissimam vitam & doctrinam sanã, sicut & partes orientales soli ꝓximiores gignunt præciosissimas margaritas, & fructus suauissimos producunt, perinde quòd fuerint sicut Paradisus delitiarum, in quo erant cuncti generis arbores, pulcherrimę aspectu, & dulcissimę gustu, quia & Paulus dicit 1. Cor. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego Iesu Christi. Et Philip. 3. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Erat ergo terra labij vnius, & vnius sermonis. Dicit labij vnius, qa quamuis labia & bona sunt. Psalmus. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in ęternum. De his vide Prouerb. 10. & 20. sunt labia & mala Prouerb. 16. In labijs insipientis ignis exardescit. Et duodecimo capitulo, propter peccata labiorum ruina proximat malo, tamen hic moraliter labium vnum, in bonum est accipiendum, modo quo de Iob dicitur primo capitulo. non peccauit Iob in labijs suis. Primo ergo erant vnius labij, quia Actuum 2. erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Dicit Dur. 4. sentent. distin. 12. In primitiua Ecclesia quando vigebat maior deuotio ex vicinitate passionis Christi, indictum fuit fidelibus, vt singulis diebus communicarent. Vnde Anacletus Papa dicit, & habetur de cõsecratione, distinctione secunda, peracta cõsecratione omnes communicent, & qui nolunt Ecclesiasticis careant liminibus, sic enim Apostoli docuerunt & sancta mater ecclesia tenet. Postmodum inditum fuit tepescente deuotione, quòd in anno saltem ter communicarent, scilicet in Paschate, Penthecoste, & Natali Domini, vt dicit Fabianus Papa, & habetur de consecratione, distinctione. 2. Si vero frequentius. Postremo vero refrigerante deuotione multorum, statuit Innocentius III. vt saltem semel in anno, scilicet Paschate fideles communicent, extra de pœnit. & remissione, capitulo omnes vtriusque sexus. Et adhuc pauci inueniuntur. hæc ille. Dicit etiam Tertullianus capitulo secundo. dum Plinius 2 prouinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis quibusdã gradu pulsis, ita tamen multitudine perturbatus, quid vlterius ageret, consuluit tunc Traianum Imperatorem, allegans præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de Sacramentis eorum comperisse, quàm cętus ante lucanos ad canendum Christo & Deo. Et ad confederandam disciplinam, homicidiũ, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera scelera prohibentes. Tunc Traianus rescripsit hoc genus inquirendos quidẽ non esse, oblatos vero puniri oportere. Et breuiter de sacris Pontificibus concludẽdo feruore fidei post Petrum successiue, vt dicit fasciculus tẽporum. 33. Pontifices morte violenta pro Christo sunt mortui. hæc ille. Et vt breuius etiam de alijs ętatibus primitiuę ecclesiæ percurram. Eo modo in omni ætate, & conditione viuebatur, quomodo omnes nos sanctus August. viuere hortatur dicens. Infantia nostra innocentia sit, dic practicando per vitam sancti Nicolai & similium. Et de his infantibus, & pueris, &c. dicit Psalm. Parentibus. Filij qui nascentur exurgent, & narrabunt filijs suis, vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei, ne fiant sicut patres eorum generatio praua & exasperans, vt in diluuio, & in deserto

Marginal notes: Zach. 6. — De causa diuersitatis tempo — ris in perceptione Sacramenti Euchari stiæ. — Quam virtuosa fuit primitiua Ecclesia. — Quales debẽt esse homines in ætatib. suis.

Digitized by Google

deserto educti de Ægypto. Vbi glosa dicit. Christiani qui nascuntur ex aqua & Spiritu sancto, debent docere filios suos, ponere spem suam in Domino per orationes deuotas & fidem, seruando mandata Dei. Et non fiant sicut patres eorum Pagani, & Iudæi resoluentes se per voluptates, & choreas &c. practica de huiusmodi. Hæc instructio ostensa est in matre Sancti Ludouici Regis Francorum, dum sibi diceret. vellem te potius mori corporaliter, quàm peccare mortaliter. Itē Sanctus Augustinus. Pueritia sit reuerentia. Vide Ecclesiast. 7. & Prouerb. 23. & 29. de eruditione puerorum, & Ecclesiast. 7. & 16. de eruditione puellarum. Insuper omnes parentes ad filios accipiant perpulchram exhortationem, quam Tobias senex quarto capitulo per totum ponit. vide ibi de verbo ad verbum practicando. Et omnes recordētur de puero blasphemante dimisso suæ voluntati à parentibus qui vt dicit Sanctus Gregorius quinque annorum existens damnatus est, vt patet in quarto Dialogorum. Item Augustinus. Adolescentia sit patientia, quia plurimum hæc ætas erudienda est, ne in vetita declinet, quia dicitur Genes. 8. Sensus & cogitatio cordis humani prona est ab adolescentia in malum. Et ideo hortatur scriptura. bonum est viro ab adolescentia iugum, supple, Domini accipere. Quoniam quod testa noua capit, inueterata sapit, & quia Salomon dicit Prouerb. 30. cap. penitus ignoro viam viri in adolescentia sua, scilicet ad quid declinabit. Ideo plurimum assuefienda est in bonum & ad virtutes. Aliter puer dimissus voluntati suæ confundet matrem suam, &c. Item Augustinus. Iuuentus virtus. practica per omnes virtutes huic ętati conuenientes, quia dicitur Ecclesiast. 25. Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo in senectute tua inuenies? Et Ecclesiast. 6. Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam, quasi hic qui arat, & qui seminat accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. In opere enim illius exiguum laborabis, & cito edes de generatione illius. hæc ibi. Item Augustinus, senium meritum, quia senex debet habere prudentiam & grauitatem, moderationem, & Dei timorem, quæ sunt causa omnis meriti, & honoris in sene. De honore ipsorum dicitur Leuit. 19. Honora personam senis, & coram cano capite consurge. Et Moysi Deus. Nume. 11. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quòd senes populi sunt ac magistri ad gubernandum populum, etiam post ipsum successiue tales eligendi forent, vt etiam Christus de hoc tangit. super cathedram Moysi, & cæt. Et nota dicit, quos tu nosti, quòd senes sint populi, & non leues, &c. quia corona dignitatis senectus, quæ in vijs iustitiæ reperietur. Prouerb. 16. Et contra leues senes Ecclesiast. 25. tres species odiuit anima mea & aggrauor valde animę illorum. pauperem superbum, & diuitem mendacem, & senem fatuum & insensatum. hæc ibid. Et hi omnes imitentur ex 2. Mach. 6. Eleazarum senem, qui ob timorem Dei, & ne sit malum exemplū iunioribus cum posset euadere mortem, noluit nec etiam ficte & simulate comedere prohibitas carnes in lege. Sequitur in Aug. dante rationem verę senectutis dicens, quia senectus nihil aliud est, quàm canus sapiensque intellectus. Item. Ecclesiast. erant norma secularium ascendentes ad cathedram dignitatum, sicut alter Aaron. vide Paulum ad Heb. 5 cap. vnde distinctio. 20. capit. si Papa. bonitas ipsius salus est omnium, peruersitas ipsius cedit in damnationem innumerabilium personarum. Et de Episcopis dicit Sanctus Paulus oportet Episcopum esse irreprehensibilem. Et ide ibi, quia perpulchre discurrit per documenta vitę Ecclesiasticorum. 1. Thi. 4. & ad Titum primo. Insuper monastici vtriusq; sexus debent viuere secundum nomen suum, quia monachus di-

citur à monos græce, quod latine dicitur vnus, & achos quod latine dicitur tristis, quia debet esse semper vnus cum Deo, & deplorans sua & peccata populi. Clerici seculares debent non solum vita sancta pollere, quia qui ferunt quotidie vasa domini debent esse mundi, & vt dicit Deus eis, sancti sint & absque macula, quia ego sanctus sum qui sanctifico eos, Leuit. 21. & Exod. 31. tamen dicit S. Hiero. de ipsis. sacerdotis officium est de lege interrogatum respondere, qui quamuis ex vitæ merito ecclesiam ædificet, tamen si nesciat obsistere destruentibus Ecclesiam, tantum nocet ei & destruit eam ex ignorantia, quantum ædificat ex merito vitæ. Insuper Prædicatores, & doctores obseruabant documenta Apostoli. 2. Thim. 2. Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant litem. Et ad Titum idem. Sunt enim inutiles & vanę. Et 1. Corinth. 4. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute, & 2. Corinth. 4. Non enim nosmetipsos prædicabimus, sed Iesum Christum Dominum nostrum. Habemus enim thesaurum istum in vasis, vt sublimitas sit virtus Dei & non ex nobis. Similiter principes regnabant, secundum dei voluntatem vt ministri eius, potiusq; bonũ commune, quàm proprium quęrebant, maleficosque iuxta mandatum Exod. 18. Non sinebant viuere super terram. vide de his Exod. 23. & Deuter. 16. Maxime quales debent esse erga pupillos, &c. vide etiam Leuit. 19. & Deute. 25. Practice etiam extende te ad mulieres, vt habes in expositione nostra Euangelij, Infra oct. Nat. Domini. Sequitur in historia. Et erat terra vnius labij. i. absque mendacijs, & periurijs iuxta Christi documentum. Nolite iurare per cœlum, neque per terram, sed sit sermo vester est est, non non. Matth 5. Practica de virtutibus & vitijs in cõtrarium, quæ in Deum, & proximum possint committi verbo, & opere, & erat pax hominibus bonæ volũtatis, &c. vt essent moraliter sicut arbor ornata, quã Nabuchodonosor vidit apud Danielem. Eam practica hic applicandc, sicut ipsam applicaui superius, vbi declaraui in sermonib. de verbo incarnato, quales nobilitates habuerũt primi parentes in Paradiso Terrestri. Et in particulari. vide pulchra documenta sancti Pauli ad Titum. 2. & 1. Petri 3. & 5. Sed heu his nostris miseris temporibus ecclesia primitiua declinauit, in nostris ętatibus, in omnibus superius nominatis conditionibus & gradibus, recedẽtibus per malam & degenerem vitam à sole iustitiæ, seque conferentibus ad partes occidentales, & tenebrosas per omnia scelera, vt impleatur id quod dicit propheta Dauid. Dominus prospexit de cœlo vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum, & ecce omnes inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum vsque ad vnum. vide nostram expositionem super euangeliũ, erunt signa in sole. Vbi de obscuratione omnis stat⁹ disserui. vide etiam nostram moralem expositionem super quatuor animalia Ioel prophetæ, quæ omnem viriditatem ecclesiæ comederunt. Insuper de omnibus his Azarias propheta ad Asã Regẽ prophetauit dicens. Transibunt multi dies in Israel, ita & in Ecclesia Christi absque vero Deo, idest, vero cultu Dei & absque sacerdote, absque doctore quoque & absque lege. 2. Paralip. 15. Dicit quòd habeat esse absq; lege, idest, obseruantia legis, absque doctore, idest, recto sed adulatore. Et in illo tempore non erit pax egredienti & ingrediẽti, sed terrores vndique in cũctis habitatoribus terrarum, pugnabit gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia dñs conturbabit eos in omni angustia. hæc ibid. Et S. Pau. 2. Th. 3. In nouissimis dieb. instabunt tempora periculosissima. Erunt homines seipsos amãtes, cupidi, elati superbi, blasphemi, parentibus inobedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinẽtes, immites, sine benignitate, proditores,

De ecclesia nostrorum temporum.

proterui

proterui,tumidi, voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes quidē speciem pietatis,virtutem eius abnegantes,& hos deuita. Hæc ille. Et sic separati a Deo vero, inuenerunt campum latum.s.voluptatum,vt fecit prodigus,& sicut Salomon.Eccle.2.qui dicit.Nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur. De hoc campo lato dicit Christus. Matth. 7. lata est porta,& spaciosa via,quę ducit ad ꝑditionem.Et dæmō Christo dixit omnia regna &c. Et Prou. 30. os vuluę insaciabile. Et Eccle. 5. auarus non implebitur pecunia, nec ambitiosus sua sorte est contentus. Hic adde de inuitatis ad nuptias, qui noluerunt venire, quia inuenerunt latum campum luxuriarum,ambitionum & auaritię. Et habitauerunt in terra Senaar, quæ interpretatur fertilis,& fętor eorum, quoniam talibus Hiere. Tren.4. dicit.

Prauorū interitus.

Qui vescebantur voluptuose,interierunt in vitijs, & qui nutriebantur in croceis,amplexati sunt stercora.Hi tales merito vt Christus dicit,proijcientur in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium, & vbi subter eos sternetur tinea, & eorum operimentum erunt vermes. Dico habitatio eius edificatur sicut Epuloni post mortem in fętore inferni perpetuo, sicut Zach. 5. cap. dicit de muliere sedente super amphoram, quam milui in forma mulieruw deportauerunt in terra Senaar,vbi in domo sibi edificata stabiliter maneat, idest in inferno vbi nulla est redemptio.Hi miseri mūdani, & sic voluptatibus, & concupiscentijs eius allecti edificant superbiam & elationem contra Deum, cui⁹ mandata passim absq; freno transgrediuntur,assidueque stant Deo ex aduerso, vt ait Iob. Tetēdit manus suas aduersus Deum, & contra omnipotentem roboratus est, cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est, operuit faciem eius crassitudo,& de lateribus eius a ruina dependet. Hæc ibi. Et miseri non prospiciunt,ꝙ omnis caro fenum, & omnis gloria eius sicut flos campi, hodie est & cras in clibanum mittitur. Non considerāt,quia omnia mundana sunt lutea,& fragilia,& quòd transit mundus & concupiscentia eius, & ꝙ nihil post transitum ab hoc mundo viri inuenerunt diuitiarū in manibus suis, sed in acquisitis voluptatibus confundentur in die malo, quoniam vt dicitu Sap. 5. dicēt illi qui sūt in inferno. Quid profuit nobis superbia nostra, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia illa tanquam vmbra, & sicut nuncius præcurrens. Vide totum capitulum,quia est pulchrum & ad propositum. Nec dicas sicut apud Ezec. cap. 9. dicebant sceleratissimi, & pleni omni spurcitia Hebræi,Deus non vidit, quoniam sicut & ipsos ira Dei perimet te, non parcens paruulo vel grandi incipiendo a templo suo, sicut ibi factum est. Quoniam hic dicit historia edificate Babilonis. Descendit autem Dominus, non mutatus de loco ad locum, vt superius diximus, sed vt videret ciuitatem, & turrim superbiæ, & voluptatum; quam edificabant filij Adam, scilicet ad puniendum eos vidit,& determinauit,quia secuti sūt Adam transgressorem mandati Dei, & appetentem Deo assimilari per superbiam suam. Puniuit igitur eos per confusionem, quoniam confusi & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis dicit. Psalm. Ita dico tibi popule meus,qui non solum per annum totum, sed hodie scelestius in stercoribus tuis congregatis putrescis, dum lasciuijs effrenate sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus in tuis diabolicis dissolutionibus omnium spurcitiarum. Practica super vitia & enormitates quæ fiunt his tēporibus, quibus magis est flendum quàm tympanizandum, quoniam iam Deus arcum sui furoris tetendit in orbem terrarum, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus efficit. Expecta quia in conuiuijs tuis, & tuis voluptatibus

Dan. bus ficut Apud Danie. Baldasari, mittet Dominus manum suam ad scribēdum omnia tua acta, & verba & secretissima abscondita cordis tui, & traderis post grauissima flagella temporalia, Diabolo, & Angelis eius æternis pęnis. Penitemini ergo, & quiescite peruersa agere, & discite benefacere, aliter omnes similiter peribitis, sicut & illi decē, & octo in Syloe super quos turris cecidit insperate, quam edificabant, & sicut tempore diluuij, & Sodomorum voluptatibus se dantes insperate Dn̄s alios diluuio suffocauit, sup alios pluit ignem & sulphur, & deinde subuertit eos duplici cōtritione &c.

SERMO SEPTIMVS.

VERSATVR CIRCA APPARITIONEM digitorum Balthasar Regi, cuius occasione districtam rationem demonstrat, quam reddituri sumus Deo, qui omnia cogitata subtiliter librat rigore iustitiæ suæ, redditq; vnicuiq; iuxta opera sua.

LEgitur Danie. 5. Rex Baldasar fecit magnum conuiuium optimatibus suis, & bibebant in vasis aureis, & argenteis, asportatis de templo Hierusalem vinum, optimates, & vxores eius, & concubinę, & laudabant Deos aureos, argenteos, ęreos, ferreos, ligneos, & lapideos. Et in eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis Aulæ Regiæ, & Rex aspiciebat. Tunc facies eius immutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & compagines renum eius soluebātur, & genua eius ad seinuicem collidebant. Et non valens ipse, & omnes eius magistratus ac sapientes legere, aut interpretari scripturam, vocatus Daniel, sibi legit & interpretatus est scripturam. Quę ita scribebat. Mane, thethel, phares, quod sonat numerus, appensio, diuisio. Et est sensus & interpretatio. Numerauit Dominus regnum tuum, & completum est, idest compleuit illud, per simile sicut pecunia numerata tollitur & absconditur. Appensus es in statera, & inuentus es minus habens idest iusto Dei iudicio minus viues q̄ putabas, & diuisum est regnum tuū, & datum est Medis & Persis, vel fractum est regnum tuum. Nam phares fragmentum significat. Et eadem nocte capta est Babilon, & eadem etiam nocte interfectus est Baldasar Rex Caldeus.

¶ Hoc mane interpretabimur moraliter prædictam apparitionem, quę est tota de reddenda ratione omnium cogitationū, & actuum Domino. Et ad propositum doctrinale huius interpretationis, vide nostram concionem, quomodo in iudicio reddenda est omnium ratio, & quòd vnicuique & sua, & alterius facta bona, & mala erunt aperta, & nota, & multa ibi ad propositum.

¶ Baldasar interpretatur capillus capitis qui superfluitatem denotat peccatorum, vel absorbens diuitias, potest nobis denotare quemlibet voluptuosum, & mundanis superfluitatibus

Digitized by Google

tibus & cõcupiſcentijs deditum, ſicut equus, & mulus in quibus non eſt intellectus. De his Hiere 3. polluiſti terram in fornicationibus tuis,& in malitijs tuis. Et Sap. 2. Venite ergo & fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino precioſo, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos roſis antequam marceſcant, nullum pratum ſit quod non prętereat luxuria noſtra. Nemo noſtrum ſit exors luxuriæ noſtræ, vbiq; relinquamus ſigna letitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra. Hæc ibi. Et de his Eccleſiaſt. 2. ca. omnia quæ deſiderauerunt oculi mei non negaui eis, nec perhibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his q̃ præparaueram Et hoc etiam notatur in conuiuantibus optimatibus glorioſis, vxoribus & concubinis,& bibitione vini. Dicit Pau. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. Et illud bibebãt in poculis vel vaſis aureis,& argẽtei, quia gloriantur cum male fecerint & exultant in rebus peſſimis, ſicut dicitur Prouer. 2. Nam aurum eſt glorioſum ſuper alia metalla, & argẽtum ſonoroſum. Et de his Apoc. cap. 17. loquitur, ſub figura mulieris matris fornicationis, & abominationis terræ, q̃ glorioſe indutam vidit, poculum aureum in manu eius plenum abominatione, & immunditia fornicationum eius, quæq; ſedebat ſuper beſtiam coccineam plenam nominibus blaſphemiæ, habentem capita ſeptem, & cornua decem. Et in fronte mulieris erat ſcriptum miſterium, Babilon magna, mater fornicationum & abominationum terræ. Hæc ibi ſententialiter.

¶ Hæc mulier a mollitie dicta eſt miſer epulo, & ſimiles, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabãt quotidie ſplendide, & tãdem ſepultus eſt in inferno. Eſt & prodigus adoleſcens, qui conſumpſit totam ſubſtantiam ſuam, ſcilicet & bona naturalia laſciuijs inordinauit, & bona temporalia ſibi ad vſum data conſumpſit in luxurijs,& voluptatibus, Ideo habebat,& poculum aureum plenum abominatione, & immunditia fornicationum eius, vt ſuperius dixit Eccleſiaſt. & Sapientia. Et ſedet ſuper beſtiam, ideſt abominatam,& beſtialem vitam. Pſa. Homo cum in honore eſſet, ſcilicet p̱ peccatum, comparatus eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis. Pſal.
Dicitur hæc beſtia coloris coccinei, ideſt ſanguinei. Iſaia cap. 1. manus veſtræ plenę ſunt ſanguine, quia tales luxurioſi,& voluptuoſi multa mala crudelia operantur, quatenus expleant ſuas voluptates, vt patet in filocaptis & potentioribus. De hac Hiere. 2. In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſterneberis meretrix. Iſa. 1. Hiere. 2.
In hoc quòd hæc beſtia habebat. 7. cornua,& 10. capita denotantur voluptantium ſeptẽ peccata mortalia, & tranſgreſſiones 10. præceptorum Dei. Hiere. 5. Sicut decipula plena auibus, ſic domus eorum plenę dolo. Ideo magnificati ſunt,& ditati, incraſſati ſunt & impinguati, pręterierunt ſermones meos peſſime, hæc ibi. Hij igitur laudant Deos aureos,& argenteos &c. In hoc oſtenditur varia tranſgreſſio prauorum, quia quot peccata mortalia perpetrant, tot dæmones adorant, & venerantur. Vnde & Paul. Coll. 3. dicit. Auaritia quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus. In ſcriptura enim inuenimus ſeptem nomina dæmonum principantium. 7. mortalibus peccatis. Primum eſt Lucifer,& ſignat ſuperbiam, quæ in Lucifero primo inuenta eſt, q̨ voluit Deo aſſimilari. Eccleſiaſt. 10. Initium ſuperbiæ hominis eſt apoſtatare a Deo. Et hic notatur in hiſtoria in dijs aureis. Secundum eſt Sathan. Zach. oſtendit mihi Dominus Ieſum ſacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Domini, & Sathan ſtabat a dextris eius, vt aduerſaretur ei. Hic interpretatur aduerſarius plaſmatori,& ſignificat inuidiam, qua inter homines magnæ diſcordiæ cauſantur. Et hic notatur in dijs ligneis qui corodun-

Hiere. 5. Coll. 3. De 7. nominib⁹ dę monũ ex ſcriptura. Eccle. 10. Zach. 3.

roduntur a vermibus. Tertium est Leuiathan, qui interpretatur persequés eos, & significat iram, qua homo hominem persequitur ad mortem, de cuius malignitate est plena sacra scriptura. Et hic notatur in dijs ferreis. Quartum est Asmodeus, qui est super luxuriosus. Vnde & ipse occidebat viros apud Thobiam. 6. ipsius Sarrę, quia ad matrimoniū accedebāt sicut equus, & mulus. Et hic notatur in æreis dijs. Quoniam apud eundem Dan. 2. venter ęreus, qui seminat genitalibus materiam luxuriæ significabat monarchiam Græcorum, qui valde erant luxuriosi. In signum huius ęs contactum inficit manus. Quid luxuria magis inficit corpus, & alienat animam hominis? Quintum nomen est Mamona qui interpretatur diuitiæ vel cupiditas, & significat auaritiam, quæ est idolorum seruitus secundum Paul hic notatam in diuitijs argenteis. Nam dicit Eccle. 10 pecuniæ omnia obediunt. Sextum est Belzebub, qui interpretatur vir muscarum, & significat gulam. Semper enim carnibus muscę insident. Et hic notatur in poculi, quibus vina bibebant ad ebrietatem. Septimum est Behemot, qui interpretatur bestialis, & denotat accidiam, per quam miser homo in bestiam vertitur, putrescens ocio in corpore & spiritu. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit, quę Dei sunt. Et hic notatur in dijs lapideis, quia lapis est grauis, semper tendens deorsum. Et etiam denotat vitam ex accidia obstinatam in malo, quia accidia, & ociositas est mater omnium viciorum, vt clare patet Prouerb. 29. qui sectatur ocium, replebitur egestate & Eccl. 33. multam malitiam docuit ociositas. Et quamuis tolerantur quandoq; a Domino, tamen Iob. 20. Laus ipsorum breuis est & gaudium Ipocritæ ad instar puncti, & multa alia vide ibidem ad propositum. Vnde dicit Hiere. Tren. 4 Qui vescebantur voluptuose, interierunt in vijs, & qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt ster

Tob. 6.

Dan. 2.

Eccle. 10.

1. Cor. 2.

Prou. 29.

Eccle. 33.

Iob. 20.

Tre. 4.

De seuera iustitia diuina.

cora. Contra hos sic conuiuantes apparet iustitia seuera Dei, & quandoque accidit eis insperate ad interitū, sicut apud sanctum Lucam tempore diluuij, & tempore subuersionis Sodomæ, & Gomorrę. Comedebant, bibebant, conuiuabant, vxores ducebant, & insperate, ac repente super eos venit interitus. Et Prouerb. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsanabo vos, cum vobis, id quod timebatis aduenerit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio, & angustia, hæc ibi. Hæc iustitia diuina etiam apparet terrifica homini in voluptatibus, & prauitatibus viuenti quando infirmatur, & videt se propinquum morti, & interitui, quia tunc vt dicit. Pau. Testimonium reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit Deus occulta hominum. Et Aug. ait, nihil grauius q̄ in tali statu viuere, in quo times mori. Vere tunc articulatim in conscientia scribuntur omnia cogitata, acta, & neglecta miseri voluptuosi, ac prauę iuuentutis, vt in multis experiētia docet in tali statu existētibus, ex talibus timorosis repræsentationibus facinorum suorum. Et q̄ prope est æternus interitus eorum, pallescunt, tremunt, debilitantur, & a sensu alienantur. Iob. 20. vadent & venient super eum horribiles. De his vide nostrum sermonem, an omni morienti dæmones appareant, & interpretationem moralem ad propositum Euangelij. 2. Dominicę in Aduentu, super erunt, signa in Sole &c. Scriptura erat mane idest numeratio, quasi diceret morienti cito, miser Deus numerabit omnia cogitata, & facta tua, & tua neglecta, ac tuas ingratitudines in Deum, & proximum, & vt dicit Propheta, scrutabor Hierusalem in lucerna, & reddes rationem toti⁹ villicationis tuæ. Hic habes latum campum praticandi. Iam amplius non poteris villicare, Iam com-

Luc. 18.

Rom. 2.

Digitized by Google

completus est finis tuarum crasitudinum. De hoc habes ad propositum exemplum apud Sanctum Gregorium in dialogo de apparitionibus horribilibus contra Chrisororum voluptuosissimum, & petenti indutias a Domino vsq; mane non sunt concessę. Thethel, idest appensus es in statera, & inuetus es minus, quia apud iustum iudicem statera equa est absq; fallacia, & acceptatione personarum. Quoniã

Sap.6. vt dicit Ioannes in Apocalipsi, opera illorum sequuntur illos. Non eñ subtrahet personam cuiusquam Deus, q̃ est omnium dominator. Nec verebit̃ magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum, & magnũ ipse fecit, & equaliter est ei cura de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio, hęc ibi. Hic habes latum campum practicandi super hanc stateram bonorũ, & malorum operum. Et dic exemplũ ex discipulo de milite regis Corradi voluptuose vsq; ad mortem viuentis, quomodo sibi apparuerunt Angeli cum libro, & nihil inuenientes, vel paruum bonum opus recesserunt, deinde dæmones cum grandi, & nigerimo libro pleno suis facinoribus, & noluit cõfiteri, sed desperatus mortu⁹ est. Phares, idest diuisio, quia instat tempus in quo ab omnibus amicis hic in mundo, & a consortio sanctorum Paradisi separabiliter perpetuo datus eris in manus Luciferi, & eius Angelorum. Et relinquent vt Psalmus.d. alienis diuitias, & voluptates Babilonicas, idest suæ confusionis, & damnationis. Hic habes latum campum practicandi in particulari ad omnem conditionem. Hoc & hoc relinques, &c. Et dic exemplum doctoris Parisini super feretrum iacentis mortui, q̃ surrexit exclamãs, ante conspectum Dei præsentatus sum, & secunda die exclamauit, ante eundem accusatus sum, & tertia die clamauit, condemnatus sum. Hoc exẽplum vide in discipulo, & beato Antonio prima parte de iuditio.

SERMO OCTAVVS.

EX OCTAVO ET DECIMO CAPITVLO. Neæmiæ, tradit doctrinam vtilitatis verbi Dei: & de veris modis pœnitentiæ prolixius vsq; in finem.

Neem. 8. & 10. SEntentialiter. Cõgregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateam, vbi suasu populi. Esdra attulit legem Moysi, & ascẽdẽs in loco eminentiori, facta oratione, & populo respondente amẽ, congregatoq; omni populo vtriusque sexus nemine excepto, legit ex ea apertę de manu vsque ad mediam diem, & aures eorum erant intentæ ad librum. Et hoc faciebat singulis diebus, idest secundum Lyram, festis tabernaculorum, interpretando eis legem. Populus autem attentus ad ea quæ legebantur, cognouit se in pluribus Domino deliquisse, permaxime in commixtione matrimonij cum alienigenis contra legis inhibitionem, propter quod egit magnam pœnitentiam, in ieiunio, sacco, & cinere, & segregatione ab vxoribus ex gentibus. Et sua peccata humiliter confitebantur quater in die, & quater in nocte, laudantes, & adorantes Dominum Deum suum. Et Esdra enarratis populo magnalib⁹ Dei ergo eos, & ingratitudine eorum

Deiq; misericordia, conclusit per orationem ex parte populi. Nunc itaq; Deus noster magnus, fortis, & terribilis custodiens, & pactum, & misericordiam, ne auertas a facie tua omnem laborem nostrũ, qui inuenit nos in peccatis nostris, quia super his omnibus, nos ipsi percutimus fędus, & scribimus, & signamus scripturam ambulãdi de cætero in lege tua, quam dedisti nobis, peramplius non cõmiscendo nos, nec iungendo matrimonio gentilium mulierum. Cætera si vis, vide in fonte.

Hoc mane solum interpretabimur moraliter historiam, in qua perpulchra, & salubra documenta continentur. Qualiter verbum Dei sit solicite audiendum, & de eius fructificatione, quoniam non speculatiue sed practice est audiendum cum magna deuotione, vt penetret cor peccatoris ad sui recognitionem, & quomodo miser peccator in tali recognitione debet pęnitentiam agere.

¶ Per Esdram ergo scribam intellige omnem legis Dei prædicatoré, non Ciceronianum &c. quia verbum Domini illuminat, & intellectum dat paruulis. Quem debet omnis populus, legem Dei prædicantem solicite cõcurrendo deuote, & rogare vt eis prædicet, & eum audire. Sanctificate ieiunium, vocate cetum, coadunate senes cætera vide in textu. Hic practice te extende ad miseriam christianorum, leues mimi, & zaratani prædicant &c. & omnes concurrunt. Tuba Dei terribilis legationis diuinæ ꝑsonat, & pauci, ac sine deuotione adueniunt, vt merito in captiuitatem, & temporalem, & spiritualem redigantur. Isai. 5. propterea populus meus ductus est in captiuitatem, quia non habuit scientiã. Emittam famem in terram, nõ tamen panis neq; sitim aquę, sed audiẽdi verbum Dei, in hoc etiam quòd dicitur afferẽs librum Esdra, vt ex eo legeret, primo benedixit Domino voce magna, respondente omni populo amen, denotatur, quòd ante prædicationem vt est consuetudinis in populo christiano a prædicatore cum populo implorãda est deuote spiritus sancti gratia &c. quia Christus dicit, non estis vos qui loquimini, sed spiritus sanctꝰ qui loquitur in vobis. Legit ergo eis præcepta legis, q̃a prędicatores Christum & legem eius debent predicare secundum Christi mandatum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Practica, & non Virgilium &c. Et populus erat intentus ad audiendum, quia. Qui declinat aures suas, ne audiat legem Domini, oratio eius erit execrabilis. Et percepit populus ex lege Domini audita in pluribus Domino deliquisse, & per maxime in cõmixtione carnali contra legem Dei. Hic practice extende te, vt notauimus superius in sermone de ꝑdicatione verbi Dei super expositionem tubarum de vtilitatibus verbi Dei. Quoniam non est tam magnus peccator, qui non terreatur in audiendo contra se legationem cõminatoriam Dei viui, iuxta quod Samueli Deus. 3 cap. dicit 1. Reg. Ecce ego dabo verbum in auribus tuis, vt quicunq; audierit tinniẽt ambę aures eius. Et maxime perceptum se deliquisse in carnalitatibus prohibitis a lege. Hic practice extende te, quomodo populus elapsis diebus anni, & per maxime carnis priuij deliquit in grauissimis voluptatibus, & concupiscentijs Deum prouocantibus ad furorem exterminatiuum, quia omnis caro inverecunda, vt tempore diluuij, & vtinam nõ Sodomitarum corrupit viam suam. Et quia Dominus prospexit de cœlo suo, vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum. Et vidit, omnes declinauerunt a semitis suis, non est qui faciunt bonum non est vsque ad vnum, vt sex viri portantes vasa irę Domini interficiant incipiendo a sanctuario, nec misereantur magno vel paruo vtriusq; sexus, sicut factum est super Hierusalem. Vide si vis historiam. Et ibi solum pepercit Deus illis, qui sua & populi peccata deflebant. Quapropter idem tu o popule facito.

Joel. 2.

Amos. 8.

Pro. 28.

Virtus auditionis verbi Dei.

Ezec. 9.

Digitized by Google

to. Si quo modo quemadmodũ Achab comminationem sibi factam ex parte Dei ab Helia propheta. 3.Reg.21. tibi Deus misereatur. Ibi enim dicitur Heliæ, vidisti Achab humiliatum coram me. Vade & dic ei, quia humiliatus es causa mei, non inducam hoc malum cõminatum tibi in diebus tuis. Et imitare Niniuitarum ploratũ & pęnitentiam factam ad Ione cõminationem. Vbi dicitur. Quis scit, conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur a furore irę suæ, & non peribimus. Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via ipsorum mala, & misertus est super malitiam suam, quam locutus fuerat eis, & non fecit, hæc ibi.

Matth.3. Videns Ioannes multos pharisęorum & Saducceorum venientes ad baptismum suum, qui erat pęnitentię, dixit eis, scilicet quia non contrito, & sincero corde confluebant ad eum. Progenies viperarum quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira: Facite ergo fructum dignum pęnitentiæ, & ne velitis dicere intra nos patrem habem⁹ Abraam. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrae. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum excidetur, & in ignem mittetur, hæc ibi. Videte dilectissimi ne accidat vobis.

Luc.17. Tempore Noe edebant, & bibebãt scilicet viri, & mulieres omnis corruptionis, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias vsq; in diem qua intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & ꝑdidit eos. Similiter factum est in diebus Loth. Edebant & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant, & edificabant Qua die autem exijt Loth a Sodomis pluit ignem, & sulphur de cęlo, & omnes perdidit. Et Christus comparatiue ad Galilæos per Herodem interfectos, & ad edificantes turrim in Siloe, quæ cecidit super eos, dixit Galilæis, & Hierosolimitanis. Dico vobis si pęnitentiam non habueritis omnes similiter peribitis. De operibus carnis priuij, & concupiscentiarum totius anni. Discurrit dicens. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, vt solutus cum soluta, inmunditia quo ad vsum contra naturã, in pudicitia quo ad tactus & oscula, ac amplexus, luxuria, quo ad cogitationes intus luxuriosas in affectu, vt qui respicit mulierem ad concupiscendam, iam męchatus est in corde suo, auaritia, in qua finis cõstituitur, quæ est idolorum seruitus, veneficia quæ fiunt per magicas artes, vt pacta cum dæmonibus, & dicuntur veneficia a veneno, quia venenant hominẽ immunditia, scilicet in corde, contentiones, scilicet impugnãdo veritatem cum confidentia clamoris, emulatio, scilicet semper obijcere intendendo, ire, de qua.p. Sol nõ occidat super iracundiam vestram, rixa, quia ex ira venitur ad percussiones, quę in rixa sũt, discensiones, sicut cum fiunt partes in Ecclesia, & in humanis, & in diuinis sicut, sunt heretici, sectę, inuidiæ. Ex his sequuntur homicidia, ebrietates assiduę, comessationes, scilicet lautæ sicut epulo, & his similia, q talia agũt, regnũ Dei non possidebunt, hæc Paulus. Audiens ergo populus legem Dei cognouit suum errorem, & sua peccata, quia Psal. dicit. Lex Domini immaculata conuertens animas, testimonium Domini fidele sapientiam præstans paruulis, de quibus Paulus, non efficiamini pueri sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. Et Abacuch Domine audiui auditum tuũ, & non Ciceronis &c. & timui. Et Psal. lucerna pedib⁹ meis verbum tuum, & lumen semitis meis, iuraui & statui custodire iuditia iustitiæ tuæ. Et iterũ cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum, & non sum turbatus vt custodiam mandata tua. Et Psalmus orabat cõmouisti Domine terrã tuam, idest terrenum hominem varijs fętoribus deditum, & conturbasti eã, scilicet per verbum tuum prædicatũ, ideo sana contritiones eius, quia commota est, scilicet ad ipsam. In signum huius

Gal.5.

1.Cor.14

huius dicit hic textus, perceptis exauditione legis in quibus deliquerant contra præcepta legis, ceperunt plorare magno fletu, & deinde ceperunt pęnitentiam agere in ieiunio, quantũ ad victus parcitatem, de virtute cuius vide nostram interpretationem super Euangelium feria quarta Cinerũ. In saccis quantum ad austeritatem vestitus, vt etiam Achab Rex superius fecit, & cinere vel humo, quantum ad sui status, gestus, & conuersationis humiliationem, vt idẽ Achab, & Niniuite. Et separatione ab alienigenis mulieribus. In quo denotatur omnis concupiscentia carnalis cõtra legem Dei. Practica de concubinarijs, & alijs immediatis occasionibus ad mala. Quoniam hæc a pęnitentibus tamquam venenosus basilicus sua p̃sentia mortaliter inficiens, expellenda sunt. De his habes prolixius in nostro sermone de pœnitentia. Qui cum sapientibus graditur sapiẽs erit, amicus stultorum similis erit. Et Psal. cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocẽs eris, & cum peruerso peruerteris. Et Dauid ad Deum cõuersus dicebat. Odiui Ecclesiam malignantium, & cũ impijs non sedebo. Et iterum discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Et confitebantur peccata sua cum magna humilitate, vt publicanus & Magdalena, & Dauid, quoniã cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Hoc ostensum est in p̃dictis, & Ezechia, ac Manasse regibus. Et cõfitebantur peccata sua quater in die, & quater in nocte, laudantes, & adorantes Dominum Deum suum. Hic numerus quaternarius confessionis, & laudis Dei denotat stabilitatẽ, & continuationem, ac perseuerantiã in pœnitentia. Nam secundum Philosophum quadrata figura est stabilis, ex qualibet parte bene sedẽs, & ipsam refert ad virum sapientem & probũ, qui ad vtramq; fortunam bene sedet in prosperis se non extollendo, nec in aduersis se deprimendo. Hic ergo quaternarius numerus confessionis, & laudis diuinæ denotat pœnitentium stabilitatem. Insuper prima vnitas pœnitentiæ est contritio, secunda confessio, tertia satisfactio, quarta perseuerantia cum laude diuina & orationibus, quoniam fumus orationis in vera pœnitentia maxime expellit Diabolum, vt figuratiue ostendit Angelus Raphael Thobiæ iuniori. Cor. n. piscis, idest pœnitentis qui fuit olim in profluxu concupiscentiarum, inde extracti ad litus pęnitentię, positũq; super ignem contriti doloris, fumus eius, idest feruens oratio expellit omne genus dæmoniorũ a tentatis. Christus dicit hoc genus dæmoniorum, nõ eijcitur nisi in oratione & ieiunio. Et debet fieri confessio Deo ore cum necesse sit die & nocte, & semper in habitu. Vnde Paulus sine intermissione orate. Et iterum quicquid agitis siue comeditis siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in nomine Christi facite. Hæc firmitas pęnitentium hic ostẽditur, in eo quòd sic confitentes instrumentum fecerunt Deo: obseruandi de cætero legem suam, humiliter deprecando eum, quòd præteritam noxam sibi parceret. Ideo enim instrumenta fiunt a debitoribus, vt firmiter promissa obligata seruentur. De obligatione hac vide nostrum ser. an Deo possum* satisfacere. Hoc instrumentum nos Deo facimus coram sacerdote genuflexi, dicentes sibi & legentes tanquã ex pergameno peccata, ac profitentes se esse Deo obligatos, promittendo de cætero nouam conuersationem, expoliando se veteri conuersatione cum actibus suis, & nouum indui, qui secundum Deum creatus est in sanctitate, & iustitia. Et sacerdos sigillat, vt hic fecerunt, instrumentum factum coram eo, scilicet sua sancta absolutione idest clauibus Ecclesiæ, in testimonium, quòd sint testes præsentes talium promissionum, & Dei reconciliationis. De hoc etiam vide nostram expositionem super historiam quando Iosue conuocato populo ex parte Dei quæsiuit ab eis, vultis libere seruire

Prou. 13.

Qualis debet esse vera pęnitẽtia & confessio.

1. Para. 32. & 33.

uire

uire Deo vel Idolis, & ibi ad promissionem populi in testimonium coram archa lapidem posuit, & aquam effudit, ꝙ liberi promiserint Deo de cetero seruire. In sermone de libro arbitrio vide. De hac pœnitentia. Perpulchrè hortatur pęnitẽtes ex parte Dei. Hier. 4. Si reuerteris ad me Israel, ait Dominus ad me conuertere, supple, & non ad creaturam, corde, verbo, & facto. Et quomodo hoc erit, sequitur. Si abstuleris offendicula tua a facie mea. i. tua peccata me offendentia, & non commoueberis, idest iterum ad peccatum & occasionem eius reuertaris, & iurabis. Viuit Dominus in veritate, scilicet nõ periurando sed cum discretione iurando, & in iuditio, & in iustitia, idest licite, & vtiliter. Et benedicent eum gentes, idest populum Israel sic facientem benedicent gentes, ipsumq; laudabunt. Quia hæc dicit Dominus viro Iuda, & habitanti Hierusalẽ. Nouate vobis nouale, idest mundate conscientias vestras, abscindentes a vobis mala præterita. Nolite serere super spinas, idest malas cogitationes, & praua opera, quæ Deum pungunt, & prouocant ad iram, ambulãdo Deo ex aduerso tamquam pungentes eum. Sed circuncidimini Domino, idest per renouationem a peccato. Practica ꝑ sensuum circuncisionem, & afferte præputia cordium vestrorum, idest obstinationem a vestro affectu, & voluntate, & consuetudines prauas peccandi, ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea. Scilicet & hic & in alio mundo, & succẽdet & nõ sit qui extinguat quia etiam dicitur. Tu autẽ noli orare pro populo hoc in bono, quia non exaudiam te. Hie. 14 15. Si Samuel, & Moyses steterint pro populo hoc non est anima mea cum eo, vide ibi. Et infra super hoc accingite vos cilitijs, idest si in obstinationibus remanseritis, plangite, & vlulate, quia non est auersa ira furoris Domini a vobis, cui sunt omnia præsentia. Et erit in die illa dicit Dominus, peribit cor regis & cor principum, & obstupescent sacerdotes, & prophetæ consternabuntur. Cõuertimini ad me in toto corde vestro &c. Ioel. 2. Derelinquat impius viam suam, reliquum vide in textu. Isa. 25.

SERMO NONVS.

DE MALO POENAE, ET CVLPAE: QVOrum primum à Domino Deo est; à quo est, & priuatio gratiæ atq; gloriæ, sed non sine causa, sicut & de cæteris pœnosis malis dicendum est, siuè à natura proueniant, siue ab hominibus, siue ab Angelis,

In calce superadditur, quòd hęc pęnalia sunt alijs odor vitæ in vitam, atq; alijs mortis in mortem.

LEgitur in libro Thobiæ viro acceptissimo coram Domino, ꝙ hãc tentationẽ cęcitatis permisit illi Deus peruenire, vt posteris daretur exemplũ patientiæ sicut, & Sancti Iob. Vide admiranda documenta eius, capitulo primo, & quarto. Nam ibidem subiungitur. Cum ab infantia sua semper Deum timeret, & mandata eius custodiret, non est contristatus contra Deum, quod plaga cęcitatis ei ad-

Digitized by Google

uenerit. Sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus vitæ suæ,& omnibus diebus benedicebat Deum sicut Iob. Et sicut beato Iob insultabant reges, ita & isti parentes,& cognati eius irridebant vitam dicentes ei. Vbi est spes tua, pro qua elemosinas,& sepulturas faciebas, sed ipse increpabat eos dicens. Nolite ita loqui, filij sanctorum sumus,& vitam illam expectamus, quam Deus dat fidelibus suis. Et ita habemus in sancto Thobia,& Iob, quòd mala pęnæ tam in persona quàm in alijs tribulationibus suis, a Domino eis data sunt, q̃uis mediantibus secūdis causis.

Hoc mane declarabimus Deum esse auctorem omnis mali pęnæ siue spiritualis, vt priuationis gratiæ, & glorię, siue corporalis, aut temporalis, nō autem peccati vel mali culpæ. Et per malum pœnæ intellige malum quod patimur. Per malum culpæ intellige malum quod agimus.

De⁹ ē causa pœnæ spiritualis & q̃ periculosa sit pęna spiritualis priuatiua.

Quo ad primum dicimur, qđ De⁹ est causa pœnæ spiritualis vt subtractionis gratiæ,& gloriæ, scilicet quòd indignus gratia & gloria priuetur, quia hoc bonum, & iustum est. Nam sicut Deus est immediata causa gratię & gloriæ, secundum Psalmum, gratiā, & gloriam dabit Dn̄s, ita etiam est immediata causa subtractionis gratiæ, & gloriæ in nō dignis eas habere Psal. Dilexit maledictionem,& veniet ei,& noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. O quàm grauis & periculosa est misero peccatori hęc priuatio gratię, de qua Paulus dicit, gratia Dei vita æterna, quia incurrit in maculam, & profluxum peccati deserēte eum gratia remotiua a peccato, Paulus gratia Dei sum, id quod sum. Videmus enim teste experientia tales ad omnem profluxum peccatorum currere. Derelinquentes viam rectam errauerunt. David hortabatur filium Salomonem. Si quęsieris Dominum inuenies eum, si autem rerelinques eum proijciet te in æternum, & propheta Azarias Regi Asa. 2. Parali. 15. cap. Si quæsieritis Dominum inuenietis, si dereliqueritis eum, derelinquet vos, & Psalmus longe est a peccatoribus salus. In figuram huius. 1. Reg. 16. ca. Spiritus Domini recessit a Saul, & exagitabat eum spiritus nequam a Domino, idest permissione diuina. Ideo amissa gratia Dei incurritur statim cum Deo inimititia. Vnde & Samueli ibidem dixit Deus. Vsque quo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet super Israel? In signum huius Dominus trāsgressores primos parentes iratus vituperabiliter expulit de Paradiso. Et Chaim obstinatus & inuidus fratricida dixit Deo. Ecce eijcies me hodie a facie terræ,& a facie tua abscondar,& ero vagus,& profugus in terra. Et Ecclesiast. Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere, quem ille despexerit. Incurritur & reatus pœnę non solum temporalis sed etiam æternæ propter offensionem boni æterni adhærendo creaturæ. Hiere. obstupescite cęli super hoc,& portę eius dessolamini vehementer dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Quibus Deus per eundem, capit. 17. dat pœnam, quia recedentes a te in terra, idest in inferno, qui est in centro terræ scribentur. Psal. Deleantur de libro viuentium,& cum iustis non scribantur. Et Apoc. Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idolatris,& omnibus mēdacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda. De gloria autem beatorum dicit Christ⁹ q̃ mundis corde datur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et quia nihil illuc coinquinatū ingreditur, propterea, & qui ingressus est ad nuptias filij patris familias absq; veste nuptiali, datus est ad tenebras exteriores. Idest tortoribus. ſ ęternis. De alijs malis penosis quæ patimur

2. Pet. 2. 2. Para. 28. 2. Para. 15. 1. Reg. 16. Eccle. 7. Hier. 2. Apoc. 21. Matth. 22.

q̃ sint

Digitized by Google

Omnis pœna tẽporalis ẽ a Deo etiam illata p secundas causas

ꝙ sint a Deo mediate vel immediate siue per suam creaturã corporalẽ siue per creaturam intellectualem puram, vt per bonos, & malos Angelos illatis, siue per malos homines, hoc clare habetur ex sacra scriptura per totũ. Cũ enim ipse Deus secundum veritatem habet prouidentiam omniũ quæ creauit, & ad omnes actus humanos extenditur, ipse circa suam creaturam cuncta disponit, & ordinat eam admiranbili armonia. Vnicuiq; cordę dans sibi proprium sonum, non solum in se, sed etiam in ordine ad totam consonantiam citharę. Scit enim ipse intellectualis perfectissimus agens ad quantum se debet, & potest extendi suus effectus, non minus quàm medicus sua medicina ab ipso cõfecta. Et ipse summus Deus agens vniuersale omnium suorum effectuum secundum Sap. 8. capitulo, habet curam & prouidentiã non solum in genere, sed etiam in specie, & indiuiduo. Dicit enim sapientia, attigit a fine vsq; ad finem, & oĩa suauiter disponit. Vide perpulchram declarationem huius auctoritatis inferius in nostro sermone super historiam exaltationis Mardochei in festo sancti Petri martiris. Et in secũda Dominica in Aduentu Domini in vna nostrarum expositionũ vide perpulchrã breuem declarationẽ, nihil esse in natura respectu Dei, a casu, vel fortuna, aut fato, quorum terminorum declarationem ibidem habes. Et ex his penositatibus in natura, si qui defectus sunt in creatura particulari, nõ tamẽ propterea Deo, peroptimo opifici attribuenda sit aliqua defectuositas, qa tales defectus in natura siue in particulari siue in vniuersali, sibi conueniunt in patiendo, & passio non est in agẽte sed passo. Vt combustio, vel febris, vel sterilitas, & similia, non sunt in agente talia, sed in patiente per talia. Nã defectus in aliquo vel est naturę, vel morum, vt vitæ inordinatę a voluntate procedentis, quia malũ culpę voluntati vt principali agenti attribuitur, quia secundum Aug. & Arist. peccatum ideo peccatum quia voluntarium. Si est defectus naturæ, certũ est vt diximus, ꝙ causare pœnam naturæ in aliquo, si est indefectuosum, & perfectissimum agens, non arguit in perfectionẽ eius, sed potius perfectionem, & prædominiũ virtutis in ipso, cum ratione suæ perfectionis non valeat a quoquã impediri, & virtus eius est prædominans. Si autem est defectus morum, scilicet prauorum operum, hic defectus Deo non est attribuendus nisi permissiue, vt in sequenti sermone sumus dicturi, quia clamat Deus per prophetam, fuge peccatum quasi a facie colubri. Sed dices. Nonne. Dum Semei princeps rebellasset contra Dauid sibiq; malediceret, vt & lapides in eum iaceret, & Abisai diceret regi, vadam, & amputabo caput eius, ait rex dimitte eum vt mihi maledicat, Dominus enim præcepit ei vt malediceret mihi? Et quis est, qui audeat dicere, quare sibi fecerit? dimitte eum vt maledicat mihi iuxta præceptum Domini? &c. Et si ita est, ergo etiam Dauid iniuste præcepit Salomoni, vt interficeret eum propter hãc maledictionem, vt habetur. 3. Reg. 2. Ad quod respondetur quòd quicquid entitatis est, aut actualitatis in actu peccati, est vtiq; a Deo, a quo est omne esse & agere, omnisq; essentia virtus & actio, sed deformitas actus illius videlicet ipsa auersio a rectitudine rationis & veritate iustitiæ, quod est formale peccati, non est directe sed solum permissiue a Deo, nec habet causam efficientem sed deficientem, estq; directe a libertate arbitrij, inquãtum ex nihilo est, & defectiua, ac errans. Sicut in fornicatione, & adulterio, quicquid est essentiæ virtutis, & actionis partis vegetatiuę seu generatiuę a Deo est, sed ꝙ actus illi procedunt a voluntate inordinata corrupta, & defectiua est directe, a libertate in quantum ex nihilo est & defectuosa, ac errans quæ quantum ad hoc est potius casus ab ente, & non ens q̃ ens. Sic in proposito. Quod Semei tantam aude-

2. Reg. 16.

Deus est causa excitatiua fla-

gelli ꝑ malos, non tamē est causa prauę voluntatis eorum in executiōe. bat regi, & militibus eius iniuriā irrogare, fuit a Deo, quantum ad illud qđ fuit potissimū in illa audatia, inquantum Deus per Semei voluit punire regis excessum, abusus vero illius audatiæ, vt pote, ꝙ Semei peruersa intentione hoc egit, in quo fuit culpa, non fuit a Deo: Et iuxta hūc modū in Hier.21. Hie. Eze.18. Alijsq; prophetis multotiens legitur Isa.45. Deum excitasse, vocasse, mouisse Caldeos aliasque gentes ad vastandum filios Israel, in quantum iusto iuditio puniuit populum suum. Illi tamen peruersa intentione fecerūt hoc, propter quod meruerunt perire. Vnde, Isai.17.20. Ve assur virga furoris mei, & baculus ipse est. Ad gentem fallacem mittā eum, ipse autem non sic arbitrabitur, sed ad conterēdum erit cor eius. Et ibi vide eius ruinam, quā perpulchrè Isaias describit. Sic quoq; dicitur Deus per Iudæos impleſſe, ea quæ de Christi passione per Isa. & cæteros prophetas prædixit, quemadmodum sacratissimus princeps Apostolorū protestatur. Deus qui prænuntiauit per os omnium prophetarum pati Christū Act.3. suum, impleuit sic. Vbi contra Sede- Hier.25. chiam regem & populū eius dicit De⁹, se missurum seruum suum Nabucodonosor in totalem ruinam eorum. Et deinde addit, ꝙ post 70. annos captiuitatis Iudæorum, visitabo super regem Babilonis, & super illam gentem iniquitatem eorum, & ponam terram illorum in solitudinem sempiternam. Et reddam eis secūdum opera eorum. Vide cætera in textu. Ex his etiam habemus, ꝙ Deus vnum principem, & populum per alium punit modo excitatiuo, vt diximus, quāquā Domini excitationem, & missionē ad hoc, praua sua volūtate exequuntur, vt odio. Exēplā adducuntur. Et blasphemijs in Deum. Et vt ad par- 4.Reg.14. ticularia magis descendamus. Recessit pessimus Sedechias rex Iuda a rege Babilonis per rebellionem, & negationem tributi, violationemq; iura- Eze.17. menti, vt etiā Eze. De hoc ad longū disseruit, dicens. Nunquid qui dissoluit pactum, effugiet? Deus misit contra eū seruū suū Nabuc. vt superius Hier. dixit, & cępit regem & ciuitatem destruxit, & in Babilonem captiuos duxit, vbi per 70. annos secundum prophetam Hier. pœnitentiam grauem egerunt. Insuper cum reges Assyriorum diu tribulassent, & oppressissent reges terrarum, cęperunt a rege Ægypti grauiter impugnari. Cū que rex Ægypti Syriam, & regnum Iuda vastasset, a rege Babilonis deuictus est. A quo etiam rege, vt diximus, regnum Iuda est dissipatum. Cum vero completa fuisset Caldeorum malitia, destructa est a Persis, & Medis eorū monarchia. Et monarchia Persarum a Græcis, scilicet Alexandro magno, monarchia quoq; Græcorum a Romanis. Romanorum quoq; ab intestinis ciuilibus inuicem bellis. Et demū a lapide de cęlo exciso .f. Chro, & Apostolis eius. De his oībus vide prolixius in nostro sermone de incarnatione verbi Dei. An ī Deo sit facta aliqua mutatio ex noua eius incarnatione. Deus.n. omnipotens, & si iusto iudicio suo nobis tamen occulto, ad tēpus, & in tempora protrahat in prauos suā seueram iustitiā, tñ quia corā eo nullum malum impunitū relinquitur. Lento gradu in sui vindictam procedit, tarditatemq; supplicij, grauitate cōpensat, quemadmodū gētilis Valerius affirmat, testante hoc idem summa veritate. Vbi Moysi oranti Domi- Exo.32. num pro peccato idolatriæ in vitulo pro populo, dixit ei. Ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatū eorum. Vbi dicunt aliqui hæc visitatio fuit facta tempore captiuitatis Babiloniæ. Hic practice extende te hortando populum, vt pertremiscat iudicia Dei, & post peccatum suum cum timore expectet sui peccati punitionē. Psalmus. A iudicijs enim tuis timui. Et assidue quilibet errans proclamet, Domine ne in furore tuo arguas me, qa d Eccl. Considera opera Dei, ꝙ ne- Eccle.7. mo possit corrigere, quē ille despexit. Multi enim & multi tam de regibus, quam de populis & priuatis hominibus

nibus post peccata eorum iusto Dei iudicio ab eius gratia derelicti, in propria cecitate, ac pertinatia, & cordis insensibilitate relicti, non solum temporaliter, sed etiam æternaliter perierunt. Addit Dauid neq; in ira tua corripias me, quomodo & ipse ex sui elatione fuit correptus. Dũ grauissima pestis in tribus diebus interfecit. 70. milia hominũ. Et quomodo fuit apud Ezech. punitus populus per sex viros irę Dei, quibus dictum est, trãsite per ciuitatem, & super quos non videbitis in fronte signum thau percutite, non parcat oculus vester nec misereatur, senem adolescentem, & virginem, paruulum, & mulieres interficite vsq; ad internitionẽ, cætera vide ibidem. Vide etiam. Circa finem capituli, ibi. Discite viro, & 23. circa medietatem capituli. ibi. Verũtamen nõ est auuersus furor Domini &c. Quia & si rex Manasses fecerit magnam pœnitentiam, tamen Deus non pepercit propter scelera eius, quin in populo suo, & in suis filijs sit punitus. Et in principio 24. cap. agitur, quòd Deus excitauit diuersos populos gentiles ad extirpandum Hebræos propter peccata & principum & populi.

2.Reg. vlt. Ezech.9. 4.Reg.22. & 23.

SERMO DECIMVS.

ABVNDE DECLARATVR PECCATVM EXcedere in grauitate omnẽ malum pœnæ, illudq; esse a praua voluntate non a Deo, licet ab eo sint omnia mala pœnę: In calce super adduntur tribulationum vtilitates variæ.

Iob.1. DE admirãdis flagellis sibi a Deo permissiue illatis omni ex parte, & nihilominus contra Dominũ nihil stulte locutus est, sed, concludebat in omnibus. Dominus dedit, Dominus abstulit, fiat voluntas eius, cętera prosequere ex tex.

¶ Hoc mane prædicabimus de maioritate, & excessu peccati super omnem pœnam & malum damni. Et pro declaratione sermonis. nota quòd hic comparatiue loquimur largo modo accipiendo comparationem, cum malum culpæ, & pœnæ in specie vel in genere non conueniant, sicut duo alba, vel albedo, & nigredo adinuicem quoniam nulla pœna in se dicit malitiam, vt probabitur, peccato autem in speciali conuenit malitia, quia inordinationem voluntatis præ se fert. Item præsupponendus est totus sermo præcedens, q Deus sit causa omnis mali pœnæ damni. Hier.2.

¶ His declaratis dicamus. Posset quærere auditor per modum dubitationis, vt clarior sit doctrina nostra videtur quòd maius malum non sit peccatum, omni malo damni. Quia si hoc esset verũ Loth qui iustus fuit, dicitur. Non obtulisset filias suas stupro Sodomitis volentibus nephandam violentiam inferre hospitibus Angelis. In contrarium est historia sancti Eleazari. Qui voluit potius mortem violentam eligere, quàm contra legem Dei carnes suillas etiam ficte comedere, dic historiã, est pulchra. Respondetur q̃ sine dubio absq; cõparatione maius malũ, & grauius est malũ culpæ omni malo pœnę. Et primo ratione causæ efficientis. Nã Deus est causa, vt diximus, omnis mali pœnæ, 2.Pet.2. 2.Mach.6.

Digitized by Google

Grauitas mali culpe ſupra malum penæ ꝑ totum.

ſed non eſt cauſa mali culpæ. Et cuius
Deus eſt cauſa, non eſt malum in ſe,
ſed poteſt eſſe nociuum patienti, non
tamen abſq; iuſto ordine, & ſuaui di-
ſpoſitione diuina, vt in præcedēti ſer
mone diximus, ſiue ſit hoc malū pri-
uatiuū ſpirituale, vt priuatio gratiæ,
quæ ſemper eſt ex aliqua iuſta cauſa,
& gloriæ qua etiam priuantur pueri
cum ſolo originali peccato decedētes,
quod eſt cauſa iuſta talis priuationis
vt alias diximus, & qua iuſtiſſime pri-
uantur in mortali decedentes ſicut
Dei inimici, ſiue ſint pęnæ corporales
Iſa. 45. vel temporales. Nam, Ego Dominus
& non eſt alter, formans lucē, & creās
tenebras, faciens pacem, & creans ma-
lum, ideſt pęnale. Ego Dominus fa-
Amos. 3. ciens omnia hæc. Si eſt malum, ſcili-
cet pęnę, interrogatiue loquitur, ideſt
4. 5. non eſt malum in ciuitate, quod non
fecerit Dominus. Et ibi, vide magnas
comminationes, quas minatur per to-
Eccle. 11. tum Bona & mala, vita & mors, pau-
pertas, & honeſtas a Deo ſūt, ſiue ſint
per homines permiſſiue, ſiue per Ange
los bonos, & malos illata, vt in ſanctū
Iob. 3. Iob. Et de bonis Angelis habeī apud
Ezechielem in ſex viris, ideſt Angelis
in ſimilitudinem hominum punienti-
bus Hieruſalem vſq; ad interitum, &
interfectionem per Angelum peſte ſe
uiſſima ſeptuaginta. m. virorum in tri
2. Reg. vlt. bus diebus. Et quando Angelus inter
fecit omnia primogenita Ægypti. Et
de malo pęne per prauos homines in-
flicto habes per totam ſacram ſcriptu
ram, vt in libro Iudicum per totum,
& in libris Regum, & Machabæorum.
In quibus habetur, quod Deus in pra
uos Hebræos puniēdos excitabat gen
tes. Inſuper de flagellis a natura il-
latis per voluntatem diuinā propter
Leui. 26. peccata, habes. Et breuiter conclu-
Deut. 28. dendo. Qui in ruina lętatur alterius
Prou. 17. non erit impunitus, & 21. cap. equus
paratur ad diem belli, Dominus autē
ſalutem tribuit. Et 28. propter pecca-
Eccle. 10. ta terrę multi principes ei⁹. Regnum
de gente in gentem transfertur pro-
pter iniuſtitias, & iniurias, & contu-

melias, ac diuerſos dolos &c. De ma-
lo autem culpæ dicitur. Fuge peccatū Eccle. 21.
tanquam a facie colubri. Inſuper De⁹
nulli eſt cauſa, ꝙ auertatur a ſummo
bono, & cōſtituatur inimicus Dei, qđ
incurritur per mortale, & cum venia-
li non poteſt quis videre faciem Do-
mini niſi purgat⁹ ſit ab eo, quia nihil
inquinatum intrabit in regnum celo-
rum. Et inſuper dicit Paul⁹. Vult om-
nes ſaluos fieri, & ad agnitionem veri
tatis venire. Ideo hominem natura-
libus donis decorauit ad ſui imaginē,
& ſimilitudinem, vt ſummum bonum
intelligeret, intelligendo amaret, amā
do poſſideret, poſſidendo frueretur, vt
dicit Auguſtinus. Sed ꝙ aliqui pri-
uantur tali effectu, ideo eſt, quia qui
fecit te ſine te, ſecundū Aug. non ſal-
uabit te ſine te. Et ſacra ſcriptura. Per Oſeæ. 3.
ditio tua ex te eſt Iſrael, ſalus autem
tantum ex me. Multi enim dicunt vt
Iob dicit de ſtultis, dixerunt impij
Deo ſuo. Recede a nobis, viam ſcien-
tiarum tuarum nolumus. Multi etiā
inuitati ad nuptias æternas excuſan-
tur venire allecti cupiditatibus auari
tiæ, luxuriæ, & ſuperbiæ, vt dicit.
Multi etiam volūt hic ventrem, & ibi Luc. 14.
mentem implere, & claudicant vtroq;
pede, vt dixit Helias populo Hebræo
rum colenti Deum cum idolis. Simi- 4. Reg. 18.
les illi, qui venit ad nuptias præſum-
ptuoſe, & inuerecunde abſq; veſte
nuptiali. Quia voluit brauio cęleſti Matth. 22.
potiri abſq; curſu virtutum, & abſq;
abſtinentia voluptatum. Et multi te-
pidam vitam ducunt, vt dicit. Vt me Apoc. 3.
rito ſint a Deo euomendi, quoniam
actus actiuorum ſunt in patiente be-
ne diſpoſito. Et ingratitudo deſiccat
fontem omnis gratiæ, & pietatis, de
quibus. Loquitur. Filios enutriui, & Iſai. 1.
exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me.
Et cōcludit inferius. Ideo terra veſtra
deſerta, & relinquetur filia Sion ſicut
vmbraculum in vinea, ideſt peracta
vindemia, & ſicut tugurium in cucu-
merario collectis cucumeribus. Tu
autem de huiuſmodi practica, quia
habes latum campum. Propter enim
pec-

peccata veniunt aduersa. Et Isa. 59. iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrũ, & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis, ne exaudiat. Et sanctus Tho. 2. senten. dist. 37. q. 3. art. 1. per totum, vbi agit, an Deus sit causa pęnæ, concludit in corpore articuli dicens. Et ideo dicamus pęnas a Deo esse, nullo autem modo culpam a Deo esse, quamuis vtrumq; malum dicatur. Cuius ratio est. Quia vnicuiq; rei assignatur causa agens secundum quod ab agente progreditur res illa, & quia culpa rationem mali & defectus habet secundum quod ab agente progreditur, quod actioné suã in debitum finem non ordinat, ideo culpæ assignari causa non potest, nisi talis in quem defectus cadere possit. Pęna autem non habet rationem mali vel defectus secundum quod ab agéte perfecto procedit, quia per ordinatam actionem talis agentis pęna infligitur. Sed habet rationem defectus, & mali tantum in ipso recipiente actionem, qui, per iustam actionem aliquo bono priuatur. Et ideo pœnæ Deus est actor, diuersimode tamen diuersarum pœnarum. Quædam enim est pęna dãni spiritualis, vt subtractio gratiæ & huiusmodi. Harum pęnarum Deus causa est, non quidem agendo aliquid, sed potius non agendo. Ex eo enim ꝙ Deus gratiam non influit, consequitur in isto gratiæ priuatio, quia iustum est, ꝙ ea immeritus careat, & ꝙ similiter gloria priuetur. Et q̃uis gratiæ priuatio, & fomes peccati ad malum inclinent, non tamen hoc intelligas, ꝙ inclinent per modum habitus, aut dispositionis directę sicut nec cæterę pęnę, sed indirecte hoc faciũt, inquantum per pęnam priuatur aliquis, quo quis a culpa retrahebatur. Et non est inconueniens, vt dicatur Deũ subtrahere illud, quo quis a culpa cõseruabatur immunis, scilicet gratia, & fomitis ligatione, vt in statu innocentiæ erat. Quædam vero pęna sensus est, quæ per aliquam actionem infligitur. Et huius etiam agendo De⁹ actor est. Et quamuis nullum malum a Deo vel agente alio intentum est, quia secundum Dionisium nihil ad malum respiciens operatur, sed omne malum, & defectus incidunt ex defectu aliquo, vel defectu causæ agentis, vel ex defectu materiæ recipientis. Malũ enim culpę accidit ex defectu causæ agentis, & ideo in causam agentem quæ deficere non potest, reduci non potest. Nam Deus actionis turpis secundum quod deformitati subitat, nó est causa, sed propria voluntas inordinata, & deformata, tamen causa ei⁹ est, secundum quod per actionem realem producitur. Exemplifica de peccatis, quæ per naturalia instrumenta exequuntur, & quæ per actionem voluntatis operantur, quia peccatũ ideo peccatum, quia voluntarium. Et ideo potest dici Deus causa peccati indirecta, quod per illam actionem realem est effectum. Exemplifica pro intellectione aliquali in Adam, quia dixit Deo arguenti eum de peccato cómissio, mulier, quam dedisti mihi, decepit me, & mulier dixit, serpés decepit me cum tamen & mulier, & serpens in se mali non sint, sed boni, quia omnis res realis est bona, de quib⁹ est etiã actus peccati, vt velle & nolle, sed deformitas nolitionis, aut volitionis peccati non est a Deo. Et quamuis Deus sit actor pacis, nihilominus non inconuenit ab eo pugnas, & discensiones quæ sunt res quædam, licet ex malitia hominis quandoq; inferuntur, procedere, propter bonum pacis, quàm Deus in vniuerso intendit. Nam per eas homines humiliantur, & a multis insolétijs comprimuntur, quod Deus per illas intendit. Nonne & Hebræos totiens bellantes Deus humiliauit, quatenus suos defectus recognoscant, & sic humiliati ad Deum proclament. Imo & concitauit in eos aduersarios, quos etiam humiliauit vt in Nabucodonosor est ostensum, sic enim Deus contraria elementa ordinauit in bonũ vniuersi, quia generatio vnius est corruptio alterius, & corruptio vnius

Digitized by Google

est generatio alterius. Vnde.S.Thom. Nam vnum bonum particulare contrariatur alij bono particulari, sicut calidũ frigido, & vtrumq; a Deo est, nec tamẽ sequitur ꝙ Deus pacis actor non sit, quia etiam ipsa contrariorum pugna ad aliquam vnionem ordinatur, qua. s. ad formam mixti conueniant, & etiam secundum quod in vniuerso per modum cuiusdam cõsonantię ordinantur. Ita etiam non est inconueniens, vt quamuis bonum naturæ a Deo sit, ꝙ etiam pęna quę sibi cõtrariatur, inquantum bona est, a Deo sit. Hæc sanctus Thomas vbi supra ad primum sententialiter.

¶ Ad obiectionem autem de Loth oblatione filiarum ad stuprum. Dicendum est, ꝙ Loth non obtulit filias animo recompensandi flagitium flagitio, abitrabatur enim & rationabiliter, vt rei probauit euentus, ꝙ populus non acceptaret huiusmodi oblationẽ, sed ꝙ placatus tanta submissione ipsius Loth desisteret a cepto. Et eo rationabilius ꝙ filiæ eius sponsę erant ciuium Sodomę. Quemadmodum vir placatus lacessito iniuria, pugionem nudum offert dicendo. Interfice me, non animo vt interficiatur, sed vt tanta, submissione placetur Iesus. Et propterea non declinauit Loth a iustitia in huiusmodi oblatione, dummodo viris istis nihil faciatis, quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei. Rationem assert ex parte illorum susceptã, ex hoc ipso ꝙ hospitio eos suscepit, vt intuitu ipsius Loth desisterẽt. Hæc Gaetanus super litteram, sed & aliter potest dici ꝙ hoc dixerit turbato animo cõsternatus alienatusq; a ratione, ex consideratione grauitatis peccati, & iniuriæ grandis quæ fiebat hospitibus, quos hospitabatur in domo sua, quæ excusant eius peccatum. Vnde sicut vehemens ira ligat rationem, ita vehemens stupor considerati mali ligat eandem vt quotidiana experientia docet.

¶ Secunda ratio est denominationis, quia per peccatũ simpliciter homo malus dicitur, non aũt ꝑ quãcũq; pęnam, ergo grauius peccatũ est omni pęna, antecedens patet practice discurrendo. An tu vetula infirma, & huiusmodi, mala simpliciter diceris, quia infirma, vel quia garula, & huiusmodi? & ita de alijs infirmitatibus, & tribulationibus siue a natura siue ab exteriori homine illatis. Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. 1.Cor.1. Cum infirmor, tunc fortior sum. 2.Cor.12. Sed quilibet peccans maxime mortaliter, dicitur simpliciter malus, practica, vt fornicator, proditor &c. Hoc etiam cõfirmatur per Pau. in Christo. Et ipse circundatus est infirmitate nostra, Hebr.4. quia tentatus est per oĩa. Et hoc ostenditur. In occisis crudeliter, matre cum 2.Mach.7. 7. filijs suis ab Antiocho rege, præeligentibus potius omnem mortem pati q̃ contaminari in ꝓhibitis a lege Dei, dic historiam. Idem ostenditur in sacris virginibus passis horribiles mortes, & vituperia pro Christi fide. Habes super omnia hæc perpulchrũ exẽplum in sancto Iacobo interciso omnibus membris pro constantia fidei. Vide in Voragine eius plorandam historiam, & multum deuotam.

¶ Tertia ratio est causa impositionis pęnarum, quia pœnę a lege nõ sũt impositę infirmis, & alias penales aduersitates patientibus, quoniam afflictis non est addenda afflictio, sed potius cõmiseratio, sed sunt positę peccatis iuxta Oratij dictum, oderunt peccare mali formidine pęnę. Vide de hoc pulchrum exemplum. Vbi Deus Deut.21. præcipit lapidibus a populo ciuitatis ad mortem obrui filium voluptuosum, & contumacem, vt auferatur malum de medio vestri, & vniuersus populus audiens pertimescat.

¶ Quarta ratio per quid separatur homo a Deo nisi per solam culpam, quæ directe charitati, & dilectioni opponitur, qua filij Dei coniunguntur Deo, vt superius dixit Isaias. Peccata vestra diuiserunt inter vos, & Deum vestrum &c. Et longe est ab impijs Deus, dicit. Psal. Vide etiam de

hoc

Digitized by Google

vtilitas flagellorum dei si equo animo suf ferantur.

hoc Sap.1. per totũ. Insuper propter peccata veniũt a Deo flagellorum aduersa, vt habes per totam sacram scripturam, & in pluribus nostris sermonibus de flagellis diuinis. Sed flagella sunt & præseruatiua a peccatis, vt Paulus de se dicit. Ne magnitudo reuelationum me extollat, datus est mihi stimulus carnis meæ. Infirmitas grauis sobriam reddit animã. Practica hic ad oẽs vtriusq; sexus, nisi infirmitatibus pręmerentur, in quàm magnũ vitiorum profluxum defluerent. Et praui per flagella ad Deum reuertuntur. Psal. Multiplicatę sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Vnde Dauid de seipso dicebat, cõuersus sum in erumna, dum configitur spina. Et de rebellibus dicitur. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Iudit sancta hortatur sacerdotes, vt populum animent Dei flagella sustinere patienter, quæ non ad perditionem sed ad emendationis correctionẽ credant eis a Deo esse data.. Quoniam sic omnes patres nostri per tentationes amici Dei esse probati sunt, & qui propter flagella Dei impatiẽter contra Dñm impatientiã, & murmurationem protulerunt, exterminati sunt, & perierunt. Hæc sententialiter.5.cap. Fili mi noli negligere disciplinã Dñi, neq; fatigeris dum ab eo argueris Quem.n.diligit Dñs castigat flagellat aũt oẽm filiũ, quẽ recipit. In disciplina perseuerate, tãq̃ filijs vobis offert se Deus. Quis enim est filius, quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes sunt oẽs facti, ergo adulteri, & non filij estis. Hæc ibi. Et, dicit. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tẽtatio probaret te. De his perpulchrè Aug. super. Psal.101.contemplatur. Iam seruiat quantum vult pater est. Si flagellauit nos, & afflixit nos, & contriuit nos, pater est, fili si ploras, sub patre plora. Noli cũ indignatione, noli cũ typo superbiæ plorare. Quod pateris vnde plangis, medicina est non pęna, castigatio est non damnatio. Noli repellere flagellũ, si nõ vis repelli ab hęreditate. Noli attendere quã pęnã habes in flagello, sed quem locũ in testamento. Sicut ergo pater miseretur filijs, sic misertus est Dñs timẽtibus se, quoniã ipse cognouit figmẽtũ nostrũ. Nouit quid fecerit, qũo lapsum est, qũo reficiẽdum sit, qũo ditandum sit. Hæc ille. De peccato dicit. Quem fructum habuistis, in illis in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est, & stipendia peccati mors. s. ęterna iuxta illud. Ite maledicti in ignẽ ęternum. Via peccantiũ cõplantata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pęnæ. Et Psal. Qm̃ nouit Dñs viã iustorum & iter impiorũ peribit. Et iterum pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur, & spiritus pcellarum pars calicis eorũ. Vide etiã pulchrum cap. Ad propositum malorum, qui sunt in inferno, quomo plorabunt miseriam ipsorũ infernalem, comparatione ad sanctos contemptos in hoc mũdo, & in cœlo inter sanctos & electos Dei computatos. Et in fine addunt. Quid nobis profuit superbia nostra, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Et narrat vanitates, & breuitatem delitiaru m eorum in hoc mundo, quas habuerũt. Et concludũt. Virtutis nullum signũ valuimus ostendere, in malignante autem nostra consumpti sumus. De his & præcedenti sermone ad propositum, vide nostras interpretationes super Euangeliũ feriæ quintæ Cinerum, & de cęco nato, & sermones nostros an vnus puniatur pro peccato alterius, & sermonem supra calatos Hiere. & sermonem supra captiuationem Sedechiæ regis Iuda, quia prolixi⁹ in eis tangiť de malis culpæ, & pœnæ.

✠

Marginalia: Eccle.31. — Heb.12. — Tob.12. — Ro.6. — Matth.25. — Eccle.21. — Sap.5.

SERMO

SERMO VNDECIMVS.

NECESSITAS DILECTIONIS inimicorum declaratur, & quando inimicis debeant impendi signa beneuolentiæ. Quid remittendum inimicis, quidque ab illis exigendum sit: Notantur, & remedia contra illatas iniurias.

Matth. 5. 1. Reg. 24. & 26.

EGo autem dico, legitur. Ascēdit Dauid, & habitabat Engadi in locis tutissimis. Audiens Saul assūpsit tria millia electorum virorum ex omni Israel, & perrexit ad inueniendum Dauid. Et rex Saul ingressus est in speluncam ad purgandum ventrem, vbi Dauid latitabat. Serui autem Dauid persuadebant, vt interficeret Saul, & noluit, sed tantum præcidit oram clamydis eius silenter dicens ad pueros. Nō mittam manum in Christum domini. Porro Saul egressus est de spelunca, & pergebat cœpto itinere, & egressus Dauid post eum clamabat. Domine mi Rex quare audis verba hominum obloquentiū, Dauid quærit malum aduersus te? Ecce quòd hodie tibi pepercit oculus meus. quem persequeris ò rex? Canem mortuum, & culicem viuum? Hoc audiēs Rex Saul quieuit ab ira, dixitque ad Dauid. Quis enim cum habuerit inimicū dimittit eum in viam bonam, etiam capit. 26. Dauid descendit iterum cum Abisai ad castra Saul reincitato contra Dauid & dormienti cum omnibus militibus suis, accepit Dauid cyphum aquæ & lanceam quę super caput Regis erant, sed noluit potens eum occidere. Et hoc secundo Saul cognouit culpam suam. hæc ibi. tu autem si vis, vide prolixius in textu.

Hoc mane ad propositum S. Euangelij prædicabimus de necessitate dilectionis inimicorum.

Quæritur ergo: An de necessitate salutis, diligendi sint inimici, quia hic dictum est antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuū. In contrarium est, vbi supra. Matth. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. Respondet S. Thom. cum cæteris doctoribus. 22. questio. 25. articu. 8. quòd dilectio inimicorum potest tripliciter considerari, secundum quod inimicus tripliciter consideratur. vno modo inimicus consideratur materialiter, secundum quod homo est ad dei imaginem factus, capax beatitudinis, & ordinatus vna tecum ad ipsam. secundo modo formaliter, vt inimicus, scilicet, inquantum est malus, quia inimicitia dicit malitiam. tertio modo potest considerari inimicus in speciali, vt talis persona, scilicet, vt est Petrus Antonius, vt scilicet, q̄s moueatur motu dilectionis in speciali in Petrum, aut in Antonium inimicum. Dico igitur quo ad primam dilectionem inimici. Quo, scilicet ad naturam humanam in communi, sic de necessitate salutis diligendus est inimicus, quia sic quilibet homo vt est homo, ad Dei imaginem factus est, quique secundum naturam est bonus, vt puta Dei creatura, ordinatus ad beatitudinem. Secundo modo inimicus consi-

Matth. 5. Tripliciter inimicus consideratur.

Digitized by Google

consideratus formaliter est malus ex malignitate inordinatæ suæ voluntatis, sic non est diligendus, quia sic malum inordinatum non est diligendum imo potius debemus odire ipsum. Tertio modo in particulari inimicus consideratus, vt Petrus Antonius, non est diligendus de necessitate salutis, vt scilicet, quis semper motu dilectionis moueatur ad ipsum. Quia nec etiam moueri motu dilectionis in speciali ad quosdã homines etiam amicos singulariter est de necessitate charitatis, quia hoc esset impossibile, sed est de necessitate salutis secundũ pręparationem animi, vt scilicet, homo habeat animũ paratum ad hoc, quòd in singulari hominem diligeret, si necessitas occurreret, sed quòd absque articulo necessitatis homo etiam hoc impleat, vt diligat in particulari inimicum propter Deum, hoc pertinet ad perfectionem charitatis. Quia qui perfecte diligit aliquem, diligit omnes sibi dilectos, ita qui perfecte diligit Deũ, diligit omnes homines, quos Deus diligit, qui facit solem suum oriri super bonos & malos. &c. Sed quæritur, an de necessitate salutis inimicorũ hoc tertio mõ cõsiderato sint ostendenda signa, vel effectus dilectionis in speciali, vt familiaritas & locutio alias solitæ, quoniam Ioan. 3. dicitur. Non diligamus verbo nec lingua, sed opere & veritate. Respondet S. Tho. vbi supra in 2. sentent. quòd cum effectus exterior dilectionis, correspondet affectui interiori, quia dilectio maior ex maiori affectu est, & minor ex minori. Ideo sicuti tenemur diligere inimicum affectu interiori, ita etiã debemus exhibere illi signa dilectionis exterius in effectu exteriori. Cum autem effectus dilectionis inimici sit de necessitate salutis in communi, vt dictum est in primo modo, sic dicendum est, signa dilectionis, quæ exhibentur communitati, vt supra dictum est, etiam exterius in communi sunt de necessitate salutis exhibenda etiam inimico, vt eleemosyna quæ toti ciuitati confertur, aut oratio pro omnibus facta debet extendi etiam ad inimicum, sed non illa signa dilectionis particularia, quæ exhibentur magis vni personæ quàm alteri in particulari, nisi secundum præparationem animi, tali articulo necessitatis existente. Aliter si communia signa dilectionis ad communitatem facta non exhiberentur inimicis, hoc ad liuorem vindictæ pertineret, contra id Leuit. 19. Non quæres vltionem, & non eris memor iniuriæ ciuium tuorum. Et Exo. 23. si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc eum. si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. Et Prouerb. 24. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum. Ne forte videat dominus & displiceat ei, & auferet ab eo iram suam. Et 25. Si esurierit inimicus, ciba illum, si sitit da ei aquam bibere. prunas enim congregabis super caput eius. Sed quòd præter articulum necessitatis huiusmodi beneficia aliquis inimico exhibeat, pertinet ad perfectionem charitatis, per quam aliquis non solum cauet vinci à malo, sed etiam vult in bono vincere malum quod perfectionis est hic, scilicet non solum cauet propter iniuriam sibi illatam trahi ad odium, sed etiam propter sua beneficia intendit inimicum pertrahere ad suum amorem. Sed quoniam in huiusmodi signis exhibendis multæ circunstantiæ quandoque hominum diuersorum occurrunt, & eueniunt, quæ vltra prædictas regulas requirunt prudentiam pro loco & tempore in circunspiciendo in huiusmodi varias conditiones hominum, an scilicet ex malitia, vel infirmitate in eos peccatur vel delinquitur, ideo cũ conuenientius secundum dictamen rationis fuerit, hęc signa particularia ostendenda sunt, vel non sunt. Gaetanus tamẽ in sua summula perpulchre discurrit magis in particulari descendendo, in ostendendo signa inimicis dicens. O dij effectus, seu signa prohibita sũt sub-

Quę signa dilectionis necessario sint exhibenda inimicis.

subtrahere proximo debita beneficia, eo modo quo sunt ei debita ab isto homine. Et similiter debita colloquia, eo modo quo sunt illi debita ab isto. Sũt autem debita proximo à cõciue, quę debentur ciuitati in communi, à consanguineo, quæ debentur consanguinitati in communi, à Christiano quæ debentur sanctæ Ecclesiæ & communioni fidelium in communi. Et propterea nisi casus accidat, in quo debeam huic particulari, sicut non teneor actu interiori cogitare de isto particulari, ita nec teneor illi in particulari benefacere, aut loqui. Sufficit enim vt in communioribus orationibus, & communioribus Ecclesię, non excipiã expressum inimicum in communioribus ciuitatis, non excipiam Christianum inimicum, in communioribus ciuitatis non excipiam cõciuem inimicum, in communioribus consanguinitatis, non excipiam consanguineum inimicum. Sic enim docuit Saluator noster docens in benefaciendo inimicis, imitari Deum, qui Solẽ suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hæc omnia communia beneficia humano generi, scilicet, solem, & pluuiam non subtrahit inimicis. Ex his regulis potes metiri circa necessitatem ostendendi, vel impendendi signa inimicis de necessitate vel de bene esse. Nota tamen ratione scãdali & per accidens ad aliquid obligatur homo, ad quod simpliciter non
2. secundæ q. 25. ar. 5. & 9. obligaretur. S. Thom. dicit. Aduerte tria. Primo quòd regula generalis est, quòd præcepta affirmatiua quantum est ex iure naturæ, non obligant nisi in articulo necessitatis. Et ideo nec interior dilectio inimicorum in spirituali, nec exterior beneficentia est in precepto, nisi in necessitatis articulo. Sufficit enim quod homo sit paratus ad faciendum, quod tenetur secundũ Deum, quãdo vbi & quibus, & ceteris prudentię circunstantijs consideratis tenebitur, quę pręparatio animi est in omni habente charitatem, non min⁹ quàm pręparatio animi ad martirium in articulo necessitatis. Secũdo quia loqui huic personæ, salutare illam, emere, vendere, conuiuari cum hoc, & alia huiusmodi, non sunt actus qui fiunt ad communitatem, sed ad ꝑsonam in speciali, ideo non est necessitatis sed perfectionis, quòd aliquis inimico suo loquatur, quòd illum salutet, aut aliquid huiusmodi faciat. Et propterea tu' confessor ne neges absolutionem, nolenti hæc signa beneuolentiæ inimico ostendere dilectionis. Non enim homo tenetur cuilibet homini loqui, nec cum quolibet negotiationis commertium habere, & alia huiusmodi. Habes & causam regulæ exterioris, regulam interiorem, qua dicitur, quòd ex præcepto charitatis non tenetur descendere ad diligendũ hunc, sed sufficit diligere ipsum in cõmuni, vel in communitate. Tertio ꝙ cum inter aliquos ex neutra parte in veritate est inimicitia, sed quia præcessit odium vel offensa, neuter vult se flectere vt loquatur alteri. Aut alter tantum recusat loqui alteri, in neutro casu fit contra charitatis præceptum. Et ratio est, quia homo nõ tenetur ad locutionem, & alia beneuolentiæ signa, & propterea non tenetur loqui aut respondere. Et sic tu confessor potes tollere multos scrupulos personarum offensarum, quæ absq; odio cum illo qui offendit, nolunt particulariter conuersari, aut colloqui, quia non tenentur nisi in casu debiti, tamen ratione scãdali prædicta si quãdo oporteret loqui inimico, prudẽtis arbitrio qui circa particularia versatur, relinquitur. Hæc enim sunt per accidens. Sed per se omnia sunt vera, hæc Gaet. Sed dices at me iniuste diffamauit, vel bona mea iniuste surripuit, & similia in me fecit, quomodo possum parcere sibi, vt non quæram ab eo iniuste mihi sublata? &c. Respondet breuiter. S. T. & alij doctores, cõtra proximum sunt duo, scilicet offensa, & damnum illatũ in rebus vel persona, vel fama. Primum quidem, vt offensam tenetur remittere, expellendo de corde suo, & remit-

Digitized by Google

Nota est pulchrū, an damnū illatum necessario sit remittendum.

remittendo, scilicet, odiū & iram tendentem in vindictam iniustam, iuxta illud Christi. Matth. 18. Sic & pater vester faciet vobis, nisi remiseritis vnusquisque fratri suo de cordib. suis. Et intelligitur. Si rancor sit in voluntate deliberata, quia à sensualitate nō potest ad libitum expelli, sicut nec amor etiam si sit iniustus. Vnde secundum peripateticos, cadit passio incōstantem virum in sensualitate, quæ oblato sibi odibili naturaliter per irascibilem concitatur contra ipsum, expellendum. Sicut & delectabili oblato sensualitati, statim concitatur, & fertur impetu ad ipsum habendum per concupiscibilem, ita vt & per irascibilem & per concupiscibilem homo excitatur quasi totus in corpore, & in corde, & perturbatur, sicut clare, faciei in his ostendit color insolitus rubedinis, & palloris exterius. Et exempla experientiæ de huiusmodi, nota sunt omnibus. Et hij subitanei concupiscentiæ & sensualitatis irascibilis, & concupiscibilis furores cū difficultate reprimuntur. Quoniam secundum complexionem & offensionem, vel dilectionem, vel affectionem maiorem & minorem personarū accidit maior, & minor in viribus sensualitatis, & corporis deordinatio & concitatio & impetus, qui tamen ratione potest regulari. Et in naturalib. nec virtus nec peccatum est, vel meritum aut demeritum, sed in consensu libero voluntatis, dum volūtarie concitationes contra rationem & legem Dei negligit refrenare, aut nō vult, sed permittit sensualitati currere, sicut equus & mulus in quibus non est intellectus. Exemplū prædictorum est, de nocte ex improuiso occurrit & percutit vmbra insolita aliquem, aut ex fragore aliquis impetus, non est eius, quin primo impetu moueatur terrore. Et similiter de occurrente ex improuiso aliquo irascibili, vel concupiscibili. Quod notatur in homine, dum vel rubescit, vel pallescit, vel agitatur humoribus concitatis ex talibus, vel talium occasione, sed postquam aduertis, & reflectis te supra te, in huiusmodi concitationibus, statim debes per rationem moderari, despiciendo vmbram inanem, & fragorem. Sic & in his actibus virtutum contra vitia concitantia ex concupiscibili, & irascibili agendum est, vt per rationem & legem diuinam reguletur homo in huiusmodi. Secundū malum, vel damnum illatum non tenetur remittere, sed possunt per viam iustitiæ quæri talia. Vnde restitutus homo ad amicitiam primam, scilicet, odij remissionē, nihilominus ad emendam tenetur. Sicut etiam & Deus peccatorem post iustificationem ad purgatoriū remittit, vt tollat ab eo emendam, si ante non soluerat, quia quantum in se fuit damnum, intulit honori diuino. Si quis tamen voluerit talia remittere hoc ex superabundanti faceret, & plurimum meritorie. Vnde & Seneca dicit. Cinge eum beneficijs, vt quocunq; se verterit beneficia inueniat. De hoc vide Paulum ad Roma. Quia perpulchre hortatur ad hæc.

Rom. 12.

SERMO

SERMO DVODECIMVS.

OSTENDITVR QVAE MAGIS MEritoria sit dilectio, inimicorum, vel amicorum, soluuntur etiam rationes contra determinatam quęstionem, & ex auctoritatibus sacræ scripturę, de cau sis inducti uis ad remittendum inimicis, perabunde disseritur.

REcitato Euangelio de dilectione inimicorum, ꝓ doctrinali principio inducēdi ad dilectionem inimicorum, quæritur. Quid magis sit meritoriū, diligere amicos, vel inimicos, quia Christus dicit, si diligitis eos, qui vos diligūt, quam mercedem habebitis, & tamen August. dicit. Si piget amare, non pigeat reamare? Est enim magna ingratitudo & abusio, inimicos in dilectione præponere amicis. Sed pro clariori huius petitionis intelligentia est prænotandum, quòd nos nō loquimur hic de dilectione naturali, quæ est inter amicos, aut affines, quia in naturalibus sistendo non est meritum, vel demeritum in dilectione, cum hæc dilectio sit in brutis ad sibi similes, & suos parentes ac benefactores, sed loquimur de dilectione gratuita, scilicet ex charitate intuitu Dei. Vt dicamus. Vbi est maius meritum intuitu Dei & ex charitate, diligere amicum vel inimicum? Istę igitur duæ dilectiones comparatiue adinuicem in merito apud Deum, possunt considerari dupliciter. Vno modo ex parte proximi siue obiecti diligibilis. Alio modo ex parte formalis rationis propter quam diligitur amicus, vel inimicus. Si consideretur primo modo dilectio vtriusque, scilicet, ex parte obiecti diligibilis amici, vel inimici, sic dico quòd plus debet diligi intuitu Dei amicus, quàm inimicus, quia cum obiectum voluntatis nostræ qua diligimus etiam gratuite sit bonum, id quod habet maiorem rationem bonitatis, magis volūtati est conforme & coniunctum, & consequenter magis est diligibile, & in dilectione gratuita magis meritorium, & quia amicus qui amat, est melior, quàm inimicus qui odit, in bonitate, ergo ex hac parte magis meritorium est amicum quàm inimicum diligere. Actus enim dilectionis super hāc materiam transiens melior est, quia & eius oppositū est deterius. Peius enim est odire amicum, quàm inimicum. Si autem consideretur secundo modo dilectio, scilicet ex parte rationis diligendi, vt propter quam diligitur amicus, & inimicus, pro vt est actus charitatis ipsa dilectio, dicimus quòd dilectio inimici pręeminet dilectioni amici propter duo. Primo quia in ratione dilectionis amici, potest esse alia ratio dilectionis quàm Deus, vt bonum propriū vtile, &c. Sed in dilectione inimici nihil horū miscetur, sed solus Deus est ratio dilectionis eius. Vnde Aug. in Enchiridion dicit, diligere inimicū est perfectorum filiorum Dei. Secūda ratio est, quia præsupposito ꝙ vterq; ꝓpter Deū diligit, fortior ostenditur

S.Th. 2.2. q.27.

esse

esse dilectio, quæ animum hominis ad remotiora extendit. s. vsq; ad dilectionem inimicorũ. Sicut virtus ignis tanto ostenditur esse fortior, quanto ad remotiora diffundit suũ calorem. Tanto igitur dilectio Dei ostendit esse fortior, quanto propter ipsam difficiliora implemus. Sicut & ignis tanto fortior est, quanto potest comburere materiam minus cõbustibilem, & remotiorem, ita & charitas feruentior est, per quam diligitur inimicus, qui difficiliter cadit sub dilectione. Et eo magis, si grauis inimicus est, cuius offensio quanto grauior est, tanto fortius irascibilem commouet contra se. Hæc Sanctus Thomas sententialiter. His declaratis dicamus de causis inductiuis ad dilectionẽ inimicorum. Et prima est inexcusabilitas, cum hæc elemosyna non exigitur ab ærario, nec cum onere aliquo personæ, sed ex solo corde, vt dicas, parco me offendenti, quia etiam elinguis potest in corde hanc loquelam formare. Et hic practica vt Augustinus. Quilibet potest requisitus de ieiunio, de elemosina, de virginitate seruanda, de mundi contemptu, & sic de similibus excusari ꝓpter multas causas, sed nemo potest excusari, quin ex corde dicat remitto inimico, &c. In signum huius quidam qui noluerunt hanc elemosinam facere: sed vendicari disponebant, audierunt vocem delapsam de cęlo, percute hos filios Diaboli, & tres illorum sagitta de cęlo perempti sunt. Et cum iterum vox reiteraret, percute: & hũc quartum, respondit alia vox non possum, quia habet signum crucis in fronte. Nam cum eis deambulans ad intentionem se vindicandi, in itinere diuertit solus ad Ecclesiam, & coram crucifixo orauit, recordatus iniuriarũ quas passus est Iesus, & tñ pro crucifixoribus exorauit, decreuit & ipse amore crucifixi parcere, & sic liberatus est ne perimeretur sagitta ex nube tempestuosa, sicut cæteri sui consocij perempti sunt. Secunda causa, dum oras Deum pro tuis maioribus peccatis, & tu minora in te peccantibus non vis relaxare, sicut ille cui dimisit pater familias, idest Deus, decem milia talentorum, quia debitores sumus Deo in omnibus quæ habemus, quia secundũ Augustinũ, omne q̃d est in nobis, aut est Deus, aut a Deo non habenti vnde redderet, ex eo, scilicet quia bonum infinitum offenderat in præceptorũ Dei transgressionibus, & tamen incarcerauit conseruum suum, qui sicut ipse est cinis, & puluis non valentem sibi minora in eũ comissa reddere, oblitus gratiæ sibi plenarię remissionis donatę a Deo. Sed miser sicut, & tu datus est tortoribus ob crudelitatem, & ingratitudinem donec minimum quadrantem restitueret. Practica super hæc. Considera o miser tuum peccatũ in Deum, & proximi in te, & compara ea adinuicem, cuius est magis vel minus remissibile. Contra tales. Homo homini iram reseruat, & a Deo quærit medelam? Quasi diceret magna est stultitia, quia sibi non remittetur a Domino. Practica. Tertia causa tu continue oras, & dimitte nobis &c. sicut & nos, &c. Vide quid dicis? quomodo miser oras? Practice te extende. Vt sicut ego omnia mala ex peto de inimicis, ita & tu Domine de me expete pro debitis, quibus obligor tibi. In particulari descendendo: hoc peto, & desidero Domine. Fiat in meos inimicos. Hoc idem peto fiat a te contra me. Vere instruis, & incitas Deum, qualiter exterminatiue te, assidue in eum peccãtem euellat, dissipet, disperdat, eradicet, & ad nihilum familiam, & omnia acta tua in ruinam deducat. Psalmus si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis, persequatur inimicus animam meam, & compræhendat, & conculcet in terra vitam meam & gloriam meam in puluerem deducat. Item in tui oratione Deum facis ministrum vulgari nomine carnificem, vt tuus sit executor, cum omnes principes hoc non per se, sed per alios faciunt. Practica hic contra hanc blasphe-

Matth. 18.

Eccle. 28.

sphemiam. Et instruis etiam eum, vt dixi, quatenus sit primo tortor tui, qui quotidie in eum infers per grandia mala cogitationum, locutionum, operationum, & omissionum. Practica.

¶ Quarta causa quia Christus non docuit nos cœlos fabricare, & cætera, sed misericordiam volo & non sacrificium, & si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris aliquid habere aduersus fratrem tuum, relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo, & deinde reuertere & offer munus tuum, vt sit scilicet tibi acceptum. Hic dicere possis, epistolam in Quadragesima. In qua lamentatur populus contra Deum, quod eorum ieiunia, & sacrificia non acceptet, & eis causam huius reddit, quia crudeles, & immisericordes sunt in proximum, &c.

Isai. 58.

Certitudo remissiõis oĩum peccatorum.

¶ Quinta causa, cupis ab omnibus tuis peccatis per indulgentiam plenariam absolui? ideo vadis Romam, & ad alia loca &c. sed miser omittis breuiorem & certam viam huius indulgentiæ, quam tibi non Papa in terra, sed Deus in cœlo certissime confert, cum sit veritas, & non mentitur, nec requirit labores aut impensas, aut distantiam locorum dicit Augustinus. Si remiseritis vnusquisque fratri suo de corde suo, & pater cœlestis remittet vobis. &c. Ecce miser etiam venialium peccatorum tibi promittitur indulgentia, si tu corde sincero remiseris proximo tuo Hic habes latum cãpum practicandi. Et si non remiseritis, nec pater vester remittet vobis peccata vestra, vt dicit Marc. 4. Qua mensura mensi fueritis alios, remetietur vobis, Iacob. 2. Qui non facit misericordiam in proximum, fiet ei iustitia atque misericordia.

Matth. 6.

¶ Sexta causa, aliter dicit Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte, scilicet, æterna & temporali, quia assidue tales vexantur, in animoque inquietantur, vt nec valeant dormire, aut comedere, vel vllo pacto quiescere, æstuantes magna febre, donec vindicetur. Quę omnia & similia in infirmo sunt signa certissimę & citissimę mortis. Tibi ergo miser ignosce, parceque ne moriaris, sicut æterna morte, ita & temporali. Ecclesiast. 13. Misere animę tuę placens Deo, scilicet, etiam in remittendo inimicis. Hac persuasione Sanctus Vincentius reconciliauit mortales inimicitias quorundam comitum. Cui dixit alter ipsorum, qui nullo modo volebat reconciliari. Nunquam talem doctrinam audiui. Et aduertant omnes effundentes, & cupientes effundere sãguinem proximi ad illud quod propheta dixit Dauid, effundenti sanguinem Vriæ. Quia sic fecisti, non recedet gladius de domo tua in sempiternum. De hoc gladio eius. Et Chain dictum est, sanguis fratris tui clamat ad me de terra. Practica hic contra discordias & partialitates tenentes, quo modo miseri suis posteris relinquunt maledictionem sempiternam pro benedictione in ruinam, & spiritualem, & temporalem sui & suorum. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est, scilicet propriæ animæ & totius familiæ suæ. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus.

Mod⁹ quo S. Vincentius reconciliauit inimicos adinuicem.

2. Reg. 12.

2. Reg. 16. & 20.

1. Ioan. 3.

Abac. 2.

¶ Septima causa est ratione amicitiæ cum Deo. Quia qui aliquem diligit vere, omnes suos dilectos diligit, Qui non est mecum, contra me est, & qui mecum non colligit, dispergit. Vide miser an amicus es Dei, vel diaboli, animaduerte cum quo colligis. Deus dicit tibi remitte, diabolus, non remittas. Deus dicit. Si offers munus tuum, &c. diabolus dicit offeras munus mihi de vindicta, quia ego ab initio homicida fui. Deus dicit. Fac misericordiam cum proximo tuo, diabolus dicit non miserearis pupillis eius, & cætera. Deus dicit non detrahas, nõ infames, diabolus dicit lingua tua dolose agas. Deus dicit Prouerbio. 17. Qui in ruinam lætatur alterius, non erit impunitus, & diabolus dicit reddas malum pro malo, & super abundantius ne videaris timidus. Quis es

Luc. 11.

tu,

tu,quis ipse? &c. O magna calamitas humana. Exoratur a temporali principe homicida, parce amore mei, statim parcit, cum tamen Psalmus dicat nolite confidere in principibus, in filijs hominum in quibus non est salus, & Christus monet, & pręcipit sub æterna pœna non remittentibus, & remittentibus sub promissione veniæ suis delictis,& vitæ æternæ remuneratione, & despicitur? Practica circa huiusmodi. Exod. Si videris asinum inimici tui iacentem in luto,non præteribis, nisi prius alleues eum. O si hoc præceptum est pro asini salute, quid dicendum sit de homine facto ad imaginem Dei omnipotentis.

Exod.25.

Octaua causa est,quilibet habet misericordiæ viscera super läguidum, & leprosum, nec vllo pacto vult talibus nocere,etiam si sint inimici. Quid enim languidius est inimico? Ora igitur pro ipso, vt Christus dicit, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est, & cætera. Si quis dicit quoniam diligo Deum, & fratrem suum odit, ille mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt,quomodo potest diligere Deum, quem non videt? Et hoc mandatum habemus à Domino,vt qui diligit Deum,diligat & fratrem suum. Et vt breuiter concludam per exempla quæ magis mouent. Hoc similes tui tibi in natura,& conditione fragili vterque sexus fecerunt, vt nullam excusationem valeas habere, dicendo, non possum remittere. Lege Exodi vltimo capitulo. Quanta cum charitate Sanctus Ioseph recepit fratres suos, omnem noxam in eũ factam eis remittendo. Vide est pulchrum. Idem Moyses mitissimus fecit contra suos murmuratores in deserto, & pro eis exorabat Deum, quatenus noxam eis remitteret,vt etiam diceret Deo. Exod. aut dimitte eis hanc noxam idolatriæ, aut dele me de libro vitæ. Item Dauid in Saul eum ad mortem impetentem,vt habetur primi Regum 13. &c. In nouo autem testamẽto vltra canonicam scripturam, qua pręcipitur inimicorum dilectio, sunt fere infinita exempla sanctorum vtriusque sexus, vt Stephani & aliorum. Et de Agnete virgine,cuius virginitati vnus illudebat cæteris petulantior ex ministris,& tortoribus,mediaque sua colluctatione esset à demone vita priuatus, dum virginitatem eius conatur adimere, deprecata tamen est nihilominus illa, & defuncto vitam precibus impetrauit. Dicit Tertullianus capitulo secundo, dum Plinius secundo cap. prouinciam Alexandriæ regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis,ipsa tamen multitudine perturbatus quid de cætero ageret,consuluit tunc Traianum Imperatorem crudelissimum in Christianos, allegans præter obstinationem non sacrificandi,nihil aliud se de Sacramentis eorum percepisse, quàm cœtus ante lucanos ad canendum Christo,& Deo,& ad confœderandam disciplinam, homicidium,adulterium,fraudem, perfidiam, & cætera. scelera prohibentes. Tunc Plinio rescripsit. Hoc genus hominum inquirendos quidem non esse,oblatos vero puniri oportere,hæc ibi. Et Marcellus Papa & martyr. Quadam die processionis Maximiani crudelissimi in Christianos obtulit se ei dicens. Pietati tuæ suggero, seruos Dei qui orant pro regno tuo, & pro tua republica, quare trucidas? Vide etiam ad propositum capitulum 28. Ecclesiast. vbi perpulchre loquitur de remissione iniuriarum. Et vt pro omnibus his verum exemplum, & infallibile remissionis iniuriarum addas. Exodi capitulo vigesimo quinto. Dicit Deus Moysi. Inspice & fac secundum exemplar monstratum tibi in monte. Nam Christus Iesus pro nobis fuit in monte Caluariæ crucifixus, quem Deus ipse præcipit se inspici a Christianis, quibus datus est in exemplum, quia de seipso dixit. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Nam in cruce exaltatus omnes virtutes nobis se-

1. Ioan. 4.

Exod. 32.

Plinius ad Traianum pro Christianis.

Christi pietas ad inimicos imitanda.

Digitized by Google

sequendas in se ostendit, per maxime in dilectione inimicorum. Alias diximus de virtutibus Christi in cruce nobis ostensis, solum de hac cordialissima ad inimicos tangam, dum pro crucifixoribus orauit dicens, pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Vbi sanctus Bernardus deuotissime contemplatur super cantica. Flagellis cæsus, spinis coronatus, clauis confossus, patibulo affixus, opprobrijs saturatus, omnium tamen immemor dolorum inquit Pater ignosce illis. Pater inquit dulcissime, pater amātissime, pater desideratissime. A paterno nomine amorosus filius cœpit, & suo blandiens genitori, nihil sibi negari concludit. Denique efficacissime petit dicens, ignosce. Nec ait examina, considera, pondera, sed ignosce, vt nos doceat nostras offensas non examinare, non considerare, & non ponderare, sed toto corde, & pleno ore, ac efficaci opere indulgere, & omnia obliuioni tradere, hæc ille. Vide in discipulo & speculo exemplorum, & busto de dilectione inimicorum. Plura enim exempla habes sparsa in sermonalibus abundanter. Solum hoc tangam quod inueni in quodam libello.

Exemplū. Cum quidam domini adinuicem dissiderent, & diem ac locum duelli pararent, Episcopus Fundensis podagrosus non valens illic ire pedes, pro reconciliatione, & impedimento duelli, præparat currum, vt in ipso illuc deduceretur. Equi autem cum vellent ad puteum bibere, diabolus inuidens sancto operi eius, vt eum impediret à via cœpta, vnam rotam proiecit in puteum, nec potuit inde extrahi. Tunc sanctus præcepit diabolo, quatenus se ipsum supponeret currui loco illius rotæ. Et sic factum est. Nam conductus est Episcopus ad locum duelli parati. Quem inspicientes prædicti Domini sine rota in curru ad eos aduenisse, cōcurrerunt ad ipsum cum omni reuerentia. Et quia nouerant ipsum esse virum sanctum, reconciliati sunt adinuicem. Deinde Episcopus reuersus viam suam, veniensque ad puteum, præcepit diabolo, vt rotam extraheret, qua extracta, & adaptata in loco suo, venit in domum suā Deo gratias agens in suis donis.

SERMO

SERMO TERTIVS DECIMVS.

DECLARATVR VISIO ISAIAE, qua Dominum vidit sedentem, super solium excelsum & eleuatum, & cætera, cum aliquibus adhortationibus ad opera diuina, insimul ostendendo Deum esse paratum ad prauorum hominum punitionem.

Isai.6. ISaias vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus maiestate eius, & ea quæ sub ipso erant, replebant templum. Seraphin stabãt super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant. Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Et commota sunt superluminaria cardinum, scilicet, ex terremotu à voce clamantis, & domus repleta est fumo. Et dixi. Vę mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & Regem Dominum exercituum vidi oculis meis. Hæc ibi. Hanc visionem secundum litteralem sensum exposui in sermonibus de verbo Dei incarnato, vide eam.

¶ Hoc mane expositurí sumus eam quasi moraliter de admirabili Dei iustitia punitiua, ad quam etiam Angeli, & tota creatura sibi subministrat, tangemus etiam in ea aliqua incidentia, secundum quod Spiritus sanctus cor tetigerit. Dicit vidi dominum. Vide de hac visione vbi supra. Nihilominus S. Thom. super hunc passum Isaiæ resolute post dubitationes adductas, an quis oculo corporali possit videre dominũ, dicit. Quidam dicunt, quòd hæc visio Isaiæ fuit imaginaria, modo quo S. Petrus, vidit animalia munda & immunda, &c. Quia ex gentilibus immundis, & mundis Iudæis fiet vna Ecclesia Christi. Et hæc visio sibi fuit formata in imaginatione per Angelos, tamen intellexit significatum eius intellectione intellectuali. Aliqui dicunt, quòd fuit intellectualis, sed ab ipso Isaia formata, per sensibilia, vt melius intelligatur secundum Dionysiũ in Epistola ad Titum. Sed quomodocunque intelligatur secundum litteralem sensum hæc metaphorica locutio, significat quòd loquens per eam vult significare. Deus tamen quia est spiritus non cadit sub sensu in se, nec sub imaginatione, vel phantasia, quæ est motus factus à sensu, sed sub eisdem cadit, per creaturas. Psalmus. Delectasti me Domine in factura tua. Et Roma. Per visibilia facta intellecta cõspiciuntur. Nec tamen sic perfecte potest Deus intelligi, cum à nullo, nec per sensibilia, nec per intelligibilia tota eius virtus, & perfectio ab aliquo intellectu creato, nisi solũ à se ipso potest cognosci. Ideo tot⁹ attingi potest à creatura, sed nõ comprehendi etiam in uisione beata per lumẽ glorię. Psalmus. In lumine tuo videbimus lumẽ.

Act.10. Rom.1.

Digitized by Google

A viatoribus autem minus perfectum visum habentibus secundum similitudines quasdam bonitatis ipsius videri potest, siue in rebus sensibilibus, siue imaginabilibus, siue in speciebus intelligibilibus. Et huiusmodi visio est, quam aliquando viderũt prophetæ per lumen prophetiæ, & quam videmus per fidem, & quæ videtur lumine rationis, vt Paulus ad Ro. dicit. Sed quæstio est, an talem visionem à Deo prophetæ immediate perceperunt, vel mediantibus Angelis. Et videtur quòd immediate, ex ipso modo loquendi, quia dixit hic Isaia, vidi dominum & non Angelum. Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Item viderunt in speculo æternitatis, vt communiter dicitur. Ad hoc respondet Dionys. Quod nullus purus homo, nec in patribus noui & veteris testamenti, accepit aliquam reuelationem à Deo, nisi mediantibus Angelis. Et hoc dicit esse legem inuiolabilem, vt in prima per media reducantur infima. Et hoc probat per locum à maiori. Quia etiam Moyses legem accepit mediantib. Angelis. Paul. ad Gal. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per Angelos in manu mediatoris. Qui accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custodistis. Ad obiectionem primam dicitur secundum Greg. in glo. super tertium capitulum Exodi. Angelus qui Moysi apparuisse describitur, modo Dominus, modo Angelus nuntiatur. Angelus quia exterius loquẽdo seruiuit, Dominus quia præsidens loquendi efficaciam tribuit ex Dei inspiratione data. Ad secundum dicitur, quòd hoc dicitur propter euidentissimum modum claræ visionis super alios prophetas. Ad tertium dicitur pro speculo æternitatis intelliguntur ipsæ species, quæ sunt in anima prophetæ, in quibus resultat dispositio sapientiæ diuinæ. Dicit vidi Dominum. Nota Dominum. Dicit

Rom. 1. De visionibus ꝓpheticis mediantibus Angelis. Exod. 33. Dionys. 4. de cœlesti Hier. Galath. 3. Act. 7. Num. 12.

Chryso. in principio creationis Deus noluit se vocare dominum hominum sed patrem, in eo quòd dixit, faciamus eum ad imaginem & similitudinem nostram, quia similitudo non est serui ad dominum, sed filij ad patrem & econuerso. Et hoc ideo, quia voluit se amari ab homine, & non timeri seruili timore. Sed post peccatum eius cœpit vocari Dominus, cuius est punire in se delinquẽtes, quia dicit Christus, seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens eam, vapulabit multis plagis. Et ad hoc ostendendum, discurre per sacram scripturam, incipiendo à primis parentibus vitupero se post suum peccatum expulsis à paradiso Terrestri, & deinde de punitione C[illegible], & totius mundi corruptela per diluuium, & Sodomæ per subuersionem, ac Babyloniorum in diuisione in lingua, & cætera. Habes latum campum prædicandi. Et additur in scriptura in pluribus locis, Dominus exercituum, quia totam creaturam vt dicit sapientia, armat in vltionem inimicorum suorum. Vide inter alia Deuteronom. Et nostrum sermonem, quomodo omnis creatura administrat sibi in vltionem inimicorum suorum. Ideo & hic Angeli sibi cum alijs astabant, quasi parati in eius seruitium ad omnia exequenda, nec ei est dicendum quare hoc facis Domine, Ideo secundum aliquos velabant, & faciem suam, & suos pedes. Scilicet, prompte, & sine interrogatione iudiciorum eius, tam circa supernaturalia, quàm super alia naturalia cuncta exequentes. Nec dicas tu manda remanda, vt populus Isaiæ deridendo dicebat, vt coruas. Vide de hoc nostrum sermonem super quatuor animalia Ioelis prophetæ. Et super abominationes, quæ fiebant in templo apud Ezechiel. vbi declaraui de diuinis comminationibus. Dicit sedentem, scilicet, stabilem in sua sententia, tam comminatiua, quàm diffinitiua. Item stabilem super sedem quadratam, quia non est acceptor personarum

Deut. 18. Quare Deus apparuit sedens.

sonarum. Vide nostrum sermonem, ꝙ in iudicio omnium acta, & cogitata erunt aperta Dicit excelsum, idest, sublimem, quia non iudicat vt homo terrenus mendax, sed eius iudicium est iustum & rectum, nulla fictione palliatum. Item sublimē, quia vbique oculi domini contemplantur bonos & malos. Psalmus. Dominus prospexit de cœlo sancto suo, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum. Et se habet ad omnes, vt dicit S. Thomas, sicut centrum ad circunferentiam & sicut supra turrim excelsam sedens, vt omnes transeuntes subtus se prospiciat, vt quòd nobis est præteritum, præsens, & futurum, sibi in sua æternitate sit præsens. Sic primos parentes absconditos prospexit, sic fratricidium Chaim, tu autem reliqua ex sacra scriptura prosequere. Vnde & Nathanael, absens corpore, diuinitate vidit sub ficu. Ioan. 1. Sic & Dauid adulterium 2. Reg. 12. absconditum. Sic & prauorum senum in Susannam detexit falsam sententiā. Quare eleuatus. Practica hic contra iudices ex Sap. 6. Dicit & eleuatum, quia iudicia sua, abissus multa, quoniam dicit per prophetam, sicut cœlum à terra est exaltatum, ita viæ meæ à vijs vestris dicit Dominus. Psalmus. Deus quis similis tibi. Et August. Quare hunc trahit, & illum non trahit, noli iudicare, si non vis errare. Si nondum traheris, ora vt traharis. Et Antonio cogitanti de diuinis iudicijs occultis, vox dixit. Antoni attende tibi. Hæc enim sunt iudicia Dei abissus multa. Et ꝙ Deus apparuit sibi in forma humana, tam grandis, denotat, quòd Psalmus dicit. Si ascendero in cœlum, tu illic es, &c. & quia egressus eius in incarnatione est à diebus æternitatis, vt Michæas dicit. De hoc plures sermones habes in serm. de verbo incarnato. Et à maiestate eius plena erat domus Dei, idest, Christianitas, per admiranda signa facta in Natiuitate eius, & cęt. & per ipsum prædicantem, vt toti mundo in se, & in Apostolis stupori esset. Habes de hoc in sermone nostro, veritas omnia vincit, quòd etiam angelicæ potestates de hoc mirarētur, vt habes in nostro sermone. Tu es qui venturus es, & sibi obsecundabantur, vt in Natiuitate eius, & in deserto post tentationem, vbi accesserunt Angeli, & ministrabant ei. Et clamabant. Sanctus, sanctus, sanctus. In gloria erit laus vocalis. In quo ostenditur laus sanctæ Trinitatis per Angelos, quia ad Christi incarnationē omnes tres personæ concurrerunt, vt habes in nostris ser. de verbo incarnato. Et in hoc etiam ostenditur, quòd in gloria cœlesti erit etiam vocalis laus sanctorum. Vide nostrum sermonem super visionem Zachariæ de profunditate aquarum, vbi ad Dei laudem commouentur omnes sancti. Et fumo odorifero repletur domus Dei. Psal. In odorem vnguentorum tuorum currimus. Et quia hæc etiam visio prænuntiabat magnum flagellum Oziæ, & populi superbi, & ipse Isai. Forsan humano respectu tam cito non prænunciauit eis, ideo de hoc agit pęnitentiam, cætera tu practica cum Ezech. 3. c.

SERMO

Digitized by Google

SERMO QVARTVS DECIMVS.

TRACTAT COGNITIONEM ANImarum post mortem, & quàmplura ad animas separatas pertinentia, cum obiectionibus multis & earum solutionibus.

LEge vltimum capitulum. 2. Machab de apparitione in somnis Onię summi sacerdotis, viri ꝓbi, & Hieremiæ Prophetæ orantiũ pro victoria ipsius Machabæi contra Nicanorem.

Quia in historijs sanctorum, & inter alias in Dialog. sancti Gregorij tra duntur assiduę apparitiones animarum post suam mortem, ideo horum occasione quæramus de cognitione animarum adinuicem post mortem, & breuiter colligentes de huiusmodi sanctorum, permaxime S. Thomæ traditionem dicamus. Animæ defunctorum vbicunque fuerint, cognoscent se adinuicem, nec impedit eorum cognitionem aliqua loci distantia. ratio horum est apud S. Thom. 1. part. quæst. 89. art. 3. Quia id quod intelligit per aliquid quod æqualiter se habet ad distans & propinquum, non impeditur in sua intellectione per distantiam localem, sed anima separata intelligit per diuini luminis influxum alia à se, sicut & Angeli, quibus Deus concreauit species, & similitudines omnium rerum naturalium, licet imperfectiori modo animę intelligant alia naturalia à se distincta in specie, quã Angeli, cum sint in vltimo intelligentiarum positæ. Nam Angeli per huiusmodi species perfectæ cognoscunt omnia naturalia. Quia omnia, quæ Deus fecit in proprijs naturis, fecit in intellectu Angeli, vt dicit August. super Gen. ad litteram, vt per ipsas species valeat intelligere tam species rerum, quàm indiuidua earum ac proprietates naturales, sed anima nostra Angelis imperfectior, sicut in natura ita & in intellectione. De omnibus naturalibus habet cognitionem confusam, & non propriam nec certam, sed communem, scilicet in specie. 1. part. quæst. 89. & in responsionibus. Et nisi anima separata haberet has species diuini influxus, infantium decedẽtium animæ, vt pote quæ ex ventre matris in lucem non prodierunt, essent ociosę in cognitione post mortem, cum exierint à corpore sicut tabulæ rasæ, in quibus nihil est depictum. vnde S. Gregor. super Lucam 16. capit. dicit. Boni cognoscunt malos post mortem, sicut Abraham & Lazarus diuitem. Item econuerso, mali bonos, sicut diues Abrahã & Lazarum, nomine proprio vocans eos. Item mali malos, vt diues cognosceret fratres suos in inferno, si damnarentur. Item boni cognoscunt eos, quos nunquam in vita cognouerunt, vel viderunt, vt Abraham Lazarum & diuitem, & ipsi cognouerunt Abraham. Et licet ad cognoscẽdum quidditatiue alias animas separatas anima non egeat specie hac superaddita diuini luminis, quia sua substantia ad hoc sufficit, cum sint eiusdem naturæ, quę per intuitionem propriæ substantiæ perfectæ in sua quiditate repræsentantur, sed ad cognitionem animarum quo ad an est, & ad cognitionem pertinentem ad locutionem & auditionem exigitur species superaddita, quoniam hæc non repræsentantur per substantiam intelligentis animæ. Et ideo simpliciter

Animę separatæ cognoscũt se adinuicem vbicunque fuerint, siue sint malę, siue bonæ.

Qũo animæ intelligunt separatę.

pliciter concedendum est, quòd vna anima intelligat aliam per speciem, vel influxum diuini luminis, qui influxus fit in animabus separatis à deo mediantibus Angelis, vt patet in Sancto Thoma. quæstio. de anima. quæstio. 20. Propterea dicit idem Doctor in quæstionibus de anima. quæst. 20. quòd anima Lazari nosse potuit animam Abrahæ, sicut alias substantias separatas. Et prima part. quæstio. 89. articul. 1. in responsione ad primum. Dicit quòd anima separata non intelligit per species innatas, quia à principio est, sicut tabula rasa in qua nihil est depictum, nec per species quas tunc abstrahit à rebus, quia non habet organa sensus, & imaginationis, quibus mediantibus species intelligibiles abstrahuntur à rebus, neque etiã per species prius abstractas, & in anima conseruatas, quia sic anima pueri nihil intelligeret post mortẽ, sed per species ex influentia diuini luminis participatas, quarum anima fit particeps, sicut & aliæ substantiæ separatæ, quamuis inferiori modo, vnde tam cito cessante conuersione ad corpus, ad superiora conuertitur. Nec tamen propter hoc cognitio, vel potentia non est naturalis, quia Deus est actor non solum influentiæ gratuitæ luminis, sed etiam naturalis in anima separata. hæc ibi. Et per hunc influxum diuini luminis intelligit etiam Angelos, sed quia hæ similitudines diuinitus impressæ deficiunt à perfecta repræsentatione eorum, quia animæ natura est inferior quàm Angeli, ideo dicendũ est, quòd non habet tam perfectam cognitionem de Angelis per has similitudines, sicut Angeli de sibi superioribus Angelis. Insuper anima per substãtiam suam habet perfectam cognitionem de alijs animabus separatis, quia modus cognitionis eorum vt diximus est æqualis, sed de Angelo imperfectam & deficientem loquendo de cognitione naturali animæ separatæ, sed de cognitione gloriæ est alia ratio, vt dicit S. Thom. artic. 2. Et ibidem ad tertium dicit. In cognitione vero aliarum substantiarum separatarum est magna fœlicitas, & si non vltima, si tamen perfecte intelligerentur, sed anima separata naturali intellectione non perfecte eas intelligit, vt dictum est. Hæc ille. Sed quæres an animę separatę cognoscant, quæ hic à nobis aguntur. Nam ex vna parte videtur quòd sic, vt superius declaratum est de diuite, & suis fratribus, quorum curam videbatur agere, ne venirẽt in eodem loco secum loco tormentorum, & historia in principio recitata ostendit, nec non & suscitatio Samuelis. 1. Reg. 28. Idem declarat, quia de futura dispositione regni Sauli regi prænuntiauit. In contrarium videtur August. in lib. de cura animarum dicere. Si in rebus viuentium interessent animæ mortuorum, me pia mater nulla nocte desereret, quæ me terra marique secuta est, vt mecum viueret. Ad hanc quæstionem respondet S. Thom. prima part. vbi supra articul. 8. si de animabus separatis loquamur secundum naturalem cognitionem eorum, quam separatę habẽt, tunc dicimus animæ mortuorum nesciunt quæ hic aguntnr à nobis. Et ratio est, quia anima separata per influentiam specierum à Deo, non cognoscit singularia, nisi per hoc quia quodammodo determinatur ad illa, vel per vestigium alicuius præcedentis cognitionis, vel per aliquam affectionem, vel per naturalem, vel per diuinam ordinationem, quia secundum modum essendi, segregatę sunt à conuersatione viuentium, & coniunctæ conuersationi spiritualium substantiarum, quę sunt à corpore separatę, vnde ea quę apud nos aguntur, ignorant. Et hanc rationem assignat Grego. 12. Moralium dicens. Mortui, vitam in carne viuentium post eos qualiter disponatur, nesciunt, quia vita spiritus longe est à vita carnis, & sicut corporea atque incorporea diuersa sunt genere, ita distincta sunt cognitione. hęc ille. Hoc idem videtur

Qũo cognoscunt, q̃ hic aguntur, & q̃ est in hoc differẽtia intes beatas & damnatas aĩas.

tangere Augusti. in libro de cura pro mortuis agenda dicens. Animæ mortuorum rebus viuentium non intersunt.

¶ Si autem loquamur de animabus beatis aliud est iudicium. Vnde ibidem subdit Gregor. Quod tamen de animabus sanctis sentiendum non est. Quia quæ omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendum est, quòd sit foris aliquid quod ignorent. hæc ille. Vnde dicendũ est, quòd animę Deum videntes, omnia pręsentia, quæ hic aguntur à nobis cognoscunt. Sunt enim Angelis æquales, de quibus etiam August. asserit, quòd ea quæ apud viuos aguntur non ignorant. Sed quia beatorum animæ sunt perfectæ iustitiæ Dei coniunctæ, nec tristantur, nec de rebus viuentium se ingerunt, nisi secundum quod iustitię diuinæ exigit dispositio. Sed dices. Lucæ. 16. capit. Damnatus & non beatus diues habebat curam de suis fratribus & cætera, ergo cognoscebat acta ipsorũ. Insuper frequenter nouimus mortuos viuis apparere, ergo cognoscunt acta nostra etiam non beati. Respondetur. Animę damnatorum bene possunt habere curam de rebus viuẽtium etiam si ignorent eorum statum, sicut & nos curam impendimus pro mortuis ipsorum statum ignorantes. Possunt etiam facta viuentium non per seipsos cognoscere, sed vel per animas eorum, qui hinc decedunt, & ad eos perueniunt, vel per Angelos seu demones, vel etiam spiritu Dei reuelante, vt dicit August. vbi supra in libro de cura pro mortuis agenda. vnde quòd mortui etiam viuis appareant qualitercunque, hoc cõtingit per specialem Dei dispositionem, vt animæ mortuorum rebus viuentium intersint, & est hoc inter diuina miracula computandum, vel huiusmodi apparitiones fiunt per operationes Angelorum bonorum, vel malorum, etiã ignorantibus mortuis, sicut etiam viui ignorantes alijs viuentibus apparent in somnijs, vt Augustin. dicit in prædicto libro. Vnde & primi Regum 28. capi. de Samuele dici potest, quòd ipse apparuerit, non virtute operationis diabolicæ phitonissę, sed ad cõfusionem domus eius per reuelationem diuinam, quia sibi futuram dispositionem & prælij & sui regni veraciter prædixit. Nec est dicendum, quòd hæc ignorantia animarũ sit propter distantiam localem, vt superius diximus, sed propter causas prædictas. Augustinus autem superius de matre locutus est secundum communem cursum naturæ, quo animæ viuentium non se intromittunt rebus. Hæc omnia Doctor S. vbi supra. Sed quæres. An appareant viuentibus sicut communiter dicitur, & exempla vndique sparsa ostendunt. Ad quod breuiter respondetur, quòd animę separatæ secundum cursum naturalem receptaculis proprijs deputatæ inde non recedunt, vt appareant viuis, quia conuersationi substantiarum separatarum sunt deputatę & non conuersationi hominum. Vnde & Philosophus 1. Ethic. dicit, quòd communicatio ciuilium operum esse non potest inter viuos & mortuos, tum etiam quia non est per sensus cognitio earum, sicut est nostra. Et propter hoc apparitio animę separatę hominibus est mirabilis, & inter diuina miracula computanda secundum Sanctum Thomam prima parte. vbi supra articulo octauo ad secundum. Si vero loquamur de his secundum diuinam dispensationem, sic dicimus, quòd animæ sanctorum quandoque apparent suis deuotis in auxilium ferendum eis, vt patet de Fœlice martyre, qui apparuit visibiliter ciuibus Nolanis, dum à barbaris oppugnarentur. Quandoque etiam apparent pro cautela mali futuri imminentis, sicut quandoque Deus præsidentibus reuelat per sanctos suos mala imminentia in regno suo, quatenus cautelis, & remedijs debitis vtantur contra huiusmodi. Sic & Nabuchodonosor excidium per somnium sibi est

An veræ animæ separatæ appareãt hic hominib⁹.

ma-

manifestatum, & Pharaoni similiter abundantia septem annorum, & penuria septem aliorum, quatenus, vt sibi Sanctus Ioseph somnium exposuit tempore fertilium annorum colligat pro temporibus annorum penuriæ, & egestatis. Et hoc est quod dicit propheta. Non faciet Dominus De⁹ verbum nisi reuelauerit Dominus suis prophetis, secretum suum. s. pro bono suorum subditorum, cum sint ipsi ministri Dei. Nam cuiusdam prælati in quadam prouincia ordinis sui relatione habui. Quod dum esset pręsidens, combinatio ipso inscio per quosdam contra ipsum est facta. Cui apparuit in aurora suus charus cõsocius frater ordinis sui de recenti mortuus cũ socio, sed socium non poterat cognoscere, eo ꝙ dorsum ad ipsum habebat. Et hęc sibi videbantur fieri inter somniũ & vigiliam, & vocauit eum nomine dignitatis suæ dicens sibi, trahendo ipsum iacentem in lecto manu ad se. Pater veni dicam tibi vnũ verbum. Qui surrexit e lecto, & iuit ad eum. Cui ille. Ores pro fratribus, habebis tribulationem, & disparuerunt. Hic autem pręlatus potius confidens in sua innocentia, & amicorum charitate, ac seniorũ sinceritate, q̃ orationibus, instaret. Tandẽ tã grauis perturbatio hinc ad sex menses in capitulo fuit exorta cõtra ipsum, vt & prælati ordinis sui haberent quid agere, non absq; secularis potestatis admiratione, & nota. Et in hac concitatione, & combinatione verificata est scriptura, quæ dicit maledictus homo, qui cõfidit in homine, & spem suam ponit brachiũ hominis, & inimici hominis domestici eius, & in æternum non credas inimico recõciliato. Hæc prædictus. Quando igiť similes apparitiones eueniunt, nõ sũt paruipendendę, sed plurimum orationibus, & alijs bonis operationibus insistendum, implorando auxiliũ, & dispositionem diuinam præsertim in salutem animarũ, quia dicit scriptura. Quis inuocauit eum, & despexit illũ, & protector est omnibus inuocãtibus eum in veritate. Damnatę etiam animæ permissione diuina ad tẽpus egrediuntur viuentibus apparendo ad eruditionem, & timorem, & terrorem viuentium, sicut ponit exemplum Gregor. in 4. dialo. de benedicto Papa, & de vmbra sordida latronis in vita beati Martini. Sed hæc est differentia in apparitione sanctorum, & damnatorum, vt dicit S. Tho. Quia beati virtute gloriæ, & dono gratiæ gratis datę apparere possunt cum volũt, sed in voluntate sua semper conformãtur diuinæ voluntati, damnati vero non semper possunt, nec sine permissione diuina, & eius prouidentia. Et hi apparent in ea forma vel secundum quod Deus disponit vel permittit, vt patet in exemplis sancti Gregor. in 4. dialogorum, vbi ponit, ꝙ dorso apparuit Papa Benedictus iunior in specie animalis monstruosi. Et beatus Aug. apparuit fratri in habitu pontificali ostendens beatitudinem sancti Thomæ equalem sibi: Insuper & animæ, quæ sunt in Purgatorio quandoq; apparent suis amicis diuina ordinatione speciali, quatenus eorũ suffragijs subleuentur. Dum essem Neapoli, & cũ priore conuentus sancti Dominici visitaremus quandam comitissam, in domo cuius spiritus proijciebat pergrãdes lapides circũquaq; etiam clausis fenestris, vt inter dormientes lapides magni inuenirentur. Reuertentes igitur domum dũ ad gradus scalę ipsius palatij essẽmus, nos comitante .d. comitissa, ego dixi sibi. Illustris domina non timeatis proiectionem lapidum, quos spiritus proijcit, quia vobis non nocebit, & statim spiritus proiecit lapidem contra me, vt post spatulas magno impetu pertransiens ad murum in fragmenta frangeretur, & ego quasi attonitus remansi, fugientibus priore per scalam inferius, & comitissa ad palatium. Tandem ordinatione prioris, celebratis in Palatio quindecim dierum missis, euanuit talis infestatio. Forsan erat anima, quæ indigebat suffragijs, quæ tali via expete-

Amos. 3. Eccl. 2. D. Tho. 4. Factũ qđ accidit.

petebat dispositione diuina occulta nobis. Quandoq; tamen boni, & mali Angeli loco animarum, & in persona ipsarum apparent viuentibus, sed boni nunquam in apparendo intendunt deceptionem, dæmones autem interdum ad decipiẽdum, siue per somnia, siue in vigilia per apparitiones manifestas sicut etiam viui quandoq; apparent in somnis, cum tamen constet eos non semper esse præsentes, sicut dicit. S. Tho. In corpore q. & in solutione argumentorum. Sed quæres, ne contingat decipi in huiusmodi apparitionibus, an possit discerni inter boni & mali spiritus apparitiones. Ad hoc dicit beatus Antonius Floren. Nõ est difficilis bonorum malorumq; spirituum discretio. Si enim post timorem successerit gaudium, a Domino sciamus venisse auxilium, quia securitas animę, pręsentis maiestatis inditium est. Si autem incussa formido permanserit, hostis est qui videtur, vt dicit S. Tho. Sed quæres de animabus quæ in limbo patrum fuerunt, an quandoque ad nos inde exierint. Respondetur ꝙ ex speciali ordinatione diuina quandoq; aliqui inde exierunt, vt Moyses visus in transfiguratione Christi. Nã tunc Moyses erat in limbo patrum, licet de Helia dicatur, ꝙ sit in Paradiso terrestri cum Enoch, illuc translati ad prædicandum veritatem contra Antichristi fallacias. Vt in prohemio est dictum, Onias sacerdos, & Hieremias apparuerunt in somnis Iudæ Machabæo, sed hoc est miraculo diuino speciali attribuendum. Quoniam secundum communem cursum naturæ, vt etiam dicit Augustinus de matre sua, nesciunt mortui facta viuorum, nec de eis se intromittunt, vt superius est dictum, nisi sint animæ beatæ secundum Gregorium quæ vident acta nostra in verbo, seq; de eis intromittunt quantum placitum est diuinæ voluntati, vnde hi duo viri orantes pro victoria populi ex speciali Dei reuelatione, habuerunt curam de suo populo in limbo existentes. Sed quæres de pueris cum originali decedentibus, an quandoq; inde ad nos exeant. Respondetur quòd non, quia sunt omnino in termino viæ, & illorum apparitio ad nullam vtilitatem suam, aut viuentium foret: dicunt tamen de eis sacri doctores, sicut de alijs animabus separatis naturaliter, quòd tales animæ habent perfectam cognitionem naturalem de prima causa, & de intelligentijs, & alijs rebus naturalibus in specie sua, vt superius est dictum, & de his cognitionibus habebunt summam complacẽtiam naturalem, & in reassumptis corporibus Deum admirabiliter laudabunt tanquam causam causarum &c. Et hæ animæ in iudicio resurgent cum suis corporibus virtute diuina redactis ad quantitatem, in qua essét si peruenissent ad annos Christi, sicut & alij mortui. Et ibi in iudicio comparebunt, non vt iudicentur ad gloriam siue ad pœnam sensitiuam sed vt videant gloriam iudicis, & vindictam exquirant eorum, qui causam dederũt pditionis eorũ, & priuationis visionis Dei, & gloriæ æternę. Et in iudicio non erunt nec a dextris, nec a sinistris, sed in medio inferius secũdum sanctum Vincentium in sermonibus. Sed quæres, an dolebunt de tali carentia visionis Dei beata. Respondet. S. Tho. Quòd non dolebunt. Quia quãuis cognoscent se naturaliter ad beatitudinem naturalem factos, scilicet cõtemplari Deum vt primam causam naturalem, & in hoc erit eis maxima delectatio, & maior quàm potest haberi a viatoribus, cum sint in cognitione naturalium similes Angelis modo superius declarato, sed non cognoscent quòd tale bonum ipsorũ sit gloria, quæ sanctis datur per gratiam, q̃ ipsi non habent nec vnquam sint habituri, tanquam in naturalibus existẽtes. Insuper cum hæc beatitudo facialis Dei habeatur solum per fidem reuelatam, vt dicit Paulus ad Ro. Et tales pueri nullo pacto fidem hanc habuerint non dolebunt de priuatione talis boni, cuius nullam cognitionem habent.

D. Tho. 4. sent. di. 35. art. 1.

Regula discernendi inter apparitionem boni & mali Angeli.

D. Tho. 3. part. q. 30. art. 3.

Ex limbo aĩæ an appareant.

Matth. vl.

Quid de animabus cum originali solo descendentib⁹, & plura de ipsis declarant.

Eph. 4.

Th. 2. sen. dist. 33.

Rom. 1.

Digitized by Google

habent. Et quamuis in iudicio existentes gloriam iudicis Christi videbunt, & bonos præmiandos æterna gloria pro suis bonis operibus, & malos dãnãdos ꝓ suis demeritis, iudiciiq; sententiam, & promulgationem eius audient, tamen non videbunt eius gloriã beatã clare ipsius faciei, de qua. Psal. In lumine tuo videbimus lumen, & Paulus videbim⁹ eum sicuti est facies & faciem, & de qua iterũ Paulus. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ Deus præparauit diligentibus se. Dur. autem 2. senten. dist. 33. arti. 3. dicit. Pueri in solo originali decedentes, quia non cõmiserunt peccatum actuale, non pertinent proprie ad iudicium, quod erit proprie de peccatis cõmissis, carebunt tamen visione diuina, quia non fuerũt regenerati per gratiam Christi. Nec oportet quòd cognoscant se esse priuatos gratia, & per consequens visione diuina propter peccatũ primi hominis, vt doleant de hoc, cum talis cognitio pertineat ad fidem, & in ipsis ponitur sola cognitio naturalis, propter hoc nõ oportet quòd doleant de carentia visionis diuinæ, quam ignorant. Cum enim sint perfecti in cognitione naturali, sciunt quòd cognitio naturalis non se extendit, nisi ad illud quod ipsi cognoscunt. Vel dato quòd in iudicio ipsi cognoscent, quòd boni aliqui per gratiam mediantibus bonis operibus meruerunt vitam æternam, qua ipsi carebunt, ex hoc tamen nullũ dolorem habebunt, quia in ipsis separatis, & in termino vitæ existentibus, non erit aliqua obliquitas voluntatis, ita vt irrationabiliter doleant de quocunq;, cognoscentes sic ordinatum esse a prima cã causarũ, in ditione cuius cuncta sunt posita, cuius omnis actio & ordinatio est iusta. Et ad primum argumentum dicit. Pueros in solo originali decedentes forte latet causa suę damnationis, scilicet demeritũ Adę, & solum cognoscunt se non habere illam visionem diuinæ essentiæ, ad quã homines possunt per gratiam solam

Dur. 2. sen. dist. 33. articul. 3.

Christi attingere, cuius ipsi non fuerunt participes, propter quod de hoc ipsi nõ possunt rationabiliter dolere, vnde & peruersa esset voluntas eorũ, si vellent pertingere ad ipsam, cum ad eam non sit accessus creaturę, nisi per gratiam Christi, cuius ipsi non sunt capaces. Hæc ille. Et glosandus est sanctus Vincentius, qui dicit in suis sermonibus, quod ipsi in iudicio præsentabuntur, non solum vt dicit sanctus Thomas, & communiter doctores, vt videant gloriam iudicis, sed vt etiam vindictam exquirant de suis parentibus, qui sibi fuerunt causa talis priuationis. Quia hæc expetitio vindictę erit proclamante ex ipsorum præsidentia, priuatione tali, contra delictũ parentum in vindictam, sicut & sanguis Abel effusi super terram, clamabat vindictam contra Chaim, & sicut sancti martires clamabũt. Vindica Domine sanguinem nostrum qui effusus est. Sed quæres post iudicium in assumptis corporibus, vbi habitabunt? De hoc nihil ex sacra scriptura habemus, tamen Dominus Antoninus Florentinus, in prima sua parte, & Hieronymus Feraríensis in libro de triumpho crucis dicunt. Pie est credendũ, quòd ipsorum habitatio erit in hoc mundo, agentes vitam contemplatiuam in speculatione naturali creaturarum, & creatoris, meliori modo quàm vnquam quisquam philosophorum, vtpote qui sunt similes Angelis, modo quo superius diximus, in similitudinibus datis eis a diuino lumine in recessu a corpore. Et adhuc vtentur abstractione sensibilium nobiliori modo, quàm nos vtimur, quia clarissimi sensus, & media, & obiecta eis erunt absq; vlla macula ad hoc impeditiua. Et conuersatio adinuicem erit dulcissima, quasi beatam vitam ducentes sine cibo, & potu, & alijs ad hominum miseriam, & infirmitatem pertinentibus. Nec est dicendum eos iterum ad limbum eorum reuersuros, vbi carerent absque suo defectu potentiæ visuę cognitione, quæ est excellentior

cæte-

Digitized by Google

cæteris sensibus, ostendens differentiam cęlestium, & terrestrium, vt dicit philosophus in prohemio Metaphysicę. In centro autem terræ vbi est ipsorum limbus, est locus obscurus, ad quem radij solares penetrare non possunt. Sed quæritur, quomodo animæ separatę a corpore loquuntur? Respondetur, per directionem conceptuum suorum ad aliam animam, cui vult loqui, mediante imperio suæ voluntatis, modo quo & Angeli loquuntur adinuicem, manifestando propriũ conceptum alteri Angelo imperio suę propriæ voluntatis. Nec ad hoc impediuntur aliqua distãtia adinuicem, sicut ostensum est ex Euangelio in Abraam, & diuite. Alter erat in limbo patrum portatus in sinu Abrae ab Angelo, alter erat in inferno, inter quos magnum chaos est firmatum. Sed post iudicium in assumptis corporibus erit locutio exterior animarum adinuicẽ nutu vel signo, aut verbo. Et beati etiam lingua laudabunt Deum, damnati ipsum eadem lingua maledicent & blasphemabunt. Adhuc extimo, quòd etiam animæ assumptis corporibus non tantum locutione exteriori, sed etiam interiori locutione, scilicet manifestatione conceptuum suorum loquentur adinuicẽ. Quoniam reassumptio corporum non erit eis impedimentum tam nobilis locutionis interioris adinuicem. Aliter in deterius erit eis quantum ad hoc hæc vnio, quia causa priuationis huius locutionis, quæ sine comparatione superexcedit locutionem exteriorem. Vnde & inter nos excellentius loquuntur adinuicem, qui se nutibus, & signis intelligunt, quam verbis exterius expressis. Sed dices an damnati videant gloriam beatorum? Respondet. S. Tho. Quòd sic, in generali, & non in particulari, vt qualis sit eorum gloria, sed potius modo coniecturali, & argumentatiuo, quàm visiuo, sicut cum pauper cognoscit tripudia, & gaudia celebrãtium nuptias, sed non videt quos cibos comedunt, & hoc vsque ad diem iudicij. Sed post diem iudicij omnino visione tali carebunt, quia de ea peramplius cogitare non poterunt, ita ad proprias pœnas eorum cogitatio deflectetur. Memorabuntur tamen de gloria eorum, quam ante iudicium, & in iudicio de eis cognouerunt. Et hoc erit eis in tormentum propter inuidiam, & carentiam talis visionis, & quia indigni peramplius talia videre.

An dãnati videãt gloriã beatorum.

Tho. 4. di. 50.

SERMO

SERMO QVINTVS DECIMVS.

SOLI DEO FIDENDVM, ET SI QVANDO fidendum sit etiam hominibus secundario, hoc tamen non sine multo moderamine, propter instabiles hominum mores, ne dicam malitias.

Exod. 14.

Legitur Exodi. 14. Cum egressi essent filij Israel de Ægypto, parato magno exercitu, & curribus insecutus est eos Pharao. leuantes post se oculos Hebræi, & videntes magnam multitudinem insequẽtium eos, timuerunt valde. Nec enim fugę facultatem habebant, nec pugnare poterant, quia inermes Et clamauerunt ad Dominum. Et multi contra Moysen murmurabant, quòd eduxerit eos de Ægypto, multis verbis sibi improperantes super huiusmodi. Et ait Moyses ad populum. Nolite timere, state, & videte magnalia Dei, quæ facturus est hodie. Ægyptios quos nunc videtis, nequaquam amplius videbitis in sempiternum. Dominus pugnat pro nobis, & vos tacebitis. Et orauit Moyses ad Dominum. Qui ei dixit. Quid clamas ad me? eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud, & super siccum ingrediantur filij Israel. Tollensque se Angelus qui præcedebat eos, stetit post tergum inter Ægyptios, & Israel. Et erat nubes tenebrosa Ægyptijs, sed lucida Hebræis. Cumque extendisset manum suam flauit ventus vehemens, & vertit aquam in siccum. Et diuisum est mare in duodecim diuisiones, vt quæque tribus per turbas suas incederet. Et Moyse præcedente, profecti sunt per medium maris, & erat aqua quasi murus a dextris eorum, & a leua. Et ingressi sunt Ægyptij post eos. Et dominus iniecit super Ægyptios tonitrua, & coruscationes, atq; lampades, & imbres intolerabiles. Vnde & territi dixerunt. Fugiamus Israelem, Dominus enim pugnat pro eis. Et omnibus egressis, saluis Hebræis, ad siccum: Ægyptij submersi sunt cum curribus, & equitibus, & suo exercitu, extendente manum super aquas Moyse, vt reuerterentur super ipsos ad pristinum statum. Et Moyses tunc decantauit canticum. Cantemus Domino gloriose, equum & ascensorem proiecit in mare. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem, &c.

Cõfidẽdũ est in Deo principaliter sed in homine secundario licet cum cautela.

Hoc mane. Ad propositum sacri Euangelij prædicabimus de confidentia, & quòd principaliter in solo Deo est ponenda, & secundario quòd potest poni in creatura moderate, & nõ vt deuiat hominem vtẽtem eis a Deo principali fine, qui dixit primum quæ rite regnum Dei, & hæc omniā adijcientur vobis.

Tho. 2. 2. q. 17. ar. 4.

¶ Sanctus Thomas. Quærit, an aliquis possit sperare in homine, & breuiter respondet. Cum spes & confidentia sit circa bonum futurum arduum, quoniam præsentium non est spes sed gaudium, nec leuium & facile acquirentium est spes, vt patet, quia nullo pacto speratur res omnino vel de facili habenda, quæ quasi præsens extimatur ab appetente. Nec impossibiliũ est spes, vt ꝙ q̃s volet ꝑ aera &c. Ideo quia spes est de his quæ possibile est habere, & possibiliter haberi possunt, dicimus, ꝙ potest licite hõ spem habe-

habere in aliquo homine, vel aliqua creatura de bono desiderato ex ea. Sed prænotandum est pro declaratione dicẽdorum, quòd duplex est finis, & duplex est agens hominem mouens ad aliquod suum desideratum. Est .n. finis principalis hominis vocatus a philosophis finis,grã cui⁹ vel finis qđ & est finis, quo. Finis grã cuius hoĩs, est ipse Deus. Et secundum theologos ipsemet Deus per quem homo finaliter,& completiue beatificatur, vt videndo ipsum secundum Paulum facie ad faciem. De qua Aug. fecit Deus rationalem creaturam,vt summum bonum intelligeret, intelligẽdo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. Et hoc bonum a Deo est sperandum nobis dari, quia dixit Christus. Pusillus grex nolite timere: complacuit enĩ patri meo dare vobis regnũ. Et iterum. Quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.Et petite vt gaudium vestrum sit plenum. Et Matth. thesaurizate vobis thesauros in cęlo,quia Ioan. dicit, transit mundus & concupiscentia eius. Et Paulus non habemus hic manentem ciuitatẽ, sed futuram inquirimus. Ideo quæ sursum sunt,& sapite,& quęrite,non quæ super terram. Quia dicit Augu. in manuali.Cor humanum in æternitatis non fixum desiderio, nunquam stabile potest esse, sed omni volubilitate volubilius de alio in aliud transit, quærens requiem vbi non est. In his autem caducis & transitorijs in q bus eius affectus captiuus tenetur, veram requiem inuenire non valet.Quoniam tantę est dignitatis, vt nullum bonum præter summum ei sufficere pôt. Hæc ille. De his alias in alijs sermonib⁹ nostris multa dixi.Vide Sabb. de transfigu Est alius finis quo,vt omnia ista temporalia, & naturalia,quæ sunt etiam secũdum philosophum in 2.de anima,finis hominis, quia vt ipse dicit, nos sumus quodammodo finis omnium. Et quia media ita debent colligi,& eis vtendum, vt a fine principali non deuient. Sicut in tanta moderatione medicina conficitur,ne mortem pro vita inducat. Ideo per bona temporalia quæ sunt adminicula, & subseruientia homini,sic debemus trãsire,vt non amittamus æterna. Et tũc hoc fit in abusu, quãdo secundum qđ Christus dicit,thesaurizam⁹ in terra, non in ordine ad cęlum. Et de his fuerunt illi qui vocati ad cęnam noluerunt venire excusantes excusationes in peccatis,allecti lasciuijs,ambitionibus, & auaritia. De his fuit ille diues apud Lucam.12.qui dixit animæ suę. Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos,requiesce,comede bibe, & epulare. Vide histo. est pulchra,de his fuit epulo,qui induebatur purpura,& bysso,& epulabatur quotidie splendide,& erat crudelis ad miseros pauperes.De his fuit quodam tẽpore & prodigus adolescens qui consumpsit totam substantiam suam viuendo luxuriose.De his sunt illi secundum Pau. quorum Deus venter est,& gloria in confusione, qui terrena sapiunt, & de cęlestibus dicunt cum Hebræis:nauset anima nostra super cibo isto leuissimo. De his sunt Abacuc. 2. qui multiplicat non sua, & congregat malam auaritiam domui suæ, & qui edificant in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. De his sunt qui possident diuitias non vt Domini,sed vt serui,de quibus Christus. Filioli q̃ difficile est confidentes in pecunijs, in regnum Dei introire. Facilius est camelum per foramen acus pertransire, quàm diuitem intrare regnum Dei. Et præsertim hoc accidit in illis, de quibus Prou. Considerans repperi & aliam vanitatem sub Sole. Vnus est,& secundum non habet, non filium,non fratrem,& tamen laborare non cessat, nec saciantur oculi eius diuitijs, nec recogitat dicens,cui laboro,& fraudo animam meã bonis,& de quibus. Psal. dicit. Qui confidunt in virtute sua,& in multitudine diuitiarum gloriãtur, qui relinquent alienis diuitias suas,& sepulchra eorum domus illorum in æternũ. De qua sepultura dicit. Hie. Sepul-

[Margin: Est duplex finis. — Luc.12. — Perpulchrẽ discurritur: creatura vtendũ est moderate, & non p abusum. — Marc.10. — Prou.4. — Hier.22.]

Sepultura Asini sepelietur, idest post mortem cuius corium solum est vtile, & anima cum epulone in inferno sepelietur, vbi est sepultura eorum qui asininam vitam ducunt, & de quibus Prou. 11. Qui confidit in diuitijs suis corruet. Hij similes sunt militibus Gedeonis reprobatis a Domino pro militia, qui non manu, idest ad necessitatem aquas temporalium bonorum bibunt, sed flexo poplite ad voluptatē. Vbi sunt principes gentiū, & qui dominantur super bestias terræ, quæ sunt super terram, qui in volucribus cęli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerūt. Et de quibus Greg. dicit, successus bonorum temporalium, signum est æternæ damnationis, nisi obseruauerint, ad quod Paulus eos hortatur. Diuitibus huius seculi pcipe non sublime sapere neq; sperare in incerto diuitiarū, sed in Deo viuo, q pstat nobis oīa abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi bonum fundamentum in futurum, vt appræhendant bonam vitam, hæc Paulus, tu autē super hæc omnia practica. Secunda propositio. S. Tho. est, quòd sicut finis duplex principalis, & secundarius, scilicet Deus, & creatura ita etiam est duplex agens, principale & secundarium. Principale est Deus, de quo dicit propheta, omnia opera nostra in nobis operatus es Domine. Et Iob, pelle, & carne vestisti &c. Et Paulus, quid est serue nequam, qđ nō accepisti? &c. Et ideo cōparamur nos ad Deum in operando, sicut aer ad solis illuminationem. Quamuis enim in die possumus dicere, aer lucet vel corpus est lucidum: nihilominus tota lux aeris, & corporis lucidi est ab illuminante Sole, nec potest dici aer ex eo quia lucidus, quòd a seipso sit sibi talis lux, quoniam remoto Sole vel illuminante remanet corpus lucidum tenebrosum. Ita dicim⁹, quòd quamuis operationes nostræ denominantur a nobis tamquam nostræ essent, tamen sunt omnes a Deo. Et secundū Greg. nisi manus omnipotentis contineret omnia, cuncta cito in nihilum redigerentur. Nec possumus dicere, vt Nabuc. superbus, non ne hæc est Babilō, quam in robore meo edificaui. Est homo marcidus, egēs recuperatione, pl⁹ deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei respexit eum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius, & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Bona & mala vita, & mors, paupertas, & honestas a Deo sunt, sapientia, & scientia legis apud Dominum, dilectio, & viæ bonorum apud ipsum. Hæc ille. Propterea, & Salomon ait. Paupertatem & diuitias ne dederis mihi &c. Quasi diceret, hæc sunt a Deo data. Bene dicitur. Qui confidit in cogitationibus suis impie agit. Et ideo si cuncta sunt a Deo datore, sibi sunt bona nostra attribuenda siue gratiæ, siue fortunę sint, & expetenda sūt ab eo si expediunt cum confidentia. Quoniam qui aues cęli quæ neq; serunt, neq; metunt, pascit sine defectu & qui campos lilijs ornat, vt nec Salomon in tota gloria sua sit similiter vestitus, & pluris his simus nos coram Deo, non deficiet nobis oleum in lechito, sicut nec illi bonę viduę, quam Helias pauit tempore siccitatis. Igitur primum quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. Qui ita turam nostram auget, augebit incrementa frugum nostrarum. Dicit enim S. Iacob. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hesitans. Qui autem hęsitat, similis est fluctui maris, quia vēto mouetur, & circunfertur. Non enim extimet ille homo, quòd accipiet aliqd a Domino. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis, hæc ille. De hac confidentia in Domino solo prin-

Iud. 7.
Bar. 3.
1. Thi. 6.
Duplex ē agens, & ostenditur oīa nostra esse a Deo.
Eccle. 11.
Prou. 11.
3. Reg. 17.
Quod in Deo sit cōfidendū, q nō deficit in pmissis. Iacob. 1.

Eccle.2. lo principaliter habenda. Respicite filij nationes hominum, & scitote, null⁹ sperauit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis ei⁹ & derelictus est? Aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Quoniam pi⁹ & misericors est Deus, & remittit in die tribulationis peccata, & protector est omnibus inquirentibus se in veritate, hæc ille. Et quamuis de potestate Deus vel potentia absoluta, posset nos non iuuare etiam inuocatus, quia non obligatur nobis, quis enim prior

Rom.11. dedit illi dicit Pau. Et ei retribuetur,

Iob.4. Et Io. Ipse prior dilexit nos. Nihilominus non potest nobis inuocatus in veritate cordis deesse de potentia ordinaria quæ a sapientia sua procedit. Quia cum sit veritas infallibilis promisit, petite, & accipietis. Et omnis q petit, accipit &c. Et hoc exemplariter ostēsum est in Psal. qui dicit. Exortum est in tenebris lumen rectis corde, idest dummodo homo in rectitudine cordis ambulet, etiam si est in tenebris, Deus illuminat eum. Et hoc semper verum est, in his quæ sunt salutis animæ. In temporalibus autem bonis vt bonus medicus, dat sic temperate, quòd non dat quod volumus, vt tribuat quod mallemus. Quia multi petunt, quę non expediunt. Hoc gētilis Valerius libro. 7. perpulchrè testatur, quanto magis nos christiani gratia Dei illuminati istam veritatem clarius debemus profiteri? Dicit em̄ Socrates humanæ sapiētiæ quasi qđdam terrestre oraculum nihil vltra petendum a dijs immortalibus arbitrabatur, quam vt bona tribuerēt. Quia hi demum scirent, quid vnicuiq; esset vtile. Nos autem plerumq; id votis expetere, quod non impetrasse meli⁹ foret. Et enim densissimis tenebris inuoluta mortalium mens in quàm late patentem errorem cęcas præcationes suas spargit. Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt. Honores concupiscis, quàm plures pesundederūt. Regna tecum ipsa voluis, quorum exitus sepenumero miserabiles cernūtur.

Deus in pmissis temporalibus salutē aīæ respicit.

Splendidis coniugijs inijcis manus, at hæc vt aliquando illustrant, ita non vnquam funditus domos euertūt. De sine igitur stulte futuris malorū tuorum causis, quasi fęlicissimis rebus inhiare. Teq; totum cęlestium arbitrio permitte, quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam elargiri facilime possunt, hæc ille. Et ratio horum est. Aut Deus inuocatus potest te iuuare & non vult. Aut non potest. Non est secundum dicendum, quia omnipotens, nec primum, quoniam sibi ipsi contrarius de instabilitate posset argui, dum nō tribuit quod promittit, cum tamen sit fidelissimus in pmissis, Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Et docet nos orare per pater noster. Exēplariter hoc ostenditur in Noe, qui cōfisus in Domino per simplicitatem vitæ suæ, saluatus est cum sua familia in diluuio. Abraham per fidem, & confidētiam quam habuit in Deo, de hur Caldeorum est liberatus, & in multis tentationibus probatus, fidelis Deo est inuentus. Iacob per confidentiam quàm in Deo habuit, a persecutione fratris Esau est liberatus. Ioseph per confidentiam, quam habuit in Deo, ex carceribus liberatus Dominus Ægypti factus est. Moyses per confidentiā quam in Deo habuit liberauit, & eduxit Hebræos de manu Pharaonis. Insuper vt in principio est recitatū mare diuisit, & per siccum eduxit populum submersis Ægyptijs. Iosue, & Caleph propter confidentiam quam in Deo habuerunt, ipsi soli ex Ægypto de Iudæis exeuntibus ingressi sunt terram promissionis. Gedeon in fide, & confidentia quam in Deo habuit in 300. viris vicit, & triumphauit de inimicis. Samuel ex confidentia quam in Deo habuit, victoriā de Philisteis habuit, & arcā Domini ab eis captam recuperauit &c. Dauid per confidentiā quam in Deo habuit, victoriā habuit de Goliath Philisteo. Insuper quia assidue cōfidebat in Deo, non solum de Saul persecutione fuit liberatus, sed

Exēpla cōfidētiæ in Deo.

etiã rex factus multas victorias est cõ
secutus de aduersarijs populum Dei
ab inimicis defendit, & custodiuit He
lias confidentia sua a tam grauissimis
persecutionibus Achab, & Iezabel sal
4. Reg. 6. uatus est. Heliseus in diebus suis confi
dentia sua in Deum quam habebat po
pulum ab inimicis protexit, quoad
uixit. Et vt breuiter concludam Ma-
chabęi confidentia sua in Deum, mul
tas victorias habuerunt vt patet pri-
mo & secundo libro eorum. Et ne vo-
bis sim tedio in discurrendo per histo
rias concludamus. Quis sperauit in
Domino, & confusus inuentus est. Vi
de Sapient. quinto capitulo. Sed dices
at multi etiam confisi in Domino nõ
exaudiuntur a Deo, & confusi rema-
nent. Quot enim tribulationes occur
runt bellorum & destructiones pro-
uinciarum, & permaxime per infide-
les, qui iam totum mundum subiuga-
runt destructis Ecclesijs &c. Ad hoc re
Isa. 59. spondet Isa. Ecce non est abbreuiata
man⁹ Domini, vt saluaret nequeat, ne
que aggrauata est manus eius, vt non
exaudiat, sed iniquitates vestrę diui-
serunt inter vos, & Deum vestrum, &
peccata vestra absconderunt faciem
eius a vobis, ne exaudiret. Manus ve-
strę pollutę sunt sanguine, & digiti ve
stri iniquitate, labia vestra locuta sũt
mendacium, & lingua vestra iniquita-
tem fatur. Hæc ibi. Sed dices. At nũc
saltem in tribulationibus per pœniten
tiam ad Deum, & per processiones, &
per cætera similia recurrimus, quare
non exaudit nos Deus confidentes in
Hier. 7. ipso? Ad quod Hier. respondet. Hæc
dicit Dominus exercituũ Deus Israel.
Bonas facite vias vestras, & studia ve
stra, & habitabo vobiscũ in loco isto.
Nolite confidere in verbis mendatij
dicentes. Templum Domini, templum
Domini, tẽplum Domini est. Quoniã
si benedixeritis vias vestras, & studia
vestra, scilicet in veritate, si feceritis
iudicium inter virũ, & proximũ eius,
aduenę & pupillo & viduæ non feceri
tis calumniã, nec sanguinem innocen-
tem effuderitis in loco hoc, habitabo
vobiscum in loco isto in terra, quam
dedi patribus vestris a seculo vsq; in
seculum. Ecce vos confiditis vobis in
sermonibus mendatij, qui non prode-
runt vobis. Furari, occidere, adultera-
ri, iurare mendaciter, libare Baalim,
& ire post deos alienos, idest septem
mortalia peccata, quos ignoratis. Baa-
lim interpretãtur deuoratores, signat
gulosos, & cæteros quorum Deus ven
ter est & gloria in confusione, & veni-
stis, & stetistis corã me in domo hac,
in qua inuocatum est nomẽ meum, &
dixistis, liberati sumus, eo quòd fece-
rim⁹ omnes abominationes istas. Nun
quid ergo spelunca latronum facta
est domus ista, in qua inuocatum est
nomen meum in oculis vestris? Ego
ego sum, ego vidi dicit Dominus. Et
nunc quia fecisti omnia hæc opera di
cit Dominus, & locutus sum ad vos
mane surgens, & loquens, & non audi
stis, & vocaui vos, & non respondistis,
faciam domui huic, idest templo Hie
rusolimis in qua inuocatum est nomẽ
meũ, & in qua, idest in Hierusalem
vos habetis fiduciam, & in loco quem
dedi vobis & patribus vestris, idest
terram Iuda sicut feci in Sylo, idest in
vrbe in tribu Ephraim, vbi primo ar-
ca testamenti fuit locata, & fui vobis-
cum ibi in terra promissionis, & proij
ciam vos a facie mea, sicut proieci om
nes fratres vestros vniuersum semen
Ephraim. Idest per Ephraim designa-
tas decem tribus Israel propter pecca
ta eorũ. Idest sicut eos ꝑ Assyrios, ita
vos per Caldeos puniã. Et propterea
consilium Isa. 1. cap. sequimini. Laua-
mini, estote mundi, auferte malum co
gitationum vestrarũ, ab oculis meis, q̃
oĩa interiora inspicio, discite bene fa
cere, qescite ꝑuerse agere &c. & veni-
te, & arguite me, dicit Dñs. Si volueri
tis & audieritis me, bona terrę come-
detis, reliqua vide. In oĩb⁹ igit̃ a Deo A Deo est
principalit̃ cũ cõfidẽtia recta ẽ auxiliũ cũ cõfiden
implorãdũ, a quo cũcta bona ꝓcedũt, tia auxiliũ
& q̃ oĩa opera nr̃a in nobis operatur imploran
sed cũ debita cordis recognitione, & dũ pro cõ
operis prosecutione, & prauitatũ de- tritione.

poſitione, quia cor contritum,& humiliatum Deus non deſpiciet. Et in contrarium Pſalmus dicit. Si iniquitatem aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus ſed quia aſpexit emendationem, propterea exaudiuit De⁹, & attendit voci deprecationis meæ. Et iterum. Benedictus Deus qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam a me &c. Eſt autẽ agẽs ſecũdarium, & ad propoſitum noſtrũ ſunt homines, qui ſunt ad inuicem coadiutores,& ſic dicit S.Tho. licet ſperare de aliquo homine vel de aliqua creatura ſicut de agente ſecundario,& inſtrumẽtali, per quod aliquis adiuuatur,ad quæcunq; bona conſequenda, in beatitudinem tamen principaliter ordinanda. Et hoc modo ad ſanctos conuertimur,vt dicit Iob,conuertere ad aliquem ſanctorum, ſi quis eſt qui te exaudiat, & ab hominibus etiã aliqua petimus. Et vituperantur illi de quibus aliquis confidere non põt ad auxilium ferendum. Vnde in homine vel aliqua creatura tota ſpes nõ eſt ponenda tanquam in principali agente,& in illis in quibus talis confidentia eſſet contra Dei ordinationem. De qua mala confidentia, maxime in malis, & præcipue dum tota ſpes in ipſis ponitur,dicit Pſalmus.Nolite cõfidere in principibus, in filijs hominũ in quibus non eſt ſalus. Exibit ſpiritus eorum,& reuertetur in terrã ſuã, in illa die peribunt omnes cogitationes eorũ. De iſtis ſunt generaliter omnes ſeruientes ſpirituales pro beneficijs acquirendis ſymoniace, & temporales qui Dominis ſuis in omnib⁹ prauis actibus deſeruiunt: confidentiam in ipſis habentes, poſt poſita diuina principali. Quid enim prodeſt dicit Chriſtus homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ autem ſuæ detrimentum patiatur? Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem.i.fragilem, & inſtabilem brachiũ ſuum, ideſt virtutem ſuã & ſpẽ, & a Dño recedit cor ei⁹. Sequitur ſententialiter. Hic ergo ſicut myrice erit,

Vana eſt ſpes fundata in creatura.

Hier.17.

ideſt arbor quæ eſt ſine fructu ſolum folia habens. Benedictus vir qui confidit in Domino,& erit Dominus fiducia eius. Et erit ſicut lignũ quod tranſplãtatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas, & nõ timebit cum venerit æſtus,nec aliquando deſinet facere fructus. Et concludit infra. Dñe omnes qui te derelinquunt confundũtur,recedentes a te,in terra ſcribentur, quoniam dereliquerunt venã aquarum viuentiũ Dñm, hæc ibi &c. Et quamuis neceſſario ſit quandoque ſpes habenda in homine, & confidentia, quia cum ſit homo animal politicum & ſociale impoſſibile eſt eum viuere ſine ſodali, quia vt dicitur Eccle. 4. Melius eſt duo eſſe ſimul q̃ vnum, habent.n.emolumentũ ſocietatis ſuæ. Si vnus ceciderit ab altero fulcietur. Ve ſoli quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. Et ſi quiſpiam præualuerit contra vnum, duo reſiſtunt ei⁹. Funiculus enim triplex difficile rumpitur. Sed quoniam Mich.dicit.Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt. Vir fratrem ſuum ad mortem venatur. Nolite credere amico, & nolite confidere in duce, ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui, quia filius cõtumeliam facit patri, & filia conſurget aduerſus matrem ſuam,nurus aduerſus ſocrũ ſuã, & inimici hominis domeſtici eius. Et Eccle. Secundum virtutem tuam caue te a proximo tuo. Propterea bene dicit Ariſto.cum Cicerone, vt cõfidas in homine, oportet te prius modium ſalis ſecum comedere. Et ratio horum eſt. Quia eſt duplex amor,ſcilicet amicitiæ,& concupiſcentiæ, Amor amicitiæ fundatur in virtute,de qua Pro. dicitur. Amicus verus omni tempore diligit,& frater in anguſtijs comprobatur. Amor concupiſcentiæ eſt fundatus in vtili,de quo Prou. Etiam proximo ſuo pauper erit odioſus, amici vero diuitum multi. Et moralis Cato. Tempore felici multi numerantur amici,cũ fortuna perit, nullus amicus erit. Hic ad propoſitũ vide Eccleſiaſt. Qui

Michæ.7.

Eccle.9.

Cautela ꝓ fidentia in amico.

Prou.17.

Prou.14.

ſunt

Digitized by Google

sunt veri amici, & qui non sed socij mensæ ad tempus, & a quorum consilio est cauendum. In signũ huius Christus de quibusdam ad ipsum conuersis, vt dicit Euangelista, non se credebat eis. Ipse.n. sciebat quid lateret in homine. Reuertentes igitur ad expositionem historiæ in principio assumptę, quæ tota est de vera confidentia in Deo & non in homine & mundanis quæ tenebris assimilantur. Pharao interpretatur nudauit virũ, aut discooperiens eum, & potest denotare diabolum, qui primos parentes ad nuditatem deduxit & spiritualem, & corporalem, vt dicitur Gen.2. Et hic est rex Ægypti secundum interpretationem, idest tenebrosorum hominum, quia est pater mendatij, & in veritate non stetit, sed ab initio fuit homicida dicit Christus. Est insuper rex super tenebras inferni, vbi sunt tenebrę exteriores, vt dicit Christus. Qui circuit quęrens quem deuoret, dicit Petrus, ne sinit christicolas ire ad offendendũ Deo sacrificium per contritionem, cõfessionem, & satisfactionem, per quæ itur versus terram Paradisi promissi talibus. De quo dicit Paulus. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ Deus prępparauit diligentibus se. Et contra tales christicolas exeuntes a tenebrositate peccatorum, & excutientes se a iugo suo, collecto suo exercitu mundi carnis, & satellitum eius inuehit, & ꝑsequitur ad mortem. Et ita grauiter tentat, ꝙ quandoq; eos concludit ad tam magnam perplexitatem & timorem, ꝙ de suo casu & de sua salute ꝑplexi & stupidi remaneant. De hoc dicit Sanctus Iob, nerui testiculorum eius perplexi sunt, & loquitur secundum Sanctum Thomam de diaboli tẽtationibus, qui addit ꝙ dæmon non potest propria virtute sed Dei superari ab homine. Hic possis practice te extendere circa laqueos diaboli extentos per totum mundum, vt Antonius exclamaret, o quis hos laqueos poterit euadere, & ad exemplum demonis apparentis beato Machario sub diuersis ampullis tentationum in veste alligatis. Sed nos in huiusmodi laqueis imitemur Sanctum Moysen per feruentem orationem, non tantum oris sed potius cordis, quatenus & nos mereamur audire a Domino, sicut & ipse audiuit Moyses quid clamas ad me? cum tamen non legitur, tũc eum orasse vocaliter. Quoniam oratio iusti penetrat cęlum. Et debemus vna secum confidere, ꝙ virtute diuina prosternentur omnes aduersarij nostri merito sanguinis Christi, & baptismi rubricati sicut mare rubrum, sanguine Christi. Vnde Paulus Nõ patiť Deus tentari vos supra quod potestis, sed dat prouentum in tentatione. Et beato Paphnutio dixit diabolus. Virtus nostra ad nihilum deducta est, postꝙ Christus est incarnatus. Nõ igitur ponenda est spes principaliter neq; in homine, neq; in bonis naturæ, aut fortunæ, vel alterius gratiæ, etiam si sint adminicula nostra interdum, sed in solo Deo, a quo omne donum, & bonum ꝓcedit. Et sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Nec timenda sunt aduersa, quia Psalmus dicit. Dñs mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos, & ad Phil. quarto Paulus, omnia possum in eo q me confortat. Et lege totum capitulum Ecclesiastici, in quo perpulchrè discurrit, ꝙ in solo Deo sit ponenda spes & confidentia in omnibus prosperis & aduersis.

Expositio figuralis.

Iohan.7.

SERMO SEXTVS DECIMVS.

CONTRA DIABOLI TENTATIONES multas, multa nobis à Domino Deo subministrantur auxilia, vt equalis, vel fortior sit conditio nostra, in diabolica pugna.

Num. 20. QVòd filios Israel exeũtes de Ægypto, & proficiscẽtes versus terrã ꝓmissionis oportuit transire per fines vrbium regis Seor Amoreorum. Ad quem miserunt legatos, quatenus per confinia sua, promittendo quòd de eorum rebus nihil tangerent, nec aquam de cisternis eorum biberent, qui eis non concessit transitum, sed collecto pergrandi exercitu contra eos venit. At filij Israel declinauerunt ab eis, & per aliam viam prosecuti sunt iter suum ad terram promissionis.

Hoc mane locuturi sumus, cum vt in præcedenti prædica ostendimus sit tam magna virtus diaboli, & tam perplexi eius testiculi, quare De⁹ permittit hominem tam fragilem ab eo tentari, quia in duello, equa cõditio vtriusque debet esse, quod non videtur hic esse. In cõtrarium dicit Paulus, omnia possum in eo, qui me confortat. Phil. 4. Respondetur, vt etiam S. T. de huiusmodi. 1. parte. q. 1 4. ar. 1. ad secundum tangit. Quod quamuis in se non sit equa conditio inter dæmones, & hominem in duello ad inuicem, tamen cum additionibus quibus Deus armauit hominem ad resistendum diabolicis armis, non solum equa est conditio, sed nobilior, & fortior q̃ in dæmone. Primo quia auxilium diuinum semper adest ex corde inuocatum omni homini in talibus duellis contra dęmones, & contra oĩa tela eorum. Psal. Qui habitat in adiutorio altissimi, in

Auxiliũ diuinum ex corde inuocáti semp adest.

protectione Dei cõmorabitur. Et iterum, Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos, & insurgentes in me. Et hoc ostensum est in conflictu Abrae contra quinq; reges cum suis trecentis vernaculis enutritis in domo eius. Gen. Vnde & Melchisedech Dei sacerdos ei victori occurrit dicens. Benedictus Deus excelsus quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Idem de conflictu inermis Dauid contra gigantem Goliath, qué in nomine Domini in funda, & lapide prostrauit. Hoc idem ostenditur in pugna Gedeonis cum. 300. viris contra Madian cum suo, quasi, infinito exercitu, quem in virtute Dei prostrauit. Vide perpulchram historiã, quomodo rex Iosaphat prostrauit regem Amon cum suo grandi exercitu in virtute Dei, dicẽte sibi propheta ex parte Dei, quòd sint constantes, quia habebunt auxilium Domini. Non enim vestra pugna est sed Dei. Et Ægyptij Videtes mirabilia quę facta sũt super Israel in transitu maris rubri dixerũt. Fugiamus Israelem, Dominus pugnat pro illis. Ideo & Christus docet nos pugnandi modum contra astutias dæmonum dicens. Hoc genus dæmoniorum non eijcitur nisi in oratione, & ieiunio. Secundo habemus pro armis nostris defensiuis inuincibilibus, nisi nos volũtarie ea ꝓijciamus, s. gratiam Dei, q̃ etiã parua dicit S. Tho. est sufficiens contra oẽs tentationes diabolicas, sicut in Paulo tẽtato est ostensum, cui ꝓ remotione tẽtationis orãti est dictũ, sufficit tibi gratia mea. Tertio ẽ fides sãcta. Sumẽtes scutũ fidei, in quo possitis oĩa tela neq̃ssimi ignea extin-

Gen. 14.

1. Reg. 18.

2. Para. 20

Exod. 14.

Grã Dei vigor.

Ephe. 6.

Digitized by Google

extinguere. Vide totum capitulũ, pulchra de hoc dicit. Et S. Petrus, cui resistite fortes in fide. Quarto est sacramentum baptismi in speciali &c. sacramenta, per receptionem quorum confertur gratia, etiam, in speciali contra nequitias diaboli. Nam per baptismũ virtute passionis Christi dæmon cum suo exercitu sicut Pharao in mari rubro submergitur, & per confirmationẽ in militiã Christi ascribimur, & cõfirmamur: per extremã vnctionẽ a diaboli laqueis protegimur. O quot remedia collata sunt nobis per septẽ sacramenta, & per septem dona spiritus sancti. Quia donum sapientiæ, vt sint nobis sapida diuina. Donum intellectus, vt simus perspicaces in cognitione, donũ scientiæ, vt sciamus veritatem concludere. Donũ consilij, vt sciamus discernere inter prauum, & rectũ &c. Donum fortitudinis in prospe ris & aduersis. Donum pietatis in proximum. Et donum timoris Domini. Nõ ne in fronte nostra est insignitum nomen Thau, idest crucifixi. Ne nobis noceant aduersa imminentia? Dic exemplum de Iudęo liberato a dæmonibus per signum crucis, quod sibi ex timore eorum in fronte consignauerat, vt dicit Sanctus Gregorius in dialogo. Quinto, est tota Sãcta Trinitas. Primo pater. Dicitur enim. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius cõsolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Est & filius eius factus caro, & frater noster, & nunquam quis carnem suã odio habuit. Qui sicut Apostolis turbatis in nauicula ventis, & vndis, spiritualiter dico tentationibus varijs, dicet & nobis in nostris conflictibus, confidite nolite timere, ego sum. Habemus insuper & spiritum Sanctum, de quo Paul. Ipse enim spiritus sanctus postulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus. Et iterum fidelis Deus qui non patitur vos tentari, supra id quod potestis, sed dat prouentum in tentatione. Sexto in speciali habemus beatam Virginem ad quam quotidie clamamus, tu nos ab hoste protege. practice dic de eius protectione cum exemplis, quæ sparsim vbiq; habentur scripta apud suos deuotos. Ipsa enim est sponsa Dei patris nobilior quàm Hester Assueri. Et plus potest coram patre cęlesti quàm Hester corã Assuero. Si ergo ipsius intercessio saluauit Mardocheum cum Hebręis tentatis ad mortem per Aman hic diabolum figurantem, quid non impetrabit Maria pro nobis coram suo sponso dilectissimo? Ipsa est mater Dei filij. Quid non impetrabit coram suo dilecto filio, cum sit maior coram eo q̃ Bersabea coram Salomone? Cui dixit 3. Reg. 2. Pete a mater mea, scilicet quicquid vis, non est iustum, vt auertam faciem tuam a me. Ipsa est templum spiritus sancti, quam totam, virtus eius obumbrauit, quid non obtinebit coram suo habitatore? Ideo Bernard[us] omnes hortatur, o peccator non liquescas sicut cera ante ignem, ostende matri peccata tua, ipsa ostendet filio pro te pectus, & vbera, filius ostendet patri latus, & vulnera, pater non negabit filio postulanti, mater non negabit matri interpellanti, mater non negabit peccatori ploranti. Et non immerito, quia cantat sancta mater Ecclesia. Nec abhorres peccatores, sine quibus nunquam fores digna tanto filio. Septimo habemus sanctos Angelos nostros custodes, vt dicit Psalm[us]. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Et secundum Sanctum Paulum Hebr. 1. Non ne omnes sunt administratorij spiritus, missi propter eos, qui hęreditatem capiunt salutis. Et vltra alia de Angelorum custodia habemus 4. Reg. 6. qñ vidit Heliseus, & puer Angelos in aere aduenientes in custodiã Helisei contra latrũculos Syriæ, & milites missos a rege Syriæ ad capiendũ eũ. Et dixit puero timenti prædictos milites. Respice in cœlum, plures sunt nobiscum, quàm cum illis. Et vidit magnam multitudinem Angelorum, vide,

De virtute sacramentorũ, & septem donorum spiritus sancti.

Ezec. 9.

2. Cor. 1.

Rom. 8.

3. Reg. 2.

Digitized by Google

4.Reg.6. vide, histo. Octauo habemus & san-
Iob.5. ctos de Paradiso de quibus Iob 5. voca si est qui tibi respondeat, & conuertere ad aliquem sanctorum. Et ibi accipe si pro quia, sicut & in Psalmo dicitur si introibunt &c. Practice extende te ex historijs sanctorum, quomodo plures habent vltra communẽ gratiam impetrandi pro peccatoribus, etiam specialem circa suos deuotos ꝓ speciali gratia, & dono eis concesso. Vt q Sanctus Antonius custodiat a tentationibus Diaboli, Sanctus Nicolaus a tempestatibus, & igne inferni, & ita de alijs. Propterea sancta mater Ecclesia assidue letanias ad sanctos decantat, quia multiplicatis intercessoribus tam sibi acceptis, exaudit Dominus. Nono habemus etiam participationem bonorum timentium Deum in Ecclesia. Psalmus. Particeps ego sũ omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Et iterum Psalm. Propter Dauid seruũ tuum, non auertas faciem Christi tui. Imo propter merita Dauid, Deus filijs eius promittit, non se dispergere misericordiam suam ab eis, si peccauerint vt in Psalmo memẽto Domine Dauid dicitur. Decimo sunt etiam intercessiones bonorum in Ecclesia Christi militanti, qui assidue pro peccatoribus exorãt. O q̃ male mundus staret, si nostris exigentibus demeritis deessent nobis tanti intercessores, quorum merito dat Deus nobis discretionem cognoscendi diaboli astutias, cum se transfigurat in Angelum lucis, sicut figuratiue propheta Ahias cognouit vxorẽ Hieroboam vestibus mutatam 3.Reg.4.

SERMO SEPTIMVS DECIMVS.

CONTRA TENTATIONES DIABOLICAS remedium exponitur, ex historia Israelitarum euntium ad terram promissionis: modusq; ita transeundi per bona temporalia, vt dulcedine terrenorum allecti, non amittamus æterna.

Nõ est negligenda humana ĩdustria ꝑ supposito diuino auxilio.

QVoniam in superioribus disserui mus de armis, q̃bus protegimur ad extra per auxilia quasi exteriora, & Augustinus dicit, qui fecit te sine te, non saluabit te sine te, ideo dicamus nunc ex parte nostri, q̃d requiritur, vt possimus stare firmi aduersus nequissima tela diaboli. Sic em̃ fere in omnibus locis sacræ scripturæ habemus. Quamuis Deus pugnauit vbiq; pro Israele, tamen voluit, siue pauci sint siue plures, quòd & ipsi præpararentur debitis modis ad pugnam contra aduersarios. Dic si vis aliqua exempla. Ideo 1. Mach.2. re- 1.Mach.2.
pręhenduntur per Mathatiam Iudęi, qui noluerunt se præparare ad pugnã die Sabbati, & tot ex eis perierunt.

¶ Dicamus igitur præsuppositis quæ dicta sunt in præcedenti sermone, vtputa in omnibus Dei auxilium cum confidentia est implorãdum, &c. Primum remedium requisitum. Mũdari debemus ab omni iniquinamento mortalium peccatorum. Quoniam vt dicit propheta Isaia. Non Isai.59.
est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, &

Deum

Deum vestrum,& peccata vestra ,abſconderunt faciem eius a vobis, ne exaudiat. Vide reliquum capituli,quia pro practica ad propoſituum pulchra dicit.Inſuper vide Iudit quintum capitulum. Vbi dixit Achor princeps, Holopherni contra Bethuliam irato, Deus Hebræorum odit iniquitatem. Nunc ergo mi Domine, ſi eſt aliqua iniquitas eorum in conſpectu Dei, aſcendamus ad illos, quoniam tradet eos Deus eorum tibi. Si vero non eſt offenſio populi huius coram Deo ſuo non poterimus reſiſtere illis, quoniã Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuerſę terræ, hæc

2.Para.25. ibi. Et 2 Para 25.Noluit Deus, quòd Amaſias rex haberet in milites ſuos de populo Iſrael, quoniam propter idolatriam eorum, nõ erat Deus cum eis. Hæc omnia poſſis figurare, ꝙ dæmonis bella contra nos nihil poſſunt, vbi peccata non regnant,ſed vbi peccata regnant Deus abbreuiat manus,

Hier.5. ne ſaluet, & aggrauat aures ne exaudiat. Propterea. dicit. Laua a malitia cor tuum Hieruſalem, vt ſalua fias. Vſq; quo morabuntur in te cogitationes noxiæ? hæc ibi. Practica hæc,q̃ ſunt & ad propoſitum contra diabolicas tentationes, & contra etiam flagellorum Dei aggrauationes, quæ non niſi per pœnitentiam, & munditiam ſpiritualem comprimuntur. Vnde & in ſignum horum nec Hieremiæ, nec Moyſi, & Samuelis oratio valuit pro defenſione Iſrael. Vide capitulo.14 & 15. Exemplum his dicas de peccatore confeſſo, poſt confeſſionem cuius dixit Dæmon, ſe eum non cognoſcere.

Orationis grandis efficatia. Vide in diſcipulo exempla,& in ſpeculo exemplorum. T. confeſſio, &c. Secundum remedium,poſt mundationẽ & lotionem ſpiritualem requiritur oratio feruens, quoniam muſcæ ollę feruenti non approximant. Vnde & Thobiæ 6. capitulo dixit Angelus, & nobis figuratiue, dæmon expellitur corde piſcis poſito ad prunas, cuius fumus extricat omne genus dæmoniorum. Ideoq; orat Eccleſia ad Dominũ, dirigatur Domine oratiò mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Et

Exodi. Moyſi feruens oratio dum ad Deum eleuatas manus teneret vincere faciebat populo Amalechitas. Inſuper oratio eius feruens exaudita eſt, vt in præcedentibus diximus, quòd populus Ægyptiorum ſubmergeretur in mari rubro, ipſis ſaluis per tranſeuntibus. Et hoc nobis Chriſtus confirmat dicens. Hoc genus dęmoniorum non eijcitur niſi in oratione, & ieiunio. Et diſcipulis dormientibus dixit. Vigilate & orate, ne intretis intentationem. Spiritus enim promptus eſt,caro autem infirma. Dic exemplum de Monacho,qui oratione ſua impediuit tranſire dæmonem a Iuliano apoſtata miſſum ꝓ exploratore ad Perſas. Exoe.17.

¶ Tertium remedium eſt humiliatio. Superbis Deus reſiſtit,humilibus autem dat gratiam. Nam fulgura ſummos feriunt montes & arbores, ac edificia, non autem loca humilia. Lege quid beato Antonio eſt dictum inſpicienti in ſpiritu totum mundum laqueis occupatum, & exclamanti Domine, quis hos laqueos euadere poterit, quia ſola humilitas Antoni. Et dæmon dixit in vitis patrum vni ex patribus. In vno ſolo me ſuperas. Nã tu ieiunas,ego nunquam comedo. Tu vigilas ego nõ dormio, &c. Sed in hoc me vincis, quia te humilias, ego autem nunquam poſſum humiliari. Semper tibi placuit oratio humilium, Iacob.4. Humilitatis virt⁹ & ſuperbiæ prauitas.

& manſuetorum. Hic poſſis te practice extendere. Diabolus non potuit vincere Euam niſi elatam, vt dicit Aug. quia præceſſit tranſgreſſionẽ inobedientiæ eius quædam in mente ſuijpſius eximatio. Dęmon etiam ſuperbum Achab regem permiſſus eſt decipere verbis mendacium prophetarum ad interitum eius. Vide hiſtoriam,quia eſt pulchra. Habes de hoc infinita exempla, quæ etiam applica ad temporales ruinas propter ſuperbiam. Vide, vbi propter ſuperbiam Iudæi humiliati ſunt contra Benia- Iudit.9. 3.Reg.vlt. Iudic.20.

Digitized by Google

min bellantes, nec potiti sunt victoria nisi per humilitatem. Hoc idem habes in libris sacris per totum. Deus enim desposuit potentes de sede, & exaltauit humiles, sicut inter alios ĩ Nabuc. est ostensum, qui postea per humilitatem est iterum restitutus pristinę dignitati. Idẽ 4. Reg. 21. ostensum est in Manasse. Vide plene eius histo. 2. Par. cap. 33. & eius orationem humilem in fine eiusdem libri. Vide etiam plura exempla in beato Antonino 2. par. de superbia, & discipuli, ac speculi exemplorum exempla sub eodem titulo.

4. Reg. 21.

De exercitij salubritate & ocij prauitate.

¶ Quartum remedium est vitatio ociositatis. Nam nihil magis in homine dæmon animaduertit quàm ociũ. Vide de hoc nostram expositionẽ super Euangelium fer. 5. tertiæ Dominicæ Quadrag. quia de hoc ibi plura dixi. Nam & dæmon qui Machario obuiauerat cum ampullis reuertens dixit, se ex fratribus vnum solum deiecisse, qui in tentatione oblata ociabat. Et alteri ex patribus Angelus ostendit, quomodo saluus fiet, vt scilicet nunquam sit ociosus, sed post operationem oret, post orationem legat, & iterum semper, ac semper sic circulariter se exercendo: Et S. Hieronymus hortatur dicens. Semper aliquid operis facito, vt te Diabolus inueniat occupatum. Non enim facile capitur a Diabolo, qui bono capitur exercitio. Hoc ostenditur in speciali in Dijna filia Iacob. Ratione curiositatis ex ocio procedentis amisit virginitatem Gen. Hoc in sodomitis, quia ocium, & saturitas panis fuit causa iniquitatis eorum. Et eadem fuit causa, vt dicit propheta. Hebræorum populi. Vbi dicitur. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ ocium & saturitas panis. Et non immerito, quia ocium causat gulam, gula luxuriam, cum sit administratiua eius, luxuria inuerecundiã, maxime in mulieribus, vt dicit scriptura, frons mulieris meretricis facta es, noluisti erubescere. Ocium enim deiecit fortissimum Sansonem, deuotissimum Dauid, & sapientissimum Salomonem, qui erant integri ab his, dum exercitio vacarent. Vt Sanson contra Philistæos, Dauid in eosdem, & Salomon in sapientia. In signum huius Deus posuit hominem in Paradiso terrestri, vt ibi operaretur, ne ocio vocaret.

Gen. 34.

Ezech. 16.

Cũ dęmone in tẽtatione non est disputãdũ: quæ causa fuit deiectionis Euæ.

¶ Quintum remedium, secum non est disputandum, sed potius non aduertendum ad ipsum contemptiue, quia sic facilius deijcitur. Nec in hoc Eua mater nostra est imitanda, de qua Pau. Timeo autem, ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, idest disputando secum, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant a simplicitate, quæ est in Christo. Hæc ibi Quoniam dęmon sicut canis latrat in transeuntes, cui si obsistitur magis latrando obsistentem insequitur, si autem surda aure preteritur, a latratu cessat. Et puella facile capitur a tentatore iuuene, quæ respondet tentanti ad omne verbum. Sed si tanquam non aduertens præterit, a tentatore contempto deseritur. Et in hac re vtendum est Salomonis doctrina. Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam. Et maxime mulieres in phantasmatibus diabolicis, quoniã eis præsertim quæ omni spiritui faciles sunt ad credendum, se transfigurat in Angelum lucis vtantur consilio prudentis confessoris, & idem dic de scrupulosis, qui deficiunt in proprio iudicio. Quoniam Prou. dicitur. Vbi multa consilia ibi salus. Et Ecclesiast. ante omnem actũ pręcedat consilium stabile. Et 33. cap. sine consilio nihil facias. De his vide nostram expositionem. fer. quarta Dominicæ. 2. q.

2. Cor. 11.

Prou. 13.
Eccle. 37.

Qua prudentia est vtendũ in tẽtatione.

¶ Sexto, vtendum est prudentia, qua Christus vsus est in sua tentatione, quia vsus est scuto sacræ scripturę. Psal. Declaratio sermonũ tuorũ illuminat, & intellectũ dat paruulis. Qm̃ gulæ r̃ndit non in solo pane &c. superbię, non tentabis, auaritiæ tẽporali, & spirituali respondit, Dñm Deũ tuum adorabis. Omnis caro fęnum. Et Psal. Nihil inuenerunt viri diuitiarũ post mor-

Isa. 40.

mortem in manibus suis. Et 1.Ioan.2. Transit mundus & concupiscentia eius. Et Sapient.5.dicent. Hi qui sunt in inferno. Quid profuit nobis super bia nostra, aut iactantia diuitiarum quid contulit nobis? Practica de simillib. Nec contristandum est, cum Deus te aliquibus tribulationibus permittat agitari, siue sint carnis, siue mundi, siue diaboli. Quoniam dicit Paulus, quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam scripturarum spem habeamus. Et Iudit.8.ca.dicit. Omnes qui Deo placuerunt, per multas tribulationes & probationes facti sunt amici Dei. vide quia ad hoc propositũ multa dicit. Et Sanctus Paulus ad Heb.12. Fili mi noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris cum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate, tanquam filijs vobis offert se Deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filij estis. hæc ibi. Et S. August. dicit. siue fuerit Petrus cui Deus tradidit claues regni cęlorum, siue Ioannes cui reuelata sunt secreta cœlestia, siue Paulus, qui fuit vas electionis, omnes necesse est dicere, per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Et 2. Thi.2. Paulus. Si sustinebimus & conregnabimus, & Christus de seipso dicit. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Lucæ vigesimo quarto capitulo.

Expositio figuralis.

Figuralis interpretatio.

NVnc exponenda est moraliter historia preassumpta. gloriosus Paulus nos omnes dicit in hoc mundo esse viatores, & patriam nostram semper manẽtem non esse in hoc mundo, sed in alio. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Et 2.Corint.5. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domũ non manufactam, sed æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostram, quæ de cœlo est superindui cupientes, si tamen vestiti & non nudi inueniamur. Nã qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati, eo quòd nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Audientes igitur semper & scientes, quoniam dum sumus in hoc corpore peregrinamur à domino. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Audemus autem, & bonam voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad dominum, & ideo contendimus siue prę sentes, siue absentes placere illi. omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit siue bonum siue malum. hæc ibid. Et ideo Coll.3. monet nos. Si consurrexistis cum Christo, quę sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Et quia peregrini sumus, & peregrinorum est in via tantum necessarijs pro itinere vti, alijs autem impeditiuis, & aggrauantibus iter suum expoliari, & vt dicit Sanctus Paulus, qui in stadio currunt ab omnibus se abstinent, & ipsi vt corruptibilem coronam habeant, nos autem incorruptam. Insuper viatores in via non pro via thesaurizant, nec pro aliena patria, sed pro sua in qua est habitatio eorum, ideo & nosipsi cognoscentes, vt Paulus dixit, nos peregrinari à domino, secundum consilium eiusdem Pauli simus vtentes hoc mundo tanquam non vtamur, & transeamus per hæc temporalia gustando ea, vt electi milites Gedeonis aquam pugno ad necessitatem, & non prostrati pectore, vt abiecti eiusdem milites, ne amittamus æterna.

Se-

Digitized by Google

Secundum etiam Christi consilium, qui dicit. Nolite thesaurizare thesauros deficientes in terra, sed thesaurizate thesauros indeficientes in cœlo, quoniam quę seminauimus, ea & metemus. Si quæ sunt carnis metemus maledictionem de carne, si quæ sunt spiritus, metemus benedictionem de spirituali conuersatione vitam æternam, & incorruptibilem. hæc Paulus sententialiter ad Galath. 6. Reuertentes igitur ad nostrum propositum filij Israel peculiaris populus Dei designant electos Dei, quibus promissa est terra promissionis omni pinguedine manans post egressum de Ægypto, quia Christus promisit christicólis suis vitam æternam; si exierint à tenebrositate spirituali, & à societatibus diabolicis. Et si contempto diabolo cui vituperose seruiebant in tenebrositate peccatorum sicut prodigus, adhæreant soli Deo viuenti, qui dixit Abrahæ promittenti terram plenam pinguedine, Ego ero merces tua magna. Et Moysi, veni & ostendam tibi omne bonum, scilicet, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod præparauit Deus diligentibus se, dicit Paulus. Hi ergo debent exire sine mora à tali tenebrosa habitatione, vt sacrificent domino sacrificium laudis in cordiali contritione, integra confessione, & plena satisfactione. Et his temporalibus vtantur vt peregrini, quatenus non impediantur à suo itinere. Nec peramplius terga vertant ad Ægyptios, vt fecit mulier Loth, allecta pinguedine Sodomorum prouinciæ, terga vertés iterum ad eos contra Dei mãdatum, & conuersa est in statuam salis. Nec in transeundo per viam itineris ad patriam cœlestem promissam nobis, tangamus quicquam vel aquam de cisternis diabolicis gustemus, sed via regia per hunc mundum transeamus, de quo demon vsurpatiue Christo dixit, omnia regna mundi dabo tibi, si cadens me adoraueris, non declinantes claudicando, vt Achab Rex cum populo suo faciebat Deo & idolis sacrificando, tertij Regum decimo octauo. Ad dexteram, vel ad sinistram, vt alliciamur diabolicis cupiditatibus. Nam hic Rex Seon interpretatur elatus, qui significare potest diabolum cum omnibus suis satellitibus elatis, qui plurimum inimicantur christicolis, & congregant exercitum suorum satellitum, scilicet mundi, carnis, & variarum phantasmatum telis igneis circuiendo, vt Petrus ait, sicut leo rugiens quærendo quem deuoret. Sed nos per nostros legatos, idest, affectum & effectum bonum nostrum diabolo mittamus, sicut in baptismo iam protestati sumus abrenuntiantes diabolo & põpis eius, quod de suis bonis quæ ipse possidet non gustabimus, sed via regia vt peregrini transibimus ad terram promissionis à Domino Deo nobis promissam. Et si quid de mundanis ad necessitatem aquis, idest, temporalibus bonis gustauimus in transeundo, & nõ ad voluptatem, soluemus nos per alia opera misericordiæ, scilicet, vel in pauperes, vel in Dei honorem, vel per pœnitentiam, & non intelligas diabolo sed Deo, quia sancti in principio sui sunt accusatores, in eo in quo eos sensualitas traxerit, vel dicas quamuis prostratus est demon per submersionem baptismalem in virtute sanguinis Christi, nihilominus non deficiunt adhuc exurgere contra nos alij loco eorum insurgentes. Quoniam secundum sanctum Thomam, & si demon victus ab aliquo non cito reuertitur ad eundemmet tentandum, tamen alij succedunt loco eius, qui eum tentant, sicut hic moraliter accidit. Pharaone enim submerso filij Israel per desertum versus terram promissionis habuerunt fere infinitos attrocissimos inimicos impedientes iter ipsorum, inter quos fuit & hic rex Seon superbus, & elatus cum suis satellitibus, scilicet, moraliter carne, quæ assidue, vt dicit Paulus, concupiscit aduersus spiritum, & mundo, cum his

quæ in eo sunt, Genes. 2. Figuratis per pomum pulchrum ad videndum, & dulce ad gustandum. de quibus Ioan. omne quod in mundo est, aut est concupiscentia oculorum, aut carnis, aut superbia vitæ. Hi omnes grauiter obstant itineri nostro per ipsorum confinia eundi ad Paradisum nobis promissum. Quorum cupimus non aquã bibere voluptatum, nec fructus eorum vitiorum carpere, nec per vineas, idest, per vbertates eorum transire, sed via regia incedere præceptorum diuinorum, & iustitiæ diuinæ, reddendo quæ sunt Dei Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari, in his quæ obligabimur secundum præceptum diuinum. Sed hi magis irascuntur, & prouocantur suppeditandi spiritum nostrum, colligendo omnes vires suas, suarumque voluptatum nos prostrandi & humiliandi, vt domina ancilletur & serua dominetur. At nos diuertere debemus per separationem à talibus hostibus apprehendendo aliã viam, scilicet, quanto magis tentamur ab his, eo amplius conemur declinare ab eis, secundum quod Psalmus dicit. Declina à malo, & fac bonum, inquire pacem & persequere eam, oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Et clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Sicut hic Dominus fecit quia liberauit eos à tribulatione, quæ circundederat eos per insultantes aduersarios suos, scilicet, carne, mundo, quibus pro necessitate est vtendum, & demone, qui ad voluntatem talia offert, vt nos spiritualiter interimat in non permittendo, & impediendo, ne ad Paradisum regia via iustitiæ per hũc mundum laqueis diabolicis districtum proficiscamur. Pro his omnibus sermonibus de tentatione, vide nostram figuratiuam expositionem super duellum Dauid cum Goliath, quem manu inermi in baculo & lapide vicit in nomine Domini. Et aduertendum est in supradicta figuratione, sicut & in alijs, non semper de verbo ad verbum ex historia omnia sunt figuranda, sed quæ sunt magis ad propositum carpenda, & legenda pro ipsa figuratione. Nam hoc idem dicit Sanctus Ioannes Chrysostomus de sensu parabolico super Euangelium prodigi.

SERMO

Digitized by Google

SERMO DECIMVS OCTAVVS.

VERSATVR CIRCA COGNITIOnem propriorum, & alienorum dilectorum, quæ habebitur in generali iuditio, disputanturque ibi multa ad propositum, cum expositione Abrahæ mactantis animalia.

Gene. 15. Legitur Gen. Dixit Dominus ad Abraham. Sume tibi vaccam triẽnem, & capram triennẽ, & arietem annorũ trium, turturem & columbam. Qui vniuersa hæc tollens diuisit ea per medium, & vtrasq; partes contra se altrinsecus posuit, aues autem non diuisit. Descenderuntque volucres super cadauera, & abigebat eas Abraham. Cumque Sol occumberet, sopor irruit super Abraham, & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum. Cumque Sol occubuisset facta est caligo tenebrosa & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. Et in illo tempore Deus, semini Abraham promisit terram promissionis.

Hoc mane sub dubitationibus vt sit clarior nostra prædicatio, prædicabimus de cognitione peccatorum in iudicio omnium hominum adinuicem.

Quæritur ergo primo. An quilibet in iudicio cognoscet sua peccata, cum hic multa per obliuionem in hominibus transeunt. Respõdetur secundum Sanctum Thom. 4. sentent. distin. 23. artic. 2. quòd sine dubio quilibet clarissime cognoscet omnia sua cogitata, & acta, etiam que hic per obliuionem transierunt, tam bona, quàm mala in sua conscientia aperte descripta tanquam in libro legeret ea. Et hoc clare ostendit S. Paulus ad Rom. dicens. Rom. 2. In illa die cum iudicabit Dominus, testimonium vnicuique sua conscientia reddet, & cogitationes erunt accusantes, & defendentes in die, cum iudicabit Deus occulta hominum secũdum Euangelium meum, per Iesum Christum, idest, institutum. Et ratio horum est. Quia in iudicio iusto oportet quòd & accusator, & testes, & reus habeant notitiam omnium, de quibus fit accusatio, & deductio in iudicio. Et hoc secundum Paulum erit ex descriptione vnicuiq; in sua conscientia, diuina & non naturali virtute. Et vt supra hanc Pauli auctoritatem in particulari descendamus, notandum est, quòd sicut in humano iusto iudicio quatuor existunt, ita conformiter fiet & in hoc diuino iudicio. Quia in eo erit iustus iudex. secũdo erit reus. tertio erunt accusatores, quarto erũt testes, quinto erit processus. Primo erit iustus iudex Christus, Deus verus & verus homo, qui tunc veniet in potestate & maiestate, qui olim per incarnationem venerat in humilitate, vt dicit S. Matthæus. Non subtrahet personam cuiusquam, sicut tu facis quandoque, absoluendo non absoluendum, & condemnando non condemnandum, contra Deuteronom. 15. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas dominus tuus dedit tibi per singulas tribus tuas, vt iudicent populos iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. Et idem. Exod.

Ordo iudicij diuini, in quo nõ erit respectus ad personam, vt aliquo modo corrũpatur eius iudicium. Sap. 6.

Digitized by Google

Exod.23. sequitur in sapientia. quoniam pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter est ei cura de omnibus. Nam dicit Isidorus quatuor modis solet corrumpi iudicium. timore, amore, odio, munere. Sed Dei iudicium timore non potest corrumpi. Potentes potenter tormenta patientur. Non amore. Psalm. Frater non redimet, id est Christus, qui est caro & frater noster, non redimet aliquis homo te, vt prosæ loquatur, nec dabit placationem iusto, qualiscunque acceptionis est coram domino. Practica super hęc. Quoniam tunc etiā sancti conuertent se cōtra peccatores. Psalm. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Practica. Hic sancti quibus deuotione afficiebaris pro te exorabant, tunc autē contra te instabūt. Non corrūpetur odio, quia diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Non corrumpetur munere. Sap.6. Non acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione, dona plurima. De hoc iusto iudice Ioā. dicitur. Videbunt in quem transfixerunt, non solum quem Iudæi transfixerūt lancea & flagellis, sed etiam praui Christiani, quē transfixerunt suis contradictionib. in præceptis. Et aspicient ad me quem confixerunt. Psal. dicit filius ad patrem. Quem tu percussisti, id est permissione, per Iudæos percusserunt, scilicet ingratitudine, & peccatis suis mali Christiani, qui vellent, & attendunt, vt iterum veniam Romam iterum crucifigi, sicut sancto Petro dixit Christus. Et super dolorem meum addiderunt. De hoc iusto iudice Malach. habetur. Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & vsurpatoribus bonorum aliorum, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedē mercenarij, & humiliant viduas, & opprimunt peregrinos, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum. Secundo ibi erit reus, quia dicit Matthæus, ad eum congregabuntur & cæ. etiam paruuli qui sunt in limbo, qui nihil præter originale habent, vt videant gloriam iusti iudicis. Practice dic, vt etiam cōtra parentes stent, qui fuerunt causa eis priuationis æternæ gloriæ. vide de hoc superius. Ser.13. Et ibi rei stabunt à parte vna, iusti à parte alia, vt dicit Euangelista. Practica, quali terrore concutientur miseri rei. &c. Dico tunc accidet eis sicut Regi Baldasari, quādo vidit manum scribentis contra ipsum. mane, Thethel, Phares, & perturbabant eum cogitationes eius, & facies eius immutabatur, & collidebantur genua sua adinuicem, & renes eius dissoluebantur. vide expositionem huius historiæ, quā habes in hoc libro inferius figuratam. Tertio erunt ibi accusatores. Quarto erunt testes, scilicet, Angeli boni maxime qui dati sunt nobis in custodia, quorū monita renuimus, & mali qui obseruarunt sicut mali satellites, nostri omnia acta & cogitata nostra occulta & aperta. Hic practice te extende, ad omnia cogitata, operata, dicta, & omissa, quę potuimus facere, & neglexìmus, aut contempsimus. Testis meus in cœlo est, & in excelsis cōscius meus, scilicet, qui accusabunt, & testificabuntur de loco, de tēpore, de modo, de intentione, & de Sacramentorū irreuerētia, & huiusmodi. Isti etenim sunt exploratores totius vitæ nostrę, sicut missi fuerunt exploratores à Iosue, qui explorarent terrā Chananeorum, qui interpretātur commutatio, quia commutauimus gloriam Dei in creaturam, per abusionem eius Deo despecto. O quam angustæ erunt tunc miserorum vię, cum se prospexerint esse arborē ficus infructiferæ, cui maledixit Christus, & aruit. Idem Matt. Quinto ibi erit processus & registrū, in quo cuncta nostra bona & mala describentur, scilicet conscientia cuiusque, vt Paul. superius dixit. Et Apoc. dī. Libri aperti sunt, & alius liber apertus est vitæ, & iudicati sunt mortui, ex his q̄ scripta erant in libris secūdū opera ipsorū Per primos libros intellige libros prophetarū, & veteris testamenti, in quibus præcepta legis con-

Marginalia (left column): Sap.6. — Sap.10. — Ioan.6. — Zach.12. — Malach.3.
Marginalia (right column): Iob.16. — Num.13. — Luc.17. — Matth.21. — Apocal.9.

Digitized by Google

continentur, vt cuique ostendatur iuste eum iudicatum, quia legem non obseruabit, quæ sibi data est & notificata. Alius liber apertus est, idest, conscientia nostra, vt diximus in qua sicut in libro, & registro ac processu cótinebitur tota vita bona & mala cu iusque. De hoc Bernard. in meditatio nibus. ò lignum aridum, & inutile, æternis ignibus dignum. Quid respon debis in illa die, cum exigetur à te vsque ad ictum oculi, omne tempus tibi impensum? Tunc condẽnabitur, quicquid in te fuerit inuentum operis, vel ocij, sermonis vel silentij, vsque ad mi nimam cogitationem. Væ quot pecca ta proruent ibi ex improuiso quasi ex insidijs, quæ modo non vides, & quæ etiam mala non putas, & quæ modo bona esse credis, nudata facie apparebunt nigerrima. hæc ille. Isa. 18. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo sti lo hominis. velociter spolia, idest, dũ tempus est spolia te à peccatis, detrahe, idest, superfluitates à te, & prædare, idest bona, quæ diabolus tibi subtraxit, vt tibi restituantur. Practica. Hic tuus liber prauorum operum est grandis, ideo fac vt psalmus consuluit dicens. Cogitaui vias meas & conuerti pedes meos in testimonia tua. Et conuerte te dum tempus est cum Ezechia versus parietem cóscientiæ tuæ, & dic domino. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, quia mors & iustum iudicium de propinquo imminet tibi. Et
Eph. 4. obserua quæ Paulus ad Ephé. dicitur. Deponite eos secundum pristinã con uersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu men tis vestræ, & induite nouum hominẽ, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis, & prosequere cætera, quæ ibi dicit. Idem vi-
Coll. 3. de ad Colloss. Quia mutum practicabile est.

¶ Sed quæres an boni mala cognoscent, quæ sibi per pœnitentiam sunt deleta? Quia si sic, in eis erit dolor peccati olim, & tamen omnis dolor a beatis longe est derogans gloriæ eorum, vt dicit Ioan. in Apocalip. Quia amplius non erit dolor, & cætera, quæ Apoc. 21.
prima abierunt. Respondet S. Thom. vbi supra, quòd erit talis recordatio in eis cum gaudio sine aliqua tristitia laudantes in eis misericordiam Dei, qui deleuit eorum delicta gratia sua. Nam beatis, omnis eorum cogitatio, & recordatio cedet in magno gaudio propter Dei bonitatem & misericordiam. Et nos quandoque lætamur recordantes, quia de mortali languore medici sapientia, sumus ad meliorem sanitatem deducti.

Recordatio suorũ delictorũ beatis erit cã gaudij.

¶ Sed quæres, an mali recordabuntur de bonis factis per eos, eo quia tũc lætarentur saltem de eis in inferno, & tamen Christus dicit, quia ibi erit fletus, & stridor dentium? Respondet S. Thomas quòd talis recordatio eorum eis in maximam pœnam cedet, sicut & hic grauissimum dolorem, & tristitiã generat infortunato, olim meminisse fuisse fœlicem. Nam quamuis ex se bona opera gaudij sint causa in operante, tamen cum infœlicitas eis accedit, talium dolorosissima est recordatio ex tali admixto. Mel enim est dulce, sed si veneno, vel absynthio non misceatur, quia tunc ad nauseam prouocat.

In dãnatis recordatio bonorũ operũ tristitiam causabit.

¶ Sed quæres, cum nemo illabatur humanæ menti, & intellectui nisi solus Deus, qui secundum Hieremiam est solus scrutator cordium, an sicut vnicuique propria merita, & demerita peccatorũ sint nota, ita etiam erunt nota vnicuique aliena? Respondetur S. Thomas, & Augustinus, quòd sic. Sed hoc non propria virtute intellectus humani, sed diuina, & hoc vt vni cuique pateat iusta iudicis sententia meritorum & demeritorum, tam suorum quàm alterius peccatorum, aliter hæc iustitia non appareret. Sicut etiam in humano iudicio fit, vbi legitur processus publice ipsius rei propter hanc causam, scilicet, ostensionis iustæ sententiæ iudicis. Nec de cogni tione peccatorũ suorum delectorum

per

Digitized by Google

per pœnitentiam, vt in Matthæo, & Magdalena erit ex hoc aliqua tristitia, vt diximus. Et dicuntur à Doctoribus & à glosa, vt peccata, non vt remissa tegi, & inquantum ea Deus non videt ad punienda, iuxta illud. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Et Augustinus concludit vigesimo de ciuitate, quòd mira celeritate enumerabuntur. Nec hoc est impossibile, quia in quolibet paruo tempore sunt infinita instantia.

Expositio figuralis.

NVnc accedamus ad expositionem visionis Abrahæ. Abrahã interpretatur pater multarum gentiũ, vel audientium, potest denotare prædicatores, quibus Deus pręcipit prædicare iustum Dei iudicium vniuersale, Quod erit tali ordine, Quia ibi congregabuntur capræ quæ sunt fœtidæ, scilicet, gentiles fœtidi ratione idolatriæ, & cultus superstitiosi diuini, vt Machometani, & vaccæ, idest Hebræi sub iugo legis scriptę, qui ritu sacrificiorum animalium mundorum, & cę. Deum venerabantur figuratiuæ, vt dicit Paulus, quia omnia eis in figura contingebant, & aries, idest Christiani qui sunt, vt arietes maioris virtutis quàm Gentiles, & Hebræi. Vnde aries dicitur ab ares quod est virtus, quia maioris virtutis est in grege. de quibus Petrus. vos estis regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Et omnes hi sunt trieñi, quia tam paruuli, quàm iuuenes, & senes cõgregabuntur post mortem suam in iudicio vniuersali, & ideo hæc animalia mactabantur, & contra se ponebantur diuisa secundum ordinẽ, quo Matthęus in Euangelio describit. Et mortui qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui viuimus, qui residui sumus, simul rapiemur, cum ipso obuiam in aera. Turtur autem sunt contemplatiui, & columba, idest actiui, vt Apostoli, & cæteri misericordię viri, qui dicunt Christo. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. & cæt. Quibus Christus. vos qui secuti estis me relinquentes omnia, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Et non sunt diuisi, quia isti non iudicabuntur, sed iudicabunt. Quoniam Christus dicit eis. sedebitis super sedes iudicantes. Per aues descendentes super cadauera, quas Abraham abigebat, possunt denotari prædicatores, qui discurrũt per mundum prædicantes Euãgelium Christi, maxime de iudicio futuro tẽpore determinato, quasi instet dies Domini, sed istos abigit verus prædicator Abraham, quia Christus dixit. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. In eo autem quòd circa occasum solis irruit sopor, & horror magnus & tenebrosus in Abraham, denotari possunt horrendi & valde terrifici illi dies, qui præcedent diem domini terribilem valde, de quibus Christus dicit. Erunt signa in Sole, & cæt. Nam sæpius somnus accidit, vt Apostolis circa passionem Christi, ex terrore, & horrore. Et de his diebus dicit. Iuxta est dies Domini in valle concisionis, Sol & Luna contenebrati sunt, & Stellæ retraxerunt splendorem suum, & Dominus de Syon rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam, & mouebũtur cęli & terra, & dominus spes populi sui, & fortitudo filiorum Israel. hæc ibi. De his etiam terrificis temporibus Hieronymus contemplatur dicens, siue bibo, siue dormio, siue aliquid aliud facio, semper sonat in auribus meis illa vox terribilis, surgite mortui, venite ad iudicium. Cumque Sol occubuisset, facta est caligo tenebrosa, scilicet super malos aduenientes in iudicio, vbi congregabuntur omnes gentes iudicandæ secundũ opera eorum. Quia tunc scrutabitur Hierusalem in lucerna. De his. Psalm. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ, idest, propter tenebrosam conscientiam meam. De

Margin notes: Thess. 4. — Matth. 19 — Luc. 21. — Ioel. 3. — Quam magn⁹ terror erit tẽporibus iudicij.

Digitized by Google

De hoc Paulus ad Rom.2.capit. Reddente illis testimoniū conscientia eorum, & intra se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendētium, in die cum iudicabit Deus occulta hominum, secūdum Euangelium meum datum mihi per Iesum Christum. De
Apoc.14. bonis & electis dicit Ioan. in Apocal. Audiui vocem de cœlo dicentem mihi. scribe beati mortui qui in Domino moriuntur, vt requiescant à laboribus suis. Nam completis diebus si-
Luc.21. gnorum, quæ dixit S.Luc. & S.Paulus
1.Thess.4. ad Thessal. & Ioel propheta, quę vide
& 5. si vis, quoniam sunt ad propositū, tūc apparebit clibanus fumans, quia aperietur infernus dans suos condemnatos, ad æternas pœnas, vt præsententur coram tremendo iudice, vt faciat super eos iterum terrificum iudicium
Sap.6. in corpore, & in anima simul. Potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personā cuiusquam Deus, qui est omnium dominator. Nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam ipse pusillum & magnum fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. hæc ibi. Et lampas ignis transiens inter diuisiones il-
Isai.11. lis, quia dicitur Isai. Non secundum visionem oculorū iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia, modo quo dicitur Sopho.1. Scrutabitur Hierusalem in lucernis. Practica hic super modū, quomodo lucerna accensa, quæritur solicite in omni puncto res perdita. Quoniam ibi etiam de omni verbo ocioso reddituri sumus rationem, cum à iusto iudice dicetur vnicuique, redde rationem villicationis tuæ. Iā non poteris amplius villicare. De his Gregor. ò quam angustæ erunt peccatorum vndique vię. Superius erit iudex iratus, inferius horrendum chaos, à dextris infinita peccata accusantia, à sinistris dæmonia ad infernum trahentia, intus conscientia vrens, foris mundum vastans. Sic deprehensus miser peccator, quid faciet? Fugere ei est impossibile, apparere intolerabile. Sed bonis dicit Christus. vos autem leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra, sicut cum fructus apparent in arboribus appropin-
quat æstas, & collectio fructuum, qui 2.Cor.9.
seminat de benedictionibus, de bene-
dictionibus & metet. Paulus ad Galat. Galath.9.
Nolite errare, Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionē, qui aūt seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes nō deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dū tempus habemus operemur bonum. Ideo hic Deus promisit semini Abrahę, idest timentium Deum terrā promissionis, idest, Paradisum paratum
diligentibus Deū. Et propterea igno- Rom.2.
ras quoniā benignitas Dei ad patientiam te adducit, secundum autem duritiam tuam, & impenitens cor tuum, thesaurizas tibi iram, die irę, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius. His quidem qui secūdum patientiam boni operis gloriam & honorem, & incorruptionem quærentib. vitam ęternam. His qui non acquiescūt veritati, sed credunt iniquitati, ira, indignatio, tribulatio, & angustia. vide totum.

SERMO DECIMVS NONVS.

CVM QVICQVID IN NOBIS EST, vel sit Deus, vel ex ipso Deo, ipsi Deo, nec etiam parentibus, vel magistris, posse secundum æqualitatem satisfieri, sed secundum proportionem.

Legitur 4. Regum, & 2. Paralip. 33. Manasses Rex fuit sceleratissimus, omni vitio infectus, vt propter sua scelera captus sit ab Assyrijs, & ductus in Assyriam, & in carceribus ibi est vinculatus. Dum sic esset vituperose deiectus, tactus dolore cordis recognouit tale flagellum sibi merito fuisse à Domino datũ propter iniquitates suas, & tunc in amaritudine cordis ingemuit, & mirabili oratione ad Dominum petijt veniã pro suis sceleribus, promittens sibi vero corde & proposito, si eum à carceribus liberauerit, & pristinę libertati restituerit, se in omnibus operibus suis vitam in melius commutaturum. Et ita factũ est. Dominus videns contritionem & bonum propositum suum, ipsum restituere fecit pristinæ dignitati. Qui deinde ita vitam suam in melius commutauit, vt esset stupori omni populo. hæc ibi. Sententialiter, tu autem si vis vide in fonte etiam eius orationẽ, quam in carceribus fecit.

Hoc mane prędicabimꝰ, an & quomodo nos miseri peccatores possumꝰ Deo satisfacere, cum bonorum nostrorum non indigeat, nec opera nostra ex se sint talia, vt possint æquari placationi & offensæ eius. Sed in contrariũ est reprobatio Chaim qui inuitatus à Dño, vt pœniteret de malo suo perpetrato dixit, maior est iniquitas mea, quàm vt veniã merear. Ad hoc est dicendum. Dupliciter potest quis alteri esse obligatus. Vno modo ratione beneficiorum sibi collatorum. Psalm. Quid retribuam domino, pro omnibus quę retribuit mihi? Alio modo ratione offensę eius in dictis & factis, aut ingratitudinis. De hoc ex parte peccatoris decantat sancta mater Ecclesia. Quid ego miserrimus, quid dicam, vel quid faciam, dum nihil boni perferam ante tantum iudicem? Et quoniam per quę quis peccat, per ea debet & satisfacere & torqueri, si quis peccauit ratione beneficiorum sibi collatorũ per ingratitudinem, vel alijs modis in non reddendo beneficiũ pro beneficio, hic conetur offenso recompensare gratitudinẽ beneficiorum, vt honore & reuerentia, & alijs recõpensatorijs beneficijs. Similiter qui peccauit in proximum, quem offendit verbo & opere, eisdem verbis & operib. recompensatorijs sibi conetur satisfacere secũdum quod requirit subiecta materia, siue in rebus, siue in fama & huiusmodi. Et quoniã nos maxime peccatores Deo dupliciter obligamur. Primo ratione beneficiorum eius, à quo, & in quo, & per quẽ sunt omnia nostra, & quia secundũ Isai. omnia opera operatur nobis. O quàm grandia beneficia diuina sũt nobis donata, continueque donantur ingratis à Deo, enarra tam spiritualia quàm temporalia & ad corpus pertinentia bona, de his habes latum campum, cui debemus in recompensationem beneficia beneficijs reddere. Sed quoniam vt dicit Aug. quicquid in nobis est, aut est Deus, aut à Deo, secundum Pau. nec cogitare possumus quid quã à nobis, ideo sibi ꝑ nulla reciproca beneficia possumus satisfacere, quia

Deo debemus gratiarum actiones & dolorẽ ac emendam.

Rr satis-

satisfactio in beneficijs non fit de bonis alienis, sed de bonis proprijs, quia dicit Sanctus Ioannes, quis ei primo dedit, & restituetur ei. Ideo hæc omnia, aduertens Sanctus Dauid in spiritu. Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? quasi dicat in me nihil de meo habeo. Et propterea conuertit se ad ea, quæ conuenientia sunt Deo in retribuendo sibi, & dicit. Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Quasi diceret, quia sibi peccaui per ingratitudinem practica & descende in particulari ad omnes ingratitudines, vt merito nobis fons pietatis desiccetur, & merito sicut per Matthæum Hierusalem dicit Christus, propter nostram ingratitudinẽ relinquatur domus nostra deserta, & per Lucam vt nõ relinquatur in nobis lapis super lapidem. Quia ergo sibi peccauimus, & non habentes quid restituere domino, pro omnibus quæ retribuit nobis, calicem salutaris accipiamus cum ipso Dauid, & nomen domini inuocemus, scilicet, honorem latriæ, vt reuerentiæ debitæ & debiti amoris & timoris, & alijs deuotionibus cum gratiarum actionibus, modo quo Dauid in suo Psalmo dicebat. Benedicam Dominum in omni tẽpore, semper laus eius in ore meo, & in domino laudabitur anima mea, & benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Discurre per omnes potẽtias animę & sensuum, quibus benedicitur & laudatur Deus. Et noli obliuisci omnes retributione eius. Percurre contemplatiue per tales retributiones collatas tibi à Domino. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, sicut prodigi & publicani. Qui sanat omnes infirmitates tuas, idest prauas inclinationes in peccata. Qui redimit de interitu vitam tuam, quia à lapsu, tam spirituali, quam temporali, & à pœnis & lapsu infernali. Qui coronat te
Hiere.31. in misericordia & miserationib. Hier. Perpetua charitate dilexi te, ideo attraxi te miserans. Qui replet in bonis desiderium tuum, quia satiabimur cũ apparuerit gloria eius, & inebriabimur ab vbertate domus eius. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua, quia vt dicit sanctus Ioan. Interius ingrediemur, scilicet in anima, & exterius, scilicet in corpore & pascua inueniemus scilicet in patria cœlesti. Ac si diceret ingredietur intus anima in diuinitatis Christi contemplatione, & egredietur, scilicet, in contemplatione dulcissima humanitatis Christi. Insuper renouabitur vt Aquila iuuentus nostra, quia dicit Sanctus Paulus ad Corinth. Hoc corpus corruptibile induetur incorruptibilitate, grossum subtilitate, graue agilitate, & obscurum claritate. Dicit Philosophus. Deo, parentibus, & magistris, non possumus satisfacere per æqualitatem, quia nihil in nobis æquale posset inueniri, per quod beneficijs eorum satisfacere possimus Practica de Deo ad cuius similitudinem sumus facti, fideque eius desponsati, beneficijs, & varijs donis dotati, Angelis ęquati & associati, compotes rationis, & non bestialitatis, & capaces æternæ fœlicitatis. Practica de parentibus à quibus habemus esse, & bene esse, & nutrimentum tam doctrinæ & fidei, quàm etiam corporis, quibus nihil præciosius. Practica de magistris sine quorum eruditione secundum philosophos, homo est potius bestia, quàm animal rationale, & per quorum eruditionem perficitur anima nostra, sicut aer tenebrosus Solis luciditate. Quid enim obscurius ignorantia hominis, sicut videmus in hominibus siluestribus, qui viuunt absque eruditione? Practica, vt sint vltra alia mala sentina vitiorum, & sicut Equus & Mulus indomitus, in quibus non est intellectus. Eis igitur est recompensandum per proportionalitatem, idest, quantum valemus, & in quibus, & modo quo valemus. Practica super hæc. Vt debitum honorem, & reuerentiam, & timorem, & gratiarum actiones. Et si quo parentes, & magistri indigent auxilientur.

Et

[Margin notes: Ioan.10. — 1.Cor.15. — Tribus per equalitatẽ non possumus satisfacere.]

Digitized by Google

Et hic possis discurrere contra inhonorantes Deum, & contra ingratos parentibus & magistris in dictis & in factis. Et dic capitulum Isaiæ primum. Audite & cœli, & audiat terra, quoniam Dominus locutus est. Filios enutriui & exaltaui eos, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus Præsepe Domini, quæ sunt animalia bruta pro paruo pabulo, populus autem meus me non cognouit, & Israel me non intellexit. Dereliquerunt dominũ, blasphemauerũt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos dicit dominus addentes prǫuaricationem? laboraui sustinens. Practica hanc auctoritatem. Secundo obligamur Deo ratione commissionis, & omissionis. O quàm onerosa & grauis est hæc obligatio. Quæro à vobis in quo non offendimus Deum cõmissione, vt non sit sanitas in carne nostra, sed à planta pedis vsque ad verticem languidi, & quadriduani sumus coram Deo & Angelis? Psalmus iniquitas calcanei mei, idest, gressuum meorum circundabit me redargutione dignum. Isai. Multiplicatǫ sunt iniquitates nostrǫ coram te, & peccata nostra responderunt nobis. Quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus. Peccare & mentiri contra Dominum, & auersi sumus, ne iremus post tergum Dei nostri, idest, sequendo mandata Dei nostri, vt loqueremur calumniã, & transgressionem. Concepimus & locuti sumus de corde verba mendacij, idest, perniciosi, & conuersus est retrorsum. Iudicium, & iustitia longe stetit. Lege totum capitulum, quia est ad propositum. Nam vere Deo obligamur in decem milia talentorum, vt non habentibus vnde reddere, tradamur in manus tortorum vsque ad minimum quadrantem reddendum. Ecclesiast. 20. Via peccantium complantata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Audite verbum Domini filij Israel, quia iuditiũ Domini cum habitatorib. terræ. Non est veritas, non est misericordia, & nõ est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendatium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguiné tetigit, propter hæc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea. Quia pro talibus Hierem. Vide, inhibitum fuit, ne oraret pro eis in bono, quia nec Samuel, nec Moyses si pro eis orarent exaudientur, sed eijcientur à Domino prauitate vitæ suæ in gladios, pestem, & captiuitatem. Et ita dic de omissionibus quǫ potuimus facere, & non fecimus. Ideo ad remedium est reuertendum, si quo modo Deus nostra quãuis immunda opera respiciat misericordia; & acceptet munera nostræ reuersionis ad eum. Isa. Excutere de puluere, consurge sede Hierusalem, solue vincula colli tui captiua filia Syon, quia hæc dicit Dominus, gratis, idest voluntarie venundati estis diabolo per iniquitates vestras, gratis & redimemini, quia sine argento. Nam Micheǫ. Quærebat ab eo populus, quibus modis potest Deus iratus contra eos placari, in sacrificijs animalium, vel filiorum immolatione modo gentilium &c. Et respondit eis propheta. Indicabo tibi ò homo, quid sit bonum, scilicet ad placandum Deum offensum. Et quid Dominus requirat à te, scilicet, vt possis redimi & sibi soluere debitum. Vtique facere iudicium, hoc dicit principibus, & diligere misericordiam, hoc dicitur omnibus monẽs ad opera misericordiæ, quoniam dixit Daniel Nabucho. redime eleemosynis peccata tua. Et multa de his vide Thobiæ. Et solicitum ambulare cum Deo tuo. Et hæc solicitudo qualis debet esse docet idem. Vbi dicit enarratis multis mali populi propter quæ non placatur Deus multitudine victimarum, & sacrificiorum, sed lotione spirituali ab his malis. Lauamini mundi estote, auferte mala cogitationum vestrarum ab oculis meis. Et hæc quo ad præteritorum peccatorum dolorem, & purgationem ac satisfactionem. Di-

Marginalia: Isai. 59. — Matth. 8. — Osee. 4. — Hier. 14. & 15. — Isai. 52. — Mich. 6. — Quib. Deo placatur. — Thob. 4. — Isai. 1.

Digitized by Google

cit auferte mala cogitationum vestrarum, quia Christus dicit, qui respexit mulierem ad concupiscendum eã, iã mœcatus est in corde suo, Et non solum quiescendum est à malis cogitationibus, sed etiam quiescite peruerse agere, quod ad factum futurorum, quia vera pœnitentia est, præterita mala plangere, & plangenda non committere nec actu nec proposito. Discite benefacere quo ad virtuosa opera agenda & exercenda. Sequitur placatio. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Hæc ibid. Et concludamus cum Apostolo Paulo. Per Christum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, idest, fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentię autem & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur Deus. hæc ille. Historiam & pœnitentiam Manasses vide in sua oratione & historiam ac pęnitētiam, qua Achab placauit Deum.

2. Paralip.

3. Reg. 21.

SERMO VIGESIMVS.

DE POENALITATIBVS, QVAE hominibus adueniunt in natura: Vbi et pulcherrimè tractatur etiam quibus rationibus Deus suas creaturas produxerit.

Exod. 19.

LEgitur Exod. Vocauit Deus Moysen ad montem Synai dicens ei. Annuntiabis filijs Israel. Vos ipsi audistis, q̄ fecerim Ægyptijs, idest obscuris & obstinatis peccatoribus in portentis, & signis, vobis ad me clamantib⁹ in vestris necessitatibus, quomodo vos portauerim super alas aquilarum, vt in nullo, vos data flagella Ægyptijs, tetigerint. Et propterea si audieritis vocem meam, & pactum meum custodieritis, eritis mihi in peculium de cũctis populis. Mea enim est omnis terra. Et dic eis tertia die veniam ad vos ad loquendum populo in caligine. Mane igitur vt constituerat venit, & vt inclaruerat, cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorq; buccinæ vehementius perstrepebat, & timuit populus, qui erat in castris, eratq; omnis mons terribilis. Et dedit eis pręcepta obseruanda, quæ per Moysen eis narrata sunt, vt patet capitulo. 20. Quibus terrore perterritis dixit Moyses. Nolite timere, venit Dominus ad vos, sic vt terror eius esset in vobis, & non peccaretis. Dixitq; vlterius dominus ad Moysen. Hæc dices filijs Israel. Vos vidistis, quòd de cœlo locutus sim vobis. & cætera.

¶ Hoc mane prædicabimus quomodo creatura etiam facta sit à Deo in vltionem prauorum. Pro declarandis est notãdum, quòd in creatura est duplex obedientia ad nutum creatoris. Vna est naturalis, alia obedientialis. Naturalis est virtus data sibi à deo ad producendos suos effectus naturales per viam naturæ, quia secundum Philo. dans formam dat consequentia ad formam. Vt quia dedit terræ grauitatem, dedit & virtutem tendendi ad centrum, vbi est sua perfectio, & igni dedit formam ignis & virtutem vrendi

Duplex obedientia ĩ creatura est ad creatorem.

Digitized by Google

di & calefaciendi. De his clare loquitur liber Genes. Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciés fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Alia in creatura est potentia obedientialis, quæ est passiua, vt quòd per naturam non potest producere, producat per obedientiam ex motione diuina ad hoc ordinata, vt accidit in fornace apud Danielem, in qua tres pueri erant positi, & ibi cantabant Domino laudem, & ambulabant in medio flammę, tan-
Dan.3. quam in refrigerio. Daniel. Et idem cum Sol stetit in cœlo pręcepto Iosuę spacio vnius diei decimo capitulo, & Sol retrocessit decem lineis in horologio Achab tempore sanationis miraculosę
Isai.38. Ezechiæ Regis, vt patet Isai. Nam in ditione Dei cuncta sit posita, & non est qui possit resistere voluntati eius. His declaratis, secundum sacros Theologos Deus omnipotens creaturas ꝓduxit quintuplici ex causa. Vna est ad manifestationem suæ sapientiæ, Prouerbio. 16. capitul. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. Boetius pulchrum pulcherrimus ipse. Mundum mente gerens, similique sub imagine formans. Sicut & pictor, vt ostendat suam artem, depingit pulchram imaginem, & cætera. Secunda causa est communicatio suæ bonitatis absque sui indigentia, secundum diuersitatem graduum, alicui dans esse clarius, alicui obscurius secundum philosophum &
Sap.10. commentatorem. Sapient. Omnia domine constituisti in mensura, numero, & pondere. Idest hoc modo vt mẽsura referatur ad causam efficientem creatoris, numerus ad ideam, quia Deus vt artifex per artem formauit hominem, & creaturam instituit, species enim rerum sunt, sicut numeri, pondus autem refertur ad finem, propter quem est facta, & ad quem tendit, & inclinatur tamquam aliquo põdere tracta. Tertio propter ipsiusmet
Gen. 1. creaturæ vtilitatem, vt patet Genes.

Quintuplici de cã Deus produxit mũdum.

Vbi etiam omnia ostendit creata propter hominem, cui cuncta subiecit. Psalmus. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Et Aristotelis dicit secundo de Anima, nos sumus quodammodo finis omnium. Quia & cœli & cœlorum motores, & omnes causæ secundæ influxiuæ sunt ad hominis seruitium ordinatę. Quarto ipsa creatura sicut est ordinata per naturam suam ad hominis vtilitatem à Deo, ita est ordinata ab eo, etiam naturali suo cursu ad punitionem hominis transgressoris Dei mãdatorum. Et hoc factum est ex magna sapientia Dei summi artificis, vt ex præuisione futura cui omnia sunt pręsentia, transgressionis ipsius hominis, eandem creaturam non solum ordinauerit ad ostendendam suam sapientiam, & communicandam suam bonitatem, & ad vtilitatem hominis, sed etiam ad punitionem eius. Sicut si artifex rotam ordinet, non solum ad frumenti contusionem, sed etiam ad confractionem, & contritionem hominis malefactoris. In signum huius Deus, post peccatum hominis, serpentem, qui dominationi eius subiectus erat ex statu innocentiæ, fecit vt esset aduersarius eius. Quia dicitur Genes. Post peccatum hominis, Gen. 4.
Deus posuit inimicitias inter eum, & serpentem, vt etiam venenum eius naturale sit sibi ad interitum. Ideo propheta Amos dicit. Non est malum in Amos 3.
ciuitate, quod non fecit Dominus, & intelligitur de malo pœnæ absolute, de malo autem culpæ permissiue, sicut in Dauid est ostensum. Regum vltimo capitu. vbi dicitur. Addidit furor Domini contra Israel irasci, commouitque Dauid in eis numerare populum, scilicet ex elatione, quia ibi & Ioab Regis Dux ei dixit. Quid sibi Dominus meus vult in re huiuscemodi? & deinde secuta est magna pestis strages. Et de huiusmodi plena est sacra scriptura. Non igitur extimes cum supra te sentis creaturàm in contrarium tibi versam, ꝙ hoc fato, idest solo concursu tali cęlorum & creatura-

turarum concurrerit absque ordinatione diuina, sed quia Deus ipse creaturam suã naturaliter sic ordinauit, vt sapiens rotam artifex, vt esset in tali suo natutali concursu contra hominem ex præuisione peccati, & transgressionis mãdatorum eius. Quoniam vt diximus non solum Deus ordinauit creaturam ad prædicta tria, quæ sola à naturalibus philosohis considerantur, ideo de quarta ordinatione eius, scilicet in punitionem hominis non se intromittunt, tamquam solum naturalium actionum inspectores, & indagatores, & non actionum voluntariarũ, cum liberum arbitrium nostrum excedat omnem cursum naturæ, solique Deo libertas nostra est subiecta. Vnde dicunt ipsi philosophi. Quod omnia mala, vel naturæ defectus sunt proprer conseruationem, & pulchritudinem totius vniuersi, quia generatio vnius est corruptio alteri⁹, & ecõuerso corruptio vnius est generatio alterius, & accidit defectus in natura particulari, propter conseruationem ordinis & pulchritudinis vniuersi. Nos autem Christiani addimus, ꝙ hæc Deus etiam ordinauit in vltionem inimicorum suorum, vt diximus quia consideramus apud Deum nullum malum peccati esse impunitum. Ideo & Moysi à Deo dictum est, dum oratione eius parceret populo in adoratione vituli. Ego in die vltionis, id est & si oratione tua modo eis indul-
Exod.32. geo, tamen visitabo & hoc peccatum eorum. Et hoc est contra insensatos Eroneos Philosophos, & Astrologos,
Iob.22. qui dicunt super cœli cardines deambulat, & nostra non considerat. Sed bene Æsopo Poetæ Philosophus Philo cũ interrogaretur quid Iupiter facit, respondit, Alta humiliat, & humilia subleuat. De hac diuina sapientissima
Sap.8. ordinatione dicit. Sapientia attingit à fine vsque ad finem. Idest à fine qui est primus in intentione, vsque ad finem qui est vltimus in executione, fortiter, quia ordinat Deus omnes secundas causas sine defectu ad omnia prędicta quatuor, scilicet, totam creaturam ad ostendendum suam sapientiã, & communicandam suam bonitatem & ad vtilitatem principaliter hominis, qui secundum philosophum.2.de Anima, est quodammodo finis omnium, & quarto in punitionem prauorũ ideo dicit fortiter. Et disponit omnia suauiter, scilicet, vt tali suo concursu creatura non exeat vllo pacto extra limites, & ordinem sibi à Deo in principio constitutum, dum per eã homines puniuntur propter peccata eorũ, sic summo artifice præordinante. Et quamuis parum philosophi naturales de hac quarta ordinatione creaturæ, vt sit, scilicet etiam in punitionem prauorum locuti sint, tamen aliqui ipsorum ex ipsa veritate coacti, ne videatur Deum non habere prouidentiam super acta bona & mala hominum, & ne etiam appareat prauitas hominũ impunita remanere, quoniam & Psalmus dicit, signatum est super nos lumen vultus tui domine, posuerunt aliquos defectuosos effectus in natura datos à Deo, etiam naturali concursu, in punitionem prauorum hominum, sicut Auicenna dicit in sua Metaphysica. libr. 9. cap. 1. de flagellis. Sed quia primus verus nouit hoc totum secũdum modum quem diximus esse illi conuenientem, ideo ab eo incipit esse omnis eius quod fit, sed mediante aliquo, & secũdũ hoc est scientia eius. Igitur propter hac causas prosunt hominibus orationes, & sacrificia, & præcipue letaniæ pro pluuia & alia huiusmo di. Oportet vt timeas reddere malum pro malo, & studeas reddere bonum pro bono, cuius rei certitudo faciet te fugere mala. Sed certitudo huius est euidentia miraculorum eius. Et parum infra. Iam autem in hac materia fecimus librum de peccato & eius opposito. Intende ergo. Attende dispositionem omnium horum, & crede quod dicitur de diuinis flagellis, quæ descendunt super ciuitates flagitiosorũ, & super homines iniuriosos, & considera qualiter defenditur

ditur veritas. Scias etiam quòd causa orationis hic & eleemosynæ, & similium, & similiter euentus iniuriæ, & peccati nō sunt nisi illinc. Et collectio omnium horum, quæ proueniunt in terra ex cœlestibus, prouenit necessario ex necessitate diuinæ voluntatis, hęc ibi. Nam terremotus qui naturali concursu stellarum, & dispositione secundarum causarum ad generãdum ipsos fiunt, propter suos admirandos effectus dicunt eos prouenire in terra in punitionem prauorum, vt scilicet domus & ciuitates & habitationes eorum destruantur tali via naturæ exigentibus suis demeritis. Similiter cœli sagitta, cuius sunt admirãdi effectus vt ad plenum, nec philosophi potuerunt adinuenire causam veram eius. Vt quòd percutiat Dolium integrum remanes, intus vino consumpto, quòd in bursa totum metallum lique faciat bursa intacta, quòd sicut Romę accidit, vt dicit Vinc. histor. puellam percusserit indutam, & bene circa renes strictam, & circa manus tali indumento, & tamen ex vna parte corpus eius mortuum inuentum est integrũ, & indumentum eius ex alia parte, ita strictura ligatum, vt erat supra corpus eius. Similiter quòd tactu vestimentorum infectorum peste, inficiatur homo mortaliter, & quòd vestis peste infecta & cõclauata in capsa, per plures & plures annos in se conseruet talem mortalem infectionem. Vere quamuis naturali concursu cœlorum hæc quandoque accidant, vt ostendũt Astrologorum indagationes, & pronosticationes, tamen effectus ipsorum admirabiles, & inuestigabiles attribuendi potius sunt occultis causis secundis ex ordinatione diuina, ad hominis punitionem, ordinatis. Ideo Deus obseruantibus diuina præcepta dicit

Hiere. 10. Hier. Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cęli nolite metuere, quę timent gentes, quia populorum vanę sunt. Non est similis tui domine, magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis nō timet te ò Rex gentium? & infra ab indignatione eius commouebitur terra, & non sustinebunt gentes comminationem eius. Sic ergo dicetis eis, idest gentibus inspectoribus, astrologice, cursum stellarũ, Dij qui cęlos, & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his quæ sub cęlo sunt. Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cœlos, ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cœlo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ, fulgura in pluuiam facit, & educit ventum de thesauris suis. Et infra vę mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi plane hæc infirmitas mea est, & portabo illam, tabernaculum meum vastatum est, & omnes funiculi mei dirupti sunt. Filij mei exierunt à me, & non subsistunt. Non est qui extendat vltra tentorium meũ, & erigat pelles meas, quia stulte egerũt patres, & dominum non quęsierunt, propterea nō intellexerunt & omnis grex eorum dispersus est. Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis, & ponat ciuitates Iuda solitudinem & habitacula draconum. Et in fine concludit propheta. Corripe me Domine, veruntamen non in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Effunde indignationem tuã super gentes, quæ non cognouerunt te, & super prouincias, quę nomen tuum non inuocauerunt, hæc ibid. Et quòd Deus ipse propter peccata hominum concursum ruinatiuum stellarum, & secundarum causarum ordinauerit, quòd quæ moderatur eum in pœnitentia eorum, habetur Amos 4. Vbi præmittit, quòd ab ipso fit inopia & penuriæ frugum, & ꝙ non pluat super vnam ciuitatem & super aliam pluat. Et pars vna cum pluuia dedit fertilitatẽ, & pars super quam nō pluit, aruit. Et addit percussi vos in vẽto vrente, & in aurigine multitudinẽ hortorum vestrorum, & vinearum vestrarum, oliueta vestra, & ficeta vestra comedit eruca & non re-

Digitized by Google

didiſtis ad me dicit Dominus. Et vide ibi multa de hoc. Et quinto capitulo vineas plantabis amantiſſimas, & non bibetis vinum eorum, quia cognoui multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra. Et de huiuſmodi eſt plena ſacra ſcriptura. Quinta cauſa propter quam eſt creata, vt ſcilicet, vltra ſuũ curſum naturalem ſit Deo obediens in omnibus quæ ſunt prçter naturam eius. Et ꝙ ſit in ea potentia hæc obedientialis patet, quia ad nutum Dei conuertit ſe in oppoſitum ſui curſus naturalis, vt in principio declarauimus. Et ad hanc cognitionem mutationis creaturarum nulla naturali via poteſt aliquis Aſtrologus, vel ſapiens deuenire, vt de ea diuinetur, vel pronoſticetur, quia immediate talia dependent a Dei voluntate, in ditione cuius cuncta ſunt poſita. Quis enim aſtrologorum præuidit diluuium vniuerſale, quando corruperat omnis caro viam ſuam, cum tamen ſecundum Ioſephum ratione longitudinis vitæ ipſorum erant optimi aſtrologi. Imo deridebant Noe in prædicatione eius & fabrica archæ. Quis Sodomitarum & cætera præcognouit compluitioné Dei ſulphurem & ignem vt ſubmergerentur? Quis Aſtrologorum Ægypti præuidit ſubmerſionem exercitus eorum in mari rubro? Quis aſtrologorum Hebræorum prçuidebat mala futura eorum, cum eis Iſaias prçdiceret ventura, niſi conuertantur. Imo deridebant eum & cæteros prophetas dicentes, mãda remanda, manda remanda, modicum, hic modicum ibi, & cæ. Quis enim Aſtrologorum apud Machab. Prçuidit admiranda prodigia & ſigna futuræ ruinæ eorũ per Anthiochum? vide capitulum. Quis tempore Titi & Veſpaſiani, ad ſolum deducentium terram Hieruſalem, Iudæorum Aſtrologorum præuidit, quæ tamen Chriſtus prædixit eis per 42. annos antea? Et de ſimilibus practica. Dicamus igitur quòd propter peccata veniunt aduerſa. Pſalmus. Deus reſpicit terram, ſcilicet in indignatione ſua, & facit eam tremere, tangit montes & fumigabunt, fulgurat corruſcationes, & diſſipabit eos, & commota eſt & contremuit terra, fundamenta montium conturbata ſunt, & cõmota ſunt, quoniam iratus eſt eis. Aſcendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarſit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo, & poſuit tenebras latibulum eius, in circuitu eius tabernaculũ eius, tenebroſa aqua in nubibus aeris. Vide reliquum. Pſalmus 17. Et ſi vis pulchram ibi expoſitionem ſancti Thomæ. Et lege adhoc Deuteronom. 28. capitulo. Et Leuitic. 26. capitul. Et orationem Salomonis. 3. Regum 9. capit. Et 2. Paralip. 7. Vbi apparuit ei Deus & dixit, exauditam eius eſſe orationem. Si propter peccata hominum immiſerit in eos peſtilentiam, tempeſtates, & cætera mala, & populus cõuerſus fuerit à via ſua mala, ego exaudiam de cçlo, & propitius ero peccatis eorum, & ſanabo terram eorum. Et concludamus per illud Michæ. 6. cap. Vox Domini ad ciuitatem clamat, & ſalus erit timentibus nomé eius. Audite tribus & cætera, & infra. Et ego cœpi percutere te, perditione ſuper peccatis tuis. Tu comedes, & nõ ſaturaberis, & humiliatio tua in medio tui, & apprehendes & non ſaluabis, & quod ſaluaueris in gladium dabo. Tu ſeminabis & non metes, tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo, & muſtum & nõ bibes vinum. Ideo hoc tibi dat remedium Sanctus Hieronymus. Si increpat mundus, minetur cçlum, hiſcat terra, angat inopia, conterant bella, inſurgant venti, vaſtet fames, enecet peſtis, Deum ora, Angelos interpella, ſanctos aduoca, pectus tunde, lachrymas funde, corpus attenua, dies congemina, noctes iunge, menſes adhibe, annos copula, perſeueranter pulſa, fieri non poteſt, vt tanta præcum inſtantia nõ obtineat, iudiciſque iram in clementiam vertat. Nihilque erit ꝙ officiat, ſi modo pulſare non deſieris eum, qui dicit. Petite & accipietis, pulſate & aperietur vobis, hæc ille. Facile eſt Deo auertere

2. Mach. 2.

& mo-

Digitized by Google

& moderari ſuper populum ſuum cõuerſum etiam naturalem concurſum deſtructiuum temporalium bonorum
1.Pet.3. hominum. Et quis est qui vobis noceat, ſi boni emulatores fueritis? Vide ad propoſitum. Vbi incipit. Iccirco hæc dicit Dominus &c. Ezech.26.

SERMO VIGESIMVS PRIMVS.

DVM DE SACERDOTVM DIGNITATE loquitur pulcherrimo diſcurſu, Eccleſiam militantem triumphanti Eccleſiæ comparat in gubernatione, & ordinibus: monſtratq; ſacerdotes, qua veneratione habendi ſint.

Exod.30. DIXIT Deus ad Moyſen, facies in ingreſſu tabernaculi, & altaris concham æneam, vt in ea ꝑ canalia aqua impleatur. Dicit Ioſephus, deſuper circunquaque erant ſuper eam poſiti ſpeculi mulierum; & ſacerdotes qui habebant ingredi tabernaculum vel ad altare, antequàm aſſumant veſtes ſacerdotales, vt ſacrificent, lauabant ſibi manus & pedes, & reſpiciebant in ſpeculum, ſi vſpiam in veſte vel facie haberent maculam abluendam, ita quòd volebat eos mundos. Inſuper præcepit eis
Leuit. 27. Leuit. Nullus ſacerdos in diebus vitis ſuæ, cum miniſtrare deberet vinum biberet, aut omne quod inebriare poteſt, vt ſciret diſcernere inter ſanctum, & prophanum, mundum & immundum, & doceret filios Iſrael legitima terræ, quæ locutus eſt Dominus. Inſuper maculam habens non offerat panes Deo ſuo, ſed ſancti erũt Deo ſuo, & non polluent nomen eius. Incenſum Domini, & panes Dei ſui offerunt, ideo ſancti erunt. Scortum & vile proſtibulum non ducet vxorem, nec eam quę repudiata eſt a marito, quia conſecratus eſt Deo ſuo, & panes propoſitionis offert. Sit ergo ſanctus, quia & ego ſanctus ſum Dominus, qui ſanctifico vos. Nunc agit quales non debent eſſe. Qui habuerit maculam non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius. Deinde proſequitur de maculis propter quas ad ſacerdotium non aſſumuntur, ſi cęcus fuerit, ſi claudus ſi vel paruo, vel grandi, vel toruo naſo, vel fracto pede, ſi manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel hernioſus. Et omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo. Hæc ibi.

¶ Hoc mane principaliter erit ſermo de dignitate ſacerdotis, & hunc ordinẽ tenebimus. Primo pro doctrinali parte videbimus, ꝙ Eccleſia militans gubernatur in ſuis ordinibus ad ſimilitudinẽ Eccleſiæ triũphantis. Secundo quales debent eſſe ſacerdotes corã Deo ſuo. Et hoc ſuper primam partem hiſtoriæ aſſumptę vſq; ad illam, vbi dicitur, quales non debent eſſe. Tertio quales non debent eſſe ſacerdotes, & alij Eccleſiaſtici, ſpiritualiter vltimam partem interpretando ſecũdum intentionẽ ſpiritus ſancti, cui defectus naturales nõ diſplicent, quia in na-

in naturalibus, neque meremur, neq; demeremur. Sed quia in sacra scriptura, vt dicit sanctus Paulus, omnia eis in figuram contingebant, & sacerdotium antiquorum figurabat sacerdotium legis gratiæ, in qua figurata clarius ostenduntur, & ideo sub defectibus naturalibus mysticè Deus voluit contineri, & signari in sacerdote defectus voluntarios mali peccati, a quibus Ecclesiastici qui sacramenta diuina pertractant assidue, debent esse alieni, vt puta non digni sacramentorum administratione in talibus defectibus. Quarto in huiusmodi etiam defectibus possunt defectus secularium notari mysticè, quantum ad eos spectat, & ideo caueant ab eis.

Ecclesia militãs gubernatẽ per Ecclesiam triũphantẽ in qua tria ponũt

¶ Quo ad primum. Est doctrina sacrorum theologorum, ꝙ sicut res naturales gubernantur per spirituales, vtputa per intelligẽtias motrices, &c. ita Ecclesia militans gubernatur per Ecclesiam triumphantem. Perinde vt sicut effectus naturales intendunt assimilari suis causis quantum possunt, ita & Ecclesia militans assimilatur, & assimilari conatur Ecclesiæ triũphanti in suis actionibus quantum potest. Et inter alia tria Sanctus Dionisius & sacri Theologi admirãda mysteria ponunt in Ecclesia triumphanti. Primo ꝙ Deus omnipotens ipsam purgat. Secundo eam illuminat. Tertio facit eã per purgationem, & illuminationem perfectam. Nam hæc tria opera Deus facit in Angelis & sãctis beatis. Et hęc purgatio non intelligitur esse ab aliquo peccato vel alqua macula, cum illuc nullus coinquinatus ingreditur, sed intelligitur pro habilitatione ad recipiendum diuinas illuminationes supernaturales, quas ex sui natura nõ possent cognoscere, quia vt dicit scriptura plurima supra hominis sensum sunt tibi ostensa. Vnde postquam sic habiles sunt effecti ad receptionem secretorũ diuinorum, quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito secundum philosophum, tunc eos illuminat, & super eos radios sui splendoris extendit. Et postquam sic sunt illuminati admirabili modo resoluuntur in amorem, & laudem diuinam, & sic efficiuntur perfecti. Et quoniam secundum Dionisium inferiora reducuntur in suprema per media: Ideo vnus Angelus superior sic a Deo habilitatus, & illuminatus, & factus perfectus in aliquo secreto diuino, alteri Angelo successiue sibi inferiori idem reuelat, purgando eum per habilitationem, & illuminando per secreti diuini ostensionem, & apertionem, & ipsum inflammat & accendit ad amorẽ, laudem admirandam Dei, & hoc idẽ facit Angelus inferior in prophetis. Primo confortando, & habilitando intellectum prophetæ, quasi per purgationem, deinde ipsum purgatum sic, illuminat eum, reuelando sibi secretũ diuinum, & ostendendo sibi per illud lumen, id quod habet agere, & quandoq; vocaliter secum loquitur. Ad similitudinem horum triumphantis Ecclesiæ militãs Ecclesia idem met facit. Propterea in Ecclesia ponuntur tres ordines, & tria officia. Primus ordo est ostiarij, cuius est separare infideles a fidelibus. Et hoc est quasi purgare. Secũdus ordo est lectoratus, cuius officium est legere ea quæ sunt fidei populo: Et hoc est illuminare. Tertius ordo est exorcistę, qui ordo est super catecuminos. Et hoc est aliqualiter accendere in Dei, & diuinorum amorẽ, & laudem. Item sunt tres alij ordines, scilicet acholitorum ad purgandum, Subdiaconatus ad illuminandũ, Diaconatus quorum est præparare populo sacramenta ad accendendũ ad amorem & laudes diuinas, postea est sacerdotalis, qui facit populum perfectum ex multis actibus suis. Et quoniam qđ habet inferior, habet & supior, & aliquid plus, verbi gratia, anima sensitiua habet id quod vegetatiua, & aliqđ plus, ideo Episcopus tanquam superior his ordinibus habet quicquid habẽt inferiores ordines, & aliquid abũdantius, propterea ad ipsum pertinet plus alios purgare, & illuminare, & pficere

Eccle.3.

ficere populum, in his quæ sunt Dei. Et quoniam nemo dat quod non habet, propterea omnes prædicti ordines, & pmaxime sacerdotes, & eo amplius Episcopi, debent in se esse valde purgati, & habiles ad diuinorum perceptionem, & plurimum debent esse docti, & illuminati de diuinis, vt ea possint populo recte cómunicare absque errore. Et tertio debent esse vltra alios perfecti & amore diuino accési, vt cæteri vidétes opera bona eorum, glorificent patrem qui in cœlis est, quia de his dicit Christus. Vos estis lux mundi, & sal terræ, & qui scandalizauerit vnũ ex his pusillis, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, idest inferni. De his purgationibus, & illuminationibus, & perfectionibus omnium spiritualium virorũ, permaxime Episcoporum lege 1. Thi. Et ideo Dominus ordinauit figuraliter, quatenus sacerdos non ingrediatur in tabernaculum, nec accedat ad altare cum aliqua macula, scilicet spirituali: sed antequam illuc ingrediatur vel accedat, maculam lauet lauacro cótritionis, & ploratus, vt sic purgatus, aptus sit in tabernaculo Domini, & in altari suo illuminari a Domino Deo: vt sciat in se: & vt alijs communicet, quæ sit dispensatio sacramétorum, & quę pertinent ad salutem, & perfectionem animarum. Quoniam cum Deus sit sanctus, & populo sancta sanctorum communicet, debent esse sancti, sicut ipse est sanctus p immitationem bonitatis ei9, in quo peccatum non est: In figuram horum habebat Aaron & cæteri summi sacerdotes in fronte pendentem laminam auream, in qua sculptũ erat Aioth Adonai, idest sanctum nomen Domini, scilicet terra gratia, maton, quod ineffabile dicitur, quia Dei sacerdos assidue debet esse in contemplatione diuinorum secretorum, quæ sibi sunt reuelata: vt ea etiam populo ostendat, quantum erit pro salute eius. Et propterea habebat rationale, siue pectorale in pectore, in quo habebantur duodecim lapides preciosi, in quibus erant sculpta nomina filiorum Israel: Et in hoc rationali etiam erat scriptum iudiciũ & veritas. Et hæc vt populus videns nomina patrum suorum satageret, ne a virtute horum degeneraret, & sacerdotes vitam, & fidem Patriarcharũm meminissent imitari, & quòd vterq;, & populus, & sacerdos magnus, ac cęteri sacerdotes recordarentur diuinorum iudiciorum, & mandatorum, & a rectitudine, & veritate non recedant. Habebat etiam & humerale cóiunctũ rationali, quia sacerdotes debent maxime rectores animarum, patiéter sufferre onus, & infirmitatem populi, p quibus acriter respondere debent coram Domino. Et Tiara vel infula, quę erat in modum coronę aureę circularis versus cęlum duas acies protendens, significabat q ipsius conuersatio tota debeat esse in celo, vt Paulus dicit, & omnia opera & cogitata sua, in Dei laudem, & honorem dirigere, vt docet sanctus Pau. Et quòd sicut in circulari figura, principio vltimũ coniungit, ita sacerdotes Dei semper debent esse Deo coniuncti per rectam intentionem, & deuotionem. Insuper habebat camisiam lineam ad renes accinctam, & induebatur desuper veste hiacyntina, in extremitate cuius tintinabula erant, & mala granata. In veste alba denotabatur conuersatio eius sine macula, cum præcincta castitate, quia castitas est decor sacerdotalis. Quoniam dicit Sapientia. 1. cap. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et vestis hiacyntina q̃ est cęlestis coloris, quia debent induere Dominum Iesum Christum, deponendo a se veterem hominé cum actibus suis vt dicit Paulus. Tintinabula sunt quę vocant, & inuitant omnes ad sui imitationem, & prædicationem. Paulus 1. Cor. 11. imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et iterum. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar.

Thi. 3. & 1.

Figura sanctitatis sacerdotis.

Col. 3.

efficiat. Mala granata, quæ sunt rubea, & vnita intus in graniculis significant, quia debet conari populum in pace, & charitate Christi adinuicem conseruare & diligere. Vide multa pulchra documenta sancti Gregorij, quæ dat spiritualibus viris in pastorali: vbi etiam agit quàm periculosa est populo vita pastoris, degenerantis ab eo quod repræsentat. Patet igitur quantum honorandi sint ab omnibus præsidētes spirituales, & Dei sacerdotes, qui in signum huius venerationis in sacra scriptura vocantur. Dijs non detrahes, id est sacerdotib. Vocātur Angeli Dei apud Malach. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituū est. Vocantur magistri vel Rabi quia docent te legem Dei. Nam secundum philosophum, Deo, parētibus, & magistris, per equalitatem non possumus aliquid impendere, quia Deus super omnia est, a quo omnia, in quo omnia, & per qué: & ex quo omnia, & a quo omnis paternitas est in cęlo, & in terra, dicit sanctus Paulus. Nam pater tuus est causa tui esse, & magister est causa tui bene esse, permaxime sacerdos qui te Deo regenerat spiritu, quod est eminētius corporali generatione, quantum bonum animæ excedit bonum corporis. Vnde & Plato Deo gratias agebat, q͂a Græcus, & non Barbarus sit natus, & Athenis vbi scientiæ, & virtutes vigebant, & sub disciplina Socratis. Extende te ad practicam circa huiusmodi, quæ per sacerdotes nobis cōferuntur, sine quibus non est salus, & quibus obseruatis cunctis certa salus est. Et vt breuius concludam. Ipsi sunt sicut Angeli Dei, nos purgantes, & habilitantes ad capacitatem diuinorum secretorum, & sacramentorum. Nos illumināt, quia sacerdotis officium est de lege interrogatum respondere, vt dicit Hieronymus. Et perficiunt assidue in Dei amorem, & laudes eius: Ipsi insuper sunt audaces mediatores populi apud Deum, vt patet. 2. Mach. 1. Et per totam scripturam maxime in libro Leuitici. Et Deus dicit Exodi. 29. eruntq; sacerdotes mei religione perpetua. Hæc animaduertentes gloriosissimi imperatores, scilicet Constantinus Imperator, in subiectionem Petri voluit frenum Pontificis manibus tenere, nec voluit causas differentiarum inter Episcopos iudicare, quę ab eis debent iudicari. Idem Theodosius in Ambrosium vide in historia sancti Ambrosij. Nec sanctus Martinus cum Imperatore in mensa recūbens, prius voluit potum propinare ei, sed sacerdoti prope eum sedenti tanquam digniori imperio. Et in hoc ostenditur quantum degenerant spirituales, seruitijs se principum tanquàm inferiores, & serui mancipando, cum ipsis & non principibus sit dictum, q͂ essent dij, & Angeli. Nam benedicens, & docēs maior est benedicto, & discipulo. Et reges benedicuntur, & docentur a sacerdotibus. Et sanctus Franciscus dicebat. Tanta est dignitas sacerdotis, vt si aliquis ex sanctis secum vellet loqui, prius daret audientiam sacerdoti eius manus osculando, quàm tali sancto ex Paradiso ad eum venienti. Et hoc Alexander gentilis fecit, dum sacerdotem Iudæorum occurrentem ei ex equo descendens, est veneratus. Vide hanc historiam in nostra prædica de verbo incarnato super historiam visionis Nabucodonosor de statua. Hoc idē Angelus Apocalipsis 19. ostēdit Ioanni, nolens adorari per eum. Et Cayphas in signum sacerdotij, licet malus fuerit, prophetauit de necessaria morte Christi. Et sanctus Augustinus asserit Hipponæ fuisse quēdam prauum sacerdotem, qui sua benedictione sanabat infirmos, sed dicit Augustinus, hoc non attribuitur malitię eius, quia Deus peccatores non exaudit, sed dignitati, & virtuti sacerdotali, quia vnctus est benedictione sancta, & sacerdotali charactere insignitus. Hoc & dæmon ostendit, dum sanctus Remigius cum sacramento ad cōmunicandum infirmum iret, prostratus

Exod. 21. Malach. 2. Quāto honore venerandi sunt sacerdotes.

2. Mach. 1.

tus iacuit, sed reuertenti absq; sacramento, caput inclinauit, dicens Remigio interroganti eum de hoc. Primo prostratus iacui adorans Deum in hostia, sed tibi sine sacramento reuertenti, exhibui reuerentiam tanquam Dei sacerdoti. Et animaduertant omnes inhonorantes Dei sacerdotes, quomodo Dathan, & Abiron terra absurbuit cum omnibus suis, & substantia ipsorum, quia Moysi, & Aaron sacerdoti detrahebant. Nume. 16. Et 2. Para. 26. Quomodo Ozia Rex fuit a Deo lepra a capite vsq; ad pedes percussus, quia superbe voluit sacerdotis officiũ vsurpare. Qua etiam pęna fuerunt percussi, quia igne de cœlo consumpti sunt, quinquagenarij, qui superbe Heliæ pcipiebant, vt ad regem iret. Pueri Helisæum deridentes a leonibus fuerunt occisi. Et lege historiã Ambrosij, quomodo morte percussa est puella, in derisioné christianorum trahens ipsum ad partes mulierum. Ideo Paulus dũ percuteret eũ summus sacerdos, diceretq; sibi. Percutiat te Deus paries de albate, & cum obijceretur ei, quia summo Dei sacerdoti malediceret, ait. Nesciebam fratres, quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim principem populi tui non maledices, Valentianus etiam Imperator nolens assurgere sancto Martino ad eum venienti sedes eius super quam sedebat igne de cœlo fuit circundata, & tunc coactus honorem sibi exhibuit. Et hæc sufficiant pro prima parte, sed tu comple hic sermonem, reliquum pro alia concione reseruando, ne sis prolixus.

Cõtra inhonorantes sacerdotes.

2. Para. 26.

4. Reg. 1. & 2.

Actu. 23.

SERMO VIGESIMVS SECVNDVS.

DE EORVNDEM SACERDOTVM MORIbus, qualitatibusq; bonis ac malis, ex pluribus sacræ scripturæ dictis abunde pertractat.

Dicit textus quòd sacerdos de semine Aaron antequam ingrediatur tabernaculum, & ad altare accedat ad offerendum Domino panes vel sacrificium: Primo inspiciat speculum vt videat, si est aliqua macula in veste sua vel in facie, & quòd lauaret sibi manus, & pedes in concha ibi posita, & quòd tempore vicis suæ non bibat vinum, aut aliquid, quod posset inebriare, vt sciat discernere inter sanctum, & prophanum, mundum & immundum, & sciat docere populum, quæ præcepit Dominus, & quòd concubinam, aut scortum non habet, &c. in superioribus dicta.

¶ Sacerdos interpretatur sacer & dos, quia ipse vltra alios homines est mirabilibus diuinis dotibus donatus, vt sit semper familiaris Domino, & vices eius in terra gerat aperiendo, & claudendo Paradisum. Quibus Christus dixit in persona Apostolorum. Vobis datum est nosse regnum Dei, idest sacram scripturam penetrare, quæ regni cœli secreta aperit, & salutem cunctis ostendit. De hoc Ioannes in canonica sua prima capitulo secundo dicit. Sicut vnctio eius docet vos. Et de hoc extende te pro libito. Dicitur etiam sacerdos, quia sacra administrat, vt sacramenta Ecclesiæ, & alia sacramentalia. Propterea dicit scriptura sententialiter ĩ lege. Lauamini, q fertis vasa Dñi. Et hi debent esse de semine Aaron, qui erat de tribu Leui. Nã Aaron inter-

Quales sacerdotes debẽt esse in morib & doctrina ptotũ.

terpretatur mons fortis, & leui, idest assumptus, quia qui sacerdotio vult fungi, oportet ipsum esse stabilem, & fortem in virtutibus, & confessione Domini, de qua Paulus. Corde creditur ad iustitiam: ore autem fit confessio ad salutem. Et non sit sicut arundo vento agitata Insuper est de semine assumptorum a Domino, & fortiũ, quorum debet esse imitator. Paulus imitatores mei estote sicut & ego Iesu Christi. Et non sint genimina viperarum, vt praui Pharisæi, de quibus Ioãnes.
Matth. 3. Progenies viperarũ, quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira? Nec sint sicut senes inueterati dierum malorum apud Dan.
Dan. 13. Nec sint de illis de
Hier. 23. qbus Hiere. propheta, & sacerdos polluti sunt &c. sed de quibus Psalm. Sacerdotes eius induantur iustitiam. Hi ergo antequam vestes sacras induant pro sacrificio offerendo vel aliqua sacramentalia tangendo, debent manus, & pedes lauare. Per manus opera, & per pedes lauandos affectus prauos intellige. Et hoc vbi est necesse saltem contritione, vbi necesse est insuper & confessione, quia & sanctus Paulus dicit
1. Cor. 11. Cor. Probet autẽ seipsum homo, & sic de illo pane edat, & de calice bibat. Insuper assumptus esse dicitur sacerdos, quia Christus dixit. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit illum. Vnde tractus trahẽti Deo conetur assimilari Paulus imitatores Dei estote, sicut filij charissimi &c. vestium macula designat scandalosam cõuersationem, a qua plurimum Dei sacerdos debet euitare, ne pusillos seculares scandalizaret, & sit in causa ruinę eorum secundum cõmune prouerbium. Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.
Eccle. 9. Ecclesiast. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Facies maculata designat animæ maculã præsertim ex mortali, de qua Christus. Et
1. 2. q. 89. faciam tuã laua. Quærit sanctus Thö. An peccatum causet aliquam maculã in anima cum macula rei corporali insit. Et respondet quòd macula in anima dicitur esse ad similitudinem maculæ corporalis, non in omnibus sed in hoc. Nam in corporalibus dicitur aliquid incurrere maculã, ex eo quia alteri corpori maculato coniungitur, aut ex contactu eius, vt cum aurũ vel argentum, & huiusmodi miscetur plũbo, & huiusmodi. Sic in spiritualibus oportet dicere, incurri maculam. Nã anima habet duplicem nitorem. Vnũ ex refulgentia luminis vel naturalis rationis, per quam dirigitur in suis actibus. Hominis enim est secundum rationem viuere, ideo dicitur rationalis, Alium habet nitorem ex refulgentia diuini luminis, vt gratiæ, & sapientiæ Dei, per quam homo perficitur ad recte, & bene, & decenter agendum. Est autem aliquis animæ tactus quando inheret aliquibus rebus per amorem. Cum autem peccat adheret rebus aliquibus contra lumen rationis, & diuinæ legis, vnde detrimentum nitoris ex tali contactu proueniens dicitur incurrere maculam, & macula animæ metaphorice accipitur secundum quod Eccle. De Salomone dicitur. Dedisti maculam in gloria tua. Eccle. 47. Vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam. Eph. 6. Et vtrobiq; loquitur de macula peccati. Nec scortum, aut concubinam teneat dicit magister. Si Oza cecidit mortuus, quia tetigit arcam nec caderet, vbi dicit Hieronymus, quia illa nocte dormierat cum propria vxore, quid fiet de sacerdotibus sacramenta ministrãtibus concubinarijs? si vt dicit sanctus Gregorius in suo dialogo, mulierem, quæ contra prohibitionem Diocesis Romanæ ingressa est Ecclesiam in die sanctorum martirum Fabiani, & Sebastiabi, quia illo sero dormierat cum viro suo, diabolus arripuerit vexandã, quid fiet de sacerdotibus concubinarijs? &c. vide iudicium Dei super ipsos, vt in obstinatione diabolica moriantur, qui diuinæ præsentię non deferunt honorem. Et rationem huius munditiæ in sacerdotibus, & causam Deus assignat. Sancti sint, quia ego sanctus sum, qui sanctifico eos. Quasi diceret.

Qũo peccatum causat maculam.

Digitized by Google

teret. Et ex parte mea, & ex meo respectu debent in sanctitate conseruari, quia qualis princeps, tales & ministri eius debent esse, & propter sanctificationem olei, quo vnguẽdo sanctificaui eos, qui balsami liquor non conseruatur, nec reponitur in vase fœtido. Postquam locutus est Dominus de maculis in communi, nunc loquitur de eisdem descẽdẽdo in particulari, & sunt in numero. 12. Non sit cecus, idest ignorans legẽ Domini, & ea quę ad officium sacerdotale pertinent: Quia secundum Hiero. sacerdotis est officium, de lege interrogatum respondere. Cui vt idem dicit, quamuis ad vitæ meritum sancta rusticitas prodest, tamen quantum edificat Ecclesiã Dei ex vitæ merito, tantum destruit eam si nocentibus non obstet. Contra tales ignorantes. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Nõ sit lippus, idest in sciẽtia sua habens errores contra legem Dei, nec suo sensui innitatur, sed cũ Paulo subijciat intellectum suum in obsequium Christi, & maxime in exponendo sacram legem secundum spiritum sanctum, & sanctorum patrum interpretationem, qui inspirati spiritu sancto locuti sunt, & non secundum proprium sensum. De quibus Petrus Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis loquens in eis, de his de quibus sunt quædam difficilia intellectu, quę indocti, & instabiles deprauant: sicut & cęteras scripturas ad suam ipsorũ perditionem, idest damnationem. Lippus est insuper sacerdos, qui secularibus disciplinis incumbit non ad vtilitatem. Et sunt puri, & simplices poetæ, & oratores, ac grammatici, & philosophi, qui non conuertunt vasa a gẽtilibus accommodata ad vtilitatem Ecclesiæ, sed potius ad sui ostẽsionem seipsos buccis concrepantibus prædicantes, & non Christum crucifixum. Vide quæ dicit decretum cõtra tales. Non sit claudus. Ille claudus est, qui vtroq; pede declinat ad partes. Et in eo denotantur sacerdotes, qui Deo seruientes in sacerdotio, implicant se negocijs secularibus, cũ Christus dicat, nemo potest duobus Dominis seruire, vt Deo & Mammone. Et Pau. Nemo militãs Deo implicat se negocijs secularibus, &c. Non sit fracto pede. Pedes enim significant affectum quo tendimus in operationes, quia quemlibet sua trahit voluptas. Non sit ergo sacerdos praui affectus, & non rectę intentionis. Tunc enim est fractę intentionis in ministerio suo sacerdotali, cum actus suos non dirigit in Dei laudem toto corde, & mente, sed vt hypocritæ in sui propriam extimationem. Et tunc affectum fractum habet, cum Ecclesiasticis bonis parentes ditat, non necessitati eorum succurrẽdo sed voluptati, & ditationi, cum bona Ecclesiæ sint bona pauperum. Et etiam tunc affectum fractum habet, cũ seipsum plusquam Deum diligit. Nõ sit fracta manu. i. bona Ecclesiæ in canes, & meretrices, aut alias voluptates exponat, cum sit dispensator Dei, & patrimonij Ecclesiæ, quæ est mater & pater miserorum, & pauperum Insuper fracta manu est, cum non vtitur liberalitate, quando, & quibus opus est, sed quando & quibus nõ est opus. Non sit in oculis velamen vel albuginem habens, idest obstinatus modo Pharisæorum, qui dicebant bonũ malum, & malum bonnm. Non sit paruo naso, idest sine discretione in agendis, & maxime in his quæ spectant ad officium sacerdotale erga se & proximũ. Non sit longo naso, vt innitatur suæ prudentiæ, & plus sapiat, quam oportet sapere, sed cum Paulo sapiat ad sobrietatem. Non sit torto naso, idest prauus, & peruersus, de quibus Psal. dicit. Cõuersi sunt in arcum prauum. Prauo corde machinatur malũ. Et Pro. Abominabile Deo cor prauum. Et Ecclesiast. 36. Cor prauum dabit tristitiam. Et idem dicit tertio cap. cor ingrediens duas vias, non habebit successus, & prauum cor in illis scandalizabi-

De maculis in particulari, ꝑpter quas ꝓhibebãt fungi sacerdotio.

Oseæ. 4.

2. Pet. 3.

2. Thi. 2.

Prou. 6. & 11.

Digitized by Google

zabitur. Non sit gibbosus. Nam gibbosus habet tumositatem in dorso, & in pectore, per quam designatur ambitiosus, & elatus. Nam dignitas sacerdotalis nisi humilitate, & recognitione regatur, est indirecte occasio magnę elationis, & ambitionis eam habenti ex magnitudine eius. Quis enim sacerdotibus equari potest, vt declarauimus superius in præcedenti parte hui⁹ sermonis? Et permaxime quia quandoq; secundum seculum ex infima conditione progeniti super altiores gradus constituuntur. Oportet igitur qui vult esse verus sacerdos Dei, vt gibbam Cameli deponat, & pertrāseat per foramen acus attenuatione suæ humilitatis, & non imitetur scribas & pharisæos superbos, qui volebant ab hominibus vocati rabbi, & sedere super Cathedram Moysi, docentes Dei mandata per super aggrauationem, & ea ipsi nolebant minimo digito tangere. Non sit iugem scabiem habēs, idest luxuriosus, & inhonestus & gulosus. Nam iugis scabies est cum pruritu continuo, cuius pellis indurescit exterius in modum squamarum. Et causatur ex humore salso viscerū, valde adustiuo, & feruido tracto ad cutem, quam facit indurescere. De his sunt homines qui assidue sunt in commessationibus & ebrietatibus, ex quibus postea necessario prouenit luxuria, cuius esca sunt ebrietas, & gulositas. Non habens impetiginem. In impetigines sunt quædam pustulæ rotūdę, quæ accidunt in corporibus humanis, quæ si cito non medeantur, cito corpus inficiunt, sicut ignis vulgariter dictus sancti Antonij. Et solet occupare corpus sine dolore, & absq; occupati tedio excrescens fędat corpus & membrorum decorem. Et hæc denotat malam societatem Clericorum. Quia quandoq; habebunt socium secularem, vel alium Ecclesiasticum socium mēsæ, & dissolutionum, perinde vt si cito non se separet a prauorum societate, incidit in maximam fęditatem animę & corporis, vt tales impossibile sit sanitati spirituali, & moderatę vitæ restituere. Quia dicit Paulus. Colloquia praua corrumpunt bonos mores, & morbida facta pecus totum corrumpit ouile. Et ideo secundum commune Prouerbium. Pares cum paribus conuersentur, vt sua vestimenta sint nitida omni tempore, cum sint lux mundi sacerdotes, & sal terræ. Et ideo non scandalizent pusillos seculares, qui communiter inclinantur, mores prauos Ecclesiasticorum sequi, quasi liceret eis eodem modo viuere. Non sit ponderosus. Hi denotant inuerecūdos sacerdotes, qui ad fęces omnium prauitatum inuerecunde prorumpunt, & franguntur, vt sint frons meretricis, quæ peramplius non habet ruborem in suo fętore. Vnde Gregorius, peccatum quod statim per pęnitentiam non aboletur, mox suo pondere ad aliud trahit. De his fuit apud Isa. Sobna præpositus templi superbus, & voluptuosus, cui grauissima cōminatio facta est per Isaiā ꝓphetā, & secūdū qđ locutus est sibi, sic ei euenit Vide historiā, qa est pulchra & ad ꝓpositū. Oībus prædictis S. Hieron. dicit. Grandis dignitas sacerdotalis, sed grandis ruina si peccat. Lętamur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non enim est tantę dignitatis altiora conscendere, quantę vilitatis de sublimioribus corruisse. Nec solum pro nostris delictis debemus respondere, sed pro omnibus quorū bonis abutimur, & nequaquam de eorum salute sumus soliciti. Si prædicare te contigerit de huiusmodi in festo alicuius sacerdotis, sicut est sancti Nicolai, Ambrosij, & similium, applica vitam ipsorum in oppositū ad oēs conditiones superius dictas, vt dicēdo, ꝙ vixerūt sine macula corā Deo, viri casti, docti, & eruditi vera scia, ac sapida doctrina, exēplares, elemosinarij. Et breuiter quorū vita, & doctrina fulget Ecclesia vt Sole Luna. Prædictas etiā sacerdotū cōditiones possis applicare ad seculares secūdū exigentiā eorū, nec oportet scribere, qa facile ad eos deduci possunt.

Isai. 22.

SERMO

SERMO VIGESIMVS TERTIVS.

DVM NECESSITATEM ELEEMOSYNAE demonstrat, ostendit etiam pericula diuitum: adhortaturq; efficaciter ad eleęmosynam, multas ex ea emergentes vtilitates enumerando.

Matth. 24. FIdelis seru⁹ & prudens quem constituit Dominus super familiã suã, vt det eis cibum in tempore suo. Matth. Est dictũ sancti Chris. Qui frequenti laude sanctorum glorias alloquitur, eorum mores imitetur. Aut enim imitari debet, aut laudare non debet. Propterea seipsos nobis præbent exemplum, vt ex ipsis proficiamus. Ideo hoc mane sancta mater Ecclesia nobis ante oculos proposuit gloriosum antistitem. Ne refertum omni virtute, permaximę pietatis in proximum, secundum quod nostrum thema dicit, fidelis seruus &c.

¶ Hoc mane prædicantes de eleemosyna tria mysteria eius videbimus. Primum est de necessitate obligatoria eius. Secundo de vtilitate. Tertio de causis inductiuis ad eam.

Quo ad primum. Inuenio tria dicta in sacra scriptura necessitatis eleemosynæ, valentibus eam dare pauperibus sub præcepto. Primum dictum est absolute obligans ad eam, Deuter. Vbi dicitur. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ. Iccirco præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra. Et hoc præceptum est affirmatiuum obligans pro loco & tempore, tum ex parte dantis, qui potest, tum ex parte indigentis, qui occurrit, quia non est quis obligatus quærere indigentes, sed occurrentibus, & quos scit tales egenos & pauperes capaces eleęmosynæ, quia quandoque ociosis, & sceleratis, & valentibus laborare confertur, qui dulcedine eleęmosynæ sine labore vitam trahunt. Talibus & similibus est eleęmosyna nociua, quia manutenent eos in insolentijs eorum. Secundum dictum est, prima Epistola capitulo. 3. Ioannis, vbi dicit. Si quis habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Die est in illo? Idest sine dubio in tali charitas Dei quæ est vita æterna, non est. Et quoniam frater noster potest habere duplicem necessitatem. Vna est absoluta necessitas, scilicet naturæ, sine qua non potest viuere, sed est in extrema vel prope necessitate vitæ, & nullus est qui ei succurrat, & ob hoc deficit, & extinguitur debilitate personæ, & habilitatis, & valitudinis si est artifex vitam artificio ducens. Et hæc intellige non solum de tali necessitate in victu, sed etiam in habitu suo & & coopertur is necessarijs absolute. Secunda necessitas est cõditionalis, quę vocatur personalis vel conditionis, vt condecentiæ sui status qua sibi deficiente, est in magna vel notabili verecundia in suo statu. Et status taliũ graduãtur, quia pluribus indiget Episcopus quàm Clericus simplex, Rex q̃ miles, ciuis q̃ ruralis, & sic de cęteris. Quo igitur ad primã necessitatẽ absolutam, est hæc conclusio secundũ. S. T. & Petr. de palu. Ricar. cũ cęteris famo-

Deut. 15. Ex trib⁹ dictis scripturę, eleemosynę necessitas ostenditur.

Ioan. 3.

Necessitas duplex in pauperes.

mosioribus,& potioribus doctoribus. Quod quilibet qui habet sufficientiã ad suum statum cõdecentiæ pertinentem, tenetur necessitatem absolutã patienti succurrere de bonis status eius condecentiæ, sibi aliqualiter subtrahẽdo si nemo est qui ei succurrat. Quia sic ordo charitatis exigit, vt vbi mai⁹ bonũ ibi magis succurrendũ. Et secundum ordinem charitatis magis tenemur vitam absolutam proximi diligere, q̃ condecentiã status nostri, cũ dicat Iob omnia dabit homo pro anima sua, idest pro vita sua. Et de hac necessitate fratris cui est succurrendum de substantia etiam status, loquitur Sanctus Ioannes. Et ex his elicitur hæc sequela. Si tali necessitati tenemur fratris succurrere, de substantia cõdecentiæ status, si alius non est, qui ei succurrat, vt charitas Dei sit in nobis, quanto magis ad hoc tenemur de superfluo status, aut condecentiæ eius? Quia de quo minus videtur in esse, vt de substantia condecentię, quæ est magni ponderis apud vnumquumq;, & inest, ergo & de quo min⁹. Et hoc etiã confirmatur per Rabanum, & Basiliũ

Matth. 12. super illud Matth. Extende manũ tuã. An iniustus est Deus, nobis inequaliter res distribuens? Cur tu abũdas, & ille mendicat, nisi vt tu bonę compensationis merita consequaris, ille vero patientiæ brauijs decoretur? Panis est famelici quẽ tu tenes, nudi tunica quã in conclaui conseruas, discalciati calceus, qui penes te marcessit, indigentis argentum quod possides. Quo circa tot iniurias, quot subuenire valebis. Ad hoc hortatur dicens. Frange

Isa. 58. esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Hic extende te practice, ad eos qui temporibus necessitatis grana abscondunt, & inopias suis malicijs inducunt, in suum, & domus suæ interitum, quoniam dicitur

Prou. 11. Prouerb. Qui abscondit frumentum, maledicetur in populo, vbi, scilicet pupilli, & viduæ, & egeni sicut pulli coruorum clamant in cęlum contra eos, quos Dominus pius, & misericors exaudit in furore suo, vt habes Exod. Exod. 22.

Pupillo, & viduæ ne nocebitis &c. Si autem leseritis eos, ipsi vociferabunt ad me, & ego exaudiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. In super ante oculos propone eis, qui vẽdunt grana personis in necessitatibus suis absolutis, ita care lucrantes vt cẽtum pro cento, &c. cum oculatim videant eos deficere filiasque suas adulterijs exponere, practica de his comparatiue, quanto magis tenetur non lucrari ibi. Sed contribuere patienti necessitatem. De quibus omnibus impijs & crudelibus in proximi absoluta necessitate dicit Abac. Ve qui congregat malam auaritiam domui suæ, vt Abac. 2.

sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit, & lignum quod est inter iuncturas edificiorum tuorum respondebit. Ve qui edificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. Numquid non hæc sunt a Domino exercituum. Hæc ibi. Hæc anima aduertens gloriosus Nicolaus Pontifex succurrit necessitatem absolutam patienti ciui suo, qui ob penuriam cogitauit suas filias inhonestatib⁹ exponere &c. Vnde historiam. Nota tamen in prædictis, quia charitas a seipso incipit, prius homo tenetur sibi & suis, ac sibi coniunctis succurrere in prædictis necessitatibus, & postea alienis. Quia etiam Paulus dicit. Si quis suorum, 1. Thi. 3.

& maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, scilicet quam tenetur, & debet habere in eos, & infideli deterior est, quia filij tenebrarum in hoc sunt prudentiores filijs lucis. Est alia necessitas conditionalis, & circunstantiæ exterioris status in victu, & conuictu, & indumentorum, & aliorum pro conditione cuiusque consideran-

derandorũ, tã sui quã suorum quorũ curam habet. Et de necessitate etiam hac Sanctus Ioannes loquitur, vt qui habet substantiam huius mundi super fluam ad statum suum & suorum, & proximus in notabili, & magna verecundia est in statu suo, tenetur contribuere ei, si vult habere Dei charitatẽ in se, & euitare peccatum mortale secundum prædictos doctores vt supra.
Duran. 4. sen. di. 15. q. 6. Sed Durandus in quarto senten. dist. 15. q. 6. Dicit de illis, qui non sunt in extrema necessitate, licet sint in maxima, & verecunda, non audeo plene diffinire, ne condemnarem maiorem partem diuitum. Sed beatus Ioan. prima, capitulo tertio vbi dicit, si quis habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necess. habere &c. non solum loquitur de necessitate extrema, sed de notabili, & verecunda videtur hoc sonare hęc Dur. cętera autem omnia supradicta cum supradictis doctoribus asserit. Sed quãuis hic non audet diffinire prædictos ad mortale condemnare, tamen reliquit eos potius plusquam dubios de mortali, cum dicit, videtur tamen Sanctus Ioannes hoc sentire. Consideret ergo quilibet habens superfluum in statu suo, quia plus tenetur diligere statum necessitatũ proximi, quã suũ sine causa retentum superfluum. Hoc
Luc. 3. confirmat Basilius. De duabus tunicis, quòd detur alteri non habenti. Ex omni eo ꝙ affluit supra proprij victus necessitatem, hic edocemur, ꝙ tenemur erogare illi, qui non habet proprium propter Deum, qui quæcunq; possidemus largitus est. Et Grego. in homelia. Quia in lege scriptum est Dilige proximum tuũ sicut teipsum. Minus proxim amare conuincitur, qui non cum eo in necessitate illius, etiam et quæ sibi sunt necessaria partitur. Hæc ille. Quanto ergo magis de su-
Iob. 31. perfluo. Vnde Sanctus Iob. 31. capitulo. Ab infantia mea mecum creuit miseratio. Et post multa miserationis opera dicit. Si prætereuntem despexi, eo quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & velleribus ouium mearum calefactus est. Hæc ibi. Tertium dictũ est Christi Luc. Vbi dicit Pharisæis. Luc. 11.
Quod superfluũ est date eleemosynã. Nota dicit date per modum imperatiuum, & omnia erunt munda vobis, idest cætera bona quæ facitis erunt Deo accepta, quia qui diligit proximum, diligit & Deum intuitu cuius ipsum diligit. Quoniam dicit Ioan. Iohan. 4.
Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat, & fratrem suum. Ex hoc Christi dicto clare patet, quòd tenetur quis de superfluo sui status, & suorum quorum curam habet, & habere debet erogare pauperibus, non solum necessitatem habentibus, vt Sanctus Ioannes superius dixit, & declaratum est, sed etiam si non appareat in proximo paupere necessitas extrema, & verecunda, absoluta, &
De periculo diuitũ. conditionata. Et hoc etiam clare dicunt prædicti doctores in quarto sententiarum, & Sanctus Augustinus idẽ confirmat distin. 22. capitulo hospitalem. Sanctus Hieronymus. 14. q. quarta capitulo alienum, vbi dicit. Aliena rapere dicitur, qui sibi vltra necessaria, retinere probatur. Et
Luc. 18. Theophilus super illud Luc. Facilius Camelum est transire per foramen acus &c. Attendat quilibet, quòd diuitem quidem impossibile dicit saluari, quia facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare regnum cœlorum, sed possidentem diuitias difficile, Lucæ vbi supra, quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. Quasi dicat. Diues qui captus est a diuitijs, & famulatur eis, non saluabitur. Habens vero illas, qui scilicet eis dominatur, vix saluabitur, causa humanæ fragilitatis, hæc ille. De periculis diuitum vide Ecclesiast. 10. & Ecclesiast. 13. & Prouerb. 14. & 22. & 10. & 30. orabat. Diuitias ne dederis mihi, ne forte saciatus alliciat ad negandum, & dicam, quis est Dominus? & Ecclesiastici. 10.

Digitized by Google

Si diues fueris, non eris immunis a delicto, & 21. cap. domus quæ multum locuples est anullabit superbia. Et Pau.
1. Cor. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum, & in tentationem diaboli, & desideria multa nociua, quæ merguut homines in interitum, & perditioné. Sed dices ergo omnes habentes diuitias ex fragilitate erunt damnati? Quibus Paulus respondet ibidem. Diuitibus huius seculi præcipe, nó sublimia sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri bonis operibus facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi bonum fundamentum in futurum, vt apprehédant bonam vitã, hæc ibi. Concludamus igitur cum venerabili Beda super illudmet Luc. Qđ superest date eleemosynam. Neq; ita eleemosyna iubetur, vt teipsum consumas inopia, sed vt tui corporis cura expleta inopem quantum vales sustentes, Nec in particulari potest dari regula quid sit tibi superfluum. Sed considera circa tuum superfluum, curam tui, & tuorum quorum tibi est cura, tam circa necessitatem absolutã quàm conditionalem tui status, non solum pro præsenti tempore, sed etiã ꝓ futuro, vt cóiter, & ꝓbabiliter euenit, & euenire pót Scio tñ ꝙ multa & multa inaniter, & superflue ab hominibus exponuntur, & tñ nó propterea in statu suo deteriorant. Quilibet ergo interroget conscientiã suã, quæ est perfectus iudex sui recti, & obliqui, qa & Deus est scrutator cordium, & Hierusalem scrutatur in lucerna. Et quilibet animaduertat ad Ioan. Filioli nó
1. Ioan. 3. diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus, quoniã ex veritate sumus, & in conspectu eius suadebimus corda nostra. Quoniã si reprehenderit cor nostrũ nos, maior est Deus corde nřo, & nouit oĩa. Charissimi si cor nostrũ non repræhenderit nos, fidutiam habemus ad Deum, & quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & quæ sunt placita coram eo facimus. Hæc ibi.

Nunc dicamus pro secunda parte de vtilitate eleemosynæ quam perpulchrè Sanctus Thobias senex conclu- dit dicens filio suo 4. cap. Ex substantia tua fac eleemosynam. Non dicit ex substantia tua, & non aliena, quoniam Ecclesiast. Qui offert sacrificiũ de substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Sequitur, & noli auertere faciem tuã ab vllo paupere, sicut Sanctus Iob. dicit. Si negaui, idest non negaui quod volebam, scilicet dare pauperibus, & oculos viduæ expectare feci, si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mecũ creuit miseratio. Si prætereuntem despexi, eo quòd non habuerit indumentum, & absq; operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & velleribus ouium mearũ calefactus est, &c. Sequitur, ita fiet, vt non auertatur a te facies Domini. Ecce magna vtilitas eius. Quia sepius legimus in scriptura, Deus a peccatorum orationibus, & sacrificijs auertit faciẽ & oculos claudit, & aures obturat, & tamen per eleemosynam non auertit faciem suam a dante eleemosynam. Et hoc ostensum est in Cornelio centurione gentili eleemosynario. Cui in visu Angelus venit dicens sibi, orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in cóspectu Dei. Et direxit ipsum ad Petrum, vt viam baptismi, & salutis appræhendat secundum Petri ostensionem. Nam & Bernardus dicit, oratio vncta lachrimis mollificat Deum, sed eleemosyna eum pungit, vt scilicet excitetur ad nos pie respiciendum. Sequitur. Quomodo poteris ita esto misericors, qa ad impossibile nemo tenetur. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Scilicet si tibi Dominus est largus, quare tu in cóseruos tuos fratres sis auarus? Et si exiguum tibi fuerit, etiam illud exiguum libenter impartire stude. Quoniã secundũ Hiero. hic potius affectus

De vtilitate eleemosynæ. Thob. 4. Eccle. 34. Iob. 31. Act. 10.

Digitized by Google

fectus quã census pensatur, sicut ostensum est in vidua, quæ duo ęra minuta protulit in gazophilatium, & sup exaltata est a Christo super omnes diuites illuc maiora in pecunijs offerentes. Sequitur. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, q̃a & Paulus dicit 1. Th. 4. pietas ad omnia est vtilis, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Nam vt dicit fasciculus temporum, dum Antiochia subuerteretur Ang lus apparuit cuidam elemosinario, vt inde exiret, & saluatus est. Et Amuratus Imperator Turcharum audiẽs magnã mortalitatem Constantinopoli, in medio plateæ genuflexus orauit pro se, & populo distribuens largas eleemosynas, cessauit strages, quia etiam pios infideles Dñs exaudit, & remunerat saltem temporaliter in hac vita, sicut fecit circa obstetrices Hebræorũ. Quia timuerunt Deum, & tñ gentiles erãt, noluerunt interficere mares Hebræorum ad edictũ Pharaonis, Deus multiplicauit eos in possessionibus & edificijs. Sequitur. Quoniam elemosina ab omni peccato liberat. Nota ab omni peccato. Practica. Sic & Daniel Nabucodonosor præuiso, & interpretato eius excidio dedit consilium. 4. capit. Quamobrem o rex consilium meum placeat tibi. Peccata tua elemosinis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Forsan ignoscet Deus delictis tuis. Et a morte etiam liberat, scilicet subitanea, quæ est absq; contritione. Quoniam iustus quacunque morte præuentus fuerit, saluus erit. Etiam vitam prolongat, quia vbi supra dicit Paulus, promissionem habẽs vitæ quæ nunc est. Et a morte temporali flagellorum, vt dictum est Nabucodonosor;. Et non patietur animam ire in tenebras. Quoniam fiducia magna erit coram Domino Deo elemosina omnibus facientibus eam, quia dicit Sanctus Hier. ad Nepotianum. Nõ memini me legisse, mala morte mortuũ, qui libenter opera charitatis exercuit. Habet. n. multos intercessores, & impossibile est multorum preces non exaudiri. Idem dicit Aug. in sermone ad heremitas.

De inductiuis ad elemosinã

¶ Tertia pars de inductione ad elemosinas. Nam Deus benedictus constituit duos procuratores, qui bona sibi data ab eo, debent distribuere creaturis, per maxime hominibus. Vnus est ipsa natura, per maxime cęlum cum suis influxibus circa hęc inferiora, in producendo necessaria pro victu creaturæ. Sed quia quandoq; deficit nobis in necessarijs, vel propter nostra peccata, vel aliquo Dei iudicio occulto, vt euenit tempore Achab, cũ non pluit super terram per tres annos cũ dimidio, & secundũ quod dicit Ioel 1. Dum iumenta non inueniebant herbã ad comedendum, nec aquam ad bibendum, quia etiam fontes erant desiccati animalia ibant gregatim quasi processionaliter mugientes, & versus cœlum oculos leuantes, quasi a Deo auxilium petentes, Ideo pius Dominus in supplementum dedit alium dispensatorem hominibus, scilicet homines diuites, & potentes, quia a Domino ditiæ, & paupertas est, dicit Ecclesiasticus, quatenus ipsi post suas suorumq; necessitates, proximis distribuant dona eis ad hoc collata, quia & Christ⁹, vt superius declarauimus, præcipit, quod superfluum est, date elemosinã. Et hij Dispensatores habent reddere Deo subtilem rationem suæ villicationis, & dispensationis. An scilicet cum Iuda tamquam latrones, loculos habuerint, sicut & ille mercator quo mortuo, eius cor inuentum est in capsa, vbi erant reconditę eius pecunię. Vere talis suspendetur cum Iuda in inferno, si etiam hic interim morte desperata non moriatur, sicut pluribus talibus euenit. An cum illo diuite apud Lucam. 12. capit. in vbertate frugum suarum, non de Deo nec de anima disponẽs dicis? Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare, vt dicatur tibi, sicut sibi fuit dictũ. Stulte hac nocte animam tuam re

petent a te, quæ autem parasti cuius erunt? An cum epulone epularis quotidie splendide purpura, & bysso indutus, & crudelis existis in pauperes, & sicut prodigus consumpsisti omnia tibi a Deo accõmodata pro tui, & tuorum necessitate, & pauperum dispensatione, luxuriose viuendo, & potius in canibus, & animalibus ad tui voluptatem consumpsisti? Et eo magis requiret Deus ab Ecclesiasticis rationé villicationis temporalium. Quia ipsi tanto magis ad opera pietatis exercenda obligantur secundum superius declarata, quanto minorem curam habent de suis domesticis, sed tantum ꝑ conseruatione suæ personæ, & sui status Ecclesiastici in quo est, cui post mortem non proprij filij, sed alij succedent, quos Ecclesia constituet, sibi autem sufficit sicut diei malitia sua, & quæ in tempore suo Deus sibi subministrauit, vt dicit Psalmus. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius mãnet in seculum seculi Quoniam hic dispo net bene sermones suos in iudicio, & iustitia eius manebit in seculũ seculi, & cornu eius exaltabitur in gloria. Vere contra impios dispensatores apparebit manus, quæ apparuit Baldasari scribens. Mane idest numeratio, quia Deus talium enumerat, omne quod sibi est impensum, & tamen male expẽsum. Practica. Thethel.i.ponderatio. Vere dicetur eis appensus es in statera, & inuentus es minus. Practica de pietate. Ideo vt dicit Iacobus, qui nõ fecit misericordiã in proximũ, fiet ei iustitia absq; misericordia. Phares.i. diuisio, quia in iudicio postq̃ enumerata fuerint eis oĩa opera misericordiæ, apud eos in crudelitatem versa, fiet diuisio de eis, vt habeant partem maledictam in igne æterno perpetuo sine solutione tormẽtandi. Quoniam potentes potenter tormenta pacientur, vt dicitur Sap. Et dicetur eis illud Iob. Abstulisti pignus fratrum tuorũ sine causa. Nam & Exod.22.cap. præcipit Deus. Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddas ei. Ipsum enim est solum, quo operitur indumentum carnis suę nec habet aliud in quo dormiat. Quoniam si clamauerit ad me, ego exaudiã eum, quia misericors sum. Sequitur & nudos spoliasti. Si non habes vnde restituas, quid causę est, vt tollat opermẽtum de cubili tuo? Sequitur aquã lasso non dedisti, cum Christus dicat. Qui dederit calicem aquæ frigidę tantum, non perdet mercedem suam. Sequitur, & esurienti subtraxisti pané, & non tuis voluptatibus, contra Christi exhortationem Matth. Cum facis prandium, aut cęnam, noli vocare amicos tuos, neq; fratres, neq; cognatos, neq; vicinos, neq; diuites, ne forte, & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuiũ, voca pauperes, claudos, debiles, & cęcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, sed retribuetur tibi in resurrectione iustorum. Sequitur viduas dimisisti vacuas, contra illud Exod. Viduę & pupillo ne nocebitis &c. Et lacertos pupillorum cõmouisti, vt faciunt tutores eorum, sua bona deuorantes. Sequitur, propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido subita, vt superius Baldasar. Vide historiam. Sequitur an putas te tenebras non visurum, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri? Hæc ibi, quæ practica. Consilium omnes conditiones, & status accipite Danielis. Redimite elemosinis peccata vestra, & misericordijs pauperum iniquitates vestras, forsitam propitius erit Deus peccatis vestris, quoniam scriptum est.

Sap.6. Iob.22. Prou.22. Exod.22. Dan.5.

Absconde elemosinã in sinu pauperis, & ipsa orat pro vobis, scilicet omni tempore, etiam quietis tuæ pro te audacter.

SERMO

SERMO VIGESIMVS QVARTVS.

VERSATVR VT PLVRIMVM CIRCA incarnationem Christi, quam asserit reuelatam omni creaturæ intellectuali, et generi humano: Interserit et de cognitione Angelorum: et de his qui explicite, vel implicite Christum cognouerunt.

Recitato: Euangelio tertiæ Dominicæ in Aduentu duo videbim⁹ principalit. Primo quomodo tã Angeli boni quã mali, q̃ etiam homines in omni statu quæsierũt a Christo vel a filio Dei, tu es qui venturus es suo modo, & soli in lege gratiæ dixerunt, & verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriã eius. Secundo exponemus breuiter ꝓ consolatione audientium moraliter sacrum Euangelium.

Per totum sermonem vt supra.

Isa.63.

Quo ad primum dicamus de Angelis bonis. dicit Isa. Quis est iste qui venit de Edom, idest sanguineus tinctis vestibus de bosra, idest angustiatus? Et respondit Dominus. Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Hic secundum Dionisium, vt etiam allegat ipsum Sanctus Tho. Interrogant Angeli circa Christi tribulationes, & respondit eis Christus. Ego qui loquor sum talis, &c. Nam & Angeli secundum eundem a principio aliquid sciuerunt de Christi incarnatione, aliquid ignorauerunt. Quia omnes a principio beatitudinis suæ in verbo cognouerunt oĩa Christi misteria, cum secundum Paulum ad Hebræos, omnes sunt administratorij spiritus missi in salutem humani generis. Et iustum fuit vt omnibus tamquam nostris custodibus, & & qui in nostræ salutis ministerium erant destinandi, eis reuelaretur nostra salus ab initio. Sicut & Capitaneij ac sui cõmilitones lętius ad prælium præparantur, quando præuident salutem protegendorum ab ipsis. Dico cognouerunt a principio, cognitione matutina quæ est in verbo in generali, & quantum ad substantiam facti, sed non cognitione vespertina, scilicet naturali, cum talia misteria omnem cognitionem, & capacitatem naturalem excedant. Sed quantum ad facti circunstantias particulares, vt quòd fiat sub Imperatore Octauiano, nascetur de tali virgine, & ꝙ patietur sub Pontio Pilato, & sic de alijs similibus, hæc non statim cognouerunt, sed secundum quod Deus voluit eis reuelare, ita tamen ꝙ superiores Angeli perspicatius diuinã sapiẽtiam contemplantes plura misteria, & altiora in ipsa Dei visione vidẽt, & cognoscunt, quę inferioribus manifestãt eos illuminando, quãuis nõ omnes Angeli sint executores huius misterij, tamen in generali illud, vt diximus, oẽs cognouerunt. Cuius ratio est. Quia hoc est quoddam generale principiũ, ad quod omnia eorum officia ordinantur, vt dicit Paulus. Omnes sunt administratorij spiritus missi in ministerium propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, quod quidem fit per incarnationis mysterium. Dico

Eph.5.

Angeli boni aliquid cognouerũt, aliqd ignorauerunt de Christo ad tẽpus.

Heb.1.

De Angelorũ distinctis operationibus.

co sunt omnes administratorij spiritus, licet non omnes executores. Quia quidam illorũ circa misteria hæc sunt tantum docentes, & illuminantes respectu inferiorum Angelorum, de his de quibus edocti sunt a Deo pro executione huius misterij circa circunstantias facti. Et sunt quatuor primi ordines, scilicet Seraphin, Cherubin, Troni, & dominationes quæ ordinant omnia hæc inferiora, qui sunt tãquã Dei secretarij, & coram eo semper assistunt, ab eoq; nunquam per aliquam missionem separãtur. De quibus Dan. Dan. 10. Milia assistebant ei. Quidam alij, vt quinq; ordines, scilicet principatus, potestates, virtutes, Archangeli, & Angeli, sunt executores substantiæ facti. Et sunt primi quatuor ordines sicut in arte preceptores, & doctores, & alij quinq; sunt quasi manuales, & operatores, vnde accipiunt nomina ex operatione, quam immediate exercent extra. Vnde virtutes sunt ordinatæ ad miracula facienda, potestates ad arcendum aereas potestates, principatus ad gubernandum regna, & Archangeli id est summa nunciantes, vt Archangelus Gabriel Mariæ conceptionem, & alia id genus secretissima diuina. Quorum etiam est ad hominum salutem curam habere, maxime contra diabolica impedimẽta, in his quæ sunt salutis. Et secundum Dionisium prophetias reuelare. Angeli autem q sunt inferiores minima hominibus nũtiant, & homines ad diuinam cognitionem ducunt, & instruunt vt iuste viuant. Omnes igitur tam primi quatuor ordines, tam secundi quinq; ordines, qui sunt executores doctrinæ & illuminationis quatuor primorũ vocantur largo nomine ministri misteriorum diuinorum, sicut & secretarij, & baliui, ac cæteri executores regiæ voluntatis vocantur largo modo ministri secretorum regiæ maiestatis pro salute populi. Quidam tamen dicũt, omnes mittũtur, sed inferiores quinque frequenter, & ex causis communibus, & ex officio: superiores vero raro, & ex causis specialib. Et q Isa. 6. Seraphin volauit, intellige, pro communi nomine Angelorum, non pro ordine speciali Seraphin. Omnes igitur quæ fierũt, tu es qui venturus es. Ideo dicũt, quis est iste qui venit de Edom sanguineus, & tribulatus, vt sit eorum interrogatio admiratiua, q tã regius Dñs pro vili homine saluando sit vituperandus. Hoc etiam modo & nos admiratiue solemus dicere. Est possibile q regia maiestas sic pro salute subditorum humilietur, vt secundum Isaiam non haberet speciem, & non cognosceretur, quasi ex sanguineis plagis leprosus effectus, vel secundũ magistrum sen. quia misterium Christi a principio non est omnibus Angelis reuelatum quantum ad substantiam facti, vt minoribus Angelis. Vnde ipsi minores interrogant, quis est hic, q venit de Edom, &c. Sed secundũ Dionisium, & Aug. vt diximus, omnibus est reuelatum hoc misterium a principio. Ideo hanc auctoritatem Isaiæ ipse exponit, q Angeli superiores interrogationem hanc fecerunt, quia rationes in speciali incarnationis didicerunt tempore procedente, seu processu temporis, secundum quod in effectibus extrinsecis explicabantur. Ideo secundum Dionisium duę interrogationes factę sunt per Angelos de mysterio incarnationis, Vnam ponit. Psalmus. Quis est iste rex gloriæ? & hæc interrogatio est inferiorum Angelorum, quia eis Deus non respondit sed alius. Vnde dicit Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Secunda interrogatio facta est a supremis Angelis, vt superius diximus. Isaia. Quis est iste qui venit de Edom, &c. Quibus Deus immediate respondet, dicens. Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Hæc in sententia dicit etiam Sanctus Thom. Et sic patet quomodo aliqui Eph. 3. Angelorum interrogauerunt alios, & ipsummet Deum de misterijs incarnationis Christi specialibus, scilicet quo ad circunstantias eius particulares

Digitized by Google

lares, quæ temporis processu euenerunt. Similiter mali Angeli hanc interrogationem fecerũt Christo, tu es qui venturus es in persona, an alius expectatur legatus loco tui? Nam est opinio Sancti Bernardi, quòd dæmones à principio creationis cognouerunt filium Dei incarnandum, quia fuerunt creati in gratia, sed non vt redemptorem generis humani, cũ eis casus Adæ & Euæ non fuerit reuelatus, sed vt glorificatorem ipsius hominis. Vnde dicit exponendo illud Ionæ tertio, propter me hæc tẽpestas est exorta. Diabolus vidit rationalem creaturam assumendam in vnitatem diuinæ personæ filij Dei, & inuidit, & hæc inuidia fuit causa casus eius, & mouens ipsum ad tentandum hominem. Non igitur putabant eum venturum per infirmitatem carnis, sed quòd humanam assumeret cum effectibus suis, vt erat instituta in statu innocentiæ, sed postquàm peccauit homo, didicit filium Dei ex sacra scriptura incarnandum pro salute humini heneris. Sed quoniã in sacra scriptura quandoque hoc nomen Dei attribuitur viris sanctis, vt Moysi, Exodi septimo capitulo. Cui Deus dixit, ego constitui te hodie Deum Pharaonis, propter prodigia diuina quæ faciebat, & sanctis viris dictum est, ego dixi dij estis, cœpit dubitare, an filius Dei, quem à principio creationis cognouit incarnandum, sit accipiendus pro naturali filio Dei, an pro adoptiuo puro homine sicut fuit Moyses, ideo interrogabat seipsum post peccatum hominis, ad Deum referendo hanc interrogationem, tu es qui venturus es in persona tua diuina, ad saluandum hominem, vel alius cui nomen diuinitatis per participationẽ attribuitur. Et ideo Christum in deserto tentans, an esset filius verus Dei, dixit sibi. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Et quamuis quandoque dixerũt sibi dæmones, scimus quia Christus es, hoc tamen intellige coniecturaliter. Sed quoniam quandoque ostendebat in se signa humanæ fragilitatis, & quandoque signa diuina, tam in verbis, quàm in factis confirmatiuis verborum suorum, ideo nunquam potuerunt vsque ad mortem eius certificari, quòd esset verus Deus, quoniam & in cruce existentem ausus est tentare secundum quod Christus dicit. Venit princeps mundi huius, & in me nõ habet quidquam. Et Beda cum sancto Vincentio super illud Thobię. Ecce piscis vult me deuorare, dicunt, quod Lucifer sedit supra crucem Christi, si in eo quidquam sui inueniret. Sanctus tamen August. & Chrysosto. dicunt, nunquam vsque ad mortem demones cognouerunt ipsum esse filium Dei naturalem, vt diximus, sed semper fuerunt & ex sacra scriptura, & ex factis Christi ancipites de eius diuinitate. Et eo magis ratione suæ prauæ & obstinatę voluntatis, qua secreta diuina non poterant secundum veram rectitudinem interpretari, sicut nec inuidus, aut odiosus quicquam recti iudicat, circa eum quem odit. Deinde descendamus ad nostros primos parentes, & dicamus. Quod Adam ante Euæ productionem Deo proposuit hanc petitionem, tu es qui venturus es. Nam postquam vidit Adam se factum ad imaginem, & similitudinem Dei, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur facie ad faciem eum videndo, non in enigmate, concupiuit, ò si Deus ipse sicut glorificabit, & beatificauit me sua clara facie in anima, ita etiam glorificaret in corpore, per vnionem humanitatis in sua persona, vt sicut interius in diuinitate, ita exterius in aspectu eius humanitatis pascua inuenirem, & sic perfectus circulus fieret de ipso vltimo creato ad ipsũ creatorem, Et tunc Deus quando Eua facta est ex costa eius sibi reuelauit, quòd ipsum glorificaret etiam per assumptionem humanitatis, vt fiat perfectus circulus ex homine, & Deo in tali cõiunctione, quatenus interius in diui-

Desideriũ Adæ pro Christi incarnatione añ peccatum, & post peccatum.

diuinitate, & exterius in humanitate Christi pascua gloriæ, & suæ exaltationis inueniret. Dixit enim Adam, Eua producta. Hoc os ex ossibus meis & caro ex carne mea, quia relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ. Quod dictum de-
Eph. 5. clarans Paulus Apostolus ad Ephes. dicit. Ego autem dico hoc magnum Sacramentum in Christo & Ecclesia, scilicet, quæ formata est ex laterib. Christi sponsi eius, dum effluxit inde sanguis, & vnda, & Chrs adhæret Ecclesiæ inseparabiliter sicut sponsus sponsæ. Deinde quia miseri parentes nostri propter transgressionem, & elationem suam perdiderunt non solum Paradisum Terrestre pro se, & pro posteris suis à quo vituperose à Deo expulsi sunt, sed etiam Paradisum Cœleste cum eisdem suis posteris, cœperunt cogitare suam miseriam, sed in misericordia Dei sperare non destiterunt sicut Chain desperatus, qui dixit maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear, & in sua graui pœnitentiam quam fecerunt, magno desiderio quærebant in suis oblationibus & orationibus, dicentes. Domine scimus quia misericordia tua magna est & propitius fies peccatis nostris, sed nos non possumus tibi pro pœna nostra merita satisfacere, nisi tu iniquitates nostras super te assumpseris, vt qui promisisti mihi in innocentia existenti, filium tuum in nostri glorificationem incarnandum, ipsummet mittas etiam vt Redemptorem & Saluatorem pœnæ pro peccato nostro meritæ. Quare supplico humiliter digneris ita facere, vt qui in te confidũt tua gratia subleuentur. Et indica mihi si tu es ipse qui nos es redempturus, idest idem filius Dei noster glorificator, vel aliũ loco eius expectamus. Et tunc sibi fuit reuelata filij Dei incarnatio, & mysteria eius vsque ad mortem, & cæte. Quia dicit Sanctus Petrus. Nec est datum hominibus aliud nomẽ sub
Act. 4. Sole, in quo oportet nos saluos fieri.
1. Thim. 2. Vnus enim Deus vnus & mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Et non est credendum quod Deus cæteris suis posteris reuelauerit, vt Patriarchis & Prophetis, à primis parentibus vellet esse absconditũ, cũ ipsi primi parentes docuerint suos filios vitam sanctam & Deum timere. Vnde & Abel fuit iustus & primus martyr Dei pro iustitia mortuus, quem Chrs summe commendat in sanguine suo effuso. Et Enoch cœpit primo inuocare nomen Dei, idest, specialibus oblationibus, & modis figuratiuis. Et Enoch sit translatus in Paradisum Terrestre ad prædicandum cum Helia contra malitiam Antichristi secundum sacros Theologos. Ecclesiast. Eccl. 44.
dicitur, Enoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum, vt det gentibus sapientiam, scilicet contra Antichristum, in quo denotatur eum cognouisse Christi mysteria incarnationis, cuius Antichristus erit persecutor, vt dicitur Dan. 4. cap. ad longum. Ideo Adam & Eua habentes hanc reuelationem docuerunt filios suos, & suos successores sacrificia offerre Deo de primogenitis agnorum, sicut Abel de his sacrificauit, in quo mystice præfigurabatur immolatio Christi innocentis primogeniti patris, & matris suę. Et secundum sacros Theologos ad pleniorem declarationem huius reuelationis est prænotandum, quod Sanctus Paulus ad Hebr. dicit. Accedentem ad Deum primum oportet crede- Heb. 11.
re quòd sit, scilicet Deus creator omnium. In quo implicite includuntur omnes articuli diuinitatis, cũ sit vna essentia trium personarũ, in qua vnitate essentię existunt omnes tres personæ. Secundo oportet credere, quòd ipse sit remunerator quærentium eũ, in quo continẽtur omnes articuli humanitatis Christi implicite, in qua nos redemit à morte, vt bonus prouisor & redemptor noster. His declaratis dicẽdum est. Quod inter homines veteris testamenti, tam in lege naturæ, quã in lege scripta, de qua postea

Digitized by Google

dicemus, erant quidam maiores aliorum gubernatores & rectores permaxime primogeniti, qui, vt dicit Iosephus, erant sacerdotes, quorum erat benedicere populo, & nuptijs, & eis dabatur vltra alios fratres primogenitura. Quiddam erant minores & populares, qui simplicioribus occupantur, nec nimis sunt apti altiora mysteria capere, nisi sub quibusdam signis, quæ repręsentabant quædam diuina secreta secundum traditionem patrũ. Vnde si quis ab ipsis quæreret, quare talia sacrificia offerent, & cerimonialia obseruarent, dicerent sic à maioribus nostris fiendum habuimus, tamquam significantia diuina opera & archana Dei, quæ ipsi nouerunt. Propterea & Philosoph. dicit. Per hunc numerum ternarium adhibuimus nosipsos magnificare Deum vnum, eminentem proprietatibus eorum, quæ sunt creata. Nam numerus ternarius in se continet perfectionem, quia principium, medium, & finem, tanquam cuncta essent à Deo, & in Deum reducerentur tãquam in finem, quoniam Deus omnia propter se creauit, idest ad manifestandum bonitatem, & sapientiam suam, & quia omnia Deus constituit in mensura, numero, & pondere, in quibus relucent proprietates diuinę, vt alias ostendimus in nostra concione de similitudine & vestigio creaturarum ad Deum. Et dicit S Bon. in omni lege extimandum est, cum Deus in necessarijs ad salutem nulli deficiat, semper ab initio mundi aliqui famosi Dei cultores erant, qui explicite confitebantur hoc mysterium incarnationis Christi pro redemptione humana. Et hoc vel quia à parentibus ipsorum successione immediata, vel mediata eis sint tradita credenda, tanquam eis reuelata à Deo, sicut creditur de omnibus vsque ad diluuiũ, ab Adam qui processerũt. Quibus Adam circa hæc Dei secreta reuelauit, vt alter alteri ea traderet successiue, scilicet, suis filijs, & filij filijs saltem primogenitis idem docerent. Et quoniam Noe ingressus est arcam anno. 600. vitæ suæ, & post diluuium superuixit adhuc. 350. annis, & Seth filius eius, qui secundum Hebræos fuit Melchisedech Dei sacerdos. Cui Abraham dedit decimam de victoria, sibique Dei sacerdos benedixit, superuixit vsq; ad tempora Esau, ideo clare patet per omnia, illa tempora ab Adam vsquè ad Isaac, & ab Isaac vsq; ad Moysen, explicite à principalioribus in istis genealogijs fuit credita Christi incarnatio cum cæteris articulis eius. Vel aliquibus fuit expresse reuelatũ, vt Iob, qui dixit, & in carne mea videbo, &c. Et de Sybilla Eritrea dicit August. allegans suos versus, Gręcis litteris cõscriptos, sed postea translatos litteris Romanis, quòd de omnibus fere Christi mysterijs clare loquitur. Et tempore Constantini Augusti, & Helenæ matris eius inuentum fuit quoddam sepulchrum, in quo iacebat homo laminam auream habens in pectore, in qua scriptum erat. Christus nascetur ex Virgine, & ego credo in eum, ò Sol sub Helenæ & Constantini temporibus iterum me videbis. Hæc S. Thom. secunda secundæ, quæst. 2. art. 7. ad 3. De minoribus autem & popularibus dicunt sacri Doctores, quòd ipsi protestabantur hanc filij Dei incarnationem & humanam redemptionem per sacrificia & cerimonialia tradita eis à suis prædecessoribus. Et obligabantur credere illis duobus articulis, quę sanctus Paulus ad Hebr. Accedentem ad eum oportet credere, quòd sit scilicet Deus creator, & cęt. & quòd sit remunerator quærentibus eum, in quo continetur Dei prouidentia & redemptio hominis, modo quo Deo placitum fuerit. Et per hæc duo credebant omnia implicite in eis contenta de articulis diuinitatis, & humanitatis Christi, quę explicite non poterant eis declarari propter scandalum & ineptitudinem pusillorum, sed sub vmbra sacrificiorum ad Deũ. Omnes ergo isti quærebant à Deo, tu es venturus ad liberandum, & saluandum genus humanum,

Arist. 1. de cœlo.

Heb. 11.

Digitized by Google

manum, an alium, scilicet, Angelum, vel hominem missurus sis loco tui? Et omnibus respondet, quibus explicite, quibus implicite. Ego qui iustitiam loquor, & propugnator sum ad saluãdum. Deinde etiam sub lege scripta idem Hebræi per Moysen à Domino quærebant. Deuteron. vbi dicit Moyses populo. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies, vt petisti à Domino Deo tuo in Oreb, vbi ait mihi Dominus, Prophetam eis suscitabo de medio fratrũ suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quæ precepero illi, qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor eius existã. Et Sanctus Petrus ad hoc propositum. Hanc auctoritatẽ adducens, vbi prædictus textus dicit, ego ero vltor eius, ipse dicit. Erit autem omnis anima, quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe, hæc ibi. Ex quibus verbis habemus apud Hebræos, tam magnati, quàm populares expressius habebant credere in Messiam Redemptorem. Quib. etiam per suos prophetas, & natiuitas eius, & matris eius qualitas, & locus natiuitatis, & prædicatio eius, & miracula ipsius, & mors eius, & exaltatio ei⁹ post mortẽ expresse denunciata sunt, vt sint inexcusabiles circa fidem eius. Sed an debeat talis Messias esse verus Deus per essentiam, & non per participationem, sicut sunt iusti viri, hoc expresse credere omnes etiam docti in lege non obligabantur, nisi quibus foret reuelatum, sicut fuerunt Patriarchæ, & prophetæ. Et ratio horum est. Quoniam & si Isaias dicit, quòd vocabitur nomen eius Deus fortis, & Emanuel, idest nobiscum Deus, quia tamen ex scriptura habetur, quòd nomen Dei est etiam puris hominibus attributum, vt cum Deus dixit Moysi Exod. vt supra, ego hodie constitui te Deum Pharaonis propter diuina prodigia, ideo merito poterat dubitari,

Deut. 18.

Act. 3.

an per essentiã esset Deus, vel per participationem vt sancti viri, qui in miraculis diuinis essent clari. Ideo dicit Sanctus Paulus. Si cognouissent, scilicet ipsum esse Deum, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Sed quia in eis fuit ignorantia crassa, & supina, ideo in hoc sunt inexcusabiles obcæcante eos inuidia, qua remota poterãt etiam cum orationibus, & Dei auxilio & certis coniecturis verborum Christi probatorum per miracula, quę sunt solius Dei opera in testimonium prædicatę veritatis, faciliter ad diuinitatis eius notitiam peruenire. Nam ipsi sunt inexcusabiles, quin nouerint per sacram scripturam eum fore Messiã sibi promissum in lege, quoniam omnia quę de Messia scripta erant, in Christo implebantur. Et hoc clare Christus eis dixit sub parabola vineæ. Quoniam videntes agricolę, quia ipse esset hęres occiderunt ipsum &c. Et quoniam Messias, vt dicũt prophetę, erat sanctus & iustus & dei cultor, & Christus in cõfirmationem, quòd ipse esset verus filius Dei, comprobabat miraculis, quæ argumenta solius Dei sunt, nec Deus potest esse testis falsitatis, & maxime blasphemiter vsurpantis diuinitatem suam, ideo manifeste patet, si inuidia eos non obcæcasset, scirent ipsum esse dominũ gloriæ. Propterea dicit Christus si nõ venissem, & apud eos talia opera non fecissem quæ nemo alius fecit, scilicet in cõfirmationem meorum dictorum, peccatum non haberent, nunc autem excusationem de peccato non habent, quia audierunt, & viderunt, & oderũt me & patrem meum, & odio habuerunt me gratis. Et ad propositum nostrum. Ipsi etiã Pharisei toties quæsierũt ab eo, si tu es Christus. Et quando eis dicebat, quòd sic? clamabant. hic blasphemat, sicut euenit cum interrogaretur in concilio eorum ligatus. Et populares eorum, quamuis sacram scripturam non legebant, nec erant obligati ad studium eius, vt possent clare scire, omnia quę in scriptura de

Hebræorũ ignorãtia in Christũ est inexcusabilis.

Quare populares hebræi ex ignorantia in Christũ sint in excusabiles.

Digitized by Google

ra de Messia erant dicta, quòd in Christo essent completa, quoniam hoc maiorum erat scire, & in hoc per maiores gubernabantur, tamen & ipsis Deus non deesset ad iuuãdum eos ad talem credulitatem, si se Deo deuote commendarent pro illuminatione in tam graui re & dubiosa, pro salute eorum, & non traherentur populari instabilitate & adulatione Phariseorũ. Quoniam & ipsi videntes, & audientes signa & miracula eius, ipsum honorifice in die Palmarum susceperunt, qui posteà die veneris phariseorum suasione, sine aliqua causa concitati clamabant, crucifige, crucifige eum. Deinde descendendo ad legationem Ioannis in euangelio hodierno dicimus. Quod Ioannes secundum Ambrosiũ, non dubitans de Christo Messia eiusque mysterijs legatos misit ad interrogandum eum, tu es, & cæt. Sed potius fuit legatio & interrogatio pietatis & compassionis ad Christum. Quasi diceret admiratiue. Tu tam magnus & clarus in miraculis, etiam dignaberis morte turpissima condemnari? Ideo Christus vltimo respõdit legatis. Beatus est qui nõ fuerit scandalizatus in me post tantã gloriam de tanta ignominia crucis, cum pater meus dereliquerit me in manibus Iudæorum. Sanctus Gregorius dicit, quòd Ioannes dubitauit solum, an sicut in persona sua in hoc mũdo venerit, sit etiam ad patres educendos ex limbo in persona venturus, vel in virtute, vt possit eis denuntiare eius aduentum cum sit cito moriturus. Sanctus autem Chrysost. dicit, quòd hæc legatio Messiæ est propter ipsos discipulos Ioannis, qui erant sibi nimis affecti, & potius volebant esse ipsum Messiam, vel grandiorem hominem, quàm Christum, quem Ioannes sibi superexaltabat, id eo misit eos, vt ab ipso haberent decisionem talis veritatis per verba, & signa sua, quæ faciebat in confirmatione suæ veritatis. Moralem autem expositionem vide in nostris sermonibus euangelicis in hac die.

SERMO VIGESIMVS QVINTVS.

TRIPLICI AMORE DILIGENdus est Deus: Vbi practicè docetur quando verè, quando & falsò diligitur, monstrantur & sex modi diligendi Deum, ex Cãticorum canticis.

LEgitur Cant. vlt. Sponsa spiritualis Dei, ipsum Deum sponsum excitata in eius amorem alloquitur dicens. Pone me vt signaculũ super cor tuum, & vt signaculum super brachium tuum. Quia fortis est, vt mors dilectio tua, dura sicut infernus emulatio tua. Lampades eius, vt lampades ignis, & flammarum, aquæ multę non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam, & cætera.

¶ Hoc mane prædicabimus, quàm magnus debeat esse amor Dei in nobis. Et pro pleniori doctrina est prænotandum secundum philosophum in Ethic. & Sanctus Thomas prima parte quæstione sexagesima, artic. quinto, quòd triplex sit amor, scilicet, amor naturalis, amor concupiscentiæ, Triplex est amor.

tiæ, & amor amicitiæ. Et hoc triplici amore, non solum Deus est diligendus ab homine, sed etiam super omnem sui amorem est amãdus ab eo. Nam amor naturalis est inclinatio naturalis cuiuslibet rei, indita sibi ab auctore naturæ, qua fertur in ea, quæ sunt sibi conuenientia secundum naturam. Quia physic. dicit, Dans formam dat consequenda ad formam. Et secundum Dionysium quarto capitu. de diui. nominibus, omnibus pulchrũ, & bonum est amabile, scilicet à natura. Exemplum habemus in elementis naturaliter tendentibus ad suum locum, vbi est bonum conseruatiuũ ipsorum & pulchritudo formæ eorum, quia quanto magis ad suum centrum tendunt, tanto magis purificantur, in sua naturali perfectione. Et hæc amicitia naturalis est inter causam, & effectum suum, secundum philosophũ, & inter similia. Nam omnis causa naturaliter diligit suum effectum, & ecõuerso, & simile naturaliter diligit suũ simile, etiam in animalibus brutis. Et qui sunt eiusdem patriæ & tribus, naturaliter plus adinuicem afficiuntur, quàm forenses & alterius tribus, quoniam propter eundem locum natiuitatis eorum, & propter parentem primum à quo descenderunt, inuicem participant, secundũ quod dicit Porphirius. Pater & patria sunt principium generationis. Est alius amor cõcupiscentiæ, idest propter propriam vtilitatem. Quia hic amor fundatur in vtili vel delectabili, quod percipit, vel potest percipere amans ex re amata. Et hic amor in hominibus est amor deficiens à vero amore. Quoniam facile est solubilis ad omnem aurã flantem sibi in contrarium, vtputa fundatus in vtili & delectabili de facili recedenti ab amante & amato. Hoc experientia edocet nos in amantibus amicos, vel parentes, vel similes sodales propter proprium vtile, vel delectabile. Quia dum fortuna perit nullus amicus erit, & tempore fœlici multi numerantur amici. Et de delectabili amicitia dicit Terrentius, veritas odium parit. Et Psalmus. Tange montes & fumigabunt, & cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Hic habes latum campũ practicandi de his amicis ex concupiscentia eorumque fallacitate ac vanitate. Hos & similes amicos perpulchrè describit Ecclesiast. 6. dicens. Plures tibi sunt domestici, idest amicabiles, sed vnus ex mille consiliarius. Possides amicum, posside eũ, idest proba eum in tribulatione. Quoniam est amicus ad tempus, idest, lucri vel vtilis gratia, & in tempore tribulationis non permanebit. Est etiam amicus, qui conuertitur ad inimicitiam, idest, quia est amicus & ruinam ac noxam parat, vt quidam Torquatus tempore Tiberij Imperatoris, qui baptizatus ficte ibat p consortia christianorum, & secreta eorum gẽtilibus denudabat. Est etiam amicus mensæ, idest, causa delectationis & non permanebit. Si autem permanet, fit tibi coæqualis, quia domesticis rebus tuis fideliter aget. Reliquum capituli tu vide, quia perpulchra dat documenta ad propositum. Et Aristot. dicit, non temere aliquem in amoré amicorum esse recipiendum, sed longa prius consuetudine probandum, donec eius explorati habeantur mores. Neque ante quispiam, vt ait Cicero, amicus habẽdus est, nisi modium salis cum amico absumpserit, idest secum per multas experientias diu conuersatus fuerit. Et hoc perpulchre docet Ecclesiastic. 33. ca. Audite me magnates & omnes populi, & rectores Ecclesiæ auribus percipite. Filio & mulieri fratri, & amico, non des potestatem super te in vita tua, & non dederis alijs possessionem tuam, ne forte pœniteat te, & depreceris pro illis. Dum adhuc superes & aspiras, non immutabit te omnis caro. Melius est enim vt filij te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum. In omnibus operibus tuis præcellẽs esto, ne dederis in maculam gloriam tuam. In die consumationis dierum vitæ tuæ, & in tempore

Physic. 8.

De fallaci amicitia.

Potestas in vita nulli ẽ tradẽda.

re

re exitus tui distribue hæreditatem tuum. Cibaria & virga & onus asino, panis & disciplina & opus seruo. Operatur in disciplina, & quærit requiescere, laxa manus illi, & quærit libertatem. Iugum & lorum curuant collum durum, & seruum inclinant operationes assiduę. Et ibi vide perpulchra documēta quę dat Dominus ad seruos suos. Refert fasciculus temporum. Accidit in Britānia à cōstitutione mundi anno. 4346. Leyr Rex Britāniæ habuit tres filias absque masculo, quibus in vita voluit, suis maritis traditis, condiuidere regnum, sed prius ab eis voluit scire, quantum quæque illarum suum patrem diligeret, vt secundum gradum dilectionis vehementioris, eis sua bona distribueret. Duæ igitur primogenitæ interrogatę à patre de sui dilectione, eum plusquam suam animam diligerent, dixerunt. Sed vltimo genita quæ & pulchrior & sapientior eis erat, videns patrem vanis, & blanditijs verbis suarum sororum credere, dixit patri, quòd ipsum vt patrem diligeret, & quantum habes, tantum vales, tantum te diligo. His pater auditis stomachatus animo in eam, ipsam priuauit hæreditate. Rex autem Franciæ audiens hæc, & intelligens pulchritudinem, & prudentiam eius, absq; alia dote quærit eam à patre suo in sponsam. Quā desponsauit patre cōcedente ac in Galliā traduxit. Processu temporis Leyr in senectute priuatur regno à suis generis & filiabus, quibus in vita sua condiuiserat illud, vt vix cum vno famulo esset. Tādem profectus est ad filiam suam Reginam Francię, & narrauit ei cuncta per ordinem, quæ sibi acciderant, secundum quod ipsa prudentius interroganti de sui dilectione prædixerat, & obsecrauit eam, quatenus eū filiali affectu in patrem, adiuuaret, & regno suo restitueret. Quod pia filia paternali affectu in eum mota fecit. Nam misso exercitu Britāniam, restituit patrem suo regno. Hoc exemplū ad practicam deducas, super illud te

Exemplū curiosum.

firmando. Quantum habes, tantum vales, &c. Et hortare parentes, ne accidat eis sicut huic, & Dauid accidit in Absalone filio suo, dum dimissus nimio affectu ad ipsum volūtati suæ in suum patrem & regnum eius mortaliter insilijt. Est & tertius amor amicitiæ, qui non respicit reciprocam dilectionem, sed virtutem & honestum in amato, quanquam vere virtuosus & honestus semper reamat, & diligit se amantes. Et hæc est vera amicitia, semperque permanens cum virtute, quæ de se est deligibilis. Ecclesiastic. Memoria Iosiæ in compositione odoris facta opus pigmētarij. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, vt musica in conuiuio vini. Prouerb. Fallax est gratia & vana pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur. Et Sapient. 4. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate, immortalis est memoria illius, quia apud Deū nota est & apud homines. Hic etenim amor per excellentiam dicitur, quia cum amato in prosperis, & aduersis perseuerat, vt in superiori. Ecclesiast. dicit. Sed heu misera conditio humana, in sua amicitia, vel per parum, vel minime perseuerat, quia in virtute, & honestate non est fundata, vt superius diximus in amore concupiscentiæ, quia etiam domestici hominis sunt inimici ei⁹. Vide de hoc Micheam, quia per pulchre discurrit, non esse confidendum in aliquo homine. His declaratis reuertamur ad Dei dilectionem. Nam à nobis est summe diligendus prædicta triplici amicitia, scilicet, amicitia naturali, cum sit causa causarū, à quo omnia, per quē omnia, & in quo omnia sunt. Et qui omnia sunt sapientia constituit in mensura, numero, & pondere. Quia cunctarum rerum ipse est causa efficiens & mensura, dans omnibus suam formam, & pulchritudinem, & cuncta ad suū finem ordinans. Propterea tota creatura naturaliter fertur in sui dilectionem modo suo. Imo & plus diligit Deum quàm seipsam. Quia secundum Gregorium nisi

Eccl. 49. Prou. 31. Eccl. 6. Mich. 6.

manus

manus omnipotentis contineret omnia, cito cuncta in nihilum redigerentur. Et hoc exemplariter habemus in naturalibus & politicis. Nam vniuscuiusque rei bonum comparatur ad bonum diuinum, sicut bonum partis ad bonum totius, quia Deus est bonum omnis boni, & totale bonum respectu cuiuscunque boni alterius. Sed pars plus amat bonum totius, quàm suum bonum proprium, ideo & naturaliter manus obijcit se contra ictum illatum, pro conseruatione sui capitis vel principalioris membri, & animalia quæq; naturaliter exponunt ignobiliora membra pro conseruatione capitis, vt serpens caudam &c. Et miles exponit se morti pro conseruatione sui capitanij, quia plus diligit suum caput & sua principaliora membra exercitus, ad quæ est ordinatus quàm se ipsum. Ergo & tota creatura plus diligit Deum naturaliter quã seipsam. Hic practice extende te ad hominem Christianum. Quia secundum philosophum ars imitatur naturam quantum potest, nõ solum Deum debemus diligere, vt non degeneremur à natura, naturaliter plusquã nos ipsos, sed &eo magis gratuita dilectione, qua vncti sumus per gratiam Dei, quæ perficit, & non destruit naturam, vt dicit

Rom. 10. Augustinus. Et S. Paulus ad Rom. corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem, scilicet, semper in affectu, effectu autem loco & tempore. O quanta passi sunt sancti viri vtriusque sexus & ætatis pro nomine Iesu, vt quandoque ne per eorum vitam, & tormenta illata eis in vituperium nominis Dei, à blasphemis gentibus nomẽ eius blasphemetur, instinctu Spiritus sancti seipsos in mortem præcipitarunt, sicut perpulchre sanctus Augustinus in primo libro de ciuitate Dei differit, saluãs aliquas virgines, quæ ratione dicta in flumen se præcipitarunt. Nam vt diximus à natura incitamur, honorem Dei præponere omni honori, vel vituperio nostro. Et de his creditur à doctoribus sacris fuisse Sanson, qui sibi mortem intulit dicens. Moriatur anima mea cũ Philisteis, qui in eius ludibrijs nomen Dei blasphemabant. Et Machab. 2. Mach. 14.
de Razia viro probo, zelatoreque legis Dei. Vide historiam, quia est pulchra. Sed vt dixi, hæc intelligẽda sunt facta ab eis instinctu Spiritus sancti, qui est actor vitæ & mortis, & non ratione tormentorum eis illatorum per impatientiam, vel humanam gloriam vt Lucretia Romana fecit. Hæc tamẽ non sunt pro regula accipienda, quæ extra communem regulam Deus speciali priuilegio operatur in aliquo.

Aliqua sãctorum facta potius sunt admiranda quã imitanda.

Quoniã dixit Christus, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et beati eritis cum vos oderint homines, &c. propter nomen meum, &c. Et qui odit animam, idest vitam suam propter me, exponendo eam ad omnia patienda, in vitam æternã custodit eam. Insuper addo ad superiora, finis magis est diligendus, quàm ordinata ad finem, quia secundũ philosophum primo poste. propter quod vnumquodque est tale & illud magis est, vt diligimus magistrum propter discipulum ergo, magis discipulum. Sed Deus est finis omnium propter se metipsũ Deus vniuersa operatus est, impium quoque ad diem malum, ergo magis naturaliter Deus est diligendus, & cęt. Nec dicas, cum in Angelis etiam post peccatum naturalia permanent, ita & in hominibus, & tamen damnati Deum blasphemant, vellentque eum non esse, quoniã in eis quamuis naturalia in se sint recta, quibus Deum odire non possunt, sed sicut & boni amant naturaliter, plusquam se ipsos, tamen deprauantur inordinate voluntatis affectu, vt quod in eis natura recte vult, ipsa libertas voluntatis & deprauatus affectus eorũ in oppositum deprauat, vt etiam per accidẽs ratione iustæ pœnæ eis illatæ Deũ blasphement, eumq; non esse vellent, quem per se etiam in pœnis existẽtes vellent esse, cum absque ipso esse non possent. Sic etiam accidit & de grauiter

Prou. 16.

Digitized by Google

ter infirmis quibus vita est in tœdio. Iob tedet animam meam vitę meę. Et quandoq; præcipitant se in mortem, per accidens, ratione pœnarum deside rantes vita carere. Insuper & amore concupiscentię non solū Deus amandus est, quia vt dicit Isai. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, scilicet concupiscen tia vtili & delectabili. Hic practica. Si hæc animalia faciunt, & cætera, quid agendū sit nobis Christianis erga honorem Dei, à quo non solum tam admiranda beneficia naturalia habemus practica de bonis naturæ, & fortunæ, sed etiam tam admiranda gratuita dona. De his vide nostram expositionem Euāgelij, tertiæ Dominicæ in Aduentu, & superius in sermone, per quid Deo debemus satisfacere, & parentibus ac magistris. Sed etiam Deum hac dilectione concupiscentię debemus diligere plusquam nos ipsos, quia nec esse, nec bene esse absque ipso habere possumus. Quoniam Isaias dicit, omnia opera nostra operatus es nobis domine. Hic extende te practice. Quid enim delectabile, quidue vtile homo possit imaginari, quod sibi non sit à domino Deo, in eoque non habeatur? Psalm. Mihi adherere Deo bonum est, & ponere spem in Deo meo. Et Apostolus Paulus, omnia arbitratus sum, vt stercora, vt Christū lucrifacerem. Item & tertio Deus est à nobis amandus amore amicitiæ, etiam plusquam nos ipsos. In Christo sunt dicit Apostolus omnes thesauri sapientię & sciētiæ Dei. Et dicit Christus, nemo bonus nisi solus Deus, scilicet per essentiam, cæteraq; bona sunt, inquantum de ipsius bonitate participant. Nam ipse solus Deus, est bonus, super bonus, & super omni bonus, de cuius bonitate August. captus dicebat. Amor meus, pondus meum, eo feror quocunque feror. Qui solum inseparabiliter diligentes se diligit amicissima dilectione vt Ioan. dicit. Vos amici mei estis. Et nō vocaui vos seruos, sed amicos. De cuius super amore beata Catherina Sen. in Epistola ad Greg. XI. Perpulchre contemplatur. Qui diligit seipsum propter seipsum, & non propter Deum, hic sui ipsius amorem ordinat ad seipsum, & non ad Deum. Et talis amor est inordinatus, quia talis extimat, in seipso solum esse causam dilectionis & non in Deo. Et hic sic amans non cognoscit deum ac eius bonitatem, quia extimat in se esse aliquid maioris bonitatis quàm in Deo. Et cum obiectum volūtatis sit bonum cognitū, sic amans seipsum plusquam Deum, non cognoscit Deum sicut Deum, qui solus est summe bonus, cætera autem relatione ad ipsum sunt bona. Qui Deum supra se cognoscit, ardet in eo plusquam in seipso, quia est in maiori bono, quàm ipse sit. De hoc amore ardens Augustinus dicebat in Manuali. Cor humanum in desiderio æternitatis non fixum, nunquam stabile potest esse, sed omni volubilitate volubilius de alio in aliud trāsit, quęrēs requiem vbi non est. In his autem caducis, & transitorijs in quibus eius affectus captiuus tenetur veram requiem inuenire non valet. Quoniam tātæ est dignitatis, vt nullum bonum præter summum ei sufficere possit. De hac dilectione Luc. 10. in lege scriptum est. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ita scilicet, quod tuus non sit finis alius à Deo. Nam hic cor quod est principium motus designat voluntatem, quæ est principiū bonorum operum, sicut cor motus. Et quia tria sunt principia actuū spiritualium, quæ ad operandum ex voluntate mouentur. Scilicet, intellectus, qui hic dicitur mens, appetitus sensitiuus, qui hic dicitur anima, & vis executiua, quæ hic dicitur fortitudo, vel vires. Præcipitur ergo nobis, quòd intentio nostra feratur in Deum, toto corde eum diligendo, eique nostrum intellectum subijciendo in obsequium eius, ipsum captiuando, vt dicit Sanctus Paulus secundo Corinth. decimo. Et quòd appetitus noster sensitiuus reguletur

Perpulchre practicatur de vero Dei amore.

2. Cor. 10.

secundũ Deum, ideo dicit ex tota anima, id est sensitiuo appetitu, quodq; actus noster executiuus obediat Deo, ad eiusque laudem fiat, vt dicit Apostolus Coll 3. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & patri per ipsum. Et hoc amore accensus iterum
Rom. 8. dicebat. Quis nos separabit à charitate Christi, &c. Sed quæres, an hoc præceptum possit impleri in hac vita tot amaritudinibus & necessitatibus con-
D. Tho. 2. spersa. Respondet S. Tho. Ipsum pos-
2. q. 44. sumus implere, sed imperfecte, scilicet nihil agendo quod repugnet perfecte secundum statum istum, vnioni animæ ad Deum, quæ est finis Dei in hoc præcepto, sed in patria pertingendo ad perfectum finẽ, implebimus illud. Exempli gratia. dux exercitus præcipit militib. pugnare, & ille qui pugnando hostem vincit, perfecte implet præceptum quod dux intendit. Sed qui pugnat non agens contra militarem disciplinam & tamen non vincit hostem, implet ducis præceptum, sed perfecto modo. Et sic Deus intendit, quòd homo perfecte Deo & complete ei vniatur, sed quia hoc in hac vita non potest fieri, sed solum in patria, vbi Deo totus per dilectionem vnietur & vbi Deus erit secundũ Pau
1. Cor. 14. lum. Omnia in omnibus, ideo sufficit homini in hac vita hoc præceptũ implere quomodo sibi est possibile, non recedendo ab ordine finis, & à regulis mandatorum Dei. Propterea sicut miles qui legitime pugnat quantum sibi est possibile secundum regulam militarem, licet non vincat, non sibi imputatur, nec pœnam meretur, sic & qui in via hoc præceptum implet, nihil contra diuinam voluntatem, & dilectionem agens, non peccat mortaliter, quanquam multas negligentias veniales committat. Et vnus alio hoc præceptum melius implet, quanto magis accedit, per quandam similitudinem ad patriæ perfectionem vnde nostræ fragilitati sufficit, quòd quis habitu totum cor suum ponat in Deo, ita q nihil cogitet vel velit, quod diuinæ voluntati sit contrarium. Et hæc perfectio est communis omnibus existentibus in charitate. Quorum quidam sunt incipientes, quorum studium est recedendi à peccato, & resistendi concupiscentijs, quæ in contrarium charitatis mouent vehementer. Et in his charitatis est nutrienda & fouenda, ne deficiant. Quidam sunt proficientes, qui ad hoc tendunt, vt charitas in his roboretur per augmentum. Practica circa huiusmodi, quia habes latũ campum. Psal. Hęc animaduertens aiebat. Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Deus meus adiutor meus & sperabo in eum scilicet ne incidam in laqueos diaboli. Deus meus, scilicet meum summũ bonum, adiutor meus, quia nisi Dominus adiuuisset me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Psalm. Petra refugium erinaceis. Gen. 15. cap. dixit Deus Abrahæ per visionem. Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. De qua mercede August. procedat Spiritus sanctus in medium, & dicat amatori suo. vis me frui? volo. Cõtemne terrenum amorem. contempsi. Parum fecisti. Quid amplius? Contemne teipsum. Contempsi. Multum fecisti, sic me inuenisti, sic ire, sic amare, sic perire est, ad Deum peruenire. hæc ille. Sequitur. Sperabo in eum, qui timetis dominum, sperate in illum, cũ Eccl. 2. oblectatione venient vobis misericordiæ. Protector meus, id est, scutum meum. Psalm. Protexisti me Deus à conuentu malignantium. Et cornu salutis meę, quia sicut animalia cornu impingunt, ita virtus Dei cõtra aduersarios resistit, quia pugnat vt vincat mala tẽporalia & spiritualia. Psalm. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Et susceptor meus. Quia sicut quando miles vincit suscipitur cum triumpho à suo duce, & Deus victores suos suscipit cum gaudio. Psal.

Cum

Cum gloria suscepisti me. Laudans inuocabo dominum, scilicet super his omnibus, tam in prosperis, quàm in aduersis, vt sanctus Iob, & ab inimicis meis saluus ero. Quia quicunque inuocauerit, idest, cum fiducia nomen

Ioan.vlt. domini, saluus erit. Deinde sponsæ in canticis in prohęmio recitatum practice discurre affectum. Nã amor Dei

Amoris Dei sex modi.

debet esse contemplatiuus, dilectionis suæ, & beneficiorum eius in nos. Ideo dicit liga me per contemplationẽ tuo cordi. Debet esse operatiuus, quia vbi est amor Dei, ibi est magna diuinorũ operatio. Si.n.amor est vt dicit Gregorius magna operatur. Ideo dicit liga me iuxta brachium tuum, vt fortiter pro tuo amore magna operer. Debet esse separatiuus ab omni desiderio temporalium, vt cum Paulo omnia arbitreris, vt stercora, & cupias dissolui & esse cum Christo. Ideo dicit, fortis est vt mors dilectio tua. Debet esse amor Dei stimulatiuus, vt te stimulet semper ad recipiendum eum sicut infernus ad suscipiendum animas paratus. Psalm. Confige timore tuo carnes meas. Et discipuli cũ quibus Christus in Emaus ibat dixerunt. Nonne cor nostrum ardens erat in Domino, dum nobis loqueretur in via. Debet etiã esse amor Dei in se ardens de Deo & extra lucens, vt lampas per exemplaritatem sanctitatis vitæ bonæ ad proximos. Sic luceat lux vestra coram hominibus, dicit Christus apud Matthęum, vt videant opera bona vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Debet esse amor Dei perseueratiuus, quia Deus perseuerãti dat manna absconditum, & quia non coronabitur, nisi qui legitime certauerit vsque in finem, idest, qui finaliter cõplet in bono suum bonum cursum, vt nec per prospera exaltetur, nec per aduersa deijciatur. Ideo dicit, multæ aquę non potuerunt extinguere charitatem tuam, nec flumina obruent illam. Psalm. Fluminis impetus, idest, tribulationum, lętificat ciuitatẽ Dei, idest paradisum, in quo patientes in tribulationibus mirabili lætitia gaudent. Psalmus. Lætati sumus pro diebus quibus humiliasti nos, annis quibus vidimus mala. Et Christus. Beati qui persecutionem patiũtur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et in patientia vestra possidebitis animas vestras dicit christus, vbi inebriabimur ab vbertate domus eius, & torrente voluptatis suæ potabit nos, & cæt. quoniam diligentibus se præparauit bona, quæ non oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.

Digitized by Google

SERMO VIGESIMVS SEXTVS.

DESCRIBITVR PVGNA SPIRItualis cum Dæmone, et concupiscentia, et indicitur modus illos congrediendi, exemplo Dauidis aggredientis Leonem, Vrsum, Goliath gigantē, ostenditur & magna fortitudo contra nos pugnantis Diaboli, quæ et Dei virtute superatur.

1. Reg. 18. COngressus Dauid cum Goliath eū deuicit, & occidit, &c. vide historiam.

¶Dauid interpretatī vultu desiderabilis, vel fortis manu, & denotat hominē Christianum factum ad imaginem Dei, & creatum rectum, vt dicit Ecclesiasticus, & quo ad corpus, & quo ad animam. Quia secundum corpus cætera animalia terram visu spectant, solus homo rectus creatus est, vt cęlum respiciat. Rectus quo ad animam, quia inter alias eius nobilitates est liber homo secundum animam rationalem in suis voluntarijs actionibus. Psal. Anima mea in manibus meis semper. Insuper in se habet similitudinem expresse representantem vnitatem essentię, & trinitatem personarum, secundum quod declaraui in nostro sermone de hac materia in festo omnium Sanctorum. Quo quid pulchrius? quid honorabilius? Nobilitatem autem animæ rationalis Sanctus Bernardus in libro de Meditatio. capitulo tertio. Perpulchre describit dicens. O anima Dei insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redēpta san uine, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps, quid tibi cum carne vnde tanta mala pateris? De fortitudine eius circa liberam eius actionem vide nostrum sermonem de dominio rationis supra sēsualitatem. Nihilominus hominis nobilitas est figurata per arboris Nabuch. visionem. Dan. 4. Quæ erat fortis, & magna altitudine vsque ad cęlum, aspectus illius vsque ad terminos vniuersæ terræ folia eius pulcherrima, fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea. Nam homo et secundum philos. dicitur arbor euersa, quia ipse ore superius posito, non sicut arbor radicib. cibum capiens. Et magna altitudine, quia sagacitate intellectus cœlum metitur, & vsque ad centrum terræ descendit, nullo impedimento obstante, vt dicit Termegistus, fortis quia vt dicit Ptolomeus, sapiens dominabitur astris, & philosophia Boetio, at qui talia tibi arma cōtuleramus, quę si tu prius ea non abiecisses, te inuicta firmitate tuerentur. Ideo & aspectus eius erat vsq; ad terminos terræ, quia sagacitate sui intellectus ad qualibet partem mundi quadrati potest discurrere, quasi vnus ex dijs esset, idest intelligentijs. folia eius pulcherrima. Quid. n. pulchrius in ornatu naturæ potest esse ipso homine, ornato folijs suarum tam sensibilium, q̄ intellectualium potentiarum? Fructusq; eius nimius tā in terra per accumulationem virtutum & meritorum ad Deum & proximum, q̄ etiam in cęlo,

lo, vbi merces sanctorum est copiosa, vt Christus dicit. Et esca vniuersorum in ea, quia cuncta Deus propter hominem ad suæ diuinitatis gloriam est creatus, quia & philosophus secundo de anima dicit. Nos sumus quodammodo finis omnium. Psalmus Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. Hic ergo Dauid, idest homo christianus gratijs diuinis donatus prostrauit leonem, & vrsum sibi subripientes arietem de medio gregis. Nam homo vltra intellectiuas virtutes habet etiam virtutes sensitiuas, appetitiuas, & cognoscitiuas interiores, & exteriores. Per appetitiuã, quę diuiditur in concupiscibilem & irascibilem, significatur in leone & vrso. Nam concupiscibilis quæ notatur in leone, fertur circa delectabilia, & maxime venerea. Quoniam inter alias leonis proprietates sunt istę duæ. Est enim animal valde luxuriosum, semperque appetens coitum ratione suæ magnæ caliditatis. Et est animal fortissimum in ossibus suis, quia sunt quasi sine medulla, vel parum de medulla habentia. Ita etiam cõcupiscibilis nostra est plurimũ appetens delectabilia, & per maxime venerea, sicut dicitur Prou. Os vuluę mulieris est insaciabilis, idest concupiscibilis. Et est fortissima, quia nemo est qui aliqua delectatione sensuali non alliciatur. Et in speciali dicit Augustinus de venerea sensualitate, quod in ea est continua pugna & rara victoria. Et potius fuga, quam pugna vincitur. Huius experientiam habemus in Sansone, Dauid, & Salomone. Quis enim fortior Sãsone? prostratus est à Dalida, in cuius sinu obdormierat, vt tãdem traderetur ab ea in manus inimicorum, à quibus fuit vtroq; oculo priuatus? Quis sanctior Dauid, quem aspectus Bersabeæ in adulterium, & homicidium proiecit? Quis sapientior Salomone, & tamen mulierum suasu idolis altaria constru xit, & ea adorauit.

De pugna rõnis contra concupiscentias & diabolũ.

Prouer. 3.

3. Reg. 11.

¶Vrsus est animal valde vindicatiuum in se offendentes, & denotat irascibilem in homine, quę assidue insultat in sibi nocentes, & plurimum sanguinea vindicatione gaudet. Vnde & doctores iram, quæ ab irascibili procedit diffiniunt per appetitum vindictę dicentes. Ira est passio naturalis, qua appetimus vindictam. Et si ratione reguletur non est peccatum, sed si à recta ratione exorbitet peccatũ est. De his viribus dicit Pau. habeo aliam legem in membris meis, repugnantem legis mentis meæ, vt quæ nolo id facio, idest, id quod secũdum rationem nolo, stimulat me facere sensualitas. Et de hac dicitur Gen. sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ab adolescentia in malum. Greges commissi pascendi & custodiendi ab vrso & leone sunt potentiæ interiores & exteriores cognoscitiuę cum membris deseruientib. eis ad executionem, quæ sunt homini commissę à Deo, vt gubernentur secundũ dictamen rationis, & non secundum sensualitatem, & vt pascantur ac habituentur in pascuis virentibus virtutum. Et si quo modo à leone & vrso rapiantur, idest à sensualitatibus inordinatis concupiscibilis & irascibilis rapiantur, cito ab eorum ore erue eas, suffocando sensualitatem & interficiẽdo per rectam rationem, modo quo dicit Sanctus Paulus, castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauero ipse reprobus efficiar. Et iterum hortatur. mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus, propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis, in quibus & vos ambulatis aliquando cum viueretis in illis, Sanctus Paulus ad Colloss. tertio capitulo. De gubernatione sensuum habes nostram concionẽ, an ratio possit dominari sensualitati, & ibi ad propositũ est auctoritas S. Bernardi sub figura mulę Salomonis. Et in deserto Dauid pascit gregem, vbi suffocatur leo & vrsus, quia qui vult custodire sensus suos à leone, & vrso

Genes. 8.

deuitet quantum poteſt tumultũ hominum,& permaxime prauorum conſortia, vbi Chriſtus perditur figuratiue, quando à parentibus fuit perditus in tumultu hominum. In figura huius Chriſtus noluit ire ad diem feſtum, quando erat cum tumultu. nec ſponſa in canticis quærẽs ſponſum potuit ipſum inuenire in lectulo laſciuiarum & malitia delitiarum, non in plateis ambitionis, & vitæ glorioſæ, nec in portis auaritiæ, ſed dum paululum hæc pertranſiret, inuenit quem diligit anima ſua, & tenuit illum per contemplationem & per bonam voluntatem, nec vllo pacto voluit dimittere eum, ſed cum Petro dicit. Domine bonum eſt nos hic eſſe. Nec ſimiliter Helias inuenit Deũ in igne concupiſcentiarum, nec in commotione diſcordiarum, nec in vento validę ſuperbiæ, & elationis, aut vitæ tumultuoſę, ſed in ſibillo aurę tenuis, quia in pace factus
3.Reg. 19. eſt locus eius. Sapientia vbi inueni-
Iob.28. tur, & quis locus intelligentiæ? Neſcit homo præcium eius, nec inuenitur in
Gene.24. terra ſuauiter viuentium. Et Geneſ. dicitur. Egreſſus fuerat ad meditandũ in agro inclinata iam die. Et Oseę. 2.cap. Ecce ego lactabo eam, & ducam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. Diſcurre hic practice. Vbi ſancti tantam ſapientiam hauſerunt, niſi in ſolitudine, & ſeparatione à tumultu hominũ, vbi Deus locutus eſt eis ad cor ſecundum quod legitur de ſancto Thoma Aquinate, qui dixit? Plus ſe ora-
Iſai. 30. tione didiciſſe quàm ingenio ſuo, Eſa. In ſilentio & in ſpe erit fortitudo veſtra. Et ſancto Arſenio dictum eſt ab Angelo. Vt ſaluus fias, fuge homines, ſede in cella tua, & tace. Quia vt bene dixit ille Gentilis ſolus inuentus, nũquam minus ſolus ſum, quàm cum ſum ſolus. Nam vt dicunt ſancti Doctores, in oratione loquimur cũ Deo, in lectione Deus loquitur nobiſcum. In ſolitudine enim auertuntur oculi, ne videant vanitatem, ſepiuntur ſpinis timoris Dei aures, ne audiant voces incantantium inſipienter, vt detractiones, &c. In ſolitudine ponitur circunſtantia labiis, & cuſtodia ori. Quia in ſolitudine prudẽs, vel loquitur cum Deo in oratione, vel Deus loquitur ſecum in lectione. Cohibentur ſenſus à concupiſcentijs, quia dicit Sanctus Hieronym. vaca ſtudijs litterarum & euitabis vitia carnis. Et ibi cõfige timore Dei carnem tuam cum omnibus membris tuis. Et non ſolum eſt nobis colluctatio cum carne & ſanguine, quæ ſunt arma diaboli, ſed etiam aduerſus principes & poteſtates harum tenebrarum. De quibus Sanctus Petrus. Fratres ſobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quęrens quem deuoret, cui reſiſtite fortes
in fide. Et Sanctus Paulus ad Epheſ. Eph.6.
De cætero fratres confortamini in domino & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harũ, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus & cæt. Ecce hic Dauid inijt prælium cum Goliath incircunciſo Philiſteo, magno blaſphematore nominis Dei, cunctis expaueſcibili. Nam Goliath interpretatur tranſmigrans, & robuſtus, Philiſtei interpretantur duplex ruina. Significat ergo Goliath magnũ luciferum cum ſuis mẽbris, qui tranſmigrauit à Dei gratia per ſuperbiam ad pœnas inferni, quo & alios ſua tentatione facit tranſmigrare. vnde interpretatur & tranſmigratio. Ipſe etiam eſt duplex ruina, quia & ſuiipſius ruina damni, ideſt, priuationis viſionis diuinæ & pœnæ æternæ, & aliorum ſequẽtium. Qui fortis & pauidus eſt. Quem Dan. deſcribit ſub quarta beſtia, quæ erat terribilis atque mirabilis & fortis nimis. Dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans. Diſſimilis erat cæteris beſtijs, quas videram ante eam, & habebat

Diaboli fortitudo intẽtando deſcribit, & vincitur non ppria ſed dei virtute. Dani 7.

bat cornua decem. Moraliter est mundus, qui tentat nos prosperitatibus, & aduersitatibus, qui est similis Leopardo diuersis dolorib. depicto, quia mundus totus est in adulatione, & falsitate. Et concupiscibilis similis leenę, vel leoni animalibus luxuriosis. Est & irascibilis similis vrso, vt superius diximus. Sed lucifer cum satellitibus suis est dissimilis his tribus animalibus, vt dicit hic Daniel. Est enim terribilis, quia nomen eius & eius pręsentia terret homines. Et mirabilis, quia sub specie, & figura Angelica se transfigurat. vt dicit Sanctus Paulus. Est etiam mirabilis ratione suæ pulchritudinis naturalis, & malitiæ suæ voluntatis deprauatæ. Habet enim
Iob. 40. mille modos tentandi. de quo Iob. Behemoth nerui testiculorum perplexi sunt, modo quo sancto Antonio ostensum est, quando vidit per totum mundum laqueos distentos, & tunc præ admiratione exclamauit. O Domine quis hos laqueos euadere poterit, & audiuit vocem dicentem sibi, sola humilitas Antoni. Dentes ferreos magnos habebat, comedens atque comminuens, quia quos semel sub sua potestate caput fortis est, & custodit atrium suum fortiter, idest, hominem captum, ne iterum perdat eum. Nec quisquam sufficiens est, semel ab ipso possessum à se extrahere, nisi Christus fortior sua misericordia eum eripiat. Et comedit homines, quando infernus deglutit eos, & igne pęnarũ comminuit semper restituendos nouitatibus pœnarum, quia ibi damnati ab aquis niuium transient ad calorem ni
Iob. 24. mium. Iob. Et ibi pedibus suis, idest, multis flagellis cõculcabit reliqua, vel quia magnam partem infidelium possidet tanquam suos. Et habet decem cornua, quia contra Dei præcepta totam suam vehementiam facit, vt ea extirpet à cordibus filiorum.

¶ Dauid igitur, est fidelis Christia-
Apocal. 2. nus, Cui Deus promisit per Ioannem Euangelistam in Apocalip. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Et iterum vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei, & vincenti dabo manna absconditum, & qui vicerit, non lędebitur à morte secunda. Nam vita æterna promissa vincenti est tãquam sponsa hominis, cui perpetuo homo inseparabiliter copulabitur, cum magna dote & spiritualium, & corporalium perfectionum in maxima libertate, vt dicit Sanctus Paulus. Quia corpus beati fiet agile, subtile, impassibile, & clarum plusquam Sol. Et de anima dicit Greg. quid est, quod non videant, qui videntem omnia vident. Hic ergo ratione promissionis factæ sibi à Deo pro victoria habita contra diabolum, & satellites eius, debet cum confidentia diuina aggredi hostem viriliter, & nõ confisus in se & in armis temporalibus quę sunt sibi à Deo data, quia quæ sunt humilia, & debilia erigit Deus, vt fortia quæque confundat. Dico aggredi hostem in baculo crucis, & tribus lapidibus torrentis, idest, in nomine Trinitatis proijciendo tela sua spiritualia cõtra eum ex funda rusticali, quia qui humilior est, & ex humilitate sua proijcit lapides resistendi & aggrediendi cõtra diabolum, mirabili modo prosternit eum ad terram, ensęque suo amputat sibi caput, quoniã malitia per malitiam tunditur, & sapiẽtia vincit malitiam. Nam & hostes docent sua astutia pugnare aduersarios, à quibus vincuntur ipsorum astutia edocti. Et vincenti cantabitur in Hierusalem super canticum nouum victoriæ, & tunc copulabitur æternis gaudijs, vbi dicit Io. Apoc. 21.
in Apocalip. Audietur vox de throno dicens. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus eis erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Et dixit, qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Et. 2. cap. dixit ei Angelus.

Digitized by Google

Et Angelo Ecclesiæ Smirnæ scribe. Hæc dicit primus,& nouissimus, qui fuit mortuus & viuit. Scio tribulationem tuam,& paupertatem tuam, sed diues es & blasphemaris ab his,qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt Synagoga Sathanæ. Nihil horum timeas,quæ passurus es. Ecce missurus est diabol⁹ aliquos ex vobis in carcerem,vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem,quia breui tempore pugna transiet. Esto fidelis, vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Et vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei, & vincenti dabo manna absconditum, & qui vicerit non lædebitur à morte secunda, &c. hæc ibi. de modo pugnæ huius spiritualis, vide etiam figuram nostram super historiam pugnæ Gedeonis contra Madian, super illud Apostoli, vult Deus omnes homines saluos fieri.

SERMO VIGESIMVS SEPTIMVS.

EX VISIONE QVATVOR ANImalium Iohelis, quæ totam plantarum pulchritudinem ad radicem vsque corroserunt, renouationem Ecclesiæ in omni statu pronunciat.

LEgitur Ioel.1. capit. sententialiter. Audite hoc senes,& auribus percipite habitatores terræ,& enarrate super hoc filijs vestris, & filij vestri filijs suis,& filij eorum generationi alteri. Ego Ioel habebā pulchrum prædiolum,& in eo erat exorta caulis. Venit eruca & comedit folium eius. Deinde venit locusta,& comedit residuum erucæ. Postea venit bruchus & comedit truncum caulis. Deinde venit erugo,& vsque ad radicem caulis consumpsit. Quæro igitur dicit Ioel. Quid de hoc prædiolo sit agendum? facite vos iudicium. Respondetur. debet extirpari,si quid ex mala radice caulis remansit in prædiolo, & bene iterum ex culto prædiolo in eo seminari aliam caulem boni seminis, quod fructum dabit temporibus suis. Deinde propheta excitat populum tanquam ab ebrietate, vt vlulet & ploret super mala ventura in eis dicens. Expergescimini ebrij, flete & vlulate omnes, qui bibitis vinū in dulcedine. Quoniam perijt abore vestro gens enim ascendet super terram meā fortis & innumerabilis. Dentes eius, vt dentes leonis, & molares eius vt catuli leonum. &c.

Hoc mane prædictam Ioelis narrationem principaliter exponemus mystice, per quam denotatur renouatio Ecclesiæ, malis extirpatis caulibus. Sed primo nota secundum litteralem sensum, vt Sanctus Hieronymus ait. Eruca sunt Assyrij, vt Teglatphalasar, & Salmanasar, & Nabuchodonosor,& cætera. locusta sunt Persiæ, vt Cyrus & Cābises, Bruchus sunt Græci,vt Anthiocus Epiphanes, &c. Erugo quæ est pruina, vel rosata infectiua herbarum, de mane cadens super olera, & herbas in ruborem pallidum conuertens, sunt Romani. Hi omnes successiue omnem viriditatem

Iudæorum corroserunt, dum eos inhumaniter ceperunt trucidare, vendiderunt, captiuarunt, & ciuitates eorũ ad solum prostrauerunt.

¶ Sanctus autem Gregorius prædicta moraliter exponẽs dicit. Eruca est libido, quæ viriditate foliorum, & pulchritudinis delectatur. Locusta est superbia, quæ ex libidine generatur, sicut locusta, & eruca, quæ in magnas ambitiones supersaltat, suis terminis minime contenta. Bruchus designat ventris ingluuiem, quæ generatur per lasciuiam, & superbiam, sicut bruchus qui est fœtus locustę sedens comedit. Erugo significat iram, & furorẽ, quia post comessionem & ebrietatem accidunt homicidia, & discordię, & discensiones. Hæc enim quatuor animalia moraliter, scilicet luxuria, superbia, ventris ingluuies, & ebrietas, ira, & furor, destruunt, & spirituale, & temporale regnum inter christianos, quemadmodum patenter, docente experientia, inspicimus vt ꝓbatione nõ egeat. Et vt dicit hic Lyra, non solum hec in Iudæis cõpleta sunt, sed etiam videntur completa in christianis similia passis, & patientibus, & in statu temporali, & in statu Ecclesiastico, vt merito in nihilum redigantur. Discurre hic per status Ecclesię christianæ in temporalibus, & spiritualibus quanta passi sunt christiani exigentibus eorum demeritis a Gottis Vuandalis &c. sicut bene sanctus Hiero. discurrit in Epistolis suis. Horret animus, nostrorum temporum ruinas prosequi. Viginti & eo amplius anni sunt, ꝙ inter Constantinopolim, & alpes Iulias quotidie Romanus sanguis effunditur. Scytiam Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Datiam, Epyros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias, Gottus, Sarmata, Alanus, Hunni, Vuandali, Marchomani, Vastant, trahũt rapiũt. Quot Matronę, quot Virgines Dei, & ingenua nobiliaq; corpora, his bellis fuerunt ludibrio. Capti Episcopi, interfecti Præsbyteri, & diuersorum officia Clericorum, subuersæ Ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi, martirum effossę reliquię. Vbiq; luctus, vbiq; gemitus, & plurima mortis imago. Romanus orbis ruit, & tamen ceruix nostra erecta non flectitur. Quid putas nũc animi habere, Corinthios, Athenienses, Lacedemonios, Archades, cunctamq; Greciam, quibus imperant Barbari. Et certe paucas vrbes nominaui, in quibus olim fuerunt nõ modica. Immunis ab his malis videbatur oriens, & tantũ nuncijs consternatus, ecce tibi anno præterito ex vltimis Caucasi rupibus immissi in nos, iam ãrabiæ, sed septentrionis lupi, tãtas breui prouincias percurrerunt. Quot monasteria capta, quantę fluuiorum aquæ humano cruore immutatę sunt. Obsessa Anthiochia, & vrbes reliquę quas Halis, Cadus, Orontes, Eufratesq; perfluũt, tracti greges captiuorum. Arabia felix, palestina, Ægyptus timore capturę &c. Nostris peccatis Barbari fortes facti sunt, nostris vitijs Romanus superatur exercitus, & quasi non hæc sufficerent cladibus plus pene bella ciuilia, quàm hostis mucro consumpsit. Miseri Israelitæ ad quorum comparationem Nabucodonosor seruus describitur. Infelices nos, qui tantum displicemus Deo, vt per rabiem Barbarorum illius in nos ira deseuiat, nec amputamus causas morbi, vt morbus pariter auferatur. Hæc Hieronymus ad Heliodorum. 4. capit. Et quoniam particularia magis mouent. Hoc prædium pulchris caulibus plantatum significat Ecclesiam Christi, quam ipse lege gratiæ seminauit, & eam plantauit sua vita opere, & sermone, quia Christus primo cœpit facere, & postea docere. Et est in Ecclesia christiana sicut lignum vitæ plantatum in medio Paradisi, cuius fructus gustatus renouat iuuẽtutem nostram, quia dixit. Ego sum vitis vera, & vos palmites, si quis in me manet, & ego in eo, hic fert fructum multum, & ego sum via, veritas, & vita. Insuper plantauit in Ecclesia etiam sanctos Apostolos,

Per totam practice discurritur, quõ in omni statu Ecclesię spiritualis viriditas est a quatuor aĩalib⁹ depastata, vt necesse sit ꝙ fiat ĩ ea noua replantatio priori eradicata.

stolos, & doctores, ac alios probos vtriusq; sexus viros, & mulieres imitabiles vita, & exemplo. O quàm pulchrum fuit hoc prædiolum in primitiua Ecclesia, & per multa post tẽpora. Sed contra eam surrexerunt tyrannides dominorum per erucam signati, qui multos ex sanctis peremerũt, exularunt, & varijs iniurijs affecerũt. Nã post sanctum Petrum successiue. 33. Pontifices gladio interierunt, & multi alij per multa tempora perempti sunt, vt quasi totam viriditatem Ecclesiæ depasti sint. Deinde deterior plaga super Ecclesiam oritur, scilicet Hereticorum, significati per locustã, qui sua saltatione, & discursu totum fere mundum infecerunt, eatenus vt in paucis viriditatis vere veritas in Dei Ecclesia permaneret, & hoc fauore principum, & dominorum temporalium. Dicit enim vt de alijs taceam sanct⁹ Ambrosius. Parua Arrij scintilla totum mundum combussit. Et Manicheorum secta prauissima fere totã Italiam, & Affricam infecit. Et vt dicit sanctus Isidorus, numerus sectarum Hereticorum fuit. 72. Postea ascendit bruchus, qui sedendo comedit, idest Ecclesiastici voluptatibus, & ocio corruptores vitæ spiritualis, vt si quid in Ecclesia viriditatis virtutum remanserit, ipsorum prauo exemplo corruptum est, quia a boue maiori, discit arare minor, vt recte dictum sit Hier. Hier. 6. A propheta vsq; ad sacerdotem cuncti faciunt dolum & 33. propheta, & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorum dicit Dominus. Et vltimo venit erugo, idest tepiditas in populo christiano, vt prouocent Deum ad Nauseam. Nam nihil peius tepido christiano, quia semper tales vt aqua tepida ad frigiditatem a spirituali deuotione in frigiditatem retrocedunt. Hæc igitur tepiditas etiam radicem virtutum corrodit, vt experientia docet, tam in Ecclesiasticis q̃ in secularibus. Nã qui est calidus amore Dei, feruescit in eo. Qui est frigid⁹ dum reflectit se ad glaciatam vitã suã cũ Maria Magdalena, cucurrit ad ignẽ bonitatis Dei, & totum se resoluit in lamẽtis. Qui autem tepidus est, sicut porcus in stercoribus putrescit, ad quem sicut ad ollam tepidam muscæ insident, idest diaboli, & putrefaciunt carnes eius suis stercoribus, & tentationibus &c. Et figuratiue potest denotari per Dauid senescentem, qui nullo pacto poterat calefieri, ita isti senescentes in tepida vita minime calesiunt in spiritu. Sed adhuc dearticulatim loquamur de conditionibus vtriusq; sexus in omni statu, quomodo in his hæc quatuor animalia corroserunt totam viriditatem eorum. Nam sunt Ecclesiastici seculares, qui tẽpore antiquo in Ecclesia erant caules virides doctrina, modestia, honestate, temperantia, castitate, & austeritate vitæ, temporalium contemptores, curam debitam habentes ouiũ suarũ, distribuentes superflua eis bona temporalia, in pauperum necessitatibus, vt essent in Dei Ecclesia, sicut arbores fructiferę cũcti generis virtutum. Sed heu nostris miseris temporibus, sunt erucę, quia ignorantes, de quibus Isa. Isa 5. Propterea meus populus captiuus ductus est, quia non habuit scientiam. Et efficiuntur locustę, quia non contenti sua sorte, nec vocati sicut sanctus Aaron, saltant ad beneficia, & multiplicationem beneficiorum, vt non sit terminus damnationis eorum. Deinde efficiuntur bruchus, idest voluptuosi, & pleni libidinibus & cõmessationibus, & ocio, ac pompis &c. patrimonia Ecclesiæ consumentes in prauitatibus & vanitatibus varijs, vt turpe sit loqui. Vltimate fiunt eruga corrosiua, vertens in palliditatem omnem Ecclesiasticum decorem per obstinationem sicut vermis Ione viriditatem hederæ in siccitatem. Vade corripe eos super ipsorum prauitatibus, & videbis in eis impletum dictum Psalmi. Tange montes & fumigabunt. Quid dicã de religiosis de quibus Aug. sicut difficile sum expertus meliores, quàm qui in monasterijs profecerunt, ita non

sum

Digitized by Google

sum peiores expertus, quàm qui in monasterijs defecerunt. Hæc illi. Et recitatur distinct. 47. Quid dicam nunc? vbi sunt Basilij, vbi Antonij, vbi Macharij, vbi Hieronymi, vbi Benedicti, vbi Dominici, vbi Francisci, & ita de alijs discurre? Qui sanctimonia, castimate, obedientia, paupertate, viguerũt vt essent toti mundo stupori doctrina, & vita, post se optima femina relinquentes, vbi apud Moniales, Scolasticę, Catherinæ, Clarę, & similes, sed heu his tẽporibus eruca prodijt, idest hipocrisis in eis, vt sint intus sicut lupi rapaces in vestibus ouiũ, corda simpliciũ peruertentes, sicut eruca viriditatem caulis. Qui saltant vt locusta ad doctrinas gentilium, neglecta sacra scriptura, loquentes ad populũ placentia, saltantes insuper non sicut sanctus Aaron vocatus ad beneficia, & alias dignitates, suaq; sorte, ac vocatione, qua sunt vocati, minime contenti, fiuntq; bruchus, quia votorum transgressores, & corrosores. Et conuertuntur in erugam. i. in obstinationem vt superius August. dixit. Et hi opere, & prauo exẽplo, ac erronea & vana fallaciq; doctrina, totam viriditatem virtutũ ab Ecclesia Dei euellunt, & corrodunt, dum eos cæteri tã quam locum sanctitatis tenentes in prauis sequuntur. O misera Eruca locusta, bruchus, & erugo monialium, quæ se dant pompis vanitatibus, & transgressionibus votorum, vt excedant secularium mulierum vanitates. Et breuiter hæc animalium varietas successiua, & pulchritudinis hortus corrosiua, designare põt vt diximus, varios modos omnium prædictorum Ecclesiasticorum quos in ruinam statius Ecclesiæ adinueniunt & operantur. Sunt insuper Domini & principes seculares Dei ministri, vt dicit S. Paul. qui debent esse sapientes, timorati: odientes auaritiam, deuitantes lasciuias, delcolę, legem Dei in manibus conscriptam habentes iuxta Domini mandatum. Deut. Ecclesiarum Ecclesiasticorumq; defensores, bonum pro- Deute. 16. & 17.

prium postponentes communi bono suorum ciuium, neminem permittentes opprimere per violentiam, tenentes suos officiales, & coadiutores iudices, & ministros zelatores, suo stipendio contentos, quiq; non respiciunt personas, aut munera obcęcantia omnem iustitiã. Practica tu de similibus. Debent esse sicut apud Hier. Ficus bonę valde, vt solent esse ficus primi temporis. Item in particulari extende te ad omnes conditiones hominum, & artes eorum vtriusq; sexus exemplificando talis conditionis viros, & mulieres sanctos & sanctas vsq; ad pueros. Sed heu cum Hieremia hæc tempora nostra in omni conditione hominum sunt deploranda. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij. i. princeps & cæteri subditi q debent esse sancti & iusti, in capite omnium platearum, quia non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum, sed vt dicit Isa. Omne caput lãguidum, & omne cor mœrens a planta pedis vsq; ad verticem, non est in eo sanitas. Et infra. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij. Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argẽtum tuum versum est in scoriã, vinum tuum mixtum est aqua, principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa vidue nõ ingreditur ad eos: Et prauis maxime iudicibus, & officialibus. 5. cap. ve qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Ve qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. De mercatoribus, & alijs qui de male acquisitis edificant, dicit Abac. Ve qui congregat malam auaritiam domui suę, vide reliquum capituli. Vide etiam Amos. Et applica ad alias cõditiones hominum. Ecce quomodo Ecclesia Dei christianorum in capitibus & in subditis vtriusq; cõditionis, quæ fuit

Marginalia: Hier. 24. — Isa. 1. — Abac. 2. — Amos. 8.

fuit electa a Domino, & pulcherrime exornata sanctis legibus conuersa est in lambruscam. Quomodo depasta est per erucam, per luxurias, & alias voluptates, per locustas ambitionum, per bruchum ingluuiei, & ebrietatum, per erugam. i. tyrannides, iras, furores, & discordias, vt superius dixit. S. Greg. Necesse ergo est, vt dicit Isa. Conuertam manũ meam ad te, & ex coquam ad purum scoriam tuam &c. & restituã iudices tuos, vt fuerunt prius &c. post hæc vocaberis ciuitas iusti &c. vide ibi. Post cõuerte te ad prohemiũ, quia necesse est vt eradicetur caulis corrosa a prædictis animalibus moraliter, vt nouum edificium fiat, & replẽtetur iterum Paradisus Dei cunctis generis virtutum. Expergescimini ergo ebrij vino in quo est luxuria, vt dicit. S. Paulus. Expergiscimini ergo ebrij. Practica per omnia vitia in quibus miseri homines vtriusq; sexus his temporibus tanquã ebrij dormiunt. Et Paulus. Exurge qui dormis, scilicet in peccatis, & exurge a mortuis, quia omnis peccator est mortuus spiritualiter. Lauamini mundi estote, dicit Isa. 1. ca. auferte mala cogitationum vestrarũ ab oculis meis, discite benefacere, quiescite peruersa agere, aliter vt in fine concludit, relinquetur terra vestra sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. Hæc ibi.

Isai. 1.

Declaratio quare prophetæ cõiter Dei flagella determinate tẽpore pręnũciãt.

¶ Sed posset quærere deuotus auditor, cum hæc renouatio debeat esse totius Ecclesiæ Dei, sic in culmine iniquitatum prolapsæ, an scire tempus determinatum valeamus huius renouationis? Ad hoc respondemus vobis, quod ex sacra scriptura didicimus, communiter prophetis quibus reuelata sunt secreta Dei, nisi ex aliqua speciali gratia, vt Hieremiæ ostensa fuit captiuatio septuaginta annorum in Babilone Iudæorum, & Danieli in reuelatione facta de Christi morte, & Iudæorũ totali destructione post 70. hebdomadas &c. Deus non reuelat tẽpus determinatum flagellorum. Vnde Isa. cap. 28. deridebant Iudæi cum cæteris prophetis, iram Dei in proximũ denunciantem absq; determinato tẽpore. Et ibi dicitur. Et erit eis verbũ Domini. Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, vt vadant, & cadant retrorsum, & cõterantur, & illaqueantur & capiantur, &c. Vide in eodem capitulo. Nihilominus cum in breui denuntiantur aliqua flagella per prędicatores, intelligitur secundum meritum vel demeritum hominum, tamẽ quia sapientia diuina cuncta disponit suauiter, in ditione & voluntate eius est hæc determinatio quo ad tempus tale determinatum. Vnde prophetis non est res incognita, sed tempus determinatum rei denuntiatæ. Et hoc Deus facit ex summa sua sapientia. Primo vt ostẽdat omnibus iudicibus, infligenda pro sceleribus flagella, cum omni graui pensitatione sunt infligenda, vtpote quæ infliguntur in ruinam & non conseruationem talis personæ. Ideo bene Seneca dicit. Ego illum bonum iudicem dico, qui cito intelligit, sed tarde iudicat, idest incedendo pede plumbeo bonę pensitationis, secundo vt ostendatur magna Dei misericordia, quę comminata flagella adhuc apud se detinet, quasi dolens de hominis ruina, tertio vt homo semper in timore Dei remaneat, sicut seruus in timore Domini comminãtis sibi pœnã. quarto, vt homo non abutatur Dei pietate, sed ad Deum expectantem eum conuertatur, aliter qui in misericordia ingratum expectat, graui iustitia in eum se conuertendo flagellabit. Insuper quia in scriptura sacra quod est modicum & breue tempus corã Deo, cuius æternitas est tota simul compræhendens omne tempus. (Psal. Mille anni ante oculos tuos tãquam dies externa, Et Egea. 2. ca. dicit Dominus adhuc vnum modicum est. Et ego mouebo cęlum, & terram &c. & veniet desideratus cunctis gentibus. Aggeos enim propheta dixit hoc verbum. 2. anno Darij regis persarum. Ab illo. 2. anno vsq; ad Christum fluxerunt cir-

annj.

Digitized by Google

anni.480.) est hoc modicũ, prolixum tempus quandoq; coram nobis, nihilominus complendum secundum determinationem diuinam. Propterea quilibet plurimum post delictum suũ in timore iudiciorum Dei stet. Psal. Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui. Quoniam dicit Thomas. Pro omni delicto corã Deo pœna infligitur, quia hoc exigit iustitia diuina, sed quæ, & qualis, & quando, dicit. Psal. A iudicijs enim tuis timui. Nam non est extimandum, cum Deus habeat prouidentiam omnium rerum, quòd in speciali nõ habeat eã, eo amplius de homine creato ad eius imaginem, & similitudinem, redemptoq; proprio sanguine suo. Vnde & dixit recedens a patre, ego ero vobiscum vsq; ad consummationem seculi. Et cum videat suam creaturam rationalem cõuersam totam in horribilem & monstruosam statuam Nabucodonosor apud Danielem, totamq; Ecclesiam factam speluncham latronum, & fere conuersam in Babilonem, & confusionem omnium vitiorum, & caulẽ vsq; ad radicem corrosam a prædictis quatuor animalibus, & quòd vinea sua ornata, sit conuersa in lambruscam, non est extimandum, quòd lapis de cœlo iustitiæ seueræ Dei non percutiat hanc horribilem, & monstruosam statuam in omnibus mẽbris suis monstruosis, & eam conuertat in fauillam, nouam formando, quę secundum Deum creata erit: Nec est extimandũ, quin flagello grauis irę suæ, expellat vsq; ad interitum omnes habitatores latronum iuxta. Tunc vastaberis filia latronis. Nec est extimandũ suã vineam totam in arbores infructiferas & lambruscas conuersam non eradicet, vt fiat in ea noua plantatio, quatenus reddat fructum sibi temporibus suis. Nam verus Darius, vt superius diximus in sermone. Veritas omnia vincit. Votum Deo vouit reedificare Hierusalem, & templum Domini destructum, & restituere vasa templi. i. sacros doctores in pristinum statum, & locum. Sed quamuis in potestate Dei sit nosse tempora, & momenta, tamen Deus dedit nobis regulam ex sacra scriptura id conijciendi, quia hoc & ratio naturalis dictat. Quoniam in generatione, & corruptione naturali cum materia sit in vltima dispositione generationis vel corruptionis, vt præteritæ formę abijciendę, & nouæ recipiendę, statim eam recipit: quoniam actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. Exemplũ est in anima nostra, quia statim organizato corpore secundum vltimam suam dispositionem recipit formam suam, & ita de similibus. Ars enim imitatur naturam quantum potest. In sacra scriptura etiã didicimus, quòd propter peccata veniũt aduersa. Et de hoc est plena sacra scriptura, vt superfluum sit alias allegationes facere, sed tu de hoc vide in lib. Iudith. Quid Achor princeps dixit Holoferni superbo contra Bethuliam. Deus Hebræorum odit iniquitatem. Si est iniquitas aliqua eorum in conspectu Dei eorum, subiugati erunt tuæ potentiæ, sin autẽ, non poterimus resistere eis, quia De⁹ pugnat pro eis, & erimus opprobriũ vniuersæ terræ. Hæc ibi sententialiter. Et quæ sunt illa peccata, quæ pro vltima sunt dispositione ruinæ ciuitatum, & hominum &c. Dico habemus in Gen. 6. cap. vbi dicitur. Videns Deus quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis esset intenta ad malum omni tempore, penituit eum, quòd hominem fecisset in terra, idest ad modum penitentis hominis se voluit habere circa ingratos beneficijs, & præcauens in futurum, & tactus dolore intrinsecus cordis, delebo inquit hominem, quem creaui a facie terræ &c. quamuis ex misericordia adhuc expectauerit eos, secundum expositionem doctorum ꝑ centum annos inuitando ad pęnitentiam. In qua auctoritate notantur in particulari, quæ fuit causa ruinæ mũdi per diluuiũ. Primo malitia. Secundo multitudo peccantium. Tertio impuni-

Mich. 5.

Iudit. 5.

punitio delinquentium, quod secundum Aug. magnũ signum est irę Dei: quarto innerecundia: quinto peccare, & delinquere sine timore: sexto perseuerantia: septimo adde, quando in flagellis fit obduratio: octauo obstinatio in malum: nono prauorum exaltatio, & bonorum depressio: decimo magnę iræ, & discordiæ hominum, maxime in principibus. De his etiam diximus in expositione secundæ Dominicæ in Aduentu super erunt signa, vbi etiam ostendi, quæ sunt signa in sacra scriptura regnorum, & prouinciarum ruinæ His declaratis reflecte te ad ciuitatem, in qua prædicas dicendo. An hæc signa sint in te tu videris. Et in particulari mala ciuitatis enumera. Et conclude. Venit finis, finis venit: Et nunc vastaberis filia latronis. Expergescimini ergo ebrij &c. ꝓsequere reliquũ capituli Ioelis, vbi in ꝓhemio ē notatũ.

SERMO VIGESIMVS OCTAVVS.

GRATIA GRATVM FACIENS; GRATIS data; gradus illius & diffinitio; cognitio, & cognitionis signa, ex gemitu dolentium, peccata populi in Ezechiele declarantur.

LEgitur Ezechielis 9. cap. ibi per totum Deus ostendit ei: qui sũt coram eo abominabiles, & qui sunt ei accepti. Quia qui gemunt sua, & populi mala, ac peccata, sunt corā eo accepti, & super tales ne ira Dei cadat, pręcepit Deus Angelo suo in fronte eorum signare Thau, quod erat per modum crucis.

¶ Hoc mane prædicabimus de gratia Dei, an scilicet quis possit se scire & cognoscere quòd sit in gratia Dei, quod scire multum est desiderosum omnibus hominibus. Et pro meliori notitia dicendorum: Est notandum ꝙ duplex est gratia gratuita, scilicet gratia supernaturalis. Vna est gratia gratis data: alia est gratia gratum faciēs, & vtraq; hac gratia homo trahitur, & eleuatur super statum suæ conditionis, quia vtraq; est donum supernaturale. Et ratio harum gratiarum est. Quia homo dupliciter trahitur ad supernaturalia vel ad salutem vno modo per alium, quia non nobis nati sumus, sed etiam alijs: & scriptura Ecclesiast. Vnicuiq; Deus mandauit de proximo suo. Et ad hoc deseruit gratia gratis data, apud sanctum Paulũ, per quam vnus homo, maxime prædicatores, & doctores, trahũt & dirigũt homines, ad ea quæ sunt salutis eorũ. De qua Paulus. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Et sunt nouē species, quia alij ꝑ spiritũ datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ: Alij fides, alij gratia sanitatum, alij operatio virtutũ, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij gratia linguarum, alij interpretatio sermonum Et hæc omnia secundum eundum spiritum. Nam secũdum Dionisium, sicut in naturalibus est ordo rerũ, per quas in cognitionem naturalem Dei manu ducimur, vt dicit Pau. Per ea quæ facta sunt inuisibilia Dei conspiciũtur, ita etiam gradatim per creaturas ad supernaturalium vel diuinorum cognitionem reducimur. Deus enim ea prius Angelis reuelauit, & Angeli prophetis, & prophetæ doctoribus in scriptis tradiderunt, & doctores populo denuntiant. De Angelis dicit Paulus ad Hebr. 1. cap. Nonne omnes sunt ad mini-

Eccle. 17. Grẽ gratis date sunt propter alios, sed gratũ faciens ꝓpter proprium bonum. Cor. 12.

Rom. 1.

ministratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Et Steph. Qui accepistis legem in dispositione Angelorum.
Act.7.
De docentibus legem Dei Paulus ibidem ad Corin. vos estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdã quidem Deus posuit in Ecclesia, primum Apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, cętera Vide ibi. Ratio harum nouem gratiarum hæc est. Nã dicit Paulus. Alij datur sermo sapientiæ, idest magnam habent diuinorum cognitionem. Nam qui bene vult alios docere, necesse est eum habere plenam doctrinam docendorum. Exemplariter discurre per omnes artes. Quoniã qui bene scit bene docet, qui confuse scit confuse docet, &c. Quia igitur sacra doctrina tam noui quàm veteris testamenti est ordinata ad salutem hominum, ideo qui alios debet ad eandẽ salutem dirigere, oportet eum habere sapientiam veteris & noui testamenti, secundum quod dicit S. Petrus. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos de ea, quæ in vobis est spei. Et Paulus loquimur sapientiam, quã nemo huius mundi principum cognouit, idest secundum Glo. philosophorum. De hac sapiẽs dicit. Letatus sum quoniam antecedebat me ista sapientia, quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo, secundo alij datur fides. Nam qui habet sapientiam dicẽdorum, oportet etiam quòd habeat facultatem probandi, quæ dicit, & ꝓponit, quod patet in omni arte, & facultate, & hæc facultas maxime consistit in principijs conclusionum suarũ, ex quibus deducuntur, vt dicit Arist. Et cum hæc sacra theologia sit cognitio supernaturalium, vt quæ sunt supra sensus hominum, quia quæ sunt Dei nemo nouit nisi Deus, & cui ipse reuelauerit, quæ nobis dicit Paulus, reuelata sunt per spiritum eius, oportet quòd habens & docens hæc diuina habeat firmiter & bene prima principia eius, ex quibus suæ conclusiones deducuntur. Et hi sunt articuli fidei. Tertio. Alij datur sermo scientiæ. Nã homines communiter sunt incapaces diuinorum, & plurimum ad ipsorum præsupposita fide, cognitionem meliorem ducuntur per aliquas naturales rationes vel similitudines, ideo necesse est doctores christianorum habere, etiam scientias naturales, vt quandoq; per grossas saltem coniecturas persuadeant sua dicta, & vt etiam opposita his per infideles sciant naturaliter soluere, ne captionibus ipsorum seducantur, debiles in fide, vt dicit Petrus. Alij datur gratia sanitatum, & virtutum, idest operari circa salutem corporum hominum, & circa aliam creaturam, vt corpora cęlestia, sicut Iosue vt sistat sol donec inimicos percutiat, & Isai. vt in horologio Achab sol retrocedat decem lineis, & ignis descendat de cęlo, vt Helias fecit: & ambulare, vt Petrus per aquam. Et tu ad de alia, quæ sanctissimi Apostoli, & cęteri in Ecclesia Dei mirãda circa creaturam fecerũt, quę nemo alius potuit facere. Et hæ virtutes sunt necessariæ in Ecclesia, quando opus est infideles conuertere, quia secundum Gregoriũ infidelibus signa, nõ fidelibus dantur. Et sic fuit cõuersus sanctus Dionisius Areopagita per Paulum prędicantem Christum mortuum resurrexisse, & ꝙ nos resurgemus, quia vbi est caput, necesse est quòd ibi sint membra capitis. Si Christus viuit resurgens, qui est caput nostrum, & nos qui sumus mẽbra ei⁹ resurgemus, & viuem⁹. Quod audiẽs Dionisius dixit. Nouorum demoniorum hic est denuntiator. Et addit Paulo, non credimus tibi, tuisque ꝑsuasionibus, nisi in nomine tui Christi qui resurrexit &c. istum a natiuitate cęcum sanaueris. Quod & factũ est. Et statim Dionisius ad miraculũ quod erat supra omnem naturam factum, conuersus est cum tota sua familia. Vide historiam in legenda sancti Dionisij. Et ita idem dic de alijs virtutibus per sanctos Apostolos factis quibus totum mundum cõuerterunt

Perpulchrè declarantur gratiæ gratis datę cum suis causis finalibus.

1. Post.

Alij

Isa 41. Alij prophetia. Nam in natura proueniunt quandoq; quædam contingentia ad vtrumlibet vt futura, quæ a nulla creatura habent dependentiam sed a solo Deo, de quibus Isa. Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos. Et horum pleni sunt libri sacræ scripturæ, vt diluuium vniuersale per Noe pronuntiatũ, submersio Sodomæ, Abrahę a Deo denuntiata, confusio linguarũ, & prenuntiationes prophetarum, & multa alia similia. Sanctis igitur suis Deus hanc gratiam communicauit ad probationẽ veritatis prædicatę per eos. De hoc vide legendam sancti Simonis & Iudæ Apostolorum. Alij discretio spirituum, idest scire secreta cordis hominis in nullo ad extra per aliquod signum exterius monstrata. Nam dicit propheta Hiere. Prauum & inscrutabile est cor hominis, & quis cognoscet illud? Ego Dominus sciens, & scrutans corda hominis. Hoc ostenditur in speciali in historia sancti Petri contra Simonem magum, vide historiam. Et de huiusmodi plenę sunt historiæ sanctorum. Alij dantur genera linguarum in confirmationẽ fidei, vt his qui vadunt ad prædicandum fidem Christi alienę linguæ hominibus, Deus dat eis genera linguarum, vt ab omnibus prædicatio eorum intelligatur. In cuius signum Apostolis apparuit in die Pentecostes spiritus sanctus in igneis linguis, & ab omnibus intelligebantur

Act.1. vbi prædicabant. &c. Vide in speciali historiam sancti Seruatij attinentis Christo in quarto gradu, qui in lingua materna intelligebatur ab omnibus, quando spiritualia solum pertractabat apud Germanos. Alij datur interpretatio sermonum, maxime circa sensus varios sacræ scripturæ. Ioã. 6. cum venerit spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Vobis datum est nosse misterium regni Dei, cęteris autem in parabolis secundum expositionem doctorum, regnum Dei hic intelligitur sacra scriptura, quæ est via ad regnum Dei tendentibus. In

Luc.18.

cuius signum sacerdos osculatur Euangelium apertum. Et hoc Christi dictũ intelligitur tripliciter fuisse factum. Vno modo quia eis habitualem tradidit notitiam scripturarum, quæ ad Christum pertinebant, ac si illas memoriter didicissẽt, alio modo quia ita illuminauit eorũ intellectum, vt scripturas prius auditas, vel in posterũ audiendas funditus penetrarent. Tertio quòd fuerit vtroq; dicto modo. Et si prędicas pro festo alicuius Sãcti talis conditionis, applica ad eum omnes has virtutes. Vnde sanctus Thomas Aquinas fuit abyssus sapientiæ. Fuit etiam maxime in fide articulorum fidei admiratiuus expositor. Habuit insuper admirabilem naturalium scientiam: qua, vt in libro contra Gen. modo admirabili persuadet, præsupposita fide, ea quæ sunt fidei. Habuit insuper gratiam sanitatum, & virtutũ, vt habes ex eius historia, & quia orãs eleuabatur a terra. Habuit donũ prophetiæ dum mortem suam prædixit. Habuit discretionem cordium in admirabili gratia prædicationis suæ, qa hoc est donum discretionis spirituũ, scire proponere populo cui prædicatur salubria, sibiq; conuenientia. Habuit admirabili modo interpretationes sermonum tam in naturali quàm in sacra theologia, secundum quod in eius laude dicit Vrbanus, & Innocentius. Habuit, & genera linguarum, qa quamuis vnius linguæ fuerit, tamen gentilium diuersarum linguarum doctrinas, etiam per alios male trãslatas, ita penetrauit, ac si cor eorum nosceret. Hoc patet in expositionibus textuum corrupte traductorum nobis ipsius Arist. vt possimus de eo dicere, illud quod scriptura dicit de Salomone. In diebus illis emanauerunt putei aquarum, & quasi mare, adimpleti sũt supra modum. Et qui habet has gratias vel aliquam harum, potest scire se esse in Dei gratia gratis data, quæ tamen ex se non iustificat absq; charitate. Vnde talibus in iudicio se laudantibus habuisse has sine charitate dicet

S.Tho. habuit omnes gratias gratis datas.

Chri-

Digitized by Google

Christus. Amē dico vobis nescio vos. De his August. audiens admiranda facta & signa Antonij proclamauit. Surgunt indocti, & rapiunt cęlum, nos autem cum nostris doctrinis demergimur in profundum inferni. Et de his dicit Paulus sine charitate in scientia factus sum sicut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Alia est gratia gratum faciens, quæ facit opera nostra meritoria ex cōgruo vitæ æternæ, quę soli sibi ipsi prodest, quia hominem immediate ad Deum ordinat. Et est secundum theologos quædam qualitas supnaturalis, data homini a solo Deo licet creatura possit disponi ad eā instrumentaliter, faciēdo quod in se est, & est subiectiue in anima, quæ eleuat hominem ad quandam participationem æternæ hæreditatis, per quam regeneramur in filio Dei, quæ semper datur cum charitate, & alijs virtutib9 infusis, distincta tamen realiter ab eis & per hanc gratiam deifici efficimur, sicut ferrum ignificum, quod ignis informat. Et de hac gratia Paulus dicit. Gratia Dei vita æterna, quia data est nobis principaliter ad vtilitatem nostram, vt per eam hic Deo vniamur per acceptationem, & per amorem, & in patria per gloriam in lumine gloriæ: vt dicit. Psal. In lumine tuo videbimus lumen. Et de hac principaliter quærimus, an homo possit scire vel cognoscere, ꝙ sit in gratia Dei gratum faciente in hac vita. Ad hoc respondet sanctus Thomas cum Paulo. Aut loquimur de cognitione per reuelationem habitam, & sic clarum est, si cui reuelatum sit adeo, ꝙ sit in gratia, pōt cognoscere se esse in gratia. Quomodo omnes sancti Apostoli post cōfirmationem spiritus sancti in die Pentecostes cognouerunt, se esse in Dei gratia gratum faciēte, & beata virgo, Angelo sibi dicente, Aue gratia plena. Alio modo potest intelligi de cognitione scientifica, & demonstratiua, & hoc modo nemo potest scire se esse in gratia Dei. De hoc Paulus Corin. 4. Loquens secundum conditionem humanam dicit. Nihil mihi conscius sum, sed in hoc non sum iustificatus. Et Iob. 9. si venerit ad me non videbo eum, si autem abierit non intelligam. Et Ecclesiast. 9. sunt iusti, atq; sapientes, & opera eorum in manu Dei, & nescit homo, an sit dignus amore vel odio, sed omnia in futurum incerta reseruantur. Et ratio horum etiam naturalis est, quia quod scitur vere per demonstrationem, per principia scitur talis demonstrationis. Sed principium gratiæ est solus ipse Deus non naturaliter notus, quantum ad hoc. Psalm. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Qui Deus vt dicit Iob. Est magnus vincens scientiam nostram. Et sanctus Thom. huius aliam rationem ponit de veri. q. 7. artic. 6. ad tertium. Quia actus virtutum gratuitarum maximam similitudinem habent cum actibus virtutum acquisitiuarum, vt non possit de facili per huiusmodi actus de gratia haberi certitudo. Experiens em̄ illam delectationem virtutum, nescit certitudinaliter, an proueniat ex habitu acquisito vel infuso, & ideo non est certus, an habeat charitatem. Nā nec habitus in aliquo existens potest cognosci alicuius perfecte, nisi cognoscatur illud ad quod ordinatur ille habitus, sed gratia charitatis ordinatur ad Deum, qui est incompræhensibilis, vnde non potest aliquis scire, an vniatur Deo. Sicut etiam de habitu prophetico, qui habet similitudinem cum habitu naturaliter acquisito, vt ostensum est in propheta Nathan, 1. Parali. 17. Qui dixit Dauid. Voluntatis Dei esse, quòd ipse templum Deo edificet, sed postea dixit sibi ex parte Dei, non edificabis sibi domum, quia multum sanguinem effudisti. Sed tertio modo loquendo de cognitione coniecturali, sic dicimus, ꝙ potest quis scire se esse in Dei gratia gratū faciente, cuius coniecturalis cognitionis sā̄ctus Bernard9 ponit quatuor signa. Primum quia verba Dei libenter audit. Secundum quia ad be-

Triplex modus cognoscendi grãm gratū faciētē.

Iob. 36.

Similitudo actuū gratuitorū cū naturalibus habitibus facit difficultatē, ne ad inuicē discerni possunt.

Digitized by Google

ne operandum se inuenit promptum. Tertium quia a peccato proponit cauere in posterum. Quartum quia dolet de peccato. De huiusmodi practica, vt videbitur expedire. Ex hoc Ezechiel in principio in prohemio ostendit. Nam sua, & aliorum mala gemere est maximę perfectionis, sicut Christus dixit. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. In signum huius in frontibus talium est signum Thau scriptum, quod signum est in modum crucis, quia qui lugent propria, & aliorum peccata, crucifixum imitantur, qui pro peccatis nostris est mortuus, portans super se omnium nostrum iniquitates. Et hi cum Deo reconciliati sunt, qui non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat. Et si prædicaueris in festo S. Thomæ breuiter enarra signa huius gratiæ Dei in ipso. Primum fuit in mundi contemptu. Secundum fuit in forti eius constantia, ne ab ordinis ꝓposito auertatur blanditijs. Tertium in magna attentione, & frequentia orationum. Quartum in eius humilitate. Quintum quia nunquam consensit mortali peccato. Sextum in visitatione Christi & virginis, & Apostolorum. Septimum in morte eius in stellæ apparitione, & octauum in ꝑseuerantia vsq; ad mortē in essentialibus & ceremonialib⁹ religionis, &c.

SERMO VIGESIMVS NONVS.

IN ABHOMINATIONIBVS HIERVSALEM, & illius ruina, visis ab Ezechiele; quatuor christianorum abhominationes figurantur, videlicet. Phithonicos, Diabolicos, diuinatores, Negromanticos. Additur illud in calce, de ira Dei.

LEgitur Ezech. 8. & 9. cap. sententialiter. Cum in terra Iuda, & in ciuitate Hierusalem venisset magna tribulatio mortalitatis, & pestilentiæ, & populus oraret Deum vt ipsos iuuaret, & tamen tribulatio augebatur, propter quæ mala propheta dolebat, & admirabatur, q̃ De⁹ nō exaudiret voces ad se clamantium in tribulatione. Tunc Deus reuelauit sibi causam tantorum malorū, & ostendit eis in breui deteriora passuros per crudelitatē Caldeorū, qui nemini parcent, sed cunctos gladio cedent, & destruēt ciuitatē, & igni cōburēt eā &c. Existēs ergo Ezechiel in Caldea inter captiuos, leuauit spūs Dñi prophetā, visione imaginaria, formatis in sua imaginatione specieb⁹ & similibus excisionis, & ruinę futurę terræ Iuda ꝑ Caldeos, & causā talis ruinę, & diuinā iustitiā iustam, & irreuocabilem in eos. Leuauit ergo spūs Dñs. i. Angelus īter cęlū, & terrā eū, & adduxit in Hierusalē in visione Dei vt diximꝰ: Et posuit eū in porta ciuitatis dicēs ei. Respice. Et ꝓpheta respexit, & vidit ibi idolū zeli. i. idolū ꝓuocatiuū zelantē irā Dei in adorātes illud. Et oēs recurrebāt ad ipsum adorandū, & erat statua Baal. Et dixit illi Deus, fili hois vide quid faciunt isti. Et respondet prophe-

Digitized by Google

pheta. Vere Dñe merentur pati talia quæ patiuntur. Et dixit illi Deus. Adhuc ostendam tibi & maiores abominationes eorũ. Et duxit eũ ad vnã magnã plateã ciuitatis muratã in circuitu: & dixit illi. Fode parietem templi & vide abominationes quas illi faciũt. Qui fodit, & vidit ibi diuersas imagines bestiarũ pictas, quibus senes ciuitatis, & Iezonias sacerdos cum eis, & vnusquisq; habebat thuribulũ in manu sua, & dabãt eis incẽsum. Et admiratus est Ezechiel dicens. Dñe merito hæc patiuntur. Deinde duxit eum ad alium locum .s. per ostiũ portę domus Domini .i. per portã atrij sacerdotũ, & dixit ei, videbis abhominationes maiores quas illi faciunt. Et ecce mulieres ibi sedebant plangentes Adonidem. Adonis ille secundũ gentiles fuit pulcherrimus iuuenis, atq; amasius Veneris, quem aper percutiẽs interfecit. Vnde gentilium fęminę ipsum omni anno die interfectionis suæ plãgenbant, quarum idolatriam secutę sunt fęminæ Iudæorum, quod & viris id permittentibus imputat̃. Fuitq; hoc scelestius, quia in porta atrij sacerdotum fiebat. Insuper vidit adhuc inter vestibulum, & altare, viros habentes dorsa ad Dei templum, & adorantes ad ortum solis contra præceptũ Dei. Deut. 12. Postquam exposuerimus prædicta, ꝓsequemur punitionem, & executionẽ iustitiæ diuinæ contra ciuitatem, & templum, in quo hæc fiebant.

¶ Hoc mane exposituri sumus præ tactam visionem spiritualiter, & moraliter. In qua continentur grauissima scelera christianorũ, q̃ fiũt in christianitate morẽ gentiliũ imitãte, & grauẽ punitionem sententiãq; diuinæ seuerę iustitię in eos vsq; ad interitũ, & ꝙ quanto tardior est executio diuinæ iustitiæ in similes vel aliquos peccatores, tanto est seuerior, & grauior.

Quõ ira ẽ in Deo, & quõ ꝓuocati ad irã intelligit̃.

¶ Pro sequentium clariori notitia, quia agitur per totũ sermonem de ira Dei & furore eius magno contra ciuitatem Hierusalẽ, & templum eius, aduertendũ est, ꝙ ira Dei, & furor eius, nõ sunt turbationes, aut passiones ei⁹, quia cum inuariabili tranquilitate iudicat cuncta, sed per similitudinem ira Dei dicitur, iusta punitio minus aspera, furor autem punitio valde dura. Ita ꝙ Deus per modum irati, & furentis se habet in vindicando. Vnde tradendo suam vrbem sanctam electã Hierusalem in manus hostiles, quasi se habet per modum irati, quia apparet in effectibus talis punitionis, quasi iratus, sed templum suum illis tradendo quasi per modũ furentis se habet. In signum horum orat Dan. 9. ca. Auertatur obsecro ira tua, & furor tuus a ciuitate tua Hierusalem, & a monte sancto tuo. Sed dubitabis, quia hic in textu Deus dicit se prouocatũ ad iram, & furorẽ contra eos, propterea videtur ꝙ Deus in sua iustitia non est inuariabilis, nec tranquillus, postq̃ incitari possit ab homine ad iram, & furorẽ. Vnde Isa. 3. prouocauerũt oculos maiestatis eius, idest Deum omnia conspicientẽ contra se incitarunt. Respondetur, ꝙ hæc prouocatio potest duobus modis intelligi. Vno modo ꝓ irratione subiectiua, vt ꝙ Dominus irritetur, aut perturbetur in se nostris peccatis. Et hoc modo Deus non prouocatur, cum sit semper quietissimus. Alio modo ꝓ inductione, aut processione iustę vltionis contra peccata nostra. Et sic Dominus absq; vlla sui mutatione prouocatur ad iustam punitionem peccatorum nostrorũ. Et hoc est quòd Hier. Ex parte Dei dicitur. Nunquid me ad iracundiam prouocant dicit Dominus, non ne semetipsos in cõfusione vultus sui? Et tamen idem Hieremias, imo Dominus per Hieremiam testatur. Erant filij Israel iugiter facientes malum in conspectu Domini, vt eum ad iracundiam prouocarent, & vt irritarent eum in operibus manuũ suarũ. Et hoc est quod Isa. dicit. Agnitio vultus eorum respõdebit eis, idest quia non ex ignorantia sed ex contemptu peccaue runt, iccirco agnitio vultus eorum respondebit eis, idest debitę pęnæ eos subijciet, sicut Hieremiæ Hier. 7. Isa. 5.

asserit Dominus cap.4. Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi. Et alibi peccata nostra responderunt nobis. i. sicut fecimus, sic factum est nobis. Et Hier. Ecce furor meus, & indignatio mea efflatur super locum istũ, per furorem intelligens terribilem vltionem, per indignationẽ detestationem vel effectũ detestationis peccati, quę conflantur, idest per impiorũ demerita procurantur, ac succendũtur. Sed dices si de nouo punit Deus, ergo ex hac nouitate est immutatus? Respondetur ꝙ Deus ex nulla nouitate sui effectus siue gratiæ, siue doni, siue punitionis ad creaturam immutatur, secundum quod ipse dixit, ego Deus, & non mutor. Quia cum Deus sit operans per intellectum, ad effectũ ad extra producendum se determinat ab æterno pro tali tempore producẽdum, cum tales causæ euenerint, &c. Vnde & mundum de nouo creauit, & pro omni momẽto in creatura influit nouiter, nec tamẽ mutatur in aliquo, sed potius creatura recepit, & persentit de nouo, quod alias non habebat. Et hæc nouitas in tempore a Deo prolata, ab æterno est ordinata pro tali tempore producenda. Sicut & tu ante annum effectum producendum præordinasti pro hodierno die, nec diceris ex hoc mutatus, quia non mutasti hodie in aliquo præordinationem tuam anni pręteriti. Et hæc sunt vera de Deo siue cõminatio eius fuerit cõditionata, sicut actum est contra Niniuem in prædicatione Ionæ, denũtiantis eis ad Quadragesimum diem eorũ subuersionẽ, & sicut Isaia cõminatus est mortẽ Ezechie regi, siue fuerit absoluta, sicut fuit cõminatio hic Ezechielis cõtra ciuitatẽ Hierusalem destruendã ꝑ Caldeos igni & gladio. Et cõminatio Chri contra Hierusalẽ ingratitudinẽ, quia non relinquet in ea lapis super lapidẽ. His ergo breuiter declaratis accedamus ad moralem expositionẽ visionis prophetalis, quia per ea quæ scripta sunt, intellecta cõspiciuntur, & Christus dixit scrutamini scripturas. Ipsæ enim loquuntur de me, idest de diuina dispositione. Et sanctus Gregorius dicit super expositionem Christi parabolicam de verbo seminato, & super suam expositionem de eodem semine. Vnde & idem Dominus per semetipsum dignatus est exponere, quod dicebat, vt sciatis rerum significationes quęrere, in his quæ etiam per seipsum noluit explanare. Exponendo ergo quod dixit, figurate se loqui innotuit, quatenus certos nos redderet, cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret, hæc ille. Et Augustinus figuralis sẽsus ex testimonijs scripturæ, vel vt alij addunt ex assimilatione historiæ vel visionis ad rem de qua loquimur accipi, & excerpi põt, quoniam secundum Paulum spiritus edificat.

Hiere. 7.

Prima punitio ĩ populo christiano.

¶ Dicamus igiť. Hæc quatuor abominationes quę secundum literam in Hierusalem fiebant ad prouocandum iram Dei in eis, etiam nostris miseris temporibus figuratiue denotant abominationes grauissimas, quæ in christianitate sine cessatione a qualibet conditione hominum de quolibet genere musicorum fiunt, & perpetrantur. Et dicit idolum, idest Baal in porta ciuitatis positum adorabatur. Porta ciuitatis denotat figuratiue christianorum collectionem, in quibus Deus omnipotens depingi, & sedere de[illegible], quia anima iusti sedes est Dei. Et Paulus. Templum Dei vos estis. Vnde in nobis debet erigi crux Christi, & Dei lumen. Psal. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, & non idolum vel dæmon, cuius porta;, & sedes sunt omnes praui, in quibus legio dęmoniorum habitat sicut in eo quem Christus ab ipsis liberauit. Debet igitur christianorum Deus esse ꝓtector, & defensor eorum, ad quem adorandum, & venerandum oẽs deuote debemus confugere, quia semper nobiscum est, nisi eum nostris prauitatibus, & infidelitate a nobis expellamꝰ, secũdũ qđ ipse dixit. Ego vobis-

Abominatio idolatrantium christianorum.

2. Cor. 6.

vobiscum sum vsq; ad consumationẽ seculi &c. Expellimus igitur eum a nobis cum ab inimicis suis auxilium in nostris necessitatib⁹ quærimus. Et tũc vere edificamus idolo templum Domini consecratũ in baptismo, quia dixit Christus, qui mecum non colligit dispergit, & qui mecum non est, contra me est. Qui igitur vadit ad diuinos, vt Saul ad Phitonissam consulendam, in anima sua idolum erigit, & Christum expellit in damnationem, & ruinam sui, & spiritualem, & temporalẽ. Mortuus est Saul propter iniquitates suas eo, quòd præuaricatus sit mandatum Domini, quod præceperat, & non custodierit illud. Sed etiam insuper Phitonissam consuluerit, nec sperauerit in Domino, propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid filium Isa. Et doctores plures asserunt, ipsum esse damnatum, quia se fecit desperatus ex casu in prælio interficere. Qui in ligno, & baculo interrogat &c. & de similibus. Populus meus in ligno suo interrogat, & baculus ei⁹ annuntiauit ei, spes enim fornicationis decepit eos, & fornicati sũt a Deo suo. Practica. Et ibi graues punitiones ponuntur. Qui insuper recurrit, vt Ochozias Rex Israel in infirmitate sua ad consulendum Belzebub Deum Acharon pro sua infirmitate, idest diabolicos viros vel mulieres, qui vel q̃ varijs suis incantationibus diaboli, & diabolicis superstitionibus medentur, quæ eis a Domino. Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendũ Belzebub Deum Acharon? Quãobrẽ dicit Dominus. De lecto super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Et Hieroboam regi propheta Abia, dum consuleret eum super infirmitatem filij, dixit inter alia. Fecisti tibi deos alienos, & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, me autem proiecisti post corpus tuum, idcirco ecce ego inducam mala super domum Hieroboam, & percutiam de Roboam mingentem ad parietem, & mundabo reliquias domus Hieroboã sicut mun

1. Para. 9.

Oseæ. 4.

dari solet fimus vsque ad purum, &c. & puer infirmus morietur. Sic enim istis accidit qui phitonissas, & Hariolos pro suis infirmitatibus & necessitatibus consulunt, & nihilominus, cum his ad vota sanctorum recurrũt, quia Deus percutiet eos cum tota progenie eorum ad interitum, & vtinam nõ spirituale damnationis. Isti tales igni Thophet idolo consecrant filios suos, & diabolo tradunt in holocaustum quasi vouentes eos sibi, dum præstolantur auxilium ab eo Hier. Idem, & deterius est de his qui consecrant se Diabolo, vt faciunt multi negromantici, quorum stultitias damnatas corporis, & animæ eorum in publico non conuenit recitare. Isti enim totaliter permittunt se voluntarie portari a Diabolo in corpore, & in anima, vt turpe, & horrendum sit dicere. Retrocesserunt enim sicut canis ad vomitũ, dum in baptismo abrenunciarunt diabolo, & pompis eius, nunc abrenunciant Christo, & omnibus sanctis cum omnibus sacramentis Ecclesiæ, ea vario modo vituperantes. Qui omnes prædicti quàm sint Deo abominabiles habetur Leuit. Vbi dicitur. Vir siue mulier in quibus diuinationis fuerit spiritus, morte moriatur, & omnis populus lapidibus obruet eum. Et quare omnis populus lapidibus obruet eum? Nunquid non poterat dicere cõburatur vel supendatur? Respondetur q̃a Hariolus omnibus nocet, quoniã prouocat iram Dei vt pestilẽtias, inopias diluuia, tempestates, quæ toti populo nocent, quãdo in vna villa vel ciuitate sustinetur talis. O si hæc de habentibus spiritum diuinationis fieri Deus præcepit, quid fiet de adorantibus idola per negromantias, & ita de alijs diabolicis superstitionibus, quæ explicite vel implicite diabolicas virtutes inuocant. Contra tales, & similes dixit Deus Tu ergo, o, Hieremia noli orare pro populo hoc, nec assumes pro eis laudes, & orationes, idest Psalmos, ac preces ipsorum pro redemptione fundendo, & non obsistas mi-

Hier. 7. 3. 18.

Leu. 20.

Hie. 7.

hi, idest effectum iustę vltionis quem eis inferre intendo, non coneris impedire, quia non exaudiam te. Respondet Hier. & quare hoc Domine? Ait Dominus. Non ne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & plateis Hierusalem. Filij colligunt ligna, & patres succedunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas Reginæ cęli, scilicet Lunæ secundum Hiero. & libent, idest sacrificent dijs alienis. Ex quo habetur peccatum parentum, quia docebant filios talia facere, & me ad iracundiam prouocēt.
Isai. 38. Et tamen Isai. Et in cantico Ezechie habetur, pater filijs non superstitiones sed notam faciet veritatem tuam.
Hiere. 42. Imitamini Iudæos prauos cum suis mulieribus. Nam Hiere. ex parte Dei dicit Iudæis confugientibus in Ægyptum tempore captiuitatis per Nabucodonosor. Et nunc hæc dicit Dominus, quare vos fecistis malum hoc grande contra animas vestras, idest ad vestram perditionem, sacrificando dijs alienis in terra Ægypti? Responderunt autem Hieremiæ omnes viri Iudæi, scientes quòd vxores eorum sacrificarent dijs alienis, & vniuersæ mulieres, & omnis populus habitantium Iudæorum in terra Ægypti. Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Dei nostri non audiemus ex te, sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus Reginæ cęli, idest Lunę vel Iunoni, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri in ciuitatibus Iuda, & saturati sumus panibus, & bene nobis erat quando hoc fecimus. Ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare Reginæ cęli, indiguimus omnibus, & gladio, & famæ cōsumpti sumus. Istorum quoque errori similis fuit peruersitas Romanorum quorūdam, qui vrbem suā cernentes vastari, contra christianos clamare cęperunt, ac dicere. Quod ex quo sacra deorum in Roma omissa fuerunt, & cultus Christi inualuit, ciuitas ipsa perijt. Et hoc fuit sācto Augustino occasio scribendi librum de ciuitate Dei, vt ipsemet in eodem libro testatur, vbi & falsitatem ipsorū demonstrat. Et in textu hic mulieres se iustificantes, & excusantes dicebant Hiere. Quod si nos sacrificamus Reginæ cęli, nuquid sine viris nostris, idest sine eorum consensu, & communione facimus? Respondet Hieremias. Ideo Deus vos ita acriter puniuit in vrbibus Iuda per tātas tribulationes & captiuitates, quia non poterat Dominus vltra vos portare propter malitiam studiorum vestrorum, idest propter idolatriam &c. vestra facinora, non decuit Deum amplius differre in vos vindictam. Nec propter potentiā suam ordinatam hoc potuit, secus si loquamur de eius potentia absoluta. Propterea hæc dicit Dominus. Ecce ego iuraui in nomine meo magno .i. per me ipsum immensum, & summū, quia nequaquam vltra vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæ, idest viri isti prauissimi occidentur. Et qui fugerint gladium Caldeorum, reuertentur in terram Iuda viri pauci. Et scient, scilicet prædicti rebelles, cuius sermo compleatur, meus an illorum. Idest per experientiam cognoscent Deum fore veracem, & ipsos mēdaces. Et multa ibi prosequitur in punitionem eorum. Ita christiani infecti similibus vel prauis carnalitatibus inherentes dicunt, qui creaturam plusquam creatorem colunt. Quando sacrificamus Reginæ cęli, & dijs alienis, idest prædictis vanitatibus incumbimus diabolicis, prosperauimus, sed quando ab his recessimus, perimus appræhendentes nos mala. Sicq; fracti, & miserabiliter vincti ad vitam vertuntur peiorem, vt nihil in eis prędicatores oppositum denuntiantes, sicut hic accidit Hieremiæ, proficiant. Practica de huiusmodi. O cum quanta difficultate maxime dediti negromantijs, & diuinationibus, & alijs diabolicis supstitionibus infecti ad Deū conuertuntur, iusto Dei iuditio permissi ligari per Diaboli laqueos, vt in

de

Digitized by Google

de vsque ad mortem non valeant explicari. Possis hic addere exempla plurium. Item idolum adorant, qui pro diabolicis expletionibus multa tolerant, & operantur, qui vocantur martires diaboli imitãtes idolatras Baal, qui incidebant se lanzeolis ad sanguinem amore eius. Et de numero horum sunt omnes partialitates, & discordias agentes, tenentes, prouocantes, conseruantes, defendentes, vsque ad multa pericula propriæ vitæ, & ruinæ sui & suorum, & suæ substantiæ, qui alio nomine vocãtur Gelphi, & Gibillini, de quorum etiam numero fuit comes Auersanus tyrannus. Qui in sua diuisa, & suorum militum intexuit in pectore sinistro Christum cum manu ad ipsum digito dicentem. Si tu me non vis, & in fimbrijs vestrorum suorum Diabolum, cum manu digito dicentem, iste rogat me. Et sunt de numero horum omnes hipocritę multa de genere pœnitentiæ agentes ratione ostentationis, vt nudi incedentes, flagellis se percutientes, & intus sunt lupi rapaces. Et tu de similibus practica, secundum quod occurrit. Hij omnes quia finem ipsorum habent Diabolum, ideo Diabolum venerantur, sibi incensum fęditatis suæ actionis offerendo, de quibus dicit Isai. Rogant me iuditia iustitiæ, & appropinquare Deo volunt. Et dicunt. Quare ieiunauimus & non aspexisti, humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenit voluntas vestra, & oẽs debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & ad cõtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Et dicas reliquũ capituli. Et de his vide etiã capitulum primum in Isa. vbi Deus reprobat holocausta, & solẽnitates taliũ, quorũ manꝰ plenę sunt sanguine. Isa. 58.

SERMO TRIGESIMVS.

IN SECVNDA ABHOMINATIONE VISA ab Ezechiele anima christiana figuratur in qua Christi vita, non vitiorum monstruositates depingenda est.

SEquitur in textu vidit secundam abhominationem dicens, & introduxit me ad ostiũ atrij templi, in quo atrio stabãt mundi secundum legem. Et vidit per foramen paruum parietis sed ampliatum per eum largius, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium, abhominatio, scilicet statuę bestiarum, & vniuersa idola domus Israel depicta in circuitu erant in pariete per totum.

Quæ depĩgi debẽt in ¶ Moraliter & spiritualiter, miseri christiani qui debent esse mundi in christianitate, vt in eis sint depicta vita Christi, & sanctorum, de qua Pau. Imitatores Christi estote sicut filij charissimi, & Heb. Per patientiam curramus ad propositũ nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consumatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atq; in dextera sedis Dei sedet. Recogitate enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficiẽtes &c. Et breuiter figuratiue dicitur omnibus christianis. Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte. i. in Christo crucifixo in monte Caluarię. aĩa christiani. Eph. 5. Heb. 13. Exod. 25.

riç est monstratum, in quo omnes virtutes sunt depictę, vt pote charitatis, quia morti se tradidit pro salute generis humani, dilectionis ad inimicos, pro quibus exorauit, pietatis ad crucifigentium eum, & matris ploratus, misericordiæ in dando latroni immerito regnum patientiæ, quia vt ouis coram tondente se, sic obmutuit corā crucifigentibus eum, obedientiæ, quia vsq; ad mortem fuit patri obediens, perseuerantiæ, quia dixit consumatū est, idest expleui in omnibus, o pater tuam obedientiam. Et breuiter dicit per Isa. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt nō misereatur filio veteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui, ecce in manibus meis descripsi te. Muri tui coram oculis meis semper. Sicut igitur filius Dei descripsit nos in toto corpore suo, vt non obliuiscatur nostri, ita & nos versa vice describamus totam vitam eius in anima nostra, vt nunquam obliuiscamur eius ipsius in canticis sponsam imitando, ac dicendo. Fac me sicut signaculum, idest memoriale iuxta cor tuum, scilicet per contemplationem, & dilectionem ad te, & vitæ tuæ imitationem. Et sicut signaculum iuxta brachium tuum per sanctam, & feruentem pro te operationem, contemplando in omnibus tuis actibus arduis, quanta pro me sis passus, & operatus per humanitatem, vt nec ego pro te pergrandia operari cessem, quia amor Dei meditatiuus, vt valde operatiuus vt Greg. dicit. Si est amor magnus, magna operatur. Fortis est vt mors dilectio tua, idest dum considero quantum me dilexisti, vt cęlum relinqueres exinanitus, & venires ad nos vsq; ad mortem contemnendam, ego etiam amore tui omnia arbitror, vt stercora, & cunctorum obliuiscar temporalium amore tui, modo quo per mortem hominis omnium obliuiscuntur temporalium. Quia dura est vt infernus stimulatio tua, confige ergo timore tuo carnes meas, quia communiter conuertimur ad Christū timore pœnarum. Sed quia in eo non est permanēdum, sed ad amorem Dei transiendum, ideo dicit lampades tuæ lampades ignis, & flāmarum, intus, scilicet ardendo in me per tui amorem, & extra ad proximum per eius exemplaritatem. Et multæ aquæ tribulationum non potuerūt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Quia & Paulus dicit, q stigmata Christi porto in corpore meo. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas &c. Et quòd debemus etiam vitam sanctorum describere in nobis ad imitandum eos. S. Paulus Rogo vos fratres imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ideo misi ad vos Thimoteum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in Domino, qui vos cōmonefaciat vias meas, quæ sunt in Christo Iesu. Et Phil. 3. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Et Heb. 13. Mementote præpositorū vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem. Et 6. cap. imitatores estote eorum, qui fide & patientia hereditabunt promissiones. Sunt enim sancti & virtuosi homines vtriusq; sexus, & conditionis in in Paradiso Ecclesiæ Dei arbores plantati omnis generis bonorum fructuū, qui sunt pulchri visu, & dulces gustu. Sed heu dolendum est in atrio templi mundi, idest in animabus christianorum depicta sunt delubra, & animalia, & varia idola, quibus incensum datur, de quibus dicit Apostolus Phi. 3. Multi enim ambulant quos sępe dicebam vobis, nunc autem, & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione, ipsorum qui terrena sapiunt. Et hic Hiero. supra hunc passum Ezech. In nostri templi parietibus, & in animarum nostrarum penetralibus idola monstrātur depicta, dū omnibus vitijs subiacemus, & pingimus in corde nostro, vitiorum consciens-

Isa. 49.

1. Cor. 4.

Phil. 3.

Heb. 13.

Quib' animalibus monstruosis a prauis christianis anima depingere.

scientias, imaginesq; diuersas, quod maxime faciunt, qui ex humano rubore aliqua mala deuitant, quorum cogitationes, & affectiones in corde coram Deo versare non erubescunt, hominum magis quàm diuinitatis curantes intuitum. Et addit Hieronym. ex eo quod in templo faciunt congregati, considerari potest, quid in suo quilibet facit cubili. Qui enim publice peccare non metuunt, incessabiliter intra se cogitando, & appetendo excedunt. Dicunt enim non videt dominus nos, idest actus humanos non cognoscit, saltem implicite dum sciunt Deum eorum acta praua videre, & nihilominus, tamquam non videret inuerecunde operatur, dereliquit Dominus terram, scilicet, quia tolerauit eos non puniendo, sicut de quibusdam dicit Apostolus ad Titum 1. Dicunt se nosse Deum, factis autem negant. De his etiam fuerunt Gentiles sapientes, vt dicit Sanctus Paulus ad Roma. primo capitulo per totum vsque in finem, quæ tu vide, & practica ad propositum. Et concludit. Et sicut scientes Deum, non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum, vt sciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes in compositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Qui cum iustitiam Dei cognouissent non intellexerunt, quoniam qui talia agũt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. hæc ibi. Et tu practicabiliter conuerte te ad populum, vbi prędicas dicendo, heu ira Domini super vos irreuocabilis, quia inter vos sunt omnia hæc monstra depicta Gentilium, replica ea. In te est malitia, fornicatio, auaritia, & cætera. Et scis, quòd Deus te videt ex lege & ratione dictante recta, & nihilominus tu & miseri peccatores cognoscentes Dei iustitiam, talia operamini. Vere tales, acriter, merito punientur, qui quasi dormientes dormientem Dominum extimant, quamuis quandoque eos in grauiorem ruinã & destructionem tollerat, & cętera, vt hic accidit apud Ezech. Hebræis, &c.

SERMO

SERMO TRIGESIMVS PRIMVS.

EX EADEM ABHOMINATIONE qua mulieres plangebant Adonidem, Christianorum inhonestates, lasciuiæ potissimum in templum Dei perpetratę monstrantur, propter quæ non iam Dei domus, sed latronum, porcorumque spelunca nominatur.

TErtia abhominatio, quam vidit ingressus per ostium portę domus domini, id est, per portam atrij sacerdotū. Et ecce mulieres ibi sedebant plāgentes Adonidem, in quo ostenditur inuerecunda lasciuia tam hominum quàm mulierum. Hominum ex quo non prohibebant mulieres suas de tam aperto & inuerecundo lasciuiæ signo, vt tam patenter in loco & tempore Anniuersarij mortis lasciuissimi hominis, ipsum deplorarent. Et mulierum, cum tam inuerecunde idem publice loco & tempore facerent, & puerorum adolescentum, & iuuenum qui in malo semper proni sunt imitari parentes. Et sacerdotum qui hoc fieri permittebāt in Ecclesia & templo Deo sanctificatio.

Heu hæc idem nostris temporibus accidunt ipso facto lasciuiarum. Nam his temporibus Ecclesiæ Christi sunt prostibula omnis scorti, dum ibi fiūt inuerecundę publicę vagizationes, & vtinā non temporibus septimanę Sanctæ, quando de nocte propter prædicationes licentius ad ecclesiam concurritur. Insuper næ me prolixius extendam lasciuiarū in christianitate vtriusque sexus abominationes enarrare, quoniam quædam à castis labijs, nec nominandæ sunt, dicamus illud Hier. In omni colle sublimi, & sub omni ligno frōdoso prosternebaris meretrix. Ego plantaui te vinea mea electa omne semen verum. Quomodo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Si laueris te nitro, & multiplicaberis tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua corā me dicit dominus deus. Quomodo dicis nō sum polluta, post Baalim non ambulauimus communiter mulieres meretrices & concubinæ vtuntur fascinationibus diabolicis erga amatores suos. vide vias tuas in cōualle, scito quid feceris. Cursor leuis explicans vias suas, Onager Assuerus in solitudine in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris tui. Nullus auertet eam, omnes qui quærunt eam non deficient, in menstruis eius inuenient eam. &c. Vide si vis reliquum capituli. Insuper dicamus illud. Sapient. Neque vitam neque nuptias mundanas iam custodiunt, idest sed per adulteriū polluunt. Sed & alius alium per per inuidiam occidit, aut adulterans contristat, idest, polluendo eius vxorem, & omnia commixta sunt, idest, confusa, & omni ratione & ordine destituta. Sang[...]s, idest in vulneratione, homicidium, idest in occisione, furtū, idest

Hierem. 2.

Sap. 14.

Describūtur lasciuiæ Christianorū.

idest in rei subtractione, & fictio, idest in hypocrisis simulatione, corruptio, idest in virginum defloratione. Et infidelitas, idest in proximi deceptione, turbatio, idest in discordiarum seminatione. Et periurium, idest in falsa iuratione, tumultus, idest, in seditionis commotione. Bonorũ Dei immemoratio, idest ingratitudo, animarum inquinatio, idest per vitium gulæ & luxuriæ. Natiuitatis immutatio, idest, per vitium sodomiticum, quia ex tali concubitu non est fœtus. Nuptiarum inconstantia, idest, quia vxores adinuicem communicantur, inordinatio Mechiæ & impudicitiæ. Ezech. 33. Et oculos vestros leuatis ad immundicias vestras, & vnusquisque vxorem proximi sui polluit, idest saltem appetitu, si quando non facto & Psal. 105. Et contaminata est terra in operibus eorum, & fornicati sunt in adinuentionibus suis, quia impossibile est per varias pomparum ad inuentiones caste & continenter se custodiri. Et iratus est furore Dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem Ezech. 16. suam. Vide totum si vis. Ezech. Et habens fiduciam in pulchritudine tua, scilicet naturali, & artificiali de quibus præmiserat, fornicata es in nomine tuo, idest à propria tua peruersitate & ingratitudine beneficiorum Dei, quæ in lasciuias & varia peccata mutasti à me auersa. Ex exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, idest omni diabolo te tentanti præbuisti cor tuum, vt eius fieres, idest per cõsensum ad libitum eius. Et Oseæ. 4. fornicati sunt & non cessauerunt, quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor, practica. Quare ablatũ est cor populo meo, vt in dies ex aduerso domino ambulent, vt corruant? Et infra sicut vacca lasciuiens declinauit Israel, fornicatione fornicati sunt. Vnde honorabile cõnubium Hebr. 9. in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. Hæc ille. Et breuiter concludamus ad propositum nostrum. Illi plorant Adonidem, qui desiderio exardescunt assiduo concupiscentiarum & immundiciarum, vt sunt adulteri, fornicarij, stupratores virginum, spurcitijs vitiorum contra naturam infecti, & similes vtriusque sexus, de quibus vide primum capitulum Pauli ad Rom. Qui assiduis commestionibus & potationibus vacant, quatenus talibus incitentur ad immũditias, nec non assiduis pompis ornantur ad finem & interitum ipsorum, & de quarum leuitate & punitione. Ruit Hie- Isai. 3. rusalem & Iudas concidit, quia lingua eorũ & ad inuentores eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius. Et parum infra de adinuentionibus dicit. Pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ Syon, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & pedibus suis composito gradu incedebant, decaluabit Dominus verticem filiarum Syon, & dominus crinem earum denudabit. Et infra. Et erit pro suaui odore fœtor, & pro Zona funiculus, & pro crispãti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium, pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. Et merebunt, atq; lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit. hæc ille.

SERMO

SERMO TRIGESIMVS SECVNDVS.

IN QVARTA ABHOMINATIONE ex Ezechielis visione vitium auersionis Christianorum dicitur denotari, dum relicto Deo ad creaturas se conuertunt, propter quam abhominationẽ Deus triplici ira solet in Christianos procedere.

SEquit quarta abhominatio, quæ fiebat in atrio domus Domini interi⁹, idest in atrio sacerdotum templo propinquo inter vestibulum, idest porticum templi & altare holocaustorum. Quia ibi vidit viros dorsa habentes contra altare domini, & facies ad orientem in Dei contemptum, & adorabant ad ortum Solis, videlicet ipsum Solem, seruientes creaturæ potius quam creatori, qui est super omnia Deus omnipotens incircunscriptus, & benedictus in secula. ad Rom. 1.

Hæc adoratio denotat omne peccatum mortale, per quod miser homo cõtẽpto creatore conuertitur ad creaturam. Nam secundum Sanctum Augustinum peccatum mortale est auersio à creatore, & conuersio ad creaturam. Vnde Hierem. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerũt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ aquas continere non valent. Et Sanctus Paulus vocat auaritiam idolorum seruitutẽ. Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc, idest vitia venit ira Dei in filios diffidentiæ, idest in filios diaboli de quorum salute diffidimus, vel qui de vita ęterna diffidunt. & hoc idem S. Paulus ad Colloss. & ad Cor. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare neque fornicari, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, idest, in seipsos opus luxuriæ operantes, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, quia Coll. 3. Auaritia est idolorũ seruitus, neque ebriosi, neque maledici, idest aliorum famam denigrantes, neque rapaces, idest, per apertam violentiam aliena rapientes, regnum Dei possidebunt. De his Apocalip. foris canes, idest extra portas Paradisi, & venefici, & impudici, & homicidę, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Ego Iesu misi Angelum meum testificari vobis hæc in Ecclesijs. hæc ibi. Et de his operibus carnis, vel creaturæ. S. Paulus ad Galath. dicitur. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, scilicet simplex, immundicia, idest contra naturam, impudicitia. i. quo ad oscula & tactus, luxuria, idest, quo ad cogitationes in corde, auaritia, veneficia, vt pacta cum demonibus, inimicitia, idest, in corde, contentiones, scilicet, clamorosę impugnando

Margin notes: Hierem. 2. — Ephes. 5. — Colloss. 3. — 1. Cor. 6. — Apoc. 22. — Galath. 5.

do veritatem, emulatio, idest, semper obijciendo, & contradicendo, iræ, rixæ, idest percussiones irosę, dissensiones, idest per partes in Ecclesia, & in humanis, vt hæretici & scismatici, sectarumque sequaces, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commessationes, sicut epulo, quorum Deus est venter & gloria in cõfusione, & his similia. Qui talia agunt regnũ Dei non consequen
Hier. 12. tur hæc ille. De his Hier. Non est pax vniuersę carni, seminauerunt triticũ, idest temporalia, quibus vt semen terræ inhærent, & spinas messuerunt, hę reditatem acceperunt, scilicet concupiscentiarum desideria tãquam suam hęreditatẽ in hoc mundo, & non proderit eis. Cõfundemini à fructibus vestris propter iram domini. hæc ibid. Et hęc confusio saltem in alia vita o-
Sap. 5. stendetur in malis. Sap. dicent illi qui sunt in inferno. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarũ iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens, &c. Sic & nos nati continuo definimus esse, & virtutis quidẽ nullum signum valuimus ostẽdere, in malignitate nostra consumpti sumus. Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt. hæc ibi.

¶Sequitur in textų certe vidisti fili hominis. Nũquid leue est hoc domui Iuda? quasi diceret. Vidisti argumentum iustæ vindictæ Domini, fac ergo tu conclusionem meritam talibus prauitatibus, vt facerent abominationes istas, quia replẽtes terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum me. Ideo ego faciam in furore meo. bis replicat ego, propter certitudinem pœnę grauis. faciam in furore, idest in rigore iustitiæ vltionem in eos, & non parcet oculus meus, idest censura & intuitus sapientię meæ, qua tãto tempore expectaui, si quo modo resipiscant, & conuertantur ad me suum creatorem & benefactorem, & relinquant idolorũm venerationem. Et cum clamauerint ad aures meas, idest meam prouidentiam, & misericordiam negantes me videre acta ipsorum voce magna, non exaudiam, idest cordiali angustia ex tribulationibus subsecuta propter prædicta, quia nõ ex zelo iustitiæ, vel amoris ad me clamant, sed timore pęnarum, & seruili ac ineuitabili necessitate, quamuis si ex charitate, & vera pęnitentia clamarent exaudiet eos quoad salutem animę & culpæ remissionem, sed non expedit peccatoribus semper, vt preces eorum quibus à pręsentis vitæ tribulationibus eripi flagitant, exaudiantur, secundum quod Prouerbio. 1. increata sapientia dicit. Quia vocaui, & renuistis, despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis, ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis quod timebatis aduenerit, cum irruerit repentina calamitas. Tunc inuocabunt me, & ego non exaudiam, eo quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non susceperint. hæc ibid. Et clamauit spiritus Domini in auribus meis fortiter, appropinquauerunt visitationes vrbis.

¶Et ecce sex viri vnusquisque portãs vas interitus in manu sua. vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis, & atramentum scriptoris ad renes eius, & steterunt iuxta altare æneum. Et ecce gloria Domini Israel, & vocauit virum, qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis, & dixit dominus ad eum. Transi per omnia loca ciuitatis, sic exponitur per mediam ciuitatem, & signa thau super frontes virorum gementium & dolẽtium super omnes abominationes. quæ fiunt in medio eius. Et alijs sex Angelis Dominus dixit. Transite per ciuitatem Hierusalem sequentes Angelum lineis indutum, thauq; scribentem, & percutite omnes, qui signum thau non habẽt in fronte, nõ parcat oculus vester, nec misereamini senem, adolescentem, virginem, paruulum, & mulieres interficite, præter illos super quos videritis thau. Per ista litteraliter figuratur, quod

De seuera iustitia irę Dei.

caldæi

Caldei sine dementia occiderent Iudæos idolatras, iustis vero, vt Hieremiæ & Baruch, & filijs Rechab Abdemelech Æthiopi eunucho, Deus tunc pepercit. Et addit. A sanctuario meo incipite, idest, primo occidite ministros templi sacerdotes & principales qui alijs causa peccandi fuerunt. Iudicium enim grauissimum in his qui

Sap. 6. præsunt, fiet. Sapient. Et fecerunt sex viri, vt est eis præceptum. Iste vir lineis indutus cum atraméto designat iustitiam diuinam diffinitiuã vel comminatiuam. Dicitur lineis indutus, id est secũdum septuaginta interpretes, erat indutus podere, idest veste Pontificali, & secundum Hieronymum, Angelus iste apparuit in habitu Pontificis. Et asserunt quidam, quòd Christum magni consilij Angelum repræsentauit, cum atramento, idest materia scriptoris secũdum Symachi translationem tabulas scriptoris, vt scilicet omnium peccata describeret, & numerum iustorum à peccatorib. segregaret. vnde vir iste significat. i. Christum humanandum, quia habitu inuentus vt homo, dicit Apostolus, qué hic propheta figurat incarnãdum, tanquam eundem esse Deum, qui eorum peccata puniuit, & ipse postea incarnatus est secundum promissionem legis, vt sit sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, cui Deus pater dedit potestatem iudicãdi & pu

Ioan. 5. niendi. Ioan. Quęcunque pater fecerit, hæc & filius similiter fecit. Et infra omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Et infra, & potestatem dedit ei iudicium facere. Et dicitur lineis indutus, quia in hunc mundum venit per misericordiam, sed in cœlum ascendens, & nunc iudicat, & in iudicio iudicabit per iustitiam, apud quem omnia nostra bona, & mala sũt nota & descripta sicut in tabula. Et ipse segregabit in iudicio bonos à malis, & hic quãdoque iusto iudicio suo in puniendo segregat bonos à malis, vt hic fecit in visione Ezechielis. De hoc Ioan. 2. vbi ponit in iudicio libros apertos, idest, noui & veteris testamenti, vt quilibet sciat in iudicio, in quibus est transgressus, vel non transgressus legem. Et alius liber vitæ est apertus, idest, notitia Dei certa omnium actuum & cogitationum humanarum. Hic ergo vir præcepto Dei patris scribit omnia nostra bona & mala, scribitque qui sunt pœnitentes, & qui sunt obstinati, qui sunt obseruatores legis & qui transgressores. Et ipse facit iudicium & iustitiam in terra, siue sit pietatis & misericordiæ, siue comminatiuę, siue diffinitiuę sententiæ. Et ipse præcipit interficiendos omnes prauos & temporaliter & spiritualiter ad interitũ. Considera opera Dei, quem ipse despexerit nemo corrigere potest. dicit Eccles. Quando igitur tantum multiplicantur abominationes in terra insupportabiles, vt omnis caro corruperit viam suã, tunc Deus destruit, dissipat, euellit vsque ad fundamenta, & vsque ad radices, vt non sinantur in terra ad iterum reuiuiscendum, eo modo quo figuratiue Christus maledixit arbori ficuum fultę solis folijs sine fructu, quæ arefacta igni merito comburenda traditur.

Hi igitur sex viri irę Dei qui portabant vasa interitus, significant diffinitiuam vindictã Dei, & vltionem in similes peccatores. Nam tres viri signãt iram Dei mixtam misericordia, vt dũ peste, fame, & gladio aliquos punit, Vel designant iram Dei comminatiuã prędictorũ quę est misericordię. Sed hęc ira Dei facile quãdoq; rumpitur, vt cum iratus est Deus, & misertus est nobis, ad tempus puniendo, & ad tempus a punitione cessando psal. Castigans castigauit me Dominus, & morti me non tradidit. Sic & populum Hebræorum. Castigauit graui pestilẽtia tempore Dauid propter numerationem populi, vide si vis historiam. Aliquando rumpitur etiam ira Dei comminatiua, pœnitentia populi subsecuta, sicut quando pepercit Niniuitis, dum pœnitentiam fecerunt in commi-

De triplici ordine iræ Dei.

2. Reg. 24.

Digitized by Google

minatione Ionæ denuntiantis eis ex parte Dei subuersionem eorũ ad quadraginta dies. Et multa similia inuenies in sacra scriptura. Sed quãdo iste funiculus est tripliciter duplicatus, vt faciat diuisus numerum senariũ, tunc denotat Dei iram, vel indignationem diffinitiuam, quæ nullo pacto potest rumpi. Si enim difficulter rumpitur funiculus triplex, idest ex tribus cordis, vt dicit scriptura Ecclesiast. Ergo

Eccl. 4.

dic tu funiculus impossibiliter rumpitur sextuplex, idest, ex sex cordis. Isti ergo sex viri portantes vas vnusquisque interitus irę Dei in manu sua significant Dei vltionem diffinitiuam & executiuam, irreuocabilem. Dicit interitus, idest omnino exterminatiuam in populum, peste, gladio, & fame. Quibus dictum est. Non parcat oculus vester, nec misereamini, sacerdotem, senem, adolescentem, virginem, paruulum, & mulieres interficite. Vnde tempus est, vt iudicium incipiat à domo Dei.

1.Petr.4.

Sed nota quandoque Deus etiam bonos non spiritualiter, sed temporaliter, tamen ad meritum eorum cum prauis interficit, tũ quia sunt aliquid ciuitatis, tum vt maior terror incutiatur prauis, si propter eorum prauitatem boni castigantur, tum vt non sit, qui oret pro malis. &c. Quandoque autem solos prauos interimit, bonos aliquos relinquẽdo, qui seruant Dei mandata, & gemunt sua & aliorum peccata. Et hi signantur per eos, in quorũ fronte thau erat scriptum. Nam secundũ Hebręos thau est vltima littera in alphabeto Hebraico, & prima huius vocabuli thora, quod legem significat, ad denotandum, quòd Deus vltima etiam cogitata hominũ habeat in notitia, tanquam omnes litteras alphabeticas vsque ad vltimam litterã thau, & quòd ipse scit & habet notitiam, qui sunt legis obseruatores & vere pœnitẽtes, & talibus parcit, sicut fuit dictum Abrahæ exoranti pro Sodomis. Si fuerint decem viri Sodomis iusti parcam cæteris pro eis. Et Moysi. Exoranti pro-

Exod. 32.

pter adorationem vituli ne deleretur populus, & dicenti, aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. respondit Dominus. Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Executa est Dei sententia per sex viros, quia Psal. dicit. Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Et ecce completa dicit Ezechias. Remansi ego cum cæteris thau signo signatis, ruique super faciem meam, scilicet imaginaria visione, & clamans animo dixi. Heu, heu, heu domine Deus. Ex compassione enim & admiratione collapsus est. Et ad ampliorem doloris exagerationem ter heu exclamauit. Ergo domine ne disperdes omnes reliqas Israel, idest vniuersos de regno Iuda superstites? tanquam dicat. Tam terribiliter vindicas te, & tam pauci in vita remanent, vt omnes videantur perdẽdi. Cui sic hæsitanti ex naturali pietate respondit Dominus. Hæc iuste facio, quia iniquitas domus Israel & Iuda, idest decem tribuum, atque duarum magna est valde, & repleta est terra Iudeæ sanguinibus, idest peccatis & operibus carnis, &c. & ciuitas auersione repleta est, idest idolatria & blasphemia, cæterisque peccatis pleni, quæ sunt directe contra Deum. Et dicunt, quia scilicet, expectaui eorum pœnitentiam, vt non extirparem eos, reliquit Dominus terram, idest, non habendo curam de ea, & Dominus nõ videt inferiora & nostra facinora. Igitur & meus non parcet oculus, neque miserebor, sed viam eorum super caput eorum reddam. Sic & Christiani his nostris miseris temporibus quasi implicite dicunt. Deum eorum facinora non videre, dum obstinate & inuerecunde contra Deum blasphemãt, & periurant, practica de alijs vitijs, nec statim puniũtur. Sed scitote, quòd venit tempus tuæ visitationis, vt tibi imponantur omnia scelera tua, vt non misereatur tui, nec sacerdotum & senum, qui malo exemplo sunt occasio multorum malorum, nec adolescentum,

Causa iustæ vindictæ Dei in populum prauum ostẽditur.

tum, nec iuuenum, nec paruulorum, nec mulierum, sed gladio, peste, & fame vsque ad interitum morientur. Vnde non sine mysterio, quòd pręcepto Dei ille, q indutus erat lineis impleuit manum suum prunis, & effudit super ciuitatem, & hoc faciēs combussit eam, vt dicit magister, quia Caldæi post captionem & occisionem, vt supra, combusserunt ciuitatem. De similibus Eusebius Pamphilus de euangelica pręparatione perpulchre dicit. Quando igitur in ciuitatibus adeo abundant flagitia, vt nulla legum sit reuerentia, tunc Deus vt vitia repellat, & ad virtutes homines compellat, crudelibus atque tyrannis viris, non iniuria potentiam prębet. vitiorum enim cumulus sine crudelitate mundari nō potest. Et quemadmodum iudices publicarum rerum ad homicidas proditores & sacrilegos interficiendos publicè aluntur, non quia tale hominum exercitiū laudatur, sed quia populo necessarium est, eodem profectò pacto huius mundi gubernator quasi communes iudices tyrannos in ciuitate suscitat, vt iniuriam ac impietatem aliaq; huiusmodi vi & crudelitate puniat. Qui quoniā non rectò animi proposito, sed crudelitate commoti diuinæ voluntati subministrant, vt ignis consumpta materia demum extinguitur, sic & ipsi cum ciuitates prauas inanes hominum fecerint, tunc demum in perniciem incidunt. Quid autem miramur, si tyrānorum interdum ministerio effusas hominum iniurias Deus compescit, cum etiam sæpius, non aliarum opere, sed per seipsum fame, terremotu, peste, alijsque huiusmodi, quibus multas vrbes dissolutas videmus, id factitet? hæc ille.

SERMO TRIGESIMVS TERTIVS.

IN EXALTATIONE MARDOCHEI, exaltationem humanæ naturæ per gratiam super Angelos, tum in Christo, tum in Beata Virginæ cæterisq; aliis hominibus significari pulcherrime demonstrat.

FIgura Hester. 6. cap. Sic honorabitū vir, quem Rex voluerit honorare, cuius expositionem moralem in sequentibus habes.

¶Hoc mane duo videbimus, primo sublimitatem humanæ naturæ supra Angelos ex gratia, secundo de sublimitate huius sancti in patria.

Quo ad primum. Notandum quòd in veteri testamento homines plurimum venerabantur Angelos eis apparentes, quia ipsos adorabant, vt patet in Abraham Loth & Thobia Angelos excipientes. Genes. 18. & 19. & Thobiæ. 12. Et hoc non absque causa fiebat, quia Angeli excedunt homines in natura, in familiaritate, & participatione diuini luminis. In natura, quia in nullo dependent à corpore, in familiaritate, quia assidue Deo assistunt, in participatione diuini luminis, quia omnis illuminatio ad nos facta, secundum sanctum Dionysium est per Angelos, vt etiam dicit Sanctus Paulus ad Hebræos. 1. capitulo. Quoniam omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter

Angelorū veneratio ī veteri testamento. Angeli in tribus homines excedunt, in quib⁹ per gratiam incarnatiōis Christi excedunt ab humana natura.

Digitized by Google

pter eos, qui hæreditatem capiunt salutis & lex data Moysi est vt S. Stephanus dicit Act. 7. in dispositione Angelorum, & quia secundum Dionysium inferiora per media disponuntur, sicut in natura, ita etiam in supernaturalibus dispositionibus. Sed postquam Verbum caro factum est, peramplius Angeli nõ permiserunt se adorari ab hominibus, vt patet Apoca. 19. Angelus dixit Ioanni. Scribe. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Et tunc cecidit Ioan. ad pedes eius, vt eum adoraret, & dixit mihi. Vide ne feceris, conseruus tuus ego sum, & fratrum tuorum habẽtium testimonium Iesu, (idest qui credũt testimonijs prophetarum, Deum adora, & non me. quasi diceret. Ex quo Deus caro factus est, natura humana iam me excedit per gratiã. Primo in natura, quia iam potest ascendere supra naturam meam in cœlo, vt natura humana in Christo, qui ascendit super omnes cę los, & sedet à dextris Dei. Et in Virgine Maria, de qua cantat Ecclesia. Exaltata est sancta Dei genitrix, super choros Angelorum ad cœlestia regna. Et plures homines sanctorum excedunt per gratiam plures Angelos in sessione in cœlo, dum assumuntur ex intensiori charitate super multos choros Angelorum. vnde creditur ꝙ Apostoli sunt in primo choro Angelorum, qui sunt Seraphin, idest ardetes, vt amor ipsorum æquetur amori eorum erga Deum, & idem de multis alijs sanctis dicẽdum est, qui excedunt plures choros Angelorum. de quibus Christus.

Luc. 20. Filij resurrectionis erunt æquales Angelis in cęlis, scilicet gratia, non natura. Et cum sint Angeli diuersorũ chororũ, intelligitur diuisiue de omnibus Angelis secundum sub & supra, quia æqualitas dicit æquiperantiam. sicut si diceres. seculares in bonitate sunt ęquales religiosis hic vel in patria cę lesti per gloriam. Erunt sicut Angeli

Matth. 22. Dei in cœlo, quia secundum mentem. S. Thomas prima parte, quæstio. 109. Quidam erunt super choros Angelorũ, vt beata Virgo, quidam autem in ipsis choris Angelorum, vt Apostoli & perfecti viri, secũdum sub & supra, vtputa secundum intensiorem puritatem, quia Christus dixit. Beati mundo corde, & secundum charitatem intensiorem. Psalm. Astitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato. Vnde charitati datur aurea secundum Doctores. Et quidam erunt infra ipsos, vt rationabile est dicere, omnes pueri decedentes baptizati, & plures alij debilem scintillam charitatis habentes. Similiter nunc natura humana excedit Angelos in familiaritate, quia cum humana natura sit inseparabiliter coniuncta diuinæ, humana est familiarior Deo, propterea Christus dixit. Vobiscum sum omnibus diebus, & quia assidue interpellat pro nobis, vt dicit S. Paulus ad Rom. 8. coram patre. Et quia Ecclesia semper erit vsque ad consummationem seculi, quæ est collecta ex pluralitate fidelium. In signũ huius Angelus dixit beatæ Virgini. Dominus tecum, quia plusquam mecum in familiaritate, & ratione filiationis, & ratione desponsationis, quia in ipsa Virgine fuit à Deo despõsata humana natura. Insuper excedit humana natura Angelicam in participatione diuini luminis, quia Christus qui est caro & frater noster est plenus gratia, & veritate plusquam Angeli. Et figuratiue sicut Sanson qui interpretatur Sol fortis reuelauit secreta sua vxori Dalidę, quę socij non poterant soluere, nisi per reuelationem Dalidę, ita Christus Sol iustitiæ reuelat sponsæ Ecclesiæ suæ sua secreta. Ioann. 6. capit. Cum venerit sponsus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Et Luc. 13. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. Insuper qui sunt ex hominibus altius assumpti ad choros & super choros Angelorũ, clarius participant lumen diuinum sibi inferioribus. Et vt clarius cognoscamus nr̃am nobilitatem super Angelos per gratiam, ne degeneremus in vilitatem degeneri conuersatione, sed cone-

Hoĩes ad choros, & super choros Angelorũ assumuntur.

mur puritate mentis, & cordis affe-ctu altiora petere, notanda est admirabilis doctrina S.Tho. ad nostrum propositum. Angeli sicut & numeri apud philosophos, distincti sunt specie. Insuper tenet S.Tho. secundum Aristo. intentionem, omnia astra cœli sunt distincta specie. Sed quantus sit numerus intelligentiarum, dico secundum naturales, qui per motum processerũt in cognitionem diuinorum sunt in aliquo paruo numero, secundum varietatem lationum & motuum qui apparent in orbibus, & stellis erraticis per astrologos inuentis. Nam dicit philosophus vbi supra 12. Metaph. con. 46. vsq; ad 52. Quidam dicunt motus variatos in celo. 47 quidam 49. quidam 52. vel 55. & si posuerunt tot esse intelligentias. Albertus autem Magnus ibidem in sua Metaphisica dicit. Nunquam quis inuẽtus est, qui posset omnes cœli varios motus inuestigare, & scire, cum sint plures occulti nobis, quàm sciri possunt. Insuper bene dicit S.Tho. quòd intelligentiæ principaliter non sunt creatæ propter fines extrinsecos, quia essent imperfectæ, quoniã finis nobilior est, his quæ sunt ad finem, sed potius creatæ sunt propter finem intrinsecum, idest contemplationem Dei, motus autem cœli & cæterorum sunt finis extrinsecus eorum, vtputa propter perfectionem infra spheram cœli contentorum, quia in motu cœli consistit vita & conseruatio eorum. Propterea eorum multitudo non est inuestiganda ex tali fine extrinseco eorum. Et quoniam ex altitudine intelligentiarum & paruitate nostri intellectus ex natura, non valemus peruenire ad veram notitiã multitudinis eorum, nobis Deus in sacra scriptura dignatus est numerum eorũ reuelare, vt de nostro multiplicato cõsortio in cœlo & in terra gaudeamus, quia secundum Hieronymum vnicuique datus est Angelus suus à natiuitate sua in sui custodiam, iuxta Psal. Angelis suis Deus mandauit. &c. Et hæc reuelatio facta est. Dan. 9. vbi dicitur.

Numerus intelligentiarum secũdũ astrologos & Albertũ Magnum.

Milia milium ministrabãt ei, & decies centena milia assistebant ei. vbi dicit S.Greg. S.Hieronym. & S.Thom. cum expositoribus. Numerus Angelorum est infinitus & definitus, nobis infinitus & incognitus, Deo autem definitus & cognitus. Ideo Daniel describit numerum eorum modo nostro in numero magno, quia cum magni numeri volumus aliq̃d describere, dicimus centum millia vel simili numero. S. autem Tho. 1. par. q. 100. Descendit magis ad particularem numerum eorum per naturalem rationem dicens, quòd Angeli excedunt in numero omnem multitudinem & numerum materialium specierum, vtputa numerum omnium stellarum cum sint specie distinctę secundum philosophum, omnium specierum, volatilium, piscium, animalium, terrestrium, & arborum, ac omnium specierum, quæ super terrã, vel intra terram reperiuntur. Et ratio horum, quoniam sicut se habent cœlestia corpora in excessu suo geometrico ad quatuor elemẽta propter suam perfectionem, ita se habet intelligentiæ in excessũ numerali, cum geometricus non cõueniat eis ad omnes species rerũ infra ipsas intelligentias contentas. Et hoc probatur per argumentum à simili. Nam excessus eorum debet esse ex perfectione eorum secundum suam conditionem. Sed sic est ꝙ cęlestia corpora sine comparatione in magnitudine excedunt omnia corporalia in specie distincta quasi in infinitum, vt elemẽta & cæteras species corporales vel materiales, ergo & Angeli excedũt in numero omnes species materiales, vt omnes species cęlorum, astrorum, elementorum, auium, animalium, piscium, arborum, & elementorũ. Nã & philosophus dicit in libro de generatione, vnus pugillus terræ, facit decem aquæ, & decem aquæ centum aeris, & cẽtum aeris, mille ignis, ita ꝙ aqua in decuplo maior est terra & aer in decuplo aqua, & ignis in decuplo aere. Et ex hoc astrologi concludunt, quòd totum spacium quod est infra

Numerus Angelorũ apud christianos.

Excess' elemẽtorum & cœlorũ adinuicẽ.

Digitized by Google

infra cęlum per computationem potest continere totam terram milies cẽties & vndecies ꝑcise. Insuper & Origenes & S.Tho.& plures alij asseruńt, quòd omnis stella sit maior terra, vel saltem illę quę sunt visu notabiles. Insuper ascendamus oculis & mente ad orbes cœlorum,& ad astra eorum adinuicem in excessu magnitudinis. Si ignis sphera excedat spheram aeris in decuplo vt supra, vel quòd mille pugilli fiant ignis ex centro aeris, patet quòd mille pugilli ignis sint decẽ milia orbis lunæ, & sic ascende vsque ad decimum orbem secundum Theologos vt cœlum empireum,vel ad nonum secuudum Astrologos,& videbis quòd quasi in magnitudine geometrica in infinitũ se excedant adinuicem, & similiter discurre de planetis, & astris secundum sub & supra.Et ita reflectendo intellectum nostrum ad numeralem multiplicationem Angelorũ in specie per comparationem ad excessum eorum ad species materialium quas in numero,dicit Porphi.esse definito, sed incognito propter multitudinem earum. Insuper reflectendo intellectum nostrum ad ipsas intelligentias,quæ sunt specie distinctę adinuicem, excedentes quasi infinitę numerum materialium specierũ,& cum sint in natura,vna alia perfectior,manifeste concluditur,quòd sit numerus earum quasi infinitus quo ad nos, vt dicit S.Greg. & quia secundum philosophum species rerum sunt sicut numeri excedentes se adinuicem in perfectione, & Angeli in specie numerali sint quasi infiniti, ergo excedunt se in natura quasi in infinitum, & hominis naturam superexcedunt incomparaliter. Et ad clariorem intellectionem imaginemini species materiales cum Angelis facere vnam scalam ad cęlum erectam, in qua sunt gradus omnium specierum tam materialiũ quàm Angelorum,& per gradus eorum ab infima specie ascẽde vsque ad supremum Angelum,& videbis quòd quasi nunquam ad supremũ gradum huius scalę pertingens,sed hęc solum intellectu speculatiuo penetrantur, qui statim pertrãsit hos gradus, cum intellectus penet ratio sit acutissima,& velocissima, & quasi instantanea absque obstaculo. Cum igitur homines assumãtur secundum Christi documentũ & sanctorum theologorum expositiones,ad choros Angelorum secundũ sub & supra, iam clare patet hominum dignitas supra dignitatem Angelorum naturalem per gratiam datã eis, vt possint transcendere tam politos lapides in supremis locis in domo Dei positos.Insuper cum propinquius assistentes regi sint sibi familiariores, nonne ita & homines qui in sessione in cœlo supra sedent aliquibus Angelis, sint etiam Deo familiariores? Nonne tales ex propinquitate ad Deum, participant magis diuinum lumen sibi inferioribus? De hac hominis dignitate. S.Bernard. perpulchre contemplatur dicens. O anima insignita Dei imagine,decorata similitudine,scilicet imitandi Deum,vt patrem,cuius similitudinem gerimus, tam in anima quã in corpore,quia Verbum caro factum est. Despõsata fide,dotata spiritu,deputata cum Angelis, scilicet per gratiam,redempta Christi sanguine, capax rationis, compos beatitudinis, quid tibi cũ carne,scilicet ex qua tanta mala pateris?

¶ Non degeneremus igitur fratres charissimi in vilitatem degeneri conuersatione in tanta nobilitate sublimati,& non amittamus prauis operibus tantam societatem sanctorum Angelorum, qui consortes & conciues facti sunt nostri, secundum quod Sanctus Petr.dicit.Satagite per bona opera vestra certam vestram vocationem & electionem facere.Practica de similibus secundum quòd Deus tetigerit cor tuũ.Hæc enim facientes non peccabitis aliquando.Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi. hæc Petr.2. cap.1. historiam in principio tactam,

Dignitas hoīs super Angelos, ideo nõ est degenerandum.

Digitized by Google

& eius mysticam expositionem habes in nostro Sermone de beata Virgine super eandem facto. Vide ibi eam. Pro festo Sancti Petri martyr. vel alterius Sancti poteris hunc Sermonem prædicare.

SERMO TRIGESIMVS QVARTVS.

DE TRIBVS GRADIBVS COGNITIONIS, quorum primus dicitur Philosophorū, qui quadruplici via ad Dei cognitionem deuenere; secundus Prophetarum, qui visione quadam imaginaria ad eundem peruenerunt; tertius intellectualis dicitur sanctissimæ Trinitatis, quam altissimè decantauit Ioannes Euangelista, qui etiam figuratur in Aquila grādi magnarum alarum ex Ezechiele.

Ezech. 17. LEgitur Ezech. vidit ī visione imaginaria Aquilam grandē magnarū alarū longo mēbrorū ductu, plenā plumis & varietate. Quæ venit ad Libanum, & tulit inde medullā cedri, & auulsit summitatem frondiū, & transportauit in terram negociationis, & posuit in vrbē negociatorum.

Hoc mane extimo me non posse melius exprimere S. Io. excellentiam, quā mysticè interpretando vobis præfatā visionem, applicando eam ad eius sublimitatem. Et prænotandū est, vt dicit S. Grego. super Ezech. 1. propheta sub quatuor similitudinib. animalium describit quatuor Euangelistas Matt. sub figura hominis, quia incepit Euāg. à Christi humanitate, Marcum sub figura leonis, qui describit Chri sepulturā, quia sicut leo ibi dormiuit apertis oculis suæ diuinitatis. Lucam sub figura vituli, quia describit Christi sacerdotiū. Ioā sub figura Aquilæ altius volantis. vnde in se vere gerit Aquilæ
S.Th. 2.2. q.174.ar.3 proprietates. si vis dicere de gradibus prophetarum. vide S. Thom.

¶His declaratis inuenimus inter alias proprietates Aquilæ. 10. esse. Primo Aquila reuerberata acie respicit rotā cęli, 2. probat pullos suos an sint eius, per aspectum oculorum eorum ad rotam Solis. Nam egressos ex ouis facit rotam Solis intueri directè apertis oculis, & quos viderit in aspectu Solis lachrymari, abijcit eos tanquam non suos, quos autem videt inspicere rotam Solis, quia habet per naturam oculos coadunatos, sine læsione oculorum, enutrit illos in nido. 3. est grādis auis. 4. vltra alias aues altius volat. 5. habet duas alas. 6. solitarie volat. 7. in preruptis & inaccessibilibus locis nidum collocat. 8. inter oua ponit Amectistum contra serpentes. 9. est longa in membris. 10. est plena plumis. 11. in textu dicitur venit ad Libanum, & indetulit medullam cedri. 12. & auulsit summitatē frondium eius, & transportauit in terram negociationis, & posuit in vrbe negociationis. Has omnes proprietates habuit. S. Ioan. mysticè eas applicando ad ipsum. Prima proprietas irreuerberata acie rotam cœli cōtemplatur, quia ipse diuinitatem Dei, & alta eius mysteria clara intelligentia inspexit, non vt noctua Solem, Proprietates Aquilę mysticè Ioanni pulchre attribuuntur.

lem, ita eius oculi intellectuales erant vniti in lumine diuinorũ. Et hoc tunc fuit qñ super pectus Domini in cœna recubuit. 2. proprietas. Et sicut non pullos intuẽtes rotam Solis claris, sed lachrymosis oculis, abijcit à suo nido, tanquam non suos, ita & S. Ioan. abijcit ab Ecclesia hęreticos, qui suam claram doctrinam non inspiciunt, & sequũtur.

2. Ioan. 1. Omnis qui recedit & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet. Qui manet in doctrina & patrem & filium habet. Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non habet, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit ei aue, cómunicat eius operibus malignis. Ecce prædixi vobis in die domini non confundamini. hæc ille. Illos autem qui clare inspiciunt Solé, idest doctrinam

1. Ioan. 1. Christi, quã ipse tradidit. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerũt de verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patré & apparuit nobis. Quod vidimus & audiuimus, & annunciaui mus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cũ patre & filio eius Iesu Christo, cætera vide in eodem cap. fouet eos & nutrit in Ecclesia. Tertia proprietas est grãdis, quia habet magnam notitiam diuinorum vltra philosophos, quia eã non acquisiuit per sensibilia speculando phantasmata, & vltra alios prophetas, quia non habuit per imaginarias visiones hanc claram diuinorum notitiam, vt superius prophetæ, sed ex immediata reuelatione Dei intellectuali non per media aliqua notificata phantasmatum, sed per immediatam, quasi inspectionem ipsius sãctæ Trinitatis. Nam inuenimus quatuor gradus cognitionis intellectualis. vnus est naturalis quem philosophi habuerũt, quæ acquiritur per sensus, quia secundum philosophum, intelligentem oportet phantasma speculari.

De quadruplici gradu cognitionis intellectualis, & vnus est philosophorum q quatuor vijs in dei cognitionem deuenerunt.

Rom. 1. Inuisibilia Dei à creatura mũdi, idest, ab homine, qui participat omnem creaturam, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciũtur sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas. Gregor. Ad cuius cognitionem quatuor modis vel vijs deuenerunt. Primo ratione rectę directionis creaturarũ maxime carentiũ intellectu & cognitione, ad finem suum, ad quem Deus ordinauit eas, quia in defectu cognitionis intellectualis diriguntur ab intelligentia non errante, quę est Deus ipse, sua sapientia suauissima gubernans & dirigens eas ad finem suum, sicut sagittans sagittam, non cognoscentem signum ad quẽ directa est dirigit ad finem suum. secundo per resolutionem creaturarum instabiliũ, ad ipsum creatorem stabilé. Stabilisq; manens dans cuncta moueri. Boetius. Nam omnis creatura, aliqua ex parte instabilitaté patitur. Et intelligentiæ in cognitionibus suis quamuis non vnum per alium intelligunt, tamẽ vnum post aliud, & vnum post aliud volũt. imo secũdum Theologos, & in Angelis prauitas est inuenta. Cœli etiam sunt instabiles quo ad motum secundũ partes. Et in inferiorib. continue generatio vnius est, corruptio alterius. Ne igitur procedatur in infinitum in instabilitatibus creaturarum, deueniendũ est ad aliquod primum stabile, in quo cuncta stabiliuntur, aliter machina mundi destrueretur. tertia via est participationis, quia oẽ quod est per participationem, reducitur ad aliquid quod est per essẽtiam. Et cum omnis creatura habet esse participatum, & solus Deus sit, cuius esse est sua essentia, igitur ex creaturis ad ipsum est deueniẽdum, cuius essentia est suum esse, & econuerso. sicut participati calores ad igné reducuntur, vbi est per essẽtiam & suam perfectionem totalé. quarta via est cognitionis, quia solus intellectus diuinus est infinitus, oĩa & seipsum perfecto mõ comprehẽdẽs, cęteri aũt intellectus sunt finiti & imperfecti, & imperfecta ad perfectissima reducuntur. Hanc cognitioné per sensum ad intellectum habuit S. Ioan.

vt dicit ipse primæ capitulo primo, quod vidimus oculis nostris, & auribus audiuimus, & manus nostræ tractauerunt de verbo vitæ, hoc annuntiamus vobis. hæc ibi. Practica per miracula Christi quæ eius diuinitatem clare ostendebant. Vnde & Christus dixit Pharisæis, si mihi non creditis operibus credite, ipsa enim sunt quæ de me testimonium perhibent. Secundus gradus est supernaturalis, scilicet secretorum diuinorum per corporalia, vt cum quis per corporales apparitiones à Deo factas cognoscit secreta Dei vt Dan. videns scripturam Baldasar oculo corporeo, est eam interpretatus ex intellectione intellectuali. Tertius gradus cognitionis est per visionem imaginariam, de qua S. Tho. vt in principio notatur, quam aliqui prophetę habuerunt. Nã in eius imaginatione fuit formata similitudo videntis Deum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & à maiestate eius plena erat omnis terra, &c. Cognouit enim in illa imaginaria visione, Deum esse firmum & stabilem. &c. Sic enim & S. Ioan. totam Apoc. habuit per angelicę formæ, in specie humana, imaginationem, vt patet Apoc. 1. ca. Quod vides scribe septem Ecclesijs, dicit ei Angelus. Quartus gradus huius visionis intellectualis est, non per speculum, vt philosophi nec per corporeas species visas neq; per imaginarias formas, vt multi prophetæ, sed visione intellectuali intelligibilis veritatis supernaturalis, vt sanctissimę Trinitatis & Christi mysteriorum per inde certitudinaliter quasi oculis tuis præsẽtia obiecta clare inspicere, ita S. Ioannes intellectiuo oculo suo, non per speciem & imaginationes corporales, sed simplici intelligentia reuelationem archanorum sanctissimæ Trinitatis cognouit, vt ipse testatur. Qui vidit testimonium perhibuit, & ille scit quia vera dicit, quę vt dicunt Doct. obdormiens super pectus Christi reuelata sibi cognouit. Hic breuiter collige nostram expositionem in primo Ser. de verbo Dei, quam etiam hic inserere causa doctrinę possis. Vide etiã pro intellectione huius cognitionis Ioannis nostrum sermonem in 1. lib. de peccato Adæ, & ibi de eius cognitione tetigi. Dicitur esse Aquila, auis grandis. Quoniam cæteri Euangelistæ, vt Matth. à Christi natiuitate cœpit Euangelium, ideo sub forma hominis describitur. Lucas à Christi sacerdotio cępit, qui per vitulum designatus est, qui in lege immolabatur. Marcus Christi baptismum describit, ideo per leonem figuratur, qui cuncta animalia suffocat, ita Christi baptismum nobis collatum suffocat Pharaonem cum toto exercitu in mari rubro. Idest baptismo rubricato sua passione, suffocatur Diabolus cum Angelis Sathanę. Sed Ioãnes merito per Aquilam grandem figuratur, quia suũ euangelium cœpit à Christi diuinitate, in quo parum de Christi humanitate loquitur, sed fere totum est de eius diuinitate & eius diuina doctrina, propter hæreticos varios tunc insurgentes circa Christi diuinitatem, & etiam per hoc prouidit nobis futuris, vt sciamus tales euitare, & nec eis per auẽcõmunicare confirmans aliorum Apostolorum scripta, & hoc ad preces Discipulorum fecit. Et ex his visionibus suis in Euangelio, & Epistolis suis Ecclesiã erudiuit. Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur & sublimis erit valde, idest exaltabitur in corporali, eleuabitur in imaginaria intellectione, & in sublimis erit ex visione intellectuali pura & simplici, vt diximus. Sic igitur fuit Aquila grandis, grandior, & grãdissima. Et per hoc patet quarta eius proprietas, qua altè super alios Apostolos volauit, declarans secretissimæ Trinitatis mysteria ac vnitatem essentiæ, & pertinẽtia ad Trinitatem personarum, & ad attributa earum, vt per totum Euangelium in principio erat verbum clare ostenditur. Quinta eius proprietas est. Habet duas alas Vna ala erat puritas eius mentis & corporis, vt dicatur merito

dilectus

Margin notes: Dan. 5. — Esa. 6. — Ioan. 10. — Euãgelistę figurãtur. — Esa. 52.

dilectus Dei Discipulus. Et quia à mũdissimis corde Dei secreta cognoscuntur, dicente Christo, beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Altera ala designat saltum eius, & volatum in cœlum vsque ad archana sanctissimæ Trinitatis, quia per munditiam corporis & animę ascenditur ad intuitionem diuinorum. Vnde & Petrus, Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Patres. Sexto solitarie volat, & nõ gregatim. In quo denotatur vita contẽplatiua sancti Ioannis, quia segregabat se per cõtemplationem cęlestium peracta prædicatione, & alijs quæ ad salutem proximi incumbebãt,
Hierem.3. sedebit solitarius & tacebit, quia leua
Oseę 2. bit se super se. Et ducam eum in solitudinem, & loquar ad cor eius. Quid creditis deuoti auditores, quando Ioannes recordabatur de prærogatiua Christi dilectione, qua diligebatur ab eo, cui virgini matrẽ virginem commendauit, vt ipse ex tunc temporis eam acciperet in suam matrem, ante quem transfiguratus est in monte Tabor, vt Petrus diceret oblitus omniũ, domine bonum est nos hic esse, quando recordabatur dulcissimę allocutionis Christi, cui Petrus dixit. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, quando recordabatur de archanis sibi reuelatis dum in cęna recumberet super pectus Christi, quo amore, quo igne diuino, qua dulcedine ferebatur in sui dilectissimi magistri desiderio? Contemplare de similibus. Septimo in pręruptis & inaccessibilibus locis nidum locat. Prærupta significãt alta sanctę Trinitatis mysteria, vt vnitatem essentiæ & Trinitatem personarum cum proprietatibus, & attributis eorum, ad quorum cognitionẽ naturaliter non potest ascendi, sicut ad altissima prærupta Nam supernaturalium accessus talis, est pręruptus etiam Angelis per naturam, licet pateat per gratiam & reuelationem diuinam. Psalm. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & nõ potero ad eam. Et Iob dicit in præruptis salicibus commoratur, atque inaccessis rupibus inde cõtemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt. Ibi igitur Ioannes nidum locat, quia in solido æternę Trinitatis quieuit mente super pectus Christi recũbens. Et ad ima descendit, quia multa etiam, non solum de Christi diuinitate disseruit, sed etiã de eius humanitate multa dixit in suis Euangelijs & Epistolis, secundum quod ipse testatur, prima Ioan. 1. cap. vt supra diximus. Et sicut Aquila cibum captum alijs auibus dimittit, ita & ipse quam in alto diuinitatis secreto escam cœpit, & quam in imo humanitatis conuersando cum Christo manibus tractauit, nobis cõmunicauit. O quàm male esset Ecclesiæ Christi, nisi Ioannes contra hæreticos escam diuinitatis, & humanitatis Christi de ipso sumptã sibi communicaret. Si vis de hæresibus contra Christi diuinitatem & humanitatem discurrere, vide nostram concionem de verbo Dei in diuinis, & in concione an beata Virgo sit mater Christi. Et sicut Aquila ad ima descendit, & post descensum alta petit, ita & Ioannes reuertitur ad alta in eius Euangelio, Christi Ascensionem ad patrem annuntiando, vt cum Christus secundum Ioannem dixit post Resurrectionem. Ioan. 20. capit. Vado ad patrem meum & patrem vestrum. Octauo inter oua ponit ametistum, quo lapide serpentem à nido coercet & expellit, ne oua corrumpat, vel inficiat, ita sanctus Ioannes vltimo cæteris Apostolis Euangelium scripsit, & in Ecclesia inter oua Christi, idest inter Christianos posuit, ne serpens & virus hæreticę prauitatis inficiat, & corrumpat eos. Et hoc etiam significatũ est, Apocalip. 21. vbi vltimum fundamentum cœlestis ciuitatis dicitur esse Amethistus. Hic apud Danielem est lapis precisus de monte eminentiæ diuinæ, sine manibus humanæ operationis, & contriuit statuam figmenti mundanæ vanitatis, & hæreticę prauitatis. Nono erat lõga membrorum ductu, quia

Digitized by Google

ostendit Ioannes æternitatem sanctæ Trinitatis, quæ ante mundum fuit,& per creaturam est diffusa,quia in omni creatura relucent personæ in Trinitate,vel similitudine vestigij,vel similitudine imaginis, vt habes in nostra cócione sub eodem titulo in Aduentu Domini. Insuper quia de Christi diuinitate est clarissime, & eius humanitate locutus cum Psalmo qui dicit. A summo cœlo egressio eius,& occursus eius vsque ad summum eius. Ioan. 8. Ego enim ex Deo processi, & veni. Neque enim à meipso veni, sed ipse misit me.Decimo erat plena plūmis & varietate,scilicet à plenitudine numerosa mysteriorum Dei, & Sacramentorum varietate,quia ex Euangelio Ioannis habentur omnia sacramenta Ecclesiæ à Christo instituta fuisse. Nam primo ostendit Christū esse verbum plenum gratia & veritate. Deinde ostendit omnia sacramenta à Christo fuisse instituta. Nam baptismum & pœnitentiam instituit in absolutione peccatorum,quando Apostolis insufflauit post Resurrectionem dicens.

Omnia Sacramenta Ecclesiæ à Chrō sunt instituta.

Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum,quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Quorum retinueritis retenta erunt. Eucharistiam & ordinem in potestatis collatione ad consecrandum corpus dominicum. Confirmationem in sancti Spiritus sufflatione,vnctionem extremam in commendatione vnctionis Mariæ,quæ præuenit eum vngere in sepulturam. Sanctificationem matrimonij,in eo quòd interfuit nuptijs Hæc Aquila etiam erat plena plūmis, quia vt dicit S.Hier. in prolog. Apoc. quot verba sunt in Apoc. tot sacramē ta continentur,Nā vt diximus,de omnibus septem sacramentis institutis à Christo,dicit in suis Euangelijs & suis Epist.canonicis ac in lib. Apocal. sparsim,Venit hęc Aquila ad Libanum,id est ad Christū, qui est cedrus alta Libani,super pectus eius in cœna recumbens.Nam Libanus est mōs,& vt dicit

.22. Iob super omnipotentem delitijs affiues.Et ibi obdormiens medullam cedri.i.diuinitatem eius,& archana Trinitatis auulsit,& nobis cōicauit. Insuper inde medullam tulit cedri, quia à Christo cor euulsit,vt sibi paterent secretissima mysteria ipsius diuinitatis, quę sunt medulla dulcissima omni suauitate plena, iuxta illud. Comedi fauum cum melle meo,bibi vinum cum lacte meo. Cant.5. Et hac medulla non solum seipsum,sed etiam totam sanctam Ecclesiam satiat,nutrit & renouat,tamquam lignum vitæ quod est in Paradiso. Vnde & Angelus sibi in Apoc. 1. dixit. Beatus qui legit,& audit verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sūt. Et auulsit summitatem frondiū eius,quia vt diximus, de mirabilibus, & ineffabilibus proprietatibus,& perfectionib. sanctissimæ Trinitatis est locutus. Et posuit eā in terram negotiationis,idest in Ecclesia militante, in qua dantur diuersæ gratiæ & diuersa talenta ad negotiationem. Vbi dedit seruis suis manus dicēs eis. Luc.19. Negotiamini, idest exercete vobis collata bona,vt per vsum eorum bonum mereamini accipere maiora. Dum venio, idest quousque veniam ad iuditium,vbi vniuscuiusque reddet rationem villicationis suæ. De hac negotiatione & lucro eius spirituali dicit Isa. Isai.55. Venite omnes sitiētes ad aquas,& qui non habetis argentū,properate & emite,& comedite. Venite, emite absq; argento, & absq; vlla commutatione vinum & lac. hæc ibi. Venite dico vt super lucretur meritum super bona collata vobis, & bene à vobis dispensata. Vnde Deus Aug. dixit. Veniale habeo, & Aug. quid dñe? Et dñs regnum cœlorum Et Aug. quantum valet? Et dominus tantum valet quantum habes, vt patet in vidua super commēdata à Christo, propter duo era minuta missa in Gazophilatio sup alios diuites. Et in Apostolis & alijs similibus, relictis retibus & naui, & parentibus, dictum est à Christo. Propterea centuplum accipietis,& vitam æternā possidebitis. Dic practice. O quàm magna lucra spiritualia fiunt in hac Christi

Digitized by Google

Bed. sti Ecclesia per doctrinam Sancti Ioannis. Vnde in commendationem eius venerabilis Beda dicit. Si Beatus Ioannes aliqualiter volasset altius, totus mundus eum capere non potuisset. Et de ipso cantatur. Volat auis sine meta, quo nec vates, nec ꝓpheta euolauit altius. Tam implenda quàm impleta, nunquam vidit tot secreta, purus homo purius, &c.

SERMO TRIGESIMVS QVINTVS.

PVLCHERRIMO SERMONE DECLARAT ex visione locustarum Amos Prophetæ; quando orationes nostræ & Sanctorum in patria exaudiuntur et quomodo stabilitas Dei stet cum illius cōminatione, sicut videre est erga Niniuitas.

Amos.7. LEgitur Amos. 7. vbi sententialiter dicitur. Vidit Amos imaginaria visione multitudinē locustarū magnā, Dei potētia surrexisse de terra, vt comederent virentia, & omnes herbas germinatas. Ex quo animaduertens propheta graue flagellum Dei super populum, ex futura inopia, & fame, vt omnes interirent, exclamauit orans, & dicens, Domine Deus propitius esto obsecro. Quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? Quasi diceret, ex tam grauibus flagellis attriti pauci remansimus. Cū autem hoc malum, quod video aduenerit, iam nec semen in nobis remanebit, vt iterum renascamur, & reparemur. Et misertus est Dominus super hoc, ne induceret malum super eos. Postea ex remissione, & gratia collata deteriores effecti, iterum Dominus ostendit sibi in uisione imaginaria aliud grauius futurum flagellum super populum. Videbatur sibi tam magnus ignis accendi, vt non solum petras, sed etiam aquas consumeret. In quo præsignabatur magna pestis vel alia similis tribulatio futura, quæ populum in nihilum & in fauillam redigeret. Quod animaduertens propheta iterum vt prius orat. Replica vt supra, & oratione prophetæ misertus est Dominus. Et quoniam facilitas veniæ quādoq; est incentiua ad malum, in his, qui gratijs abutūtur, iterum deteriores effecti ex remissione sunt, & vidit ꝓpheta tertia visione, quòd Deus sub figura cementarij protegebat ciuitatem sicut cementarius murum liniendo cemento, vt a pluuia, & tempestatibus protegatur, ne corruāt lapides muratis, & in parte in qua cementum cadebat iterum reimplebat cemento. Tandem tantum cadebat cementum ex muro, quòd cementarius proiecit trullam indignatus ex manibus dicens. Per amplius non liniā muros ciuitatis, vt grandi pluuia, & imbribus corruant. Dicit enim textus. Quid tu vides Amos? & ille trullam cementarij. Et Dominus: Ecce ego ponā trullā in medio mei populi Israel. Non adijciam vltra super inducere eum, idest protegere. Et tunc Amos non orauit pro populo vt prius, sed dixit in gladio morietur Hieroboam, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Vide cætera in textu.

¶ Super hanc visionem hoc mane prædicabimus, an sancti orationibus suis sint semper sufficientes impetrare pro populo veniam, Deo minante eis,

eis, vel parante ruinam contra eorum peccata, quia videmus quòd Sanctus Ioannes non potuit coram Deo impetrare, ne septem Ecclesię in Asia minori ab infidelibus totaliter destruātur, cum tamen tantum dilexerit illas Ecclesias, vt ad ipsas mittat Angelo p̄cipiente, quæ sibi sunt osteſa in Apocalipsi de futuris temporibus. Imo & ad instantiam eorum scripsit Euangelium, ad confundendum, & extirpandū Hereticos. Habemus insuper Hier. 7. cap. dictum est, tu autem noli orare pro populo hoc, nec assumes pro eis laudem, & orationes, idest pro eorum redemptione fundendo, & non obsistas mihi, idest effectum iustę vltionis quæ eis inferre intendo non coneris impedire, quia non exaudiam te, ne, scilicet videaris pati repulsam, cum sis tam sanctus coram me. Et idē. 14. cap. & 15. addit. Dixit Domin⁹ ad me si steterit Moyses, & Samuel corā me, nō est anima mea ad populum istum. Et Ezech. 14. Dominus dicit. Terra cum peccauerit interficiam de ea hominem, & iumentū. Et si fuerint tres viri iusti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas, filium autem, & filiā non liberabunt. Et Noe suis orationibus diluuium differre non potuit, & tamē erat iustus coram Domino Gen. 7 Daniel fletibus suis mitigare nequit captiuitatem Iudæorum. Et Iob filios suos, & filias pro quibus quotidie sacrificauit, ab interitu non redemit. In contrarium etiam inuenimus, quòd Deus ad instantiam suorum sanctorū auertit flagella a populo. Exo. 32. & numeri. 20. ad instantiam Moysi frequēter pepercit Dominus populo in deserto. Et in libris regum multotiēs contestatus est Dominum misereri, & auxiliari Iudæ, & Hierusalē propter Dauid seruum suum. 3. Reg. 11. 12. 13. 14. capit. Et Ezech. 22. Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni, & effudi indignationem meā super eos. Hæ enim oppositiones in sacra scriptura valde sunt admirandæ, & non sine magno mysterio considerandę, cū omnes viæ Domini misericordia veritas, & iustitia.

Ad hæc ita respondendū duxi. Primo an sancti in Paradiso orantes pro suis deuotis personis, & populis semper exaudiantur. Secundo an electi, & iusti viri corā Deo in hoc seculo exaudiantur, cum orant pro aliquo vel pro populo. Tertio quòd Dei stabilitas stat cum minatur mala, & non eueniunt, pœnitētia populi subsequente.

Quo ad primum ne morer in quæstionando, quia ego Dominus docens te vtilia, dicimus cum sancto Thoma, & cum cæteris doctoribus in quarto sen. dist. 45. q. 3. art. 1. 2. & 3. Quilibet beatus in patria videt in verbo orationes vocales eis directas, & similiter vident in verbo cogitationes, affectiones, & deuotiones mentales eorum, qui eis afficiuntur. Et ratio eius est. Quilibet beatus omnia ea videt in diuina essentia, quæ pertinent ad suæ beatitudinis perfectionem, sed cognoscere eorum cogitationes, affectiones deuotiones, & voces eis a suis deuotis directas, pertinent ad perfectionem suæ beatitudinis, quia ad ipsorū gloriam pertinet, quòd auxilium indigentibus præbeant ad salutem, sic enim Dei cooperatores efficiuntur, quo nihil est diuinius, vt Dion. dicit. Cel. Hier. Hoc enim non est inordinate velle, vt indigentibus auxilium præbere, quando inuocantur, & possunt illud præbere, ergo beati talia cognoscunt in verbo. Hæc ille sentētialiter. De alijs animabus non beatis quomodo nostra cognoscant, & non cognoscant, vide nostrum sermonem de cognitione animarum post mortem, & S. T. 2. secundæ. art. 4. ad 2. Et de beatis. S. Greg. dicit in 12. moral. In verbo diuino manifestatur illud, quod decet eos cognoscere, de eis quæ circa nos aguntur, etiam quantum ad interiores cordis motus. Maxime autem excellentiam eorum decet, vt cognoscant

Dion. 3. Quilibet beatus videt in verbo Dei orationes vocales, & cognitiones, & affectiones, & deuotiones mētales ad eos directas, in his tū cōformantur diuinæ voluntati in orando p̄ nobis.

scant petitiones ad eos factas, vel voce vel corde. Et ideo petitiones quas ad eos dirigimus, Deo manifestante cognoscunt. Hæc ille. Et hæc cófirmat. S Greg. super illud Iob. 14. siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles non intelligent, dicens. 12. lib. moral. Hoc de animabus sanctis sentiendum non est. Quia quæ intus oipotentis Dei, claritatem vident: nullo modo credendum est, quòd sit foris aliquid, quod ignorent. Et iterum quid est qđ non videant, qui videntem omnia vident. Sed dices Isa. 43. dicitur, pater noster es, & Abrahã nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Vbi Glos. Aug. dicit, quòd mortui, & sancti nesciunt, quid agant viui, etiám eorum filij. Si enim tãti Patriarchæ quid erga populum ab eis procreatum ageretur, ignòrauerunt, quomodo mortui viuorum rebus, atq; actibus cognoscendis adiuuandisq; miscentur? Et 4. Reg. 22. dicitur ad Iosiam regem. Iccirco quia fleuisti coram me, colligam te ad patres tuos, vt non videant oculi tui mala omnia, quæ inducturus sum in locum iustum. Ad Aug. Respondet. S. T. vbi supra ad primum, quòd verbum Augustini est intelligendum cognitione naturali animarum separatarũ, quæ quidem cognitio in sanctis viris non est obtenebrata sicut in peccatoribus, non autem loquitur de cognitione in verbo, quam constat Abraham eo tépore quo hæc Isaia dixit non habuisse, cum ante passionem Christi nullus ad visionem Dei peruenerit. Et per hoc etiam patet ad secundam obiectionem. Sed hic est dubium cum beati non proficiunt nec innouantur in beatitudine, quia statim a principio qđ inspiciunt in verbo, illud semper cognoscũt, quomodo de nouo fiunt eis reuelationes istę, vt orent pro suis deuotis necessitatis? Ad hoc dicit. Dur. 4. sen. vbi supra 45. diu. q. 4. quòd beati orationes nostras tam vocales, quã mortales, cognoscunt non cognitione beata sed reuelatoria, quæ pertinet ad beatitudinem accidentalem. Vnde

Dur.

& cogitationes cordium cognoscunt, quatenus eis a Deo reuelantur diuinitus. Gaetanus autem secunda secundæ. q. 83. art. 4. in Reg. ad secundum dicit, quòd secundum S. Thomam hic, sancti in patria vident omnes orationes nostras tam præsentes quam futuras, statim ipsa verbi beata visione, ꝑpterea, & Ecclesia ad omnes sanctos orat, tamquam cognoscentes nostras orationes statim vt sunt beati, sed solum nesciunt, an hoc expediat quod petitur a suis clientulis, aut quomodo sit implendum, & an Deo hoc placeat, & huiusmodi, sed hoc secũdo modo, discunt scilicet causaliter, & propterea Ecclesia Deum rogat, vt faciat sanctos orare pro nobis dicens, tribue quæsumus. d. omnes sanctos tuos iugiter orare pro nobis. Nam videntes sancti orationes nostras, nesciunt si orandus est Deus simpliciter pro illa petitione. Et idem art. 11. Reg. ad secũdum. Aduerte quòd sancti orantes nesciunt si impetrabunt, sed petunt existimantes id Deo placiturum, & de hoc orando consulunt diuinam maiestaté propter quod diuersi sancti absq; discordia voluntatum, cótraria petunt, quasi contraria proponentes, adunati ad Dei beneplacitũ. Vnde Dan. 10. dicitur, quòd princeps Persarum restituit mihi. Hæc ille. Sed dices. 2. Machab. vlt. Onias mortuus orabat pro populo, qui etiam de Hieremia dixit, qui tũc cum eo apparuerat in somnis Iudæ Machabeo. Hic est fratrum amator, & populi Israel. Hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta Dei Et tamen fuit tũc in limbo sicut Abraham. Respondetur quòd Deus speciali priuilegio in limbo reuelauit eis necessitatem populi sui Israel, vt oraret pro eis, sicut viuétes orabant, sed hoc speciale non est trahendum ad legem communem transeuntium de hac vita. Sed dices si sancti, & beati cognoscunt nostras & mentales, & vocales orationes, & affectiones, an semper ꝓ nobis exaudiatur? & videtur quòd nó vt su-

In limbo patrũ existentes, nisi per speciale reuelaioné nó cognoscũt nr̃as orationes.

vt superius diximus in dubitando. In super si orant, & non exaudiantur vi dentur oratione sua reniti voluntati diuinę, & multa similia possis addere.

D.Tho. Respondet S. T. quòd sancti & beati habent voluntatem suam plenarie cōformem diuinę voluntati etiam in volito, quia quicquid Deus vult etiam ipsi volunt. Ideo quamuis affectum charitatis ad proximum retineant, non tamen eis aliter auxilium ferunt, quàm secundum diuinam iustitiam vident esse dispositum, & tamen credendum est, quòd multum proximos iuuent, pro eis apud Deum intercedendo. Hæc ille ad tertium art. Et ar. 2. ad quintum dicit. Sancti non volūt vel Angeli, nisi quod in diuina voluntate conspiciunt, & ita etiā nihil aliud petunt: nisi quòd in diuina voluntate conspiciunt, nec tamen oratio ex hoc eorum est infructuosa, quia sicut

Aug. Aug. dicit in libro de prædestinatione sanctorum, orationes prædestinatis prosunt, quia forte præordinatū est, vt orationibus intercedentium saluentur. Et ita etiam Deus vult, vt orationibus sanctorum impleatur, illud quod sancti vident eum velle. Hęc

D.Tho. S.Tho. &c. & 2. secundæ. q. 83. art. 11. ad 2. sancti impetrant illud, qđ Deus vult fieri per orationes illorū, & hoc petunt quod extimant eorum orationibus implendum secundum Dei voluntatem. Hæc ille. Et quamuis secreta cordium nemo nouit nisi Deus, qui per seipsum ea nouit, tamen alij ea cognoscere possunt, quatenus eis reuelatur, vel per visionem verbi, vel quocunq; alio modo. Hæc S.T. ad vlt. arg.

Conclusio expræmissis. Dicamus igitur conclusiue, quòd beati qui perfectissimo modo conformantur voluntati diuinæ, & iustitiæ eius etiam in uolito, non solum voluntate antecedente qua vult omnes saluos, sed etiam voluntate cōsequente, quia

Aug. vt dicit Aug. in meditationibus, nec Deus vult nisi quod sancti volūt, nec sancti volūt nisi quod Deus vult, cum ad ipsos, affectiones, & deuotiones nostras, & orationes etiam vocales dirigimus, hoc cognoscunt in verbo Dei, & sicut cognitionem habēt horum ex inspectione verbi Dei, ita etiam habent cognitionem, an sit concedēdum eis, pro quo vellent supplicare. Si inspexerint quòd Deus concessurus sit pro quo & pro quibus desiderant supplicare, & auxilium eis impendere, vt quia ostendit eis & causam pro qua sit eis talia concessurus, vt verbi gratia in donis datis fiant Deo magis grati, & feruentius in donis Deum diligant, & venerentur, vel quia peniten tiam agent, aut agunt, similiter quia eis erit donum gratis datū ad saluté, & similia tu contemplare, tunc semper supplicant, & obtinent, vt superius dixit Augu. Et hoc Greg. confirmat. Deus quæ prædestinauit, & ordinauit concedere secundum suauem suam dispositionem, & prouidentiam ea per debita media, vt sanctorū orationes, & id genus tribuere vult, sicut & semen proiectum in terra per debitas cultiuationes, & pluuias & id genus, dabit fructum centuplum ex se. Si autem in verbo Dei inspiciunt, & vident, exigentibus demeritis eorum pro quibus supplicare cupiunt, quòd ex iustitia diuina merito sint repudiādi, & expellendi supplices eorum a diuina misericordia, & quòd nō sit spes venię ipsorum, vt se conforment diuinæ voluntati, minime tunc supplicāt pro eis Deum. Et tales quandoq; dantur in reprobum sensum, vt Pau. dicit ad Rom. 1. cap. vt sciant ea quæ non cōueniunt, repletos omni iniquitate. Vide capitulum vsq; in finem. vbi concludit, qui talia agunt digni sunt morte. Insuper exponunť quandoq; duplici contritione, & in hac & in alia vita puniendi, vt Pharao, & Herodes. Psalmus duplici contritione contere eos Domine. Vel exponuntur temporalibus flagellis ad tempus, vel totalem interitum secundum dispositionem iustitiæ diuinæ, quæ apud ipsum nota est. Et de hoc habemus exēplum in historia sancti Bartholomæi, quod accidit. 331. anno, vt possis videre in

Quando orant vel non orant beati pro suis supplicibus.

Greg.

Rom. 1.

Exemplũ. re in voragine. Nam Saraceni Siciliæ inuadentes Liparitanam insulam, vbi corpus sancti Bartholomæi quiescebat, vastauerunt, ac eius sepulchrum confringentes ossa eius disperserunt. Cum igitur Saraceni eius ossa dispersissent, illis recedẽtibus apparuit Sanctus Bartholomæus cuidam Monacho dicens. Surge & collige ossa mea, quæ dispersa sunt, cui ille. Qua ratione ossa tua colligere debemus, aut aliquem tibi honorem impendere, cum nos deleri permiseris, nec nobis auxilium impẽderis? Cui ille, per multum temporis Dominus meis meritis huic populo pepercit, sed eorũ nimis peccatis inualescentibus, & vsq; ad cęlũ clamantibus, iam pro eis non potui veniam obtinere. Hæc ibi. Supra hæc habes latum campum prædicandi. Quod si demerita indies ex Dei assidua remissione augentur in deterius, non est confidendum in auxilio Sanctorum, qui non orant pro diffinitiue apud Deum puniendis vt Amos fecit, sicut etiam accidit Ecclesijs septem in Asia minori destructis a Barbaris, & tamen tam dilecti erant a populo acceptissimo & dilectissimo Christi discipulo. Et similiter dicendum est de alijs sanctis, etiam beata Virgine ad supplices suos. Et signum quòd tales a suis sanctis non iuuantur est, quando ex tot remissionib⁹ deteriores fiũt. Tales enim certam, & grauissimam punitionem supra se expectent, & verũ dictum fore in eis contemplentur, gentilis Valerij, qui dicit, lento enim gradu in sui vindictam diuina ira procedit. Tarditatemq; supplicij, grauitate compensat.

¶ Quo ad secundam quæstionem an iusti, & electi Dei in hoc mundo existentes semper exaudiantur, dum orant pro aliquo vel pro populo. Ad hæc breuiter dicendum est, quòd quibus Deus reuelauit omnimodam punitionem supplicum eorum, tunc dicendum est, sicut dictum est de beatis superius pro suis supplicibus, vt conforment se voluntati diuinæ, cessant ab oratione pro talibus, sicut & superius visio Amos ostendit. Quia vidit ex Dei reuelatione in tertia visione, omnino populum puniendum a Deo diffinitiue vsq; ad destructionẽ propter continuata demerita ipsorũ, vt patet. 4. Reg. 15. & 17. vbi perteglat Phalasar, & Rex Assyriorum crudeliter destructi, & captiuati sunt, & in Assyrios transportati captis eorum ciuitatibus, secundum quod superius Amos minatus est eis, quia prædicta visio facta est super Amos pro vltima ruina populi Israel. Vide historias in prædictis capitulis. Et sic fuit reuelatum Hier. vbi supra, ne vllo pacto assumat preces pro populo, exigente eorum impœnitentia, quia gladio, peste & bello conquassabuntur absq; misericordia, vbi supra capitu. 7. 14. & 15. Vide ibi sunt pulchra. De his intelliguntur aliæ similes reuelationes, & dictũ S. Ioannis 1. Io. 5. vbi dicit. Pro peccante ad mortem, non est orãdum. Quod exponit S. T. 2. 2. q. 84. art. 7. ꝙ peccantes ad mortem sunt præsciti. i. qui exigentibus eorum demeritis omnino sunt damnandi, in quibus effectũ non habet nostra oratio vel correctio, ideo si de aliquo constaret, quòd ad mortem peccaret, idest impenitenter omnino, non esset pro eo orandum, sed hoc non cõstat quamdiu viuitur, ideo semper orandum est pro omni peccatore, quamdiu est in hac vita, secundum quod sancta mater Ecclesia orat. Cui in hoc abscondita sunt secreta diuina, & in omnes debet declinare ad Dei misericordiam, qui & latroni in cruce ei conuicianti pepercit, & a Magdalena septem dæmonia eiecit, & prodigum adolescentem reuertentem suscepit, & publicanum iustificauit, & Paulum vas electionis fecit. Potens enim est Dominus, vt dixit S. Io. Baptista Pharisæis, ex istis lapidibus filios Abrahæ suscitare Matth. 3. in signum horum Christus recipiebat publicanos, & prandebat cum illis, dicẽs Iudæis murmurantibus circa hoc. Discite, quid est, misericordiam volo, & non

In hoc ẽt mũdo iusti nõ exaudiunt qñq; a Deo

ꝓ in iust is tamẽ sẽper est hic orandũ ꝓ peccatoribus, nisi diffinitiua Dei iustitia in eos, eis reueletur.

Io. 5.

D. Tho.

non sacrificium. De similibus sunt infinita exempla grauissimorum peccatorum vtriusq; sexus, de quibus nulla spes erat conuersionis ad Deum, & tamen secreto Dei iuditio tacti intrin secus dolore, & contritione admiranda signa suæ probitatis ostenderunt, vt impleretur in eis, quod Paulus dixit. Vbi abundauit peccatum superabundauit,& gratia. Insuper plurimũ consolatorium verbum pro peccatoribus dicit.S. T. 1.sen. dist.48.art 4. ad 2. Quod si cui Deus reuelaret se damnandum fore, quod tamen nõ facit, ne inducat hominem ad disperationem, tamen semper intelligenda esset talis reuelatio non secundum præ scientiam sed cõminatiua,& conditio nalis,idest si non pœnitebit,aut si non perseuerabit in bono. Et hoc ostensum est per exemplum in vitis patrũ, Cuidam ex patribus fuit reuelatum, talem fratrem suum amicum fore dãnandum cuius causa assidue flebat tri stis incedens.Tandem ipso fratre quęrente ab eo causam suæ tristitiæ, & ei eo dicente, reuelationem sibi factam a Deo de sua damnatione,respondit. Pater scio si damnabor iuste damnabor propter mea demerita,ego tamen conabor vitam meã emendare, & Dei misericordiam supra me implorare. Propter quam humiliationem iterum fuit reuelatum eidem patri, ꝙ frater ille saluabitur. Et addit Sanctus Thomas quòd illa positio est quasi impossibilis, quia nulli sua damnatio reuelatur, sicut etiã nec Angelis dicit Augustinus.Hæc ille.

Nulli sua damnatio reuelatur, & si quando hoc fieret, intelligitur fore conditionalis.

¶ Dei enim est hominem inducere ad excitantia eum ad spem eius misericordiæ, & non ad desperationem & obstinationem, & per consequens ex obstinatione, & desperatione ad omnem profluxum vitiorum. Propterea & Chaim fuit a Domino reprobatus, qui dixit ei monenti ad pœnitentiam pro fratricidio, maior est iniquitas mea,quàm vt veniam merear.Et Christus murmurantibus Pharisæis, quia cum peccatoribus manducaret dixit. Discite,quid est misericordiam volo, & non sacrificium, & nolo mortẽ peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat, & in alijs nostris sermonibus multa scripsi, quibus De⁹ incitat nos ad salutem. Quibus autem non est reuelatum quicquam circa supplices suos, dicimus ipsos pro alijs orantes quandoq; non exaudiri, vel propter demerita supplicum, sicut Hieremiæ est dictum,noli orare pro eis in bono, vel quia tam grauia sunt demerita supplicum, vt excedant sanctitatem bonorum pro eis supplicantium. Sicut Noe iustus coram Domino, non potuit sua oratione impedire vel impetrare, ne diluuiũ dissipet, & deleat hominem, cum omnibus quæ sunt super terram. Et Ezech. 22. vt supradictum est in obijciendo. Et quæsiui de de eis virum, qui interponeret sepem &c. & tamen in Hierusalem fuit tunc Hieremias fratrum amator, qui multum orauit pro populo. 2. Mach. 15.& Baruch eius notarius,& alij quidam iusti, in quorum frontibus scribebatur Thau, eo quòd populi mala gemendo deflerent. Aliæ etiam sunt causæ quare hos & non illos exaudit, sed illę sunt Deo notę cuius cuncta opera sunt misericordia, & veritas. Quorum causam Deo per misericordiam concedente, in patria clare cognoscemus,vt dicit August. Scimus tamen quòd ex magna misericordia facit, cum exaudiat iustos suos pro prauis viris exorantes. Quia vt dicitur Tren. 3. cap. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti,quia non defecerũt miserationes eius. Hæc ibi.

Qñq; grauitas peccãtiũ excedit sanctitatẽ bonorũ in supplicatione pro eis.

¶ Propterea & plurimum pertimescenda sunt iudicia Dei ab assidue peccantibus,& sine freno deteriorãtibus, quia ingratitudo desiccat fontem pietatis, & ignoramus terminos diuinæ miserationis. Quia vt Pau. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & lõganimitatis eius contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit,secundum autem duritiam tuam,& impenitẽs cor tuum, the-

Valde sũt ptimescẽda peccatoribus ingratis Dei iudicia.

Rom. 2.

thesaurizas tibi iram in die irę, & reuelationis iusti iudicij Dei, quia reddet vnicuiq; secundũ opera eius. His quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorẽ, & incorruptionem quærentibus vitam æternam. His autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia, in omnem animam hominis operantis malum. Hæc ibi.

¶ Ad tertiam quęstionem quomodo stabilitas Dei stat cum minatur mala, & parcit. Quia Hiere. 18 dicit. Deus dixit repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locut⁹ sum aduersus eã, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. Et subito loquar de gente & regno, vt edificem, & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, vt nõ audiat vocem meã, pœnitentiam agam super bono quod locutus sum, vt facerem ei, idest promissa non adimplebo. Ad hanc quæstionem respondetur secundũ sacros doctores. Deus dupliciter pronunciat aliquid futurum. Videlicet comminationem malorum & promissionem bonorum. Primo vt est in consilio, ac dispositione æternæ suæ sapientiæ, sic illud infallibiliter euenit, & in talibus Deus nullatenus penitet, in quibus etiam locum habet illud Samuelis. 1. Reg. Porro triumphator in Israel nõ parcet, & plenitudine non flectetur. Neq; enim homo est, vt agat pœnitentiam. Secundo aliquid a Deo prædicitur secundum comparationẽ eius ad causas siue voluntarias siue naturales secundas vel proximas, quæ subiacent mutationi. Taliter igitur prænunciata non semper eueniunt, quia causæ mutantur. Nec tamen Deus mentitur, quia non absolute sed conditionaliter intelligenda est prænunciatio talis, sicut fuit prænunciatio Isa. super mortem Ezechiæ regis, &

[Qũo stabilitas Dei stat in suis prenũciationibus variatis in effectu.]

Ionę sup subuersionẽ ciuitatis Niniuitę vsq; ad quadraginta dies. Quia secundum secundas causas vere moriebatur Ezechia, quæ mors fuit reuelata Isaiæ. Sed non secundum primã causam, quæ potest pro libito secundas causas a suo effectu cohibere, & secundum humiliationem eius qua merebatur sanari sanabatur. Et Niniuitę secundum demerita peccatorum eorum omnino submergebantur, qđ fuit Ionæ reuelatum, sed secundum primam causam, & pœnitentiam eorum quam Deus præuiderat, saluabantur. Talia igitur pronunciata nõ semper adimplentur, quia causæ secundæ mutantur. Nec tamen Deus mentitur, quia non absolute sed conditionaliter intelligenda est talis prę nunciatio, vt diximus. Sed prophetia vt diximus prædestinationis semper impletur, non autem comminationis. Et Gregorius ait. Deus mutat sententiam, idest quia quandoq; respicit diuersas causas, secundum quas diuersimode eius pronunciatio intelligitur, non autem mutat consilium. Vide de huiusmodi pulchrum capitulũ Hier. 23. vbi & infert. Dicũt hi qui blasphemant me, idest falsi prophetæ. Locutus est Domin⁹. Pax erit vobis, & omnibus qui ambulant in prauitate cordis sui. Dixerunt non veniet malum super nos. Quis enim ex vobis affuit consilio Domini, & vidit & audiuit sermones eius? Quis considerauit verbum illus, & audiuit? Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet. Non reuertetur furor Domini vsq; dum faciat, & vsq; dum compleat cogitationem cordis sui. In nouissimis diebus intelligetis consilium eius. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtiq; eos a via sua mala, & cogitationibus pessimis Hæc ibi, & multa alia prosequitur. Concludamus igitur illud qđ

[Greg.]

dicit

Digitized by Google

dicit quidam expositor super canticum Isa. omne humanum genus præcepta vitæ accepit, & si illa vt tradita sunt ab hominibus seruarentur, & hic in pace duraret res publica, & ad illā vitam incolumis beatéque conscenderet. Sed quoniam nolumus audire Christi prædicatores, sensimus Barbaros vastatores. Quia ergo præcipientem totiens cōtempsimus, ideo aduersarios meruimus, sed si ipsa præsenti necessitate, in qua male incurrimus, faciamus dignos fructus pœnitentiæ orando, dimittendo, eleemosynas faciendo, necessitatibus sanctorum communicando, peregrinos suscipiendo, & caueat vnusquisq; ne admittat detractores alienæ vitę, frenetur lingua, nec ea ipse faciat, quæ in altero culpat, abstineat manus a rapinis, reuocentur pedes a spectaculis, frequenter domus Dei inuocetur, vt propitietur. Si talem viderit in petendo conuersionem: Credite dulcissimi, ꝙ mutabit ipse iudex sententiam suam in puniendo. Hæc ille.

SERMO TRIGESIMVS SEXTVS.

PER SVI IPSIVS COGNITIONEM, TANquam per scalam Iacob, anima ad Dei cognitionem ascendit: quæ via, post determinatam quæstionem de sensuum cognitione, perutilis demonstratur.

Gen. 28. VIdit Iacob dum esset in peregrinatione in somnis scalam a terra vsq; in cœlū ꝓtensam, & Angelos Dei ascendentes, & descēdentes per eam, in capite cuius Dominus innixus erat, alloquens eum. Ego sum Deus Abraham patris tui, & Deꝰ Isaac. Et promisit sibi, & semini suo dare terram promissionis. Et quòd erit custos eius quocunq; pergit, & ꝙ complebit vniuersa sibi promissa. Et euigilans Iacob dixit. Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam, pauensq; quàm terribilis est inquit locus iste. Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cęli.

¶ Hoc mane prædicabimus de maxima virtutū, quia ex ipsa procedunt consecutiue omnes aliæ virtutes, scilicet de cognitione suijpsius, qua venitur ad perfectam (secundum possibilitatem nostram) Dei cognitionem, ꝙ sit causa & finis vltimꝰ noster, &c. preter ipsum sunt transitoria. De hac dicitur Ecclesiastici. 30. miserere animę tuæ placens Deo. Quoniam nullam maiorem potest quis eleemosynam facere, cum charitas a seipso incipiat, q̄ cū suijpsius quis misereatur, vt Deo placeat. Et hoc præcipue fit per recognitione suijpsius, quia Deus secreta sua sapientibus in oculis suis abscondit, & ea reuelat paruulis. Matth. 11. c.

¶ Pro clariori notitia dicendorum secundū philosophos inter alias præeminentias intellectus ad sensus est, ꝙ intellectus est reflexiuus suijpsius, & omnium suarum operationum, quia est totaliter spiritualis, sed sensus cū sint materiales & extensi, nō sunt sui ipsius & suarum actionum reflexiui, ideo intellectus seipsum, & oēs suas actiones potest perfecte cognoscere, non solum quia sunt, sed etiam quid sunt, & a quo procedunt, quoniā omnia hæc possunt sibi cadere sub obiecto Solꝰ intellectus ē reflexius supra seipsū

Digitized by Google

cto intelligibili, sensus autem nec seipsum nec suas actiones possunt cognoscere, nisi tantum quia sunt, vt qa sentiunt, quia non possunt hæc sibi cadere sub suo obiecto sensibili. Vnde magna quæstio est inter expositores philosophos, vt Iandunum, & Gaetanum Atinum, an sensus cognoscant suam sensationem. Quia videtur q sic. Quoniam in tenebris potentia visiua cognoscit se non videre, & in luce cognoscit se videre, & ita dic de alijs sensibus circa sua sensibilia. Hāc quæstionem philosophus in secundo de anima relinquit insolutam, decidendam tamen in libro de sensu, & sensato, vbi nec etiam magni philosophi capiunt veritatem, vt ostendit disceptatio eorum adinuicem. Sed legatis. S. Tho. Vbi soluit hanc difficultatem. Et in hoc omnes philosophi cōueniunt, sensus seipsos non cognoscere, vt sint sibijpsis obiectum sensationis, quia cum sint extensi, non sunt, sicut intellectus totus spiritualis, reflexiui supra se, sed cognoscunt suas operationes, & sensationes, non vt obiectum, sed solum an sint, vel quia sint, vt sensus visus quia videt vel nō videt, quia scilicet hoc cognoscit non vt obiectum, sed quia in eo talis operatio vel sensatio existit Et ex his habetur, cum bruta animalia sensibus viuant in cognoscendo, dicuntur insensata, quia quamuis alia a se per sensus cognoscere possint, & in ipsis delectari, tamen seipsos n on possunt cognoscere perfecte, nisi quasi quia sunt, & quia viuunt. Et in omnia feruntur impetu naturæ, & non discursu aliquo. Et quamuis videantur participare aliqualem prudentiam, vt patet de Araneis telam semper eodem modo texentibus & ordientibus, & sic de alijs animalibus; tamen hoc non faciunt per prudentiam discursiuam, vt homines qui per prudentiam suam respiciunt omnes circunstantias prudentiæ, sed hoc prouenit in eis ex instinctu naturæ, & naturali quadam prudentia directa ab intelligentia, idest Deo non errante. Quia igitur homo per intellectum suum omnia potest cognoscere, vt philosophus dicit. 3. de anima, & a maximo intelligibili non corrumpitur, vt sensus, sed perficitur, & cum sit reflexiuus per intellectū suijpsius & omnium suarum actionum tam intellectualium quām sensibilium, ideo dicamus. Quod solus homo inter animalia seipsum, & oēs suas actiones, & cogitationes, & operationes suorum sensuum potest cognoscere, an sint rectæ vel non rectæ, bonæ vel malæ, iustæ vel iniustę, quia oppositorum est eadem disciplina, & cognitio secundū Philosophum. Et cum sit ita. Animal nostra dum circa seipsam reflectitur incipit considerare an sit dependens ab aliquo vel a nullo, & quia videt, & cognoscit se multis potentialitatibus vestitam, & circunstantem, quia vt dicit Philoso. 1. de anima, inter alias eius potentialitates, & imperfectiones in principio sui est sicut tabula rasa in qua nihil est depictum, peruenit ad hanc cognitionem, q sit a Deo creata sēdm quod & Philosophus dicit. Est de foris adueniens. Quia omne quod est per participationem reducitur ad id quod est per essentiam. Et hic est summus opifex Deus, qui secūdū scripturam. Fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam. Et de hac cognitione dicit Psalm. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Et Paulus dicit, quòd in omni tempore accedentem ad Deum oportet primo credere quòd sit, idest quòd sit causa omnium rerum. Et sic per cognitionem sui cognoscit suum creatorem, à quo est creata. Et cum ingratitudo sit desiccatiua fontis pietatis, conatur suo benefactori, quantum potest vices, & gratias referre, ne dicatur sibi illud Isai. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et circa huiusmodi habes latum campum extendendi te ad gratitudinem beneficiorum Dei, & cautelam ingratitudinis. Et de hac recognitione dicit Hier. Nō glorietur sapiens in sapientia

Marginalia: 1. par. 1. q. de anima. — Soluit per pulchre quęst. quo modo sensus suas operationes cognoscunt. — Aīa nr̄a p reflexionē sui, cognoscit Deum eē sui causam. — Gen. 1. — Psal. 4. — Heb. 11. — Isai. 1. — Hier. 9.

Digitized by Google

tia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me. Quia ego sum Dominus, qui facio misericordiã & iudicium, & iustitiam in terra. Hæc enim placent mihi ait Dominus, scilicet inanem gloriam abijcere, & in propria cognitione fideli gaudere. Nota in hoc q dicit glorietur scire me, scilicet q sim Dominus vniuersorum, & q habeam prouidentiam omnium rerum. Et hoc idem non solum per rationem naturalẽ scire debet, sed etiã nosse per fidem. Quoniam & Apostolus dicit, accedentem ad Deum primũ oportet credere q sit, idest Deus creator vniuersorum, vt hoc quod ratione naturali possis cognoscere, hoc idẽ crede fide, ne, vt plures philosophi, circa huiusmodi diuinam cognitionẽ errare valeas. In eo q dicit. Ego Dominus facio misericordiam, & iudiciũ & iustitiam in terra, ostendit Dei prouidentiam super suam creaturam, maximè hominem, quia pęnitentibus ignoscit, & vniuersis quod merentur tribuit. De hac prouidẽtia addit Paulus vbi supra. Et q iniquirentibus eũ sit remunerator. Et de his etiam Sap. 15. Nosse te Domine consummata iustitia est. Et scire iustitiam & virtutẽ tuam, radix est immortalitatis. Hæc ibi. Postquam igitur anima per suiipsius considerationem peruenit, q Deus sit sua causa, apud seipsam quærit causam talis suæ productionis, vt propter quem finem, vel ad quem finem est creata. Quoniam secundum naturales omne agens per intellectum agit propter finem, & maxime hoc de Deo est dicendum, qui nullam actionem facit sine causa cuncta bene disponentem. Sed aduertendum est secundum quod dicit sanctus Thom. 2. senten. distinct. 2. q. 1. art. 1. omni creaturæ conuenit agere propter desiderium finis rei non habitæ: Quia vnicuiq; creaturæ acquiritur bonum ab alio, quod ex se non habet. Deo autem competit agere propter amorem finis, cuius bonitati nihil addi potest. Ipse enim bonitatem suam perfectè amat & habet. Nam secundum Aug. desiderium est rei non habitæ, amor autem est rei quæ habetur. Et propter hoc vult, quòd bonitas sua multiplicetur in creaturas per modum q eis possibilis est ex sui similitudine. Ex quo proueuit vtilitas creaturæ, in quantum similitudinem diuinæ bonitatis recipit. Vnde & magister sen. vbi supra dicit. Quòd Deus fecit creaturam propter bonitatem suam considerando finem operantis, & propter vtilitatem creaturæ considerando finem operis. Vnde Deus cum non agat propter desiderium finis, sed propter amorem finis, quia ipsemet est sibi finis a se habitus, & amatus, non habet finem extra se quo perficiatur. Ideo & scriptura dicit Prou. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus, vt scilicet suam bonitatem creaturæ communicaret, & ipsam pficeret propter vtilitatem non suam sed creaturæ. Cognito igitur quòd Deus cuncta creauit non propter vtilitatem suam, sed vt bonitatem suam communicaret creaturæ, & quòd anima rationalis sit facta ad imaginem & similitudinem Dei, quia est intellectualis, in qua representatur non solum vestigium sed etiam imago Dei, vt alias deduximus in sermone de assimilatione hominis cum Deo, contemplatur vltimum finem ad quem creata est. Et inspiciens, ac penetrãs quòd sit nobilior omnibus corporalibus creaturis, deducit, quòd finis ei9 vltimus non possit esse aliqua creatura corporea, aut sensitiua cum spiritus sit nobilior omni corpore, & spiritus rationalis sit nobilior omni animanti sensitiuo, quamuis omnia infra hominem constituta, sint ordinata in seruitium hominis, vt eis vtatur sed non abutatur, quia & secundum philosophum 2. de anima. Nos sumus quodammodo finis omnium, & ipsa sunt nobis media ad finem nostrum ordinata, quia & dicit sacra scri-

Heb. 11.

Hier. 9.

Deinde cognoscit deum eẽ sui finem, ex cuius cõsideratione cõuertit se ad virtutes vt infra dicitur.

Prou. 16.

Lib. 1. ser. 4.

Gen. 1. ptura. Dominabimini omnibus animantibus, &c. super terram. Et de omni ligno Paradisi vescimini, scilicet ad necessitatem. Deducit etiam, quòd & si intelligentiæ sint superiores, natura, homini, nihilominus non sunt finis hominis vltimus, sed ipse Deus qui est summum verum, & qui est summũ bonũ quietans intellectum nostrũ, & appetitũ volitiuũ nostrum, quia obiectũ intellectus nostri est verũ in cõi, scilicet quod compræhendit in se omnẽ veritatẽ, & obiectũ voluntatis est bonũ, quod cõpræhendit omne bonũ secundũ Philoso. 3. de anima quæ Angelis nõ cõpetunt, cũ sint & ipse creaturæ imperfectionẽ participantes. Propterea perpulchrè dicit Aug. Aug. fecit Deus hominẽ ad imaginẽ, & similitudinem suam, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amãdo possideret, possidendo frueretur. Ber. Et Bernard. in meditationibus O anima Dei insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redempta sanguine, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, hęres bonitatis, rationis particeps, quid tibi cum carne, vnde tanta mala pateris? Hic practicè dic quàm magna hominis miseri sit stultitia, qui se tẽporalibus abutendis exponit, & facit, vt quæ sunt sibi data, & ordinata vt serui Domino sint, sibi econuerso Domini, & ipse fiat seruus eorum in sui Psal. 48. æternam damnationem. Et cum sit in tanto honore constitutus a Deo, comparetur iumentis insipientibus, & similis fiat illis. Etenim quo fine data est nobis creatura infra nobis constituta, eo fine ea vtendum est, non ad Aug. enc. voluptatem sed ad necessitatem. Et breuiter S. August. contemplans hominis nobilitatem in suo manuali. 21. capitulo. Dicebat. Cor humanum in desiderio æternitatis non fixum, nunquam stabile potest esse, sed omni volubilitate volubilius, de alio in aliud transit, quærens requiem vbi non est. In his autem caducis, & transitorijs, in quibus eius affectus captiuus tenetur, veram requiem inuenire non valet. Quoniam tantæ est dignitatis, vt nullum bonum præter summum bonum ei sufficere possit, & tantæ est liberalitatis, vt in aliqđ vitiũ cogi non possit. Hæc ille. Ex his S. Bernardi, & S. Augu dictis constat etiã formalis, & materialis causã ipsius tã nobilis nobiliterq; a Deo dotatæ aĩæ humanæ. Et postquam anima cognouit per sui perfectam reflexionem, & considerationem tantam sui nobilitatem, & quòd Deus sit vltimus finis eius, qui ab ipsa virtutibus sit consequendus, & vitijs amittendus, conuertit se ad virtutes, & conatur ornare se, & depingere omnium virtutum picturis, vt ei complaceat, qui eam tantam dilexit, & ex dilectione tam nobilem constituit, vt vltimate ei seipsum fruendum donaret, secundum quod ait Apostolus facie ad faciem. 1. Cor. 13. Et breuiter tunc cum omnibus suis virtutibus, & potentijs exit in obsequium Dei, qui omnia subiecit pedibus eius, quatenus ipsa fiat ei subiecta in virtutibus suis. Quia vt Ecclesiast. vltimo cap. dicit. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua. Hoc est omnis homo, idest ad hæc duo omnis homo, dum est in hac vita, est a Deo ordinatus. De vtilitate cognitionis animæ, non solum ex sacra theologia clarius habemus documenta, sed etiã Philosophus. 9. Ethicorum dicit, optimum bonum est intellectus, & cognitio sui, quia vtilis est scientia de anima etiam ad omnem aliam virtutem. Et Ricard. in quolibet. Necessaria est hæc scientia, tum propter vitiorum cessationem, & emendationem, vt Bernardus dicit super Cant. Quanto magis cognoscit homo originem animæ suæ, tanto magis verebitur animam habere degenerem. Hic practica, quia propter voluptates in porcum se conuertit, qui immunditijs delectatur; in asinum pigritia vitæ, in canem rabidum ira, &

indignatione in lupum, ingluuia, in vrsum crudelitate, in leonem tyranni de; in vulpem malitia; in equos, & mulos sua effrenata vita; & ita de alijs vitijs practica propter quæ animalibus assimilantur. Tum est vtilis propter delectationem, quia vt ait Philosophus. 1. de regimi. principum, cognitio alicuius est causa amoris illius, quia inuisa, vt August. dicit. Possumus diligere, incognita autem nequaquam. Vnde quanto anima maiorem habet cognitionem suijpsius, tanto ad se & ad Deum habebit maiorem amorem, & per consequens erit magis solicita in operationibus bonis sibi ad salutem necessarijs. Propterea bene dicit Bernardus in libr. de consideratione sui ad Eugenium. Noueris licet omnia mysteria, lata terræ, alta cęli, profunda maris, si te nescieris, similis eris edificanti sine fundamento, ruinam faciens non structurã. Iterum stude super omnia teipsum cognoscere. O quàm pulchrum est videre ornatam domum, pulchrisq; figuris depictam. Et quàm horridum est videre, & inspicere immundam, & immunditijs obductam, & ita die prãctice per similitudinem ad animam, de cuius pulchritudine in Canticis sponsus dicit. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. Dicit bis tu pulchra es, quia intus in anima per amorem Dei & extra per bonam exemplaritatem ad proximum, oculi tui columbarum, quia clari in Dei, & tuijpsius contemplationem. Concludamus igitur, quòd cognitio suijpsius est maxima virtutum, quia hominem facit Deum supra se cognoscere, vt primã sui causam, & vltimum finẽ, qui Dei timore, amore, & obseruantia mandatorum eius conquiritur. Et propterea hic conatur omnibus viribus non abuti temporalibus, sed sic transire per ea, vt non amittat æterna. Nam & Macrobius in lib. de somno Scipionis dicit. Delfici vox hæc fuit oraculi consulenti ad beatitudinem quo itinere perueniri possit, si te inquit noueris. Etenim omnes qui Deo placuerunt per hanc viam sibi placuerunt. Et qui ab hac via deuiauerunt, perierunt. Nam primi parentes nostri ex sui inconsideratione per superbiam amissis donis innocentiæ, expulsi sunt a Paradisi delitijs, vt per vnũ hominem mors intraret in orbem terrarũ. Et eodẽ modo perijt & Chaim auarus & fratricida, dum Deo obtulit sacrificium de fructibus terræ corrosis, in quibus denotabatur ingratitudo ad Deum suum, & conuersio ad creaturam omisso Deo. Sic & mundus in diluuio perijt corrumpens totam terram suis pessimis vitijs, quia filij Dei filias hominum acceperunt, .i. suam nobilitatem, qua erant dilecti Dei, in filias hominum. i. in lasciuias conuerterunt Deo derelicto. Idẽ de edificantibus turrim Babilonicam propter sui elationẽ, vt a Deo non atti ngerentur, propter qđ confusi sunt, & abominabiles facti sunt. Et breuiter de his est plena tota scriptura. Nã sui inconsideratio elationem, & superbiã causat, qua se plusq̃ sit, extimat. Quã bene dicit fasciculus temporũ. Qui se sapientissimũ existimat, est stultissim⁹ quia in eo ꝙ se sapientem dicit, non vult ab alijs edoceri, qui autem sensit se defectuosum, nec de se tantùm existimat, quin sit, ꝙ possit deficere, dicit cum Aug. Ego senex, & Episcopus velle edoceri a puero. Et propterea dicit Christus. Cum omnia feceritis, quæ præcepta sunt vobis, dicite, quia serui inutiles sumus, fecimus qđ debuimus facere. Et nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cœlorum, & qui sit maior inter vos, fit minister vester, quia qui se humiliauerit, exaltabitur. Hoc considerans S. Greg. dicebat. Nemini sicut mihi extimo ingemiscendum, quia neminem sicut me peccasse perpẽdo. Et S. Hier. tanquam esset sentina vitiorum. Siue bibo, siue comedo, siue quid aliud facio, semp sonat in aurib⁹ meis illa vox terribilis. Surgite mortui, venite ad iudi-

Quã pulchrũ est videre animæ pulchritudinem ex virtutibus.

Cant. 1.

Conclusio exprẽmissis, ꝙ cognitio sui ipsius sit maxima virtutũ.

Gen. 3. Rom. 5. Gen. 4. Gen. 6. Gen. 11. Luc. 17. Matth. 18.

iudicium. Et S. Frăciscus dicebat se omnium peccatorum maximū. Et S. Thomas Aquinas tam purus quæsiuit a suo socio apparēte sibi post mortem, qd de me? practica. Deinde de Dauid humiliatione per oēs Psal. Et 2. Reg. 12. Quando ad comminationem prophetæ Nathan, dixit, peccaui. Et propheta, & Dn̄s transtulit a te peccatū. Et dic de eius pœnitentia. & recognitione Ps. 2. Pœnitentialium vsq; in finem. Dic de Achab humiliatione propter comminationem prophetæ Heliæ ex parte Dei, quia Deus videns humiliationem suam sibi pepercit. Et de pęnitentia, & contritione Ezechię contra cōminationē Isa. prophetæ, vt Deus adderet sibi annos. 15. de vita. Et lege vlt. Admiratiuā humiliationē regis Manasses in carceribus in oratione facta ad Deum, & mutatione vitæ eius, vt mereretur restitui in regnū. Et de recognitione Marię Mag. in sui reuersione ad Deū, de qua ꝓpulchrè S. Greg. contēplatur. Vide nostrā cōcionē sup Euang. eius in Quadrag. Hoc idem factū est in Petro negāte Christum, vt exiret foras atrium amare flens. Idem in latrone ostensum est in cruce, dum dixit socio Christum blasphemanti. Nos factis digna recipimus, hic autem quid fecit? Et conuersus ad Christum dixit. Memento mei Domine &c. Sic & prodigus, ac publicanus, dicentes ꝓpitius esto mihi peccatori. Sic & Zachęus quia omnia male ablata in quadruplum restituit, & deinde dimidium bonorum suorum dedit pauperibus, sic & Carpentarius ęquatus in meritis Antonio, quia de mane & de sero in oratione sua cordialiter, & humiliter dicebat. Omnes merentur paradisum propter bona opera, ego autem mereor infernum propter mea mala opera. Et dictum est sancto Antonio videnti in visione tot Diaboli laqueos extentos, & proclamāti, o quis hos laqueos euadere possit, sola humilitas Antoni.

2. Reg. 12. 3. Reg. 21. 4. Reg. 20. 2. Para. 36. Luc. 7. Luc. 22. Luc. 23. Luc. 15. & 18. Luc. 19.

Expositio figuralis.

ET hæc ostensa sunt moraliter in visione recitata superius. Sācti Iacob Patriarchæ. Dum sumus in peregrinatione in hoc mundo a Domino peregrinamur vt dicit Paulus. Et scala erigenda est nobis a terra in cęlum per considerationem suiipsius, quia ꝑ hos gradus ascenditur ad Dei altitudinē. Paulus per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur. Et tot gradus habes ascendendi, & proficiēdi in Deū quot recognitionis actus tuiipsius habes vt superius diximus. Et tunc verè habes per hanc scalam Angelos ascendentes in cęlum, & deferentes illuc coram merita humiliationis tuæ. Et descendētes ad te, quia dixit Christus patri in sua oratione Matthæi. 11. Cōfiteor tibi pater cęli, & terræ, qa hęc abscondisti a sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater quia sic fuit placitū ante te. Et iterū scriptura. Sēper humilium, & mansuetorū placuit tibi oratio. Talibus eñ mirabilia testimonia Dei reuelantur. Non cognoui literarum, introibo in potentias Dn̄i. Et vere hic ꝓmisit Deus dare & semini eorum. i. virtutibus seminatis, & ꝓductis per recognitionem, & humiliationem eorum, terram promissionis fluentē lacte, & melle. Et breuiter omni bono. Quia dicit Paulus. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ Deus præparauit diligentibus se. Moralitates de recognitione suiipsius vide in nostra cōcione super Euangeliū in quarta Dominica in Aduentu. Et vere Dominus est in loco isto humiliationis, quia in pace factus est locus eius, dicit Psalm. Et ego nesciebam, quia in superbia, & sui extimatione homo nescit, quid sit bonum & verum, quoniam palato nō sano pœna est panis, & oculis ęgris odiosa est lux, quæ puris est amabilis. Et vere hæc est porta cęli, quia Christus dixit, nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cęlorum.

2. Cor. 5. Rom. 1. Iudith. 9. Psal. 70.

Digitized by Google

SERMO TRIGESIMVS SEPTIMVS.

DECLARANDO HISTORIAM EXALTATIOnis Mardochei, versatur vt plurimum circa Dei prouidentiam, qua cuncta suauiter disponit, & circa librum vitæ, ac mortis: ostenditq; sanctos Christi in hoc seculo male affectos, in cęlesti gloria exaltandos.

Hester.6. DVM Rex Assuerus duceret noctem insomné, iussit sibi afferri historias, & annalia priorũ temporum. Et ibi inter alia lecta fuit magna fidelitas in regem Mardochęi Hebræi, quia insidias duorum eunuchorum in regem iugulandũ regi reuelauit. Et rex interrogauit seruos sibi astantes, an propter hanc fidelitatem Mardochæus fuerit remuneratus? Cui responderunt. Nullam vnquam remunerationem ꝓ tali suo benemerito habuit. Quibus rex. Quis est in atrio? Responderũt. Aman princeps. Et Rex. Vocate eum ad me. Quo adueniente, dixit ei Rex. Quid debet fieri viro, quem Rex honorare desiderat? Respondit. Homo quem Rex honorare cupit, debet indui vestibus regijs, & imponi super equũ qui de sella regis est, & accipere regium Diadema super caput suum, & primus de regijs principibus, ac tyrannis teneat equum suum. Et per plateam ciuitatis clamet incedens, & dicat. Sic honorabitur, quemcunq; Rex voluerit honorare. Dixitq; ei Rex festina & sumpta stola & equo fac vt locutꝰ es Mardochæo Iudæo, q̃ sedet ante fores palatij. Caue ne quidquam de his quæ locutus es, prætermittas. Tulit itaque Aman stolam & equum, indutoque Mardochæo, per plateam ciuitatis imposito in equo præcedebat atq; clamabat. Hoc honore dignus est, qué cunque Rex voluerit honorare. Hæc ibi.

¶ Hoc mane ad laudem summi Dei & honorem præsentis Sancti, & auditorum consolationem exponemus recitatam historiam moraliter, applicando eam ad præsentem solemnitatem, in qua tria continentur.

¶ Primo quomodo Deus quãdoq; dicitur dormire & quandoq; vigilare, supra illud, dum Rex Assuerus duceret noctem insomnem. Secundo de libris vitæ, & mortis, supra illud, fecit sibi afferri historias, & libros annales priorum temporum. Tertio de præsentis Sancti humilitate vel contemptu in hoc mundo, & honore sibi dato a Deo propter suam fidelitatem, & cõstantiam circa Dei honorem. Cum confusione, & supplantatione aduersariorum. Et hoc notatur in Mardochęo, prius humiliato, & tribulato ad mortem, sed postea cum confusione sui aduersarij a rege admirabili honore exaltato.

¶ Quo ad primum. Quomodo Deꝰ quandoq; dormire dicitur, quandoq; vigilare? Vbi prænotandũ est. Aliqui antiquorũ philosophorũ videntes in his inferioribus, etiam in actibus humanis tantam dissonantiã, & variabilitaté, ac oppositiones, dixerunt, Deũ non habere prouidentiã horum inferiorum ita dissonantium. In persona quorũ dicitur Iob. 22. circa cardines De Dei ꝓuidétia, & suaui eius dispositione discurritur.

Digitized by Google

cęli perambulat, & nostra non considerat. Et multas similes auctoritates in sacra scriptura, maxime in libro Ecclesiastes in persona stultorum loquétium habes. Et adhuc hęretici pessimi Manichęi in deterius prolapsi sũt, vt propter prædictam in mundo dissonantiam dicerent, duo esse rerum principia. Vnum est incorruptibiliũ, & est Deus, qui vt bonus bona fecit, aliud principium corruptibilium, dęmon. Qui cum sit malus, ab eo hæc mala producta sunt, non aduertentes ad scripturam. Vbi postquam Deus cuncta complete creauerat dicitur. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et hoc in ordine ad perfectionem totius vniuersi, cuius pulchritudo, & nobilitas consistit in varietate. & pluralitate. Sed de quolibet singulariter certo, & producto dicit. Vidit De⁹ quod esset bonum, scilicet in se, licet cũ aliqua imperfectione cóparatum ad aliud, cui potest esse nociuum. Quoniam & secundum philosophum 1. de gen. Generatio vnius est corruptio alterius. Et corruptio vnius est generatio alterius. Et in actibus humanis Deus ex malo elicit bobum. Quoniam & persecutio tyrannorum est martirum corona, & ad patientiam exercitiũ. Et Apostolus Paulus, vbi abundauit delictum superabundauit & gratia. Ex Herodis crudelitate, & persecutione in Christũ, Ecclesia tot innocentibus pro Christi nomine occisis, est decorata. Iudæ traditio nostram redemptionem accelerauit. Christi mors salus nostra est. Et ita practica de alijs similibus, quia habes latum campum practicádi Nec tempus conteram in reprobando hos errores, cum tota sacra scriptura eos clarissime reprobat, solum pro consolatione meorum auditorum ad propositum reprobationis horum adduco, id quod sapiens, dicit. Sapientia attingit a fine vsq; ad finem, & disponit omnia suauiter. In quibus verbis osté dit cuncta creata, & conseruata fore a Deo, & quòd Deus habeat suauem ꝓuidentiam omnium rerum. Dicit ergo sapientia fortiter attingit. Nam tactus est duplex secundum philosophũ 4. Phi. Est tactus mollis qui est corporum adinuicé per superficié suã, est tactus virtualis, qui per excellentiã conuenit a gentibus spiritualibus, vt Deo & Angelis qui sunt puri spiritus. Dicit ergo sapiétia diuina, in qua, vt ibidem dicitur, sunt cuncta creata, attingit. i. tangit penetrando cuncta virtute sua fortiter, primo per creationé, secundo per cõseruationem. Quid. n. forti⁹ hoc tactu? Quia vt dicit S Gregor. si manus Dei non contineret omnia, cuncta in nihilum redigerentur. Addit a fine vsq; ad finé fortiter. Nã est finis duplex creaturarum. Vnus simpliciter dictus, & hic est Dęus, qa cuncta propter semetipsum operatus est, vt Pro. dicitur. Alias finis respectiuus, qui conuenit creaturis, vt quę est perfectior, sit finis minus perfectarum. Quoniam & secundum philoso. 2. de anima, imperfectiora sunt propter perfectiora. Vt plantę, propter animalia, & ipsa propter hominé. Et ideo bene dicit philosophus ibidem. Nos sumus quodãmodo finis omniũ. Et qa homo Angelis est imperfectior, ideo Angeli sunt finis hominum. Et adinuicem primus Angelus est finis inferiorũ sibi. Insuper terra vel centrũ terræ, quia sunt vltima in elementis, ideo merito etiam centrũ terræ, finis dicitur in executione. Quoniam & secundũ philosophũ, quod est primũ in intétione, est vltimum in executione. Bene ergo dicit sapientia Dei. Quod a fine. i. a primo Angelo qui est finis omnium infra se inferiorũ, vsq; ad finem. i. vsq; ad terram, & centrũ terræ cũ suis elementis produxit cuncta. Et omnia fortiter penetrans sua virtute tangit, & conseruat. Et his conformiter. Arist. dicit. 2. Phi. dicés, quicquid est cã causæ, est causa causanti. Vñ & vulgariter dicit. Qui causã dam. dat, damnum dedisse videtur. Exéplariter baculus mouet lapidé, & man⁹ mouet baculũ, ergo manus mouet lapidé. Ita intel-

Margin notes: Gen. 1. — Sap. 8. — Tactus duplex. — Finis dup. — Prou. 10. — Exemplũ.

intelligentiæ motrices cum cęlis mo-
tis multa inferiora producunt. Et qa
Deus creauit intelligentias motrices
& cęlum cū tali motu, ergo Deus cun-
cta quę per intelligentias motrices, &
cęlos motos producuntur, producit.
Et de influxu, & conseruatione rerum
adinuicem dicit liber de causis. Magis
prima causa influit in effectum quam
secunda causa. Et quāuis sol, & homo
generat hominē, & sol, & planta plan
tam, tamē sol plus influit in effectū q̄
homo vel planta. Et ita dicas de Deo
addito ad solis influxum. Quia sicut
nec inferiores causæ influunt quidq̄
in effectū suum sine solis influxu, ita
nec sol quidquā influit in aliquod si-
ne Dei influxu. Et philosoph. in lib. de
generatione dicit, omne quod est per
participationē, vt sunt omnes creatu
ræ, reducuntur ad id quod est per es-
sentiam, vt ad Deum, qui solus habet
esse imparticipatū, & per essentiā. Vt
merito philosophus concludit secun
do Metha. A maxima entitate omnis
est entitas, & a maxima veritate om-
nis veritas. Quomodo autē etiā Deus
suauiter sua prouidētia, & ordine di
sponat omnē creaturā, vt dicit hic sa
pientia, accipe dictū philosophi dicē
tis, species rerū sunt sicut numeri, ad
inuicē mirabili ordine, & armonia or
dinati, vt quilibet sit sua sorte, & ordi
ne cōtentus. Et ita suauiter Deus cun
ctis suā perfectionē dedit secūdū pro-
prietatē naturę suæ, vt perfectio vni
uersi ad plenū cōseruetur ex varieta-
te specierū, & induiduorū sub ipsis
cōtentorū, imponēs cunctis rebus no-
mina scd̄m ꝓprietatē ipsorū, modo
quo Adā primus homo imposuit no-
mina cūctis aiantibus terræ vniuersis
volatilibus cęli, & oībus bestijs terræ,
Gen.2. q̄ adduxit Deus ei. In quo clare osten
dit Dei prouidentia suauis circa oēm
creaturā. Nā nō solū ex sacra scriptu-
Sap.7. ra. Vocamus Deū artificē oium, quia
docuit me omnium artifex sapientia,
sed etiā philosophi dicūt Deū esse sa-
piētissimū artificē, ad quē spectat sci
re virtutē omniū causarū secūdarū p
ipsum productarū, & p cōsequens om
nes effectus quos secundę causæ, ꝓdu
cere possunt, sicut & medicus cōficiēs
medicinā scit quos effect⁹ habeat cau
sare, aliter insipiens esset medicus, &
causa mortis & non vitę in dando me
dicinas infirmis. Bene igitur dicit sa-
pientia. Et omnia suauiter disponit.
De hac prouidentia suaui Dei dicit
Sap. Omnibus mobilibus mobilior Sap.7.
est sapientia, quia scilicet virtus diui
na illico attingit quo vult absq; vllo
impedimento, ideo addit attingit au-
tem vbiq; propter suam munditiam,
quia scilicet Deus a nullo mendicat
suam virtutem, sed ipse omnibus eam
distribuit pro necessitate, & vtilitate
secundū exigentiam. Et maxime Dei
mundissima virtus, & sapientia in prę
sidentibus ostenditur, quia de ipsis di
cit, per me reges regnant, & iusta iu-
ditia decernunt. Et Prou. Multi requi Prou.29.
runt faciem principis, a Domino au-
tem egreditur iudicium singulorum.
Insuper Dei mundissima virtus & ꝓ-
uidentia, ac sapientia ostenditur in di
spositione bellorum. Non est sapien- Prou.21.
tia non est prudentia, non est consiliū
contra Dominum. Equus paratur ad
diem belli, Dominus autem salutem
tribuit. Vide etiam histo.2. Parali.25.
Regis Amasiæ præparantis se ad præ
lium contra Edom, & in auxilium suū
mercede conducentis de Israel cētum
milia robustorum. Venit autē homo
Dei ad illū & ait. O rex ne egrediat̄ te
cū exercitus Israel. Nō est.n. Dn̄s cum
illis & cunctis filijs Effraim. Quod si
putas in robore exercitus bella consi-
stere, superari te faciet Deus ab hosti
bus. Dei quippe est, & adiuuare, & in
fugā conuertere. Et breuiter. Psal. di- Psal.13.
cit. Super omnes filios hominū Dn̄s
prospexit de cęlo sancto suo .i. quasi
stans citra gelosiā vel cancellos, ex qua
cunctos ꝓspicit, & ipse a nemine vide
tur, vt videat si est intelligens, aut re-
quirens Deū. Et ecce oēs inutiles facti
sunt, non est q faciat bonū, nō est vsq;
ad vnū, quia.s. omnes declinauerunt
a semitis suis Reuertentes igit̄ ad no-

strum propositum dicimus secundum sacram scripturam, quòd Deus dicitur quandoque dormire, sed cor eius semper vigilat. Dicit enim propheta ex parte Dei. Ego dormio, & cor meũ vigilat. Inuenio enim ex sacra scriptura, quòd Deus dicitur quandoq; dormire metaphorice propter tolerantiam, qua tolerat & non punit praua facta hominum statim perpetrata, sed dilatat per prolixa tempora, vt quandoque vulgariter homines indeuoti dicant, dum peccata augentur, & non puniuntur, videtur quòd Deus dormiat. Et hanc dormitionem, dum non statim flagellat errata, sed in prolixũ tempus protrahit, vsque ad quartam generationem dicens. Ego Dominus fortis & zelotes visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartã generationem. Experientia enim edocemur, prauorum domus in cadentia sũt saltem in quarta generatione. Sed quandoque punit monarchias, & regna ac ciuitates, & tunc & in prolixiora tempora eius ira per accumulationem malorum distenditur Hoc experientia videmus in prolixiori defectu regni diaboli, vt gentilium tyrannorum, quorum monarchiæ & regna in prolixius tempus secreto Dei, sed iusto perdurant iudicio. De his etiam est plena sacra scriptura, sed vnum dictum adducam satis clarum. Dũ Deus propter instantiam orationis Moysi pro populo adorãte vitulum aureum diabolico opere factum, eis parceret, addit tamen. Ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum. Vbi dicunt aliqui expositores. Quia non habemus ex sacra scriptura, quando hæc visitatio vltionis fuerit, tamẽ conuenientius est dicere, propter assiduam accumulationem suorum facinorum, Deus diem huius vltionis protraxit vsque ad captiuitatem Babylonicam, & deinde totaliter exterminauit eos per Titum & Vespasianum, vt Daniel prædixit, & Christus eis prænunciauit in die Palmarum. Et quamuis ita prolongat iram suam punitiuam, nihilominus semper est vigilãs, vt dixit Hiere. Et factum est Verbum Domini ad me dicens. Quid tu vides Hiere. Et dixit virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad me. Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud, idest siue citius siue prolixius adueniet. Quoniã cum non tam cito aduenit iusto Dei, sed secreto iuditio, scitote quoniam olla super ignem iræ Dei posita, lasciuiæ & concupiscentiarum plena, adhuc non feruescit, sed cum tãtus ignis accreuerit, vt accidit in diluuio sub Noe tũc chataractæ cœli iræ Dei aperientur. Et sufflabunt venti persecutionum & extirpationũ ex omni parte, vt olla extra ebulliat, & quodcunque corpus tetigerit spansio eius, vsque ad ossa decorticabit. Et hoc est quod ibidem Hierem. addit. Quid tu vides Hier. Et dixit ollam succensam ego video. Et faciem eius à facie Aquilonis. Et Dominus ad me, ab Aquilone, pandetur malum super omnes habitatores terræ. Vide si vis reliquum capituli. Vnusquisque ergo attendat & cautus sit & timeat, quoniam hoc exigit iustitia, vt nullum peccatum sit impunitum. Et quanto grauiora peccata regnant passim absque punitione tanto grauior pœna & extirpatio est expectãda. Quia vt bene Valerius gentilis dicit. Lento enim gradu ira Dei in sui vindictã procedit, tarditatemque supplicij grauitate compensat. Et ideo accipiendum est consilium Heliæ ad Achab dicentis. Fuge & ascende currum, ne grauis pluuia occupet te. Quandoque vigilat, dum statim, vel quasi illico errata commissa punit. Et hoc cum facit, semper misericorditer circa talem punitum agit, dum Deus vt dicitur Prouerbiorum tertio capi. quem diligit, corrigit, & castigat, & tamquam pater in filio complacet in eo. O beatus est ille quem sic ex misericordia castigat. De hac paterna castigatione Sanctus Paulus ad Heb. duodecimo cap. scribit dicens. Fili mi noli negligere disciplinam Domini, neque

Exo. 20. & 34. & Hierem. 32.

Exod. 32.

Dan. 9.

Hierem. 1.

3 Reg. 18.

Digitized by Google

que fatigeris, dũ argueris ab eo, quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnẽ filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filijs, vobis offert se Deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quòd si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filij estis. Et paulo post, omnis autem disciplina, in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed meroris, postea autem fructum paccacissimum exercitatis per eã reddet iustitiæ. hęc ille. Etiam vigilat, cum beneficia donat, & influit tam temporalia, quàm spiritualia, vt de pinguedine terræ & de rore cœli sit benedictio tua. Practica de hoc, quia habes latum campum. Sed hic plurimum cauenda est ingratitudo erga Dei beneficia, quæ desiccat fontem pietatis, ne impinguatus dilatatus recalcitres, sicut fecit Ozia Rex Iuda, quem Deus omnibus bonis impinguauerat, & ille impinguatus ad tãtam elationem deuenit, vt etiam sacerdotale officiũ vsurpare præsumpserit. Quem Deus volentem incensum modo sacerdotali Deo offerre, percussit lepra à capite vsque ad pedes, vt inde turpiter vt immundus extra consortium propelleretur, vbi extra consortium hominum secundum Dei mãdatum de leprosis, & mortuus est. Paralip. Et allatæ sunt sibi historię & annalia priorum temporum. Quid enim per has historias & annalia priorum temporũ, quàm libri vitę in quibus conscribuntur electi, & prædestinati in militia Christi pro præmio vitæ æternæ? Et libri in quibus conscribuntur modi & ars militandi pro pręmio vitæ æternæ? Et libri in quibus conscribuntur cuncta opera bona militum horũ in Ecclesia militanti? Omnes hij libri in scriptura vocantur libri vitę, quia omnes finaliter ordinati sunt ad præmiandum in vita æterna milites fideles in Ecclesia militante. Nam sanctus Iob dicit. Vita hominis est militia super terram. Militia dico spiritualis, quia mũdus, caro, dę-

2.Para.26.

Secunda pars historiæ de libris vitæ, & mortis ppulchra declaratio

Iob.7.

monia diuersa mouent prælia. Et incursu tot phantasmatũ turbatur omne sabbatum. Quibus maxime est resistendum fide, vt dicit Petrus, & spe, vt Psalmus dicit. Quoniam tu es domine spes mea, & altissimum posuisti refugium tuum, & iterum: Conserua me Domine quoniam speraui in te. Et iterũ: Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos, idest, cum perseuerantia, quia qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et sicut in electione militari tria exiguntur, ita & in militia spirituali similitudinarie tria concurrunt. Primo in militia temporali est dux, cuius est eligere milites fideles, quorum nomina & virtutes ipse nouit tenaci memoria. Vnde legitur de Capitanio quodam Iulio Cæsare, quòd omnes milites nomine proprio vocabat. Et in defectu labilis memoriæ principis per libros fit supplementum in conscribendo tales milites. Secundario sunt libri militaris artis, in quibus conscribuntur modi fideliter decertandi, sicut sunt libri Vegetij, & similes de arte militandi. Tertio est liber in quo conscribuntur fidelia acta & opera militum merito præmianda. Ita per similitudinem est in militia spirituali Ecclesiæ militantis. Est primo Deus ipse elector suorum militum, quorum firmam & perfectam habet notitiam. Et hæc Dei electio cum notitia firma electorum, & prædestinatorum ac vitam æternam, dicitur liber vitæ. De hoc libro vitæ. S. Paulus ad Thim. dicit. Firmum fundamentum Dei stat habens signaculum. Hoc nouit dominus qui sunt eius. Quasi diceret, notitia Dei prędestinatorum est firma, sicut fundamentum habens in se signaculum, quia Dei firma electio electorum, & prædestinatorum est signum, quòd tales firmiter perducẽdi sunt in vitam æternam. Sed qui sunt hij? respondet Apostolus Hoc nouit dominus, qui sunt eius, quia Ioan. dicit. Oues meæ vocem meam audiunt, & cognosco eas, idest per firmam notitiam

1.Petr.5.

Psalm.90

Psalm.15.

Psalm.17.

2.Thim.2.

Ioan.10.

Digitized by Google

tiam pro vita æterna, & ipsę me cognoscunt, scilicet per fidem, & spem, & diligunt per charitatem, & nemo eas rapiet de manibus meis. Secundo est liber artis militiæ spiritualis, scilicet in quo docentur modi certandi in militia spirituali pro vita æterna. Et hij sunt verus & nouum testamētum secundum Glo. qui libri dicuntur vitæ, quia instruunt modum militandi pro vita æterna. De quibus Christus iuueni, & legi perito quærentibus ab eo, quid faciendo vitam æternam possidebo, respondit, serua mandata. De his libris, Moysi est dictum Exod. Fac tibi secundum exemplar monstratum tibi in monte. Et Ioan. Vidi mortuos magnos, & pusillos stantes ante thronum Dei, idest in iudicio resuscitati cum corporibus suis, & præsentati ante tribunal iudicis stabunt. Et aperti sunt libri, idest nouum & vetus testamentum, quia in iudicio cunctis præsentabitur lex diuina tam naturalis pro gentilibus, quàm scripta pro iudæis, quàm lex gratiæ addita his pro christianis, vt quilibet inspiciat, an secundum legem Dei datam ei certauerint, vel in vanitatibus declinauerint, præponentes sibi ipsis legem propriæ voluntatis, despecta vel neglecta diuina, vt cunctis appareat iusta Dei sententia, quia secundum legem iudicat, & nulla præter legem vsurpat amore vel odio, spe vel timore, nec est acceptator personarum. Et est alius liber vitæ, qui dicitur conscientiæ. De quo infra, in quo omnia bona acta electorum conscribentur. Sequitur in Io. Apertus est & alius liber vitæ. Et hic est liber firmæ notitiæ diuinæ electorum, & prædestinatorum. Quia sicut liber est pro succursu memoriæ, ita etiam Dei electio est firma notitia prædestinatorum, qui nouit firmiter qui sunt sui, tanquam essent indelebiliter in libro conscripti. Sequitur & iudicati sunt mortui, ex his quæ erant scripta in eis secundū opera eorum. Et hic est liber conscientiæ factorum vniuscuiusq;, secundū Glo. ibidem, qui dicitur vitæ. Quia in recta conscientia consistit vita spiritualis hominis, de qua Prou. Secura mēs quasi iuge conuiuium. Nam tunc in iudicio aperta erit conscientia propria vnicuiq;, vt cognoscat, & notitiam habeat ex inspectione eius, quasi per reflexionem omnium cogitationum, & factorum suorum. Et non solū sibi ipsi nota erit sed vniuscuiusq; conscientia, quo ad cuncta sua cogitata, & facta, omnibus patebit, tamquā in libro legerētur, vt inde quilibet firmiter, & certissime cognoscat Dei sententiam in iudicio promulgandam, & promulgatā iustissimā fuisse, quòdq; omnia diuina opera iusta, & recta sint & ꝙ ipse non sit acceptator personarum, sed quemlibet iudicat secūdum conscientiam propriam vniuscuiusq; scilicet secundum opera eorum descripta in libro conscientię vniuscuiusq;. Et hanc conscientiam vel hunc librū vitæ conscientiæ appellat Aug. vim diuinam. 20. de ciuitate dicens, liber vitæ est vis quædam diuina, qua fiet, vt cuiq; opera sua bona vel mala in memoriam reducantur. De his plene vide superius nostrum sermonem sub eodem titulo, & figuratiuam interpretationem super apparitionem digitorum scribentium. De libro autem mortis dicit. S. T. Quòd non est consuetum in militia conscribi eos, q repudiantur, sed eos qui eligūtur. Vnde reprobationi non respondet liber mortis sicut prędestinationi liber vitæ. Et quamuis ita sit, tamē possumus methaphoricè fingere librum mortis in quo reprobantur facta reproborū, de quibus dicit Hiere. 17. Domine qui a te recedunt in terra scribātur, idest in inferno per reprobationem, & deiectionem, sicut centrum terræ est vltimum, cui infimus locus datur, vbi & infernus prauorū esse describitur. Et S. Io. Qui non est scriptus in libro vitæ, proiectus est in stagnum. Et Psa. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. De hac prauorum conscientia possumus dicere, & appli-

Matth. 22. Luc. 10. Exo. 25. Apoc. 20. Prou. 15. Dan. 5. 1. pa. q. 24. art. 1. ad 2. Apoc. 21. Psal. 68.

applicare Regis Baldasar visionem. Dan. 5. Qui in conuiuio vidit manum cũ digitis quasi hominis scribentis in pariete contra candelabrum in sala. Mane, Thethel, Phares. Mane, vt est sibi per Danielem interpretatum. Significat numerationem, quia Deus in iudicio numerabit omnia praua cogitata & facta prauorum. Hoc animaduertens Rex Ezechias, à Domino percussus & comminatus cum lachrymis, re- Isai. 38. uoluit se ad parietem, idest, ad conscientiam in qua inspexerat multos suos defectus, & orauit dicens. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Thethel interpretatur ponderatio. Vnde dixit sibi appensus est in statera, & inuentus es minus. Quia tunc Deus ponderabit omnia mala nostra, quo ad omnes circumstantias, vt quo ad personam, modum, locum, & tempus, & bona collata & cætera, dicendo vnicuique, redde rationẽ villicationis tuæ. Iam amplius villicare non poteris. Phares in- Luc. 16. tarpretatur diuisio. Denotat Dei iu- Matth. 25. stitiam, qua malos à bonis separabit, Et dabitur Medis & Persis, quia dicetur eis in iudicio. Discedite à me maledicti in ignem ęternum, paratũ diabolo & Angelis eius, &c. Quæ præcogitans Baldasar immutabatur facies eius, & cogitationes eius eum perturbabant, & collidebantur genua adinuicem, &c. O quid fiet, cum non per visionẽ, sed per realem executionem oculo ad oculum prædicta inspicien- Soph. 1. tur? Scrutabor Hierusalem in lucernis. Practica de his pro libito, habes latum campum practicandi. De hoc Anselmus. O lignum aridũ, securi & igne dignum, quid respondebis in illa die, cum à te quæretur omne cogitatum, & dictum quomodo & in quo loco id factum & cogitatum sit, vbi apparebunt tua peccata nigerrima, & quæ visa sunt tibi vel nulla, vel parua, erũt Hester. 6. grandia? hæc ille. Sequitur. Qui debet Tertia ps fieri viro quem Rex honorare voluehistoriæ. rit. &c. Mardocheus hic Hebræus fuit pro zelo Dei, in magnis tribulationibus & angustijs ab inimico Aman vsque ad mortem persecutus, vt patet in historia libri Hester, semper tamẽ in domino sperans, viriliter pro lege Dei zelauit, & certauit vsque ad mortem. Nam vt Iudith dixit in sua ex- Iudith 8. hortatione ad sacerdotes. Omnes qui Deo placuerunt per multas tribulationes fideles transierunt. Et hoc etiam exemplariter probat de Abraham, Isaac, Iacob. &c. Sic & hic sanctus de quo hodie festum agitur pro zelo Dei in magnis angustis, & tribulationibus vsque ad mortem vitam pertransijt fideliter & constanter, secundum quod de ipso sancta mater Ecclesia cantat. Iste est qui pro lege Dei sui morti se tradidit, non dubitauit mori, ab iniquis interfectus est, in ęternum viuit cũ Christo, agnum secutus est, & accepit palmam. Dic aliqua de vita eius. Sed vt dicit. Psalmus ex parte eius, transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Nam sicut Sanctus Antonius fuit ad honorem suum, expositus à Deo magnis flagellis per dęmones verberari, vt post flagella Christo apparenti dixerit, vbi eras bone Iesu, vt me adiuuares in flagellis, vbi eras? Quare à principio non affuisti, vt me iuuares, & vulnera mea sanares, cui Dominus. Antoni hic aderam, sed expectabam videre certamẽ tuum, nunc autem quia viriliter decertasti, in toto orbe faciam te nominari, ita hic sanctus, qui sua constantia, zelo Dei vestitus, confudit suos aduersarios & tortores, sicut legitur in historia Sancti Vincentij martyris. Sed in his omnibus immotus permanens, & erectis in cœlum luminibus orans vicit, vt diceret Datianus, victi sumus. In figura huius Mardochæus interpretatur amare conterens impudentem. Nam sanctus Vincentius martyr, vt dicit sanctus Augustinus Verbis vicit in pœnis, vicit in confessione, vicit in tribulatione, vicit in adustione. Vicit in submersione in mari, vicit viuus, vicit mortuus. Fuit Vincentius tormentatus ad exercitium. Fuit

flagel-

Digitized by Google

flagellatus vt erudiretur. Fuit verberatus vt ſolidaretur. Fuit arſus, vel igni expoſitus, vt purgaretur. hæc ille. Et multa ſimilia de eo dicit Sanctus Ambroſius & Prudentius. Vide in eius legenda, venit ergo tempus, quando Chriſtus habebat ſuum fideliſſimum athletã remunerare, qui detexerat prauorum conſilia contra ipſum, vt extingueretur nomen eius. Hij enim duo eunuchi regis Chriſti inſidiatores ſunt Iudæi & Gentiles, qui omnino nixi ſunt verbis minis, flagellis, tormentis, exilijs, & alijs vſque ad mortẽ perſecutionib. in ſanctos Chriſtum confitentes, qui eſt vera beatitudo & remuneratio fidelium ſeruorum vt eius nomen extinguerent. Sed bonus Rex non eſt oblitus patientiæ ſuorum pauperum & libri vitæ, & tenacis ſuæ notitiæ, in quo fidelitas huius ſancti firmiter & glorioſæ remuneranda, ſculpta eſt, & notatur aureis, & indelebilibus litteris. Hodie igitur vocat vnũ de ſuis principalioribus principibus, id eſt Angelum Michaelẽ potitorem animarum ſanctarum, vel ſuum proprium Angelum. Et dicit ei. Quid debeat fieri viro, quem Rex deſiderat honorare, quoniam adhuc nullam remunerationem habuit pro fidelitate ſua in me, ſed fuit reputatus vt purgamentum mundi? Nec hæc interrogatio fuit ignorantis regis de modo honorandi ſuum athletam, qui in notitia firma tenet omnia bona cogitatã & acta pro zelo eius facta, ſuorum fidelium, ſed interrogat, dum ipſe dixit & facta ſunt. Et modo noſtro quan- Pſal. 148.
doque Deus oſtẽdit ſe loqui, vt ſuam ampliorem dilectionem in ſuos ſeruos oſtendat, & in corde eorum figat. Et princeps, ſcilicet Angelus qui ſe in omnibus conformat Dei voluntati, ſecundum cor eius loquitur. O Rex, vir qui debeat à Rege honorari pro ſuis benemeritis, debet regia corona coronari, quæ denotat auream, quæ charitati militum ſpiritualium reſpon- Pſalm. 8.
det. Quia Pſalmus dicit: Gloria & honore coronaſti eum Domine. Quoniã beati ita in Deum per gloriam ſuam transformantur, vt ipſe Deus eſt in eis, & ipſi in Deo. Nam & ſecundum philoſophos maior vnio fit ex intellecto & re intellecta, quàm vnio ex materia & forma, quia inſeparabilior eſt talis vnio, cum materia à forma quandoque ſeparatur & econuerſo, ſed intellectum ab intellecto nunquam niſi per accidens in hac vita, vbi intelligentem oportet phantaſmata ſpeculari, quorum memoria eſt labilis ratione organi corporei, ſed in patria ibi nulla erit labilitas. Propterea dicit Hieronymus, diſcamus in terra, quorum doctrina perſeuerat in cęlo. Ibi igitur ſummum obiectum vnietur noſtro intellectui indelebiliter. Quia Chriſtus
dixit. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te, & hunc filium tuum Ieſum Ioan. 8.
Chriſtum, quem in hunc mundũ miſiſti. Nam ſecundum S. Thom. ſumma fœlicitas noſtra eſſentialiter conſiſtit in viſione, vt dicit Paulus, & hic Ioan. ait, ſed conſecutiuè etiam in fruitione voluntatis. Vnde Aug. fecit Deus rationalem creaturã, vt ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret amando poſſideret, poſſidendo frueretur. Data eſt ſibi & veſtis regia, quæ ſunt dotes beatorum, quibus ſicut veſte corpora eorum tegentur, quia vt
S. Paulus ait. Seminatur hic corpus in 1. Cor. 15.
corruptione, ſed reſurget in incorruptibilitate, ſeminatur in ignobilitate, reſurget in gloria, ſeminatur in infirmitate, reſurget in virtute, ſeminatur corpus animale, reſurget corpus ſpirituale. In ſignum huius & Chriſti veſtimẽta in transfiguratione ſunt fa-
cta alba ſicut nix. Data eſt ſibi & ſtola Matth. 17.
quam expoſitores dicũt fuiſſe veſtem regiam. Sed quia ibi & veſtis & ſtola nominata ſunt, ideo poteſt dici quòd fuerit hæc ſtola diſtincta à veſte, quæ ſolet fideliſſimis athletis à regia maieſtate imponi. Talibus enim videmus decorari duces, nuncupati cauallieri, & cætera per Reges & Imperatores. Quæ denotat aureolas virginum, doctorũ, & martyrum, quas au-

reolas, vel stolas habuit Sanctus Vincentius martyr, vel S. Petrus martyr, quia fuerunt, Virgines Doctores, vel Prædicatores, & martyres. Equus principalis regius sunt chori Angelorum, ad quos sancti assumuntur. Iuxta illud Christi vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes & cæt. Et Christus in Apocalip. 20. sedere, dicitur in throno, idest in sanctis suis, quia anima iusti sedes Dei est quietissima. Et hoc hic denotatur in equo, qui de sella regis est. Et ducitur per plateam Hierusalem triumphantis Ecclesiæ cum magno tripudio omnium beatorum. De quo Psalmus. Satiabor cũ apparuerit gloria eius. Et si gaudium tam magnũ est super vno peccatore conuerso in cœlo, quid dicturi sumus de gaudio animæ tã fidelissimi athletæ Dei, quo coronabitur à rege suo promittente ei gaudium plenum & magnam mercedem? Vel dicas si prædicas in festo alicuius sancti ordinis nostri. Mardochæus, vt dicit glo. significat ordinem Prædicatorum, qui fidelissimus est Christo & Ecclesię suæ sponsæ vsque ad mortem contra Eunuchos prauos, idest, contra scismaticos & hæreticos ac prauos homines, qui intendunt extinguere nomen Christi, se ficte ostendẽtes vita & doctrina hypocritarum, esse Eunuchos, idest fideles conseruatores nominis Christi, & tamen gladium ancipitem deferunt sub occulta hypocrisi eorum. Hic enarra feruorem sancti Dominici, Petri martyris, beati Beldegarij Archiepiscopi Cracouiensis, qui ab hæreticis fuit cultello transfixus circa cor, & per medium capitis cultello percussus. Beati Bernardi de Ripa Inquisitoris fidei, qui fuit sega segatus, & igni traditus. Beati Nicolai de Vngaria Inquisitoris, q̃ fuit excoriatus. Beati Ioannis de Vngaria Inquisitoris, qui fuit lapidatus & per ventrem transfixus. Beati Boni de Florentia, qui fuit sega segatus à capite incipiẽdo. Beati Stephani de Thosola ab hæreticis sagittati ad crucem cum corona in capite, & vulneribus in pedibus & manibus. Beati Ricardi de Florentia Inquisitoris gladio per caput percussi. Beati martyris Poloni pectinibus toti dilaniati. Fratris Stephani apud Vegelium veneno sibi ab hæreticis ꝓpinato, nonaginta Fratres circa partes Vngariæ varijs cruciatibus, lanceis, sagittis, ignibus, gladijs transfixi, igniq́ue cremati. Fratris Pagani Inquisitoris Lombardię multis confossi vulneribus, q̃ exẽplo Saluatoris in latere lancea perforatus, palmam martyrij accepit. Beati martyris Pauli de Vngaria Inquisitoris, qui in Dalmatia igni traditus ad stipitem ligatus per collum. Beati Dominici martyris, Sancti Petri socij, gladijs per collum & mammillam perforati Beati Antonij de Ripulis lapidati, qui duobus gladijs ex vtroque latere circa cor perfossus, & igni traditus est. Ecce fidelitas Prædicatorum pro zelo cõseruationis nominis Christi & Ecclesiæ suæ sponsæ. Hic etiam posses enarrare alios viros illustres Prædicatorum, qui vita doctrina, & miraculis in Christi Ecclesia fideliter claruerunt, propter quorum fidelitatem sunt semper magistri sacri palatij & communiter Inquisitores ab Ecclesia instituti, &c. Nec tamen in hac vita vllam, vel paruissimam mercedem habuerunt, sed vt patuit, omnibus hominibus opprobrium, & abiectio plebis pro Christo fuerunt, vt & istis miserrimis temporibus nostris religiosi purgamẽta huius seculi facti sint. De commendatione fratrum Prędicatorum. vide in priuilegijs Alexandri. 4. & Gregor. 9. quibus commendant sublimiter Fratres Prædicatores in Ecclesia Dei. Prosequere, deinde post hanc vitam, gloriam eis datam, vt supra. Insuper si prædicas in festo Sancti Thomæ. Et quamuis in religione Prædicatorum plurimi claruerunt vita & doctrina, tamẽ inter alios principatum tenet sanctus Thomas, fidelissimus Mardochęus pro salute & honore Christi, & Ecclesiæ, sicut etiam heremita

remita de eo matri prædixerat. Erat enim magnus vita, vt dicit heremita, quia vt Ioan.22 in eius canonizatione dicit. Nunquam peccauit mortaliter aut carnem inquinauit. Magnus vltra alios mortales scientia, secundū quod in commendatione eius doctrinæ Vrbanus Papa, & Innocentius scribunt, vt in alio sermone de eo facto tetigimus. cuius doctrina, amare conterit impudentes, &c. vt Mardocheus eunuchos. Dic breuiter eius deuotionem, orationem, contemptum mundi, &c. Et tamen in hac vita nullam remunerationem habuit, sed reseruata est sibi remuneratio post hanc vitam in solo Christo, vt dixit, crucifixo. Nihilominus & post mortem, vt sit sibi grata sancta mater Ecclesia, annuale anniuersarium sibi solennissimum facit, & cætera, cætera prosequere, vt supra.

SERMO TRIGESIMVS OCTAVVS.

SVPER OMNIA ARMA BELLICA, & infinitum numerum stultorum, conatumq; Diaboli contra Prædicatores, ac Doctores catholicos, vicit veritas. Laus doctrinę sacri Doctoris Aquinatis, cum expositione super illud 1.Reg 13. Non ensis in terra Israel.

1.Reg. 13. TEmpore quo Hebræi obseruabāt Dei mādata, terra Israel abundabat fabris ferrarijs, ensibus, & lanceis, sed post transgressionē legis in omni terra Israel non inueniebatur faber ferrarius, nec in toto exercitu eorum ensis vel lancea, sed dicit textus, quòd Saul Rex & Ionathas filius eius habebat eas. Cauerāt enim Philistei qui eos captiuos tenebāt, ne forte facerent Hebræi gladiū aut lanceā. vnde omnes fabros ferrarios Hebræos ad terras Philistinorum transtulerunt. Et descēdebat omnis Israel ad Philistijm, vt acueret vnusquisque Vomerem suum, & ligonem, & securim, & tridentem, & sacculum. Retusæ itaque erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & securum, vsque ad stimulum corrigendum, idest, acuendum. Cunque venisset dies pręlij cum Philisteis non est inuentus ensis & lācea in manu totius populi, qui erat cum Saul, & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius, vt dicit textus.

Hoc mane ad laudem Dei & honorem Sancti Thomæ Aquinatis exponemus spiritualiter prętactam historiam, applicando eam ad personam Sancti Thomæ secundum quod Deus direxerit mentem, & linguam meam. Sed pro doctrinali intellectione prænotandum nobis est, ꝙ veritas quamuis habeat infinitum numerum stultorum sibi aduersantium, tamen ipsa est fortior omnibus bellicis armis, & vincit omnia. secundum philosophos naturalis intellectus humanus naturaliter est inclinatus ad cogni- *Quod veritas omnia vincit.*

gni-

Digitized by Google

quæuis infinitus sit numerus stultorum contra ipsam.

gnitionem veritatis, sicut omnes sensus ad cognitionem sui obiecti, quia obiectum intellectus est verum, vt dicit philosophus 3. de anima, sicut obiectum sensuum est suum proprium sensibile. Vnde bene dicit Aristo. in prohœmio metaphysic. Omnes homines naturaliter scire desiderant, scilicet, veritatem. Et hoc triplici de causa, vt ibidem. S. Thom. exponit. Primo ratione perfectionis suæ. Nam anima nostra in principio est sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum, omni tamen figura potens depingi & perfici. Vnde dicit quod intellectus noster agens potens est omnia facere, idest abstrahere à phantasmatibus per illustrationem eorum, sicut lux colores vt sint visibiles, vt scilicet intellectus possibilis, cuius est omnia posse recipere, mediante illustratione tali, ea recipiat. Naturaliter igitur intellectus noster sic in principio imperfectus cupit perfici intelligibilium veritate, quia in tali perfectione consistit perfectio, & nobilitas eius, sicut & materia naturaliter cupit perfici forma, quia in tali perfectione consistit eius perfectio, & nobilitas. secundo ratione propriæ operationis. Nam quælibet res est propter suam operationem propriam, quia per ipsam perficitur, sicut ignis est propter suam ignificationē, quia talis ignificatio est perfectio eius. Cū igitur propria operatio hominis sit intelligere, quoniam sentire est commune sibi & animalibus, & hoc intelligere est propter obiectum veritatis cognoscendum, vt diximus, quia obiectum intellectus est verum, ergo clarum est, quòd homo naturaliter inclinatur ad cognitionem veritatis. tertio ratione coniūctionis cum suo principio. Nam quælibet res naturaliter cupit copulari suo principio, & suæ causæ, a qua habet suū influxum, quia in tali coniunctione cōsistit perfectio eius. Et quoniam prima intelligentia est causa nostra, & secundum philosophum superiora sunt causa inferiorum, ad quorum coniunctionem, perfecto modo aliter non possumus peruenire, nisi per intellectionem, cum sint ipsę intelligibiles, & in cognitione earū maxima veritas consistit, quia ipse Deus est secundum philosophum summa entitas, & summa veritas, à qua est omne ens, & omne bonum, propterea naturaliter desiderat homo scire veritatem, quia in cognitione eius est totum bonum eius, cum & obiectum voluntatis cuius est bono frui, sit ipsum bonum cognitum. Ideo vt dicit S. Thom. in prohœmio art. 1. sent. omnes philosophi qui de natura rectè senserunt, hominis fœlicitatem posuerunt in contemplatione intelligentiarum. licet quandoque aliqui nō posuerūt in executionem inclinationem hanc naturalem, vel ratione ocij, vel voluptatum, vel quia necessitantur in his quæ sunt victus, & vestitus, vel causa difficultatis, & prolixitatis temporis ad acquirendam scientiam & cognitionem veritatis. Et quoniam vt prolixius declarauimus in nostro sermone veritas vincit omnia, est duplex cognitio veritatis, vna naturalis, alia supernaturalis, & altera alteri nō repugnat, quia supernaturalis vocat ancillas ad arcem, maxime contra hāc veritatem supernaturalem extinguendam atrocissime pugnare Philistæi parant. Nam Philistæi interpretantur duplex ruina, denotāt Diabolum cum membris eius. Nam diabolus vere est duplex ruina, quia ex inuidia sua fuit ruina duplex generis humani in primis parentibus, quibus fuit ex sua tentatione causa ruinę ipsorum cum sua progenie. Et in corpore dum amiserunt per peccatum statum innocentiæ, scilicet rectitudinem & iustitiam originalem in qua creati erant, & in anima fuerunt vulnerati per gratiæ amissionem & multorum donorum diuinorum, vt habes ad longum in nostra concione de casu eorum. Sunt etiam duplex ruina, quia ex superbia & inuidia sua incurrerūt pœnam damni & sensus. Hic etiam habet membra sua sibi similia, vt Gentiles tyrannos

Deus secūdum philosophū qd.

Conatus diaboli vt sacrā scripturā à doctorib⁹ Ecclesiæ extirpet, & seminet gētilium libros.

viros,

Digitized by Google

viros, etiã sceleratos omni genere musicorum, habent & prauos cõsiliarios & puersissimos hæreticos, qui vna secum quotidie oppugnant veritatem, & in dies parant contra eam, si quo modo possent ipsam extinguere. Sed vt dicit scriptura in Prouerb. sapientia vincit malitiam. & cæte. Hi enim cauent toto conatu, ne sint in Israel, qui interpretatur mẽs videns Deum, idest in ecclesia Dei, cuius mens semper est Deo copulata, fabri ferrarij, qui possint facere gladium, aut lanceam, aut vomerem, ligonem, securim, tridentem & sarculum, sed mendicent ab eis, si quibus in rusticanis exercitijs opus habent. Nam fabri ferrarij sunt Doctores, & Prædicatores sacræ scripturę. Qui merito fabri ferrarij dicuntur, quoniã sicut faber ferrarius in opere suo vtitur igne & malleis tundentibus ita sacri doctores, & Prædicatores operantur ignitis verbis sacræ scripturæ, vt dicit Psalmus. Ignitum eloquium tuum vehementer & seruus tuus dilexit illud. Et Christus dixit verus prædicator & doctor. Veni ignem mittere in terrã, & quid volo aliud facere, nisi vt ardeat? Ipsi etiam malleo operantur, idest increpationibus, correctionibus, & comminationibus, & dum opus est monitionibus, secundũ quod Deus dixit Hierem. 1. cap. mittens eum ad prędicandum. Et misit dominus manum suam, & tetigit os meum, & dixit ad me. Ecce ego constitui te hodie super gentes & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ędifices, & plantes. Et in fine capituli. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferreã, & in murum æreum super omnem terram regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus, & omni populo terræ, & bellabunt aduersum te, & non præualebunt, quia ego sum tecum ait Dominus, vt liberem te. hæc ibi. De his ferrarijs sacræ scripturæ dicit Hier. 23. Nũquid non verba mea sicut ignis ardens, & quasi malleus conterens petras, idest dura corda diaboli & membrorum eius. Nam ita verbum Dei calefacit vsque ad cor, vt dicant tales calefacti, quod dixerunt Discipuli euntes in Emaus confabulãtes cum Christo. Nonne cor nostrum erat ardens in eo, dum loqueretur nobis in via. Et de tinnitu ex percussione sacrę scripturæ aurium cordium hominum, dicit Deus Samueli, primi Regum 3. ca. Ecce ego faciam verbum in Israel, quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius. Hi enim ferrarij faciunt gladios. de quibus Sanctus Paulus ad Hebreos. Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Et pertingens, vsque ad diuisionem animæ ac spiritus compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum, & discretionum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, ad quem vobis sermo. Conficiunt & lanceas, quæ sunt arma offensiua & defensiua. Nam solent habere ferrum ante & retro, idest in vtroque extremo, ante in pungendo, & retro in defendendo, & offendendo, ita & sacri Doctores habent in doctrinis sacræ scripturæ principaliter, arma defensiua resistendo cunctis aduersarijs, fide defendendo secum additione, vt possint soluere omnia argumenta facta contra se, vt dicit Sanctus Petrus. Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed si quid patimini propter iustitiam beati. Timorem autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem, de ea quæ in vobis est spe, sed cum modestia & timore conscientiã habẽtes bonam, vt in eo quod detrahũt de vobis, confundantur, qui calumniãtur vestram bonam in Christo conuersationem. Sunt etiam offensiua contra eos, qui eam offendere conantur malis actibus & consilijs & hæresibus. Vnde Sanctus Paulus ad Tit. Epi-

Simile. Psal. 118. Luc. 24. Simile. 1. Petr. 3. Titum. 1.

Episcopum oportet esse inter alia amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Et S. Pau-
2. Thim. 1. lus ad Thim. Christus destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem, per Euangelium in quo positus sum ego prædicator, & Apostolus magister gētium, ob quam causam etiam hæc patior. Sed non confundor, idest, patior patienter vincula & carceres Romę, sed non confundor, idest erubesco, quia
1. Petr. 4. patior vt Christianus. Petr. dicit. Nemo vestrum patiatur, vt homicida, &c. si autem vt Christianus non erubescat. Et ibidem si exprobramini pro pter iustitiam, beati eritis. Et Paulus paulo superius ad Thim. Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri Iesu Christi, neque me vinctum eius, idest, pro prædicatione Euange-
Ephes. 6. lij. Ephe. Pro quo legatione fungor in cathena ista, idest in vinculis positus, ita vt in ipso audeam, prout oportet me loqui. hæc ille. Isti etiam ferrarij acuūt vomeres. vomer est ferrum quo aratur terra & significat, quòd ipsi terrenos homines, duritia sua infructuosos, arant, idest peruoluunt, & scindunt, dum eorum vitam prauam tangunt & pungunt ad cogitandum peccata sua terrenæ conuersationis. Psal.
Psal. 118. Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. & Psalm.
Psalm. 59. Commouisti terram tuam & conturbasti eam, sana contritiones eius, quia cōmota est. modo quo de Maria Magdalena ad Christi prædicationem conuersa dicit S. Gregor. in homil. Considerauit namque quid fecit, & noluit moderari quid faceret. Et qa turpitudinis suæ maculas aspexit, lauandas ad fontē misericordiæ, cucurrit, conuiuantes non erubuit, & cęt. Nam quia semetipsam grauiter erubescebat intus, nihil esse credidit quod verecundaretur foris. De his punctiuis vomeribus prædicatorum verbi Dei
Psalm. 44. dicit. Psalm. Accingere gladio tuo super foemur tuum potentissime. Et sarculum, idest, zappas paruas, quibus herbę malę purgātur, significat, quòd ipsi prædicatores verbi Dei acuunt zappas purgandi herbas siluestres, qa dant regulas & modos eis qui ad Christum conuertuntur, quibus habent extirpare vitia, & ea separare & proijcere à virtutibus, idest, herbis fructiferis, secūdum quod superius dixit Deus Hieremiæ misso ad prædicandum, & cæt. Et securim qua ligna inciduntur. Idest prauæ societates separantur à conuersatione bonorum, quia Psalmus dicit. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Et Sanctus Paulus praua colloquia corrumpunt bonos mores. Nam & ligna viridia & arida in sacra scriptura quādoque per homines bonos & malos intelliguntur, quia Psalm. de bonis di-
cit. Et erit sicut lignum plantatum secus decursus aquarum. Et de malis di- Psalm. 1.
citur, quòd Christus maledixit ficui infructiferę, & aruit, quæ postea igni apta est. De hac securi & arbore infructifera Ioannes Baptista dixit Pharisæis, & Saduceis. Iam enim securis ad
radicem posita est. Omnis ergo arbor Matth. 3.
quę non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Et tridentem, quo boues punguntur ad arandum. significat tridens contritionem, confessionem, & satisfactionem, quibus boues, idest, Christiani conuersi ad iugum Ecclesiæ, purgantur in extirpandis vitijs & prosequendis virtutibus. Et ligones, idest zappas grandes, quibus globi terræ scinduntur. Quod denotat, quia prędicatores verbi Dei grauia peccata faciunt ponderare cum suis circūstantijs, quæ alias leuia videbantur, tanquam puluis terræ. Et ea ita aggrauant in dolore cordis, vt vbi abūdauit peccatum, superabundet gratia. Et ita ex tali ligonizatione terra eorum. i. anima quæ fuit tota terrena & siluestris, det vt Psalmus dicit. Fructum suum. Et Christus verbum Dei seminatum in terrā optimam det fructum in patientia, &c.

¶Phili-

Digitized by Google

¶ Philistæi igitur, idest, dæmones & membra eorum pessima plurimum persequuntur Israel, qui interpretatur videns Deum, idest bonos Christianos, qui habét conscientiam suam rectam & bonam in desiderio Paradisi, conuersando, vt Deum videant facie ad faciem. Et maxime cauent ne sint fabri ferrarij in Israel, idest sancti Doctores, & Prædicatores verbi Dei in ecclesia, tamquam sibi plurimum contrarij, modo quo Achab Rex tyrannus in Israel, cum vxore sua Iezabel persequebatur Heliã ex parte Dei comminantem eis, & malitiæ eorum
3.Reg. 18. resistentem. Vnde venit in occursum Heliæ, & cum vidisset eum ait. Tu ne es ille qui conturbas Israel? Et ille ait. Non ego turbaui Israel, sed tu & domus patris tui, qui reliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. Et
3.Reg. 22. dum vellet ire cum Achab Rex Iosaphat contra Regem Syriæ ad bellum, postquam Achab consuluit prophetas idolatras, an debeat ire ad prælium, & sibi prospera predicerent, dixit Iosaphat Rex Iuda. Non est hic propheta Domini quispiam, vt interrogemus per eum? Et ait Rex Israel ad Iosaphat. Remansit vir vnus per quem possumus interrogare Dominum, sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum. Nec potuit vllo propheta terrore, aut simulatione deduci, quin diceret. viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi dominus, hoc loquar. Et Isa. 30. dicebat ad populum. Qui dicitis videntibus, idest veris prophetis, nolite videre, idest, prænunciare nobis mala futura, & aspicientibus, idest ipsis prophetis, qui futura vt præsentia aspiciunt, nolite aspicere nobis, idest dicere per vos præuisa, ea quæ recta sunt, idest ad salutem proficua, loquimini nobis placentia, idest, iocũda & prospera. videte in nobis errores, idest vos reprehenditis nos de erroribus, sed dicimus vobis, auferte à me viam, idest obseruãtiam legis cessate nobis proponere. Declinate à me semitam mandatorum Dei, cesset à facie nostra sanctus Israel, idest, Deus sanctificator Israel, dimittat nos propriæ voluntati, nec curet de nobis, quemadmodum in libro Iob. 21. cap. de quibusdam dicitur. Dixerunt Deo recede à nobis viam scientiarum tuarum nolumus. Et de his vide Hierem. 43. & 44. capitu. Et multa id genus in prophetis inueniuntur, quę causa breuitatis omitto. Et de his Sapien. 2. per totum capitulum, circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Vide tu reliquum capituli, quia est totum ad propositum, & cætera. Hi ergo cauent ne sint tales sacri fabri ferrarij in Israel, qui possint arma contra ipsos spiritualia offensiua, & defensiua facere. Practica superius figurata breuiter replicando de instrumentis ferrarij fabri, & operum eorum. Sed volunt transferendo ab Israelitis fabros ferrarios ad se, vt ab eis mendicent in conficiendis ferramentis. Nam totus conatus est diaboli, & membrorum eius, vt adulterentur doctrinæ Theologales & prædicationes fictionibus, & figurationibus ac sententijs gentilium & poetarum, vt ancilla dominetur, & domina subseruiat ancillæ. Gentilium enim si quæ pro veritate referẽda sunt non ad voluptatem, sed ad vtilitatem sunt recitanda, nec vllo pacto figurandæ sunt obscenitates eorum ad Christum, & Ecclesiam eius. Quia quæ conuentio potest esse Belial cum Christo, & econuerso? quoniam Christus dixit de eo, qui mecum non est contra me est, & qui mecum non colligit, dispergit. Et ego in principe dæmoniorum dæmonia, idest vitia non extirpo, sed in digito Dei, & in verbo Dei, quod ex ore altissimi prodijt. Propterea dicit Sanctus Paulus ad Corinthios. Ser 1. Cor. 2.
mo meus, & prædicatio mea, non in

persuasibilibus humanę sapientię verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. hæc ille.

¶ Sed heu miseris his temporibus in quibus refriguit charitas iam cessauerunt tubæ Dei, quæ, vt Ioel annunciabant exaltando vocem, peccata populi, sed loquuntur placentia populo. de quibus Sanctus Paulus ad Thimot. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertuntur. Et de his temporibus potest dici illud quod secundo Paralipomenon decimoquinto capite dixit Azarias filius Obeth facto in se spiritu Dei ad Asiam Regem Iuda. Audite me Asa, & omnis Iuda & Beniamin. Transibunt multi dies in Israel absque Deo vero, idest cultu vero Dei, & absque sacerdote, & absque Doctore, & absque lege. hæc ibid. Iam videmus his nostris temporibus in Christianitate, tam in statu spirituali, quàm seculari in omni genere & conditione magnas adulterationes diuinorum & spiritualium, vt iam veritas locum non possideat, sed iuxta Terrentij dictum. Veritas odium parit. vnde Deus non colitur debitis modis, sed in dies blasphematur nomen Dei, & populus hic quandoque labijs, & ceremonijs honorat Deum, cor autem eorum lóge est à Deo. Practica de huiusmodi. Non est verus sacerdos, quia Dei cultus iam in ipsis est adulteratus, & quotidie per eos grauius sacramenta Dei propter prauam vitam ipsorum polluuntur, imitantes apud Isai. vigesimosecundo capitu. Sobnam præpositum templi, cui dixit ex parte Dei. Quid tu hic, aut quasi quis tu hic? Quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale, diligenter in petra tabernaculum tibi. Ecce dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic subleuabit te, coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam, & spaciosam & cæte. Et absque doctore, idest, sacræ scripturæ. de quo Isai. quinto capitulo. Propterea captiuus ductus est meus populus, quia non habuit scientiam, idest, veram prophetarum & prædicatorum, sed omnes loquuntur placentia, adulterantes pro libito sacram scripturam, vt non absque occasione hac nostris his miseris temporibus Christianitas tot hæresibus Lutheranorum est infecta. Quia Aristoteles, & Termegistus, Plato, & Cicero, apud Christianorum Ecclesiam modo zaratanorum decantãtur, qua de causa ipsæ hæresum sectæ insurrexerunt adulterantes sacram scripturam contra leuitates prædictorum. Non est lex, quia non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, dicit Psalmus. Sed pius Dominus, qui potens est semen suum multiplicare, vt faciat fructum centuplum, reliquit nobis semen in Israel, ne simus deteriores Sodomis & peiores Gomorris, apud Saulem & Ionathan filium eius in quo vicerunt. Nam solum in toto Hebræorum exercitu erat ensis, & lancea apud Saulem & Ionathan. Saul interpretatur experitus, & Ionathas qui interpretatur columbę donsi, denotant sacros quatuor doctores ecclesiæ, quorum doctrina fulget Ecclesia, qui vere sunt expetiti à Domino pro salute populi christiani. In signum huius & ab Ecclesia sunt approbati vita & doctrina, vt sint tanquam quatuor rotę vehentes ad regna celestia veritate scripturarum totum populum christianũ. vnde sicut Saul toto dorso excedebat totum exercitum, ita doctrina ipsorum excedit doctrinã cæterorum. Practica de his, habes latum campum, quanta fecerunt pro ecclesia dei contra hereticos & tyrãnos pro honore Dei & salute populi christiani. Insuper

per & apud Ionathan, ideſt ſanctum Thomam vltra alios ſolẽniſſimos doctores, cæteroſq; vita & doctrina claros, qui etiã ipſius Ionathæ ſimilitudinem gerunt, enſis & lancea defenſiua & offenſiua arma, ideſt ſpiritualis maxime ſacræ ſcripturæ interpretatio & declaratio, remanſit Et merito per Ionathan, qui interpretatur columbæ donum, ſignatur Sanctus Thomas, qui fuit ſimplex & iuſtus vt columba, quia vt Pontifex in eius canonizatione dicit. Nunquam mortaliter peccauit. Hic poſſis dicere vitam eius ſanctam, in contemptu mundi, in puritate corporis & mentis, in fortitudine contra tentationem parentum, & procacis mulieris, in abſtinentia, in orationibus, in contemplationibus, in obedientia, in religione, in maxima humanitate &c. Deinde merito etiam dicitur columbæ donum, quia ſcientiam admirandam habuit, vt ipſe affirmauit, ſe eam potius orationibus, quàm viribus ſuis acquiſiſſe. Et qualis fuerit eius doctrina, oſtenditur ex eius legẽda, tum ex impetratione per orationes, quæ in infinitum excedit illam, quæ acquiritur proprijs viribus. Tum ex commendatione Virginis, & Apoſtolorum & Ieſu Chriſti. Et breuiter hæc animaduertentes Sãcti Pontifices Vrbanus & Innocẽtius in commendationem eius doctrinæ in bulla canonizationis alter, alter in breue ad ſtudium Pariſienſe directum ſcribunt. vide per alios ſermocinantes notata, & inferius vbi expoſui Nabuchodonoſor arborem ſub breuitate pro feſto Sancti Thomæ.

SERMO TRIGESIMVS NONVS.

IVXTA DOCTRINAM D. AVGVſtini, enumerantur cauſæ obdurationis peccantium, etiam alleuationis eorundem, agitur & de tranſgreſsione mãdatorum Dei, vbi perpulchra multa ad propoſitum practicè.

LEgitur Canticorum ſexto capitulo figuratiue, ſub nomine mulieris Sunamitis, Chriſtus vocat quater affectu magno Synagogã ſibi conuerſam in amaritudinem propter ſuã duritiam, vt ſe recognoſcat, & reuertatur ad Dominum Deum ſuum. Quia vt Hier. 3. Sub nomine mulieris adulteræ ſibi dicitur. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te, ita vt dicit, vt intueamur te, ſcilicet, dulci aſpectu, & te ſuſcipiam charitatis affectu. Vnde hic dilectus ſponſus animæ noſtræ à Deo ſuo auertenti ſe, Chriſtus Deus noſter, dicit ei. Reuertere, reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.

¶ Hoc mane videbimus, quibus ex cauſis voluntas hominis in hac vita obſtinatur in malum, & ſolum moraliter procedam omiſſis ſpeculationibus. Et dicimus prout habetur ex verbis Sancti Auguſtini in pluribus locis

de vera & falsa pœnitentia, quòd hoc euenit quatuor ex causis.

¶Prima est delectatio & obstinatio ad peccatum. Micheæ. Odio habetis bonum, & diligitis malum. Et Hieremiæ. Nemo quod bonum est loquitur. Et Oseæ. Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, & lanam meam, & linum meũ, oleum meum & potum meum. In quibus oblectationes mundiales designantur, in omnibus bonis quæ homo potest habere in hoc seculo per abusum eorum, modo quo Salomon. Ecclesiasticus dicit. Nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ præparaueram. Et hanc ratus sum partem meam, si vterer labore meo. Et quamuis vt Paulus dicit, habeo aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ, vt quæ nolo, idest, nollem facere, id ago, idest inclinor agere, quia vt dicitur Genes. Sensus & cogitatio humani cordis ab adolescentia prona sunt in malum, tamen secundum philosophum, & Ptolomæum sapiens dominabitur astris. Et Boetio philosophia, at qui talia tibi contuleramus arma, quæ nisi prius abiecisses, inuicta te firmitate tuerentur. Et media hæc, idest mundialia, sunt homini data vt animalis homo his vtatur, & non abutatur, quatenus eum à rationabili vita & à Deo non auertant. Et si eum contingat sensualitate tractum abutendo temporalibus à Deo auerti, Deus bonus dedit ei, dum est in hac vita, vertibilem voluntatem in bonũ & in malum, cogitet cum Psalmo. Vias suas, & conuertat pedes suos in testimonia Dei. Et iterum: Anima mea in manibus meis semper. vnde dicunt Doctores & præsertim. S. Thom. In hominibus est status conflictus, & est status post conflictum vel completo conflictu. Status cõflictus est in hoc mundo, secundum quod Iob dicit, vita hominis militia super terram. Dicit super terram & non post separationem & transitum à terra. Et sicut mercenarij dies eius, quia hæc vita est lucri vel perditi, & post hæc, opera illorum sequuntur illos. Et status post completum conflictum, & hic distinctus est in triplici gradu. Nam sunt animę decedentes ab hoc mundo cum plena purgatione, quibus immediate confertur vita beata, & hæ habent immobilitatem ad bonum, perinde vt peramplius non sint vertibiles ad malum. Nec ad maius bonum augibiles, sed sola opera illorum bona sequuntur illos, pro quibus terminatum meritum statim decedentes consequuntur, & quælibet sua sorte est contenta cum summa lætitia. Est etiã status animarum decedentium purgationis, vt quæ decedunt ex hac vita cum aliqua veniali imperfectione, aut non debita solutione post contritionem, & his datur locus purgatorij, quousque minimum quadrantem ibi exsoluant, quia in illa fœlici patria, nihil coinquinatum intrabit. Et harum etiam voluntas est inuertibilis ad malum, cum in charitate decederint, quæ post hanc vitam immobilitat eas & firmat in bono. Sed quoniam infectę sunt veniali peccato cum quo decesserunt, sunt partim in via, non conflictus ad bonum, & ad malum, vt in hac vita, sed vt de veniali per recordationem eius displicentiam habeant. Nam hoc bonum est, scilicet detestari peccatum per actum charitatis. Et tertius status animam decedentium in mortali peccato, quę sunt immobiles in malo, quia vt dicit Sanctus Augustinus, quòd in Angelis casus, hoc in hominibus mors facit. Quia sicut mali Angeli post casum ipsorum sunt immobiles in malo, & inuertibiles ad bonum, ita & homines in mortali decedentes, nec per amplius in eis est meritum vel demeritum, nisi accidentale vsque in diem iudicij, vt in beatis meritum, vel gaudium de aliquo bono nouiter eis accedente circa se vel circa proximum, vel in respectu ad Deum. Et in malis demeritum accidentale, vsq; in diem

Marginalia: Miche. 3. Hierem. 8. Oseæ. 2. Eccl. 2. Rom. 7. Gen. 8. Psal. 118. Lib. 4. contra gent.

iudicij, vt de sua noua inuidia ad nouiter saluatum, vel simile malum proximi, sicut etiam de malis quæ occasione ipsorum proueniũt. Exemplum est in epulone, & cæt. Deinde extende te ad practicam. O miseri insensati quos detinent cathenę & funes peccatorum in suis voluptatibus expergiscimini. Expergiscimini ebrij, vt dicit Ioel, quia peribit lætitia de ore vestro. Dum tempus est vertibilitatis, conuertimini ad Dominũ in toto corde vestro, quia benignus & misericors est, ac præstabilis super malitiam. Aliter accidet vobis, vt Iob dicitur. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendũt, vbi, sicut Christus dicit, erunt tenebræ exteriores, & fletus & stridor dentium. De huiusmodi, vide apud magistrum quarto sentent. distinctio. 50. Augustini pulchram auctoritatem, tempus acquirendi vitam ęternam in hac vita tantum hominibus dedit, &c.

Iob. 22.

¶Secunda causa est prauus habitus in malum, qui secundum philosophũ ęst de difficili mobilis. Nam sicut in morbo corporali facile in principio remedium datur, cum autem creuerit vel difficillime vel mortem infert. Extende te practice ad lepram, & cancrum, & podagram, & vulnera, & cætera. Virga vel arbusculus dum paruus est, potest flecti ad quamlibet partem, cum autem in arborem creuerit, si flectitur, ex induratione frangitur. Et ideo bene dicunt morales philosophi. In iuuentute vitium primo nascitur, sed per diuturnam consuetudinem inueteratur. Hic posses te extendere ad parentes, ne pueros dum sunt paruuli, suæ voluntati dimittãt, quia confundẽt eos cum adoleuerint, vt dicit sacra scriptura. Nam Lycurgus Lacedemoniorum dux & legislator per exemplum duorum caniculorum eodem tempore, & ex eadem matre natorum ostendit Lacedemonijs, quid boni, vel mali affert assuefactio in pueris ad virtutes & vitia. Quia caniculus alter ollę & coquinæ assuefactus, nõ leporem sibi præsentatum, sed ollam sequitur. Alter quia erat assuefactus venationibus, non ollam, sed leporem insequitur. De his habituatis in malum dicit Hierem. ex parte Dei. Nunquid Æthiops potest mutare pellem suam, aut pardus colorum varietatum? ita & vos nunquid poteritis facere bonum, cum didiceritis facere malum. Vnde de seipso Sanctus Augustinus dicit in libr. de confessionum. Suspirabam ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde funes mihi fecerat. Ex peruersa enim voluntate facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas, quibus quasi quibusdam annulis sibimet annexis tenebat me stricte dura seruitus. hæc ille. Et Psalmus. Funes peccatorum circumplexi sunt me, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Exemplum huius habemus in legenda Sancti Andreæ de Nicolao Sene. Vide ibi. Prouerbiorum 22. capit. Adolescens iuxta viam suam gradiens, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.

Simile.

Hier. 12.

¶Tertia causa alleuiatio malefactorum. Nam naues sæpius pereũt, dum nautæ non ponderant nimiam nauis aggrauationem in mercibus. Vnde sanctus Augustinus super Genes. ad litteram. Adam reputauit suum peccatum veniale, & consensit persuasioni vxoris in comedendo pomum vetitum. Possis hic practice descendere ad concubinarios, vsurarios, homicidas, & similes. Inde accidit his miseris sine pœnitentia vitam agere, quoniam secundum sanctum Gregorium in registro. Pœnitere nequaquam possumus, si ea quæ inuestigamus, non iustè ponderamus. Hæc pericula animaduertens S. Bernard in meditationibus cap. quinto dicebat. Integritatis tuę curiosus explorator vitam tuam in quotidiana discussione examina. Attende diligenter quantum proficias, vel quantum deficias, qualis sis in moribus, & qualis in affectibus,

quàm similis sis, vel quàm dissimilis, quàm prope, vel quam longe, non locorum interuallis, sed morum affectibus. Stude cognoscere te, quia multo melior & laudabilior es, si te cognoscis, quàm si te neglecto cognosceres cursum syderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium, & haberes omnium cœlestium & terrestrium scientiam. Redde ergo te tibi, & si non semper vel sæpe, saltem interdum rege tuos affectus, dirige actus, corrige gressus, in te nihil remaneat indisciplinatũ. Pone omnes transgressiones tuas ante oculos tuos. Statue te ante te tanquam ante alium, & sic temetipsum plange. Plora iniquitates & peccata, quibus Deũ offendisti. Indica ei miserias tuas. Hæc ille. Et notandum, quòd hæc alleuiatio ad peccandum accidere solet ex tribus, Primo ex inspectione, & mala exemplaritate maiorum, siue sint status secularis, siue status Ecclesiastici. De ecclesiasticis dicit Sanctus Gregorius in pastorali. Nihil in ecclesia amplius nocet, quàm qui peruerse agens, nomen vel ordinem sanctitatis habet. Et assignat causam, quia in exemplum culpa vehementer extollitur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur, & multa alia ad propositum. ibi vide. Matth. Væ vobis scribæ & Pharisei, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proselitum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos, Propterea & in alio loco Christus minatur talibus dicens. Quicunque scandalizauerit vnum ex his pusillis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, id est inferni. Insuper vide Isa. 22. Quid dicit dominus Sobnæ præposito templi superbo & voluptuoso, quia coronabit & induet eum confusione, & cę. De præsidentibus, & magnatibus secularibus habes secundum Doctores, quòd Adam præcepit, Seth filio suo, ne societatem ipse & filij eius ac successores eorum haberent cum Chaim & suis successoribus, & quòd connubia cum eis non inirent. Quod postea non obseruarunt, sed filij Dei acceperunt filias hominum in vxores, & ex hoc deinde corrupta est terra ex malitia & iniquitatibus eorum, vt merito diluuio cõsumpti sint. Quia Ps. dicit. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. De his Hierem. Circuite vias Hierusalem, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & querentem fidem, & propitius ero ei. Et infra. Ego autem dixi forsitan pauperes sunt, & stulti, ignorantes viam Domini, & iuditium Dei sui. Ibo ergo ad optimátes, & loquar eis. Ipsi enim cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei sui. Et ecce magis hij simul confregerunt iugum, ruperunt vincula, & cæt. Et ad omnes præeminentes quacunque præeminentia, vel præsidentia Hier. Ecce ego ad te mons pestifer, idest, vt pestis tua contagione mali exempli cæteros corrumpens, vt sunt parentes erga filios & cætera, qui corrumpis vniuersam terrã, quia morbida facta pecus totũ corrumpit ouile, & à boue maiori discat arare minor. Extendam manum meam super te, & euellam te de petra, idest à securitate tua obstinata euellam te, & dabo te in montem combustionis, idest, ad pœnam & temporalem & inferni. Dicit enim Sanctus Gregorius in homilia. Non tibi videtur grauiorem ab eo Christus sustinere persecutionem, qui suggestione maligna, exemplo pernicioso, scandali occasione, ab eo peruertit animas, quas redemit, quàm à Iudæo, qui sanguinem suum fudit. Igitur ô senes, & præsidentes nolite mactare, & occidere iuniores vestros malo exemplo, sed imitamini non senes Susannæ inueteratos dierum malorum, sed Sanctum Eleazar. 2. Machabæo. 6. cap. Qui noluit vitam adimere intransgrediendo Domini præceptum, ne sit malum exemplũ iunioribus.

De causa alleuiatio[n]is peccatorum.

Matth. 23.

Gene. 6.

Hierem. 5.

Dani. 13.

bus. Vide exemplum est pulchrum. Secundo ex multitudine peccantium, quia error multitudinis, vt dicit Cassiodorus, speciem sumit moris. Sic solet dici ab vsurarijs in suis contractibus hac via fere oés mercatores incedunt, & ita practica de concubinarijs, pomposisq; mulieribus, &c. de quibus omnibus scriptura. Infinitus est numerus stultorum. Exod. Non sequaris turbam ad faciendum malum. Tertio ex consuetudine peccandi, quia peccator cùm in profundum peccatorum, dicit Gregorius venerit, contemnit. Hoc videmus in latronibus, & filocaptis, & alijs similibus, vt militibus &c. non aduertunt ad pericula, vel ea pro minimo extimant, Ideo, vt superius diximus, Deus per Hieremiam tales Æthyopi, & Pardo assimilat.

Cassiodo.

Exod. 23.

¶ Quarta causa obstinationis est, quia Deus talibus merito non dat gratiam, qua remota miser homo remanet obstinatus. Quia Christus dixit: Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et Sapien. Scio quòd aliter non possum esse continens, nisi Deus det. Et Ecclesiast. Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere, quem ille despexerit. Et quòd gratiam non det, ex parte nostri est defectus. Vel quia nolumus eam, sicut de impijs Iob dicit. Dixerunt Deo suo, recede a nobis, viam sciẽtiarum tuarum nolumus vel quia male disponimur ad eam recipiendã, cum actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, vel quia ingrati ei⁹ beneficijs, & assiduis vocationibus, qa dictum est Hierusalem ingratæ. Quotiens volui congregare, &c. ideo relinquetur vobis domus vestra deserta. Et quòd ex parte Dei non sit hæc remotio gratiæ patet, quia assidue ad eam recipiendam proclamat. Reuertere, reuertere, reuertere, reuertere Sunamitis, idest captiuata a Diabolo, & misera ex peccatis, Cantic. Et per prophetam fuge peccatum tamquam a facie colubri. Et omni generi peccantium dat remedium suum. Nam contra desperationem offert misericordiam, quia misericordiam vult poti⁹ quàm sacrificium. Et Chaim obtulit misericordiam contra suam dispensationé. Contra præsumptioné peccantium offert suam seueram iustitiam, quia dicit Leo talib. Qui té misericordia redemit, iustitia sua te condemnabit. Cõtra obstinationẽ offert sibi breuitatem vitę eorum, quia transit mundus, & concupiscentia eius, & cor durum habebit malum in nouissimo, & extrema gaudia luctus occupat, Contra finalem impenitentiam dicit, non remittetur ei, nec hic nec in futuro seculo. Contra impugnationem veritatis, dat legem tamquam speculum, qa dicit Exod. Inspice & fac tibi secundũ exemplar datum in monte. Et qui negat veritatem, negabit eum veritas cũ opus ea habuerit, quoniam scriptum est. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Contra suam infirmitatem, & debilitatem stat continue ad ostium, & pulsat, si quis mihi aperuerit, intrabo ad eum, & cęnabo cum illo. Propterea merito talibus Prou. dicitur. Vocaui & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium meũ, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo vos, cum vobis quod timebatis, aduenerit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tẽpestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio, & angustia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiã, mane consurgent, & nõ inueniẽt me, eo ꝙ exosam habuerint disciplinã, & timorem Domini non susceperint, nec acqeuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correctioni meæ. Comedent igitur fructus viæ suæ, suisq; consilijs saturabuntur. Hæc ibi. Consiliũ ergo cũctis do, vt inuitantem Dominum ad se nõ despiciamus, neque sic dulciter vocantem negligamus, sed reuertamur a captiuitate miserię, & cęcitatis nostrę spũalis, & a prauis cogitationib⁹,

Io. 6.
Sap. 8.
Eccle. 7.
Matth. 23.
Cant. 6.
Leo Papa.
Exod. 25.
Isa. 5.
Apoc. 3.
Prou. 1.

pra-

Digitized by Google

a prauis operationibus, a pessima consuetudine, & a finali nostra impœnitētia. Reuertere dicit declinādo a malo corporis & animæ. Reuertere diuertēdo ad bonū, & virtutes animæ, & corporis, conuertēdo pedes tuos prauos in testimonia Dei, quia Deus pius est & misericordis, & præstabilis super malitiā nostram, vt reuertentiū ad se toto corde, nō recordetur iniquitatū.

SERMO QVADRAGESIMVS.

LONGO DIGRESSV TRACTAT QVAEstionem, si obstinatus homo valeat de malo in bonum conuerti; cuius occasione, tractat obstinationis gradus: additq; tempore misericordię, colligendas esse virtutes, ad instar Iosephi congregantis frumenta, ne tempore iustitiæ pereamus.

Gen. 41. PHarao Rex Ægypti vidit in somnis, quòd ex flumine exibant septem boues pingues, & pulchre nimis, & pascebāt ꝑ loca amęna, & deinde hos sequebātur septem alia deformes, & macilentiæ, vt nunquam tales in parte Ægypti viderit, qui deuoratis, & consumptis prioribus bobus, nullum in se saturitatis dederunt vestigium, sed eadem macie & squallore torpebant. Iterum euigilās, sopore oppressus. Vidit quòd septē spicæ pullulabant in culmo, plenæ, atque pulcherrimæ, & aliæ deinde septem tenues, & percussæ vredine oriebantur ex stipula, quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt, &c. ibidē prosequere, quomodo Ioseph Rex vocauit, & interpretatus est sibi somnium, scilicet per primos septem boues pingues, & septem fertiles spicas, septem annorum fertilitatē, per alios septem boues macilentos, & septem spicas steriles, & percussas vredine, septem alios annos succedentes pręteritis annis sterilitatis, & penuriæ, & consilium dedit regi, vt donec abundantia est septem annorum fertilitatis, colligantur grana &c. & seruentur in ciuitatib⁹ sub potestate regia, quatenus cum populo possit viuere temporibus penuriæ, & sterilitatis, ne moriamini, quod & factum est.

¶ Hoc mane duo videbimus. An in hac vita nostrum liberum arbitrium possit esse obstinatum in malo, eo ꝙ Christus dixit Matth. Qui peccat in spiritum sanctum, non remittetur ei nec hic nec in alio sęculo. Et Ioā. Qui scit fratrem suum peccatum peccare non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Et peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis, omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem. Secundo exponemus somnium moraliter. In contrarium est, in quacunq; hora peccator ingemuerit, saluus erit. Respondetur secundum sanctum Thomam. Ad intelligendum hanc veritа-

Matth. 12.

1. Io. vlt.

De ver. q. 24. art. 11.

ritatem videamus quid importetur per hoc nomen obstinatio. Obstinatio enim importat & dicit quandam infirmitatem animæ spiritualem ex peccato vel in peccato existenti, per quam aliquis non possit sanari a peccati sui infirmitate. Vnde obstinatio est infirmitas spiritualis mortalis, atque incurabilis, quia ab ipsa sanari nõ possit. Sed quòd quis a tali infirmitate incurabili sanari nõ possit, potest tripliciter intelligi. Vno modo per seipsum absque diuino auxilio, & sic hoc est verissimum, quia vires talis obstinati nõ sunt in eo, vt possit per suũ solum liberum arbitrium mederi, & liberari a tali infirmitate, quia dicit Christus, sine me nihil potestis facere, & Paulus non est volentis neq; currentis sed Dei miserentis, scilicet qui adiuuat nostrum liberum arbitrium ad sanitatem. Sed ex hoc quòd quis non possit per seipsum sine Deo adiuuante sanari a peccato, hoc non dicit obstinationem infirmi sed debilitaté. Nec ex hac parte talis infirmus dicitur obstinatus, quia scilicet per se sine Deo adiuuante non possit. Nam & natura cum Dei adiutorio disponit ad animæ rationalis productionem, ad quam per se nullo pacto potest disponere. Ita etiam quia gratiam, & gloriam dabit solus Dominus, vt dicit Psalmus, homo tamen ad gratiam recipiendam cũ Dei adiutorio se potest disponere, ad quam per seipsum non potest. Sicut tamen Deus naturæ debite præparatæ mediante suo influxu non deficit in necessarijs, ita nec Deus homini debite se præparanti mediante Dei influxu ad gratiam pro sanitate spirituali consequenda, non deficit, quin sanetur per gratiam sibi datam. Vnde Paulus, gratia Dei sum, id quod sum. Alio modo quia non solum per seipsum non potest, sed simpliciter non potest ex natura sua. Sicut qui valde est debilis, & claudus, aut aridus nullo pacto etiam per exteriora adminicula adiutus, potest se disponere ad onus portandũ. Sed hoc

Quid importatur per nomé obstinationis, & in quibus hæc infirmitas curabilis, & incurabilis sit.

modo obstinationem accipiendo conuenit ex natura sui status, & conditionis animabus damnatis, sicut & dæmonibus, quæ ita firmiter ex tali eorum conditione mortali in quo decesserunt peccato adherent, vt nullo modo possint cooperari diuinæ misericordiæ, & voluntati eos cupienti saluare, tantum in voluntate eorũ sunt deprauati, & immutabiles effecti. Vnde Aug. quòd in Angelis casus, hoc in hominibus mors. Dicit enim Sanctus Bonauentura. In conditione rerum nõ solum debemus considerare misericordiam, & iustitiam diuinam, sed etiam sapientiam eius, per quam conditi sumus, & per quam Deus omnia suauiter disponit. Deus igitur sapientissimus conditor, duas intellectuales creaturas condidit ad beatitudinem consequendam, vnam separatam a corpore vt Angelos, aliam coniunctam corpori, vt homines, & vnicuiq; harum dedit suas cõditiones, modũq; acquirendi brauium beatitudinis vsque ad talem cursum. Scilicet Angelus post creationem suam, vt per primam operationem liberæ volũtatis eorum mediãte gratia diuina in qua creati erãt, qua se ad Deum diligendum conuertunt, consequantur immobiliter summum bonum cum immobilitate voluntatis eorum ad ipsum. Et econuerso, qua se auertunt ab eius dilectione & regulis sibi præstitis, se conuertendo ad proprium amorem, consequantur immobiliter odium Dei, & damnationem propriam immobiliter, & æternaliter, hoc exigente eorum conditione naturæ, quòd vel ad bonum vel ad malum ad quod se primo per liberum arbitrium conuerterint, perseueranter in tali appetitu persistant. Hominibus autem naturã dedit flexibilem ad bonum, & ad malum vsq; ad exitum animæ exclusiue, vt sit vsque ad illud tempus sibi hæc vita militia super terram, sed adueniente puncto separationis eorũ peramplius induãt naturam, & conditionem Angelorum in immobilitate voluntatis, in qua de

Aug.
Bonauen.

Digitized by Google

cesserunt. Vt si in gratia Dei, in Dei amore firmiter permaneant, bonoq; summo æternaliter perfruantur. Si autem in mortali, in tali appetitu, & inordinata volitate perpetuo, & immobiliter remaneant. Et hoc non est ex Dei immisericordia, sed ex eorum naturæ conditione post mortem. Et Dei non est destruere, sed perficere, & conseruare naturam in sui naturalitate, propter cõseruationem, & pulchritudinem rerum cõditarum, quas cum magna sapientia condidit. Nam & philosophus .2. de celo dicit. Quidam intellectus non eget actione vt si nem consequatur, sicut est Deus bene dictus, qui in seipso est beatus sine aliquo medio. Quidam paucissima actione finem suum consequuntur, vt Angelica creatura, secundum Augustinũ post primum conflictum. Quidã pluribus actionibus vt homo, cuius secundum Sanctum Iob, vita est militia super terrã, & sicut mercenarij dies ei⁹. Non igitur hæc in vtraq; natura tam angelica post casum, q̃ humana post mortem accidũt, quia Deus nolet eis dare gratiam, sed quia ex natura eorũ post casum, & post mortem, nullo pacto sint capaces eius. Tertio modo intelligitur hæc obstinatio non simpliciter, sed difficulter, vt quia non de facili quis conuertitur in vita hac a praua sua voluntate in malum. Nec de facili a tali infirmitate valeat sanari; quia tali infirmo non insurgunt sibi motus ad bonum nisi debiles, per quẽ modum aliqui in hac vita dicuntur obstinati, secundum quod in præcedenti sermone tetigimus. Vide ibi, & breuiter hic discurre. Et sunt de genere horum, peccantes ex malitia, vt impij apud Iob dicentes Deo suo recede a nobis, viam scientiarum tuarum nolumus, sunt & qui impugnant cognitam veritatem, quod peccatum di

Isa.5. recte opponitur gratię, per quam peccatũ dimittitur. Væ qui dicunt bonũ malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem, & dulce in amarum, & amarum in dulce. Et similiter qui dicunt nolo pęnitere, quia & Christus dicit, Nisi pęni Luc.13.
tentiam habueritis, omnes similiter peribitis. De his sunt etiam qui ex habitu malo, & ad malum, peccant, quoniam habitus est de difficili mobilis, vt dicit Philosophus. Et De⁹ p Hier. nunquid potest Æthyops mutare pellem suam, aut Pardus varietatem colorum? ita & vos, numquid potestis bene facere, cum didiceritis male facere? De his sunt infinita exempla cum quotidiana experientia. Ad rationes Quõ obsti
in oppositum patet responsio. Quia natio sit ir
peccatum in spiritum sanctum dici- remissimi
tur irremissibile in hac vita ratione lis.
difficultatis, quia scilicet non est facile remissibile, nec habet ex se facilẽ causam sed difficilem remittendi sibi, rationibus prædictis. Nam communiter tales miraculose cõuertunt. Vt patet in Paulo, latrone, Magdalena, Matthæo. Insuper dicitur irremissibile, q̃a non meretur remitti, sicut merentur remitti peccata ex ignorantia vel fragilitate perpetrata, quia Psal. dicit. Recordatus est figmenti sui. Item dicitur irremissibile, non quòd non remitteretur dolenti, & pęnitenti, sed quia Deus ratione malitiæ, & ingratitudinis tales non permittit pęniteri, quia quem Deus despexerit, nemo corrigere potest vt dicit Eccle. Sed in medio malitiæ moriuntur sicut Anthiochus, & Grisarorus apud Grego. in dialogo, petens inducias vsq; mane penitendi, quæ non sunt sibi datæ. Paul. An diuitias bonitatis eius, & pa
tientiæ, & longanimitatis cõtemnis? Rom.2.
Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum autem duritiam tuam, & impęnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, q̃ reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Et Ecclesia cantat. Dum tempus habemus penitentiam agamus, & operemur bonum, ne subito præoccupati die mortis spacium pęnitentiæ quæramus & inuenire non possimus &c. Ad auctoritatem sancti Ioan. de peccante

ad

ad mortem dicendum. Non prohibetur aliquis pro quibuscunq; peccatoribus exorare in hac vita, sed in verbis Apostoli inductis significatur, q non ad quemcunq; pertinet, vt impetret pro obduratis in peccato orare, sed ad aliquē perfectum virum, sicut Hier. Est dictum. Tu autem noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam te in bono &c. Item intelligitur de illo orante pro damnando ex obstinatione, cui reuelata foret talis damnatio, quia talis reniteretur voluntati iustæ diuinæ. Sed cum nulli communiter fiat talis reuelatio dum sumus in hac vita, imitanda est sancta mater ecclesia, quæ pro omni genere peccatorum exorat, si quomodo misericordia Dei tales respiciat, & iustitiam, ac irā seueram in misericordiam conuertat, quomodo fecit circa prodigum, & publicanos peccatores, &c. Non reuellatur etiam ne Deus esset ei occasio trāsgrediendi, & duritiæ suæ. De his in superioribus aliquā tetigi. Sed quæres curiose. Vellem scire exemplariter quando contingit hominem miserū, idest pro quali puncto in morte contingat immobilitari, vt de natura sua non possit retrocedere de bono ad malum, aut a malo ad bonū. Dico ad propositum. Videtur mihi apta imaginatio, si imaginemini vnam viam, per quam itur, & retroceditur, sed in termino viæ est rota volubilis, si quis pedem firmiter ponit ad eam, non est in potestate eius retrocedere, sed necessario cadit in præcipitium rotę. Ita dum sumus in hac vita, vsq; ad mortem currimus libero arbitrio nostro ante & retro, sed cum in tali puncto q est finis præteritę vitę, & principium futuræ, aduenimus in transitu ad aliā vitā, & pedem figimus, sicut ad rotā firmiter per declinationem mortis, tunc cadimus irreuocabiliter ad statum separatarum animarum, & remanemus perpetuo in eadem bona vel mala voluntate immobiliter, in qua tunc in illo casu reperimur vt superius declarauimus. Qua propter dum tempus habemus operemur bonum, quia scriptum est opera illorum sequuntur illos. Et sequamur moraliter consilium sancti Ioseph. Dicit S. Paulus. Nolite errare, Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne, & metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonū enim facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus, non deficientes. Ergo dum tempus habemus operemur bonū. Hæc ille. Pingues boues, & fertiles spicę septem, designare nobis possunt pinguem, & fertilē Dei misericordiā, dum in hac vita degimus, signata per septenarium numerum, quia per septē dies hebdomadæ currimus in hac vita mortali. Septem autem boues tenues, & macilēctæ, & alię spicę septē steriles vredine percussæ, quæ deuorant pulchritudinē præteritorū, designare possunt nobis statū alterius mundi vel vitæ, decedentiū, in quo regnat seuera iustitia Dei, vbi Deus in lucerna scrutabitur oīa opera nostra, secundū quod dicit Sopho. Scrutabor Hierusalem in lucernis. Et hoc confirmat Euangelium S. Matthęi de iudicio. Granum igitur, idest bonas virtutes seminemus, quæ faciunt fructum centuplum in bona patientia & perseuerantia. His .n. pascimur & nutrimur dum sumus in hac vita, in beata tamen vita reponendi cum ipsis sanctis & virtuosis operibus, collectis cum formica in estate huius vitæ pro hieme .i. seueræ iustitiæ diuinæ. Vade ad formicā piger, cōsidera vias ei⁹, & disce sapientiā. Quæ cū nō habeat ducē nec pręceptorē, nec principē, parat in ęstate cibū sibi, & cōgregat in messe qđ comedat. Vsq; quo piger dormis? quādo cōsurges e somno tuo? paululū dormies, paululū dormitabis, paululū conseres manus tuas vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas, & paupies quasi vir armatus. Si vero impiger fueris, veniet vt fons Messis tua & ęgestas longè fugiet a te. Hęc ibi. Vinum

Marginalia: Hier. 14. & — Pro quo īstanti homo ī morte fit incurabilis. — Gal. 6. — hic regnat misericordia: illic iustitia, ideo hic virtutes sunt congregandæ pro alia vita. — Sopho. 1. — Prou. 6.

num etiam colligamus, idest assidue contemplemur beneficia diuina, gratias agentes ei in omnibus, maximè de charitate sua intensissima quia dicit Hier. In perpetua charitate dilexi te, ideo attraxi te miserans, & quòd omnium nostrorum iniquitates portauit, secundum quod propheta dicit, describens nos in suis manibus, & pedibus. Et dixit Syon, dereliquit me Dominus, & oblitus est mei. Numquid obliuisci potest mulier infantẽ suũ, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ergo tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. Reconde & oleum, idest opera misericordiæ. De quibus S. Thobias. Ex substantia tua fac eleemosinam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet, vt nec auertatur a te facies Domini. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundãter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartire stude. Præmium.n. bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniam eleemosina ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia enim magna erit corã summo Deo eleemosina omnibus facientibus eam. Hæc ibi. Extende te practicè ad huiusmodi, & similia, quia hæ duæ sorores filiæ Dei omnipotentis diuiserũt sibi regnum. Scilicet hunc mundum misericordia pro se accepit, & in qua cum magna pinguedine regnat per cõdonationem, & remissionem, & supportationem. Et alium mundum iustitia pro se. Vbi dicit Psalmus, non redimet homo, idest Christus factus homo, nec dabit placationem iusto. Et vide pro operibus misericordiæ nostrum sermonem de eleemosina.

Hier. 31. Isa. 49. Thob. 4.

SERMO QVADRAGESIMVS I.

EX FIGVRA FIGVLI APVD HIEREMIAM, diffuse tractantur & spes, & disperatio, cum remedijs aduersus disperationem, & de illius grauitate; pluribusque alijs annexis.

HIC posses dicere historiam de figulo, quam habes superius in prędictis de verbo incarnato.

¶ Hoc mane duo mysteria videbimus. Vnum est, quid sit desperatio. Secundum de causis, & remedijs desperationis.

¶ Quo ad primum prænotandum est, quòd secũdum Philosophum vnũ oppositorum per aliud cognoscitur, vt cęcitas per visum, tenebræ per lucem, amarum per dulce, & econuerso. Vt igitur bene sciamus quid sit desperatio spiritualis, videamus quid sit spes. Et hic non loquimur de spe, vt est Passio subiectiue existens in irascibili, quamuis sit de bono futuro arduo, quia spes non est præsentium, sed amor. Et spes non est proprie ad minima, & quæ de facili possunt acquiri. Et dicitur possibili acquiri, quia non est spes impossibilium. Vnde spes vt est Passio, dicit quandam extensionem ipsius irascibilis in quoddã bonum futurum arduum possibile acquiri, consequens appræhensionem. Et hæc spes potest esse in brutis vt in cane ad leporem. Sed hic loquimur de spe, vt est virtus theologalis causata a Deo per infusionem, subiectiue existens

stens in voluntate. Et dicitur theologica, ex hoc q habet Deum pro obiecto, cui inhærent, pro vt est in nobis principiũ perfectæ bonitatis, inquantum voluntas nostra per spem diuino auxilio innititur ad beatitudinem obtinendam. Dicitur virtus, quia actus eius attingit ad Deum tamquam ad propriam mẽsuram, ex qua redditur bonus, & facit bonum habentem. Vt enim speramus aliquid arduũ vt possibile nobis per diuinum auxilium, scilicet beatitudinem, spes nostra attingit ad ipsum Deum cuius auxilio innititur ad hoc. Vnde breuiter dicamus, spes theologica est virtus infusa a Deo certa expectatio futuræ beatitudinis prouenietis ex Dei gratia, & nostris meritis. Et de ratione eius est Deus vt obiectum eius, quia in hoc consistit virtus theologica. Attingit enim ipsum Deum tamquam supremam regulam humanorum actuum, & sicut primam causam efficientem, inquantum eius auxilio innititur, & sicut vltimam causam finalem, inquantum in eius fruitione beatitudinem expectat. Vnde huius virtutis obiectum principale est Deus. Secundo de ratione ei⁹ est Dei gratia, sine qua secundum Apostolum non potest acquiri vita ęterna, quia dicit gratia dei vita æterna. Tertio de ratione eius sunt meritoria opera nostra, quia dicit Augu. qui fecit te sine te, non saluabit te sine te. Et Sanctus Paulus, fratres satagite, vt per bona opera vestra certam vestram vocationem, & electionem faciatis. Desperatio autem in oppositum prouenit, ex hoc quòd homo non sperat bonitatem Dei participare. Et hoc quandoq; accidit ex falsa ęxtimatione, propter peccata quæ fecit, vel bona quæ omisit, & sic desperat de Dei misericordia, credens Deũ nolle vel non posse sibi parcere, vel eũ in gratiam recipere. Non tamen propter hoc est necesse, quòd sit infidelis quia aliquis retinendo in vniuersali veram extimationem fidei, scilicet q est remissio peccatorum in Ecclesia, potest tamen pati motum desperationis, quòd scilicet sibi in tali motu existenti, non sit sperandum de venia, corrupta extimatione eius circa particulare. Et per hunc modum potest esse desperatio sine infidelitate sicut & alia peccata mortalia. Vnde sicut in spe habetur respectus ad bonum arduum adipiscendum ex gratia & meritis proprijs, ita desperatio dicit respectum in non reputando Deum vt bonũ arduum pro tali tempore passionis allectus voluptatibus, & ideo non sapiũt sibi bona æterna, & modo Hebræorũ dicit, nauseat anima nostra supra cibo isto leuissimo, & sic ducunt tales dies suos in lętitia, & gaudio, & in puncto ad infernã descendunt: Et hæc desperatio secundũ theologos dicitur oriri ex delectationibus concupiscentiæ, maxime circa venerea, quæ plurimũ hominem a Deo retrahunt, & in carnis desiderijs detinent. Insuper sicut spes est cum gratia Dei, & meritis proprijs, ita desperatio accidit, quia videt se priuatum Dei gratia, & se esse detentum in concupiscentijs auertentibus eum a Deo, & desperat se posse ad gratiam Dei redire, & bona opera inchoare vel in ipsis perseuerare. Et hoc ortum habet a tristitia, & accidia ad bona opera. Accidit etiam quandoq; hoc ex auaritia, vt in illis qui acquisierunt malam auaritiam domui suæ, & detinent in restituendo ea, &c. Et hoc peccatũ desperationis est grauissimum. Quia sicut spe reuocamur a malis, & inducimur ad bona prosequenda, ita sublata spe effrenate homines labũtur in vitia, & a bonis operibus retrahuntur. Si desperaueris lapsus in die angustiæ, minuetur fortitudo tua. Dicit Glos. nihil execrabilius desperatione, quam qui habet, & in generalibus huius vitæ laboribus, & quod peius est in fidei certamine constantiam perdit. Et Isido. Perpetrare flagitium aliquod, mors est animæ, sed desperare est descendere in infernum. Hæc ille. Et Hier. 15. plaga mea desperabilis renuit curari. Et capit.

Quid sit spes theologalis, & qd desperatio & de eius grauitate.

Vnde oritur desperatio.

Peccatum desperationis grauissimum.

Prou. 24.

Lib. de so. bon.

capit. 30. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Hæc ibi. Et hæc sufficiant quo ad primam partem.

Causa desperationis prima.

¶ Secunda pars de causis, & remedijs desperationis. Prima causa est cófusio & infamia in delicto, contracta ex peccato. Nam verecundia plurimũ refrenat maxime sexum muliebrem, & religiosas personas a peccato, qua amissa curritur in malum, sicut equus & mulus in quibus nó est intellectus, ideo quãdoq; accidit alicui se esse diffamatum in peccato, quòd fiat frons meretricis sine rubore, vt dicit scriptura. Est qui præ confusione perdit animam, & ab imprudentia personæ perdet eam, scilicet suasione alicuius vel infamia, sed remedium hoc debet accipere pro medicina sua, generalem suam confusionem in iudicio, vbi toti mundo erunt cuiusque denudata sua peccata cum maxima confusione. Et congregabo eos super te vndiq;, & nudabo ignominiam tuam coram eis. Exemplum hic possis ponere ex vitis patrum, de filia quæ post mortem matris lasciuæ, eius vitam voluit sequi, quàm patris probi, & honesti viri, sed mutata est ex visione, quam habuit super patrem ex bona vita saluatum, & super matrem ex praua & vita sua lasciua damnatam.

Eccle. 20.

Ezech. 16.

Exemplũ.

¶ Secunda causa est multiplicitas grauis in eodem peccato contenta, vt fuit in Chaim, qui peccauit primo p irreuerentiam & ingratitudinem ad Deum offerendo sibi corrosa in sacrificio. Deinde per inuidiam, & odiũ in fratrem, & ex his per fratricidium sequens. Et in Dauid ex adulterio homicidiũ, &c. Vnde dixit Chaim Deo inuitanti eum ad pœnitẽtiam. Maior est iniquitas mea, quàm vt veniã merear. Sed hi accipiant medicinã exẽplaritatis in Magdalena, a qua Dominus eiecit septem dęmonia, idest septem mortalia peccata, & in prodigo & publicano, & similibus. Quia dixit Deus per Ezechielem omnium iniquitatum eorum non recordabor. Exemplum huius habes in vita sancti Ioannis Euangelistæ, de iuuene conuerso, & iterum reuerso ad prædas, & latrocinia, & reconuerso per ipsum sanctũ Euangelistam ad pœnitentiam.

Gen. 4.

Exemplũ.

¶ Tertia causa est enormitas flagitiorũ, vt sunt homicidæ, proditores, vastatores, & vitijs contra naturam dediti, practica de discordijs sectarũ in ciuitatibus, occasione quarum infinita mala fiunt, de quibus superius Hier. insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Quia scriptum est Iacob. qui non fecit misericordiam in proximum, fiet ei iustitia absq; misericordia. De his fuit Iudas qui laqueo desperatus se suspendit, & tu de similibus practica. Sed hi pro medicina habeant Chaim, quia Domino reprobatus fuit, quia dixit maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Accipiant insuper Pauli persecutoris Ecclesię, & sanctorum conuersionem, quia secundum quod ipse dixit. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et Thaidis meretricis in vitis patrum, & similium.

¶ Quarta causa est diuturnitas tẽporis in peccatis, vt sit factus sicut Æthyops, qui nó potest mutare pellẽ, & sicut Pardus varietatem suorum colorum, sed astitit omni vię non bonę, malitiam non odiuit vsque ad senectam & senium. Sed hi confortentur, quia per Christum etiam qui vndecima hora in vineam suam venerunt, remunerati sunt ęqualiter illis, qui alijs horis venerant. Et exemplum accipiant regis Manasses omnium iniquitatum, etiam diuturnitate temporum, pessimum. Et nihilominus propter sua peccata captus, & incarceratus, ex intimo cordis ingemiscens cũ protestatione mutandi vitam suam, restitutus fuit regno, & gratiæ diuinæ. Vide orationem eius in fine secundi Paralip. In signum huius Christus Lazarum quatriduanum resuscitauit. Et Ezechie. dicit. In quacunq; hora peccator ingemuerit, saluus erit.

4. Reg. 21.

¶ Quinta causa pusillanimitas in aggrediendo pœnitẽtiæ asperitatem,

quia

Digitized by Google

quia arcta est via quę ducit ad vitam & pauci ingrediuntur per eam dicit Christus. Sed isti cogitent, quia nullum peccatum erit impunitū, & quòd vel hic vel in alio sæculo necesse erit pœnitentiam agere: vel in purgatorio ubi omni temporali pena erit maior, vel in inferno, vt dicitur Sapien. 5. Gementes, & præ dolore pœnitentiam agentes. s. sine fructu, quia in inferno nulla est redemptio. Et ruminent, Epuloni quid dictum est. hic consolatur, tu vero cruciaris, vt nec guttam aquę pro refrigerio suo meruerit habere. Nam quidam S. Pater tentatus à fornicatione digitum suum ad lucernam ardentem posuit dicens. Si non potes hanc pœnam corporalem ignis temporalis pati & sufferre, quomodo poteris sufferre ignem inferni, idest, qui datur, talia peccata perpetrantibus.
Luc. 16.

Sexta causa, qui hi cogitant se non posse vitare peccata sua, &c. quæ totiens & totiens emendata replicarunt vt canis ad vomitum, &c. Sed isti dicant cum Paulo fiducialiter. Omnia possum in eo qui me confortat. & sufficit diei malitia sua, & cum Dei adiutorio hodie possum, & cras fiet voluntas Dei, & qui me valuit per hoc momentū conseruare, potens est sua misericordia & in futurum conseruare, cui me totum, & commendo & committo, quia Psalm. dicit. Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum. Sic enim sanctus Bernar. conuertit quendā, vt hodie abstineat amore Dei. & cras similiter amore virginis, & post cras amore sanctorum, & sic ex hac assuefactione immutauit vitam suam. vnde circa tales pusillanimes & spiritualiter infirmos, pia delusione vtendum est modo infirmorū, non apponēdo coram eis magnas dapes insimul sed paulatim, aliter cunctas à se reijcient. sufficit enim vt dicit scriptura diei sua malitia. Nam habemus gratiā Dei, cuius minimus gradus secūdum S Thomam est sufficiens ad resistendum peccatis, & omni tentationi, sunt Angeli custodes, sunt suffragia Ecclesię, &c. & Petro non vsque septies, sed vsq; ad septuagies septies dictum est pro recidiuationibus.
Psalm. 30.

Septima causa est nimia tepiditas in Dei seruitio, vt ad orationes & similia, quia tepidi euomuntur à Deo. Sed isti cogitent, quia circa ollam tepidā muscę volant, & morientes perdunt suauitatem vnguenti. dicit scriptura Ecclesiast. 10. Et excutiant se vt gallus alis suæ discretionis, & vociferent ad Deum vigilias suas obseruando, quia & Christus discipulos dormientes increpauit dicens. vigilate ne intretis in tentationem, quoniam caro infirma est. & spiritus promptus. Tamen nec desperent, quoniam etiam ex parua scintilla gratię magnus ignis potest accendi. Si conuerteris conuertam te, & ante faciem meam stabis, & si separaueris præciosum à vili, quasi os meum eris.
Apocal. 3.
Hier. 15.

Octaua causa est multiplicitas tribulationum, & dicunt illud Hiere. 15. quare factus est dolor meus ꝑpetuus, & plaga mea desperabilis. Sic se desperauit Saul Rex prostrato exercitu suo per Philistæos, vt diceret seruo Amalechitæ, percute me, & percussus ab eo mortuus est. Insuper dicuntur illud. Psalm. Ego dixi in excessu mentis meæ, proiectus sum à facie oculorum tuorum. Sed isti cogitent illud S. Pauli ad Heb. Fili, noli negligere disciplinā Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. In disciplina perseuerate, tanquam filijs vobis offert se Deus. Quis. n. filius quem nō corripit pater? q̃ si extra disciplinam offert, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filij estis. Deinde quidem patres carnis nostrę eruditores habuim⁹, & reuerebamur eos, non multo magis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus? omnis quidē in pręsenti videtur non esse gaudij sed meroris, postea aūt fructum pacatissimū exercitatis per eam reddet iu
2. Reg. 1.
Hebr. 11.

 stitiæ,

Digitized by Google

ſtitiæ, & cæt. vide ibi: vide pulchrum exemplum patientię in comite podagroſo apud ſanctū Gregorium in Dialogo. Et illud Gregorij tales ſępius reuoluant. Quod fornax auro, quod lima ferro, quod flagellum grano, hoc facit viro ſancto tribulatio. Gregor.

¶ Nona cauſa eſt non habens ſe ſubleuantem in prædictis defectibus, vt conſilio, oratione, monitione adiuuetur. Eccleſiaſt. Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe, & funiculus triplex difficile rumpitur. Sed remedium eſt omnibus tentatis, primo ad Deum recurre pro adiutorio. Quia Eccleſiaſt. dicitur. Reſpicite filij hominum nationes, & videte, quia nullus ſperauit in domino, & derelictus eſt. Et deinde ad ſanctos ſecūdum conſilium Iob. voca ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorū conuertere, permaxime ad Beatam Virginem omnium tribulatorum audacem & fideliſſimam aduocatam. De cuius aduocatione vide noſtros ſermones de eadem in primo libro. Inſuper omnia cum conſilio ſeniorum & ſaniorum facito, & non pœnitebit, practica de huiuſmodi. Et poſtea conuerte te ad figuli vas fractum, & ex eadem maſſa pulchrius confectum ab eo. vide expoſitionem in primo libro in noſtro ſermone de cauſa incarnationis, vbi hanc hiſtoriam moralizaui.

Eccl. 4. Eccl. 2. Iob. 5.

SERMO QVADRAGESIMVS II.

CHRISTVM COMPARAT LIGNO vitæ, plantato in medio Paradiſi voluptatis, quem & in multis virtutibus imitandum proponit, cum alijs lignis omnis generis, ideſt ſãctis omnibus, quos ſubſequi debemus.

Gen. 2.

FOrmauit Dominus Deus hominem de limo terræ, & ſecundum animam ad imaginem Dei, & ſimilitudinem eiꝰ. Et plãtauit Deus paradiſum voluptatis à principio, & lignum vitæ in medio paradiſi, & lignum vetitum ſcientiæ boni & mali. Inſuper omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue cuncti generis. Fluuiuſque egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum. Et poſuit hominem in paradiſo, vt operaretur, & cuſtodiret illud. & cætera.

¶ Hoc mane prædicabimus in quibus virtutibus Deus à nobis ſit imitandus, & quomodo non ſolum ſeipſum Deus præbuit imitandum, ſed obtulit nobis ſanctos viros ſimiles nobis imitandos.

¶ Quo ad primum dicit hiſtoria Deus hominem fecit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſecundum animam, & ſecūdum corpus erectum de limo terræ. Hic notandum eſt, quòd res intellectuales ſunt in triplici differentia. vna eſt Deus benedictus, de quo in Cõcionibꝰ de Verbo incarnato multa dixi. Cuius ſimilitudo vera, eſt filius eius, qui eſt ſecundum ſcripturam ſpeculum munditiæ, ad differentiam, noſtri intellectualis ſpeculi, quia Angeli ſuam cognitionem mendicant in naturalibus per ſpecies infuſas, cū à ſeipſis

Res intellectuales in triplici differētia.

à seipsis non habeant eam, & insuper naturalibus à Dei reuelatione. Et nos totam nostram cognitionem mendicamus ad extra, sicut speculum materiale, figuras, & similitudines rerum sibi obiectarum. Ideo merito non dicimur speculum munditiæ, quia hoc soli filio Dei conuenit. Propterea & solus ipse dicitur similitudo & imago Dei, & creatura intellectualis dicitur ad similitudinem & imaginem Dei facta. De his vide nostrum sermonem sub eodē titulo in Cōcionibus de Verbo incarnato. Itē quomodo creatura infra intellectualē contenta, sit vestigium Trinitatis, ibidem vide. Dicitur ergo homo ad imaginem Dei quo ad repræsentationem, non solum attributorum diuinorū, sed etiam proprietatum diuinarum personarum. Dicitur ad similitudinem Dei etiam quo ad imitationem Dei, in his in quibus ab homine Deus imitādus est, sicut pater à filio. vnde & secundum Chrysosto. Deus à principio per hoc similitudinis nomen, noluit se vocare dominum hominis, sed patrem, quia filius, & non seruus solet esse similis patri. Ideo dicit S. Paulus ad Ephes.

Ephes. 5. Estote ergo imitatores Dei, sicut filij carissimi. Dico imitatores Dei in his, in quibus Deus ab homine est imitandus, & non in quibus non est imitandus. vnde dicit S. Thom. 1. par. quæst. 63. ar. 3. Appetere assimilari Deo contingit dupliciter. vno modo quantum ad id in quo aliquid natum est Deo assimilari, sic licet, dummodo debito modo id appetat adipisci, ordine scilicet debito, vt scilicet, ea à Deo habeat de quibus infra. Alio modo quantum ad id in quo non est natus assimilari, modo quo dæmon appetijt similis esse altissimo, vt illam Dei similitudinem quæ datur ex gratia, voluit habere per virtutem suæ naturæ, non ex diuino auxilio secundum Dei dispositionem. vnde Anselmus. Appetijt illud ad quod peruenisset, si stetisset. Eua etiam diabolica superbia appetijt esse id sciētia, vt Deus, quando dixit sibi serpēs: eritis vt dij scientes, & cæt. Et non licet Deo assimilari, nec in beatitudine, nec in scientia quo modo dæmon, & Eua appetierunt. Non in creatione, quia hoc est solius Dei, non quòd ab ipso non dependamus, aut quòd quicquam à nobis habeamus quasi ex nobis, non scire cordis secretum, quia hoc soli Deo conuenit, & similia id genus. De hoc Psalm. dicit. Deus quis similis erit tibi. Sed debemus assimilari Deo in quibus capaces sumus ei assimilari, de quibus S. Thom. in opusculis perpulchrè discurrit, quæ ego breuiter collegi. Licet multæ sint proprietates diuinæ imitatiuę ab homine, solum tamen ponam quinque quæ magis sunt auditoribus necessarię, in quibus cęterę includuntur. Primo Deus est imitandus in bonitate participata, quia nemo bonus essentialiter, nisi solus Deus. Et secundum sanctum Dionysium nemo respiciens ad malum operatur, ideo vnicuique creaturæ rationali dedit inclinationem ad bonum. Propterea Christus hortatur nos. estote perfecti, sicut & pater vester perfectus est. Et hæc perfectio maxime consistit in conformitate cum Dei voluntate, ideo & secundum commune prouerbium dicitur diligenti, Diligas me mea voluntate. Psalmus, Mihi adhærere Deo bonum est, & ponere in Deo spem meam, & in oratione dicimus. Fiat voluntas tua. secundo in cordis munditia, quia Christus dicit. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quæ munditia cordis possidetur, per regulas quas Isaias dat nobis. Isa. Lauamini, mundi estote, &c. vbi ponit munditiam de præteritis tam cogitationum, quàm operis, & intentionem bonam; ac sequelam bonorum operum, vt sit Deus cum eis, & ipsi cum Deo. Et si vis addere regulas tres verę contritionis ex Gerson, vide in nostra concione de contritione. Et vide Mich. 5. cap. Interroganti populo, quid sit bonum in conspectu Dei, & per quid placatur,

Psalm. 82.

Isai. 1.

an per curuationem genuum, an per
oblationem holocaustorum & anima
lium, an si pro scelere primogenitum
dabitur? respondit. Indicabo tibi ò ho
mo quid sit bonum, & quid domi-
nus requirat a te. vtique facere iudi-
cium, hoc conuenit iudicibus, & dili-
gere misericordiā, hoc ad omnes per-
tinet, quia Christus dicit misericor-
diam volo & non sacrificium. Et soli-
citum ambulare cum Deo tuo, scili-
cet quomodo sibi placeas in cogitatio
ne & verbo ac opere, & declines à ma-
lo, & facias bonum, inquire pacem &
persequere eam. Sed heu miseri homi
nes his temporibus potius sunt ex pa
tre diabolo per imitationem. Psalm.
Astitit omni viæ non bonæ, malitiam
nō odiuit. vt de eis dicatur illud Pau-
Rom. 1. li ad Roman. Tradidit illos Deus in re
probum sensum, vt faciant ea quæ nō
conueniunt repletos omni iniquita-
te. vide vsque in finem capituli. ter-
tio imitandus est Deus in veritate.
Nume. 23. Non est Deus quasi homo, vt mentia
tur. Et tunc Deus imitatur ab homi-
ne absque mendacio in veritate, quan
do in eo conformatur exterior cultus
cum interiori deuotione ad Deum, vt
non sit vt in theatris personatus co-
ram eo, qui perscrutatur corda homi
num. Extra est rex in habitu, & in ef-
figie hypocritarum, & intus est vilis
persona. Cor enim contritum & hu-
miliatum non despicit Deus, sed acce
ptat, vt dicit Psalm. De exteriori au-
tem sola cultura dicit propheta. Po-
pulus hic labijs me honorat, cor au-
tem eorū longe est à me. Talium enim
sacrificia & oblationes, & solemnita-
tes dicit per Isai. Sunt abominabiles
ei. Item hæc imitatio in veritate ma-
xime conuenit iudicibus, qui sunt mi
nistri Dei, vt dicit Sapient. 5. Et Pro-
uerbio. 17. Non decet principem la-
bium mentiens. Ne faciant venalem
Deut. 17. iustitiam, vt dicit eis Deus Deutero.
Vide ibi, & in nostra concione super
Euang. erunt signa in Sole, &c. De his
Amos. 5. Amos. Qui conuertitis in absinthium
iudicium, & iustitiam in terra relin-
quitis. Conuenit & consiliarijs, & ad-
uocatis, quoniam Isai. dicit. Væ qui Isai. 5.
dicitis malum bonum, & bonum ma-
lum, ponentes tenebras lucem & lu-
cem tenebras, ponentes amarum in
dulce, & dulce in amarum, & cætera.
Vide summulam Gaetani, & aliorum
ad propositum. Titulo iudex & aduo
catus. Conuenit etiam omnibus con-
ditionibus hominum. Non indueris
vestimento, quod ex lana linoque con
textum est. Deuteronom. dicitur. In Deut. 22.
quo denotatur simplicitas in ore, &
magna malitia in corde. Nam vestis
talis lanam celat intus, & linum osten
dit in superficie, ita dolosus proximi
deceptor extra mel in ore ostendit, &
intus fel iacet, modo quo dixit Ioab
ad Amasiam. Salue mi frater, & tenuit
manu dextera mentum Amasiæ quasi
osculans eum. porro Amasia non ob-
seruauit gladium, quem habebat Io-
ab, qui percussit eum in latere, & ef-
fudit intestina eius in terram & mor-
tuus est. secundi Reg. 20. & Leuit. 19.
cap. Non mentiemini, neque decipiat
vnusquisque proximum suum, & non
periurabis ī nomine meo, nec pollues
nomen Domini Dei tui. Ego domi-
nus Deus vester. Ideo de commertijs
cum proximis Prouerb. dicitur. Pon- Prou. 20.
dus & pondus, mensura & mensura,
vtrunq; abominabile est apud Deum.
Leuit. dicitur. Ego dominus Deus ve Leuit. 19.
ster, nolite facere iniquum aliquid in
iudicio, in regula, in pondere, & men-
sura. Statera iusta & æqua sint pon-
dera, iustus modius, æquusque sex-
tarius. & cæte. Hic possis practice te
extendere secundum subiectam ma-
teriam. Psalmus. Domine quis habi- Psalm. 14.
tabit, & cæte. in paradiso? Innocens
manibus & mundo corde, qui non ac-
cepit in vano animam suam, nec iu-
rauit in dolo proximo suo. & cæte-
ra, dic reliquum. Tertio imitandus
est in stabilitate, quia ego Deus, &
non mutor. Primo quilibet debet es-
se stabilis in his quæ Deo promisit
in baptismo, practica abrenuntiando
Diabolo, & pompis eius, & non clau-
dicet

Digitized by Google

dicet vtroque pede sicut Hebræi tempore Achab Deo & diabolo sacrificia offerentes, & vt faciũt præsertim mercatores & offerentes sacrificia de substantia pauperum, quia dicitur Eccl.
Eccl.34. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris. Insuper stabilitas hæc maxime conuenit principibus & iudicibus. Noli quærere fieri iudex,
Exod.23. Deute.16. & 17. & Eccl.7. nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Item confessoribus. quoniam
Malach.2. aliter Malach. Maledicam benedictionibus vestris. Item prædicatoribus, qui dati sunt in murum æneum populo. Et imitetur Heliam contra Achab.
Hierem.1. & 22. 3.Reg.18. vide pulchrum cap. & Micheam contra eundem vlt. cap. Item omnes vtantur in iniusta peteres causa amicitiæ, Publij Rutilij apud Valerium responsionem. dum quidam apud eum pro iniusta rogatione causa amicitiæ insisteret, & in eo sibi morem gerere negaret, diceretque ei, quid mihi opus est tua amicitia, si quod quæro nõ facias, respondit Publius. Quid mihi tua, si propter te aliquid inhoneste facturus sim? Quarto Deus est imitandus in liberalitate, qui admirabili modo se cõmunicauit creaturę & maxime homini cui abundanter tribuit: vide nostram cõcionem de eleemosyna & hic ad misericordiam in pauperes applica. Et si Dominus ita largus est, cur eius seruus suis conseruis erit auarus, cum diuitiæ, & paupertas sit à Deo, vt dicit Ecclesiast. Quinto in pietate & placabilitate, quia pręstabilis est super quotidianã malitiam nr̃am, quiq; facit oriri solẽ super bonos & malos,
Eccl.28. & super iustos iniustosque pluit. Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam? loquitur interrogatiuè & admiratiuè. de his vide nostrum sermonem de causis remissionis ad inimicos. Et vt valeas melius hanc imitationem sequi, Deus plantauit in medio paradisi lignum vitæ, & restaurationis, scilicet Christum in Ecclesia, qui de se dicit. Ego sum vitis vera. Et ego sum via, qua incedere debetis, vitę cuius imitatio dat vitam æternam, veritas, quia sine peccato & fictione. In figuram huius dictum est Moysi. Inspice & fac secundum exemplar mõstratũ tibi in monte, scilicet in Christo lapide deciso de monte æternitatis, & affixo, vt omnibus sit patens speculum omnium virtutũ in ligno crucis. Percurre totam vitam Christi vsque ad mortem de omnibus virtutibus, quas ostendit de sua odorifera vita. De quo Iob. vestigia eius secutus est pes meus. Insuper dedit, & plantauit in paradiso ecclesiæ lignum scientiæ boni & mali sub pœnali mortis transgressione, ad ostendendum quòd quilibet etiam mandata quę in se bona vel mala non sunt, vt sic vel sic facere, sed possunt esse mala vel bona ratione alicuius adiuncti, vt ex lege positiua, quam iudex qui est minister Dei ordinat pro bono populi in vetando sub pœna mortis vel huiusmodi, debet obseruare, sicut S. Paulus ad Roman. dicit. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt. Vbi dicit San. Thom. vel pœnam temporalem, vel æternam. Nam principes non sunt timoris boni operis, sed mali. vis autem non timere potentem, bonum fac, & habebis laudem ex ipso. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in irã, ei qui malum agit. Ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram sed etiam propter conscientiam. Et Panor. dicit super de maior. & obed. capitu. si quis in fine. Ex hoc capitu. habetur, quòd non obediens principi sæculari peccat mortaliter, & posset iudex Ecclesiasticus ad petitionem iudicis secularis illum inobedientem

Exod.23. Rom.13. Quàm periculosum sit nõ obedire potestatibus et secularib⁹.

dictem excommunicare. Et quoniam tu posses dicere. Christus fuit Deus & homo, ego autem purus homo, & fragilis, ideo non possum Deum imitari in prædictis, ideo dignatus est Deus benedictus in horto suæ ecclesiæ plantare arbores fructuosas omnis generis similes nobis in natura, in quib⁹ nihil ab humano fuit, pulchras visu in exemplaritatis varietate, & dulces gustu ad imitandum eorũ suauitatem, & charitatem in varijs virtutibus, & hoc irrigatione Spiritus sancti, de quo fluuio dicit Christus. Qui sitit veniat ad me & bibat, & de ventre eius fluent aquę viuæ, scilicet, salientes in vitam ęternam. Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant. Hic enarra sanctos & sanctas omnis generis imitandos. vnde Chryso. qui sanctorum glorias frequenti laude colloquitur, eorum mores sanctos imitetur. Aut enim imitari debet, aut laudare non debet. Propterea seipsos nobis præbent exemplum, vt ex ipsis proficiamus. Delicatus es tu miles, si putas te posse, sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Exerce vires, dimica atrociter, concerta in prælio. ò miles Christi considera pactum tuum, conditionem tuam attende, militiam nosce, pactum quod spopondisti, conditionem qua accessisti, militiam cui nomen dedisti. In hoc etiam quòd eis pręcepit pręcepto positiuo, ne comederent de ligno scientiæ boni & mali, ostendit se habere curã omniũ rerum, & prouidentiam humanorum actuum quodq; in ditione eius cuncta sint posita, & non est qui possit resistere voluntati eius. Et quòd magis timeret in præceptis diuinæ legis, & naturæ, & caueret eorum transgressionem, cum tam acriter sibi commĩnatũ sit sub pœna mortis in transgrediendo iura positiua. Et collocauit eũ in Paradiso vt operaretur, non ad necessitaté cum terra sua sponte sibi omnis generis fructus gignebat, sed potius ad sui recreationé, & ne ocio frueretur, sed post suam cõtemplationem operationi recreatiuæ vacaret. Et vt custodiret paradisum, scilicet magna custodia, ne diaboli laqueis irretitus perdat illud, sicut iam perdidit. Et in hoc datur nobis exemplum. Deus vocatos in vineã suæ ecclesiæ, vult operari, & non ociari, vt clarè continet Euang. de vocatis operarijs in vineam suam. Sic enim custoditur innocentia & gratia Dei. Quoniam si in viridi, id est in primis parentibus tã claris scientia, & omni ornatu factum sit, vt laqueis diaboli caperentur ad suam, & suorum successorum damnationem, & interitum, quid fiet in nobis miseris, de quibus Genes. 8. sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ab adolescentia in malum, & diabolus circuit, quærens quem deuoret? Iccirco beatus Petrus. Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera vestra certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter administrabitur vobis introitus in ęternum regnum Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi. Hæc ibi. 1. Petr. 1.

SERMO

SERMO QVADRAGESIMVS III.

DE APPARITIONIBVS BONOrum, & malorum dæmonum hominibus in morte, & de tentationibus malorum dæmonum, & pugnandi contra eos. Item de consolatione multorum per Christum, cum historia Abraæ mactantis animalia, ad propositum accomodata.

LEgitur Genes. 15. capit. de visione Abraham super animalia. & cæt. Vide historiam in cōcione de cognitione peccatorū in iudicio.

¶Hoc mane prædicabimus. An dæmones secundum vulgare dictum, omnibus morientibus corporaliter appareant, cum sint spiritus. & cęt. deinde exponemus visionem ad propositum nostrum moraliter.

¶Ad quod dicendum est, quòd Angeli mali appareant in morte hominibus, hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo per tentationem ordinariam, sicut dum sani sumus facit. Et hoc modo, sine dubio omnibus præsens est, & eo magis & fortius cum videt per coniecturas melius quàm aliquis medicus mortem certam hominis, per cuius casum tunc scit eius perpetuam damnationem. Propterea Sanctus Petrus hortatur nos dicens. Fratres sobrij estote & vigilate, & cætera. Et hoc expresse dicit sanctus Gregorius, & sanctus Augustinus supra illud tu insidiaberis calcaneo eius & iniquitas calcanei mei circundabit me, & sanctus Vincentius supra illud, & circundabunt te inimici tui vallo, sicut venatores leporem cum canibus, & baculis. Et calcaneum dicunt esse finem hominis in morte, cui dæmones grauissime insidiantur. vnde dicunt, fini vitę maiores insidias apponit diabolus, sciens quòd tunc casus eius est damnatio. Et hoc est rationi consentaneum. Quia sicut Angelus bonus non relinquit hominem vsq; ad mortem inclusiuè assistendo ei, & eum custodiendo, & auxiliando, & eum bonū persuadendo, vt dicit sanctus Thomas prima parte quæst. 113. ita etiam econtrario dicendum est de dæmone circa hominem ad deijciendū ad mortem æternam eum. ò si tot laqueos vidit Anto. extentos per mundum diaboli, vt exclamaret ex timore, quis hos domine laqueos euadere potest, cui est dictum sola humilitas, & si tot ampullas ostendit dęmon sancto Machario, quibus gustandis tentat homines, quid facit in mortis articulo, vbi casus est mors æterna? Sed confortamini, quia Psalm. dicit. In te cornu, Psalm. 43. idest virtute crucis ventilabimus inimicos nostros. De his auxilijs diuinis dicemus in serm. de tentatione, quia Psal. dicit. In nomine tuo spernemus omnes insurgentes in nobis. In figuram huius Angelus dixit Tobię, vt piscem volentem eum deuorare traheret per branchiam. Alio modo potest

Qūo demones formant corpora in quibus apparent.

Digitized by Google

intelligi de apparitione corporali. Pro intellectione huius notandum, quia Angeli tam boni, quàm mali cum sint spiritus, non habent locum corporalē absolutè, nisi per operationem, vt vbi operantur circa locum, ibi sunt. Propterea philosophus dicit. Entia optimam vitam ducentia non sunt in loco, & idem S. Thom. & S. Gregor. Nazianzenus, vel per assumptionem corporum, quod communiter fit cum apparent visibiliter per confictionem, & assumptionem corporis aerei, quod potius ex eo formant, quia cæteris elementis facilius condensatur, & post condensationem resoluitur, & aer facilius coloratur propter admixtionē vaporum coloratorum, sicut apparet in Iride. Nam terra est dura, non cedit, aqua est interminabilis, & non de facili resoluitur vt aer, & ignis est vtiuus. Sed an hoc modo corporali visione appareant morientibus, dicimus: Quod certum comperimus aliquibus tam bonis appareant, vt S. Martino, quàm malis, vt Grisarori apud Greg. in Dialogo. Sed an omnibus tam bonis, quàm malis. De hoc in S. Thom. in speciali, nihil inuenio, sed semper cum protestatione loquor, melius sentientis. Videtur mihi, quòd omnibus aliqua specie corporali, siue vera, siue imaginaria appareant. Quia si non est veritus in cruce Christo apparere corporaliter, quanto magis apparet hominib. Dico hominibus, qui non moriuntur aliqua morte violenta vel subita, ex qua statim incompotes rationis fiunt. Nam dicitur Io. Venit princeps huius mundi, &c. super quo dicit S. Vincentius in sermone Sabbathi sancti. venit ad Christum, & posuit se in brachio crucis, spectans animam Christi, & Beda idem cum glo. super illud Thobiæ, quando piscis voluit eum deuorare. Dæmon venit, & posuit se in brachio crucis ad deuorandum Christum, & non videbatur nisi à Christo. hæc S. Vincentius. Quomodo autem appareat sub corporeis illusionibus, est notandum quòd dicit sanctus Bonauen. quia dæmon tribus modis apparere potest per illusionē. vno modo cum quis rem absentem, tanquam præsentem extimat, sicut dicit sanctus August. in lib. de Trinitate de quodam, cui dæmon ita fortiter impressit phantasma cuiusdam absentis mulieris, vt secum coire videretur, tanquam cum præsenti. Et hæc phantasia accidit ei, qui sitit fortiter in cōsideratione alicuius rei horribilis, vel delectabilis. Propterea morientibus maxime consilium do, non sistant in cōsideratione grauitatis peccatorum, ne inducantur ad desperationem, sicut Chaim, sed factis debitis ecclesiasticis cum potes, totum te proijce in considerationem misericordię & pietatis Christi & passionis eius, qui etiam vndecima hora aduenientes in vinea sua remunerat. Idem consilium est omnibus scrupulosis, reijciant à se fixam imaginationem circa scrupulos suos, imo potius reijciant despiciendo, quia sic dæmon vincitur, & consilio regantur. Nam plurimum grandis timor & delectatio facit hęc phantasmata falsa. Alio modo potest accidere quòd res quæ in veritate non est ita in se, secundum quòd præsentatur sibi esse. Et hoc accidit duplici ex causa, scilicet vel ex parte potentiæ visiuæ, dum dęmon commouet magnum sanguinem ad oculos, vt appareant sibi omnia rubra, modo quo per vitrum rubeum radij solares transeuntes apparent rubei. Vel addit circa obiectum aliquid, ex quo res variari videtur, modo quo lumen candelę paleis diuersimode ad lumen dispositis, & coniunctis facit apparere serpentes. Et hoc potest naturaliter fieri per tales appositiones, vel cum facit appositiones, vel cum facit apparere gattas, quia addit ad aerem circunstantem, cum sibi sint res quo ad motum localem subiectæ, vel aliquas appositiones obiectui adiungit. Tertio modo, vt res præsens videatur non esse. Vbi pro intellectione huius notandū, tria concurrunt ad sensationem. Primo

Marginalia: 1. de cęlo. — Dæmon Christo apparuit in morte. — Ioan. 14. — Exemplū. — Perpulchre declaratur modus deceptoriæ apparitionis diabolicę. — Regula pro morientibus & scrupulosis.

mo potētia dispositа, quia actus actiuorum sunt in patiente disposito secundum philosophum. Secundò mediū per quod species obiecti deferuntur ad sensum. Tertio obiectum & species eius delatæ ad potentiam, quæ omnia dæmon potest impedire, & turbare. Potest enim potentiam inficere per commotionem ad ipsam superfluorum humorum, vt diximus. Vt cum ad oculos commouet magnum sanguinem, vt sibi rubea appareant obiecta. Potest etiam eam debilitare, ne quoquo modo vsq; ad obiectum eius virtus extendatur, vt accidit debili potentiæ visiuę, quæ absque ocularibus legere non videt, vel ad prolixū obiectum extendi. Potest etiam medium impedire ne species pertranseant per ipsum ad potentiam ex obiecto. Vt si inter obiectum & potentiam visiuam interponit aliquid aliud visibile, vel speciem ab obiecto decisam detineat in medio, ne ad potentiam visiuā deueniat. Et inde fit, vt cui vult facit apparere aliquid sub specie gattæ, cum sint ibi homines præsentes, quorum species impediuit ne ad eius oculum perueniant. Et formando ibi ex aere formas gattarum, facit species earum ad eius oculos dirigere cui vult, cæteris eas astantibus impediendo. Concludamus igitur ex prædictis, quod delusio diabolica potest fieri circa infirmos vel alios, cum sibi materialia ad motum localem obediant, & ipse bene scit applicare actiua passis, vel cū alicui imprimit fortem imaginationē circa aliquod phantasma, vt sibi videantur visu exteriori videri, & tamen non est verum, vel quòd absentia videātur sibi præsentia, vel præsens res videatur sibi, quòd non sit. Et hęc omnia experientia didicimus circa infirmos, & alios aliquo casu infectos in capite & sensibus, tam exterioribus quā interioribus. Et quandoque nouimus in morte tam probis quàm malis viris vtriusque sexus, apparuisse in diuersis formis corporeis. Quandoq; etiam hæc fiunt in sola apparitione imaginaria infirmi. Et semper aliquo horū modorū apparet morientibus, secundum quod Deus sibi permiserit, quia tantum facit quantum sibi permittitur. Et sicut ipse dęmon varijs modis talibus se transfigurat, ita dicendum sit, non minus sancti Angeli idem faciunt, contundendo malitiam eorum malitia. Et plurimum nobis tunc certantibus in agone primo in Deo confidendum est, qui per Apostolum Paulum dicit, fidelis est Deus, qui non patitur vos tētari, supra quod potestis, sed dat prouentum ad tentationē vincendam. Et Psalm. dicit: Confitemini domino quoniam bonus, idem dicit, & idem Psal. Qui habitat: Quoniam Angelis suis mandauit & cęt. Et Helisæo ostensum est plures Angelos nobiscum esse, quàm sint aduersarij bellantes contra nos. Sunt etiam præces Ecclesiæ, quæ assiduè fiunt pro talibus, sunt sacramenta Ecclesiæ, maximè confessio, viaticum, & extrema vnctio, quæ dantur propter hæc obstacula in remedium, sunt exhortationes astātium. Est insuper gratia Dei, quā vt à Paulo dictū est, infirmitas & virtus debilis perficitur ad profectū. Et hæc Deus dedit nobis vt dicit S. Tho. vt sit æqua conditio hominis in certamine cum aduersarijs. Insuper confortentur viri timorati secundum S. Vincentium, quia bonis in morte semper Christus apparet. Hoc idem dicit gl. si abiero, & pręparauero vobis locum iterum veniā, & recipiam vos ad me ipsum, idest iterum in morte. Et addit S. Vincentius, quod etiam beati ex parentibus veniunt cum Angelorum comitiua ad associandum animam sui parentis, & ponit exemplum in assumptione Virginis. Et dicit Innoc. in lib. de vilit. condi. hum. cap. 43. de Aduentu Christi ad diem mortis cuiuslibet hominis. Videt etiam tam bonus quā malus antequàm egrediatur anima de corpore Christum in cruce positū. Malus videt sibi ad confusionem vt erubescat se nō esse redemptum sanguine Christi sua culpa exigente. Vnde de

De auxilio Angelorum in morte contra astutias diaboli.

4. Reg. 6.

Ioan. 14.

Digitized by Google

Ioan. 19. malis dicitur. Videbunt in quem pupugerūt, quod intelligitur de Aduentu Christi ad iudicium, & de Aduentu eius ad diem mortis cuiuslibet hominis. Bonus autem videt ad exultationem, vt habemus ex verbis Apostoli, qui ait. Vsque in Aduentum Domini nostri Iesu Christi. i. ad diem mortis, quando (alias) quia apparebit tam bonis, quàm malis Christus in cruce positus. Vide etiam practice sanctum Vincentium in sermone vbi sup. quid malis in morte accidit. De his est ad propositū visio Abrahæ in principio recitata, Quia omni generi hominum signatorum per vaccas arietem, & capram, vt alias declarauimus in sermone nostro de cognitione peccatorum in iudicio, in morte occurrent eis volatiles, idest dæmones tentantes eos, sed ipsi fide sancta firmati in Christo, debent abigere eos. Et licet timor, & tremor etiā sanctis viris in morte accidat, quia post occasum solis, idest mortis aperietur clibanus iustitię seueræ diuinæ, cuius flamma per medium trāsibit, quia non erit acceptor personarum, vt dicit sanctus Petrus in actibus Apost. Non enim subtrahet cuiusquam personā Deus, qui est omnium dominator, tamen omnes Christiani accipiant pulchrum & salubre documentum contra omnes hos terrores magistri sent. 4. lib. & ibid. sancti Thom. de sacramento Extremæ vnctionis. Quod si vncto ad mortem fuerit conualescentia ad salutem, ex sancta vnctione conualescet infirmus. Ex quo habetur, quòd sancta vnctio Extrema est salubrior medicina etiā corporaliter, quàm vlla corporalis medicina. Et ideo multum reprehendendi sunt qui timent timore, vbi non est timor, vel negligunt dare extremam vnctionem morientibus, quoniam vt diximus, vltra gratiā & auxilium quod per vnctionem confertur contra tentationes diabolicas, & vt infirmitas leuius sufferatur, habet etiam virtutem sanatiuam corporalem. Confortentur insuper omnes Christicolæ, qui conantur Christiane viuere in tali conflictu mortis, quia Deus, vt dicit Paulus, fidelis non patitur tentari nos, supra id quod possumus, quia secūdum August. bene viuere, & male mori est impossibile. Et econuerso terreantur mali, & ante quàm veniant ad talem punctum, pœniteant, quia secundum eundem, male viuere & bene mori est impossibile. Omnes insuper chisticolę contēplentur vltra remedia quę scripsi de periculo retardantium pęnitere, id quod sanctus Cyprianus de timore mortis dicit. Mori timeat, qui ex aqua & spiritu non renatus gehennæ ignibus mancipatur. Mori timeat, qui non Christi cruce & passione censetur. Mori timeat qui ad secundam mortem de hac morte transibit. Mori timeat, quem de seculo recedentem perennibus pęnis æterna flamma torquebit. Mori timeat, cui hoc mora lōgiore confertur, vt cruciatus eius, & gemitus interim differatur. Multi ex nostris in hac mortalitate moriuntur hoc est multi ex nostris de seculo liberantur. Mortalitas ista Iudæis & Gentilibus, & Christi hostibus pestis est, Dei autē seruis excessus salutaris est. Cætera visionis Abrahæ facile est exponere, vt circa terrores qui accidunt in morte, & qui post mortē euenient, de quibus multa tetigimus in expositione morali supra euangelium, erunt signa in Sole & Luna & stellis, & in sermone nostro superius dicto de periculo pœnitentiū in mortis articulo. vide ibi.

Marginal notes: 1. Thim. 6. — Figuralis expositio. — Act. 2. — Sap. 6. — De admirabili efficatia Extremę vnctionis.

SERMO

SERMO QVADRAGESIMVS IIII.

TRIPLEX APPETITVS PONITVR, motus illius, & dominium, & similitudo minoris mundi, scilicet hominis ad maiorem. Declaratur, & illud Diui Pauli. Habeo aliam legem in membris meis. &c.

Additur etiam in fine ad propositum, declaratio historię Iosue, cum quinque reges in ligno fecit suspendere.

Iosue.10. VBi habetur de admirabili victoria Iosue super quinque Reges. vide ibi.

Hoc mane duo mysteria videbimus. primo. An ratio possit dominari sensualitati. Secundo exponemus historiam praesumptã moraliter ad propositum nostrum.

¶ Quo ad primum. Videtur quòd non, quia sanctus Paulus ad Corinth.
2.Cor.7. dixit. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et quod nolo, id ago. In contrarium
Gen.3. est Gen. tu insidiaberis calcaneo eius, & ipsa conteret caput tuum. Et Eccle-
Eccl.15. siast. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Vbi glosa dicit in libertate arbi-
Psal.118. trij, & Psalm. Anima mea in manibus meis semper.

¶ Ad hoc respondetur, iuxta auctoritates praedictas. Quod ratio potest dominari sensualitati, quia sensualitas quae diuiditur in irascibilem & concupiscibilem, obedit rationi. Vbi pro intellectione praenotandum
Triplex appetitus. est, quòd est triplex appetitus. Est appetitus naturalis, qui est inclinatio consequens formam naturalem in rebus corruptibilibus ad sequendum conuenientia, & refugiendum nociua, vt terra naturaliter tendit deorsum, vbi est perfectio eius, & refugit ascensum supra, quia est sibi corruptiuum, & ita exemplifica de alijs elementis. Aliter est appetitus sensualis, qui est inclinatio quaedam consequens apprehensionem sensitiuã. Vnde motus sensualitatis est inclinatio quaedam ad sensus corporis, dum scilicet appetimus quae per corporis sensus apprehenduntur, & sic corporis sensus sunt quasi praeambuli ad sensualitatem, ita quòd sicut appetitus naturalis sequitur formam naturalem, ita appetitus animalis sequitur formam apprehensam per sensus corporis. Et hic appetitus animalis diuiditur in concupiscibilem potẽtiam, & irascibilem, quia per concupiscibilem inclinatur ad prosequendum ea, quae sunt conuenientia secundum sensum, & quae sunt nociua ad refugiendum. Irascibilis autem est per quam resistitur repugnantibus contra conuenientia & contra nocumentum inferentia. Et hae duae potentiae non reducuntur ad vnum, quoniam concupiscentia accensa minuit iram, & ira accensa minuit concupiscentiam. Est tertius appetitus

petitus rationalis, qui diuiditur in naturalem, & liberum secundum actum, & vocatur appetitus naturalis intellectiuus, scilicet voluntas, quę est circa suum obiectum, vt circa bonum, quia nemo operatur respiciens ad malum, vocatur etiam appetitus liber, cum eadem voluntas fertur circa media ordinata ad finem. Et hic appetitus regulatur ratione, quæ discurrit circa conuenientia, & inconuenientia mediorum ad finem, & secundum conclusionem eius voluntas libera regitur. Et quoniam appetitus sensualitatis conuenit, tam hominibus, quàm animalibus, quia homo habet sentire cum animalibus, ideo dicendum est, cum nulla potentia appetitiua sit cognoscitiua, ipsa esse dicit̃ cæca secundum philosophum in se, cęcus autem vt procedat per viam suam, qua debet incedere, necesse est quòd ab aliquo vidente ducatur, moueatur, & dirigatur. Et cum homo sit nobilior etiã in sẽsualitate sua, quia eius sensitiuus appetitus sub appetitu rationali continetur, quod non habet animalium appetitus, ideo dicendum est, quòd sensualitas hominis regatur à sẽsu nobiliori immediatè, quàm sensualitas animalis. Dicamus igitur cum philosophis & Theologis, quòd appetitus sensitiuus in animalibus regitur & dirigitur ab extimatiua virtute, sicut ouis vidẽs lupum, & per extimatiuam extimãs ipsum inimicum, timet eum, & statim præcipit irascibili ab eius amicitia declinare, & similiter canis videns eundem per extimatiuam extimat ipsum inimicum, & statim præcipit irascibili excitari contra ipsum. Et idem dic per cõcupiscibilem amicis se adiungit, vt experientia docet; sensualitas autem hominis dirigitur ac regitur à cogitatiua, quæ est quędam potentia rationalis particularis, vnde à quibusdam philosophis dicitur ratio particularis, eo quòd est collatiua intẽtionum indiuidualium, vt amicitiæ, inimicitiæ, conuenientię & inconuenientię particulares: & ab ea appetitus sensualis in homine regitur, & mouetur. Extimatiua autem in brutis est naturalis quasi collatiua esset: Ideo semper hirundo ex naturali extimatiua, quæ instinctu naturali operatur, ac si esset collatiua, eodem modo & pro eodem tempore nidum componit, & aranea telam orditur, sed cogitatiua propter propinquitatem ad rationem intellectiuam aliquid de eius modo participat, ideo est verè discursiua in particulari circa conuenientia & inconuenientia, & circa prosequenda & fugenda. His igitur breuiter declaratis, quia in se prolixiorem doctrinã expeterent, vt puta ordinem quo sensus exteriores, & interiores circa sua obiecta mouentur, & loca eorum in capite, ac proprietates ipsorum, & similia, de quibus vide sanctum Thom. 1. part. q. 78. art. vlt. Dicimus ad propositum nostrum reuertentes, quòd sensualitas, idest concupiscibilis & irascibilis reguntur ratione quãtum ad actus suos interiores, & voluntate quo ad exteriorem motum localem, idest vt quòd exeant ad extra per instrumenta exteriora in suis actionibus interioribus, vt in prosecutionem conuenientium, & fugam inconuenientium. Et primo quòd rationi obediant concupiscibilis, & irascibilis quo ad actus suos interiores in se, vt puta delectationem & amaritudinem sequendam probatur. In omnibus potentijs secundum directionem ordinatis adinuicem secundum dirigens, & mouens non mouet nisi in virtute primi dirigentis, & mouẽtis, sicut in ordine vniuersi hæc inferiora non mouent nec mouentur, nisi in virtute motus cœli, & cœlum non nisi in virtute primi motoris, & à primo motore principaliter reguntur, sed hę potentiæ, vt potentia sensitiua irascibilis & concupiscibilis, & cogitatiua quæ mouet & regit eas, & potentia intellectiua rationalis vt ratio, quæ est superior his, cuius est discurrere circa conuenientia & inconuenientia omnia, sunt ordinatæ adinuicem

Quõ sensualitas regitur à ratione per totum.

inuicem secundum sub & supra in directione, ergo potentia superior, vt ratio intellectiua, est illa que regit ac dirigit cogitatiuam, & sensitiuam concupiscibilem & irascibilem in suis actibus prosequendis, & non prosequendis. Maior est vera secundum totam philosophiam, & minor etiam patet per declarata. Et probatur, quia secundum logicos & naturales & secundum veritatem, conclusio particularis non sylogizatur, nisi ex aliqua vniuersali propositione, in virtute cuius conclusio particularis deducitur, cum igitur cogitatiua, vt ratio particularis mouet irascibilem, & concupiscibile ad suos actus particulares, ergo hoc facit in virtute rationis, & non simplicis intellectus, quae ratio per principia vniuersalia discurrit, & per ipsa ad particularia descendit, verbi gratia dicit cogitatiua cōcupiscibili, hoc est bonum tuum, vel hoc est malum tuum, ideo hoc prosequendum & hoc fugiendum. Sed quare hoc bonū prosequendum, & hoc malum fugiēdum? ideo est, quia omne bonum sequendum & omne malum fugiendum, quā propositionē ratio facit. Et ideo concludendo a primo ad vltimum est dicendum, quod sensualitas, idest concupiscibilis, & irascibilis in homine, subduntur rationi tamquam ei in virtute cuius conclusio cogitatiue est cōclusa & deducta pro concupiscibili & irascibili. Similiter secunda pars superius dicta probatur, vt quod irascibilis & concupiscibilis obediant voluntati, quo ad exteriorem executionem & motum localem, qui fit per vim motiuam. Et hoc dupliciter probatur primo experimentali differētia inter hominem & animalia quo ad moueri localiter. Nam in alijs animalibus statim ad appetitum concupiscibilis, & irascibilis sequitur motus, quia statim mouentur ad talem appetitū effrenatè, sicut equus & mulus in quibus non est intellectus. Sicut ouis timens lupum statim fugit, quia nō est in eis superior ratio & appetitus, regulatiui, sed homo non statim mouetur secundum appetitum irascibilem & concupiscibilem, sed expectatur directio rationis & imperium voluntatis, idest appetitus superioris. Nam in omnibus potentijs motiuis ordinatis secundum mouens non mouet, nisi in virtute primi mouentis. Vnde appetitus inferior hominem non est sufficiēs mouere ad malum, nisi appetitus superior consentiat, quia secundo physicorū dicitur, quicquid est causa causae, est causa causati, vt baculus mouet lapidem, & manus baculum, ergo à primo ad vltimum causa motionis lapidis est à manu. Et idem philosophus in tertio de anima ostendit perpulchrum exemplum dicens. Appetitus superior mouet appetitum inferiorem, sicut sphera superior inferiorem. Nam secundum astrologos, solus motus primi mobilis est diurnus, scilicet viginti quatuor horarum, qui incipit ab oriente, & per reuolutionem circularem, iterum 24. horis reuertitur ad orientem, sed caeterae spherae inferiores naturali suo motu mouentur ab occidente in orientem, & reuertuntur ad occidens, vnde incepit motus eorum, sed motu raptus mouentur ab oriente in occidens per continuationem ad oriens secundum motū circularem, & hoc raptu primi mobilis, quas secum trahit. Exemplum ponitur de formica, quę posita super lapidem molarem qui circulariter mouetur, facit vnum cursum secundum motum lapidis, & alium secundū proprium motum gradiendo super lapidem in contrariū motus lapidis, tandem cum motu lapidis per raptum facit etiam proprium cursum in cōtrariū ad lapidem, quem quandoq; complebit. Nam cursum raptus omnes cęli complent motu diurno primi mobilis. Cursum autem suum naturalem motus, complet stellarū cęlum in 360. gradibus, qui faciunt annos. 36. milia. Idest, vno tantum gradu mouetur in centū annis. Nam totus circulus octauae spherae habet gradus. 360. Vnde secun-

Appetitus inferior à superiori mouet, sicut sphera inferior à superiori.

secundum Ptolemæum sphera stellarum fixarum perficit suam reuolutionem ab occidente in oriens in annis triginta sex milibus. Vnde Empedocles dicebat, quòd in reuolutione magni anni, omnia redibant in idem, idest completo toto motu, ipsius stellarum cœli. Et Iosephus dicit, quod Deus ampliores antiquis viuendi annos dedit propter astronomiam, & geometriam, quę aliter cognoscere non possent, nisi sexcentos viuerent annos. Per tot enim circula temporum, & annorum magnus annus impletur, reuersis planetis omnibus ad loca suæ creationis. Cœlum Saturni complet suum annum in triginta annis, celum Martis complet motum suum in duobus annis, Iupiter in annis duodecim, Sol Mercurius & Venus complent cursum suum in vno anno vel circa, Luna vero in 27. diebus & 3. horis vide de his in primo libro spheræ mundi. Sic modo simili secundum philosophum irascibilis, concupiscibilis habet proprium suum motum, vt præsentato sibi conuenienti secundū sensum ad illud naturaliter mouetur ipsa concupiscibilis, vel inconuenienti, contra ipsum insurgit naturaliter irascibilis. Et inde accidunt primi motus in sensualitate, sed motu raptus gubernantur per cogitatiuam & rationem ab impetu suo. Nam & philosophus hominem vocat minorem mundum. Et benè, quia in maiori mundo, primo est intelligentia non errans, à qua principaliter cuncta reguntur, de qua Boetius, stabilisque manens, dans cūcta moueri. Deinde sunt Angeli spiritus administratores & cęlorum motores, sunt postea cęli cum suis ornamentis secundum sub & supra ordinati cum mirabili consonantia, & vltimo sunt inferiora sub spheris cęli cōtenta. Ita à simili in minori mundo, idest in homine est ratio loco intelligentiæ non errantis, sunt insuper cæteri actus intellectus cum voluntate loco aliarum intelligentiarum administrantes motus intellectuales, sunt

In qb⁹ assimilatur minor mū d⁹ maiori.

sensus interiores loco cœlorum & stellarum, quia secundum philosophum, intelligentē oportet phantasmata speculari, sunt causæ etiam inferiores infra cœlos contentæ, quæ correspondent sensibus nostris exterioribus. Et omnia hęc reguntur à principalioribus, vt cogitatiua, & principaliter à ratione, quæ est causa omnis rectę, & moderatæ motionis in inferioribus, ac gubernationis in actibus eorum. Insuper experientia edocemur de hoc rationis dominio supra concupiscibilem & irascibilē. Quia interdum per aliquas vniuersales consideratio nes per rationem formatas mitigatur ira, aut timor, aut aliquid huiusmodi, vel etiam instigatur. Nam aliquis valde tentatus a turpioribus delectationibus dum supra se ipsum reflectit, & dicit, Nulli viro probo admittenda sunt turpia, & sic de alijs exemplifica, statim reijcit ea & virtuti vacat. Similiter quis timidus, vt miles cū per reflexionem dicit, nulli viro forti timendum est in aduersis, sed fortiter contra ea aggrediendum, vel pro iustitia agonizandum vsque ad mortem omnis probus iudex debet, &c. Quapropter ex his concludamus pro veritate, quòd irascibilis & concupiscibilis obediunt superiori parti in qua est intellectus siue ratio & voluntas. Sic sancti viri, sponte pro amore Dei à concupiscentijs mundi se abstinebant, & ardua aggrediebantur, quod etiam amore virtutis agebant. Dic exemplum de Eleazaro. Et de his habes infinita exempla apud Gentiles. 2. Mach. 6.
Sed dices nonne dicunt homines, vellē à prauis abstinere nec possum, &c. vt habetur in Nicolao Sene in legenda sancti Andreæ. Similiter idem de Irosis. Ad hoc respondetur, vt dicit S. Thom. 1. 2. quæst. 10. art. 2. Appetitus sensitiuus tripliciter potest accendi, vel vt in illo nulla sit claritas, sicut cum mare totaliter turbatur, impedit oculum à prospectu eius. Aliquando turbatur, non tamen quin aliquid claritatis sit in eo, sicut cum mane turbatur,

Perpulchre declaratur dubiū cōe, & Pauli dictum.

Digitized by Google

batur, sed nō quin aliquid diaphaneitatis sit in eo, vt oculus penetret eum. Aliquando in toto est clarus appetitus, sicut mare in requie. Tunc dico ad propositum si passio in homine est tanta, vt ratio in totum ligetur, sicut accidit in amentibus, vel in illis qui propter vehementem iram vel concupiscentiam furiosi vel amentes fiunt, sine dubio in eis ratio non potest dominari passionibus cōcupiscibilis, vel irascibilis, quia isti de necessitate passionem sequuntur sicut bruta. Si autem à passione ratio non totaliter absorbetur, sed remanet quantum ad aliquid, iudicium rationis liberum, saltem quantum sit parua scintilla in hōmine, & secundū hoc remanet de motu voluntatis vt dominetur sensualitati, quia & ex parua scintilla nisi totaliter extinguatur magnus ignis potest accendi. Ex qua enim parte remanet ratio libera, & passioni non subiecta motus voluntatis ex necessitate non tendit ad id, ad quod passio inclinat. Si autem tranquillæ sunt passiones irascibilis & concupiscibilis, tunc ratio omnino potest eis dominari, cū non sit ibi aliquid obstaculi. Et ideo omnib. plurimum studendū est quieti mentis, & ab occasionibus turbatiuis fugere quātum possunt, quia cum sensus & cogitatio cordis prona sint ab adolescentia in malum, quid fiet in illis, qui se miscent quæstionibus, in quibus spiritum inflatum difficile est extinguere, quamuis dum aliquid rationis est, non impossibile? Caro enim mūdus, dęmonia, diuersa mouent pręlia. De hoc dominio rationis supra sensualitatem dicit philosophia Boe. tribulato. At qui talia tibi contuleramus arma, quæ nisi prius abiecisses, inuicta te firmitate tuerentur. Sed dices, quid ad Paulum ad Roma. Non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio. Respondetur primo quòd sensualitas potest habere duplicem respectum. Vnum ad motiuum quo mouetur tamquam ab obiectis suis. Alium ad dirigentem & regulantem se. Si primo modo consideretur quo ad sua mouentia, vt ad sensus offerentes sibi delectabilia, vel tristia, vel ad imaginatiōnē, vt quando quis imaginatur forti imaginatione delectabilia vel tristia, sic sensualitas mouetur ad talia absque fræno, nec potest fieri, quin à talibus obiectis mota delectetur vel tristetur, aut insurgat impetu suo in sibi nociua vel delectabilia. Et inde accidūt primi motus, quia nō sunt in potestate nostra. Et de his dicit Apostolus habeo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę, vt quod odi malum, hoc ago, idest moueor ad illud impetū primo sensualitatis. Practica per sensus offerentes delectabilia, vel tristia, aut nociua, ad quorum præsentationē delectabilitas sentitur, aut in cōtraria sāguis excitatur circa cor in vindictam. Et in his motibus primis non consistit peccatum, si in his solis sistatur absque rationis cōsensu. Alio modo sensualitas nostra potest considerari, vel comparari ad dirigentem, & regulantem se, vt ad rationem eam regulantem & dirigētem, sic est in potestate nostra sensualitas excitatiua, siue ad delectabilia, siue ad nociua, vt superius declarauimus. Vt nemini nostram ærumnam ascribamus, nisi nobis ipsis & nostræ voluntati, secundum quod Augustinus dicit. Potest igitur sensualitas in malum incitari ex sensuum, vel phantasiæ motione, sed non potest prędominari cogitatiuæ & rationi, à quibus potest regulari, ne ad quod inclinatur ex se malum faciendum prosequatur, sed resistatur sibi regulata ratione, quia anima nostra in manibus nostris est. Vel respōdetur, vt S Thom. 1. par. quæstio. 81. art. ad 3. Et Philosophus dicit in primo politicorum. Est quidem in animali contemplari & politicum, & despoticum dominiū, vel principatum. Anima quidē corpori dominatur despotico principatu, intellectus autem appetitui politico & regali. Dicitur autē despoticus principatus quo aliquis

Gen. 8.

Rom. 7.

Duplex dominiū politicū & dispoticum.

quis seruis principatur, qui non habent facultatẽ resistendi imperio præcipientis, quia nihil sui habent. Totaliter enim sunt gratia alterius. Politicus autem principatus, & regalis dicitur, quo aliquis principatur liberis, qui & si subduntur regimini præsidentis, tamen habent aliquid proprium, ex quo possunt reniti præcipientis imperio. Sic igitur anima principatur corpori despotico principatu, quia corporis mẽbra in nullo resistere possunt imperio animæ, sed statim ad appetitum animæ mouentur manus, & pes, & quodlibet membrum, quod natum est moueri voluntario motu. Intellectus vero seu ratio dicitur principari irascibili, & concupiscibili politico principatu, quia appetitus sensibilis habet aliquid proprium, vnde potest resistere imperio rationis. Natus est enim moueri appetitus sensitiuus, non solũ ab extimatiua in alijs animalibus, & cogitatiua in homine, quam dirigit vniuersalis ratio, sed etiam ab imaginatiua ex sensibus. Vnde experimur irascibilem, & sensibilem rationi repugnare, per hoc quòd sentimus vel imaginamur aliquod delectabile, quod ratio vetat, vel triste quod ratio præcipit. Et sic per hoc quod irascibilis, & concupiscibilis in aliquo rationi repugnat, non excluditur, quin ei obediãt. In figuram huius dictum est serpenti. Tu insidiaberis calcaneo eius, idest sensualitatem excitando ad nociua, sed ipsa, idest ratio conteret caput tuum. Sed quæres. Si ratio potest dominari sensualitati, quomodo appetitus sensitiuus sæpius trahit ad vetita appetitum intellectiuum? Imo videmus communiter homines ad malum trahi, & præter rationẽ fieri. Ad hoc respondetur, quòd accidit miseræ nostræ voluntati circa sensualitatem, sicut Adę circa persuasionem vxoris in vetita. Dicit August. ne contristaret delicias suas comedit pomum. Sensualitas enim continuè in sinu nostro dormit, sicut Apemen filia Bezacis mirici cõcubina Regis, vbi etiam agitur de fortitudine mulieris. Et econuerso etiam ratio cubat in sinu nostro, cũ sit anima rationalis in corpore, & intelligentẽ oportet phantasmata speculari, sicut Sanson in sinu Dalidæ. Et assidue persuadet rationi & voluntati, vt sua secreta sibi reuelet. Et ibi dicitur de Dalida, cumque molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhæreret, spacium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & vsque ad mortem lassata est, tunc aperiens ei veritatẽ rei, dixit ad eam, vide in textu, & deinde obdormientem super sinum eius tradidit inimicis, radendo caput suum, & sic amisit fortitudinem. Ita & ratio misera cum voluntate trahitur à sensualitate in laqueos diaboli, & hoc fit, ne cõtristaret suas delicias. Decipiuntur ergo, quia permittuntur nolẽtes, se trahi, modo quo tu amicũ ad prandium tecum inuitas, & ipse nõ vult, nihilominus tantum rogas eum, trahendo per vestem, vt ipse, licet inuitus, permittat se trahi, & sic ducitur. Simili modo accidit circa filios tuos, quibus politico dominaris principatu, à quibus trahi te permittis pro voluntate eorum in multa vetita, sicut accidit Dauid circa filios suos. Et circa hæc posses exemplificare ad multas conditiones hominum de huiusmodi persuasionibus in vetita. Ideo dicit Iacob. Vnusquisque tentatur à sua concupiscentia. Hic practica per concubinarios vsurarios, qui trahuntur ad eas quandoque necessitate familiæ, & per vindicantes se, & qui trahuntur ab alijs ad multa facinora causa amicitiæ. Contra hos sanctus Ber. Tuum est mala acta corrigere, tuum est in ordine & officio familiam membrorum, corporis & animæ motũ deponere. Tuum est singulorum negotia secundum competentiam assignare. Non sit in regno corporis tui, qui leges & iura institutorum tuorum impune præuaricet. Non oculus, non manus, non pes, non auris, non guttur. Quid enim de ignobilioribus, & plebeis

3. Esdr. 4.

Iudi. 16.

2. Reg. 13. 14. & 15.

Iacob. 1.

De edific. conf. c. 27.

beis membris dicam? Si vel attentare rebellionem præsumpserit, lapidibus obruantur, iaculis increpationum cõfodantur, & nouerint sedere regem Salomonem super mulam regis, idest rationem supra sensualitatem corporis. Quod si pudenda illa quæ velato semper nomine appellantur a pudicis, & castis labijs, motu inordinato rempublicam festinauerint, certe abscindantur, non ferro sed ieiunio, non detruncatione sed mortificatione. Vtinam dicit Apostolus abscindantur, qui vos conturbant. His persuasionibus cor effrenatum, in præceps cursum suum rapiens, teneri potest, vt sit bona conscientia. Bona est, si habeat in corde puritatem, in ore veritatem, & in actione rectitudinem.

Interpretatio figuralis.

Interpretatio figuralis.

SEcunda pars, Iosue Capitaneus, & Dux populi Dei qui interpretatur saluatio, designare potest in exercitu corporis nostri, & virium, rationem & liberam voluntatem nostram, quorum saluamur protectione, & regimine, vt dicit sanctus Bernardus. Gabaon denotat sensualitatem rebellem per irascibilem, & concupiscibilem rationi, & voluntati, vnde interpretatur procliuium sublime, quia magnas procliuitates incitat ad vetita, vt dicitur Gen. 8. in fine. Et eo magis quia in sui adiutorium habet quinq; reges, idest quinq; sensus exteriores, q concitant ipsam ad rebellionem rationi, & voluntati, vt superius declarauimus. Practica de his. Et ideo dicit sapientia, corpus quod corrumpitur, aggrauat animã. Sed Iosue, idest ratio cũ voluntate collectis suis exercitibus virtutum, vt gratiæ Dei, & boni exercitij, & habitibus virtutum, ac orationum instãtia, quoniam hoc genus Dæmoniorum non eijcitur nisi in oratione, & ieiunio, debet audacter ire sensus cohibendo, qui incitationes sensualitati inferunt, vt auer-

Quinque sensus sũt mortificãdi cruce Christi.

tendo oculos a vanitatibus, aures a detractionibus, linguam a prauis colloquijs, quæ corrumpunt bonos mores, sensum tactus ab illicitis, & gutitur ab ebrietatibus, & crapulis, ca ptosque calcare pedibus, ne aspirent ad vetita, mortificando corporis mẽbra, vt diuit Paulus. Quæ sunt super terram, suspendendoque in ligno crucis; scilicet cum Paulo portando de cætero stigmata Christi in corpore vsque ad sepulturam, quia qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et contra hos insultantes aduersarios, non timeat, quia dominus nobiscum est, sicut dixerunt aduersarij Hebræorum. Fugiamus Israelem, Dominus enim pugnat pro illis. Quia vt Paulus dicit omnia possum in eo, qui me confortat. Quoniam nec sol occidet, idest gratia Dei confidentibus, & viriliter amore eius pugnantibus, nec grando deficiet contra inimicos quę vermes occidit. Idest Dei fortitudo occidet vermes corrodentes nos, idest mundum, carnem, & dęmonia, donec omnes inimici nostri deleantur. Et sic Gabaon, idest sensualitas capietur a ratione, & voluntate sub suo Dominio. Si volueris his adde auctoritatem sancti Augusti Non enim foris in corpore, sed intus in interiori homine, ad imaginem Dei facti sumus. Caro enim nostra de limo terræ formata est. Nunquid iustum est, vt limus terræ imagini Dei præponatur? Caro etenim debet seruire, & anima imperare. Anima debet exercere imperium, & caro subiecta seruitium. Et ideo rogo vos fratres, vnusquisque ad conscientiam suam attendat, & si illi dominatur caro, cito erigat dominam, & stimulet ancillam, ne caro vincat animam, & ad luxuriam trahat. Sed magistra carnem suam erigat, & per viam castitatis, & iustitiæ ducat. Qui vero in se sentit animam dominari, teneat cum Dei adiutorio disciplinæ continentiã, & per freta pelagi huius mũdi, ita nauigiũ corporeum verita-

Colos. 3.

Ad f. Iher. ser. 22.

te gubernare contendat, ne inter fluctus iustitiæ naufragium incautè incurrat. Et ponit exemplum de Epulone, cuius caro dominabatur, & post mortem ad cruciatus æternos est sepultus. Et sequitur. Ecce cuius caro luxuriatur, & in seculo epulatur, qua les diuitias in inferno inuenit, Lazarus vero post mortem in sancti Abrahę gremio requieuit.

SERMO QVADRAGESIMVS V.

EX QVATERNA VOCATIONE Samuelis declaratur multiplex vocationis modus, quo vocantur homines à Deo, declarantur & operationes diuinæ, naturales, & voluntariæ, & quomodo mutatio qua Deus mutat hominem, nulla coactio est.

LEgitur 1. Reg. 3. c. De vocatione Samuelis dormientis.

Hoc mane prædicabimus, cum nostra voluntas sit libera, quomodo intelligitur, quòd Deus trahat vel immutat eam, de mala voluntate in bonam volũtatem absq; coactione. Causa dubitationis est, qa plures auctoritates inuenimus, vt sacra scriptura, vt infra in dubitationibus ostendemus, quæ prima facie videntur sonare violentiam in tractione diuina hominis ad eum. Quædam autem asserũt semper liberum hominem esse, vt in pręcedenti sermone ostendimus.

Quòd Deus in oĩ actione sua exteriori operatur secũdum subiectã materiam.

Ad hanc dubitationem pro veritate respondetur. Quod in omni motione liberi arbitrij nostri, à quocumque moueatur, est libertas in anima & non coactio. Et pro horũ intellectione est prętnotandum, q; Deus in omni actione tam voluntaria quàm naturali operatur, vt prima causa, qua deficiente saltẽ per imaginationẽ, non esset operatio, quia vt dicit Greg. Nisi manus omnipotentis contineret omnia, cuncta in nihilum redigerentur. Et secundum librũ de causis, in omni actione plus influit prima causa in effectu, q̃ secunda. Insuper quamuis ita sit, tamen quia Deus cuncta suauiter disponit, cuius est conseruare naturã & perficere & non destruere, in omni re operatur secũdum subiectam materiam, vtputa in rebus & operationibus naturalibus cooperatur naturaliter secũdum eorum inclinationem, in rebus & operationibus voluntarijs cooperatur voluntariè, & nõ violẽter, aut coactè, aut necessitanter. Vnde ipsa voluntas libera nõ necessitatur ex motione, vel cooperatione diuina. Quoniã quamuis Deus omnia potest, nihilominus quia hoc contradictionem in se dicit, q; liberum vt liberum coactionem patiatur, qa in quo violentiã & coactionem pateretur, careret libertate, ideo talis inconueniẽtia Deo, q cũcta suauiter disponit non est attribuenda. Et hęc inconuenientia breuiter ostenditur. Nam secundũ ethimologiam vocabuli, liberum arbitrium est idem q libera

Liberũ arbitriũ qd.

libera volitio, vnde si cogitur, tunc id quod vult non liberè vult, sed seruiliter, & q seruiliter vult, inuitè vult, qa secũdum Philosophum violentum est cuius principium extra est, conferens vim passo, igitur voluntas libera pro eodem tempore remaneret in velle, & non velle. In nõ velle quia coactè velle est, non velle in se. In velle etiã, quia libera in se & in natura sua, qua libertate ab ea remota per violentiam, vel coactionem nõ esset peramplius in natura sua, sed alterius rei aut speciei naturam haberet. Propterea correctius dicendũ est, cum dicitur hoc Deus non potest facere. i. quia implicat contradictionem in se, quod natura non est apta vllo pacto pati. Et hoc etiam volunt dicere philosophi in hoc q dicũt. ratio est ad opposita, natura autẽ ad vnum tendit. Et non solum hoc inconueniens natura non potest pati, quia destrueretur, sed etiã moralis vita humana id audire horret, qm opera voluntaria sunt digna præmio vel vituperio, & in inuoluntarijs non est præmium. Et Deus theologice et loquendo si cogeret prauos ad virtutes, esset causa omnium facinorum. vnde Hier. ò Deus meus si impijs dares gratiam tuã, supple per coactionem & violentiam, si tu iniquos in iniquitatibus foueres, & peccator esses & peccatorum socius, hec ille. quis. n. prauorũ, si hæc inconuenientia à Deo essent, non diceret, ego fruar cupitis amplexibus, & nihil negabo oculis meis, & meo cordi, quin omni voluptate fruantur, & deinde expectabo Dei monitionem, &c. De talibus qui sic expectant diuinam motionẽ. Ne adijcias peccatum super peccatũ, & ne dicas miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia. n. & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. hæc ibi. Insuper S. Tho. voluntas non potest cogi neque subiecto, cum non sit organo affixa, neq; obiecto. Quia quantũcunque ei ostendatur aliquid esse bonum, in potestate ei⁹ remanet eligere illud,

Sap. 2.

Eccl. 5.

Quòd voluntas non potest cogi neq; subiectò neque obiecto.

S. Thom. 2 sent. di. 25. q. 1. art. 2.

vel non eligere. Nã si proponatur voluntati aliquod bonum, quod completam boni rationem habet, vt vltimus finis, propter quem oĩa appetuntur, non potest volũtas hoc non velle. Vnde nullus potest nõ velle esse fęlix, aut velle esse miser. In his autem quæ ad finem vltimum ordinantur, nihil inuenitur adeo malum, quin aliquid bonũ admixtum habeat, nec aliquod adeo bonum, quod in omnibus sufficiat. Vnde quantumcunq; ostendatur bonum vel malum, semper potest adhærere & fugere in contrarium, ratione alterius quod in ipso est. Et inde est q in omnibus quæ sub electione cadunt voluntas libera manet, in hoc solo determinationem habens, q fœlicitatem naturaliter appetit. Et quamuis autem cogi non possit, nihilominus tamen potest inclinari ad agendum aliquid per aliquas dispositiones & habitus, ex qbus pronior efficitur ad eligendum alteram partem. Et in quæstionibus de veritate. Ma. 22. art. 8. in corp. ponit, quomodo hæc immutatio fit, quæ nõ potest dici coactio vel violentia, cum sit cõtraria inclinationi liberę. Et hoc modo fit hæc immutatio. Nam cum Deus voluntatẽ immutat, facit vt pręcedenti ad malum inclinationi, succedat alia inclinatio ad bonum per suã motionem, ita quòd prima aufertur, & secunda manet, non tamen contraria est hæc secunda voluntati liberæ, quamuis sit opposita inclinationi prauæ, quæ prius inerat. Exemplum vtcunque huius est in lapide, cui ratione, suæ grauitatis est inclinatio ad locum deorsum, hac autem inclinatione manẽte, si sursum proijciatur, erit violenta. si autem Deus auferat à lapide inclinationem grauitatis, & det ei inclinationem leuitatis, tunc ferri sursum non erit ei violentum, & ita oppositus motus potest esse sine violentia. Et per hunc modum intelligendum est, quòd Deus voluntatem immutat, sine hoc quòd voluntatem cogat, quia aufert primam suam inclinationem prauam, & per immutatio-

Digitized by Google

nem nouo modo Dei receptam in voluntate datur sibi noua inclinatio ad bonum. Et ratio huius est. Nam vt diximus, in omni actione naturæ, Deus concurrit vt prima causa, quæ etiam plus influit in effectum, quàm secunda, si igitur omnis actionis voluntatis Deus est prima causa, & voluntas potest absque coactione mutare actum suum in aliud, quare idẽ Deus non possit efficere in eadem voluntate, imo & multo amplius.

Deus immutat hoiem dupliciter

Immutat autem Deus voluntatem dupliciter. Vno modo non imprimendo aliquam formam in voluntate, sicut sine appositione alicuius habitus quandoque facit, vt homo velit hoc, quod homo prius non volebat. Quot enim prauissimi viri aliquo occulto Dei iudicio sola eius motione sunt a suis prauitatibus vel malis volitionibus amoti, qui in se gratiam Dei non habent ex tali motione. Hoc precipuè accidit in principibus infidelium, qui rugiunt vt leo ad prædam in christianos, & quandoque mouentur ad bellandum contra eos, & tamen insperate mutant suam intentionem in bonum christianorum, vel saltem malè non agendi contra ipsos. Ideo secundùm doctores etiam infidelibus ad damnationem præscitis, datus est Angelus Dei in custodiam, quatenus impediat eos a malitijs suis, ne vel noceant, vel minus noceant, de his percurre per exempla sacræ scripturæ a Genesi vsq; in finem, Abrahæ enim Rex Gerarę vxorem eius capiens non nocuit, imo gratiam inuenit apud eum. Esau etiam fratri reuertenti, quem tamen oderat ad mortem, non nocuit. Et idem de Ioseph, quem fratres voluerunt occidere, Iudas liberauit. Tu autem cætera prosequere, secundum quod videbitur. Eodem modo practica de multis malis quæ fierent in mundo contra bonos, nisi Dei motione remouerentur. Et possis etiam discurrere per Dei clementiam in homines prauos, quos assiduè varijs modis inuitat ad se sequendum, & desistendum a prauitate sua, siue per instinctum occultum eius, siue per Angelum, siue per pulchritudinem creaturarum, siue per sacram scripturam, siue per prædicatores, siue per prospera, siue per aduersa, siue per terrorem inferni, siue per promissionem æternorum bonorum. Ideo hortor omnes, hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra ad irritandum Dominum. His attractionibus secundum suauem ei⁹ dispositionem communiter vocat omnes peccatores ad sui recognitionem & mutationem suæ prauæ voluntatis. Quibus, quamuis non statim immutando eorum voluntatem dat gratiam, quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, tamen sic adiuti a Domino non cessent clamare ad eum cum psalmo dicendo humiliter. Domine commouisti terram tuam, & conturbasti eam, sana contritiones eius, quia commota est, supple per te. Quoniam vt iterum dicit. Psal. Hæc mutatio dexterę excelsi. Practica circa huiusmodi pro libito, quia habes latum campum.

Gen. 20. Psal. 59.

Aliquando Deus mouet voluntatem, imprimendo in eam, formam aliquam. Sicut enim ex ipsa natura quam Deus volũtati dedit inclinatur voluntas ad aliquod volendum, quia est libera ex se, ita ex aliquo superaddito sicuti est gratia vel virtus inclinatur vlterius ad volẽdũ aliqd in aia, ad quod prius non erat determinata naturali inclinatione. Sed hæc quidẽ inclinatio superaddita qñq; est pfecta, & qñq; est impfecta i non vsquequaq; pfecta, sicut est in viatoribus. Quia in eis ex gratia vel charitate superaddita voluntas inclinatur sed nõ inmobiliter. Et in his etiã secũdũ magis, & minus, qa aliqui fortiores sunt, aliqui minus fortes in Dei gr̃a existentes. Insup aliquibus ex prima motione superi⁹ dicta, q̃ est absq; impressione gratię citius datur hæc forma gratiæ, vt accidit i latrone, & Magdalena

& Pau-

Digitized by Google

& Paulo, sed hoc est Dei miraculo potius attribuendum, vt statim moti fuerint apti gratiæ Dei, sed communiter peccatores per plures & plures motiones Dei disponuntur ad gratiam eius, secundũ quod Deo placitum est, & sua iusta, & occulta iudicia requirunt. Aliquando hæc forma superaddita impressa, ita erit perfecta, vt sicut naturaliter de necessitate inclinatur voluntas in appetẽdum finem, ita per eam immobiliter inclinatur in illud ad quod eam determinat. siue sit finis, siue media ad finem. Sicut contingit in beatis, in quibus charitas perfecta inclinat sufficienter in bonũ, non solum quãtum ad finem vltimum, sed etiam quantum ad ea quæ sunt ad finem. Et sciendum quòd glo. August. dicit super illud ad Ro. 1. propter quod tradidit illos Deus, &c. Manifestum est Deum operari in cordibus hominum ad inclinandas volũtates eorum quomodocunque voluerit, siue in bonum pro misericordia sua, siue in malum pro meritis eorum. Et hæc gloss. sic est intelligenda, non ꝙ Deus malitiam impartiatur, sed quia sicut apponit gratiã, vnde inclinatur hominum voluntas ad bonum, ita subtrahit quibusdam, qua subtracta, inclinatur voluntas eorum ad malum. Hæc sanctus Thom. sententialiter quantum nobis est ad propositum. quia plura ibi prosequitur. quæ vide si vis. Sed dubitabis, cor regis in manu domini est, quocunque voluerit, vertet illud. Ad hoc respondetur vt supra dictum est. Intelligitur non de coacta versione, sed immutatione suaui inclinatiua, quæ est absq; coactione. Sed cõtra Paulus. Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis. Respondetur, vt supra, quòd homo nihil potest sine coadiutorio diuino facere, quod coadiutorium non dat sibi ex debito, sed ex miseratione sua. vnde Isa. omnia opera in nobis operatus es domine, & ex nobis, vt idem Apostolus dicit, nec cogitare sumus sufficientes, cum simus assimilati ex se aeri tenebroso, qui totũ lumen habet in se ab exteriori, scilicet à Sole. Insuper hoc etiam dicit Apostolus de habituatis in malũ, qui secundum prophetæ dictum, Æthiopi & Pardo assimilãtur in benefaciendo, cum didicerint malum facere, sed hoc potest facere miseratio Dei, quia Matth. & Luc. dicitur de diuite impossibiliter ingrediente regnum Dei, sicut Camelum per acũ, Christus dixit, quod est impossibile apud homines, possibile est apud Deum, vt accidit de Matth. Zacheo, Latrone, & Magdalena. Sed dices. nonne Apostolus dicit. cuius vult miseretur, & quem vult indurat? Respondetur hæc induratio & miseratio nõ dicit coactionem, sed in miseratione intellige motionem diuinam inclinantem ad bonum, sicut ad præsentiam Solis glacies resoluitur. In induratione intellige subtractionem huius motionis ex causa aliqua diuina iusta, tamen non nota nobis, cuius iudicia sunt abyssus multa, quibus accidit, sicut glaciei, quæ ad absentiã solis indurescit. Hoc enim scimus ex sacra scriptura. salus ex Deo est, nostra autem damnatio ex nostra praua voluntate. Et quare istum trahit, & illum non trahit secundum Augustinum, noli iudicare si non vis errare, si nondum traheris, ora vt traharis. Sed dices Christus dixit, nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit illum. Respondet Augustinus. Est quædam tractio dulcis, quædam autem violenta, ibi intelligit Christus de dulci tractione, secundũ quod Poeta dicit, trahit sua quemque voluptas, modo quo puerum rebellem, & ouem fugientem trahit nux & herba viridis ostensa. Sed dices Hierem. Non est hominis via eius, nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos. Ad hæc quamuis pateat responsio ex præcedentibus, quia ex nobis nihil possumus, quasi ex nobis, vt dicit sanctus Paulus, sed omnis nostra sufficientia est à Deo, tamen pro doctrinali & clariori informatione, est notandum, quòd in voluntate consideratur

Prouer. 21
Rom. 9.
Hier. 13
Rom. 8.
Hier. 10.

Triplex actus voluntatis. triplex actus. vnus est actus elicitus, vt puta in potestate voluntatis est eligere hoc vel illud, gratia exempli post dormitionem in potestate voluntatis est eligere hoc vel illud. Et hic actus semper est liber, vt superius declarauimus. Et alius eius actus imperatus, vt postquam elegit hoc vel illud, adhuc in potestate eius est pręcipere instrumentis ad opus exire. Et hic actus similiter est in potestate nostra quantũ in se est & in radice sua. Quia quamtumcunque elegit quis hoc vel illud, adhuc in potestate eius est præcipere inferioribus suis in opus exire. Tertius actus est executiuus, vt dum exeunt vires inferiores ad imperium voluntatis exequendum, & hic actus nõ est in potestate nostra, quin possit impediri ab aliquo exteriori impediente, vt oculus per cæcitatem manus, & pedes per violentiam vel detruncationem, ne currant ad ecclesiam & in cœlum dirigantur, vel quòd idolo thura offerantur, & similia, vel per aliquam infirmitatem, propter quam multi abstinent à prauitatib. quas infirmi non possunt deducere in opus. Quę instrumenta sicut homo potest impedire ab exercitio, ita & Deus, in potestate cuius omnia sunt posita. Sed dices nonne dicit Hierem. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur, ergo non sumus liberi, si per nos non possumus conuerti. Ad hoc respondetur vt supra dictum est, Deus vt prima causa operatur in creatura sua, sine cuius coadiutorio creatura nihil potest, imo vt superius diximus, secundum philosophos plus influit prima causa in effectum, quàm secũda. Et cum Deus operatur cum secundis causis, secundum subiectam materiam, quia in naturalibus naturaliter cooperatur, in volũtarijs voluntariè, stat bene quòd non possumus conuerti ad Deum, nisi Deus primo nos conuertat cooperando in nobis, & hæc conuersio est libera, nosq; liberos in ea constituit, quia omnia suauiter disponit, cuius est perficere, & non destruere naturam. Et quamuis sine ipso nihil possumus facere, nec ad eum conuerti, vt dicit etiam sapientia, scio quòd non possum esse continens, nisi Deus dederit, tamen ipse sua bonitate non deficit nobis in hoc, qui dixit. petite & accipietis, &c. Et Apocalip. 3. dicis: Quia diues sum & locupletatus, & nullius indigeo, & nescis, quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi à me emere aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ. Et collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Ego quos amo, arguo. & castigo. Emulare ergo, & pœnitentiam age. Ecce ego ad ostiũ sto & pulso, si quis audierit vocem meã, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cęnabo cum ipso, & ipse mecum, &c.

Hier. 31.

Interpretatio figuralis.

HÆc Dei vocatio potest significari moraliter in historia in principio præassumpta. Samuel qui in templo erat positus ad vigilandum, ne ignis extingueretur ante arcã, idest in conspectu Domini, qui per arcam signatur, est quilibet Christianus, cuius anima est templum Dei iuxta Pauli dictum. Vos estis templum Dei. Qui debet multum vigilare, ne in templo, idest in anima sua extinguatur lumen gratiæ Dei, & ignis charitatis eius. Sed accidit moraliter, vel spiritualiter misero homini, qui præ sui negligentia, & tepiditate ac torpore vitæ suæ dormit. De quo Christus dicit in persona Apostolorum. Dormite iam & requiescite, ecce appropinquat qui me traditurus est. Dormit inquam, cũ negligit gratiam Dei & ignem charitatis eius receptum in baptismo, conseruare. Sed dominus pius & misericors, sicut Sunamitem in canticis, ex pietate quater vocat, vt exurgendo à somno pigritiæ, & à dormitione mortali peccatorum, audiat vocem Dei sui eũ vocantis ad se. Idem dicit S. Paulus.

Exurge

Digitized by Google

Exurge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Christus. Et accidit miseri peccatori vocato à Christo modis superius dictis, quòd exurgat tepidè & somnolenter cum Heli, idest cæca sensualitate se consulendo, cuius suasione, iterum sicut canis ad vomitum reuertitur ad pristinam dormitionem peccatorum, modo quo dixi superius in concione de victoria rationis supra sensualitatem. Tandem totiens per misericordiam Dei excitatus euigilat ardenter, seque à somno præteritæ vitæ excutit, & Deo se per humilitatem & obedientiam offert, sicut Paulus quando dixit. quid me vis facere domine? Et Dominus tunc dat verbũ humilianti & obedienti in auribus eius, sibi imprimendo gratiam & charitatem, vt omnes audientes admirentur in subitanea vel admirabili mutatione vitæ suæ, & dicunt præ admiratione cum psalmo, hæc mutatio dexteræ excelsi. Act. 9.

SERMO QVADRAGESIMVS VI.

CVM DECLARATIONE VISIOnis Zachariæ, qua vidit mulierem transportari à Miluis, demonstrat varias pœnas inferni, potissimum spirituales.

Zach. 5. VIde visionem mulieris, quę deportabatur sup anphoram, vt ædificetur ei domus in terra Senaar. ¶Hoc mane videbimus sumariè de pœnis infernalibus animæ, & in sequẽti sermone prosequemur de corporalibus, deinde exponemus ad propositum nostrum figuratiuè præfatã visionem.

Inuenio ex doctrina doctorum, maxime sancti Thom in 4. sentent. Inter alias conditiones vel pœnas, quas miseri damnati in inferno in anima patientur, prima est. Damnatorum voluntas semper est mala, & praua & in malo firmata. Quoniam quamuis naturalis volũtas ipsorum sit bona, quia à Deo creata, & ex peccato naturalia in eis nõ amittuntur, tamen id quod ab ipsis est, & in potestate eorum, per peccatum est deprauatum, vtpote libera voluntas eorum, quam firmauerunt in malum per propriam deprauationem, quæ ab ipsis est, auertendo se à summo bono firmiter, sicut Dæmones, quoniam sicut dicit August. quod in Angelis casus, hoc in hominibus mors, quia post mortem homines sunt in eodem statu firmæ voluntatis cum Angelis in bonum, & in malum post eorum primum conflictum, vt diximus superius in sermone de obstinatione. vnde si aliquod bonum volunt, at non benè, sed deprauatè, dicentes bonum esse malum, & malum bonum. Isai. 5. Nam voluntas damnati licet amiserit potestatis effectum, semper tamen habebit malignitatis affectum, & ipsa erit in inferno supplicium, quę fuerat in mundo peccatum. Impius ergo quia semper habebit in se reatum ex culpa, sentiet contra se cruciatum ex pœna.

Secunda pœna, quia habentibus sic deprauatam voluntatem per propriã inordinationem in malum euenit, vt non displiceat eis malũ, sed in eo maximam complacentiam habeant. Et si quandoque in damnatis sit pœnitentia mali, hoc intellige per accidens, scilicet

Digitized by Google

scilicet ratione pœnæ, quia malo datur pœna, & non ratione mali in se, q̃ doleant, quia & secundum commune prouerbium oderunt peccare mali formidine pœnæ. Exemplifica de prauis latronibus, & similibus. vnde & miser Epulo videns sibi nihil suam pœnitentiam valere, dum auxilium peteret Lazari, & dictum esset sibi, inter vos & nos magnum chaos est firmatum, &c. tūc rogauit vt Lazarus mitteretur ad fratres, quatenus ipsi fructuosam in hac vita facerent pœnitentiam, &c.

Tertia pęna cum sic habeant in malo deprauatam voluntatem fixè, & eis placeat malum ex se, sequitur q̃ omnes vellent malos fore sicut ipsi sunt, & per cōsequens secum esse in pœnis. Hoc etiam quandoq; apud nos in hoc mundo accidit, mali vellent alios sicut seipsos fore. Miseri enim vellent socios habere pœnarum. Et non solum inimicos, sed etiam amicos vellent in eadem damnatione. Quoniam sicut summum desiderium est beatis, omnes homines beatos fore, propter maximā charitatem eorum, & firmatam voluntatem in bonum, ita in malis, quia sūt firmati in voluntate deprauata vsque ad odium Dei, cunctos odiunt, & omnes vellent, sicut ipsi sunt, damnatos. Et si quandoque legatur, vt de Epulone, qui desiderabat, ne fratres sui venirent ad illum tormentorum locum, vbi ipse erat, tamen hoc non desiderabat ex charitate fraterna, sed potius ex inuidia & odij radice suę deprauatæ voluntatis. Quoniam cum videret alios exteros sibi, saluari & suos damnari, maximum dolorē sentiebat, non vt fratribus principaliter benè esset, quos etiam cupiebat damnari per se, sed per accidens ratione odij ad bonū aliorum, ex quo bono aliorum & malo suorum tedium, & dolorem concipiebat. Maximum enim tedium est inuido, suos secum damnari, & alienos saluari.

Quarta pœna, quia sicut mali Angeli post casum ex deprauata ipsorum voluntate firmata in malū Deum maxime odio habent cum sanctis suis, & hoc non ex se, vt quòd summum bonū sit obiectum ex se odij, imo summi amoris, quod à nullo est odibile, sed hoc eis accidit ratione adiuncti, vt deprauatæ voluntatis in malo firmiter, & ratione pœnæ inflictæ eis à iustitia diuina, ita etiā euenit animabus damnatis, in quibus quòd in Angelis casus, vt Augustinus dicit, hoc in hominibus mors facit, perindè vt assiduè sicut in sequenti sermone intelliges, deū omnipotentem blasphement.

Quinta pœna est, quia in inferno existentibus nihil erit, aut eis offeretur, quod non cedet eis in maximam tristitiam. tollatur impius ne videat gloriam Dei, quatenus eorum miseria sit confirmata. Sicut sanctis in paradiso, nihil potest eis offerri, quòd non cedat ipsis in maximo gaudio. Nam considerabunt mali prauitates suas, quæ fuerunt eis causa damnationis & bona quæ amiserunt, quæq; habere potuerunt, propterea vermis corrosionis eorum conscientiæ, non morietur in æternum. Tantam autem in pœnis damnati tolerabūt angustiam, vt vix aliquid cogitare valebunt præter pęnas. Sed illuc deijcient impetum cogitationis, vbi sentient viam doloris. Quidam discipulus fertur apparuisse magistro suo post mortem. Quē cum magister esse damnatum intellexisset, quæsiuit ab eo si aliquæ quæstiones apud inferos verterentur. Qui dicitur respondisse. Quod apud inferos quidem non sit nisi solummodo pœna. Sed & Salomon ait. nec opus nec ratio est apud inferos nec scientia, nec sapientia, quo tu properas. Ecclesiast. Erit enim tanta in reprobis obliuio, tanta cęcitas animi, tanta confusio rationis, vt raro vel nunquam ad cogitādum quicquam de Deo possunt assurgere, nec ad confitendum valeant respirare. Nam à mortuo tanquam ab eo qui non est, perijt confessio. Scriptum est enim in Psalmis. Non mortui laudabunt te domine, neque omnes qui descendunt in infernum, & iterum:

Isai. 26.
Eccl. 9.

Digitized by Google

rum: Non infernus confitebitur tibi,
Iſai. 15. neque mors laudabit te. Iſai. dicitur. Sicut veſtimentũ ſic comedet eos vermis. Et.66. vermis eorum non morietur.
Eccl. 7. & Eccleſiaſt. Vindicta carnis impij, ignis & vermis. Et. 19. Qui ſe iungit fornicarijs, erit nequam, putredo & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolle-
Sap. 5. tur de numero anima eius. Et Sapien. Videntes turbabuntur timore horribili. vide totum capitulum, quia eſt ad propoſitum. Et breuiter ſiue notitiæ & ſcientiæ ſuæ recordabuntur, ſiue amicorum & parentum gloriæ, & & aliorum ſimilium, cuncta eis cedent in triſtitiam.

Sexta pœna lætabuntur in pœnis dãnatorum, ſicut odioſi in pęnis omnium quos odiunt. Nam ſicut beati lętabuntur de omnibus ſaluatis, & de damnatione omnium damnatorũ, non per ſe, ſed per accidens ratione iuſtitiæ diuinæ, de qua ſummum eis eſt gaudium, etiam de damnatione ſuorum parentum, vt Pſalm. dicit. Lætabitur iuſtus cũ viderit vindictam, ita dicendum eſt per oppoſitum de damnatis, nullo pacto compatiuntur damnatis, ſed gaudent ſicut odioſi de malo ipſorum, ita vt per ſe vellent omnes damnari, etiam ſuos parentes. Et habent maximam triſtitiam de iuſtitia diuina, quæ eis cedit in maximam pœnam. Et de gloria beatorum, quam ſumme in odio habent.

Septima pœna quæ omnium præcedentium eſt eis grauiſſima, priuatio perpetua beatę viſionis in ſe conſiderata, cũ ſit à ſummo bono priuari maximum detrimentũ, ſicut dicit Chryſ.

Octaua pœna erit detineri ab igne infernali. Sicut ſi imagineris, quis nobilis Rex ſi detineretur in ſterquilinio ab ignobiliſſimo viro, & ſimilia exempla imagineris per comparationem, quòd tam nobilis creatura detineatur perpetuo à tã ignobili elemento comparatiuè ad ipsã, quæ facta eſt ad Dei imaginẽ & ſimilitudinem. Multa alia de his ſacri Doctores in 4. ſen. circa finem diſt. 50. per totum. vide ibi, ſi volueris altiora & ſubtiliora dicere.

Nono quæres quorum maior pœna eſt dæmonum vel hominum? Ad quod reſpondetur. ſicut beatos in graduatione beatitudinis maior charitas facit maiores, ita etiam dicendum eſt de damnatis per oppoſitum, in quibus intenſior auerſio fuit à Deo ſuo, ipſorum maior erit damnatio. Nihilominus poſſumus dicere quòd multi damnatorum grauiores pœnas ſentient in inferno, quàm plures dæmones, tum ratione ingratitudinis, quia non venit filius Dei ſaluare dæmones, ſed homines. Et practica de vita & morte Chriſti, de lege data, & cætera, propter quod homines maxime deberent Deo gratias agere pluſquam dæmones, tum propter pluralitatem auerſionis à Deo per omne mortale. Dęmones enim ex vno caſu perpetuo ſunt damnati, plures autem miſeri homines per plures caſus & actus multiplicatos per peccata mortalia, & tertio ratione duplicitatis, quia dæmon cum ſit ſpiritus in ſolo ſpiritu damnatur, ſed homo cũ ſit ex carne & ſpiritu in vtroque damnabitur. Alia multa omitto gratia breuitatis, quæ poſſis videre in 4. ſentent. circa finem de animabus damnatorum. Et vt grauitatẽ damnatorum melius poſſitis per reflexionẽ intellectus concipere, imaginemini vnum hominem, in quo hęc omnia mala ſint immutabiliter coniuncta, vt quòd ſit formatus in omni malitia, vt Pſalmus dicit. Aſtitit omni viæ malæ, malitiam non odiuit. Et quòd nullo pacto aliquod malum ſibi vnquam diſplicere poſſit, ſed in eo ſemper complacentiam habeat. Et talis ita ſit inuidus, & malignus, quòd omnibus tam amicis, quàm inimicis vellet malum & dãnationem, & quòd ſummè gaudeat de malo cuiuſque. Et quòd Deum & ſanctos ſuos intenſiſſimè odio habeat, eoſque aſſiduè blaſphemet & deteſtetur, quodque nihil ſibi in gaudiũ poſſit accidere, ſed omnia in maximam triſtitiã. Et quòd de

Grauitas infernaliũ pęnarũ ex collectione præcedẽtium oſtenditur.

Digitized by Google

nullo compassionem habeat, quòdque totaliter sit exclusus a gratia Dei, & sanctorũ consortio perpetuo. Et quòd omni consolatione perpetuo sit priuatus, ô, quam hoc, animal esset monstruosum, quamque horribilis statua, ô, si ex sola apparitione statua horribilis, aurea, argentea, ærea, ferrea, & fictilis ita perturbatur Nabuch. & scriptura in pariete manu apparenti descripta contra Baldasar sic perturbauit eum, vt immutaretur effigies eius, & genua colliderentur adinuicem, & renes fortitudine dissoluerẽtur, quid dicẽdum sit, quantum te perturbaret vera visio existentium horum animalium monstruosorum, & statuarum horribilium in inferno?

Dan. 2. & 5.

Expositio figuralis.

ACcipe hic exemplum aliquod ex discipulo vel ex speculo exemplorum de damnatis, in titulo infernus, vel damnati Et contritiones supradictas sub breuitate Iob describit dicẽs. Dimitte me vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miseriç & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Insuper & visio in principio recitata idem ostendit mysticè eam interpretando. Amphora quç erat patens & recipiẽs, potest nobis merito signare voluptates & concupiscentias mundi prauas, de quibus Ioan Quicquid est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, idest sub auaritia continetur aut concupiscentia carnis, idest sub luxurijs, & carnalibus desiderijs cõtinetur, aut est superbia vitæ, idest, sub superbia continetur. Et hæc mala ita sunt potentia in misero mundo, vt nõ sit qui faciat bonum, dicit Psalmus vsque ad vnum. Et omnis quippe caro corrupit vias suas, modo generis humani ante diluuium, vt merito eodem consumpti sũt. Hæc habet duas manichas propter transgressionem duorum præceptorum, in quibus tota lex cõtinetur, idest dilectionis Dei, & proximi In ipsa intus sedens & posita mulier quæ à mollitie denominatur, significare potest in particulari homines in concupiscentijs, & voluptatibus sedentes, quasi inclusi modo quo Salomon sedebat. Ecclesiast. Et omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meũ, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se, in his quæ præparaueram. Et in prouerbijs dixit mulier fornicata. Venite, fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies, & multa ibi de huiusmodi prosequitur. De hac muliere cras dicturi sumus super Ioãnem Apoca. 17. Vbi eam describit sub specie mulieris fornicariæ & Babylonis ac damnatæ. Et vocat impietas hæc mulier in amphora. Quid enim crudelius & impietosius est, quàm sui ipsius esse homicidam? & quanto magis in anima, quæ est nobilior corpore. Dicit enim scriptura, miserere animæ tuæ beneplacens Deo. Sed miser voluptuosus & in desiderijs vanis cubãs, à Deo recedit, modo quo dicitur Hierem. Fregisti iugum meum, à sæculo rupisti vincula mea, & dixisti, nõ seruiam. Ecce quàm impius est sibi ipsi miser peccator. Dicitur etiam impietas contra religionis & cultus diuini pietatem. Practica de huiusmodi. Insuper obturatur ibi talento plumbeo, vt non possit inde exire, in quo denotatur grauitas & enormitas eius nequitiæ, vt sicut plumbum pręponderat omnibus metallis, ita talium his miseris temporibus nequitiæ pręponderant. De quibus Sanctus Paulus ad Thim. Hoc autem scito, quia in nouissimis temporibus, instabunt tẽpora periculosissima. Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus inobedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinẽtes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & amatores voluptatum magis quàm Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem

Iob. 10.

Expositio figuralis. 1. Ioan. 2.

Eccl. 2.

Hierem. 2.

1. Thi. 4. & 2. Thim. 3.

Digitized by Google

tutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Sed finis eius describitur, quia extrema gaudij luctus occupat. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormētum & luctum. Duę mulieres Milui alas habētes sunt Dæmones, qui regnant super delitias mundi. Ideo hic describuntur per mulieres, secūdum quod dæmon tentans Christum dixit, omnia regna mundi dabo tibi, idest omnes mundanas delitias, quibus in hominibus regno, dabo tibi. Et merito Milui rapacis alas habet, quia velociter currit, vt dicit sanctus Petrus, circuiens & quærens quē deuoret, portando ad pœnas inferni, vt ibi sepeliatur cum prauo rege Ioachim sepultura asini. Hierem. dicitur. Et eleuantes eam de terra, scilicet per mortem, sustulerunt per aerem inter cœlum & terram, quia cęlum non datur sibi ascendere, vbi nihil inquinatum ingreditur, sed solum vt possit ad sui tristitiam recordari de gloria beatorum, quam dum viueret pro nihilo habuit, de his vide Sapient. 5. cap. Et portauerunt eam in terra Sennaar, id est Babylonis. Sennaar interpretatur fœtor, idest in inferno, vbi erit fętor, vt cras declarabimus. Ascendit fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbè egit. Et dicitur terra Babylon, idest, confusionis, de qua superius Iob dixit. Et Christus proijcite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Dico vt domus ei ædificetur, non temporaliter, sed pro perpetua habitatione, de qua Christus. Ite maledicti in ignem ęternum.

Apoc. 18. Hier. 22. Ioelis 2.

SERMO QVADRAGESIMVS VII.

EX HISTORIA APOCALIPSIS de muliere fornicaria sedente super bestia coccinea, corporales pœnæ inferni declarantur.

LEgitur Apocalip. 17. cap. De mulieris damnatione, vide ibi historiam vsq;, & in fronte eius nomē scriptum mysterium, Babylon magna mater fornicationū & abominationum terræ.

Hoc mane loquemur eodem modo summariè, de pœnis damnatorum in corpore. Quorum sunt decem conditiones.

Prima est locus damnatorum, quia secundum sanctum Gregorium & cæteros Doctores melius sentientes, est profundus, scilicet in centro terræ, vt qui terrena magis quàm cœlestia dilexerant, & locus merito infimus terræ dandus sit eis, qui à summo cœlo maximè separantur. Et quoniam de damnatorū locis multa miracula sanctus Gregorius in quarto Dialogorum adducit, per quæ cognoscitur, quòd locus eorum sit sub terra, tamen addit cum prędictis doctoribus, quòd locus generalis damnatorum est in media cōcauitate terrę latissimus & profundissimus, perpetuęque durationis. Alius est particularis, ex aliqua occulta dispensatione diuina, vt quædam loca patentia, & fumantia ignē & sulphurem, & hæc durabunt, vsque ad diem iudicij, post modū vero & ijdem detrudendi ad locum generalem. Hic possis dicere exemplū capitis presbyteri idolatrantium, quod sanctus Macharius inuenit, & ab eo quæsiuit cuius esset, & cęt. Hic practica quòd hæc

palatia

palatia temporalia sint dimittenda, &c. ideo melius est ædificare ea in cęlo, quàm in centro terræ, dum sumus
Iob 24. in hac vita. Secunda pęna erit aquea; transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium, sine refrigerio & consolatione, sicut accidit quartanam patientibus, & similes infirmitates. Et hoc fiet virtute diuina, sicut & ignis virtute diuina refrigerabat tres pueros in camino ignis apud Danielem. Practica hic, quòd ibi non erunt pelliceæ vestes calefacientes, &c. Et nota secundum sanctum Thomam, hic transitus non dicit interpollationem inter pœnam ignis & aquæ, vt quandoq; vnam, quandoque aliam patiantur, sed ibi vtraque pœna erit continua, quia culpa eorum erit perpetua, vnde dicit varietatem & continuitatem pœnarum, propter continuitatem culparum, & earum varietatem. Hæc etiam Gregor. super Iob. Experientia nouimus, si adusto frigidum statim adhibeas, ardentiorem sentiet cruciatũ. Tertia pœna erit aerea, quia ibi erunt vltra tenebras interiores, de quibus superius diximus in pręcedenti serm. etiam exteriores, vt dicit Christus. Et hoc ratione centralitatis terræ vndique conclusæ, vt ad eam lux solaris penetrare non possit, & quia qui tenebrosam vitam est in corpore, & in anima secutus, quòd post mortem eum sequantur tenebrę animæ & corporis, & propter multitudinẽ damnatorum, quasi ibi comprimentur ad inuicem, & causa sulphureæ flammæ quæ impediet claram adinuicem visionem. Quarta pœna erit ignea, vt Christus dicit in euangelio. Et Isa. 33. Quis poterit de vobis habitare cum igne deuorante, aut cũ ardoribus sem
Apoca. 10. piternis? Vnde Apocalip. qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. Hic practica, si non possis calorẽ intensum vel adustionem paruam ex candela sustinere, quomodo ignem sempiternum sustinebis? Quinta insuper in particulari descendendo, erit pœna afflictiua in oculis, quia Christus dicit ibi erit fletus & stridor dentium, & hoc de fletu intelligitur causatiuè, scilicet quòd ibi erit dolor solitus causari ex magno fletu, non autem fletus, qui causatur ex resolutione humiditatis capitis, cũ tunc non erit motus cœli, qui talium est causa. Nam in fletu est constrictio cordis ex tristitia & sensu pœnæ, deinde neruorum & venarum quæ à corde ad pãniculos cerebri distendũtur, demum panniculi ex cõstrictione neruorum & venarum cõstringuntur, ex quo sequitur inordinata distractio figuræ & situs in facie. Hæc tria sunt in fletu infernali, non autem effusio lachrymarum, quia quiescente motu cęli non erit aliqua generatio vel alteratio. Et dicit Albertus, quòd tam ignominiosum erit corpus peccatoris, quòd anima resurgens ipsum stupebit, quando illud videbit. Insuper in aspectu dæmonũ horribili. Qui quamuis sint spiritus, tamen apparebunt eis in aliquo corpore assumpto horribili, modo quo & in hac vita poterant hominibus apparere, vadent & venient super eum horribiles, idest dęmones secundum glos. Insuper quamuis se adinuicem in obscuro igne inspicient, aspectus tamen eorum erit, non vnde lætentur, sed vnde doleant omni ex causa circunstante. Extende te ad practicam circa huiusmodi. Si talia patereris in hoc mũdo per momentum, in maximas impatientias prorumperes, & in grauissimos terrores caderes, quid erit vbi perpetuo hæc afficient miseros damnatos? Sexta erit pœna in auditu blasphemiarum, & exprobratione dæmonum in eos, & in seinuicem. De blasphemia dicitur. Æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas. Et. 19. in diebus illis desiderabunt homines mori, & fugiet mors ab eis, videntes autem quòd nõ possunt mori, irascuntur & dentibus frementes, blasphemabunt Deum, qui eos creauit. Et S. Thom. 2. 2. q. 13. ar. 4. Dicit vltra blasphemiã quæ dicit detesta-

In cõpen. Theolo. de pœn. inferni.

Iob 20.

Apoca. 16.

testationem diuinæ iustitiæ in damnatis, credibile est quòd post resurrectionem erit in damnatis vocalis blasphemia, sicut in sanctis vocalis laus Dei. Hic pone exemplum ex speculo de patre & filio in inferno se adinuicē maledicentibus, & deinde Deum omnipotentem. Septima erit in gustu, in figura Epulonis, qui in lingua vrebatur, in significationem patiendi idem realiter in assumptione corporis. De hoc Isa. Ecce serui mei comedēt & vos esurietis, bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis. Et intellige de siti & esurie alicuius cōsolationis & refrigerij, quia ibi etiam erit stridor dentium, vt Christus dicit, in quo maxima pęnalitas denotatur, vt in febricitantibus & desperatis viris, &c. Extende te practice, si in febricula parua nō possit infirmus sitim sustinere, & cæt. quid ibi fiet? Imo vt dicitur. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormētum & luctum. Et cruciabatur in lingua. Per quę quis peccat per hæc & torquebitur, cui nec minima bona operatio Lazari ab ipso petita est data. Nam manu ac digitis operamur, ò, miser Epulo quot anni transierūt & in æternum transient, & tibi non dabitur quod postulas?

Apoca. 18.

Sap. 11.

Octaua erit in olfactu fœtor intolerabilis, ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbè egit. Hic autem fœtor nomine sulphuris, designatur. Psal. Pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur, & spiritus procellarū. Nam ignis respondet concupiscentię & ardori peccati, sulphur respondet fœtori voluptatis, spiritus procellarum respondet strepitui perpetrationis peccati. Et verisimiliter extimatur, vt Basilius dicit, quòd in purgatione mundi per ignem omnes immundicię, quas per peccatū & post peccatum elementa generarunt, claudentur in Cloacha inferni, vt damnatis sint in pœnam horribilem, vt qui abusi sunt elementis, dum viuerent, ex eis pęnam sentiant, quoniam per quę quis peccat, per ea merito, & torquetur. Practica, satiaberis pro suauibus odoribus tuis, fœtoribus.

Ioel 2.

Psalm. 10.

Nona erit pœna in tactu sensibilis, & lesiui ignis, ita quòd actio caloris in corpore damnatorum erit intentionalis & realis. Quia cum animal calefit, calor remanet realiter in animali, & vltra hoc anima concipit calorem intentionaliter, vt habetur 2. de anima. Nec realiter posset animal percipere intentionem caloris, nisi etiam calorem realiter reciperet. Ita dicendum est de damnatis corporibus, corpora eorum realiter exurentur, nec dormient, aut contemplatione rapientur cum exurentur, sed percipient læsionem & exustionem, & tanto profundius, quanto ignis ille aget, vt instrumentum diuinæ iustitiæ, quæ exigit vt pœna respondeat culpæ, & culpæ proportionetur. Ioan in Apocalip. dicitur. Et quòd exurantur & non consumuntur, est principalis causa virtus, & iustitia diuina. Iustitia enim diuina separat vnam actionem ab altera, cum secundum naturam vna sine altera esse non possit. Separat enim corruptionem à continua exustione, cum secundum naturam omne quod exuritur, corrumpatur. Quod factum fuit in rubo, quem vidit Moyses, Exo. 3. cap. dicit. Et in camino ignis trium puerorum, Daniel. 3. cap. Etiam ratio naturalis potest esse, scilicet quies cęli, quo quiescente nulla actio vel passio poterit esse in corporibus pertinens ad transmutationem naturæ. Vnde causa incorruptionis corporum, non est natura vel gratia vel gloria, sed diuina virtus, & ordo iustitiæ eius, quibus etiam obtemperabit quies motus cœli, Vide de his ad longum, sanctum Thomam 4. sen. circa finales distinctiones. Et Albertus. Ex his collige, ꝙ ibi erit calor ignis, stridor frigoris, tenebræ, fumus, lachrymæ interiores, aspectus dęmonū, clamor,

Quō erit in inferno vstio, sine consumptione.

Apoca. 18.

Collatio breuis pœnarum corporalium inferni.

In comp. Theol. lib. 7. ca. 10. in fin.

clamor, improperium, ariditas sitis, fœtor sulphuris, vermis conscientiæ, vincula, carcer, timor, dolor, pudor, inuidia, rancor, tristitia, carentia visionis Dei, ablatio spei omnis salutis, ipsum etiam esse quod omnis creatura appetit pœna est eis, quia quærent mortem, & non veniet.

Decima ibi erit sicut ait Dionysius proterua phantasia, demens concupiscentia, & feruor irascibilis. Et Innocentius de miseria humana, quòd ibi erunt flagella vt dicitur Prouerbio. 9. Parata sunt iudicia blasphematoribus vel alias, derisoribus, & percutientes mallei stultorum corporibus. Et breuiter confinge per imaginationem, vt in præcedenti concione fecimus, hominem ex his compositum, ò quàm horrendum monstrum apparebit, &c. Hæc S. Bernardus super can. animaduertẽs dicebat. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & præueniam fletibus fletum & stridorem dentium, & manuum pedumque dura vincula, & pondus cathenarum stringentium, vrẽtium, nec consumentium? Heu me mater mea, vt quid me genuisti, filium doloris, filiũ amaritudinis, & plorationis ęternæ? Cur exceptus genibus, cur lactatus vberibus, natus in combustionem & cibum ignis? Item sanctus Hierony. ad Pammachium & Oceanum. Iob sanctus in tentatione ad suam gloriam, deuotus sic in dolore clamabat. Quid enim prodest in tormento meo lux? Vt quid mihi iuncta sunt genua? Vt quid vbera suxi? Cur non in ventre mortuus sum? Mox vt de vtero exiui, non protinus obij? Si hæc Dei amicus dicebat in luce, quid ab inimicis eius dicetur in tenebris? Si ille ingemiscit, quem febris vrebat, quid faciet, quẽ gehenna consumet? Si ille sibi dolet, genua sibi fuisse coniuncta, cuius pedes semper in Dei timore cucurrerunt, quid dicturus est, cuius nunquam in veritate steterunt? Displicet illi, quòd natus ex vtero vixit, q bene vixit, quia illum vermis mortuus edebat. Quid male viuentes facient, quos ignis ęternus, & vermis, nunquam moriturus expectat? hæc ille. Cętera omitto quę passim in sermonibus scribuntur, quę his possunt addi. Hoc solum cunctis peccatoribus addo quod Psalm. dicit. Sicut oues in inferno positi sũt, mors depascet eos, dictum est hoc de pœnis iterabilibus damnatorum ad similitudinem ouium, quę non radicitus euellunt herbas, sed summitatem solummodo carpunt, vt iterum herbæ renascantur ad pastum. Sic & impij quasi de morte pasti reuiuiscent ad mortem, vt æternaliter moriantur, modo quo etiam gulosi iecur satiati, & auarus repletus semper renascitur ad eundem appetitum cibi, & pecuniarum. Practica de similibus vt filo captis, & cætera.

Expositio figuralis.

NVnc breuiter exponamus mystice Ioannis visionem. Mulier hæc est genus humanum ex mollitie sua in malum ad damnationem deputãdum propter adulterationem suam spiritualem, vt in præcedenti expositione super Zacha. diximus. Et dicitur magna meretrix propter grauitatem suę nequitiæ, quia sine rubore peccandi, vt dicit scriptura. Hęc erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide præcioso, & margaritis, quia hominem Deus creauit ad imaginem suam, & decorauit similitudine sua, vt dicit S. Bernardus, ornãs eum gratia sua, fide desponsans, Angelisq; coæqualem faciens rationis compotẽ, & omnium virtutum & bonorum habituum capacem. Et vt dicit Sanctus Augustinus, fecit Deus rationalẽ creaturam, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. Et tamen his decoratus ornamentis fœtidus effectus est, cuiusq; fętor ascendit in cœlum. Ideo ignis, sulphur, & Ioel. 2. spiritus procellarum pars calicis eorum. Hæc mulier, idest genus huma- Psalm. 10. num

num in ſuis indiuiduis poſita eſt ſede re ſuper beſtiam habentem ſeptem capita, & decem cornua, plenam nominibus blaſphemiæ, & ipſa erat coccinea. Hæc beſtia poteſt denotare nobis pœnas damnatorum, quæ dantur hominibus beſtialem vitam agentibus, quia dicit S. Paulus, animalis homo non percipit, quæ Dei ſunt. In nouiſſimis temporibus venient illuſores ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales ſpiritum non habentes. Hi etenim Dei gloriam commutauerunt in concupiſcentias ſuas. Eſt hæc beſtia coccinea, ideſt, rubea, quia pœna damnatorum eſt crudelis, & ſanguinea, vt diximus, quia ignis ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. Potentes potenter tormenta patientur. Quantum ſe glorificauit & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Habent ſeptem capita, quia in inferno detruduntur propter ſeptem peccata mortalia. Et decem cornua, ideſt & propter tranſgreſſiones decem præceptorum, contra quæ, ſicut cornu, ex aduerſo Deo ſtatur & itur. Pſalm. Fiant contra Dominum ſemper. Et contra Deum feruet, & contra dominum erectus eſt. Quibus merito dantur pœnæ ſuperius declaratæ, tam ſpirituales, quàm etiam corporales, quia per quę quis peccat, per ea & torquetur. Quę pœnæ etiam denotantur in ſeptem capitibus, quæ ſunt pœnæ ſpirituales, & decem cornibus, quia his adiunguntur corporales ſuperius enumeratæ. Et hæc beſtia eſt plena blaſphemiæ, quia vt diximus ſuperius, in inferno erit etiam vocalis blaſphemia. Et hæc mulier habebat in manibus poculum aureum, ideſt prauas operationes per manus deſignatas, quæ ſunt aureæ miſero voluptuoſo. Nos inſenſati extimabamus vitam illorum, ideſt ſanctorum inſaniã, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & cę. Veni, perfruamur cupitis amplexib⁹ donec illuceſcat dies, & Paulus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione, qui terrena ſapiũt. Et hoc poculum erat plenũ abominatione. Qui nutriebant in croceis, amplexati ſunt ſtercora. Et abominabilis, & inutilis homo qui bibit, quaſi aquam iniquitatum. Et iterum: Pſal. Abominabiles facti ſunt in iniquitatibus ſuis, & facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt. Et immunditia fornicationis eius. Hic intellige pro immunditia fornicationis, omnia immunda peccata, quibus adulteratur in Deum. Et breuiter denotat hoc poculũ omnes abominabiles Deo & hominibus prauitates. In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix. Et in fronte mulieris damnatæ ſcriptum erat Babylon magna, mater fornicationum, & abominationũ terræ, quia in fronte .i. in intellectu & voluntate in inferno exiſtentiũ erit magna confuſio, vt ſuperius diximus, per Babylonem confuſam deſignata. Mater fornicationum & abominationum terræ. Hoc dicitur de Chriſtianis qui deteriores facti ſunt quàm gẽtiles. Et maximè de pręſidentibus, qui malo & confuſo ſuo exemplo alijs fuerunt cauſa damnationis, quia ſecundum Greg. in paſt. Nemo quippè amplius in Eccleſia nocet, q̃ qui peruersè agens, nomen vel ordinẽ ſanctitatis tenet. Aug. Caueamus fratres, ne peccemus, ne ad illam flammã perueniamus, quæ concremationẽ habet, ſed lumen non hẽt, vt quos flãma gehennę cruciat, viſione veri luminis cæcat, vt foris eos dolor cõbuſtionis cruciet, & intus pęna cęcitatis obſcuret. Et infra, ò inferne tu latus es & profundus, & menſuram nõ habes, inſaciabilis eis, quia oẽs conditiones hominũ recipis libenter. Plenus ardore incomparabili, plenus fętore intolerabili, plenus dolore innumerabili. Ibi omnis miſeria & tenebræ, ibi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat. Ibi nulla ſpes boni, ſed omne malum. Ibi dęmones clamare non ceſſabunt, percutereq́; eos non deſiſtent, exprobrantes eorum vitia.

SERMO

Marginalia: 1. Cor. 2. — Iudę. 1. — Sap. 6. — Apoc. 18. — Pſal. 108. — Prou. 19. — Hier. 48. — Sap. 5. — Eccl. 2. — Prouer. 7. — Tren. 4. — Iob 15. — Oſeæ 9. — Hier. 2. — Ad f. Ihæ. Serm. 27.

Digitized by Google

SERMO QVADRAGESIMVS VIII.

EX MORALI EXPLANATIONE virium Sansonis, pulcher habetur discursus circa opera, quando meritoria dicantur, quando mortua, quando mortificata, & si amissa per pœnitentiam restituantur.

Iud. 16. DAlide traditione datus est Sāson in manu Philisthinorum, illudēdus amissa sua pristina fortitudine, & deinde restituta sibi ad inuocationem Dei, vt perimeret multos ex eis. vide hist. & eam recita abbreuiando.

Hoc mane vt sim gratior meis auditoribus, per dubitationes procedam circa meritum bonorum operum. Deinde moraliter exponemus historiam.

Quo ad primum quæritur ab auditoribus meis. Quare opera bona in peccato mortali facta, non sint meritoria corā Deo pro vita æterna, cum dicat? Qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam? Et multa adducunt pro se Lutherani, qui dicunt, fides sola saluat hominem etiam sine operibus. In contrarium est S. Paulus ad Gal. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Et quicunque hanc regulam secuti fuerint pax super illos & misericordia. Vbi dicit S. Thomas, quia superius quasi eisdem verbis replicat idem capitulo quinto. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputiū, sed fides, quæ per dilectionem operatur. Fides ergo charitate formata, est noua creatura. Creati enim & producti sumus in esse naturæ per Adam, sed illa quidem creatura vetusta iam erat & inueterata, & ideo dominus producens nos, & constituens in esse gratiæ, fecit quandam nouam creaturam, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Et dicitur noua, quia per eam renouatur in vitam nouam, & per Spiritum sanctum. Psal. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Sic igitur per nouam creaturam, scilicet per fidem Christi & charitatem Dei, quæ diffusa est in cordibus nostris, renouamur, & Christo coniungimur. Et hoc confirmat S. Gregor. Nihil valet fructus boni operis, nisi sit firmatus in radice charitatis. Hoc idem videmus per experientiam militis vel subditi, qui Domino ex vna parte est rebellis, & ex alia parte in aliquo fidelitatem ei ostēdit, nullius valoris cuncta opera suæ fidelitatis sunt coram eo. Ita etiam talis in mortali perseuerans, rebellis est domino Deo, ideo opera facta bona in tali infidelitate vel rebellione nullius sunt valoris coram eo. Et hoc etiam confirmat Aggæus. Congregauerunt mercedes suas, idest bona opera meritoria in se, & miserunt ea in sacculum pertusum, idest in anima perforata mortali peccato. Et Paulus dicit. Gratia Dei est vita æterna, ergo per oppositum absq; gratia Dei esse, causa damnationis & omnis boni meritorij priuatio est. Quia sicut affirmatio est causa affirmationis, ita etiam negatio est causa negationis. Et Psalm. Si aspexi iniquitatem in corde meo,

Ioan. 5.

Gal. 6.

Iac. 1.

De his vide superi⁹ primo sermone.

Psalm. 67.

Aggæi. 1.

Psalm. 63.

meo, non exaudiet Dominus, scilicet in aliquo bono opere pro merito gratiæ. Et ratio etiam horum est, opera vitalia naturaliter sunt ex vita operantis, quia forma vitalis est principium operum vitalium, nec mortuus potest facere aliqua vitæ opera, etiam si quandoque videatur secundum aliquod præstigium phantasticum. Sic a simili de operibus spiritualibus dicendum est. Non possunt produci nisi à vita spirituali, quæ est per gratiam & charitatem, vt dictum est. Vbi ergo est mortale, ibi non potest esse forma vitæ, idest gratia, quia expelluntur se adinuicem in anima. Ideo Christus

Luc. 11.

dixit. Qui mecum non est, contra me est, & qui mecum non colligit, dispergit. Et Psalm. dicit, particeps ego sum

Psal. 118.

omnium timentium te, & custodientiũ mandata tua, & hoc propter gratiam & charitatem, quam in se habebat. Ad argumentum autem in oppositum dicitur ad Ioannem, quòd sacra scriptura semper exponitur per eandem, vbi expressa est intellectio, quia veritas per veritatẽ declaratur. Ideo Christus dixit scrutamini scripturas, ipsę de me loquuntur. Nam inuenimus ex Christi expositione, quomodo verbum Dei sit audiendum, vt homo beatificetur, quinimo beati, qui

Luc. 11.

audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Ecce vt saluet verbum Dei audientem, oportet custodire illud, & non solum audire, sicut illi in quorum cordibus cecidit, sicut secus viam, & sicut super lapidem, & sicut inter spinas, sed sicut illi, in quibus cadit sicut in terram optimam. Et iterum voca operarios in vineam meam. Intellige ergo Ioannem dicentem, qui verbum meum audit, idest & custodit illud. Et credit ei, qui misit me, quia sine fide impossibile est placere Deo, habet vitam æternam. Et in hoc quòd fidei necessarium est audire verbum Dei & custodire illud, quia fides sinę operibus & vana & mortua est secundum Iacobum, clare habetur quòd fides non informis sed formata gratia Dei, saluat hominem. Et hoc etiam ostenditur ex verbo Pauli ad Rom. Qui credit in filium Dei, non condemnabitur. In hoc

Rom. 1.
1. Ioan. 3.

ꝙ dicit in filiũ Dei, intelligitur fides formata, quia vsu scripturæ credere in Deum, includit adhærere Deo per charitatem secundum August. Et hoc idem Paulus dicit, in Christo Iesu neque circũcisio quidquam valet neque præputium, sed fides per dilectionem operans. Ecce hic Paulus non dicit fides qualiscunque sed per dilectionem, idest charitatem operans. Sed quæres si opera bona in mortali facta ad vitæ meritum & ad salutem animæ non valent, an valebũt redeunti ad gratiam per pœnitentiam, vt Mariæ Magdalenæ, Matthæo, & similibus? Et videtur ꝙ sic, quia obstaculum inualiditatis per pœnitentiam est remotũ, sicut cum lapis impeditur per columnam detinentem eum, ne descendat ad locum suum, qua remota descendit, & petit centrum terræ sui conseruatiuũ. Respondetur vt supra, ꝙ non redeũt, quia omnino coram domino pro tali tempore fuerunt menstruata, & lepra mortali infecta, vt nullo pacto sint apta sisti coram domino, secũdum quod Isa. dicit. Incẽsum abominatio est mihi, Nęomeniam & Sabbatũ & festiuitates alias nõ feram, & causam addit. Iniqui sunt cætus vestri. Kalendas vestras & solẽnitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens. Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, ego non exaudiam. Manus. n. vestræ plenæ sunt sanguine. Insuper si valerent hoc ideo esset, vel quia fuerunt accepta pro tali tempore coram domino vt inferius dicturi sumus, de operibus mortificatis per peccatum mortale, vel ex parte nostri, vel ex parte operũ. Sed ex parte Dei pro tali tempore facta nullo pacto ad salutem sunt accepta, vt hic Isai. dicitur. Nec ex parte nostra, quia Ecclesiast. dicit. Altissimus odio habet peccatores. Nec ex parte operũ, quia quam-

Galath. 5.
Isai. 1.
Eccl. 12.

uis sint bona, & ex se Deo acceptabilia, tamen quia ab impio procedunt, ideo pro tali tempore impietatis non sunt accepta coram Deo, quia in Dei ira vel absque gratia Dei facta, quæ vngit bona opera oleo suo, vt sint coram Deo accepta, nec eius est vngere, nisi bona in charitate facta. Insuper vt superius diximus, talia opera bona in mortali facta, sũt facta à mortuo spiritualiter, & ideo non viuunt nec viuere possũt spiritualiter etiam per pœnitentiam. Et S. Thom. Causa quare non redeunt est, quia nõ sunt à charitate elicita, & ideo causa mortis non tollitur ab eis per pœnitentiam, secundum quod superius Aggæus. 1. ca. dixit, congregauerunt mercedem in saculum pertusum. Ad argumentum in oppositum dicitur. Aliter dicendum est de operibus bonis mortificatis per mortale, quæ semel coram Deo erant accepta, & hæc assimilantur lapidis grauitati, qui grauitatem ex se habuit, antequam erat impeditus, cuius sublato impedimento tendit ad centrum, ad quem tendebat ante impedimentum factum, aliter de operibus omnino mortuis, quæ non habuerunt vllo pacto, absque vnctione gratiæ Dei, tendendi in cælum, sed vt valeant, oportet similes actus virtutum facere cum vnctione gratiæ, quia & Paulus dicit, gratia Dei sum, id quod sum, Et Christus sine me, id est gratia mea, nihil potestis facere, scilicet meritorij. Et Isai. omnia opera operatus es nobis Domine, & Iob vitam & misericordiam tribuisti mihi.

S. Tho. 4. sent. di. 14. art. 3. ad 4.

Sed dices si nihil talia bona in mortali facta valeant coram Deo ad meritum, vt quid ergo hortentur peccatores bona facere? Practica de huiusmodi. Ad quod respondet S. Thomas cum cæteris sacris doctoribus. Quod quamuis nihil valeant ad vitæ æternę meritum, tamen ab his non est desistendum vllo pacto, sed sunt assiduè multiplicanda. Et hoc quia valent ad refrenationem diabolicæ potestatis, vt patet in tertio Dialogorum in Iudæo, qui ex signo crucis sibi ex timore in fronte facto, coercuit diabolicas potestates, ne sibi nocerent, à voce domini pauebit Assur. Secundo valent ad pœnæ temporalis retardationem ex demeritis imminentem, vt habetur de Achab. Cuius Deus vidit humiliationem, & dixit Heliæ per quem grauissimè comminatus erat sibi. Vidisti Achab humiliatum coram me? ideo non inducam malum hoc in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius. Tertio valent ad bonorum temporaliũ multiplicationem, sicut fecit Deus benè obstetricibus Hebræorum multiplicans eis domos & possessiones, quia timuerunt Deum, & non obedierunt prauo mandato Regis Ægypti interficiendi masculos natos. Practica hic de honoribus & alijs bonis fortunæ, quibus tales quandoque augentur. Et clare patet in populo & principibus infidelium, dum agunt aliquid boni intuitu Dei & charitatis proximi in regimine suo Quarto plurimum valent ad gratiæ dispositionem. vnde Greg. Non desperet peccator interim, semper quicquid boni facere poterit exhortamur vt faciat, vt omnipotẽs cor illius ad pœnitentiam illustret. Hoc ostensum est in Cornelij Gentilis eleemosynis. Et Deus custodiuit Regem Ægypti, qui simplici corde & munditia manuum suarum acceperat vxorem Abrahæ dicentis sibi, quòd soror mea est, ne peccaret in Deum, tangendo inhonestè Saram. Et de similibus multa exempla habes in sermonibus, quę vide, q̃a gr̃a breuitatis ea omisi.

Isai. 3.
3. Reg. 21.
Exod. 1.
Act. 10.
Gen. 2.

Sed quęres postquàm bona in mortali facta, non valent directe ad vitam æternam, an opera bona facta in gratia, sed per lapsum perdita, per pœnitentiam reuiuiscant? vt Petrus ante lapsum multa de genere bonorum meritoria pro vita æterna fecit, & in lapsu ea perdidit, an post lachrymas suas prędicta bona meritoria sibi sint restituta, vel semel perdita in perpetuo sint amissa? Nam hoc videtur graue,

Digitized by Google

ue, vt qui fecit quinquaginta annos in pęnitétia, & collapsus est ad tempus, quòd amiserit absque remedio prædicta bona. Respondent sacri Doctores. Quod opera nostra sunt in quadruplici differentia. Quia quædam sunt viua, quædam mortua, quædam viuificata, quædam mortificata, & hæc manifestãtur per comparationem ad ea, quæ videmus in reb⁹ naturalibus. Illa enim dicuntur viua, quæ habent in se principium vitę & operationé, vt oculus videndo, pes ambulando & cæt. Mortua vero dicuntur, quæ neutrum horũ habent, habere tamen potuerũt, sicut dicitur homo mortuus, non solum quia vitam habuit, & priuatus est, sed etiam fœtus qui nunquam vixit, dicitur mortuus nasci. Mortificata autem dicuntur quæ habent principium vitæ in se, sed non operationem propter aliquod impedimentum, vt membrum stupidũ vel paraliticum. viuificata autem dicuntur, quæ à mortificatione impediente operationem vitæ redeunt ad suas operationes. similiter opera nostra dicuntur viua, quãdo procedunt ex charitate, quæ est principium vitæ spiritualis & per meritũ perducere possunt ad vitam gloriæ, quę est vera vita. Iste enim est finalis effectus operum nostrorum ex charitate. Mortua vero dicuntur opera bona, quæ fiunt extra charitatem, quæ licet non fuerunt viua, potuerũt tamen esse viua, si charitas affuisset. Mortificata autem dicuntur, quæ in charitate erant facta, sed extra charitatem sunt, quæ est principium vitę post peccatum, & per meritum nõ possunt efficaciter ad vitam gloriæ perducere propter impedimentum peccati superuenientis. viuificantur autem, cum impedimentum & indispositio mortificãs ea, ammouetur per pœnitentiam, & hoc impedimétum est peccatum mortale sequens, cum quo nullus venire potest ad vitam gloriæ. Et hoc sic arguitur ad propositum. Illud viuificat opus mortificatum, per quod amouetur impedimétum mortificans ipsum, sed per pœnitentiam amouetur peccatum mortale impediens, quod mortificat præcedens opus meritoriũ, ergo per pœnitentiam viuificatur opus mortificatum prius. Et si quis hęsitaret quomodo viuificantur opera bona præcedentia, quæ non sunt in se, quia transierunt, nec illa charitas ex qua facta sunt, remãsit, & ideo videntur fuisse mortua, quia perdiderunt principium vitæ. Dicendum est, quòd illa opera bona nõ remanserunt in se, nec charitas ex qua facta fuerunt, remanet, tamen dicuntur viuificari, non quidem quia redeant eadem opera numero, nec eadé numero charitas, quæ per peccatum fuit amissa, sed quia bona opera dum fiebant in charitate, fuerunt à Deo ex se accepta, vt meritoria vitæ æternæ, & in illa acceptione diuina remanserunt etiam in affectu, si impedimentum ea mortificans cessaret, quod fit per veram pęnitétiam. Sic enim bona opera quæ actu transeunt, manent in acceptatione diuina per modum meriti, & sic possunt viuificari, vt tu fecisti heri bonum opus in charitate, iã illud opus transijt quo ad actum suum, sed in Dei acceptione remansit, quo ad meritum per gratiam suam. Et secundum quòd sic manet, efficaciam habet quantum in ipsis est, inducendi ad vitam æternam, & sic dicuntur viua manere, sed quòd hunc effectum in peccatore non habeant, est per accidens, vt diximus, propter peccatum quod facit peccatoré indispositum ad percipiendum effectum præcedentium meritorum, non autem quòd ab ipsis operibus aliquid dematur, cum in suo fieri aliquam efficaciam obtinuerunt, hoc ipso quòd ex charitate sunt elicita & apud Deũ accepta, quod eis per sequens peccatum auferri non potest. Nec potest assumi omnimoda similitudo rerum spiritualium ad corporalia, sed sufficit, quòd assumantur quantum pertinet ad propositum. Et adhuc probatur. Quia pęnitétia ita est perfecta, quod

S.Tho. 4. sent. di. 5

Digitized by Google

reuocat omnes defectus ad perfectum: sed hoc non esset, nisi opera mortificata restituerentur ad vitam. ergo per pœnitentiã viuificantur. Et hoc idem probatur, Ioel. Reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca, fortitudo magna quam misi in vos. vbi dicit glo Non faciam perire vbertatem, quam cum perturbationibus animi amisisti, sed vbertas illa fuit multitudo bonorum operum. Concludamus igitur, quamuis opera illa iam transierunt, nec sunt de permanentibus, sed successiuis, remanent tamen in diuina acceptione, sicut lumen candelæ modio coopertum, remoto modio impediente lumen mundo restituitur. Et sicut pecunia conseruata apud dominum delicto perditur, sed recognitione restituitur, & Castrum donatum aufertur rebellanti, & postea reuertenti ad fidelitaté, pietate Domini restituitur. Et in figuram horum ex recognitione sui peccati Ezechias rex præteritæ sanitati restituitur, addita sibi adhuc quindecim annorum vita, quia dixit cũ lachrymis memento domine, quomodo ambulauerim coram te, & cæt. & conuertens faciem suam ad parietem orauit, recogitabo tibi omnes annos meos ĩ amaritudine animæ meæ. Sed quæres si peccator mortificans opera sua prius in charitate facta moriatur in mortali, an alius meritum suum superinduit, & acquirit, ne in effectu & opere prius acquisitum meritum totaliter perdatur, quia dicitur Apocalip. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam? Respondetur. hoc dictum Apocalip. duobus modis potest intelligi. Si enim intelligatur de corona præsentis iustitiæ, dicitur coronã eius alius accipere, dum opera illius in charitate facta quæ sibi & alijs proderant, secundum quod spiritus charitatis facit cõmunia merita sanctorum, ipso peccante sibi prodesse desinunt ad meritum vitę ęternæ, eorum tamen fructus in illis manet, qui in gratia perseuerant, non tamen ita quòd eadem numero gratia quæ est in vno ipso peccante in altero fiat. Psal. Participem me fac Deus, &c. Similiter etiam exponitur si intelligatur de corona futuræ gloriæ, quia sancti in patria existentes gaudent de omnibus meritis sanctorum, qui in mundo sunt. vnde aliquo peccante, cuius multa merita præcesserunt, gaudium illorum meritorum in ęternum manebit in beatis, quod ipse peccando amisit, & non ita quòd gloria quæ prædestinata est vni, alteri detur.

[Margin: Ioel. 2. — Conclusio quõ opera bona amissa p mortale remanent in diuina acceptione. — Isai. 38. — Apocal. 3. — Metita pdita per mortale quõ alteri valeant. — Psal. 118.]

Expositio figuralis.

NVnc exponemus moraliter historiam in principio assumptã. Sanson interpretatur Sol fortis, denotare potest nobis quemlibet Christianum, & maxime præsidentes & viros spirituales, quorum est ardere sicut Sol in quo est caliditas virtualis ĩ corde suo per amorem Dei, & lucere per bonam exemplaritatem. Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs, quę militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quòd detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus ex bonis operib. vos considerantes glorificent Deum in die visitationis. Multa autem documenta vide ad Timotheum, & Titum spiritualibus viris. Dicitur Sol fortis, quia Christiani est, esse fortem in prosperis ne extollatur, & in aduersis ne deprimatur, & resistere tentationibus diabolicis, vt dicit Sanctus Petrus vigilanter in fide. Et hanc fortitudinem, & ardorem Dei in corde & lucem exemplaritatis, vt possit conseruare, dantur sibi in baptismo per gratiam gratum facientem septem dona Spiritus sancti, signati secundum aliquos per septem capillos in capite Sansonis natos, ex quorum conseruatione eius fortitudo cõseruabatur. de quibus Isai. 11. Et requiescet super eũ

[Margin: 1. Petr. 2.]

Spiritus

spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus scientię & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Et sunt contraria septem vitijs de quibus Eccl. 23. tibi domine pater, &c. Nam assignantur septem dona Spiritus sancti, contra septem mortalia vitia. vt donum sapientię contra luxuriam, per quod habetur sapida diuinorum cognitio. Multi enim multa sciunt, sed non sapidè, quia in spiritualibus, sicut figuratiuè Hebræi de manna, dicunt, nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo, quia dulciter non masticant in corde per deuotionem, quæ sciunt speculatiuè. Ideo vocatur hæc sapientia munda apud sanctum Iac. dicentem. Sapientia quæ de sursum est, primum quidem pudica est. Propterea hæc non potest esse in homine luxurioso, & subdito peccatis, & voluptatibus. In maliuolam animam, non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, idest voluptatibus, quæ in luxuriæ vocabulo denotantur. Secundo est donum intellectus, siue practici, siue speculatiui, quo penetratur de agibilibus vel speculatiuis, & hoc donum est contra ingluuiem, quę maxime impedit intelligentiam, quia tales habēt obtusos sensus interiores, & hebetes ad omnem intelligentiam. Vinum & ebrietas aufert cor. In signum huius Daniel cum socijs. A vino abstinuit, quibus Deus dedit maximam intelligentiam super alios, & Danieli insuper intelligētiam omnium visionum. Tertio est donum consilij, vt quod benè est intellectum, bene etiam consilietur. vnde Seneca, ego illum bonum iudicem dico, qui cito intelligit & tarde iudicat, non per negligentiam, sed per circūspectionem omnium circunstātiarum, incedens pede plumbeo ne ex præcipitatione erret. Et hoc donū datur contra iram, quæ dono consilij plurimum est aduersa, cum requirat donum consilij animum quietum, & tranquillum, sicut mare transparentem, cuius oppositum ira facit. Quia commotionis tempore etiam malum putatur bonum, & secundum commune prouerbium. ira impedit animum ne possit cernere verum. Veniat consilium sancti Israel, & sciemus, & animo irreuerenti, idest iracundo & infrunito, ne tradas me. Quarto est donum fortitudinis contra Accidiam. Quia sicut hoc donum facit hominem promptum ad omne bonum opus, & hilarem in omni actione bona, ita per oppositum Accidia facit pigrū & tristem ad omne bonum incipiendū, vel peragendum. Insuper per fortitudinem in vtraque fortuna rectè statur. Si bona recepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? De pigro autem pigredo amittit saporem. Et. 13. vult & non vult piger. Quinto est bonum scientiæ, quod dirigit hominem in agendis de intellectis & consiliatis. Scientia sanctorum prudētia, cui opponitur Auaritia, quæ hominem ad res temporales concupiscendas inclinat inordinatè. Et ideo benè Ietro socer Moysi eum consuluit, vt eligat iudices coadiutores sibi, q auaritiam oderint. Ideo sapiens orabat dominum. omne desiderium prauum auerte à me. Sexto est donum pietatis contra Inuidiam quæ maximè pietati proximi opponitur. Quia donum pietatis facit hominem benignum, Inuidia facit hominem aridū. Ministrate in patientia pietatem, in pietate vero amorem, in amore autem fraternitatis charitatem. De inuido autē Eccl. dicitur. Nequam est oculus inuidi, & auertens faciem, & despicientem animam. vnde donum pietatis nō potest esse in homine inuido. Septimo est donum timoris Domini, quod est contra superbiam. Nam donum timoris facit hominem Deo reuerētem, & abstinere à peccato, per timorem domini declinat omnis à malo, sed initium omnis peccati est superbia. Et Thob. filio suo. Non permittas in tuo sensu aut in verbo dominari superbiam, in ipsa enim sumpsit initium omnis perditio. Pro hoc timore contra superbiam

[Left margin: Septē dona Spirit⁹ sancti dantur in remediū contra septem pctā mortalia. — Iacob. 3. — Sap. 1. — Oseæ 4. — Dani. 1.]

[Right margin: Isai. 5. — Eccl. 23. — Iob. 1. — Prou. 19. — Prouer. 9. — Exod. 18. — Eccl. 13. — 2. Petr. 1. — Eccl. 13. — Prou. 15. — Thob. 4.]

Digitized by Google

Psal.118. biam orabat Psal. Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Nam superbia est tumida. Et propterea dicit Iacobus. Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Iacob. 4. Huic homini sic à Dño ornato plurimum inimicantur Philistæi, qui interpretantur duplex ruina, idest dæmones, qui ex superbia fuerunt ruina sui, & ex inuidia, ruina hominis, quia inuidia diaboli mors intrauit in orbé terrarũ. Et quærunt si quo modo possent deijcere hominem spiritualem habentem Spiritus sancti à sua fortitudine, & à donis habitis à Deo. Et vtitur in sua malitia, astutia qua vsus est in deijciendo hominem primum in his gratijs conditum, per mulierem, qui sexus est facilior ad declinationem. Et hæc est figuratiue sensualitas. de qua sensus & cogitatio humani cordis ab initio prona sunt in malum, vnde Dalida, quam adamauit Sãson est sensualitas nostra, quæ lateri hominis vel rationi assiduè adhæret, & coassistit, sicut vxor viro, in cuius sinu pausat & requiescit, quia & secundum philosophum, intelligẽtem oportet phantasmata speculari, & volentem ad actum exercitij, exire necesse est vti appetitu sensitiuo diuiso in cõcupiscibili & irascibili, vt alias diximus. Et philosophus dicit, quòd dominium rationis ad sensualitatem est principatus politicus. de quo in superioribus sermonibus diximus. Quæ sensualitas est valde periculosa, sicut mulier rationi, nisi regatur ab ipsa. Quoniam conturbatur terra, cum ancilla fuerit hæres dominæ suæ. Et iterum scriptura ab illa quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui, & inimici hominis domestici eius. Huic ergo dæmones promittunt magna munera ad eijciendum & ligandum Sansonem, idest rationem in sua fortitudine. Hæc munera sunt, de quibus Ioan. omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis vt voluptates, aut concupiscentia oculorum in temporalibus, de quibus dæmon dixit Christo. omnia regna mundi dabo tibi, aut est superbia vitæ, vt sunt honores, dignitates, & aliæ præeminentię in elatione. Et ipsa cæca in se & suis concupiscentijs & promissionibus cupidis ligat Sansonem, idest rationem attentat per concupiscentias carnales, si quo modo subijciat sibi eam, & deijciat à fortitudine vigoris sui, tandem tradendam vinculis, & illusionibus diabolicis. Et hæc tentatio signatur in ligamẽtis neruiceis. Quia sicut neruicea ligamina sunt fortissima, ita & carnis pugna est assidua & rara victoria, vt dicit Aug. Sed statim cum persentit ratio talé laqueum supra se, debet excuti & excitari per fortitudinem & robur datum sibi in principatu supra hanc sensualitatem, & frangetur sicut filum, cum sentit ardorem ignis. Nam hæc tentatio plurimum vincitur per ignem intensi amoris diuini, per ignem hic denotati, iuxta prophetæ dictum. A facie tua domine concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Isai.26. Secundo tẽtat & ligat per concupiscentias temporalium, vt per auaritiam, ostendens misero homini omnia regna mundi. ò quàm graue & tenax est hoc auaritię vinculum de quo sapientia. beatus est, qui post aurum nõ abijt, nec sperauit in multitudine diuitiarum, & quis est hic, & laudabimus eum. Eccl.31. de qua secundum commune prouerbium dicitur. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Et secundum Hier. cum omnia vitia senescente homine senescunt, sola autem ipsa auaritia iuuenescit. Et hęc hic notantur in ligamine funis, quæ nunquàm in opere fuit. Quia auarus tenaciter recondit suas pecunias, vt nec ipsemet vtatur labore suo. Considerans aliam vanitatem vidi sub sole. Eccl. 4. vnus est & secundum non habet, nõ filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec saciantur oculi eius diuitijs, nec recogitat dicens, cui laboro, & fraudo animam meam bonis? In hoc quoq; vanitas est & afflictio pessima. Sed excutere debet se ratio ab huius-

Marginalia: Dæmones tribus ligaminib. tentant hominé ligare. Sap. 2. Gen. 8. Prou. vlt. Mich. 7. 1. Ioan. 2.

Digitized by Google

huiusmodi ligamine tanquam essent tela aranearum, scilicet considerando, quia transit mundus, & concupiscentia eius, & quòd nihil inuenerunt viri diuitiarum post mortem in manibus suis. Et tu practice extende te de huiusmodi temporalium instabilitate & vanitate. Tertio tentat ad ligandum comam capitis sui, scilicet per elationem & superbiam denotatam in capitis coma, quæ omni vento eleuatur & circunfertur. Et tam forte est eius ligamen, vt dicit Aug. superbia etiam bonis operib. insidiatur vt pereant. Quę quàm fortis sit, ostenditur in deiectione tam nobilis creaturę, scilicet Luciferi cum suis astris, quas secum trahit ad infernum, & in deiectione primorum parentum in tam recto statu innocentiæ creatorum. Et ideo hic ferro vel claui in terra firmato ligatur, quasi diceret. Quem non tenebit ligatum superbia? Sed ratio debet se excutere humiliãdo se coram Deo in omnibus, sicut dicit scriptura. Quanto maior es humilia te, quoniam Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam. Et quòd vanitas vanitatum & omnia vanitas est, vt dixit Ecclesiast. Et Antonio dictũ est, sola humilitas euadit laqueos diaboli distentos. De omnibus his excussionibus & victorijs supra sensualitatem dicit philosophia Boetio. Ad qui talia tibi contuleramus arma, quę nisi prius abiecisses, inuicta te firmitate tuerentur. Sed accidit misero peccatori, vt diximus in sermone nostro de dominio rationis supra sẽsualitatem, totiens à sensualitate per diabolũ tentato, vt secreta sui cordis, & suæ fortitudinis sibi denudaret in sui confusionem & ligationem, à qua per seipsum non potest peramplius excuti. Quia miser peccator quamuis quandoque peccat sub spe iterum resurgendi quando voluerit, tamen decipitur sicut hic Sanson. Quia qui facit peccatum, seruus est peccati, à qua seruitute non potest liberari nisi per filium Ioan. 8.
Dei, vt Christus dixit. Denudat sibi secretum cordis sui, quando libera voluntate consensit persuasioni mortali sensualitatis, vt amittat gratiam & septem dona Spiritus sancti, contra Michææ consilium. Ab ea, quæ dormit in Mich. 4.
sinu tuo, idest sensualitate, quæ semper infesta est rationi, tanquam esset consocia, cum sit serua, custodi claustra oris tui, & inimici hominis domestici eius. Quando igitur misera ratio consensit sensualitati mortaliter, tunc tradit sensualitas comam capitis eius, quia causatiuè, vel iniciatiuè ad malum per consensum rationis amittuntur septem dona Spiritus sancti, quibus amissis perditur fortitudo & gratia diuina, quę erat sufficiens esse turris fortitudinis contra omnia aduersa mundi, diaboli & carnis. Et tunc sic ab ea ligatus traditur in potestate diaboli, quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Imo per recidiuam, secun- Luc. 11.
dum Christi dictum, peiora sibi fiunt prioribus, quia à septẽ nequitijs possidetur, & fortius custoditur. Et ab eis exoculatur, quoniam scriptum est. Ambulauerunt vt cæci, quia domino peccaueruut. Quid enim obscurius Soph. 1.
quàm despecto creatore, conuerti ad creaturam, in quo consistit mortale peccatum? secundum August. Et molere faciunt eum modo bruti animalis, quia homo cũ in honore esset comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et peramplius animalis homo non percipit quæ Dei sunt, sed efficitur sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Et illusiones dæmonum, ad omnia derisibilia eum trahunt, quoniam secundum Greg. peccatum quòd per pœnitentiam non aboletur, mox suo pondere ad alia trahit. De grauitate illusionis miseri peccatoris dicit Psalm. Domine ne in furore tuo arguas me, Psalm. 37.
quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatę sunt super me. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Miser factus sum & curuatus vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar, quoniã lum

Digitized by Google

bi mei impleti sunt illusionibus, & nō est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Sed sic cōfusus miser peccator, non desperet, sed apprehendat duas columnas, idest, Christum crucifixum pro nobis, qui est verus Deus & verus homo. Et clamet & inuocet cum Sansone obcæcato. Domine Deus meus memēto mei, & redde mihi nūc fortitudinem pristinam, vt vlciscar me de hostibus meis, idest dęmonibus & me trahentium ad peccatū, scilicet sensualitatibus. Et Deus pijssimus, qui eū fortiter tenet & corde feruenti concutit, reddit ei pristinam, amissam vel mortificatam gratiam, vt vbi abundauit peccatum, superabundet & ipsa gratia qua percutit Philistæos, & confundit ad mortem, idest diabolū & omnes alias sensualitates, eo vehemētius quàm in gratia prius conseruata fecerat, mortificando membra sua pro Christo, cui viuere est in eo, & mori pro eo lucrū.
Coll. 3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo. Non enim quis verè potest victoriam habere contra diabolicos laqueos, nisi per mortem peccati, vt scilicet moriatur peccatis & iustitię viuat. Qui peccata no- 1.Petr. 2.
stra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitię viuamus. Et S. Paulus ad Corinth. 2.Cor. 6.
Quasi morientes & ecce viuimus. Et Rom. 8.
si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. De hac mortificatione vide Apostolum Paulum ad Col. 3. Vide vbi ponit qualiter nostra membra sint mortificanda, vt viuamus. Et hæc est victoria quæ vincit mundum 1.Ioan. 5.
fides nostra. Et generatio casta cum Sap. 4.
claritate in perpetuum coronata triumphat, coinquinatorum certaminum præmium vincens. De confusione dæmonum per victoriam spiritualem dicitur. Confusus est Moab quo- Hier. 48.
niam victus est. Moab interpretatur, de patre vel ex patre, significat diabolum, qui est pater prauorum vt dixit Christus. Vos ex patre diabolo estis, Ioan. 8.
qui confunditur cum vincitur in pugna spirituali. Et confusus est Bel, vi- Hier. 5.
ctus est Merodach. Bel interpretatur vetustas, idest peccatum, & dæmon qui ab initio creationis suæ appetijt esse similis Deo. Inueteratus dierum malorum detractus est ad infernum. Est & deuorator, vt dicit Sanctus Petrus, quia vt leo circuit querēs quem deuoret. Merodach interpretatur amara procacitas, idest dæmon, qui iactat se super omne quod est Deus. Et qui iactauit se, de amara procacitate primorum parentum quos prostrauerat, qui tamē victus est à Christo homine, & à nobis Christi virtute vincitur, sicut per Dauid Goliath Philistæus.

Digitized by Google

SERMO QVADRAGESIMVS VIIII.

COR HOMINIS LICET SIT INSCRVTAbile, a Deo tamen in sua radice cognoscitur, ab Angelis etiam bonis, & malis, sed in effectibus, signisq; exterioribus, & interioribus: ponitùrq; prædictorum ratio, ex qua perpulchrè discurritur de grauitate temerarie iudicantium, cum historia Amon regis ad propositum explanata.

1. Reg. 10. DAuid consolatione ad regem Amon sup mortem patris sui, & ipse temerario iudicio vituperauit eius legatos, vnde multa mala eum sunt subsecuta.

¶ Hoc mane duo videbimus. Primo de cognitione cordis humani, an quis extra Deum possit cognoscere, quid lateat in corde hominis. Secundo de malignitate iudicij temerari cum expositione historiæ.

¶ Quoad primum pro intellectione est notandum. Quòd tanta est amicitia inter animam rationalem, & corpus suum, vt se adinuicem in omnibus in quibus sunt capaces communicent. Hoc ostenditur in suis passionibus. Nam si anima appræhendit aliquid gaudiosum, vel delectabile, corpus ilico hilarescit, & in se ostendit signa gaudij in facie sua ex delectatione boni sui amici. Et si appræhendit aliquid tristabile, eandem tristitiam corpori communicat, sicut ostendit facies hominis in pallore vel rubore, & similibus coloribus. Idem de corpore ad animam dicendum. Quòd ex corporis delectatione anima hilarescit, & eius nocumento tristatur, vt experientia docet in vulneratis, & patientibus aliquas infirmitates. Et hoc confirmat sapiens. Animus gaudens ætatē floridam facit, spiritus tristis exiccat ossa. Pro. 17. Et inde est quòd vltimum terribilium est mors, quia cum dolore maximo separantur abinuicem tam coniuncti amici. Et exinde accidit quod sepius per signa exterius apparentia in facie hominis iudicamus de interiori affectu eius. Prouer. 15. Cor gaudens exhilarat faciem, & in mærore animi deijcitur spiritus. Et 17. in facie prudentis lucet sapientia, oculi stultorum in finibus terræ. Et de huiusmodi pleni sunt libri Prouerbiorum, & Ecclesiastici.

Quō possit & non possit cognosci ab aliqua creatura cor hominis in sua radice.

¶ His declaratis quæritur an quis possit cogitationes cordis humani extra Deum cognoscere. Respondetur secundum S. Th. 1. par. quòd cogitationes cordis humani possunt considerari dupliciter. Vno modo in causa sua in qua sunt, vt immediatè ab ea procedunt, alio modo vt sunt in suo effectu, primo modo considerando cogitationes hominis absolutè, vt sunt in causa sua, idest intellectu, & affectiones eius vt sunt in voluntate absolute tanquam in sua radice, sic a nullo possunt cognosci nisi ab ipso homine in quo sunt, vel a Deo. Et ratio est, quia sunt tales cogitationes, & affectio-

affectio-

fectiones absolutè acceptę, voluntariæ, & supra omnem ordinē naturæ, soliq; Deo subiectę, qui & naturæ, & libertatis nostræ est causa, & ipse solus potest operari in ipso intellectu, & illabi sibi, & in ipsam voluntatem, vt primū obiectum, & vltimus finis. Nam sumus liberi arbitrij, & Domini nostrarum operationum, vt dicit Philosophus. Et Ecclesiast. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, & multa ibi prosequitur ad propositum. Aliter si possent cognosci cogitationes cordis & affectiones voluntatis, vt sunt in radice, nec eas homo posset pro libito abscondere, non esset homo liberæ voluntatis. Et hoc etiam confirmat Apostolus. Homo videt quæ foris patent, Deus autem intuetur cor. Sed dices, quid obstaculi in Angelis bonis vel malis sit, vt hæc non valeant cognoscere, in homine, cū sint spiritus? Ad hoc iam dictum est. Quia libertas hominis est supra omnem ordinem naturæ, ita q̄ nec bonus nec malus Angelus, sed solus Deus, possit illabi menti humanæ, vt in ipso corde hominis sit & intrinsecus operetur, sed hoc soli Deo est proprium, qui solus est conscius secretorum eius. Et hoc confirmatur per Paulum dicentē. Què sunt hominis, nemo nouit nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Et Hier. Prauū est cor hominis & inscrutabile, & qs cognoscit illud: Ego Dominus scrutās corda, & renes. Et hæc perpulchrè confirmat, & contemplatur S. Augu. Hic habetur latus campus practicandi contra prauitates hominum occultè operatas, quia à nemine hominum videantur. Supra quod dicit August. in regula. Et si à nemine hominum videantur, quid faciet de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest? Et Psal. Dominus prospexit de cœlo sancto suo, vt videat si est intelligens, scilicet non solum in opere sed etiam in corde. Et ideo dicit, si quis est intelligens, aut requirens Deum &c. dico requirens non solum opere, sed etiam bona voluntare, quorum solus Deus in radice est inspector. Hic possis dicere exemplū Thaidis meretricis, quomodo fuit hac ratione conuersa ad Deum per sanctum Senē. Sed dices, si secundum Philosophum nihil est in intellectu, quin primo fuerit in sensu & intelligentem oporteat phantasmata speculari, & hæc phantasmata tam boni quàm mali Angeli possint in homine per sensus preuios; & sine ipsis in ipsa phantasia formare, ergo similiter possunt cognoscere ea in intellectu, cum ab eis sint causata. Et quia voluntas non fertur, nisi in cognita, ergo sequitur q̄ etiam affectiones volūtatis possunt cognoscere vt sunt in radice. Ad hoc respondetur. Et si tales excitationes, & causationes phantasmatum possint tam boni quàm mali efficere, tamen in potestate voluntatis est his vti modo suo vel amplectendo vel reijciendo ea oblata, quia est domina suorum actuum. Alias rationes omitto. Sed curiosè quærit aliquis de animabus separatis, & de Angelis bonis, & malis, cum sint ipsi etiā liberi arbitrij, an possint pro voluntate sua abscondere, & denudare secreta cordis sui adinuicem, eo quòd sunt puri spiritus, alter ab altero totus penetrabilis. Respondetur. In hoc eadem ratio est de animabus nostris separatis, & Angelis vtrisq; abscondendi, & denudandi adinuicem suos conceptus, & secreta sui cordis, quæ est in nobis viuētibus, scilicet libertas, quæ est supra omnem ordinem naturaliū causarum, & effectuum, per quam in potestate habent vti suis conceptibus pro libito. Nec distantia locorum tam animas separatas quàm Angelos bonos, & malos ab hoc impedit, cum sint spiritus non indigentes loco. Et hoc ostenditur in Abraham, & Lazaro, ac diuite, qui a longe videns Abraham patrem Iudæorum, & Lazarum ad eum exclamat, non voce materiali cum esset absq; corpore, sed denudatione sui conceptus & desiderij. Et idē eo magis dicendum est de Angelis in qua-

Marginalia: 3. de aia. | 1. Reg. 16. | Hier. 17. | Soli ca. 14. | Psal. 13. | In Angelis & aīabus distantia localis non impedit cognitionē conceptuum suorū adinuicem. | Luc. 16.

quacunq; distantia existentibus. In his enim reuelatio, & denudatio, aut conceptuum absconsio est sola voluntas pro actu exercito. Et dicit doctor sanctus, quòd licet species Angeli concreatæ, per quas res cognoscit, vt puta Sortem sedentem, aut operantem, repræsentent eundem sedentem, & operantem, non tamen repræsentant sibi Sortem volentem vel cogitantem hoc vel illud. Quoniam cogitationes cordium actuales non possunt repræsentari per species innatas suas, quia sunt alterius ordinis ab ipsis speciebus, & ab omnibus naturalibus causis & effectibus. Hic possis te extendere ad practicam, quàm nobilis homo sit, vt nulli creaturæ extra creatorem sit subiectus in libera voluntate sua, & ideo non degeneret per vilem suam conuersationem. Nec suum peccatū in alium contorqueat ad excusandum excusationes suas in peccatum, sicut Adam in Euam, & Eua in serpentem, quia secundum August. non est quòd cuiq; nostram ærumnam ascribamus, sed nobis ipsis & nostræ prauæ voluntati libere consentienti peccato. Quoniam & Ber. dicit. Tolle voluntatem, & infernus non erit, de his alias diximus, in cōcione de principatu rationis, & volūtatis supra appetitum sensitiuum. Insuper ex prædictis apparet grauissimum delictum eorum, qui vsurpant quæ Dei sunt iudicando temerariè absq; aliquo sufficienti inditio secreta cordis alterius. Nam quid grauius quàm sibi ipsi attribuere, & vsurpare quæ solius Dei sunt? quia dicit scriptura. Tu solus nosti cor omnium filiorum hominum. Homines vident quæ foris sunt, Deus autem intuetur cor. Et idem Paulus & Hier. vt supra. Insuper discretio spirituum est donum proprium spiritus sancti, connumeratum ab Apostolo inter nouem species gratiæ gratis datæ. Idem Apostolus contra tales dicit Roma. Tu autem quis es, qui iudicas seruū alienum. Quasi dicat, ponis in messem alienam falcē, vt quod est solius Dei super homines, tibi vsurpas, iudicando temerariè cor hominis. Vlterius quid grauius quàm contemnere hominem sine causa legitima, secundum prophetę dictum, non ne qui spernis, & ipse sperneris, sicut accidit iudicum primo capitulo de Adonibezech Rege. Sic & Pharisæo accidit iniustè, & temerariè condēnando pœnitentem publicanum. Ideo Paulus monet. Nolite ante tempus iudicare, donec veniat dies Domini, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, &c. Et Christus. Nolite iudicare, & non iudicabimini, in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini & vos. Et in qua mensura mensi fueritis, remitietur & vobis. Exempla huius temerarij iudicij habes sparsa per omnes Ecclesiasticas historias. Vide de his speculum exemplorum, & discipulum in titulo de iudicio temerario. Sed dices. Est difficile homini de proximo quandoq; non iudicare, cum tot mala videmus in ipso, & infinitus est numerus stultorum, dicit scriptura. Ad hoc respondetur tibi pro regula generali breuiter, sed tu pro practica vide de hoc sumulam Gaetani, quia in hac materia clarè loquit̄ vltra alios. Sunt enim opera humana in quadruplici differentia. Quædam sunt simpliciter & apertè mala, vt blasphemię, periuria, & similia, quę nullo pacto, bono animo possunt fieri. Et hæc mala iudicare non est malum, nec peccatum, quia omnino mala sunt. Alia sunt mala ex violentia: idest quæ habent causas violentas ad malè iudicandum de occulto corde hominis, sicut quādoq; & iudices per huiusmodi signa violenta iudicant de homicidio, & furto de aliqua persona. De quibus Christus. A fructibus eorum cognoscetis eos. Et de huiusmodi operibus in malum, non est illicitum iudicare, imo quandoq; & necessarium, non solum iudici, sed vnicuiq; homini, vt sciat se custodire a talibus vel talium conuersatione. Aliquæ autem operationes

Marginalia: Aug. — Rationes qbus ostēditur grauitas temere iudicantium. — 3.Reg.8. 1.Reg.16. — 1.Cor.12. Rom.14. — Iud.1. — 1.Cor.4. — Matth.7. — Sunt opera huma ī quadruplici differentia. — Matth.7.

nes sunt, quæ omnibus vel pluribus sapientibus appareut malæ, & de his iudicare modo quo probabiliter apparent mala, & sic probabiliter declinare ad sinistrum, nō est malum, Imo bonum in moralibus, cum moralia requirunt pro certitudine probabilitatem, & declinationem magis ad vnam partem quàm ad aliam, sed ad condénationem in foro iudiciali, non licet absq; certitudine vel violentia rei & facti. Et vtendum est in huiusmodi
3.Reg.3. facto Salomonis, qui non condemnauit mulierem altercantem pro filio viuo tāquam suo, qui in facto non erat suus, sed ex probabili coniectura dedit matri suæ proprium filium. Et in simili casu imitandus est, vt puta sine cōdemnatione alterius iudicando in melius. Aliquæ verò sunt actiones humanæ leues, vt chachinatio vel ludus & similia, quæ fiunt causa recreationis. Et de his nullo pacto licet iudicare ad mortale. Similiter de actionibus dubijs, quæ possunt fieri bono, & malo animo, vt sunt orationes eleemosinæ, & huiusmodi. Quia in his duobus generibus iudicare de mortali temerariè, & absolutè, est martale. Quia quæ Dei solius sunt tibi vsurpas. Si autem suspicatiuè sic est veniale & nostræ infirmitatis, vnde Aug. Glos. super illud nolite iudicare. Et si suspitiones euitare non possumus, quia homines sumus, iudicia tamen, idest diffinitiuam, & firmam sententiam continere debemus. Et dicit. S.T. Quòd ꝑ
2.2.q.60. suspitionem, si debemus adhibere remedium siue alienis siue nostris malis vt securius remediū adhibeatur, oportet præsupponi quod deterius est. Quia remedium quod est efficax contra maius malum, multo magis erit cōtra minns malum, exemplica de huiusmodi. In exemplum huius nec Christus semetipsum credebat aliquibus conuersis, quia ipse sciebat omnes. i. quid lateret in homine. Et de his vide nostram concionem de amore triplici quo Deum diligimus plusquā nos ipsos. Sed quæres. Vnde procedit, ꝙ homines sinistrè iudicēt de factis alienis, non in se malis? Adhoc respondetur breuiter. Hoc accidit trib⁹ de causis. Primo ex malitia propria, maxime odij, vt nullo pacto possint flores odiati in odorem, & bonam redolentiam conuerti. Quia secundum Augustinum. Palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis. Et oculis ęgris odiosa est lux, quę puris est amabilis. De his in expositionibus Euangeliorum per quadragesimā prolixius diximus. Nam & Arist. dicit de propria malitia. Qualisquisq; est, talia 4.Ethi.
dicit, & operatur. Et rationem horum ponit. Quia actus sunt similes habitibus. Et primo Perhiar. voces sunt signa passionum animæ. Et hoc affirmat Christus Ex abundantia cor- 2.Ethi.
dis os loquitur, & bonus homo de bo Luc.6.
no thesauro cordis sui profert bonum & malus homo de malo thesauro pro
fert mala. In via stultus ambulans, cū Matth.12.
sit ipse insipiens, omnes stultos exti- Eccle.10.
mat. Et vt Cicero ait. Propriū stul- Tus.q.
torum est aliorum vitia cernere, & suorum obliuisci. Et Chryso. super Matth. omnis homo vt se, alterum extimat fornicarium, & neminem putat castum. Castus dc fornicario non facile suspicatur. Superbus neminem putat humilem, humilis neminem putat esse superbum. Sic mundani iudicant de religiosis personis, quia qualisquisq; est tales alios putat, quoniā omne quod recipitur secundum Philosophum, recipitur per modum recipientis, vt patet in radijs solaribus transeuntibus per vitra colorata, secundum quod sunt ipsa colorata faciunt transeuntia per ea colorari. Secunda causa est longa experientia. Et hoc maxime vitium regnat in senibus qui multorum actus, & eorum euentus viderunt, vt sint faciles in malas interpretationes & in iudicia temeraria declinare. Et quamuis excusantur in parte, non autem in toto, quia nec ipsis licet leuia vel dubia temerariè, & diffinitiuè iudicare, quia Christus dixir de malis Iudæis eum quærentibus

Digitized by Google

tibus interficere discipulis auertentibus ipsum, ne iret in Iudæam, non ne 12. horæ sunt diei. Et nisi in remedium mali, vt dicit S. Tho. Vbi supra, melius est dubia in meli⁹ interpretari, qa melius est, q̄ frequentius homo fallatur habendo bonā opinionem de malo homine, quàm quòd rarius fallatur habendo malam opinionem de bono homine, quod contingeret si dubia in partem peiorem interpretarétur. Nā nulla fit iniuria alicui ex primo, sed ex secundo. Et nota aliud est iudicare de persona, aliud de rebus, & actionibus eius, quia de actionibus iudicare, vt quòd periurium sit mortale, vel talis actus sit mortalis, qui tamen non erit mortalis secundum se, non est temerarium iudicium, de quo est hic sermo, sed est hic sermo de intentione personæ, vt quòd in actibus leuibus vel dubijs quæ bono, & malo animo possunt fieri iudicaretur de intentione eius mortali, tunc est iudicium temerarium, si diffinitiuè id fiat. Secunda pars de malignitate iudicij temerarij de qua breuiter habeto. Primo est causa detractionis, quoniā quem malum iudicas impossibile est, quin sibi detrahas. Hoc animaduertens Psalmus orabat ad Dominum. Pone custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis, non declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis, qa Psal. 140. communiter isti sub specie boni, & dilectionis loquuntur ad excusationē sui. Secundo, est causa odij. Nam de quo temerarie iudicas, eum spernis in corde tuo, & hæc despectio non potest esse sine aliquo odio, & per consequens, sequitur indilectio ex despectione. Tertio malignitas est in confidentia, quia de quo temerariè suspicaris, nullam in ipso potes habere confidentiam, quoniam confidentium obiectum est bonitas proximi. Quarta malignitas est, quia facit, vt nec tu ameris ab eis, quos temerariè iudicas quia si vis amari, ama. Et propheta non ne qui spernis, & ipse sperneris? Isa. 33. Quinta malignitas, per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Qui temerariè iudicat alios & detrahit eis, De⁹ permittit eodem mucrone eum & domum suam feriri. Psalmus gladius eorum intret in corda ipsorum. Huius exemplum est vt superius annotauimus. De Adonibezech, qui victus ab Hebręis dixit. 70. reges amputatis manuum & pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias, sicut feci ita reddidit mihi De⁹. Iud. 1. Et hęc ostensa sunt in historia in principio recitata practica eam, quia est facilis ad omnia supradicta.

SERMO

SERMO QVINQVAGESIMVS.

DECLARATVR HISTORIA DELATIONIS Abachuc ad Danielem in lacum Leonum, cuius occasione monstratur locus Purgatorij; & quæ animæ ibi torqueantur, & quomodo ab igne qui corporalis est.

Dan. 13. DAniel posit⁹ est in lacu Leonum in Babilone, & Abachuc propheta de Iudęa portatus ab Angelo attulit sibi pulmentum, & intactus a leonibus iussu regis a lacu est eductus, & in magna gloria collocatus.

Hoc mane prædicabimus de veritate Purgatorij cum expositione historiæ mystica, quantum nobis erit ad propositum, & procedemus per modum dubitationum cum suis solutionibus.

¶ Quærit deuotus auditor. Vnde habemus veritatem Purgatorij? An ex sacra scriptura, an ex aliqua ratione cogente nos ad id ponendum? Vbi nota pro declaratione firmiori dicendorum, pro regula infallibili, a catholicis tenendum est. Vbi scriptura expresse non loquitur de aliqua re dubia circa credibilia ad salutem, iuxta sancti Pauli dictum & consilium, est procedendum. Vbi dicit, fratres state & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, scilicet prædicando vobis, siue per Epistolam nostram, & 1. Cor. 12. cap. vbi dona spiritus sancti enumerat⁹, in quibus idem spiritus sanctus operatur. Et in fine dicit, alij datur interpretatio sermonū. Et hæc omnia operatur vnus, atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult, & in fine addit. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia. Primum Apostolos. 2. Prophetas. 3. doctores &c. Ex his & alijs dictis eius habetur. Non solum per scripturas, quibus solis Deus spiritum sanctum noluit alligari, sed per orthodoxos patres, per Apostolicas traditiones in primitiua Ecclesia, per diffinitiones generalis concilij, pleraq; ex cōsuetudine antiqua a sanctis patribus absq; scriptura didicimus obseruanda. Et quia sermo noster erit de veritate Purgatorij, quod sancta mater Ecclesia pro articulo fidei determinabit credendum fidelibus, aliàs non credēs illud esse, est Hęreticus, vt dicit sanctus Tho. Ideo videamus quibus de causis mota sit sancta mater Ecclesia, quæ est colūna, & firmamentum veritatis. Prima Thi. 2. & Eph. 5. Ecclesia Dei gloriosa, non habens maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed sancta, & immaculata, ad ponendum diffinitiuè Purgatorium. Et primo dicamus quòd cum per Spiritū sanctum Ecclesia regatur, in his quæ sunt necessaria ad salutem, Spiritus sanctus qui est magister veritatis impulit eam ad id ponendum diffinitiuè pro fidei articulo. Secundo mota fuit ex auctoritate sancti viri Iudæ. Vbi expresse ex verbis deuotis eius habetur, quòd pro decedentibus in Domino pietosum sit exorare, vt à peccatis soluantur. Nam dicit sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Et meritò, quia pro defunctis qui sunt in Paradiso, non est orandum, quia illi nullo indigent, nec pro illis qui sunt in inferno, quia à pecca-

Marginalia: 2. Thes. 2. — De veritate, Purgatorij cum pulchris solutionibus dubiorum p totum. — 4. sent. di. 21. — Io. 16. — 2. Mach. 12.

Digitized by Google

peccatis solui nõ possunt, ergo restat, si est orandum pro decedentibus aliquibus vt a peccatis soluantur, quòd tales decesserũt in charitate, sine qua non fit remissio peccatorum, quia vniuersa delicta operit charitas. Et isti non deuenient ad mortem æternam, quia qui viuit, & credit in me, nõ morietur in æternum. Nec ad gloriam Paradisi nisi purgati, quia nihil immũdum ad illam perueniet. Vnde manifeste restat purgatio a peccatis post hanc vitam. Et licet libri Mach. apud Iudęos non sunt in canone, tñ sancta mater Ecclesia eos in Canone ascripsit, vt testatur prologus secũdus eis præscriptus, dicens. Machabeorum libri licet non habeantur in Canone Hebræorum, tamen ab Ecclesia inter diuinorum volumina annotãtur. Et hoc idem asserit. S. August. Idem approbant concilia Ecclesiæ generalia Carthaginense & Affricanum. Quoniam & si ignoretur scriptor talium librorum, veritas tamen historiarũ eius constat. Insuper didicimus nos ex Christi Euangelio, quandoq; nos ad veritatem rei inuestigandam posse vti etiam similitudinibus & naturalibus rationibus, sicut eis & Christus interdum est vsus. Ita & sancta mater Ecclesia præsupposita veritate libri Machabeorum, non absq; dictamine rationis purgatorium asserit, qa aliter derogaretur iustitiæ diuinæ. Nam per contritionem deleta culpa non tollitur ex toto reatus pęnæ, nec etiam semper venialia dimissis mortalibus tolluntur, & iustitia Dei hoc exigit, vt peccatum per pęnam debitam ordinetur, oportet igitur quòd ille q post contritionem de peccato decedit ante satisfactionẽ debitam, quòd post hanc vitam puniatur. Vnde manifestum est quòd illi qui purgatorium negant, contra iustitiam diuinam loquuntur, quod est erroneum & a fide alienum sentire. Hanc veritatem animaduertentes sanctissimi doctores Ecclesiæ, & alij sancti & clarissimi Græcorum viri, idem firmiter asserunt,

Pro. 10.

Io. 11.

Augu. lib. 18. de ciui. Dei ca. 36.

Apo. 22.

fundantes se etiam supra dicta sacræ scripturæ ex alijs locis quàm libris Mach. Nam S. Grego. Purgatorium, pluribus autenticis fide dignis exemplis in 4. dialogorum esse probat, & asserit. Et inter alias supra Christi dictum pulcherrimè idem probat cap. 34. Si quis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit, nec in hoc sęculo remittetur ei, nec in futuro. In qua sententia dicit Greg. Christus ostendit, & datur intelligi, quasdam culpas in hoc sęculo, quasdam vero in futuro posse relaxari. Vt si a contrario sensu argueres, aliquid peccatum esse quòd nec hic nec Romæ remittitur, ergo est aliquod quòd & hic & Romæ remittitur, vel cõsuetum est remitti. Idem confirmat S. Ber. super eandem sententiam Christi dicens, incredulus Purgatorij quærat a Christo qui dixit, quoddam peccatum nec hic nec in alio sęculo relaxari, cur hoc dixerit, si nulla futura remanet remissio peccatorum. Item S. Augustinus expresse hoc asserit super dictum. S. Pauli. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Si quis autem superędificat super fundamentum hoc, quod est Christus vel fides. Aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fęnum: stipulam, vniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Dies autem Domini in scriptura communiter solet capi, vel pro iudicio finali, vel pro die priuata hominis in morte. Et in auro, argento & gemmis preciosis, ac stipula, fęno, & ligno, diuersa opera hominum ædificantium in Ecclesia Dei in fide & charitate notantur. Quia aliqui valde boni ædificant aurum, & gemmas præciosas, quidam non sunt ita perfecti, nec cum tali perfectione decedunt, quin in ipsis remaneat aliquid purgandum & probandum per ignem secundum magis & minus. Et loquitur hic Paulus de purgatione & pro-

1. Cor. 3.

Digitized by Google

probatione purgatoria per diem Domini, non finalis iudicij, vbi non erit Purgatorium, sed assistentia omnium hominum in corpore & anima, iterũ
Matth 21. iudicandorum, secundum quod Mattheus dicit, & congregabũtur oẽs &c. sed pro die Domini particularis iudicij post mortem animarum decedentium purgandarum per ignem Purgatorij secundum magis & minus, vel pro culpis venialibus, vel pro mortalibus dimissis, & non sufficienter pro pœna temporali merita satisfactis. Et addit Apostolus, cuius opus super ædificatum manserit, scilicet absque purgatione post mortem, mercedem accipiet. Et hoc modo hanc auctoritatem Apostoli exponit Augu. Idem Ambrosius de obitu Theodosij meminit, cur in Ecclesia Dei peragatur primus, septimus, trigesimus defunctorum.
Mich.7. Et Hiero. super Micheam. Et Chrys. dicit, preces & sacrificia salubria fore defunctis, ab Apostolis est sancitũ, & eos tradidisse talia cómemorat. Et sermone proprio etiam agit suffragia prodesse mortuis. Idem Dio. de cęlesti Hier. vbi dicit. Quod autem iustorum preces etiam in vita ista, & nedum post mortem ijs solis prosint, qui digni sunt, scripturæ nos edocet sacrosancta traditio. Et Grego. Nicenus, quem etiam allegat
4.sen.d.21. q.1. art. 1. S.Tho. Si aliquis Christo amico consentiens in hac vita purgare peccata minus potuerit, post transitum hinc per Purgatorij ignis conflationem expeditur. Hoc prædicamus dogma veritatis seruãtes, & ita credimus. Omitto Originem idem super illud.
Psal.65. Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Et quidam
2.Io.5. alij idem probant. Est peccatum vsq; ad mortem. Non dico, vt pro eo quis oret, quod de peccato finalis desperationis a catholicis intelligitur. Quasi diceret pro decedente in desperatione non est orandum, quia ei non prodest, sed reliquis prodest decedentibus in Christo, vt supra diximus. Quia regula est, quod de vno negatur, de alio affirmatur, quia secundum Philosophum, sicut negatio est causa negationis, ita affirmatio causa affirmationis, & econuerso. Et Græci hãc hæresim contra Purgatorium recognouerunt: & obiurauerunt in Concilio Florentino. Sed quæres. Vbi est hoc Purgatorium? ad hoc Respondet.
S. Tho. De loco Purgatorij non inuenitur aliquid expresse in sacra scriptura determinatũ, nec rationes ad hoc possunt efficaces induci, tamen probabiliter & secundum quod magis constat dictis sanctorum & reuelationi factæ multis, locus Purgatorij est duplex. Vnus secundum legem communem, & sic locus Purgatorij est locus inferior, inferno coniunctus, ita quod idem ignis sit, qui damnatos excruciat in inferno, & iustos purgat in Purgatorio, quamuis damnati, secundum quod sunt inferiores merito, & loco inferiores ordinandi sunt. Nam secundum S.Greg. sicut sub eodem igne aurum rutilat, & palea fumigat, ita sub eodem igne, scilicet inferni peccator crematur, & electus purgatur. Vnde in eodem loco sunt ignis inferni & Purgatorij Et possis imaginari vnum palatium cum mansione inferiori, & superiori vt in fundo eius accensus ignis pertranseat, quasi per vnum fo ramen ad partem & mansionem superiorem, tunc idem ignis vtrosque exurit, & calefacit, & inferius comorantes & superius, tamen inferiores cremando sine purgatione, superiores cum purgatione. Alius locus Purgatorij est secundum dispensationem diuinam, & sic quandoq; in diuersis locis aliqui puniri leguntur, quorum exempla sunt ferè infinita, de quibus lege in speciali fidelissimum librum quartum dialogorum S. Gregorij. Et hoc factum est vel ad viuorum instructionem, vt cognoscant magnam pœnam post hanc vitam peccatoribus infligi, vt desistant a peccatis, vel ad mortuorum subuentionem, vt viuentibus eorum pęna innotescens per suffragia Ecclesiæ mitigaretur, semper tamen intellige, 4.sen.d.21.

Digitized by Google

intellige, in quocunque loco priuato purgentur, secum ferunt grauem purgationem, cum virtutis diuinæ est mouere instrumenta sua, modo quo ipse voluerit, vt sicut ignem fornacis
Dan.3. accensæ tribus pueris. Fecit in refrigerium, ita quodlibet elementum, & elementatum potest efficere purgandis animabus in penam purgatoriam.
4. sent. di. 12. q. 2. ad 2. Et addit. S.T. Pœna inferni est ad affligendum, ideo nominatur in scriptura pluribus nominibus. Ignis, sulphur
Psal.10. & spiritus procellarum pars calicis eorum, sed pena Purgatorij est principaliter ad purgandum reliquias peccati, & ideo sola pena ignis Purgatorio attribuitur, quia ignis habet purgare & consumare. Sed quæres, an pæna ipsorum sit grauis, cum corporalia in spiritum agere non possint? Respondet S. Aug. in quodam sermone, vt dicit S.Tho. Ille ignis purgatorij durior erit quàm quicquid in hoc seculo penarum, aut sentire, aut videre, aut cogitare quis potest. Vnde qui in aliud sæculum fructum conuersionis distulerit, prius purgabitur igne purgationis. Qui licet non sit æternus, miro tamen modo cruciat. Dicamus igitur cum S.Tho. vbi supra, quod in Purgatorio est duplex pena, scilicet damni in quantum, retardantur a diuina visione. Alia est sensus, secundũ quod ab igne corporali puniuntur. Et quantum ad vtrunq; pena purgatorij minima excedit maximam penã huius vitæ. Quia quanto aliquid magis desideratur, tãto eius absentia est molestior. Et quia affectus quo desideratur summum bonum, post hanc vitam in animabus sanctis est intensissimus, quia non retardatur affectus mole corporis, & etiã quia terminus fruendi summo bono iã aduenisset nisi aliquid impediret, ideo de retardatione maximè dolent. Exemplũ huius accipe vtcunq;. Nã si alicui intensè anhelanti diuitias preciosissima Margarita infiniti valoris esset in aliqua parte eminentioris loci ante oculos oblata possideda, quã tñ non valet ad approximationem vnius festucę inde vllo pacto extrahere, nõne talis auarus exanimis remaneret ex dolore animi? Sic & hic dicendum est de animabus in purgatorio existentibus. Quia sunt extra viatorum statũ accedentes ad statũ cõpræhensorum, vbi est repositũ summũ bonum, in quo est omne bonum, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascendit, & sunt habiles ad ipsum, & intensissime anhelantes illud, & impediuntur paruo impedimento, & per parua non attinctione detentæ ab igne purgatorij ad tẽpus, sunt in maxima ex hoc tristitia & dolore, quanto bonũ eius sit eminentius omni bono tẽporali, & ipsa anima sit nobilior omni re corporea. Et addit Albertus Magnus, quia cum sanitas & iocunditas sensus in hac vita nullã habeant cõparationem ad summũ bonũ, quod fęlicitat beatos, nullã comparationem habebunt auferentia delectabilia in hac vita, ad auferentia vel differentia delectabilia in alia vita. Et ideo tristitia alterius vitæ incõparabiliter maior est, quàm tristitia aliqua in præsenti vita. Propterea dicit Chrys. in quodam ser. ponamus ante oculos mentis, quanti doloris est excludi, & proijci a regno Dei, quia ipsa videtur grauior gehenna. Et Aug. in quodam ser. alienari a regno Dei, carere multitudine dulcedinis eius, tam grandis pena est, vt nulla possint tormenta, quæ nouimus, ei comparari. Et similiter dicendum de pena sensus, quia cum dolor nõ sit læsio, vt patet, si vulnerares corpus mortuum, sed est sensus lęsionis, vt dicitur secundo de anima, quoniã cum sentitur læsio, tunc est dolor in læsione & vulnere, ideo tanto aliquis magis dolet, de aliquo lęsiuo, quanto est magis sensitiuum illud læsiuum. Propterea læsiones quæ fiunt in locis maximè sensibilibus, sunt maximum dolorem causantes. Et quia totus sensus corporis est ab anima, ideo si in ipsam animam aliquod læsiuum agat, de necessitate oportet, quod maxime attigatur,

Digitized by Google

gatur. Et quia anima ab igne corporeo patitur non naturaliter, quia corpus in spiritum naturaliter non agit, nec id quod est ignobilius, in eo quod est nobilius, sed patitur ab eo, vt est instrumētum diuinæ iustitię per quā detinetur quæ dat vniformi igni, vt miro modo difformiter pro diuersitate peccatorum cruciet in eo animas mortuorum detentas. Et hoc etiā cōfirmat saluator de Epulone sepulto in inferno, quia ibi ab illo igne anima ei⁹ miro modo in lingua cruciabatur, idest propter peccatum per linguam contractum. Et idem in Euangelio de damnandis, quibus paratur ignis ęternus. Et dicit S. Bonauen. quòd ignis inferni qui vrit & non consumit, grauius punit, q̄ alius ignis qui vtrumq; facit. Hic extende te ad practicam. Cū ibidem per seueram iustitiam Dei puniantur igne infernali, quia secundum doctores idem est cum igne purgatorio, considerate quanta pęna sit eorū. Qui verè possunt ad nos clamare in dolore. O vos omnes qui transitis ꝑ viam, attendite, & videte si est dolor, sicut dolor meus. Propterea, vt dicit Iob, & Ecclesia in persona eorum cantat ad oēs viatores. Miseremini mei miseremini mei &c. Descurre hic per parentes, filios, filias, amicos, socios, replicando ad eos miseremini mei, saltem vos amici, dilectoresq; cordiales mei, quia valde cruciamur in hac flāma, per vos cupientes inde liberari, aliter hic morabimur, donec minimū quadrantem exsoluamus, &c. Sed quęres, quæ sunt peccata, quibus in purgatorio detinentur animæ donec expurgentur? Ad hoc secundum expositionem Aug. & aliorum sacrorum expositorum sanctus Paulus respondet. Pro stipula, fęno, & ligno. Nā, per fęnū quod minus ignem detinet, signantur leues culpę venialium in præsenti non dimissorum. Secundo per stipulam quæ plus ignem detinet, signantur obligationes ad pęnas pro mortalibus indultis, vel venialibus peccatis, pro quibus non fuit in hac vita sufficiens satisfactio facta. Tertio per lignum quod per amplius ignem in se conseruat, designantur purgationes animarum ab omni qualitate imperfe ctionis, vel a rerum conceptibus & speciebus improprijs, similiter ab habitibus vitiorū, & impressionibus falsarum opinionū, a fomite & ab alijs indispositionibus, & deformitatibus quas animæ a corporibus separatæ secum ad ignem purgatorij deferunt, ab his omnibus tamquam a quibusdam squalloribus hic contractis, animę ibidem per ignem purgatæ exeunt, sicut aurum fulgens de camino ignis ad cęleste regnum perducendæ. Sed quæres. An voluntariè pęnam hanc tolerant? quia si non, contradicerent in volūtate Dei ordinationi & iustitiæ, qua ad pęnam purgatoriam sunt deputatæ. Si autem sit voluntaria, non peterent instanter ab ea per suffragia viuorum liberari, quia hoc desideriū arguit inuoluntariam passionem. Respondet. S. Tho. ꝙ aliquid potest dici voluntarium dupliciter. Vno modo absolute. Alio modo conditionaliter. Si primo modo loquamur de voluntario, dicimus ꝙ pęna purgatorij non est voluntaria, quia nullus eligit pęnam absolutè propter se. Hoc etiā ostenditur, ex eo quia petunt liberari quod non peterent, si absolutè vellēt pati Si vero loquamur de voluntario cōditionato, vt puta propter aliquid melius, quia scilicet ex passione, & tolerantia à malo liberabitur, sic pęna earum est voluntaria quia aliter non possent nisi purgatæ ascendere in cęlum ad fruendum summo bono, vbi nihil immundum erit. Similiter hoc idem voluntariè sustinent conformantes se ordinationi & voluntati diuinę sic iustè exigenti solutionem pœnæ ab eis cuius voluntati se omnino conformant. Exemplifica hic de permittente incisionem in vno membrorū, vt totum corpus saluum fiat, & de mercatoribus patientibus multa aduersa, & de multos labores voluntarie sustinentibus pro acquisitione diuitia-

Luc. 16. Thr. 1. 1. Cor. 3.

nitiarum, quæ transeunt cum omni pompa sua. Nec dicendum est ꝙ ex magna pęna absorbeantur, vt nesciāt purgatorij pęna purgari. Quoniam si ita esset, non peterent instanter suffragia viuorum. Et dicamus, quòd voluntas earum nō assumit pęnam absolutè sed vellet ab ea liberari, sed eā supportat, sicut cui iniūgitur satisfactio pęnosa pro peccatis soluendis, aut subit martirium pro fide Christi, &c. Sed quæres. Quis deducit illas animas ad purgatorium? quoniam Angeli deducunt beatas & Dęmones damnatas, vt patet in Euangelio epulonis & Lazari, qa sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio est causa negationis. Beatas Angeli, & non Dęmones deducunt ad vitam æternam, ergo per oppositum damnatas ad infernum non Angeli sed Dæmones, & cum idem ignis sit purgatorij, & inferni, ergo videtur pro tali loco purgationis a Dæmonibus deferuntur. Respondet. S.T. ꝙ possibile est ꝙ Angeli & maximè proprius Angelus deducat eas ad pęnas purgatorij, vt inde purgatas ad Paradisum tamquā fructum bonum suæ custodię educat, sicut & tu amicum tuum quem diligis, ad incisionęm sui putridi membri per medicum pro totius corporis sanatione deducis. Et Dæmones eas comitantur, & assistunt purgādis, tum vt earū pęnis satientur & de pęnis earum lætentur, tum etiam si in earum exitu a corpore aliquid suum ibi reperiant. Exemplifica de odientibus, associant ad pœnas turcarum quos odiunt, vt saltem sic lætentur, & satientur de malo eorum. Sed quęres, an Dęmones vel Angeli in Purgatorio eas puniant? Respondet. S.T ꝙ nec Angeli boni, quia ciues suos non tam vehementer affligerent. Nec mali Angeli, quia iniustum est, vt qui de aliquo triūphauit, ei subijciatur post triumphū, sicut sunt illæ animę, quæ sunt in purgatorio de Dæmonibus triumpharunt, sine peccato mortali decedentes. Quamuis dum sumus in hac vita in loco pęnæ puniātur etiā boni & mali per dæmones, vt S. Iob, & ꝑ Angelos bonos, vt patet Gen. 32. de Iacob, cuius fęmoris neruus Angelo percutiēte emarcuit. Et hoc etiam expresse dicit S. Dionysius in 4. cap. de diuinis nominibus, ꝙ homines boni Angeli temporaliter hic puniunt. Sed in Purgatorio punit eos diuina iustitia. Ideo sanctus Iob deploret dicens, miseremini mei, quia manus Domini tetigit me. Hic possis te extendere ad seueram iustitiam Dei, qua punit post hanc vitam. Et secundū Aug. & Chrys. sicut superius diximus, non potest ei comparari aliqua pęna huiusmodi.

Luc. 16.

Expositio figuralis.

NVnc accedamus ad expositionem historiæ mysticam in principio positam. Babilon interpretatur confusio; potest nobis denotare locum infernalem, in quo nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Et ibi erant leones, sunt Dæmones deuorantes quotidie oues, idest animas, tamꝗ oues errantes. Nam non est dies, quo infernus nō deglutiat aliquas animas, cōsiderata multitudine infidelium & prauorum christianorum, qui in dies moriuntur in damnatione sua. In figura huius dicit scriptura. Infernus nūquam dicit, sufficit. Dātur sibi & duo corpora, quia vtinam aliqui non reperiantur illic in corpore & anima, sicut & de aliquibus beatis extimatur, ꝙ sint in beatitudine in corpore & in anima, sicut de beata Virgine, & beato Ioanne. Vel dantur eis animæ cum duobus corporibus, quia in morte nihil viri diuitiarum inuenient in manibus suis, quoniam & mundi pompas, & corporis delitias perdent, & super eos sternetur tinea, & operimentum eorum erunt vermes. Et non sine mysterio ibi erant. 7 leones, quia ibi propter septē mortalia peccata a dęmonibus deglutiunt. Psal. Duplici cōtritione contere eos. Et ibi ꝑ regē Cyrū fuit

positus Daniel. Daniel qui interpretatur iudicauit me Deus, denotare potest nobis animam deputatam ad pœnam purgatorij iustitia exigente diuina, qui lacus est leonum, quia vt diximus idem est locus purgandorū, & damnatorum, quantū ad materiā, quia idemmet ignis purgat saluandas ad tēpus, & damnandas perpetuo excruciat, cui tamen leones idest dęmones nihil nocere possunt, licet cruciatui eorum assistant, & sola iustitia diuina ibi sunt deputatæ, & cōclusæ regio sigillo. Idest firma sententia Dei. Et in hoc q̃ per Abacuc cum pulmento decocto fuit visitatus & confortatus designatur, q̃ ordinatione diuina ꝑ ecclesiastica sacrificia decocta igne charitatis messoribus viatorum & laborantium in vinea Domini, etiam ꝑ communicationem, qui sunt in purgatorio deputati iuuātur sensibiliter, & perceptibiliter, quia dum visitantur per huiusmodi ecclesiastica, cognoscūt subleuationem vt inferius dicemus, Angelo eis denuntiante talia sacrificia, pro eis facta ab Ecclesia & suis amicis. Et dicunt cum Daniele. Recordatus es mei Domine Deus meus, & non dereliquisti diligentes te. Et deinde veniens rex Cyrus, idest Deus iustus, & misericors septimo die, idest deputato die purgationis plenariæ, extrahit Danielem inde, & sublimat eū in gloria beatorum.

SERMO QVINQVAGESIMVS I.

DE HIS QVAE OFFERVNTVR IN SVFfragium pro animabus defunctorum, quomodo prosint; Item de legatis factis pro defunctis, quomodo suffragentur animabus pauperum in Purgatorio constitutis. De valore Missę. Et moraliter declaratur suscitatio filij Viduæ per Heliseum.

LEgitur. 4 Regum. 4. de filio mulieris, cuius intercessione Helise eundē filium resuscitauit, & ibi de modo eiusdē resuscitationis.

¶ Postquam in præcedenti ser. disseruimus de veritate purgatorij cum solutionibus plurium dubiorum, nūc quæramus. Quibus modis subleuari possunt animæ in purgatorio existentes, vt inde extrahantur ante completum tempus earum purgationis. Respondetur secundum sanctum Greg. 4. dial. Animæ defunctorum quatuor modis subleuantur. Aut sacrificio salutari Eucharistiæ, aut præcibus sanctorum vel fideliū, aut eleemosinarū largitione, aut aliqua maceratione corporali: vt peregrinationibus, aut ieiunijs & alijs laboribus ad intentionem defunctorum factis. Exēpla horū passim ponuntur ab omnibus prædicatoribus in suis sermonibus. Et vide de his quartū dial. S. Greg. & speculū exemplorum. Sed quæres, an valeant prędicta pro eis facta a peccatoribus, idest existentibus in mortalibus, quia Ioānes dicit in persona cęci illuminati ꝑ Christū, scimus quia Deus peccatores

Quibus modis animę ex purgatorio soluunt.

Io.9. S.Tho.4. d.45. tores non exaudit. Respondetur secundum S. Thom. & alios doctores. Quòd inter suffragia, quæ fiunt, est distinguendum, quia si illud suffragium est sacrificium altaris, tantum valet si offeratur per bonum sacerdotem, quàm per malum. Quia illud qđ habet efficaciam ex opere operato, nõ vitiatur per demeritum operantis, & tale est sacrificium altaris, quamuis ipsa Missa quæ non solum includit sacrificium, sed etiam orationes precedentes & sequentes, plus valeat cum dicitur a iusto quã a peccatore. Imo per peccatorẽ Missa celebrata, ex parte operis operantis, nec sibi nec alteri prodest ad meritum. Si autem sit oratio, & hæc aut est publica, vt cum Parrochianus in Ecclesia officiat mortuũ, vel similes orationes dicit, aut priuata, idest vt priuata persona orat pro aliquo. Si est publica, tunc valet etiã per malum ministrum facta, quia talis oratio non innititur meritis personæ sed meritis Ecclesiæ, quæ vna, & eadem est, sancta & sine macula vt Paulus dicit, qualiscũq; sit minister. Et amplius efficax est, si minister est bonus, quia cum generalibus meritis Ecclesię concurrit deuotio spiritualis ministri, sicut & de Missa est dictum. Si autem sit oratio priuata. Sic non videtur valere, nec facienti, nisi vt infra dicit Augusti. per modum supplicationis ex misericordia, nec ei pro quo fit. Et sic intelligitur dictum Grego. in pasto. cum is qui displicet, ad intercedẽdum mittitur sæpe irati animus ad deteriora prouocatur. Si autem illud suffragium sit eleemosina, sic potest valere per accidens, sed non per se propter statum dantis, per accidens tamen valet tam danti quàm illi pro quo datur, inquantum bonus cui datur orat pro vtroq;. Potest etiam valere secundum Augustinum reprehendentem cęcum dicentem, Deus peccatores non exaudit, sed non per modũ satisfactionis, nec sibi, nec existenti in Purgatorio pro quo fit, sed valere potest per modum supplicationis & sibi & pro quo fit, quia etiam supplicationes talis mortui peccatoris spiritualiter Deus quandoq; misericorditer exaudit, quia talis supplicatio soli misericordiæ Dei innititur. dicente scriptura. Absconde eleemosinam in sinu pauperis & ipsa orat ꝓ te. Sed dices. An indulgentiæ acceptæ pro mortuis per peccatores valeant? Respondetur quòd non. Et ratio est. quia opus mortuum sicut non sufficit ad indulgentiam pro se. Pro tẽpore pro quo operans non est in gratia, ita non sufficit ad indulgentiam pro alio existente in gratia. Nec de indulgentia a tali accepta in mortali est sicut de eleemosina. Quia eleemosina per peccatores facta valet per modum supplicationis, quæ soli misericordiæ Dei innititur, indulgentia autẽ habet vim satisfactionis vt patet, quę est thesaurum Ecclesiæ supplens defectum in existente in charitate per merita sanctorum, quæ sibi per modum satisfactionis communicantur. Nec eleemosina talis peccatoris valet pro indulgentia acquirenda tam pro se, quàm pro existẽte in Purgatorio. Quia vt dixi indulgentia est satisfactoria, & ideo talis eleemosina caret suo effectu, quo non careret data, prout dicit supplicationem, vt diximus. Concludamus igitur, quòd omnia suffragia quæ fiunt etiam a priuatis personis peccatoribus in persona alterius existentis tamen in gratia, vt ex commissione procuratoria mortui vel viui, valent, quia talis minister est vt instrumentũ alterius, & opus ministerij est magis principalis agentis. Vnde quamuis ille qui agit vt instrumentum alterius, non sit in statu merendi, actio tamen eius potest esse meritoria ratione principalis agentis. Sicut si seruus in peccato mortali existẽs, quodcunq; opus ex præcepto Domini charitatem habentis faceret. Vnde si aliquis in charitate decedens præcipiat sibi suffragia fieri, vel alius præcipiat eam charitatem habens, illa suffragia valent defuncto, quamuis ille per quẽ

De indulgẽtijs pro mortuis acceptis.

Digitized by Google

sunt in peccato existat. Magis tamen valerent si in charitate executores essent, quia tunc ex duobus partibus opera meritoria essent. Exemplum horũ habes in discipulo de suffragijs mortuorum. De filio extra charitatẽ existenti, & pro patre mortuo existenti in Purgatorio per triginta annos quotidie orãti sine fructu aliquo. Sed quæres, quæ species suffragiorũ magis est proficua mortuis? Respondetur quòd ad hoc cognoscendum sciendũ est. Suffragia viuorum pro mortuis prosunt ex duobus. Vnum est charitas, scilicet inquantum viui, & mortui adinuicem vniũtur in charitate, quodammodo vt cõuiatores adinuicem, quia in Purgatorio existentes medij sunt inter beatos & nos viatores. Sũt enim inter beatos spe certa, inter viatores auxilio indigentes suffragiorum quorum communicatio est radix, & principium charitas, quæ est communicatiua sui. Secundum est intentio directa viuorum ad mortuos. Ratione primi, vtputa charitatis, illa opera magis suffragantur eis, quæ maximè ad communionem fidei, & charitatis pertinent. Et hoc est Eucharistiæ sacramentum, quod est sacramentum ecclesiasticæ vnionis, & vinculũ eius, continens illum in quo omnes fideles vniuntur, sicut membra sub vno capite. Post hoc præcipuus effectus charitatis videtur eleemosinarum largitio, cum per eam ex charitate indigentiæ proximi subuenitur, & ideo ponitur a doctoribus inter suffragia, quæ ratione communionis charitatis prosunt defunctis. Sed ex parte secundi, idest intentionis directæ ad defunctos præualet oratio, per quam orans directè comendat illum pro quo orat. Propter quod illa tria, scilicet Eucharistia, eleemosina, & oratio, tam publica quàm priuata sunt principalia suffragia pro defunctis, & omnia alia bona quæ pro eis fierent, valere credenda sunt ad eos directa. Sed quæritur de Missa. Quę defunctis magis proficua est, de viuis vel de mortuis dicta? Respondetur quod in Missa non solum ibi est sacrificium, sed etiã sunt ibi orationes, & ideo Missæ suffragiũ continet duo horum. Ex parte igitur sacrificij oblati, Missa æqualiter siue de sanctis siue de mortuis celebrata valet. Sed ex parte orationum quæ ibi dicuntur, magis prodest eis missa defunctorum propter orationes eis determinatas. Sed iste defectus suppletur & recompensatur, & per maiorem deuotionem celebrantis Missã de sanctis directam tamen ad defunctos, vel propter deuotionem facientis dicere eam de sanctis vel per intercessionem sancti, cuius suffragium in Missa imploratur.

De suffragijs magis proficuis pro mortuis.

¶ Sed quæres. An cum pro aliquo cõfertur suffragium, valeat etiam alijs qui sunt in Purgatorio? Respondetur secundum S. Tho. vbi supra, & quol. 2. art. 14. valor suffragiorũ est duplex, vnus est gaudium, & consolatio quã habent omnes existentes in charitate de aliquo bono opere in Ecclesia facto, quia charitas congaudet omni veritati. Et sic suffragium plus valet illi qui plus habet de charitate, dato quod pro eo non fiat, quia ratione maioris charitatis magis congaudet. Alius valor est per modum satisfactionis, & recompensationis alicuius pœnæ, & sic suffragium non valet, nisi illi ad quem applicatur per intentionem satisfacientis, quia satisfactio vnius, alteri applicatur. Quoniam fructus alicuius operis, cuius operans est Dominus, & qui totus cederet in vtilitatẽ operantis, nisi per eius intentionem in alium transferatur, nõ prodest nisi illi, vel in quem operans ipsum transfert. Sed opus suffragij est huiusmodi, quia procedit ex libero arbitrio, per quod homo est Dominus suorum actuum, totus etiam eius fructus, est operantis, nisi in alium ipsum transferret, ergo tale suffragium non prodest ad satisfactionem pœnæ, nisi illi cui applicatur, per intentionem facientis. Et hoc modo accipiendo suffragium pro satisfactione, non assimilatur

An pro vno facta valeant pro alijs.

1. Cor. 13.

latur lumini, vt qui clariores oculos habet magis de lumine percipit, & æqualiter percipiuut illud qui equalem puritatem habent oculorũ, quãuis pro eis nõ sit allatum sed pro alio, qui minorem claritatem oculorũ habet. Hæc enim similitudo de lumine valet quo ad gaudium, & exultationem, sed assimilatur suffragium per modum satisfactionis solutioni debiti. Non enim necesse est, vt si debitum pro vno soluitur, quòd ex hoc aliorum debitum soluatur. Sic enim exigit iustitia humana, quæ a diuina iustitia sumpsit exemplum.

Candelæ, & oleũ ad quid prosint.

¶ Sed quæres, ad quid prodest pro mortuis dare oleum, & candelas, & huiusmodi, cum ex his nec macerantur homines, nec eleemosinaliter sustentantur pauperes, vt animæ in Purgatorio prosit? Respondet S. Thom. oleum &c. similia ad sepulchra defunctorum prolata per accidens defuncto prosunt, vel inquantum Ecclesiæ offeruntur, vel ad Dei cultum exhibentur, vt quia in Dei reuerentiam fiunt, vel quia pauperibus dãtur. Sed quæres de ornamentis quæ ad sepulchra fiunt, an eis prosint? Respondetur. Quòd prosunt viuis inquantum sunt viuorum solatia, sed possunt & defunctis prodesse per accidens, in quantum per huiusmodi homines excitantur ad compatiendum, & per cõsequens ad orandã pro eis, vel inquantnm ex sumptibus sepulturæ pauperes fructum capiunt, vel Ecclesia decoratur. Sic enim Sapientiæ 4. sepultura inter cęteras eleemosinas computantur. Et ideo & sancti patres de suis corporibus tumulandis curauerunt, vt ostenderent corpora mortuorum ad Dei prouidentiam pertinere, non quòd corporibus mortuis aliquis sensus insit, sed propter fidem resurrectionis astruendam vt patet per August. 1. de ciuitate Dei. Vnde etiam voluerunt sancti Patres in terra promissionis sepeliri, vbi credebant Christum nasciturum, & moriturum, cui⁹ resurrectio nr̃æ resurrectionis est cã.

Legatã qd prosint.

¶ Sed quæres. An mortui aliquod emolumentum suscipiunt ex legatis per eos factis pro anima sua, dum essent viui? Et ex eo est dubium, quia dant post mortem quod non habent in potestate sua. Respondetur. quia S. Paulus dicit Hebræo. 10. testamentum confirmatur morte testatoris, vnde dum viuens disponit de his quę sunt post mortem, cum pro tunc erãt in potestate viuentis, & post mortem valet tale per ipsum dispositum etiã post mortem sibi sicut &c. quæ alijs testantur. Ideo quando fiunt & in executionem ponuntur eorum legata, prosunt eis ratione suffragiorum factorum vel fiendorum pro eis, scilicet quo tempore fient. Quoniam siue per hanc viam siue per aliam pro talibus fiant suffragia, valent, sed si talia suffragia præmittant ante se, sine dubio post mortem erit eis efficacius, quoniam per talia suffragia præmissa dum viuunt, vel in toto vel in parte satisfit pro debitis peccatis, quibus quis ligatur vel hic vel in Purgatorio satisfacere. Et Dei maximę clementię est, quòd pœnam Purgatorij remittat per satisfactionem in hoc mundo, tanquam contentus minori solutione ex hac præuentione solutionis. Est insuper efficacius ea præmittere, quia ex hoc maior reuerentia & timor in Deũ habetur, dum desideratur ab eius vindicta, & seuera iustitia remoueri, & secum absq; impedimento vniri citius. Et maior respectus habeatur ex hoc ad offendendum eum, & cautior fit in vita sua in futurum. Insuper cum præmittit suffragia, dolorem ostendit in Deum offensum, quod est signũ satisfactionis. Sed quæres. In purgatorio existenti an proueniat aliquod detrimentum ex negligentia executionis suæ voluntatis in testamento pro sua anima legatę. Respondet S. Tho. quòd quàm cito moriens in gratia, disponit aliqua suffragia sibi fieri, præmium suffragiorum coram Deo plenè consequitur statim post mortẽ. Vnde signata est sibi, tunc talis præ-

Negligentia executoris quid obsit defuncto.

miatio in Paradiso ex parte operationis, & legantis talia suffragia, sed quantum ad efficaciam suffragiorũ q̃ est ex opere operato, vel ex ope operantis exequentis, non consequitur fructum, vt habeant iam sibi fructum figuratum in Paradiso, antequam suffragia fiant, & si prius contingeret ipsum a pœna purgari, si fieret executio, tamen quantum ad hoc fraudabitur suffragiorum fructu, & redundabit in illos etiam malum, quorum culpa defraudatur. Non est enim conueniens, q aliquis defraudetur voluntariè per culpam alterius in suis temporibus, & pœna hæc Purgatorij temporalis, est temporalem satisfactionẽ requirens, quamuis quantum ad æternam retributionem, nullus defraudari possit, nisi per propriam culpam. Sed quæres, quia sunt multi pauperes in gratia Dei decedentes, indigentesq; suffragijs, nec sibi conferuntur, quia non habuerunt in vita, vnde præmitterent suffragia, nec post mortem vt talia legent, eorumq; amici eadem penuria afficiuntur, & tamen diues decedens, quia vel præmisit suffragia vel legauit pro se fienda, statim vel cito a valde prolixa merita punitione per talia suffragia liberatur? quod videtur sonare impietatem, cum egestas & diuitiæ a Domino Deo sint. Respondet sanctus Thomas vbi supra q. quæstium. vlt. ad 2. credibile est q per diuinam misericordiam, si aliquid de spiritualibus suffragijs supersit his ꝑ quibus fiunt, vt scilicet eis non indigeant, alijs dispensetur, pro quibus nõ fiunt, si eis indigeant, vt patet per Damasc. in ser. de dormientibus, sic dicentem. Deus tanquam iustus impotentis impossibilitatem tanquam suscipiens, verè defectuum commutationem negociabit? Quæ quidem negociatio attenditur, quod id quod deest vni, alter supplet. Et est simile sicut doctores dicũt de cõmunicatione meritorum Christi & operũ sanctorũ ꝑ ecclesiasticã potestatẽ ex thesauro Ecclesiæ, Vt si qua sanctorũ opera super fuerint vltra debitum pro peccatis eorum exsoluendum, illa per Ecclesiam auctoritate capitis Ecclesiæ diuersis ꝑsonis e gentibus ꝑ indulgentias cõmunicantur. Ita hic. Si qua superflua legata sunt, q̃ exigũt peccata talium, per diuinam misericordiam indigentibus animabus in Purgatorio & non valentibus iuuari per sua, & amicorũ suffragia, cõmunicantur à Deo. Imo adhuc piè credendum est, q Deus præuidens indigentiam egenorum, incitet diuites vltra debitum proprium superflua suffragia legare, quatenus ea indigẽtibus communicet. Insuper & damnandos Christianos decedentes suffragia incitat legare, quæ eis in nullo proderunt, vt à Dei misericordia communicentur indigentibus penuriosis in Purgatorio. De indulgentiarũ valore. Vide quol. 2. art. 16. Sed quæres. Quid sit maioris meriti orare pro viuis peccatoribus, vel ꝑ mortuis existentibus in Purgatorio? Ad hoc respondetur. Cum suffragia dentur illis qui indigent, vbi est maior indigentia, ibi magis succurrendum, & maioris meriti est talibus suffragari, sed viui, & in Purgatorio existentes in necessitate suffragiorum se adinuicem excedunt & excedũtur. Nam animæ in Purgatorio existentes sunt certi de salute sua, viatores autem non sunt certi, quia dicit scriptura. Eccle. 9. sunt iusti, atq; sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Et sanctus Paulus nihil mihi cõscius sum, sed in hoc nõ sum iustificatus. Et ideo q sunt in maiori naufragio sunt magis iuuãdi. Animæ aũt in Purgatorio indigent solum in pena suffragari, eo q seipsos iuuare non possunt. Viatores autem peccatores obstinati & alij habituati in malũ sũt in proximissimo naufragio perpetuæ dãnationis animæ. Qui q̃uis possint per liberum arbitrium se iuuare reuertendo ad Deum, tamen quia Deus peccatores nõ exaudit, & quia secũdũ

Augu-

Pauperes qũo suffragijs iuuẽt.

Damasc.

Not.

Dub.

Augustinum male viuere, est impossibile, idest difficilissimum bene mori, quoniam habitus est de difficili mobilis, & quodammodo conuertitur in naturam, ideo pro talibus maius videtur meritum exorare, pro vtroque tamen vt pro existentibus in purgatorio, & pro malis viatoribus magna charitas est exorare, & eis suffragari:
Prou. 24. quia scriptura dicit. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses. Si dixeris vires non suppetunt, qui inspector est cordis ipse, intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua. Insuper omnes accipiant à sancta matre Ecclesia exemplar & vsum. temporibus enim anniuersariorum dicit Missas, & orationes pro mortuis, & non tamé in commemoratione negligit, aut omittit viuos vt patet in secreto, similiter dum pro viuis Missas, & officium celebrat, non negligit, aut omittit mortuos, vt in orationibus mixtis cum viuis, & in memento, & in fine horarum terminando officium per fidelium mortuorum commemorationem, quoniam charitas est suijpsius communicatiua. Et ideo docendi sunt, & valde reprehendẽdi homines ignorantes, petentes pro sua eleemosyna totam sibi Missam dari, aut suo defuncto. Quoniam oblatio Eucharistiæ habet ex duobus efficaciam, pro oblatis, vel pro quibus offertur. Vnũ est opus operatum, quia in ipsa offertur Christus. & ex hac parte ex sui quantitate & vigore sufficit ad satisfaciendum pro omni pęna. Aliud est ex opere & deuotione operãtium, vt offerentium eleemosynam pro Missa, & ipsius sacerdotis, quia maiorem efficaciam habet, vbi in eis est maior deuotio, qua applicatur Missa pro offerentibus. Et ideo his duobus, in Missa & eleemosyna pro Missa oblata consideratis clarum est, quòd nihil minus habebit petens Missam pro se, si mille alij petant eandem. Et ita etiam de defunctis, quã si pro illo celebrari dicatur. Imo ex huiusmodi indeuotione sic petentes, damnum videntur incurrere, quod minus sibi proderit, quoniam charitatis minus est in tali sic Missas exigenti. Quia vna Missa ex parte sui est satisfactoria pro pœnis oĩum peccatorum tam viuentium quàm mortuorum, quoniam vt sic est valoris infiniti ex parte operis operati, & ex parte operantis vna Missa nõ perdit vim satisfactionis suæ pro primo offerente, ex hoc quòd Prou. 2. & Prou. 3. & Pro. 4. & Pro. 5. & sic de singulis offertur, nisi tanto minus valoris erit, quanto minus deuotionis in offerentibus. Quoniam ex hac parte valor eius est secundum quantitatem deuotionis offerentis & sacerdotis celebrantis. sicut quantitas deuotionis tuæ, qui petis Missam, nihil tollit de quantitate deuotionis alterius, cum sint hæc mentalia. Eandem. n. in quantitate, potest pater & mater habere deuotionem & dilectionem ad quemlibet filiorum suorum, nec ad vnum affectio, remouet affectionem quam habent ad alterum, & sic de singulis, quia affectiones nõ sunt res materiales, sed spirituales & mentales per applicationem voluntatis. Et ex his soluitur dubiũ, quod inter vos vertitur, quõ fratres possunt satisfacere pluribus elemosynis ꝑ applicationé vnius Missæ ad oés exigentes eius Missam. Nam satisfit primo per opus operatum, quod est Christus, qui in Missa offertur, qui est valoris infiniti pro peccatis omnibus tam mortuorum quàm viuorum, satisfit etiam per deuotiones offerentium & celebrantium, quæ non se impediunt ex charitate ad plures diuisæ vel applicatę. Fac igitur vt deuotio offerentiũ non minuat, quia non minuet nec valor Missę, pro omnibus, pro quibus applicatur. Sic. n. & beatus Iordanus ord. Prædicatorum clarissimus magister ordinis, respondit cuidam ex fratribus petenti ab eo. An fratres satisfacere possunt ꝑ orõnes pro magnis eleemosynis quæ eis conferũtur pro victu suo. Cui respondit.

dit. Cum sint spiritualia precij inextimabilis respectu temporalium, constat illa in infinitum hæc præcellere, & esse incomparabiliter meliora. Vnde te scire volo, & hoc inconcussè tenere, quòd si pro omnibus eleemosynis, quas comedisti, dixisti semel orationem Dominicam deuotè, ad plenum persoluisti. hæc ille. Nihilominus his addit Sanctus Anto. Religiosi supplent per alia bona, quæ fiunt per eos in religione, vt sunt ieiunia, abstinentiæ, obedientiæ, & charitas ad proximum siue circa spiritualia, siue circa temporalia, quia secúdum Paulum ad Thim. Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ. Ex his patet quàm malè agát sacerdotes exigentibus pro se solis Missam promittendo, cum etiam Ecclesia mandat in Missa sacerdoti celebranti, vt in oblatione calicis post offertorium vertat se ad populum dicendo, orate fratres, vt meum ac vestrum pariter in conspectu Domini fit acceptum sacrificium. Et in memento pro viuis dicit. Et omniũ circunstantium pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium, &c. Et pro mortuis addit, ipsis & omnibus in Christo quiescentibus, &c. Fides tamen in promissis iustis & conuenientibus non est cuiquã frangenda, vt dicit Seneca.

1. Thim. 4.

Grauitas peccati eorũ qui non soluant legata.

Sed quæres quàm grauè sit peccatum, legata mortuorum ad pias causas vel negligere, vel non persoluere. Respondet S. Tho. in quolibet. si executor talium per notabile tẽpus differat, vt potius executor sua facta faciat quàm defuncti, aut aliqua negligentia grandi vel notabili, nulli dubium est quin grauiter peccent. Et addit Ioan. Neapolitanus in suo quolibet. Si notabiliter differunt exequi legata ad pias causas ex negligentia, & auaritia, peccant mortaliter. Et hoc rationabiliter persuadetur. Et ratione magni nocumenti talis mortui, & ratione vsurpationis rei alienæ, maximè in magna sui necessitate inuito domino, tam ex parte eius qui legauit, quàm ex parte legatarij, tum ratione pęnæ excommunicationis, quæ pro mortali fit, vt patet. 13. quæst. 2. quia sunt animarum neccatores.

Figuralis expositio.

NVnc accedamus ad expositionem mysticam historiæ. Mulier hæc est sancta mater Ecclesia, mater pientissima ad filios suos, quos in Christo genuit per regenerationem. vnde erat Sunamitis quę interpretat̃ mortificata, scilicet ex dolore quem habet in infirmitate vel morte spirituali suorum filiorum, signata in Rachel cuius vox in cœlum audita est in ploratu suorum filiorum. Huius filius à Deo sibi datus est mortuus, vel vita spirituali, vel per decessum ab hac vita cum in Purgatorio iacet, tanquam mortuus in pœnis, quia non potest videre vitam beatorum, quoad suscitetur per Helisæum qui interpretatur Deus meus, idest Christum intercessione Ecclesiæ. vnde & in amaritudine est anima eius donec suscitetur. Et in hoc quòd puer missus est eum suscitare per baculum Helisęi ipsum ponendo super faciem eius, denotat illos qui in mortali peccato orãt pro mortuis, quorum opus ex parte operãtis nihil valet, vt superius diximus, quamuis sit applicatum ad faciẽ mortui, idest directum ad mortuum, intuitu Dei, qui intuitus Dei signatur in baculo, idest fortitudine & virtute Dei. Et dicuntur tales non immeritò pueri, quia dicit Paul. talibus. Nolite effici sensu pueri, quasi amentes non considerando, quia Deus peccatores nõ exaudit. In hoc autem quòd præcipitur ad suscitandum puerum, non salutare aut resalutare quenquã, denotatur hæreticorum & prauorum hominum stultitia, qui auertunt pro mortuis benefacientes suffragia præmittere, quia talibus stultis non est respõdendum iuxta suam stultitiam, sed sinendi sunt stulti, & cæci in sua

cæci-

Digitized by Google

cæcitate. Helisæus autem est sacerdos, cuius est repræsentare Christum in celebratione Missæ dicentem. Hæc quotienscunque feceritis in meã commemorationem facitis. Vnde totam consecrationem facit in persona Christi, vt patet ex verbis eius. Qui debet se super sensus, & membra pro quo orat extendere per totalem applicationem suæ deuotionis qua valet, vt diximus. Et non cesset sic orare, donec puer suscitetur, idest vel ad gratiam & vitam spiritualem peccator, vel anima in Purgatorio existens absoluatur à ligamine purgatorio, & restituatur matri suæ, idest, militanti Ecclesię, quæ in beatis suis regeneratis gaudet, & triumphanti ad vitam æternam, vbi est gaudium sempiternum, & vita sempiterna, secundum quod dicit Apocal. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cũ eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis, erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Apoc. 21.

SERMO QVINQVAGESIMVS II.

MONSTRATVR EX SACRIS LITteris pulcherrimè, quomodo vnus pro peccato alterius puniatur: Monstrantur & causæ punitionum, & earum diuersitas, cum practicis, & exemplis ad propositum.

MAgister, quid peccauit hic, aut parẽtes eius, vt cæcus nasceretur? Io. Legitur Hiere. 31. & clarius Ezechi. 18. Iudęi lamentabantur contra Deum, quia parentes eorum peccauerũt & non sunt, & nos iniquitates eorum portauimus, quod apud ipsos non erat iustum. Et propterea in parabolam sententiam talis punitionis vertebant dicentes, Patres comederũt vuam acerbam, idest commiserunt peccata, & dentes filiorum obstupuerunt. Et permaximè ad hoc mouebantur, quia Deus per Moysen Exod. 34. & 20. dixit. Ego sum Dominus Deus tuus fortis & zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me, & faciens misericordiam in milia his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. hæc ibi. Ad hæc respondet Deus Iudæis, & declarat ad Moysen dictum de punitione patrum in filios dicens. viuo ego dicit dominus Deus, si erit, idest quòd non erit vltra hoc in prouerbiũ in Israel, idest sicut verum est, quòd ego viuo, sic verum est quòd hæc parabola à vobis non est rationabiliter dicta. Ratio horum est dicit Dominus. Quia ecce omnes animæ meæ sunt, idest à me creatæ & non à vestris parentibus datæ. Et vt anima patris, ita & anima filij mea est, idest, habens potestatem pro peccato suo, vniuscuiusque animam ad infernum punitioni æternæ tradere. Et ideo anima quæ peccauerit ipsa morietur. Et probat hoc dicens, Quia si vir fuerit iustus, & fecerit iudiciũ & iustitiam,

vxorem

Digitized by Google

vxorem proximi non violauerit, & hominem non contristauerit, pignus debitori non valenti nec habenti nisi necessario restituerit, per vim nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit, nudum operuerit, ad vsuram non dederit, ab iniquitate auerterit manum suam, iudicium fecerit inter virum & virum, & in præceptis meis ambulauerit, hic iustus est, & vita viuet. Ex opposito addit. Si vir genuerit filium omnia superius in oppositum & in contrarium facientem, &c. replica superius dicta in contrarium, non viuet, cum hæc omnia detestanda fecerit, morte morietur, & sanguis eius in ipso erit. Et sic ex proprio peccato solus punietur. Si etiam pater genuerit filium, & non fuerit imitatus patrem suum in malis prædictis, hic non morietur in iniquitate patris sui. sed vita viuet, sed pater suus mortuus est in iniquitate sua, quoniam anima quæ peccauerit ipsa morietur & filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Sed iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eũ. Imo dico vobis. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia mea pręcepta, & fecerit iudicium & iustitiam, &c. vita viuet & non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, nõ recordabor. hæc ibi. Sed tu vide totum prædictum Ezech. capitulum, & modo quo poteris, collige substantiam eius.

Hoc mane propter contraria dicta in sacra scriptura secundum apparentiam repugnantia adinuicem, declarabimus, quomodo quis punitur, & non punitur pro peccato alterius. Nã quòd puniantur filij pro peccato parentum, primo habemus de originali peccato prothoplastorum, propter quod omnes nascimur filij iræ, & graui iugo deprimimur, de quo Eccl. 40. Iugum graue super omnes filios Adã, de ventre matris vsque in diem sepulturæ. Item in Exod. 20. cap. vt supra dictum est, Dominus loquitur populo. Ego sum dominus Deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me. Et Exod. 34. Moyses Deo loquens ait, dominator domine misericors, & clemens, patiens, & multæ misericordiæ & verax, qui reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem. Et Hier. 32. Domine Deus qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum post eos, & iterum Hierem. in sua oratione. Patres nostri peccauerunt & non sunt, & nos iniquitates eorũ portauimus. Et non solum hoc fit à Deo pro peccato parentum in filios, sed etiam pro peccato principum populus punitur, vt patet. 2. Reg. 24. In contrarium est quòd non debeant puniri, nisi quilibet pro suo peccato. Hoc patet in Ezech. in prooemio recitato. Et Deuteron. 24. Non morientur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur, & cæt Respondet S. Tho. 2. 2. quæst. 119. quòd in hac materia, aut loquimur de punitione iudiciali, idest, in iudicio humano. Aut loquimur de punitione diuina qua Deus aliquos punit secundum exigentem suam iustitiam, qui est iustus iudex & actor mortis & vitæ. Si loquamur primo modo. Aut loquimur de pœna afflictiua aut de pœna priuatiua, vt damni, vel ciuili. Si loquamur de punitione afflictiua quæ vel vitæ vt moriatur, aut mutilationis mẽbrorum, aut flagellationis, & cæt. sic dicimus, quòd nunquam secundum humanum iudiciũ aliquis debet puniri sine propria culpa, pœna flagelli, vt occidatur, aut flagelletur, aut mutiletur. Quia pœna vt pœna considerata, pręsupponit in persona culpam. Nam per pœnam reparatur æqualitas iustitiæ, vt & in quantum ille qui peccando nimis secutus est suam voluntatem, aliquid contra suam voluntatem

tem

Digitized by Google

tem patitur. Vnde cùm omne peccatum sit voluntarium, consequens est quòd nullus punitur hoc modo, nisi pro eo quòd voluntariè factum est. Nec dicas, quia dicit iudex ego sum Dei minister, Sed Deus multoties vt supra dictum est in opponendo, puniuit totam familiã pro peccato vnius; ergo sic & iudici licet facere, cum fuerit patris tam graue peccatum, vt crimen læsæ maiestatis, &c. Quia dicit ad hoc S. August. Iudicium humanum debet imitari diuinum in manifestis Dei iudicijs, quibus homines spiritualiter damnat pro proprio peccato, occulta vero Dei iudicia, quibus temporaliter aliquos punit absq; culpa, non tamen sine causa, vt inferius dicemus, non potest humanum iudicium imitari, quia homo non potest comprehendere horum diuinorum iudiciorum in puniendo vnum pro peccato alterius, rationes, vt sciat quid expediat vnicuique. Et ideo nũquam secũdum humanum iudicium aliquis debet puniri sine suo peccato pœna mortis, vel mutilationis, aut flagellationis. Et hoc probatur per dictum superius Deutero. 24. Vbi Deus præcipit iudicibus Israel dicens. Non morientur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur. Vbi dicit Caietanus. Sanctissima lex aduersus ethnicorum leges, occidentes filios pro peccatis patrum. Extensio enim occisionis ad innocentes pro aliorum criminibus Deo reseruata est, qui solus est auctor vitæ & mortis. Homini enim quantumcunque supremo iudici, non licet occidere innocentem. Hoc enim directè prohibetur dicente Deo, non occides. Et hic declaratur hoc intelligi etiam de iudicib. Et hoc per exemplum ostenditur. 2. Paralip. 24. & 25. Vbi habetur, quòd surrexerunt contra Regem Ioas serui sui in vltionem sãguinis Zachariæ filij Barachiæ, Dei præcepto stantis in conspectu populi in templo, & arguẽtis regem & populum de idolatria, cuius imperio in atrio domus Domini lapidatus est, & occiderunt Regem in lectulo suo, & mortuus est. Post quẽ regnauit Amasias. Cumque roboratum sibi videret imperium, iugulauit seruos, qui occiderunt Regem patrem suum, sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in libro legis Moysi, vbi præcepit Dominus dicens. Non occidentur patres pro filijs, neque filij pro patribus suis, sed vnusquisque in suo peccato morietur. Sed dices non ne leges ciuiles mãdant filios occidi propter crimen læsæ maiestatis patris? Respõdet Nicolaus Lyra super hunc passum Deuteronom. 24. capit. quòd lex talis non est recta, quamuis toleratur, sicut & multa mala tolerantur. Nam leges humanæ quæ faciunt & eliciunt suas conclusiones ex principijs humanis operabilibus sæpius deficiunt, sicut & principia ipsorum sunt defectibilia, quibus quandoque principes innituntur omissa lege diuina, quæ est ex infallibili principio diuinæ sapientiæ & prudentiæ ordinata. Et hanc opinionem Sanctus Thomas magis approbat quam oppositum tenentium. Et glosantur omnes auctoritates in sacra scriptura allegatæ, quæ oppositum videntur dicere, non Dei ordinatione, sed humano mandato obseruatæ, sicut est de morte totius familię ex peccato anathematis Achan, Iosue 7. & 8. capit. dicitur. Ibi enim Deus solum ordinauit Achan latronem lapidandum, sed Iosue & filios ac totam substantiam eius igni tradidit. & cæt. Item Iudicum vigesimo capitu. Filij Israel pugnauerunt contra Beniamin propter mortem vxoris leuitæ ignominiosè à Gabaonitis occisæ, & in fine capituli dicitur, regressi autem filij Israel omnes reliquias ciuitatis à viris vsque ad iumenta gladio percusserũt. Ad hæc respondet Lyra, quòd quamuis expressè in prędictis locis non habeatur Dei mandatum talis punitionis vltra delinquentes, nihilominus implicitè extimandum est, hoc Dei

nutu

Digitized by Google

nutu factum dispensatiuè, quia ipse est actor vitæ & mortis & legis, sicut & de occisione filij per Abraham mãdato Dei. Nam non est hic extimandum, Iosue tam sanctũ in legem Deuteronom. deliquisse, sed Deus qui ordinauit Achan lapidandum, ordinauit etiam mori & filios suos, vel instinctu ipsius, vel mandato speciali. Non enim cuncta quæ facta sunt, in scriptura sunt posita. Nam & de Christo Ioan. vltimo dicitur, multa fecit Christus quæ non sunt scripta in hoc libro. Idem dicendum est de filijs Israel in Beniamin. Nam consilio Dei pugnauerunt, ideo extimandum est, quod Dei ordinatione, licet non scripta, id egerint, & cæt. Et ita dicendum est de alijs similibus in scriptura si alicubi inueniũtur, quòd talis actio exterminatiua filiorum pro peccato parentum per iudices sit facta nutu, vel Dei ordinatione.

Si loquamur de punitione humana iudiciali quo ad damna vel priuationes, sic dicimus quòd pęna damni, vel priuationis potest quis puniri, sine sua culpa, non tamẽ sine causa. Et hoc tripliciter. primo propter ineptitudinem suam ad aliquod bonum assequendum vel habendum. Sicut propter vitium lepræ aliquis remouetur ab administratione ecclesiæ, vel propter bigamiam, vel iudicium sanguinis aliquis impedit à sacris ordinib⁹. Secundo quia bonum in quo iustus, vel innocens dãnificatur, non est proprium bonum eius, sed commune. Sicut quòd aliqua ecclesia habeat Episcopatum pertinet ad bonum totius ciuitatis, non autem ad bonum clericorum tantum. Vnde si episcopus remoueatur à dignitate sua propter malitiam populi, non est illicitum, dummodo fiat per Papam. Tertio quia bonum vnius depẽdet ex bono alterius vt patris. Sicut in crimine læsæ maiestatis, filius amittit hæreditatem pro peccato parẽtis, & punitur etiam pœna infamiæ. 6. quæstio. 1. Si quis cum militibus. Vide de hoc Raymundum si vis in sua summa.

¶ Si autem loquamur de pœna vel punitione inflicta, vel infligenda alicui à Deo. Sic dico. Vel loquimur de pœna spirituali vel temporali. Si loquamur de pœna spirituali, quæ infligitur animę vt priuatio, in præsenti gratiæ, & damnatio æterna &c. aut temporali purgatoria, aut turbatio conscientiæ & huiusmodi, vt dicit S. Thom. 2. sentent. dist in. 33. articul. 2. Sic dico quòd tali pœna nunquam vnus homo punitur pro peccato alterius, quia pœna spiritualis pertinet ad animam, secundum quam quilibet est liber sui. Psalm. Anima mea in manibus meis. Dico liber sui, quia ab initio constituit nos Deus liberos. Et perditio vniuscuiusque est à se ipso, vt scriptura dicit. Salus tua ex me est sed perditio à te. Vnde Ezech. vbi supra, anima quę peccauerit ipsa morietur. Et secundo quia anima est à solo Deo creata, & ideo à nullo nisi à Deo habet dependentiam, propterea pro peccato nullus debet puniri in anima spiritualiter, nisi à Deo cum eum offenderit, quia gratiam & gloriam dabit Dominus dicit. Psalm. Psal. 118. Psalm. 83.

¶ Si autem loquamur de pœna, vel punitione temporali inflicta, vel inflictiua à Deo in hoc mundo. Sic dicimus quòd Deus vnum pro peccato alterius quandoque punit secundum occulta Dei iusta iudicia, non tamen absque causa. Cuius sunt plures pœnæ præsentis vitę ac punitiones diuinitus inflictæ ad humiliationem, vel probationẽ. Et semper hæ pœnæ sunt medicinaliter datæ à Deo, quantum est ex parte sua, nisi adsit malum palatum ex parte nostra quia secundũ Paulum, vna & eadem medicina vni est vita in vitam, alteri mors in mortem, scilicet dum eam non recipimus medicinaliter, sed lætaliter & ad mortem. Quia salus ex deo est, perditio autem à nobis. Nam cum exteriora & temporalia bona sint ordinata ad spiritualia, sicut medicina ad sanitatem, Deus secundum sua iusta, sed occulta quandoque

doque

Digitized by Google

doque nobis iudicia, diuersimodè in exterioribus & temporalibus homines flagellat & punit, modo quo & medicina amara infirmis cōfertur. Nam quandoque confertur medicina sanitatiua præteriti mali, Quandoq; pręseruatiua futuri mali, quãdoque promotiua ad bonum vlteriorem. Ita etiã Deus peroptimus ac sapientissimus medicus punit aliquos temporaliter, quãuis sine culpa, non tamen sine causa. Quia quosdam per flagellum medicatiuum sanat à præteritis peccatis. Psalm. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine, vt Nabuchodonosor. Quosdam per flagellum illatum præseruat à peccato futuro, vt Martam per infirmitatem, & Paulum per stimulum carnis, vt præseruentur. Illa, ne sequatur in meretricio sororem, ille ne magnitudo reuelationum ipsum extollat. Quosdam vt per flagella promoueat eos ad aliquod bonum, vt martyres ad patiẽtiam & victoriam, & gloriam hic in ecclesia militanti, & finaliter in triumphanti. Et sic Thobiam & Iob flagellauit ad magnum cumulum meriti ex patientia eorum. Ita & Ioseph permisit tribulari per fratres vsque ad venditionem Ægyptijs, vt postea multis flagellat⁹ medicinis fieret princeps Ægypti, & salus populi, & fratrum, vt patet Genes. vlt. vbi dicitur. Quod fratres timentes post mortem patris ne Ioseph memor sit iniuriæ sibi factæ ab eis, & reddat omne malum quod fecerunt, mandauerunt ei per quendã dicentes, Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorũ, & peccati atque malitię, quam exercuerunt in te. Nos quoque oramus, vt seruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph, veneruntque ad eum fratres sui, & proni adorantes in terra dixerunt. Serui tui sumus, quibus ille respondit. Nolite timere. Num Dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me sicut in præsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. Nolite timere, ego pascam vos & paruulos vestros, &c. Et sic habemus quòd Deus medicinaliter aliquos punit, vel purgando eos à præteritis, vel præseruãdo à futuris, vel promouendo eos in bonum. Et hoc facit ex magna sua misericordia. Psal. Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Et propter præterita mea mala pro quibus iustè me punis, vel vt à futuris præserues me, & sic discam quia intendis per ea me iustificare. Vel vt promoueas me in bonũ. Et sic discã iustificationes tuas, quia medicina tua bona est, & iustè librata circa me. Et Psalm. Nisi Dominus adiuuisset me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Et non solum sic medicinaliter punit aliquos in se, non tamen absq; causa, tamen quandoque temporaliter punit plures pro peccato alterius diuersimodè secundum mirabilem suam prudentiam & sapientiam. Et hoc iustè triplici ratione. Primo quia vnus homo est temporaliter res alterius, & ita in pęnam eius etiam ipse punitur, sicut filij sũt secũdum aliquid quædam res patris, & serui quædam res dominorum. Sic pro peccato Chaim, fuit maledictus filius eius Chanaan ad seruitutem. Et Giezi peccãte lepra transmittitur ad posteros vt habetur. Et sanguis Christi pœnę reddit obnoxios successores Iudæorum, qui dixerunt sanguis eius super nos. Et Exod. 20. vt supradictũ est, punit Deus patres in filios vsque in quartam generationem. Et hoc misericorditer Deus facit, vt dicit Sanctus Thom. vbi supra ad tertium. Paruuli diuino iudicio simul puniuntur temporaliter cum parentibus, vt paruuli in diluuio, & paruuli Sodomorum in subuersione. Gen. 19. & paruuli pro peccato Dathan & Abiron pariter cum eis absorti sunt. Et hoc fit iusto Dei iudicio, tum quia sunt res paren-

Marginalia: Psalm. 82. — Dan. 4. — Psal. 118. — Psalm. 93. — Gen. 9. — 4. Reg. 5. — Matth. 27. — Num. 16.

parentum, & sic in eis etiam parentes puniuntur, tum quia hoc in eorũ bonum cedit, ne si reseruarentur essent imitatores paternæ malitiæ, & sic grauiores pœnas mererent. Futura enim Dei præscientiæ sunt præsentia. In bruta vero animalia, & quascunque alias irrationales creaturas vindicta exercetur, quia per hoc puniuntur illi, quorum sunt. Et iterũ propter detestationẽ peccati, vt habetur 1. Reg. 15. c. Vbi Sauli præcepit Deus, etiam animalia perimẽda Amalechitarum. Et quanuis Deus per Moysen dixerit parentes in filios puniendos vsque in quartam generationem, & hoc misericorditer, vt filijs terror incutiatur, ne sequantur parentes in malo, quia hoc nullo pacto erit eis impune, imo & quanto magis expectat Deus, tanto grauius flagellat ratione ingratitudinis, & obstinationis tamen inuenimus in sacra scriptura vltra quartam generationem protractam punitionẽ parentum in filios. Nam & Noe maledixit Chanaam filium Cham dicẽs, maledictus puer Chanaan seruus seruorum erit fratribus suis, vbi firma species seruitutis signatur dicẽdo seruus seruorum, tãquam non sat sit seruire fratribus, sed oportet etiam seruire seruis fratrum. Pœnalis namque hæc maledictio prophetauit futuram Chananeorum seruitutem quæ post lõga superuenit tempora. Item Deus præcepit Sauli Regi dicens ei, recensui quæcunque fecit Amalech Israeli. quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Ægypto, nunc ergo vade & percute Amalech & demolire vniuersa eius, non parcas ei, nec concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro vsque ad mulierem & paruulum atque lactantem, bouem & ouem, camelum & asinum & cę. Et Iudæorum successores propter impręcationẽ maledictionis filijs suis in passione Christi, quod veniat sanguis eius super nos & super filios nostros, puniuntur vltra quartam generationem, imo quasi vsque in finem mundi obstinati in circuitu ambulabunt cæci, & duces cæcorum. Et Christus dixit, vt veniat super vos omnis iustus sanguis, qui effusus est à sanguine iusti Abel vsq; ad sanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Et Exod. 32. habetur propter vituli adorationem Deus iratus est valde. Et dum Moyses oraret, vt deleatur eis noxa hec, aliter deleat eum de libro vitæ, ei respõdit Dominus. Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Et parcens eis pro tunc, tamen dixit. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. hæc ibi. Et hęc visitatio secũdum aliquos fuit reseruata vsq; ad captiuitatem Babilonicam, & vsque ad destructionem Hierusalem per Titum quoniam superaddiderunt peccata peccatis patrum suorum, propter quæ aggrauatũ est Dei flagellum supra eos, addendo præteritis demeritis patrum. Propterea bene dicit Valerius. Tarditatemq; supplicij grauitate compensat. Quandoq; igitur iusto suo sed secreto iuditio in longum Deus seruat iram suam, maximè in populum dum patribus succedunt peiores filij. Post grauem comminationem in populum, fine remedio puniuntur. Vide totum cap. quoniam totus populus à principio est vnũ genus & vna generatio, sicut dicit Porphirius. Et Christus in Euang. de signis iudicij, de quibus cõcludit. amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec oĩa fiant De his habemus ferè infinita exempla per totam sacrã scripturam, & maximè in prophetis, qui prophetauerunt in longum tempus destructionem regnorum, prouinciarum & ciuitatũ, & in speciali apud Isaiam & alios de prænunciatione. x. tribuum per Assyrios, & duarum tribuum vltimate per Caldæos & Romanos, & ruinam prænuntiatam ab eisdem prouinciarum circunstantiũ terram promissionis, & Ægypti & Assyriorum, & Caldęorum, & Grecorum, & Romanorum, quia lento gradu procedit diuina ira in sui vindictam, tarditat-

Gen. 9.
1. Reg. 15.
Exod. 17.
Matth. 23.
Hier. 16.

dita-

ditatemque supplicij grauitate compensat. Ideo in prænunciatione horum regnorum, vt in pluribus incipiunt prophetæ ab hoc vocabulo, onus Israel, onus Iuda, onus Amoreorum, onus Moabitarum, onus Ægypti, &c. vt debent nobis intelligi, aggrauationem successiuam in peccatis talium populorũ, propter quam grauitatem sunt deleti. Propterea dicit
Isai. 1. Isa. contra populum Israel, super quo percutiam vos, dicit dominus, addentes præuaricationem? laboraui sustinens. Ideo in fine concludit, terra vestra deserta, ciuitates vestræ igni succensæ, & cęt. Vide totum capitulum, quia sunt omnia ad propositũ. Et conuerte te ad populum, cui prædicas. Reflectite vos supra considerationem conuersationis patrum vestrorum & vestram, an aggrauatis manum domini super vos addentes præuaricationem
Psalm. 13. nem Et quia in vobis respexit dominus de cœlo, quoniam non est intelligens aut requirens Deum, omnes inutiles facti sunt non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, propterea dico vobis, væ populo graui, semini nequam, filijs sceleratis, &c. Pro
Matth. 3. genies viperarum, dixit Ioan. Baptista pharisæis, quis vobis ostendet fugere à ventura ira? Iam enim securis posita est ad radicem arboris. Facite igitur dignos fructus pœnitẽtiæ, cum
Ion. 3. Niniuitis, si quomodo pius dominus conuertatur & ignoscat vobis, ne relinquamini, sicut malus nauis in vertice montis, & quasi lignum super col
Isai. 30. lem, quia omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignẽ mittetur, practica bene hæc.

Secũdo etiam modo punitur vnus pro alio in quantum peccatum vnius deriuatur in alterum. Et hoc vel per imitationem sicut filij imitantur peccata parentum vt patet Hierem. 6. vide totum capitulum maximè in fine. Et serui peccata dominorum, vt audacius peccent, quia princeps qui delectatur mendacijs, omnes habet seruos mendaces. Et qualis princeps, tales, & ministri eius. Vnde serui merito dominorum quos in malis sequuntur, suspenduntur, & multis flagellis vitam finiunt. Prouerb. dicitur. Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios. Et Ecclesiast. secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea, vel per modum meriti, sicut peccata subditorum merentur peccatorem prælatum, secundum illud Iob, qui regnare facit hominem hypocritã propter peccata populi, vt patet primi Regum 8. cap. cum populus petijt regem contra domini voluntatem, abijciens Samuelem virum sanctum, per quem regebantur nutu Dei, datus est eis rex in furore domini, cuius conditiones ibi enarrantur. Similiter pro peccato Dauid populum numerantis, populus Israel punitus est. Vel per aliquẽ consensum seu dissimulationem, sicut etiam interdum boni simul puniũtur temporaliter cum malis, quia eorum peccata non redarguerunt, vt Aug. dicit 1. de ciuita. Dei. Sic fuit punitus Hely cum filijs suis, quos auctoritatiuè non correxit. ¶Tertio Deus punit vnnm pro alio ad commendãdum vnitatem humanæ societatis, ex qua vnus pro alio solicitus debet esse, ne peccet, quia vt dicit scriptura vnicuique Deus mandauit de proximo suo. Prou. 29. Eccl. 10. Iob 33. 2. Reg. 24. 1. Reg. 4. Eccl. 17.

Quarto ad peccati detestationẽ, dũ pęna vnius redundat in oẽs, quasi oẽs essent vnum corpus, vt Aug. dicit de peccato Acham. Et Ambr. super Luc. Quia nauicula in qua erat Iudas turbabatur, vnde & Petrus qui erat firmus meritis suis, turbatur alięnis. Et quod dicit dñs visitans peccata parentũ in filios in tertiã & quartam generationẽ, magis videtur ad misericordiam, quã ad seueritatem pertinere, dũ non statim vindictã adhibet, sed expectat in posterũ, vt vel saltẽ posteri corrigantur, sed crescẽte malitia posterorum, quasi necesse est vltionem inferri. hæc S. Thom. Consilium igitur accipite. Quia ignoramus iustas rõnes iudicio

Digitized by Google

Thren.3. rum diuinorum,& misericordiæ domini est, quia non sumus consumpti, quia nō defecerũt miserationes eius, quilibet vigilanter considerare debet sua peccata, & emendet antequàm ira Dei super eum descendat, quia ira & misericordia ab illo cito approximãt,& in peccatores respicit ira Dei. Eccl. 5. Et hæc timens. Psalm. Psal.118. Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Insuper consideret quilibet suorum prædecessorum delicta,& pertimeat eos sequi in eorum sceleribus, ne super se aggrauetur manus domini, & cum cumulo reddat in caput suum,& suas & suorum parentũ iniquitates, sicut deplorat Hierem. Patres nostri peccauerunt, & non sunt, & nos iniquitatem eorum portauimus. Et quoniam vnicuiq; Deus mandauit de proximo suo, quilibet conetur proximum suum reducere ab errore iniquitatis suæ, & permaximè præsidentes, quibus incumbit hoc onus. Et idem practica de parentibus ad filios &c. ne negligentia & incuria sua inuoluantur inextricabilibus flagellis. Et vltimo quilibet deploret nō solum sua, sed etiam aliorum peccata, vt mereatur liberari ab irremediabili Dei vindicta, sicut ostensum est apud Ezech.9.

SERMO QVINQVAGESIMVS III.

QVIBVS MODIS FIAT POENItentia, declarantur,& actus quinque illam pręcedentes, cum illius diffinitione, & an sit necessaria de veniali peccato, & quòd proficua sit ad salutem animæ,& ad placandum Deum per loca sacrę scripturæ demonstratur.

IOnas Propheta, fuit miss' à Deo ad Niniuem ciuitatẽ ad prædicandum pœnitẽtiam, quia ad quadraginta dies Niniue subuertetur.

¶ Hoc mane prædicabimus de pęnitentia, & modis quibus agenda sit, omissis omnibus quæ ad superfluitatem forent. Vbi prænotandum est secundum sanctum Hieronymum. Duplex in Ecclesia est vehiculum ad salutem nauigantibus per hoc mare magnum, Psal.103. vbi reptilia sunt, quorum non est numerus,& vbi cōtinua pugna est, & rara victoria. Vnum vehiculum est nauis innocentiæ baptismalis, sine qua nulli est salus, secundum quod Christus dixit. Nisi quis renatus fuerit,& cætera. Io.3. Et hoc vehiculum assimilat sanctus Petrus. De dei pietate erga pctōres. 1.Petr.3. Archę Noe, extra quam non fuit salus. Et quoniam nobis miseris peccatoribus nauigantibus post baptismum sæpius accidit naufragium per peccatum mortale, quia si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus,& si 1.Io.1. septies iustus cadit, quanto magis peccator, ideo pius Dominus recordatus figmenti sui, in sancta matre Ecclesia militanti dedit naufragantibus tabulam pœnitentialem, per quam sicut naufragantes saluari possimus, ne pereamus.

Digitized by Google

reamus. Propterea Christus in prima
Matth.4. sui prædicatione dicebat. Pœniten-
Luc.13. tiam agite. Et nisi pœnitentiam ha-
bueritis, omnes similiter peribitis.
Cant.9. Ad hanc tabulam pœnitentiæ procla
mat sponsus ad animã cuiuslibet pec
cantis decisi per peccatum à Dei gra
tia. Reuertere, reuertere Sunamitis,
reuertere reuertere, vt intueamur te.
Sunamitis interpretatur misera, vel
captiua, denotat animam cuiuslibet
peccatoris captiuati per diabolum,
quia qui facit peccatum, seruus est
peccati, idest diaboli, qui est caput &
pater omnis mendacij. Est & misera,
quid enim miserabilius est homini,
quàm derelinquere Deum factorem
Hier. 2. suum, & adhærere facturæ? Scito &
vide, quia malum & amarum est, re-
liquisse te dominum Deum tuum, &
non esse timorem eius apud te. Dicit
quater reuertere propter quatuor de
clinationes, quibus misera anima re-
cedit in regionem longinquam à suo
creatore. Scilicet corde per consen-
sum, ore per locutionem, opere per
actionem, omissione per negligentiam
& ingratitudinem. Vt intueamur te,
quia S. Paulus dicit. Exurge qui dor-
mis, scilicet in peccato alienatus, &
priuatus debito ordine rationis per
mortale. Exurge à mortuis, scilicet,
quia & si te ignoras ò misera anima,
Apocal.3. & dicis. Diues sum & nullius indigeo,
& nescis, quia miser & miserabilis es
& pauper. Et illuminabit te Christus,
gratiam scilicet, qua fuisti priuatus
per mortale, per pœnitentiam resti-
tuendo tibi. Et Hierem.3. sub simili-
tudine adulteræ vocat omnem à Deo
suo adulterantem, dicens. Tu autem
fornicata es cum amatoribus tuis, ta-
mẽ reuertere ad me, & ego suscipiam
te. Ad idem vide Ezech.3. cap. Et non
solum pius dominus vocat misericor
diter ad secundam tabulam naufra-
gantes per mortale, sed etiã tota crea
tura ad hoc nos alacriter inuitat. Vt
Angeli quibus est magnum gaudium
in Paradiso super peccatore, quàm su
Luc.15. pra.99. iustis. Inuitat libertas nostræ
voluntatis, de qua Psalm. Numquid Psalm.40.
qui dormit, non adijciet vt resurgat.
Et Hierem. 8. Hæc dicit Dominus.
Numquid qui cadit non resurget, &
qui auersus est, non reuertetur? Qua
re ergo auersus est populus iste in Ie
rusalem auersione contentiosa? Inui-
tat paradisus cum sanctis suis, in qui
bus vbi in hac vita abundauit pecca-
tum, superabũdauit & gratia, vt fuit
latro, Petrus, Maria Magd. Adultera,
Matthæus, Zachæus, & cæteri, de qui
bus Christus. Publicani, & meretrices
præcedent vos in regno Dei. Matth. Matth.21.
Inuitat etiam infernus dicens vnicui
que, dum tempus habetis operemini
bonum, & pęnitemini, quia in me nul
la est redemptio. Et Ioan. ad prauos Luc.3.
Pharisæos clamat, genimina vipera-
rum, quis ostendit vobis fugere à ven
tura ira? Facite ergo dignos fructus
pœnitentiæ. Iam enim securis ad ra-
dicem arboris posita est. Omnis ergo
arbor non faciens fructum bonum ex
cidetur, & in ignem mittetur. Et san-
cta mater Ecclesia recitando Christi
Euangelium de correctione fraterna
ex parte Christi dicit omnibus sacer
dotibus. Quotiescunque reuersus fue
rit peccator, remitte ei, vsque septua
gies septies, idest secundum exposi-
tores, totiens quotiens, & cætera. De
exemplis autem publicanorum & gra
uissimorum peccatorum est plena sa-
cra scriptura & veteris & noui testa-
menti, quæ tanquam omnibus nota
intermitto.

¶ Et vt sciamus qualiter sit agen-
da pœnitentia, videamus primo.
Quid ex parte Dei & ex parte homi-
nis præcedit eam, deinde quid sit hęc
pœnitentia, ad quam à Deo excita-
mur. Dicit sanctus Thomas de pœ-
nitentia in ordine ad Deum, quòd de
pœnitentia possumus loqui duplici-
ter. Vno modo quantum ad eius ha-
bitum, sicut de charitate, vel gratia
Dei, sic immediatè donum pœniten-
tiæ est à Deo, qui infundit eam vel
hunc habitum, aut donum pœniten-
tiæ, sicut & gratiam sine nobis prin-

Digitized by Google

cipaliter operantibus, quia Deus, vt dicit Isai. Omnia opera operatus est nobis, non tamen tale donum dat nobis, sine nobis dispositiuè cooperantibus ad illud per aliquos actus virtuosos, quoniam & philosophus dicit actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, & tota salus nostra ex Deo est, non tamen sine nobis cooperantibus. Quoniam August. dicit, qui fecit te sine te, non saluabit te sine te.
Psalm. 6. Psal. Conuertere domine & eripe animam meã saluum me fac propter misericordiam tuam. Alio modo de pœnitentia loqui possumus quantum ad actus suos, quibus Deo operanti nobis in pœnitẽtia cooperamur. Et sunt quinque actus præsuppositi semper
Thren. 4. prius diuina opatione. Conuerte nos
Quinque actus pœnitentiæ ꝑcedentes. domine ad te & conuertemur. Primo est motus fidei & credulitatis, quia secundum Iacobum, sine fide impossibile est Deo placere. Et hæc fides est, vt credas Deo tibi promittenti reuertendo ad ipsum, remissionem. Et non dicas cum Chaim inuitato à Deo ad pœnitentiã, maior est iniquitas mea,
Gen. 4. quàm vt veniam merear. Secundo est motus timoris seruilis, quo communiter peccatores ad Deum conuertuntur.
Psalm. 54. Psalm. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrę.
Isai. 26. Et Isai. 26. à facie tua domine concepimus, & quasi parturiuimus spiritum salutis. Practica de hoc timore & alijs humanis respicientibus, vt pęnarum inferni, & cæt. Tertio est motus spei, quia oportet pœnitentem spem habere in domino de remissione sui peccati, & de reconciliatione secum, qua spe veniæ consequendæ assumit propositum emendandi. Quarto est motus actus charitatis, quo alicui peccatum displicet secundum se ipsum & non iam propter supplicia, quia vt dicit S. Paulus, perfecta charitas foras mittit timorem. Quinto est motus timoris filialis, quo propter Dei reuerentiam aliquis emendã Deo voluntarius offert. Non quo-
2. Mach. 9. modo scelestus Anthiocus, qui punitus & flagellatus iusto Dei iudicio suspirauit ad Deum timore diuinæ plagæ, à quo non est exauditus, quia secundum August. non solum oportet iustũ iudicem timere, sed etiam amare. De his habes multa practicabilia in nostra cõcione de pœnitentibus in in vltimis. His igitur præmissis agentibus & disponentibus ad veram pœnitentiam, vt est sacramentum, quia fit intuitu Dei, dicamus quid sit pœnitentia, & ex inde habebimus qualiter sit agenda. Dicit S. Ambrosius, quòd pœnitentia est mala, præterita plangere, & plangenda iterum non cõmitere, idest cum proposito emendandi. In quibus verbis tangit duo, in quibus fit reconciliatio præcedentis offensæ exterius. Primo in hoc quòd aliquis exterius pœnam subijt, pro offensa quam fecit. Secundo in hoc quòd cauet in futuro, ne similis offensa ab eo fiat. Et hęc duo oportet quòd homo in corde exhibeat per pœnitentiam. Primo dolorem cordis pro malis quæ fecit. Secundo propositum de cætero talia nõ committendi. Et hæc duo, prædicta diffinitio comprehendit, quamuis non in forma diffinitionis ponatur. Vnde magister sentent. 4 dist. de pœnitentia, ad formam debitam eam reducens dicit. Pęnitentia est virtus, scilicet theologalis, quia est sacramentum, vt nos de pęnitentia loquimur, quia per eam recipitur venia à Deo, & gratia curans peccati vulnus pęnitentis, & recõciliatio per Ecclesiæ ministros cum ipso Deo, & per eam bene dispositis semper peccata remittuntur. Et hæc virtus semper est de mortali propriè, & principaliter, de veniali vero propriè, sed non principaliter. de originali vero nec propriè nec principaliter, sed impropriè vt dicit S. Tho. 4. sen. dist. 16. q. 1. art 3. Dicit igitur magister quòd pœnitentia est virtus sacramentalis, qua mala commissa cum emẽdationis proposito plangimus, & odimus, & plangenda vlterius committere nolumus. s. habitu vel proposito, & nõ semper

Lib 2. ser. 56.

Quid sit pęnitẽtia.

Pœnitẽtię diffo.

per

Digitized by Google

per actu, quia hoc est impossibile, ꝙ homo continuè pęniteat, quia necesse est, ꝙ actus pœnitentis interior interpolletur ad minus somno, & alijs quæ ad necessitatem pertinent corporis. Et ideo habitu semper debet dolere & pęnitere quantum ad hoc, quòd nunquam aliquid contrarium pœnitentiæ faciat, per quod habitualiter dispositio pęnitẽtiæ tollatur, & quantum ad hoc ꝙ debet homo in proposito gerere, ꝙ semper sibi præterita peccata displiceāt vsque ad mortem. Et vt magis ad actus necessarios in pęnitẽtia descendamus, quia sic melius auditores virtutem & necessitatẽ pęnitentiæ intelligent, dicamus secundum S. Ambrosium, ꝙ duo actus sunt necessarij in pęnitẽtia & tertius actus includitur in secundo actu. Primus actus oportet ꝙ sit pœnitentia dolorosa voluntatis affectu, & non sensualiter, vt solent plorare mulieres pro libito pro omni obiecto, vel pietoso, vel eis aduerso. Et hic dolor est ĩ amaritudine animæ de offensione creatoris & benefactoris nostri, & fontis totius boni, ac patris nostri & nostri remuneratoris æterni, q gratia sua donat nobis seipsum, & vitam ęternam. Et tu contemplari possis cætera attributa diuina. Dico quòd sit hic dolor præteritorum mortalium peccatorũ, quia venialia non separant à Deo, nisi ad tempus donec vel hic vel in purgatorio expurgẽtur. De his in sequenti sermone de contritione tetigimus. Et ꝙ sit dolor omnium mortalium, & non huius vel illius, quia hoc exigit vera reconciliatio cum Deo, qui vult omnimodam recõciliationem secum. Sicut & princeps temporalis cum vassallo eũ offendente, & non ex vna parte pacem, & ex alia parte bellum, dum de vna offensa dolor est, & de alia nõ. Practica super hoc ad propositũ. Dico debet esse dolor verus & non fictus & simulatus, sicut est in illis qui in pęnitentia non satisfaciunt offensionibus, & alijs iniurijs, siue sint famæ, siue rerũ. practica de detractionibus, de vsuris, furtis, rapinis, damnis occurrentibus ex offensione & rerum ablatione, vt fructuum interim percęptorum ex possessionibus iniustè detentorum. Practica insuper de principibus permittentibus, & tolerantibus, & non obuiantibus malis in ciuitatibus suis, q propterea multas exactiones habent à populo, vt in similibus eos conseruent. Practica de officialibus eorum eodem modo Practica de iudicibus maxime ciuilium causarum, qui odio, amicitia, muneribus, inordinatè iudicant, vel sine causa protrahunt lites in magnum damnum litigantium. Practica de fallacijs aduocatorum defendentium scienter causas iniustas. Et de notarijs qui scribunt contractus vsurarios & iniustos contra iuramenta facta ab eis in acceptatione officij sui. Practica de tenentibus chyrographa contra proximum iam soluta & de similibus. Practica de executoribus testamentorum, qui vel notabiliter negligũt, vel nolunt ea exsoluere. De his. Ps. Benefac dñe bonis & rectis corde. s. iustitia distributiua, declinantes aũt in obligationes, adducet dñs cum operantibus iniquitatẽ. i. cum damnatis ad ęternam pœnam. Et Isa. 58. quia populus lamẽtabatur contra dñm, ꝙ ieiunantes, orantes, plorãtes, seq; humiliantes in saccis & cilicijs. &c. non exaudiebat eos vt liberaret eos à malis imminentibus, ideo eis rñdit dñs causam non exauditionis. Quia ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. i. prauus appetitus contra Dei voluntatẽ, & Dei mandata. Et oẽs debitores vestros. s. non valentes vobis soluere repetitis, contra legem. Si enim non habes vnde restituas, quid causæ est, vt tollat operimẽtum de cubili tuo? Sequitur. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. i. iniuriando proximum non solum verbis, sed etiam factis. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester, scilicet bonorum oppressio, & contẽtionum suscitatio,

Margin notes: ...uo ...ię. — D... ...rus in pęnitente. — P — Isai. 58.

tatio, quia vt Abac. 3. ca. dicitur. Hæc clamant contra te, væ qui ædificat ciuitatem in sanguinib. Sequitur. Nunquid tale ieiunium est quod elegi, scilicet, afflictionem, cinerem, saccum? Nunquid hoc vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? supple per hanc pœnitentiam factam? Dissolue ergo colligationes impietatis. hic practica ad omnes se concordantes in malum proximi, solue fasciculos deprimentes, idest, restitue mala ablata, quæ aggrauant dorsum tuum, vt Amos superius dicit. væ qui congregat malam auaritiam domui suæ, aggrauat enim densum lutum supra dorsum suum. Dimitte eos qui confracti sunt per percussiones, & malas infamias & detractiones à te. Et omne onus disrumpe, scilicet quo aggrauas teipsum & alios tuis oneribus. Et tunc erumpet quasi mane lumen tuũ, & sanitas tua citius orietur, & ante ibit faciem tuam iustitia, & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet, clamabis & dicet adsum, quia misericors sum Dominus Deus tuus. hæc ibi. vnde Ambrosius. Non sufficit mores in melius commutare, & à præteritis malis recedere, nisi etiam de his quæ facta sunt satisfiat domino per pœnitentiæ dolorem, & humilitatis gemitũ, per contriti cordis sacrificium cooperantibus eleemosynis & ieiunijs. Similiter ex Ambrosij diffinitione habemus alium actum respectu futuri, scilicet & plangenda non committere quantum est ex parte sua cum Dei adiutorio, idest emendare vitam in melius, & cauere à recidiuo. De his inferius satis diximus in prędica de contritione. Nec actum istum habent deplorantes præterita, sine proposito cauendi in futurum in similibus, & offendendi Deum mortaliter. Nec illi qui in vno non cauēt, quamuis in cæteris caueant, vt luxuriosi, & adulteri, ac concubinarij, & alij vsurarij faciunt, verè pœnitent, quia q in vno Deo est inimicus patēs, etiam in alijs sibi reus est. Et hos vocat Isidorus irrisores, qui de futuro non intendunt cauere. Similiter nec illi qui occasiones proximas à se non remouent mortalis peccati, vt omnes exercentes artes, quę immediatè eos ad mortale trahunt, vel qui concubinatum tenent. Et iudices ac principes qui iniustas leges non abradunt & delent. secundum quas iudicant. de hoc vide de sent. excom. Nouerit, & sum. Gaet. excom. c. 31. Tu autem his adde similia, quia est facilè, & permaximè de restitutionibus. vide sum. Gaet. de hac materia, quia ipse cęteris breuius & clarius loquitur. Adhuc descendendo ad qualitatem pœnitentiæ dicit S. Vincentius, quòd verè pœnitens debet habere decem gradus pęnitentiales. Primus est peccatorum cognitio, quia qui non recognoscit se deliquisse, nunquam pœnitere verè potest, quoniã qui infirmitatem non cognoscit, minimè de medico curat. Hoc Dauid vere pœnitēs ostendit dicens. Amplius laua me ab iniquitate mea, &c. quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Secũdus gradus est cordis contritio & dolor, vt fecit Ezech. dicens. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Cõtra eos, de quibus dicitur. Lętantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Faciendum est ergo in dolore pęnitentię sicut puer, qui videns se deturpatum plorat, ita & tu plora cum Dauid deturpante suam conscientiam, & dicēte cum dolore ad Deum. Psalm. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Tertius gradus bonum propositum, vt diximus de futuris cauendis, sicut dixit Christus adulterę, dolenti de adulterio. nemo condemnauit te mulier? nec ego te condemnabo. vade in pace noli amplius peccare. Et languido. vade & noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat. Quartus gradus est vitatio malæ societatis, quia qui amat periculum in illo peribit. Ecclesiast. 3. vnde poeta, quæ nocitura tenes, quamuis sint chara

Grad' pœnitētiales.
Psalm. 50.
Isai. 38.
Prouer. 2.
Ioan. 8.
Ioan. 5.

chara relinque. In figurā huius Deus Iosue. 23. noluit Hebræos gentibus
Psal 105. commisceri, quæ sunt inter eos, ne inficiantur moribus eorum Psal. Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. Hoc ostensum est in sa-
R3.eg. 11. pientissimo Salomone, cuius mentem subuerterunt vsq; ad idolatriam mu-
Gen.21. lieres gentiles. Et Isaac parentes separabant a consortio Hismael, quia ipsum secundum aliquos expositores docebat ad malum, & non sine causa, quia cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Quintus gradus est oris confessio, quoniam qui
Pro.28. abscondit scelera sua, non dirigetur. Sextus gradus est corporis afflictio, quoniam per quæ quis peccat, per ea & torquet, caro te ad peccatū traxit, caro & affligatur Paulus mortificate membra vestra, quæ sunt super terrā. Quoniam Greg. in præfatione quadragesimæ cantat. Qui corporali ieiunio vitia cōprimis, mentē eleuas, virtutem largiris & præmia. Septimus
Luc. 18. gradus est instantia orationis. Oportet semper orare, & non deficere, habitu s. semper mentē habēdo ad Deū & ore, horis & temporibus secundum quod expedit pro loco, & tempore, maxime de mane & de sero. Ipsa.n. instantia orationis est penetratiua audacter vsq; ad tribunal Dei. Octauus gradus est eleemosinarum largitio, vt Deus tibi faciat eleemosinam de gra-
Matth.5. tia sua, qa ipse dixit. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam con-
Eccle.3. sequentur. dicitur Ecclesiast. 3. Ignē ardentem extinguit aqua, & eleemosina resistit peccatis, & Deus prospector est eius qui reddit gratiam. Meminit in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamētum. Nonus gradus est debitorum restitutio, quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Decimus est iniuriariarum remissio, quia sic & pater ve-
Matth.6. ster faciet vobis. Matth.6. Pro omnibus his actibus, & gradibus pęnitentiæ, vide cap. Ezech. 18. vbi Deus pęnitentibus & nouam vitam per emendationē inchoantibus promittit omnium suarum iniquitatum remissionē & obliuionem. Et hi gradus possunt signari in septem lotionibus Naaman 4.Reg.5.
Syri, vt caro eius sit facta sicut caro pueri lepra peccati decisa. De modo pęnitentiæ & virtute eius, habes ferè infinita exempla. Vide in speculo exēplorum titulo pęnitentia, de illo qui sepulturam elegit pro sui pęnitentia. Nec inde voluit exire vllis terroribus & flagellis dæmonum, dicens in corde, potius se velle mori, quàm iterum reuerti, vt canis ad vomitū. Vide etiā exempla in discipulo eodem titulo. Et ad hoc hortatur omnes Ezech. 8. Ezech.8.
Conuertimini & agite pęnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite a vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israel, quia nolo mortem peccatoris. dicit Dominus Deus. Reuertimini & viuete. Et hæc pęnitentia non solum valet, & proficua, ac necessaria est homini ad salutem animæ, sed etiam ad salutem eius, & conseruationem tēporalem, quoniam auertit iram Dei a populo, & ab hominibus merentibus extirpari vsq; ad mingentem ad parietem. Et horum exemplorum est plena tota sacrā scriptura, quæ est secundum Paulum exemplar totius vitæ nostræ. Ro. 15. Quæcunq; scripta Rom.15.
sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Nam Dominus. Cum esset valde ira- Num. 14.
tus contra populum clamantē & murmurantem contra Moysen, & Aaron, volentemq; eos lapidibus opprimere velletq; eos ferire pestilentia, & consumere, luxit populus nimis dicens. Peccauimus contra Dominum, & immane plus voluit facere populus, quā Dominus præcepit. Et pluries in deserto eis pęnitentibus pepercit. Pepercit Dominus iræ, & furori suo, quem habuit cōtra populū, & Dauid,

Digitized by Google

quando interemit pestis in tribus die bus.70. milia virorum, quia Dauid & populus humiliatus est coram domino in afflictione sua. vnde dicitur misertus est Dominus super afflictioné, idest, non solum super calamitatem morientium, sed super afflictioné po
4. puli, idest pœnitentis. Achab rex sceleratissimus cooperuit carnem suam cilicio, ieiunauit & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite, & pe percit Deus pœnę, quam meruit tem
2. poribus suis. Manasses rex Iuda sceleratissimus. ꝓpter enormitates suas captus à Babylonijs & vinctus cathenis ductus est in Babyloniam, & ibi egit pęnitentiã, promittens Deo mutationem vitæ suæ, & dominus liberauit eum, & restituit in regnum suũ.
13. vide etiam grandem pœnitentiam populi, Esdr. 8. vbi dicitur. Ieiunauimus & rogauimus Deum nostrum in aduersis, & euenit nobis prosperè. Et idé vide 10. cap. per totum grandem planctum, & pœnitentiam populi super transgressiones suas. Et Esdr. 8. ca. &c. idé vide, quia pulchra sunt, & ad propositum, & in cap. 9. percusserunt fędus cum domino in magna pœnitentia, scripturaq; illud confirmantes de mutatione vitæ, & quòd seruient domino in obseruantia mandatorũ eius. Insuper lege Iudith 4. ca. vbi populus contra Holofernem obsidétem eos in magna pœnitentia cum sacerdotibus clamauerunt ad Dominum, & per manus viduæ Iudith liberatus est. Et ibi habes, quæ dixit Achor princeps Holoferni, quia Deus Hebræorum exaudit pœnitentes, & liberat eos de manibus inimicorum, quia odit iniquitatem, quę per pœnitentiam deletur. Niniuitę etiam sint omnibus peccantibus exemplum, qui ad prædicationem Ionæ, induerunt saccos à minore vsq; ad maiorem, & prædicauerũt ieiunium, & fecerunt pęnitentiam, & pepercit eis dominus, ne subuertantur. Ionę 4. vide etiam. 2. Mach. 13. vbi dicitur appropinquante exercitu Timothæi, Machabæus & qui cum illo erant deprecabantur dñm, capita terra aspergentes, lumbosq; cilicijs pręcincti, ad altaris crepidiné prouoluti, vt sibi esset propitius, & inimicis eorũ inimicus & habuit admirabiles victorias. vide ca. quia est pulchrum & ad propositũ. Et super oĩa hæc Christus Iesus, vt induceret populum merenté de propinquo iram Dei ex suis facinoribus, dat exemplũ ad faciendũ pęnitentiam, de his super quos cecidit turris & eos occidit, subdens, si nõ pęnitentiã egeritis, similiter oés peribitis. De his perpulchrè cõtéplatur Li quidã super Isa. omne humanũ genus præcepta vitæ accepit. Quæ si vt sũt tradita ab hoĩbus seruarétur, & hic in pace duraret resp. & ad illã vitã incolumis beateq; conscenderet. Sed quĩa nolumus audire Chři ꝓdicatores, sensimus barbaros vastatores. Quia ergo præcipientem totiens cõtempsimus, ideo aduersarios meruim⁹. Sed si ipsa pręsenti necessitate in qua malè incurrimus, faciemus dignos fructus pœnitentiæ, orando, dimittendo, eleemosynas faciendo, necessitatibus sanctorum cõicando, peregrinos suscipiédo, & caueat vnusquisq;, ne admittat detractores alienæ vitæ, frenet lingua, nec hęc ipse faciat, quod in altero culpat, abstineant manus à rapinis, reuocent pedes à spectaculis, frequenter nomen Dei inuocetur, vt propitietur. Si talé viderit in petendo Deus conuersioné nřam. Credite dulcissimi, ꝙ mutabit iustus iudex sententiã suam in puniendo. Et Hier. Si increpat mundus, minetur cęlũ, hiscat tellus, angat inopia, conterant bella, insurgant věti, vastet fames, enecet pestis, Deum ora, angelos interpella, sanctos aduoca, pectus tunde lachrymas funde, corpus attenua, dies congemina, noctes infige, menses adhibe, annos copula, perseueranter pulsa, fieri non potest, vt rãta prece cum instantia non obtineat, iudicisq; irã in clementiam vertat, nihilq; erit quod officiat, si modo pulsare nõ desineres eũ, qui dicit, petite & accipietis, pulsate & aperiet vobis. hæc ille.

SERMO

SERMO QVINQVAGESIMVS IIII.

POST DIFFINITIONEM CONTRITIONIS: triplicem etiam ostendit dolorem de peccatis; deficientem. 53. sufficientem, & supereminentem, practicè, & per exempla discurrendo.

ERant Elcauę duę vxores, scilicet Fenenna, & Anna. Fenenna erat fœcunda, Anna autem sterilis, q̃ habebat æmulā suam Fenennā, quæ multum eam affligebat, & vehementer angebat exprobrando sterilitatem eius, quoniam in veteri testamento fęcunditas erat pro benedictione, vt habetur Exo. 33. & Deut. 7. & erat maledicta sterilis vel opprobrium in populo Dei, quia ex ventre eius non poterat nasci Messias, nec semen relinquebat nascēdi ab ipsa Messiam Et Anna multum flebat, tū propter exprobrationem sterilitatis eius a sua æmula, tum quia Deus concluserat vuluam eius, vt in populo Dei esset maledicta. Tandem quodam tēpore Anna ascendit in templum ad adorandum, & præsente Heli Sacerdote genuflexa orabat magno cum fletu coram Domino, & votum vouit dicens. Domine exercituum, si respiciēs videris afflictionem famulę tuæ, & recordatus mei fueris, dederisq; ancillæ tuæ sexum virilē, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ suæ, & nouacula nō ascendet super caput eius. Et Heli obseruabat os eius dum oraret, & multiplicaret præces suas corā Domino. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia eius mouebantur, & vox pęnitus non audiebatur. Estimabat eam Heli temulentam, dixitque ei vsquequo ebria eris, digere paulisper vinum, quo madęs. Respondit Anna nequaquam Domine mi: Nam mulier infęlix ego sum. Vinum non bibi, nec quicquam ebriosum, sed mulier infęlix sum, sed effudi animā meā in conspectu Domini: & ex multitudine doloris, & męroris mei propter sterilitatem meā locuta sum Domino. Tūc ait Heli vade in pace Deus Israel det tibi petitionem tuam, quā rogasti eum. Et reuoluto anno peperit filium, & vocauit nomen eius Samuel, eo quòd a Domino postulasset eum. Eumq; ablactatum obtulit Domino ad seruiendum in templo. Dein de successiuè genuit filios sex, laudās & benedicens Dominum, qui suam sterilitatem conuerterit in fęcunditatem.

¶ Hoc mane loquentes de contritione duo videbimus. Primo quid sit contritio. Secundo pro consolatione peccatorum videbimus differentiam inter contritionem & attritionem in se, quæ attritio vi clauium in confessione facit contritum. Et hic exponemus historiam pręassumptam moraliter. Quoad primum secundum S. T. & alios sacros theologos in 4. sen. dist. 17. contritio est dolor voluntariè assumptus pro peccatis actualibus cum proposito confitendi & satisfaciendi. Dicit[illegible] dolor non sensualis sed intellectualis vel mentalis, aut rationalis, qui dolor est in voluntate, & est idem quod displicentia quædam ipsius peccati ratione suæ deformitatis, inquantum ipsum mortale peccatum fuit in offensam Dei & proximi. Et talis dolor essentialiter est contritio. Dolor autem sensualis de peccato est quidā effectus ipsius contritionis mentalis, inquantum homo peccator etiam per

sen-

Digitized by Google

sensum exterius Deo recõciliari vult, vt etiam ille per quæ peccauit, per ea & torqueatur, sicut fecit Maria Magdalenę, vnde lachrymæ exteriores, afflictio corporis, & dolor cordis, non sunt contritio essentialiter, quoniam sunt hæc in parte sensitiua, sed sunt signa & effectus contritionis. Propterea & quanto maior est dolor mẽtis, tanto exterius addũtur & lachrymæ & afflictiones. Sanctus enim Petrus vt fertur assiduè lachrymabatur, quando recordabatur negationis Christi, vt quasi canalia in facie eius lachrymę assiduę fecerant. Et ita dic de alijs pęnitentibus, quorum habes infinita exempla. Quanto enim ignis vehemẽtior tanto calor eius ad extra fortior.

Triplex dolor mẽtalis cõtritionis.

Et hic dolor mẽtalis est triplex. Vnus est deficiens, alius est sufficiens, alius eminens & superabundãs. Primus ex se non saluat. Secundus saluat, sed a pęna debita temporali non liberat, nisi per satisfactionem debitam. Terti⁹ & saluat, & absoluit ab omni pęna. Primus dolor est in eis, qui de vno peccato dolent & nõ de alio, quasi ex vna parte vellent cũ Deo esse per dolorem talis peccati, & ex alia parte cum Diabolo per non dolerem de aliquibus peccatis mortalibus, contra Christi dictum qui dicit, Qui mecum non colligit dispergit, & qui mecum non est, contra me est. Et non potestis duobus Dominis seruire. Et contra tales Helias dixit populo idolatranti. Quousq; claudicatis ad vtranq; partem? Sunt etiam sub damnatione attriti, qui licet de omnibus doleant, non tamen sufficienter, sed saltem citra dolorem vere contritionis, vt in secunda parte clarius declarabimus. Nam sicut in generatione forma non introducitur si vltima etiã punctualis, necessario adeam requisita dispositio defecerit, ita & in grãæ introductione requirit necessario tanta dispositio in peccatore, qui super omnia debet dolere de mortalibus perpetratis, vt si defecerit ille vltimus gradus doloris ad cõtritionem requisitus in eo, gratiã non recipit. Et quia gratia Dei est vita æterna, vt dicit Paulus, ideo talis ex attritione pura non saluatur. Quamuis vt inferius dicemus, vi clauium in confessione ex attrito fit contritus. Ideo bonũ est omnibus sępius confiteri. Secundus dolor est sufficiens, de quo Psal. Cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Vbi Glosa dicit. Vbi est vera contritio, ibi est vera omnium peccatorum remissio: Et iterum qui sanat cõtritos corde, & alligat contritiones eorum, scilicet dum eis omnia peccata saltem mortalia super omnia displicent. De his etiam Isa. 1. cap. postquam hortatus est populum ad lotionem spiritualem concludit dicens. Postquam lotionem spiritualem feceritis, vide si vis textum, venite & arguite me dicit Dominus, quia si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabũtur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Tertius dolor est supereminens, qui est non solum ex displicentia voluntaria peccati, sicut in secũdo gradu diximus, sed etiam hæc displicentia augetur in eis, & magis, ac magis feruescit. Et non solum in ratione & voluntate, sed etiã in sensualitate & corde percipiũt maximum dolorem super peccatis perpetratis, & ad extra in mirabiles lachrymas, & deuotiones, ac pęnitentias prorumpunt vsq; ad languorem vel debilitatem instinctu spiritu sancti, secundum quod magis & minus Deus dederit eis gratiam. Quis enim non miretur Magdalenæ contritionẽ, quam exteriora opera demonstrarũt, vt Christus sibi remitteret omnia sua peccata? Quis non miretur Matthęi contritione, vt ex publicano meruerit fieri Apostol⁹ & Euãgelista? Quis non miretur latronis dolorẽ qui meruit ante Apostolos possidere regnũ Dei? Hẽbes insuper de his infinita exẽpla in speculo exemplorũ & in discipulo &c. contritio & pęnitentia, & in vitis patrum de cordis compunctione. dicit. S. Vincen. in Ser. q. fer. 6. post

Luc. 11.

Matth. 6.

3. Reg. 18.

Psal. 50.

Psal. 155.

Digitized by Google

Exēplum. post primam Dominicam in Quadragesima. Erat quædam mulier peccatrix, quæ fecit multos homines peccare & occidere. Semel venit ad audiendum prædicam ornata meritritio ornamento, & sedit vbi ab omnibus posset inspici. Contigit quòd prædicator prædicaret de peccati luxuriæ fęditate, & grauitate. Quod ipsa audiēs cępit conteri & ex dolore de suo peccato in maximas lachrymas prorumpebat, vt mortua ibi ceciderit. Videntes astantes multum dolebant, quòd sine confessione decessisset. Tunc prædicator omnibus astantibus dixit. Orate Deum pro ea, quia contritionem habuit. Et immediatè ibi audita est vox de cœlo dicens. Fratres non oretis pro ipsa, sed oretis eā, vt oret pro vobis, quoniam ipsa est in Paradiso. De hoc Psal. Sacrificiū Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. De hac Ber. in suis sententijs. O humilis lachryma tuum regnum est, tua potentia. Ante conspectum iudicis non vereris accedere sola. Si intraueris quicquid petieris obtinebis. Accusantibus sylentium imponis, de ore principis sententiam rapis. Quid plura? vincis inuicibilem, & superas omnipotentem. De his sub figura Hiere. 6. dicitur. Luctū vnigeniti fac tibi planctum amarum. Amaro quidem luctu intus, & extra configitur cor matris super mortem sui vnigeniti, ita amaro luctu intus in voluntate & ratione & extra in corde & sensibus, scilicet p pœnitentiam, per satisfactionem, per lachrymas, homo miserrimus peccator, debet prorumpere, quia interfecerit animam suam mortalibus peccatis, quæ omnibus rebus eminet, sicut Christus dixit. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero detrimentum patiatur? Aut quam commutationem dabit homo pro anima sua? Si enim omnis q odit fratrem suum sit homicida, & omnis homicida non habet vitā æternam in se manentem. Quanto magis homicida est, qui odit seipsum peccādo mortaliter, vt non possit habere vitam ęternam in se manentem? Practica de huiusmodi, quia habes latum campum Sequitur in diffinitione contritionis. Est dolor voluntariè assumptus. Vbi breuiter nota de hoc alias prolixius in nostra concione. An pęnitentia in vltimis facta valeat. Est dolor in pęnitentia duplex. Vnus est timoris seruilis, & iste est dolor Mercenarius & coactus, vt quia dolet quis de peccatis, solum ratione pęnarum inferni vel alicuius humani respectus, & non ratione diuini amoris & odij peccati. Et hic dolor si in eo sistitur, non saluat talem, sed damnat. Quia in ec quòd non dolet de Dei offensa ī se, sed in respectu ad pœnas, cū illo non habet veram amicitiam. Sicut latrones vel proditores dolent de malo furti vel proditionis, non amore principis, sed potestatis eius dominatiuæ. Ideo Christus de his dicit q mecum non colligit dispergit, & qui non est mecum contra me est. De huiusmodi habes exempla infinita vbi supra. Multi nanq; in morte communicant plorant &c. Sed quia ratione pœnæ inferni hoc faciunt, vel ne ab ecclesiastica sepultura proijciantur, hi tales damnantur in dolore suo ficto. De his practica ad omne genus hominum, & mulierum, quæ se conducunt in articulo mortis pęnitere. Qui assimilantur regi Anthiocho. Ingemiscenti in plaga sua ad Deum, a quo non est misericordiam consecutus. Est alius dolor vel timor filialis de offensa patris ex amore & veneratione ad patrem, & iste dolor voluntarius prouenit ex consideratione diuinæ maiestatis, quam offendere, & cuius mandata non licet transgredi. Propterea & si in conuersione peccatoris ad Deum timor seruilis præcedit sicut seta filum in suitione sotularium, tamen ibi non est sistendum, sed statim ad volandum ad timorem filialem, quia non est iustum, aut dignum Deo patri & tanto nostro benefactori

Psal. 50.
Matth. 16.
1. Io. 3.
Lib. 2. Ser. 56.
Dolor cōtingit esse duplex in pęnitētia.
Luc. 11.
2. Mach. 9.

ri esse rebellem, sed dolere de peccato sicut filius de offensa patris. Quia secundum Augustinum non solum debemus iustum iudicem timere, sed etiam eum amare. Et hæc contritio fuit in Ezechia rege propter comminationem sibi factam, cum post timorem offensæ Dei prorupit dicens. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et in Dauid qui dixit. Conuersus sum in erũna mea, dum configitur spina, &c. Et tunc prorupit in Dei amorem ex offensa dicens. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam. Et lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrimis meis stratum meum rigabo. Et hic voluntarius & non coactus dolor saluat contritum. Sequitur in diffinitione pro peccatis assumptus, non pro originali peccato quod est ineuitabile in persona, ratione naturæ in existentis quia defectus hic in persona accidit ratione naturæ infectæ in primis nostris parẽtibus, de quo. Psa. Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea, sed pro peccato actuali Quia cũ pęnitentia sit actus virtutis, ideo ordinatur contra actuale peccatum, scilicet veniale, & mortale indifferẽter, nisi quòd de mortali necessaria est ad salutem pęnitẽtia, & dolor hic in præsenti mundo: De veniali autem hic vel in purgatorio, vbi persoluitur pęna debita non soluta in hoc mundo. Vnde dicit Duran. & S Tho. in 4. dist. 21. quòd in purgatorio decedens cum solo veniali remittitur illud per reordinationem actus voluntatis per debitam displicentiam illius peccati venialis, quia hoc solum sufficit etiam in hac vita ad dimissionem culpæ venialis, cui remissa sunt mortalia per contritionem, cum in purgatorio existens non sit obstinatus in malo, sed est in charitate. Nec est simpliciter in termino viæ sicut beati, & damnati, sed sunt citra terminũ viæ, inter viatores & terminatores. Et quamuis videatur sentire. S. Th. quòd in purgatorio non sit contritio, nec satisfactio, nec meritum, tamen intelligitur hoc vniuocè sicut in hac vita. Vnde secundum eundem ad deletionem venialis in purgatorio sufficit actus charitatis in Deum detestatiuus peccatorũ venialium in hac vita commissorum, siue talis actus dicatur propriè & vniuocè contritio, siue nõ, siue sit meritorius, siue non. Sequitur in diffinitione cum proposito confitendi, scilicet secundum quod sancta mater Ecclesia ordinauit, & satisfaciendi pro pœna debita vel hic vel in purgatorio Et similiter in resarciendo damna illata famæ, vel debiti secundum suam possibilitatem. Multa dixi de confessione in alijs sermonibus sparsim. Vide tamen expositionem figuralem ad propositum infra in ser. super pilos, quos sibi ex pręcepto Dei abrasit Ezechiel.

Quomodo in purgatorio ẽ

Expositio figuralis.

PRædicta possunt figurari per historiam in principio recitatam, eam moraliter exponendo in sententia Elcana, q interpretatur zelus Dei, potest figurare Deum omnipotenté, qui in sacra scriptura dicitur zelator quia plurimum zelat circa legem suã seruandam, & circa vitam hominum. Hic habet duas vxores, vnam fęcundam, aliam sterilem, idest animam iusti, & peccatoris. De iustis dr. Oseæ Et sponsabo te mihi in fide. De peccatoribus autem adulteris a fide saltem formata, habetur Hier. 3. ca. vide ibi Et vna est fęcunda fęcunditate bonorum operum, de quibus fuit & filius senior iustus apud Lucam. Alia fuit sterilis, quia sine fructu bonorum operum, de quibus fuit alius adolescentior apud eundem Lucam, vt merito sit in lege Dei sicut sterilis maledicta, & sicut ficus fulta folijs absque fructu, cui maledixit Christus. Et Fenenna, idest iusti, Annæ, idest peccatoribus grauiter exprobrant suam sterilitatem, quia & Ioan. Matth 3. exprobrat Pharisæis prauis dicens. Progenies

nies viperarũ quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira? Et Christus tales vocat filios Diaboli dicens. Vos ex patre Diabolo estis. Et idẽ assiduè faciunt prædicatores in tales, vt ex cõtinua redarguitione sterilitatis ipsorum spiritualis, in amaritudinem vitam eorum conuertant. Qui tandem totiens exprobrati vadunt ad Ecclesiam, misericordiam Dei cum lachrymis implorantes, vt eorum sterilitatem conuertat in fecunditatẽ, addendo orationibus abstinentiam. Et debent insuper præsentari sacerdoti per sanctam confessionem lachrymosi doloris, dicendo sibi suam sterilitatem. Qui quamuis merito increpanda sit ex Dei iustitia tanquam ebriosa, scilicet vino in quo est luxuria secundum Paulum, scilicet voluptatum, tamen ex misericordia, & pietate ipsius Dei, qui venit peccatores saluos facere, debet a sacerdote confortari, post increpationem, de Dei acceptatione ex lachrymosa penitentia, quia Deus pius est potens etiam ex lapidibus filios Abrahæ suscitare, & matrem sterilem efficere filiorum lætantem. Et quoniã dixit Deus reuerso peccatori. Omniũ iniquitatum eius non recordabor. Cętera tu adde quæ erunt tibi ad propositum.

SERMO QVINQVAGESIMVS V.

DISTINGVIT INTER ATTRITIONEM, ET contritionem. Docetq; attritum, virtute clauium fieri contritum; & venialium contritionem tangit. Addit etiam regulas pro confessoribus, vt attritos ducant ad contritionem, cum declaratione historiarum Annæ & Fenennæ, ex 1. Reg. 1. & ossium aridorum apud Ezechielem.

Ezech. 37. VIdit Ezechiel cãpum plenum ossibus aridis, quibus præcipitur proclamare, & prædicare. Et ad eius proclamationem ossa arida cõmota sunt. Et stetit vnũquodq; os in loco suo, & nerui & carnes ascenderunt super ea, & cutis desuper extenta est, sed adhuc non habebant spiritum. Et ad inuocationem spiritus a quatuor ventis reuixerunt ossa adueniente in eis spiritu, & vnusquisq; hominum stetit in pedibus suis.

¶ Hoc mane prædicabimus de differentia contritionis, & attritionis & hic multa pulchra declarabimus pro confessoribus ad peccatores attritos, & pro consolatione minus contritorum vel attritorum dabimus perpulchra documenta. Secundo exponemus moraliter visionem præassumptam. Quo ad primum.

¶ Dubium est apud christicolas circa attritionem & contritionem, quid sint, & quando est attritio vel contritio, vt saltem quietus sit homo secundum fragilitatem suam in conscientia, quoniam circa eas Diabolus, peccatoribus maximos laqueos desperationis

Digitized by Google

tionis parat. De hac materia sacri theologi amplissimè tractant in quarto sen. Sed quoniam minus studiosi, & ignorantes difficultate rei & simplicitate sua non capiunt intelligentiā, vt remaneant plurimū perplexi, ideo pro ipsis breuiter, & collectiuè secundum eorū doctrinam dicimus. Quod est differentia inter contritionem, & attritionem, sicut est differentia inter contrita, & attrita. Nam contritio a con & tero dicitur, & secundum nomé importat confractionem, & cōminutionem alicuius frangibilis vsque ad minima, quasi simul ex toto contriti. Et hic methaphoricè ad nostrum propositum significat destructionem perfectā malę voluntatis, saltem in mortalibus peccatis. Qui conteri dicitur, quando ab ipsis perfectè, & totaliter resilit per displicentiam voluntatis. Vnde & dicitur contritio secundum theologos, vt est pars sacramenti penitentiæ habens relationem ad alias partes sacramentorum, est dolor voluntarie assumptus pro peccatis cum proposito confitendi & satisfaciendi. Attritio autem secundum nomen importat communitionem aliqualé alicuius frangibilis, & hic methaphoricè significat destructionem imperfectā malæ voluntatis, vt cum dolet de peccatis saltem mortalibus imperfectè, idest non tantum quantum requirit ad gratiam Dei acquirendam, sicut acquiritur in contritione. Nam secundum philosophum actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. Ita vt introducatur forma in ligno ignis, necesse est quòd lignum disponatur per expulsionem ab eo humiditatis contrariantis, ad introductionem formæ ignis, Et si etiam citra terminum, numquam forma ignis introduceretur in eo. Sicut etiam anima rationalis introducitur corpore organizato secundum gradum vltimum necessarium pro animæ receptione, aliter si in organizatione illa deficeret vltimus gradus necessario requisitus pro anima introducenda, nunquam anima rationalis in illo corpore introduceretur, qa natura creata habet suos limitatos terminos disponentes ꝓ formarum introductione, & receptione, per actionem agentis. Sic dicamus, & de gratia gratum faciente, quæ facit nostra opera bona meritoria vitæ æternæ, vt Paulus dicit, gratia Dei vita æterna. Numquam aduenit homini nisi in se habeat dispositionem, & vltimum gradum dispositionis necessariò requisitum ad eam recipiédā. Et si citra hunc gradum vltimum necessario requisitum exciterit, non recipit talem gratiam, sicut diximus exéplariter in formis naturalibus introducendis. Quia igitur contritio dicit in se completam dispositioné necessariam in anima per dolorem perfectum saltem mortalium cum proposito confitédi, & satisfaciendi, ideo statim ad hanc dispositionem in anima gratia introducitur, qua homo restat in Dei amicitia reconciliatus. Et hęc dispositio in quibusdam est intensior vt in Magdalena, & Latrone, in quibusdam minus intensa, vt communiter in fragilibus inuenitur, nihilominus in omnibus est illa, quæ necessario requiritur ad gratiam suscipiendam, cum etiam ex parua scintilla, magnus ignis potest causari. Propterea in fragilibus communitet hæc dispositio est, sicut est ꝓ scintilla ignis parui, tamen hic ignis speciem vere habet. In feruentioribus est gratiæ ignis magnus, eiusdem speciei cū paruo igne, sed distinctus in gradibus. Et ideo plurimum est fragilibus & minꝰ feruidis cauendū, ne etiam parua aura flante in eis extinguatur, quæ in feruentioribus ex magnis imbribus, & tempestatibus nó extinguitur, sed accenditur in maius crementum, quia vt dicit Paulus. Vbi abundauit delictum, ibi superabundauit, & gratia, idest ratione magni, & supereminentis doloris, vt in latrone & Magdalena &c. Contritio igitur necessario est cum gratia gratum faciente, quia dicit vltimam dispositionem in anima

pro

Differentia inter contritionem & attritioné.

Contritio quid.

Attritio quid.

Contritio necessario est cū gr̄a,

non aũt attritio iõ sola absq; contritione non saluat.

pro gratia recipiente, qua data, gratia necessario aduenit secundum ordinationem diuinam. Psal. gratiam, & gloriam dabit Dominus. Sed attritio non est cum gratia gratum faciente, cum in attrita anima deficit, saltem vltimus gradus dispositionis pro gratia recipienda, per quod Dei gratiæ resistitur, dum attritus, in toto non cedit tactui diuino. Nam secundum Philosophum durum est, quod non cedit tactui, sed scrupulos causat in manibus tangentibus, & secundũ philosophum quarto Metaphi. dicitur frangi quod diuiditur in partes magnas. Ita per quandam similitudinem, in spiritualibus dicitur cor hominis durum, quando diuinæ inspirationi se tangenti non cedit, sed obuiat in affectu peccãdi persistendo. Cui inquit Apostolus. Secundum duritiam tuã, & cor impenitens, thesaurizas tibi iram, in die iusti iudicij Dei. Frangi vero cor dicitur quando a peccato recedere incipit, quamuis nondum plenè ad Deum conuersus sit. Cõteri vero cor dicitur, quando in eo totaliter destruitur peccandi affectus. Similitudo horũ est in semine seminato supra petram, quod significat cor durũ: nullum fructũ afferens de quibus sũt obstinati. Seminatũ in terram non bene scissam, sed grosse, parum fructum reddit, vt attrito. Sed in terram minutatim fractã multum fructum affert, vt contritio. Similiter nux aromatica integra non dat odorem, fracta vel attrita dat aliqualem, sed contrita benè redolet. Item de grano integro panis non fit de fracto vel attrito fit sed non bonus. De minutato in puluerẽ, fit optimus panis. Quia igitur attrito non habet secum gratiam gratum ex se facientem, ideo talem attritum, non saluat, quia secundum Paulum gratia Dei vita æterna sed vt saluari possit secundũ doctores talis confiteatur, & subijciat se clauibus Ecclesię, quia absolutio super ipsum facta virtute clauium Ecclesiæ facit ipsum ex attrito contritum. Nam statim nisi talis aliquo alio obicem ponat, occulto Dei auxilio dum absoluitur, in contritionem conuertitur clauium benedictione. Hæc S. T. 4. sen. dist. 18. q. 1. art. 3. q. 1. cum cæteris theologis. Exemplum huius soleo dare in candela nouiter extincta, a quo fumus exit, Si appropinquat alteri candelæ accensæ, statim ex ea accenditur, quia erat in proxma dispositione ad ignem, sed indigebat approximatione ad ipsum lumen. Ita attritus est tamquam candela fumigans, quæ subijcit se candelæ accensæ, idest sacerdoti tenenti claues quas cum applicat super peccata confessa anhellantia vel spirantia fumo attritionis, lumine & igne diuinæ gratiæ statim illuminatur, & lumen recipit. Dicamus igitur breuiter colligendo prædicta. Contritio & attritio in duobus differunt. Primo quia attritio est sine gratia, contritio est cum gratia. Attritio est citra perfectum dolorem peccatorum, sed contritio dicit perfectum, & completum dolorem mortalium cum proposito firmo confitendi, & satisfaciendi, & cauendi mediante diuino auxilio a peccato mortali. Vnde comparantur sicut aurora, & meridies, non quasi vnus specie, sicut calor, vt 3. & vt 6. specie fit vnus, quia ex attrito fit contritus, dum minus dispositus fit plene pro gratia dispositus &c. Et vt pro rudioribus exẽplariter dicamus. Ille verè est contritus, qui dolet de mortalibus peccatis cõmissis super omnem alium dolorẽ, quia per mortale peccatum amittit Deum, qui est omne bonum, & in quo omne bonum est, cuius amissio excedit omnem aliam amissionem infra Deum existentem. Et quoniã vltimũ terribiliũ est mors secundum Philoso. & pellẽ pro pelle, & cuncta dabit homo pro anima sua, idest pro vita sua, ideo qui vellet potius mori corporaliter, quã mori spiritualiter per mortale peccatum, ille verè est contritus. Et breuiter infirmo hoc sufficit, quòd intendat viuere vt verus christianus, sicut Paul[9] dicit. Imitatores Dei estote

Rom. 2.

Simile.

In confessione vi clauiũ fit ex attrito contritus nisi ob ex ponat in actu absolutionis.

Iob. 2.

Eph. 5.

te ficut filij chariſſimi, & hic verè eſt contritus, quia idem eſt habere vnum ducatum in auro, & in argẽto. Et qui totum dicit, nihil negat vel excipiat. Et quoniam in hoc ex corde dicto, velle viuere de cętero vt chriſtianus, omnia includuntur includenda ſibi neceſſariò, quæ continentur in præceptis Chriſti. Sicut ſimplex vir qui dicit, omnia quæ credit mater Eccleſia, ego credo, iam fidem habet implicitè ita perfectam eſſentialiter, ſicut doctor qui explicitè omnes articulos fidei nouit. Et illę conditionales diabolicęq; tentationes. Si hoc vel hoc potius velles &c. ſunt abijciendæ tanquã ſtultæ, & his ſecundum doctrinam ſapientiæ in prouerbijs non eſt reſpondendum ſecundum ſtultitiam ſuam, ſed ad aliud phantaſiam diuertẽdum. Nec eſt cogitandum, ſi velles potius mori &c. Sed dicas omnibus. Ego me miſericordiæ Dei committo, ipſi cura eſt de me, qui Angelis ſuis mandauit, vt cuſtodiant me in omnibus vijs meis. Et clama ad ipſum dicens, conſerua me Domine in tua gratia, quoniam ſperaui in te &c. Et horum perpulchrã Gerſon 3. par. de diuerſis tentationibus dat regulam, dicens. Contritus nõ debet aſſerere ſe numquam peccaturum, quia dęmon ſibi immittit. Nimiũ es fragilis, in peccata alias lapſus es, credo & adhuc quotidie laberis, quia hoc eſſet delinquere. Sed ſatis eſt, ſi firmum ei propoſitũ adeſt, cum Dei adiutorio deuitandi peccatum mortale, & ad id diligentiam adhibendi, nec ſecundum præſentem voluntatem illo pacto vult in poſterũ peccare, & conditionales tentationes ſunt abijciendæ, vt velles potius mori &c. quamuis peccaſſe &c. Aut malle potius damnari, aut bonis temporalibus ſpoliari &c. Sed ſufficit quòd commiſſum peccatum mortale ſibi diſpliceat, & nequaquam in ſimili caſu Deũ offendere velle. Vnde his tribus regulis quotidie debet quilibet Chriſtianus regulari, quia ſunt veræ contritionis ſigna. Primo dicat Deo ex corde. Dñe ſic & ſic te offendi &c. qui totus bonus es &c. per miſericordiam tuã ignoſce mihi. Secundo Domine habeo bonam voluntatẽ vel propoſitum cum tuo auxilio in futurum præcauere, ne incidam in peccatum mortale, occaſioneſq; mortalium, pro viribus euitare. Tertio habeo bonam voluntatem confitendi integrè pro loco & tempore, iuxta Eccleſiæ mandatum. Et Gaetanus in q. 3. ſuper tertiã partem. S. T. dicit, ſufficit infirmis, ſi teſtimonium habent conſcientiæ ſuæ quòd Deum ſuper omnia ament opere & veritate. Hæc enim notitia humano more ſufficit hominibus ad accedendum ad ſacramenta Eccleſiæ, quamuis non in hoc ſecundum Paulũ iuſtificentur. Et conditionales tentationes vt ſuperius Gerſon dixit, ſunt abijciendæ, & prudenter dicendum. Scio quid facere deberem, ſed neſcio quid facere, ſicut S. T. dicitur reſpondiſſe cuidam petitioni ſibi ſimili modo propoſitæ. Quia neſcimus ſi diuina nobis manus tunc adeſſet ſuper caput noſtrum. Item dicas tentationi ſuggerenti, quomodo hoc tot annis poteris portare. Hodie cum Dei adiutorio portabo hoc, & cras tantundem portabo leuius &c. propter bonam aſſuefactionem. Et hoc nõ mea, ſed Dei virtute potero & poſſum, quia ſufficit diei malitia ſua dicit ſcriptura, Paulus omnia poſſum in eo qui me confortat. Item ſi conſcientia ſtimulans diceret ſi eſſes in articulo mortis non velles ſic agere, ſecundum quod tibi eſt cõſultum, reſponde. Imo ſi ſic agerem eſſem ſecurus. Et tunc ſine dubio Deus multa ſupplet. Et plurimũ aduertendum eſt, ne infirmis proponatur. Vis toto tempore vitæ tuæ ſine mortali eſſe, quia hoc eſt etiam viris ſanctis periculoſum cogitare. Sed doles, & intendis emendare vitã tuã, & ſecundum præſentem voluntatem cum Dei adiutorio ſtudendi euitare mortale, vt ſuperius Gerſon dicit. Et dicas ſimilibus tentationibus de futuro. Ego hodie habeo bonam intentionem

Conditionales tentationes diabolicæ ſunt deſpiciendę.

Veræ contritionis ſigna.

Doctrina pro confeſſoribus ad ſibi confitentes.

nem &c. & cras fiet voluntas Dei. Et cras dicas, spero, ꝙ Dominus me custodiet, vel potens est custodire, sicut hodie me custodiuit, & similiter cum venerit post cras, idem met stulte cogitationi respondeas. Sic a simili grauiter languidus, multum cibum ante eum ꝓpositum proijciet vel reijciet, sed si vnum bolum vel duos proponis, comedet eos, iterum si eosdem ꝓpones, iterum comedet &c. Sic sufficit talibus infirmis, sicut diei malitia sua & cras potens est Deus, sicut & hodie &c. succurrere infirmitati nostræ &c. Et confido ꝙ succurret. Et si aliquo iusto Dei iudicio recadis, resurgere non tardes iterum, cũ spe pristina ad Dominum, dicendo sibi, conserua me Domine quoniam speraui in te. Pro confitentibus autem habendæ sunt hæ regulæ a confessoribus. Quod a peniten te non est requirendum, an vellet potius mori quàm peccasse &c. vt superius diximus, sed requirendum est si pęnitet. Et si dolor eius est insufficiẽs, an vellet dolorem sufficientem habere. Et si non, hoc ipsum sibi displicet, hæc summa tab. Et 5. Ant. prima par. T. 3. cap. 10. de mente Cancellarij, & aliquorum doctorum. Aliquando nõ tam meritorium est credere, sicut velle credere, nec dolere sensualiter de peccatis, sicut velle dolere, & non posse, quia iudicat nos Deus secundum voluntatem, & iudicium, & nõ secundum sensualitatem contra nitentem, qualia sunt volubilitas imaginationum, & phantasiarum. Nec dolor sensibilis, qui non est ita in libertate nostra sicut intellectualis, est de necessitate contritionis, quia Deus secundũ intellectualem dolorem nos iudicat, non autem secundum sensualem, quã quam semper intellectualem dolorẽ sequitur, & sensualis dolor, maior & minor secundum maiorem, & minorẽ vel intẽsiorẽ vel remissiorẽ dolorẽ intellectualem, non tamen absq; eius renitentia, qua & Paulus dicit. Habeo aliã legẽ in membris meis, id est in sensualitate, repugnantẽ legi mẽtis meę.

Ad confessionis igitur validitatem, sufficit ꝙ peccator de præteritis vellet habere displicentiam suorum peccatorum, vel dicat ex corde, doleo me non posse dolere, quia sic fuit absoluta mater Gratiani, cuius factum beatus Antonius approbat non tamen historiam. Vnde peccator quamuis dicat, videtur mihi me non dolere, dum modo ex corde vellet habere displicentiam suorum peccatorum vel dolere se non posse dolere, non curet hãc sensualitatis corrosionem, quoniam hæc corrosio accidit, ratione sensualitatis repugnantis legi mentis, vel ratione mali habitus, aut contrariæ dispositionis pręteritæ, quæ quasi in naturam conuersa est, habens potestatẽ, & pronitatem in malum vetitum, cũ natura sit inclinata ad vnum tendere, cuius imaginem, & vmbram prauus habitus sequitur. Peccator igitur in huiusmodi tentationibus reflectendo se supra se dicat: Domine vellem, & cupio dolere, vel vellem habere displicentiam, vel doleo me non posse dolere sicut debeo. Quia tunc est vel verè dolens saltem dolore attritionis, quæ virtute clauium saluat, & ex attritio facit contritum, ratio est. Quia nulli placet displicẽtia rei, si res sibi placet. Idest si mihi placet res aliqua, etiam placet mihi, & complacentia, quam habeo de re illa. Similiter si mihi displicet complacentia rei, etiam res ipsa displicet mihi. Quoniam nõ potest esse si res displicet mihi, ꝙ complacentia in tali re mihi placeat. Vnde si doleo me non posse dolere de re, vt puta de vitio mortali Gulæ, iam vitium tale est sub displicentia, & non sub complacentia. Et ita si obiectum displicet, etiam actus in obiectum non placet. Et per oppositum, si obiectum placet, etiam actus in obiectum tale non displicet &c. Si etenim pomum placet, & actus vel complacentia ex pomo, & in pomo placet. Et econuerso: si complacentia ex pomo placet, & pomum placet. Et similiter si pomum non placet, nec actus vel placentia in pomo

Ad confessionis validitudinẽ in confitente q̃d requiritur.

mo vel ex pomo placet. Et e conuerso si actus vel placentia in pomo vel ex pomo placet, etiam pomum placet, quod mouet me ad sui desiderium. Similiter dicendum est de dolore de futuro. Sufficit enim confitenti ꝙ vellet ꝙ Deus daret sibi gratiam euitandi peccatum, quia talis habet propositũ euitandi licet imperfectum, sed sufficiens ad validitatem confessionis. Vel ꝙ dicat ex corde. Vellem non peccare, vel euitare peccatum, vel abstinere a peccato, licet credat ꝙ non abstinebit, sed mutabit voluntatem, quãuis modo, idest de præsenti nollem mutare eam, quia sic est vera contritio, vel saltem attritio quoniam Deus iudicat nos secundum propositũ voluntatis, non autem secundum discursum intellectus. Nam voluntas distenditur ad præsens, quia volita obiecta præsentialiter diligimus, & appetimus præsentialiter, sed ratio vel discursus distendi potest & ad futura, vt dum considerat habitum suum prauum, considerat totiens se proposuisse abstinere, & benè prosequi, & tamẽ retrocesserit. Considerat fragilitatem &c. & multa similia, quæ dæmon rationi vel intellectui offert, vt alliciat & desperet. Ideo miser peccator decipitur diabolica malitia, cum dicit se non posse abstinere, quia alias decidi &c. Quoniam hoc dicit non per voluntatem, secũdum quã Deus nos in præsenti in appetitu nostro iudicat, sed hoc dicit & discurrit per intellectum & rationem, cuius est præsentia, preterita, & futura circuire, & considerare. Isti ergo accipiant pro firma regula ad suum dolorẽ vel intentionem abstinendi. Non considerent collectiuè, idest pro omni tempore suã vitam vel actus considerando, quoniam sensus in huiusmodi plurimum titubat, nec de facili potest in totum reijci, quin legi mentis repugnet, sed debemus hanc intentionem considerare diuisiuè dicendo. Nunc vel hodie cum Dei adiutorio habeo bonam intẽtionem abstinendi a meis

In quolibet confitente iudicat apud Deũ præsens volũtas, & non discursus rationis vanus de futuro.

erroribus, & peccatis mortalibus, & cras fiet Dei voluntas, qui sicut hodie mihi hanc bonam volũtatem tribuit, eam est potens, & cras tribuere. Et cõfido in Deo meo, ꝙ me adiuuabit, & nõ deficiet mihi in his, quæ mihi sũt ad salutem. Et clama cum. Psalmo dicendo, conserua me Domine, quoniã speraui in te, & similia de confidentia diuina, stans semper in Dei timore, auertendo te ab occasionibus, quæ te ad mortalia deducunt. Hæc & similia, non animaduertens confessores, vtputa quod secundum tempus diuisum in peccatore, & pęnitente est considerandum, ipsi considerant secundũ tempus collectiuum in damnationem & suam & pœnitentium. Ad propositum horum vide in speculo perpulchra exempla quibus vsus est Sanctus Bernardus circa attritionem in titulo contritio. De cõtritione autem venialiũ dicit doctor. Sanc. quarta dist. 16. q. 2. ar. secundo quæst. 1. ad 2. Qđ in contritione de venialibus non exigitur propositũ non peccandi venialiter, sicut in contritione de mortali exigebatur, sed ꝙ displiceat ei, & peccatum præteritum, & infirmitas, qua ad peccatum veniale inclinatur, quãuis ab eo omnino immunis esse nõ possit. Nec requiritur cõfessio ad remissionẽ venialis, neq; in actu, neq; in proposito, sed ꝑ solã contritionẽ interiorẽ remittit. Nec est ei aliqua satisfactio taxata, & si iniungatur aliqua pęnitentia, quia fit magis ad excitandũ deuotionẽ vel contritionẽ q̃ ad satisfactionẽ, vnde & aqua sancta, & benedictio &c. sunt ad eorũ contritionem excitatiua, quia feruorẽ excitant in Deum, & sic per actũ contritionis delent peccata. Et quando aliquis actu fertur in Deũ per feruorẽ charitatis, implicitè displicet ei omne qđ retardat eum a Deo, & potest esse talis feruor, ꝙ omnia venialia dimittet. Item ꝙ ad confessionem venialium nõ obligamur, sed ea confiteri est solum perfectionis. Hæc omnia. S. T. quæstiuncula prima & tertia.

Quid exigitur ad uenialium cõtritionẽ: nec tñ necessaria est confessio de eis.

Figu-

Digitized by Google

Figuralis expositio de contritione, & attritione.

ET hæc figurantur moraliter in præassumpta visione. Nam ossa arida & sicca sunt miseri peccatores, sicci humore gratiæ Dei, & aridi omni fructu virtutum, ac mortui in peccatis mortalibus de quibus Paulus. Exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Et hij sunt in magna quantitate, quia in hoc mundo infinitus est numerus stultorum. Fili hominis putas viuent hæc ossa? Hæc interrogatio vitæ mortui peccatoris, non fit sine causa, quia surgere a morte peccati, & viuere Christo est virtutis diuinæ non humanæ, quoniam secundum Doct. sacros, resurgere a peccati morte, vt viuatur Christo, nemo potest nisi per Christum. Ideo huic diuinæ petitioni respondet propheta. Tu scis Domine, scilicet cuius solius est hæc virtus, & scientia. Et Dominus præcipit prædicatori prædicare super ossa arida, quoniam pius est Deus, & misericors, & præstabilis super malitiam. Potensq; est vt peccator vita viuat, & non moriatur, sicut Deus eidem Ezech. & Hiere. superius dixit. Prædicat ergo propheta, qui locum tenet prædicatoris, quia vt dicit S. Tho. & cæteri sancti expositores, prædicatores sacræ scripturæ prophetæ dicuntur, quia cum prophetia, idest sacra prædicatio defecerit, dissipabitur populus, vt dicit scriptura in Prouerbijs. Prædicat ex parte Dei peccatoribus aridis, ex confidentia diuina cunctis promittens audientibus verbum Dei quod illuminat, & intellectũ dat paruulis, & quod est ignitum vehementer, & malleus conterens petras vt dicit Hiere. & tamquã gladius anceps vt dicit Paulus, perueniens vsq; ad diuisionem animæ. Ecce intromittã in vos spiritum, idest dabo vobis gratiã, per quam vita spiritualis introducit. Et ad prophetæ prædicationẽ facta est cõmotio ossũ, quia in prædicationibus fiunt mirabiles commotiones in peccatore. Commouisti Domine terram tuam, & conturbasti eam, idest terrenum peccatorem, sana contritiones eius, quia commota est. In quo denotatur attritio in peccatore. Practica de huiusmodi varia peccatorum commotione, quæ fit in eo audiente verbum Dei, quia ossa accedunt, vnumquodq; ad suã iuncturam dearticulatim. Et hoc fit quando attritus ex prædicatione incipit deliberare confiteri. Et nerui accedũt super ea, quando proponit satisfactionẽ, quæ est fortis & difficilis. Nam multi confitentur, & postea non satisfaciunt promissionibus in confessione. Et carnes ascendunt super neruos & ossa, tunc scilicet cum proponit eleemosynas pietatis distribuere, secũdum quod dicit propheta. Frange esurienti panem tuum &c & carnem tuam ne despexeris. Cutisq; extenta denotat cõuersionis innouationem, quia talis cogitat deponere veterem hominem cũ actibus suis, & nouum superinduere vt Psal. dicit, renouabitur, vt Aquilæ iuuentus tua, sicut factũ est in Naaman Syro in Iordane loto mandato Helisæi. Et adhuc non habebant spiritum, quia communiter peccatores incipiunt suã cõuersionẽ a seruili timore, qui non saluat, vt dicunt sancti doctores. Iterum igitur prædicator atq; iterũ, non cesset proclamare, & spiritum Dñi pro eis inuocare, inducẽdo eos ad confessionem, in qua ex attrito fit contritus, & viuent firmiter. Insuper a quatuor ventis proclamat spiritum sanctũ, quia sine Deo auxiliante, qui vbiq; influere & inspirare potest, non cõuertitur peccator. Et sine fide, & spe, & charitate, ac bono proposito in futurum abstinendi non viuit peccator, quia charitas Dei foras mittit timorem vt Paulus dicit, scilicet seruilem. Spiritus sanctus abstinet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Et tunc ossa arida, idest peccatores stant suis pedibus ad progrediendum de bono in melius, gra-

Eccl. 1. Psal. 59. Psal. 102. 4. Reg. 5. Sap. 2.

tia spiritus sancti viuificati, sicut factum est in latrone & Magdal. & Mattheo, &c. Moraliter prosequere reliquum practicando ad propositum, secundum quod expedire videbitur.

SERMO QVINQVAGESIMVS VI.

VERSATVR CIRCA POENITENTIAM AD vltimum vitæ reseruatam: quam periculosam ostendit, licet homo sit liberi arbitrij vsque ad vltimum, possitq; de malo ad bonum conuerti, vt supra declaratum est, de ostinatione loquendo: Et ad propositum subdit historiam Amon filij Manasse, ex 33. 2. Paralip.

2. Para. 33. AMon filius Manasse cogitans malam vitã patris sui, & Dei misericordiã sibi finaliter concessam, deliberauit q̃ in peccatis more patris viueret, iuuentutemque eum imitando duceret, & postea finaliter sicut fecerat, pater pęniteret. Sed frustratus est a sua vana cogitatione, quia in medio malitiæ suæ a proprijs seruis est interfectus.

¶ Hoc mane prædicabimus, an valeat pęnitentia miseri peccatoris in articulo mortis suæ facta. Et ex eo est dubium quia Antiochus in extremis graui flagello a Deo percussus orabat
2. Mach. 9. scelestus Dominum, a quo non est misericordiam consecutus. In contrarium est propheta Ezechie. In quacunque hora peccator ingemuerit, saluus erit. Adhoc dicendum est pro veritate Catholica cum propheta, quòd in quacunque hora peccator ingemuerit, saluus erit. Et ratio horum est. Liberum arbitrium est hominis vsque ad mortem, dummodo sit compos mentis, ad bonum, & ad malum. Quoniam in rerum natura quædam res agunt absque cognitione, & iudicio, vt elementa & inanimata. Quædam agunt non absque cognitione, sed sine iudicio, & discursu, sicut animalia bruta, quæ cognoscunt id quod agunt, sed non agunt iudicio libero, aut discursu aliquo, licet ex naturali instinctu, quasi discursu quodam agant, quod agunt. Vt cum Aranea telam orditur, aut aues nidum conficiunt, aut ouis cum lupum visum vt inimicum fugit, & canem vt amicum sequitur, diriguntur tamen in rectitudine suæ operationis ab intelligentia non errante, sicut sagitta a sagitante ad signum. Tertia res est, vt homo, & Angelus qui agunt cognitione, & iudicio libero, ad vtranque partem, scilicet ad bonum, & ad malum. Sed Angeli vsque ad primum conflictum secundum August. vel vsque ad primam liberam conuersionem, postquã creati sũt deinde in bono vel in malo firmiter sistunt, vt alias declaraui in concione de obstinatione hominis in hac vita. Homo autem habet terminũ suæ immobilitatis in bono vel in ma

Tria agentia sunt in natura distincta in modo operandi.

lo

lo vsq; ad mortem. Idest vsq; ad vltimum hiatum eius, secundum Aug. Ante autem hunc terminum dummodo sit compos mentis est liber ad vtranq; partem declinare siue ad bonum, siue ad malum. Et ideo homini fit exhortatio ad bonum, vsq; ad illud tẽpus. Vnde Hier. ad Albidinem. Omnes homines vsq; ad finem vitę suo arbitrio derelicti sunt. Neq; enim bonum necessitate compulsi faciunt sed voluntate, vt credentes coronam accipiant, & increduli proprio arbitrio supplicijs mancipentur æternis. hæc ibi. Sed dubitabis de Traiano Imperatore mortuo, & damnato, pro quo tamen orauit Grego. vt dicit Damas. & audiuit vocem sibi diuinitus illatam dicentem sibi. Vocem tuam audiui, & veniã Traiano do, cuius rei dicit idẽ Damascenus, testis est oriens omnis, & occidens. Sed hæc venia datur sibi, quia a malo ad bonum est conuersus. Ad quod respondet. S.T. Quòd de facto Traiani hoc modo pbabiliter potest extimari, q precibus beati Gregorij ad vitam fuerit reuocatus, & ibi gratiam consecutus sit, per quam remissionem peccatorum habuit, & per consequens immunitatem a pęna, sicut etiam apparet in omnibus illis, q a mortuis fuerunt resuscitati miraculosè, quorum plures cõstat idolatras, & damnatos fuisse. De omnibus enim similiter dici oportet, quòd non erant in inferno finaliter deputati: sed secundum præsentem iustitiam propriorum meritorum, secundum autẽ superiores causas quibus præuidebantur ad vitam reuocandi, erat de eis aliter disponendum. Et secundum hanc viam Traianus fuit viator ex dispensatione diuina, & in inferno ad puniendum ad tempus positus vsque ad orationem Gregorij, quam pręuidit fiendam ab eo, & ne tanti viri oratio frustaretur, ipsum ad tempus damnauit resuscitandum tandem. Vel dicendum secũdum quosdam, quòd anima Traiani non fuit simpliciter a reatu pęnæ æternæ absoluta, sed eius pęna fuit suspensa ad tẽpus, scilicet vsq; ad diẽ iudicij. Nec tamen oportet, quòd hoc fiat cõmuniter per suffragia, quia alia sunt, quæ lege cõmuni accidunt & alia, quæ singulariter ex priuilegijs aliquibus conceduntur. Sicut aliæ sunt humanarum limites rerum, alia diuina signa virtutum, vt Aug. dicit in lib. de cura pro mor. ag. Sed dices non ne aliquos Deus dat in reprobum sensum, vt ad Ro. 1. Pau. dicit. Et hoc confirmat Eccle. 7. cap. Cõsideraui opera Dei, quòd nemo corrigere potest, quem Deus despexit, ergo homo non est semper liberi arbitrij. Adhoc respõdetur sicut diximus in præcedentibus sermonibus, in quibus tetigi de hoc. Quod quamuis vt Pau. dicit sine Deo nihil possumus facere, & Christus idem affirmat, quoniam & incipere, & proficere, & perficere est a Deo, quia vt dicit Isa. omnia opera nostra nobis operatur, modo quo sine solis influxu, nulla generatio potest esse, tamen quia omnia suauiter disponit, in qualibet sua creatura operatur secundum subiectam materiam, vt in naturalibus naturaliter in voluntarijs liberè, Dei enim est non destruere sed perficere naturam. Qua propter ipse est sol illuminans omnes homines quantum est ex parte sui, vt sol omne diaphanum, sed accidit ex parte miseri peccatoris non assentire talibus illustrationibus diuinis, sed claudere fenestram suis radijs ne in ipsum intrent, modo quo apud Iob impij dixerunt Deo suo, recede a nobis, viam scientiarum tuarum nolumus. Et hoc faciunt libera sua voluntate, vt sic merito dicantur dari in reprobum sensum, modo quo & apud nos solemus dicere obstinatis, phantasijs, & proprio sensui innitentibus. Vade postquam non vis audire, frangas tibi caput. Et de his. Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentium me, & magistris nõ inclinaui aurem meam, penè fui in omni malo in medio Ecclesiæ,

Margin notes: Solutio, q̃stionis super pęnitentiam Traiani Imperatoris. — 4. sen. d. 45 q. 2. arti. 2. q. 1. ad 5. — Q̃uo dant̃ q̃dã in reprobũ sensum. — Pro. 5.

Digitized by Google

& Sinagogę. Insuper dantur homines quandoq; in reprobum sensum, cum Deus eis gratiam suam non communicat, cuius auxilio possent reuerti ad Dominum. Vnde Paulus, gratia Dei sum, id quod sum. Sed causa talis subtractionis gratiæ est, vel quia noluimus eam claudentes fenestram spiritui sancto, quod peccatum vt Christus dicit, nec hic nec in futuro remittitur, vel præcessit ingratitudo, quæ desiccat fontem pietatis, vel quia non debitè disponitur, vt agat quod in se est. Quoniam secundum Philosophũ actus actiuorum, non recipiuntur nisi in patiente bene disposito. Semper tamen & detestatio luminis diuini, & non receptio eius gratiæ ex nobis est per liberum arbitrium secundum q̃d dicit scriptura. Salus tua ex me est, sed perditio tua ex te. Insuper quamuis peccatum non destruit naturam quantum ad essentiã, quia etiam post peccatum in Angelis naturalia remanent, & subiectum per se non corrumpitur a suo receptiuo secundum Philosophum sed a suo contrario, sed debilitatur in habilitate liberi arbitrij homo, & volneratur in naturalibus p̃ peccatum ratione suę deordinationis per quam inclinatur ad declinationẽ. Vnde Grego. peccatum quod per pęnitentiam non aboletur, mox suo pondere trahit ad aliud. Psal. Funes peccatorum circumplexi sunt me, & iniquitates meæ supergressę sũt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt su p̃ me. Nam sicut habitus virtutum inclinat ad virtutes, ita habitus vitiorũ ad vitia. Propterea dicit propheta ex parte Dei. Nunquid Æthyops potest mutare pellem suam, aut Pardus varietatem colorum, ita & vos cum didiceritis male facere, nunquid potestis bene facere? Et Augu. benè viuere, & malè mori est impossibile, & malè viuere, & benè mori est impossibile. i. difficile. Sed quare huic grauissimo peccatori dat gratiam, & illi non, hec sunt iusta iudicia Dei, sed nobis hic occulta, quæ in iudicio cunctis patebunt iusta: Et in hac re vtere Augu. consilio. Quare hunc trahit, & illum non trahit, noli iudicare si non vis errare, si nondum traheris, ora, vt traharis. Et semel accipe, gratiam Dei sic ingratus, & recalcitrans non mereris, ideo si tibi subtrahatur, non possis cõtra Deum tam in te affluenter radiantem, & te renitentem, & negligentem splendores radiorum suorum recipere, lamentari. Et hoc est quod dicitur Prou. Ægestas a Domino in domo impij, habitacula autem iustorum benedicentur. Et hoc modo intelligitur hæc reprobatio & incontinentia, & si quę sunt similes auctoritates. Semper enim peccatum in vetitum præsumit sicut infirmus ex ardore febris in contraria ad sanitatem. Ideo, hoc animaduertens dicebat. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, & non est sanitas in carne mea, &c. Erat eñ sanus corpore, sed infirmus in anima, quæ infirmitas totum hominem conturbat. Quia dicit Augu. iussisti Domine, & ita est, pęna est sibi omnis inordinatus affectus. Et propterea addit. Videns in se tam periculosam animæ infirmitatem. Sed tu Domine vsquequo? Conuertere & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam, quoniã non est in morte. i. in tali mortali articulo, qui memor sit tui, & in inferno. i. in peccatis infernalibus, & infernum promerentibus, quis cõfitebitur tibi? Et hoc etiã animaduertens Hier. Misericordiæ Domini quia non sumus consumpti, quia nõ defecerũt miserationes eius. Concludamus igitur cum Psalmo dicente. Anima mea in manibus meis semper. Vbi dicit Glos. licet hominis voluntas obliquetur per peccatum, tamẽ salus sua semper est in manibus libertatis suæ. Et Aug. Mihi crede talis erga homines est pietas Dei, vt nũquam spernit pęnitentiam, si ei sincerè & simpliciter offeratur, etiam si ad summum quis perueniat malorum, & inde tamen vellet conuerti, suscipit & libenter amplectitur. Et iterum idẽ

Psal. 118.
Psal. 37.
Pro. 3.
Psal. 6.
Tho. 3.
Psal. 118.

de

de vera pęnitentia. Pęnitentia si in extremo vitæ hiatu aduenerit, sanat, & liberat. Hoc ostēsum est in latrone & Manasse rege vt in ꝓhemio patet.
Sap.2. Nam sapientia vincit malitiam. Ideo vera pęnitētia vincit peccatum. Hæc etiam confirmat S. Ber. super Can. ser. 22. dicens. Propter mansuetudinem q̄ de te prędicatur, currimus post te domine Iesu, audientes quòd non spernas pauperem, peccatorem non horres. Non horruisti confitentem latronem: Non lachrymantem peccatorē: Non Cananęam supplicantem. Non deprehensam in adulterio. Non sedētē in thelonęo. Non suspirantē publicanum: Non negantem discipulum. Non persecutorem discipulorum. Nō crucifixores tuos. Hæc ille. Ad dubiū de Antiocho, & de similibus dicendū vt de Grisaroro apud dial. S. Greg. petente inducias & non sunt datæ sibi, tum quia vt ex textu patet Bibliæ: Antiochus timore suę percussionis, & pęnarum, non zelo Dei vel odio peccati veniam quærebat a Domino, ideo nō meruit exaudiri. Quomodo multi, & multi ex christianis in articulo mortis percussi dolent, & plorant veniam petentes a Domino, & non exaudiuntur. De his etiam inferius dicemus. Insuper multi proponunt crastinū diē non præsentem pęnitendi veraciter, sicut fecit Grisororus, quoniā in pręsenti ad pęnitentiam hortatus dicebat Deo, inducias vsq; mane, ideo in sua damnatione mortuus est non da-
Psal.118. tis sibi talibus inducijs. De his. Psal. dicit. Tempus faciendi Domine dissipauerunt legem tuam. De his etiam tetigimus multa superius in sermone de pęnitentia, & contritione, ac attritione. Secunda pars practicè, an pęnitentia in vltimis facta valeat. Respondetur, licet Deus nulli deneget gratiā in quacunq; hora peccator ingemuerit, tamen talis pęnitentia in peccatoribus maximè grauioribus est valde dubia, ita quòd de mille vnus non saluatur. Et hoc multis de causis. Nā hic vel subito moritur, vel non: si subito, actum est de illo: cum nullum signum pęnitentiæ ostenderit. Deus autē de occultis signis iudicat, sed hæc occulta signa sunt miraculosa, quia sine ordinaria præuia dispositione. De his enim me non intromitto tractandum, solum dicam quæ in foro exteriori eueniunt, & cōmuniter sunt vera, specialia vero priuilegia Dei iudicio relinquimus. Dicamus igitur talem pęnitentiam fore periculosam, quia est valde dubia, primo ratione vsus liberi arbitrij, secundo ratione timoris: tertio ratione tētationis: quarto ratione habitus: quinto ratione difficultatis parcendi. Quoad primum ratione vsus liberi arbitrij. Nam in pęnitentia vera requiritur vsus liberi arbitrij, quo volūtas liberè detestetur peccatum. Sed tunc talis vsus liberæ detestationis impeditur generaliter, & communiter maximo dolore, & timore, permaximè in prauis viris. Dico dolore impeditur. Primo quia vltimum terribilium est mors. Secundo terribile est separari a valdè charis amicis, vt vxore, marito, liberis &c. Practica de his, & permaximè, cum tunc recolit suos charos in paupertate relinquendos, vt non valeat de restitutionibus cogitare &c. Et si multam substantiam eis relinquit, dæmō multas sibi imprimit phantasias circa talium dispositiones. Et breuiter dicitur. O mors quàm amara est memoria tui, homini habenti pacem in substantijs suis, alias homini iniusto. Timore vulneris impeditur, quia dicit Gregorius ibi intentio mentis fertur, vbi vis doloris sentitur. Practica quia tūc toto corpore dolet, sicut signa exterius ostendunt suæ inquietudinis, & faciei immutationis, vt nec minima talibus deuotio potest occurrere. O si sanis talibus deuotio est nauseatiua, quid dicendum est de talibus valdè vulneratis infirmitate. Nam si hæc in viridi fiunt, quid fiet in arido, &c. habes hic latum campum practicandi. Secundo ratione timoris occurrentis tunc, quo iturus est, & ad quem locū

Solutio dubij sup quęrentes a Deo veniā, & non est eis data.

De causis dubitatio nis sup salutem in vltimis pęnitentiū.

Eccle.41.

cadet lignum aridũ, in ignẽ vel aquã. Nam tunc occurrunt sibi omnia acta sua praua, & cogitata, occurrit & gehenna, ac ignis vorax perpetuus, occurrit grauis, & tremenda sententia Dei. O quàm magno tunc terrore concutitur, animaduertens superius iudicẽ iratum, inferius horrendum chaos, intus conscientiam vrentem, a dextris & a sinistris dæmones paratos, eũ ad ignem perpetuum trahendũ. Etenim non minus ei tunc euenit, q̃ Baldasar conuiuanti cum concubinis suis, qui vidit contra se manũ scribenteis, mane, tethel, phares. Expone hæc practicè, & quomodo immutabant cogitationes vultum ei⁹, vt habes in nostra concione, ꝙ Deus statim post mortẽ iudicat & punit, & superius in expositione figurali ipsius visionis. Et quoniam vt dicit Aug. & S. Tho. & cæteri Doct. ꝙ pęnitentia debet esse voluntaria in detestando peccatum voluntariè propter Deum & non ratione timoris seruilis vt in eo sistas gradum, quia talis pœnitentia non saluat sed damnat. dicit n. Aug. quem fero pœnitet, oportet non solum timere iustũ iudicem, sed etiam iustum diligere, quia sine charitate nemo potest saluᵘ esse. Nam pęnitentia cõmuniter incipit a timore seruili, vt ex consideratione pęnarũ, sed si non terminetur in amorem Dei, vt ipsam facias, detestando peccatum ex se, & amore Dei, vt ꝙ iustum est dolere, quia Deum offendisti, qui est pater tuus &c. Practica de beneficijs tibi datis a Deo, ita vt tædeat te peccasse in Deum, sicut tędet bonum filium peccasse in patrẽ, & non facias ibi sistendo vt seruus, quem tædet offensio in patronum ratione pęnarum. Tunc igitur in infirmitate cõmuniter accidit talibus, sicut Antiocho regi dolenti de Dei offensa, & depræcanti Deum pro remissione intuitu pęnarum sibi inflictarũ a Deo. Ideo non est misericordiam a Deo consecutus. Practica hic contra vsurarios, concubinarios, adulteros, & alios habituatos in vitijs, de quibus solet dici. Est confessus, cõmunicatus, lachrymatus est abundanter &c. signaq; magnæ contritionis ostendit. Sed quæro a te an vt Anthiocus ex solo timore pęnarũ, & terrore iudicij vel infamiæ &c. vt quia aliter non sepelietur &c. Consideret quilibet talium, dictum Aug. quem fero pęnitet, oportet non solum timere iustum iudicem, sed etiam ex charitate diligere. Quod communiter non est in talibus, cuius signum potissimũ est, quia sanati reuertuntur ad pristinum, & deterius q̃ fuerant. De huiusmodi pęnitentiũ, & decedentium sunt infinita exempla eorum dãnationis, quę possis dicere pro libito Sunt enim circũquaq; dispersa &c. Tertio ratione tẽtationum sibi occurrentium. Nam dicit Greg. super illud tu autem insidiaberis &c. ꝙ tunc in articulo mortis maximas insidias texit contra moriẽtes, quia scit peramplius sibi non restare de vita ad confligendum cũ eo. Quoniam mortem melius diuinatur infirmi, q̃ qualiscunq;, medicus. Excitat ergo oĩa tela insidiarũ, deferens secum oẽs ampullas tentationum, sicut dæmon Macharij. Primo igitur tentat infirmum per inconsiderationem, scilicet vt parũ de sua spirituali salute consideret, & de his quæ sibi sunt ad salutem. Et iustè fit vt dicit Greg. vt infirmitate obliuiscatur sui, qui dum viueret, oblitus est Dei. Secundo si dæmon videt talem infirmũ considerare de his quæ sunt sibi ad salutem spiritualem, tentat mulierẽ, & alios de domo, ne permittant ad ipsum ingredi spirituales medicos trepidantes timore vbi nõ est timor. i. ne expauescat infirmus &c. Tertio si cõfessor admissus fuerit, tentat vt procrastinet confiteri dicendo, qa nõ est benè paratus &c. Practica de huiusmodi, contra quos. Psal. Tẽpus faciendi Dñe, dissipauerunt legem tuam. Quarto ꝙ si videret iam paratum confiteri facit sibi sępius præsentari in memoria vxorem, filias &c. vt tepescat in deuotione diuinorũ affectu dilectionis præsentiũ ami-

Dan. 5.

Pęnitẽtia solius timoris seruilis non saluat.

2. Mach. 9.

Mod⁹ diabolicæ tentationis ĩ morte hominis.

Psal. 118.

ami-

amicorum plangentiū suspirantiumque. Quinto quòd non proponat satisfactionem multis occurrētibus necessitatibus familiæ. Practica etiam de concubinarijs, &c. Sexto inducit eum ad desperationem, dum recogitat sua facinorosa & cogitata & facta

Gene. 4.

per ipsum, vt dicat cum Chaim, maius est peccatum meum, quàm vt veniam merear. Et vltimo tentat de fide, sine qua impossibile est placere Deo. Propterea bonum foret tūc charos sibi non præsentari. Practica. Nec sibi peccata sua in memoriā reducere, sed assiduè sibi recordari pia vulnera & viscera misericordiæ Iesu Christi, maxime per exempla sanctorum, vt Latronis, Mariæ Magdalenæ, Pauli, Zachæi, &c. & quòd vsque septuagies septies Christus præcepit Petro omni reuertenti quacunque hora remittere, &c. Similiter infirmus nullo pacto circa fidem conetur per disputationem respondere, sed semper habere in memoria credo, vel symbolum credulitatis, & semper omni tentationi de fide respondendo. vade retro Sathanas, quia ego credo omnibus, quæ sancta mater Ecclesia mandat & docet. galeā igitur assumamus tūc spei & fidei, semper dicēdo Deus in audiutorium, &c. & Domine vim

Qūo resistendū est diabolo in morte.

patior, responde pro me. Hoc igitur remedium omnibus datur. statim vt vides te infirmum, erige caput in cœlum cum publicano, & recogita, dum es compos mentis, & adhuc non sopitus memoria & intellectu, cum Ezechia Rege omnes annos in amaritudine animæ, animaduertens secum ex infirmitate tua Dei comminationem dispone domui tuæ, quia morieris. Nam infirmitas est pulsatio ad mortem. &c. Et voca aliquem sanctorum

Psalm. 31.

confessorum, & dic cum Dauid. Conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina. dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam. &c. Et his peractis, dic confessori cum Paulo. domine quid me vis facere, quia statim obediā. si quem in aliquo defraudaue rim reddā cum Zachæo, & si non quadruplum saltē malè ablata. &c. Et de huiusmodi practica, quoniā diabolus vnus est qui vocatur tentans te claude cor, alius claude os, tertius claude bursam. Sed tu ex opposito aperi linguam mutam, & incipe laudare Deū per cōfessionem. Aperi cor per veram & filialem contritionē, aperi bursam per debitā satisfactionem. Et nullo pacto attēdas adulationes procrastinantium & alleuantiū infirmitatem tuā, sed tu dic. Ego nunc faciam debitum meū, & cras fiat voluntas Dei. Et breuiter considera dictum Salomonis in Prouerbijs 30. cap. Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus, formicæ populus infirmus, qui præparat in messe cibum suum. Secundo lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum. Tertio regem locusta non habet, & egreditur per turmas suas. Quarto stellio manibus nititur, & moratur in domibus regum. Moraliter formicæ fœmineus deuotus sexus est, pro quibus etiam ecclesia orat, & pro deuoto fœmineo sexu. Practica de his & eorū feruore. Istę congregāt deuotionem in vita sua orationum, eleemosynarum, ieiuniorum, & aliarum deuotionū, thesauros in cœlo vbi nec ęrugo. & cæt. vt possint viuere in vita æterna gloriosa beatitudine. de quo Ps. Saciabor dñe cum apparuerit gloria tua & inebriabūtur ab vbertate domus eius. contra homines auaros, qui congregant in hoc mundo thesauros terrenos, nihil vel parum de cœlestibus cogitantes, de quibus Psalm. Omnes viri diuitiarum nihil inuenerunt in manibus suis, quia transit mundus & concupiscentia eius. Secundo lepusculus plebs inualida, sunt hoīes simplices & puri cauentes à peccatis, & Dei offensione, suntq; assiduè in Dei timore, de quibus Aug. dixit audiens admirandam vitam beati Ant. Abbat. Surgunt indocti & rapiunt cœlū, nos autē cū nostris doctrinis demergimur in profundum inferni, &c. Isti enim

De quatuor minimis prudentioribus cæteris figuratio.

collo-

Digitized by Google

collocant cubile suum in petra, quia assiduè abscondunt se in vulneribus Christi iacentes & cubantes cũ Paulo, & deferentes stigmata Christi in corpore suo, dicentes mihi viuere Christus est, & mori lucrum, & omnia arbitratus sũ vt stercora, vt Christum lucrifacerem. de his ecclesia cantat in officio de virginibus. Regnum mundi & omnem ornatum eius contempsi propter amorem Iesu Christi. &c. Practica de aliquibus sanctis simplicioribus viris contra barones, & Ecclesiasticos prælatos, qui sibi collocant nidos suos, non in Christi vulneribus, sed in petra cõfusionis & ambitionis, & dignitatum præeminentijs, & pessimi exempli. de quibus Hierem. Ecce ego ad te mons pestifer, qui corrumpis vniuersam terram. Euellam te de petra, & dabo te in montem confusionis. &c. Practica de mala morte talium, & maxima eorum miseria, sicut de Cardinali quodã accidit temporibus meis, secundum famam erat vir carnalis, habens 20. milia ducatorum de redditibus, & tamen omnia in canibus, & equis & meretricibus consumebat. Et mortuo in quinque diebus solum datus est sibi mataratius cum copertis, & ministri cætera abstulerunt, vt 200. equos, & canes infinitos venationis. Tertio locusta sunt rustici, qui non habent prędicatores, non parochianos, non suos, vel negligẽtissimos spirituales rectores, sed sed laborant in sudore vultus sine Dei offensione, contra mercatores, contra doctores, & philosophos, contra ciuitatum habitatores, qui habent rectores, prædicatores, practica de huiusmodi & nihilominus deteriores sũt, ex omnibus his impinguati & dilatati contra Dominum recalcitrantes.

Quarto sunt stellio religiosi & religiosę contemptibiles mundo, quia dicit Paulus purgamenta mundi sumus, tamen laborant assiduè in orationibus, vigilijs, ieiunijs, macerationibus. Et conantur viribus suis cum Dei adiutorio celum conscendere, hic contemplando, & in patria fruendo diuina dulcedine. Et isti habitant in domibus regum, qnia seruire Deo regnare est. Et inter electos sors illorum est, &c. hęc si vis dicas in fine concionis vel hic, vt placet. Quarto ratione praui habitus vt Hierem. dicit, exemplificando de Æthyope, & Leopardo. Nam habitus generatur ex frequentatis actibus tam vitiorum quàm virtutum, qui habitus secundum philosophum de difficili est mobilis, & quasi conuertitur in dispositionem naturalem. vnde in vitijs habituatus linguam peccatoris solutam tenet ad vitia, ad virtutes vt ad confessionem ligatam. Intellectum suffocatum, & memoriam obnubilatam ad beneficia rememoranda, & ad veritatis cognitionem, quia communiter tales peccant ignorantia crassa & supina. Insuper habet voluntatem promptam ad vsitata, sed ad virtutes sequendas sensualitate oppressam, vt veræ pœnitentiæ dolorem non habeat talis in malo habituatus. Et breuiter sibi loqui de salute animæ & de gloria beatorũ nauseat, sicut Iudęis super manna, qui recordabantur de cœpis, & de ollis carnium Ægypti. vnde philosophus dicit. Qualisquisque, scilicet secundum dispositionem, talia loquitur & operetur. Et S. Thom. in 4. sen. dicit vbi supra. Est difficile, quòd affectus hominis quem multo tempore in aliquid inclinatum habuit, subito in contrarium mutetur. sicut accidit de quodam mercatore, quem morientem exhortabatur sacerdos ad confessionem, & ad ea quæ sunt salutis, & ipse dicebat, quantum valet granum in platea. & nõ immerito, quia Christus dixit vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, sicut accidit de quodam mercatore mortuo, cuius cor inuentum est in capsa, vbi erant pecuniæ. Hic practica de magna miseria hominum mundanorum, cũ debeant soliciti esse circa suos in infirmitate, in his quæ sunt ad salutem animæ, quatenus] possunt[reddere Deo, qui per

Sap. 5.

De malignitate praui habitus.

Digitized by Google

per infirmitatem vocat eos ad rationem suæ villicationis, & attendunt, vt inueniantur coram eo latrones, & mali dispensatores perpetuo damnandi. Et practica hic circa habituatos in malum, vt vsurarios, concubinarios, adulteros, partialitates tenentes, & similes, addendo exemplum Nicolai Senis in legenda S. Andreæ, qui à fornicationibus habituatis non poterat abstinere. Si ergo in viridi hoc fit vt in sanis, qui habituati non possunt abstinere, quid dicendum sit in arido homine in tali mortis termino reducto, in quo secundum Agg. intentio mentis fertur ibi, vbi vis doloris sentitur, & cum secundum August. vt diximus, malè viuere, & benè mori est impossibile. Quinto ratione difficultatis parcendi. Nam dicit Albert. Ma. super illud Ionæ. Quis scit si conuertatur & ignoscat. Seueritas diuinæ iustitiæ incerta est, vtrum Deus in extremis velit gratiam dare, quia tunc locum habet illud S. Gregor. Qui non vult cum potuerit, iustum est vt infligatur ei, non posse cum voluerit. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis cõtemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum enim impœnitentiam tuam & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius. His quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem, & incorruptionem quærentibus vitam æternam. His autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operãtis malum. Et breuiter sunt iusti atque sapientes & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo, vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurũ seruãtur certa, quid dicendum de his prauis Deum tentantibus, vt eis pro sua volũtate ignoscat? vere quærent inducias cum Grysaroro, & non dabuntur eis, sed dicetur illud Prouarbio. 1. cap. Vocaui & renuistis, extendi manum meam, & cæt. vide in textu.

Ignoratur an dei gratia in vltimo pœnitendi aderit.

Ion. 4.

Rom. 2.

Eccl. 9.

Interpretatio figuralis.

Amon interpretatur populus iniquus vel populus inutilis. Quid enim iniquius est, quàm præsumere peccando de Dei misericordia, & expectare pœnitẽtiam in fine vitæ, cum Psalm. dicat. Tempus faciendi domine dissipauerunt legem tuã. Non considerantes illud Ecclesiast. 5. de propitiato peccato noli esse sine metu, neque adijcias peccatum super peccatum, & ne dicas miseratio domini magna est, multitudinis peccatorũ meorum miserebitur. misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Ideo non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Aliter eris populus inutilis, sicut Grysarorus, quia inutiliter tunc petes inducias, quoniam in medio tuæ malitiæ morieris, morte & corporis & animæ. Nec decipiaris, quia latroni vltimo pœnitenti Deus pepercit. hæ enim gratiæ paucorum sunt & quasi sub miraculo consignandæ, cum viuere malè, & benè mori impossibile sit. Et hic vsus est communis, & probabilius est quòd hac via decides in damnationem animæ tuæ. Nec tamen repuimus cum August. talem pœnitentiam, sed nec certitudinem damus tibi de salute, cum sit valde dubia. vis ergo à dubio liberari? age pœnitentiã cum possis, & tempus est miserendi, & non expectes quando te peccata dimiserunt, sed fac pœnitentiam quo tempore tu voluntariè peccata dimittis, ne subito præoccupatus die mortis pœnitentiã quæras & inuenire minimè valeas, & cæt. Et sanctus Hieronymus in epistola de lapsu Susannæ. Tu qui te peccatorem esse deprehendis, noli tibi prolixiorem

Psal. 118.

rem vitā promittere. Nec credas claro intuitu ac rationis lumine tunc cū in fine dierum languor increscens corporis membra tenebit, delicta commissa posse reprehendere, & accusare. Erit sine dubio tibi membrorum sęua concussio, quo fiet, vt ratio ipsa corporis ægritudine contabescat, ne ad sui cognitionem valeat peruenire.

SERMO QVINQVAGESIMVS VII.

EX HISTORIA VIRGAE AARON, quæ vna ex pluribus fronduit, ostenditur, quosdam homines cadere sub misericordia Dei, quosdam sub iustitia, quosdam sub illiusmet liberalitate, pluribus additis practicè.

Num.14. CVm esset dissensio in populo Israelitico, quis eorū summo sacerdotio fungeretur, dixit Domin⁹ Moysi, quòd sumeret per cognationem filiorum Israel & familias quæ erant duodecim iuxta numerum duodecim filiorum Israel virgas, duodecim in quarum qualibet esset nomen eorum non demptis tribubus, & quòd præter illas duodecim acciperet vnam, in qua erat scriptum nomen Aaron, & poneret omnes virgas illas in tabernaculo testimonij ante dominum, & cuius virga inueniretur in mane florida, ille esset summus sacerdos. Quo facto inuenta est solum virga Aaron germinasse, in qua turgentibus gemmis erumpebant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt. Et solus Aaron inter omnes electus est summus sacerdos. vbi per dignitatem summi sacerdotij ad quā quis debet eligi pōt intelligi dignitas magna, quæ habetur ab omni anima beata in Paradiso inter electos Dei, de qua Sap. dicent illi qui sunt in inferno. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperij. Nos insensati extimabamus vitam illorum insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Ad hanc dignitatem acquirendam multi sunt vocati, vt dicit Sanctus Paulus. Omnes vult saluos fieri. Et hoc ostenditur in Euangelio vocatorum ad cœnam nuptiarum, sed cæteris exclusis solus Aaron electus, quia solius Aarō virga floruit, & cæt. Per virgam quæ signum est dominij, & qua castigantur pueri, potest intelligi anima, quæ debet in homine dominari, & motus illicitos castigare. Hæc dicitur poni in tabernaculo testimonij quando adiungitur congregationi fidelium. Cuius igitur virga, idest anima inuenitur germinasse in bonitate conscientiæ, fronduisse in veritate doctrinæ, floruisse in claritate famæ, fructificasse in vbertate vitę, tali dabitur dignitas æterna. de quibus Apocal.23. Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorum amen. Sap.5.

Hanc

Digitized by Google

Hanc interpretationé in fine potes dicere sermonis. ¶Hoc mane prædicabimus, qúo sub tribus attributis diuinis diuisim sumptis. s. sub Dei mīa, sub Dei distributiua iustitia, sub Dei liberalitate, diuisiuè cadit tota creatura intellectualis, quā respicit diuersimo dè Deus diuersis actibus taliū attributorū. ¶Vbi prænotandum est pro clariori intelligétia diuersorum nominū diuinorū, quibus exprimūtur à nobis perfectiones ac attributa diuina, ꝙ nominamus vnumquodq; secundum quod intelligim⁹, quia intellectus est ꝗ imponit nomina rebus, quas intelligit, & sicut intelligit eas, ita eis nomina imponit, sed Deū vt in se est, dum sumus in hac vita, nó intelligimus, nec eius perfectiones cognoscimus secundum quod in se sunt, quia ita se habet intellectus nr̄ ad manifestissima lucis, sicut oculus noctuæ ad solem, sed eū intelligimus per creaturas, & ex creaturis multis, ideo Deum & eius perfectionem nominamus multis nominibus, quod nó erit in patria, vbi eū videbimus sicuti est, quia immediatè facie ad faciem & non ex creaturis. ideo ibi eum vno nomine noīabimus, quia ibi simpliciter eius perfectioné cognoscemus, ꝓpea simplici nomine omné eius perfectioné exprimemus, secundū quod dicit Zach. 14. In die illa erit dn̄s vnus, & hoc dicit cōtra idolatrantes, diuersis nominib. idola nominantes. Et erit nomen eius vnum, ratione immediatę tunc cognitionis omnium perfectionum eius iuxta capacitatem nostram. Et qm̄ secūdum Dionysium Deū ex creaturis tripliciter cognoscimus. s. per causalitatem, per remotionem & per eminentiam, & quolibet istorum modorum potest Deus nominari pluribus nominibus. Si enim nominetur per causalitatem, multa sunt nomina eius, quia sunt multi actus & effectus, vt creare, gubernare, iustificare, glorificare, misereri, & liberaliter dona tribuere, & sic de alijs ex ꝗbus omnibus nominatur varijs nominibus. Si vero nominetur per remotionem multa sunt eius nomina, quia multa remouētur à Deo, omnes. s. imperfectiones. Et secundum hoc Deus nominatur pluribus nominibus, vt increatus, infinitus, immensus, incommutabilis, & sic de cæteris. Si autem nominatur per eminētia, multa sunt nomina eius, quia multę sunt perfectiones in creaturis, quæ eminentius sunt in Deo, sicut sunt illæ quas simpliciter melius est habere, quàm non habere, vt esse bonum, cognoscentem, potentem, à quibus omnibus, & consimilibus nominatur. Et breuiter omnia nomina quibus ex creaturis creator nominatur sunt perfectiori modo in Deo, quia in eo sūt simpliciter vnita, sicut in vno aureo omnes monetę sub distinctione sua exprimentes vnitatem, & perfectioné absolutā vnius ducati aurei, secundū quod superius Zacharias dixit. In die illa erit ei vnū nomen. s. quod os dn̄i nominauit, qui solus cōprehendit seipsum & oés suas pfectiones, vt sibijpsi ét nomen imponat suijpsius perfectissimè significatiuū. Et illud nomen sanctis suis in patria nominandū cōicauit, cum videāt ipsum immediatè secundū quod in se est, & nó solū secundū quod in creaturis representat̄. De his prolixiori sermone videas S. Th. & alios Doctores.

In patria cęlesti vno noīe Deus noīabitur.

Deū ex creaturis tripliciter cognoscim⁹.

His declaratis reuertamur ad ꝓpositū. Et primo de mīa Dei cuius est, nó dolere de miseria alicuius, cū in ipso nó cadit aliqua passio, sed eius mīę est subleuare miseriā alicuius, & hęc mīa propriè Deo cōuenit de qua cātat ecclesia. Deus cuius est propriū misereri & parcere. Ps. Misericordia dn̄i plena est terra. Et qm̄ homo de quo nos principaliter loquimur, qn̄q; incurrit miseriā & calamitatem in hoc mundo tam in temporalib. ꝗ in spiritualibus ꝑ sua peccata, qm̄ propter peccata veniunt aduersa, ideo qn̄ dn̄s vel pęnam debitam temporalem nó dat pro peccatis, vel desistit à data, aut temperatè eos punit, tales cadūt sub actu misericordiæ Dei. Sic Sodomitis oratione

S. Thom. 1. sent. di. 22.

Diuersimode creaturę intellectuales caduntsub tribus attributis diuinis.

tione Abrahę voluit parcere, ne submergantur, si decem iusti in ea fuerint inuenti. Sic & Niniuitis pepercit visa eorum pœnitentia, ne subuertantur. Sic & Achab humiliatio indulsit, ne malum comminatum sibi fiat in diebus suis. Et ita tu practica de similibus, quia Deus in ciuitatibus multa flagella detinet, ne puniantur in suis peccatis, dum eis cūcta prospera proueniunt, & vtinam non ad maiorem & grauiorem pœnam eos reseruando ex ingratitudine, qui noluerunt suæ misericordiæ deferre timorem, contra dictum psalmi. Cōfige timore tuo carnes meas à iudicijs enim tuis timui. Et hoc etiam gentilis Valerius animaduertens dicebat. lento enim gradu in sui vindictā diuina ira procedit', tarditatemque supplicij grauitate compensat. Quandoque desistit à data, dum continet manus vindictæ suæ iam incœptæ effundi. Hoc modo sub actu misericordiæ cecidit punitio data Dauid & populo, cum pestis tribus dieb. peremit septuaginta milia hominum. Et ibi dicitur misertus est dominus super afflictionem, & ait Angelo percutienti populum, sufficit nunc, contine manum tuam. Et de his est plena sacra scriptura. Sic etiā te puniuit totiens misericorditer, vt dicit Psalm. Castigans castigauit me Dominus, & morti me non tradidit. Practica enarrando flagella Dei, quæ non fuerunt totaliter extirpatiua, sed medicinalia. Caue ne ad has domini misericordias sis deterior, ne ira sua conuertatur in furorem, & cęt. vt accidit Amos 7. cap. De spiritualibus calamitatibus in peccatores quid dicam, quia Tren. dicitur. Misericordię Domini quia non sumus consumpti, qa non defecerunt miserationes eius. vide sub actu misericordię eius etiam cadunt miseri peccatores, quos ad se conuertit, & ex misericordia pœnitentes suscipit, remittēdo eis reatum pœnæ æternæ meritæ pro iniquitatibus eorum. Insuper quia expectat eos in misericordia, si quo modo conuertantur ad dominum Deum suum, & totiens reuertentibus, vt canis ad vomitum, semper indulget pro venia venientibus ad eum, vt Petro præcepit. De his sunt ferè omnes miseri peccatores. de his sunt publicani & meretrices, vt Latro, Mariæ Magdalenæ, Matthæus, Paulus, Prodigus, & Publicanus, de quibus Christus. Contra murmurantrs Pharisęos, quia ipse cum publicanis manducabat. Discite quid est dicere misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et non est opus medico bene agentibus, sed male. Et Paulus fidelis sermo & omni acceptione dignus. Christus Iesus venit peccatores saluos facere, quorum ego primus sum. Et S. Paulus ad Thi. dicitur. De huiusmodi habes latum campum practicandi. Sed vnusquisque caueat, quia in manica sua & in sua potestate pro libito suo non habet misericordiam Dei. Quoniam sicut misericordia Dei in peccatores, ita & ira Dei in ingratos velox est. Ecclesiast. De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adijcias peccatum super peccatum, & ne dicas miseratio domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito approximant, & in peccatores respicit ira illius. Et. 21. Fili peccasti non adijcias iterum, sed de pristinis deprecare, vt tibi dimittātur, quasi à facie colubri fuge peccata. De operibus misericordiæ Dei vide S. Tho. 1. par. quæst. 21. Aliqui cadunt sub actu distributiuæ Dei iustitiæ. Nam sicut misericordia Dei communiter respicit demeritum in actis voluntarijs, quia communiter à Deo miseris ex demeritis, misericordia impenditur, ita iustitia distributiua Dei respicit meritum, & demeritum. Demeritum ex condigno, quia peccanti dignè & meritò pœna infligitur, quia secundum peccatum ita & plagarum modus impenditur. Nam secundum Paulum iudex in vindictam

Psal. 118. 2. Reg. 24. Psal. 117. Thren. 3. Matth 9. 1. Thi. 1. Eccl. 5. Deut. 25.

dictam

Digitized by Google

dictam malorum portat gladium, iustitia.n. Dei sic exigit, vt omni peccanti necessariò, pœna infligatur. Insuper iustitia hæc respicit meritum, vt in virtuosis, quia virtuti meritò datur præmiũ, sed loquentes de præmio vt ad Deum referatur, sic datur virtuti à Deo præmium ex congruo, ratione promissionis diuinæ, & non
Luc.17. ex condigno, quia scriptum est. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, quia serui inutiles sumus, id fecimus, quod facere debuimus. Reuertentes igitur ad propositum, quidam cadunt sub actu distributiuæ iustitiæ ex demeritis, vt puniantur, vel in temporalibus siuè sint bona fortunæ siue bona naturæ, vt corporis, filiorum, amicorum, & huiusmodi. quæ sunt bona naturæ. In bonis fortunę vt acquisitis vel acquirendis diuitijs, honoribus, dignitatibus, & huiusmodi. Et in his ad tempus vel exterminatiuè, sicut in parte annotauimus in sermone, quomodo vnus puniatur pro peccato alterius, siue in bonis spiritualibus, vt cum dantur exigentibus demeritis in reprobum sensum, aut in inquietudinem mentis, aut in damnationem animę, & quandoque duplici contritione, vt psalmus dicit conteruntur, secundum occulta & profunda iustissimaque diuina iudicia, quæ sibi soli nota sunt, notificanda tamen in iudicio, vbi omnibus patebit iusta eius iustitia condemnatiua, & punitiua in malos. De huiusmodi est plena sacra scriptura. Nam iustè per peccatum primorum parentum mors intrauit in mundum ratione suæ superbię. Merito in diluuio ex corruptione omnis carnis mundus perijt. Merito ex iniquitate sua Sodoma & cæteræ eius ciuitates sunt submersę. Merito Pharao ex obstinatione in mari rubro cũ suo exercito perijt. Merito Babylonis ædificatio superba linguarum diuisionem habuit, vt se adinuicem non intelligerent. Merito Hebræi plures in deserto murmurantes contra Deũ & Möysen ac Aaron, sunt exterminati. Merito per totum Iudicum librũ, & quatuor libros Regum Hebræi captiuati sunt. Merito post captiuitatem Babylonicam etiam per Titum & Vespasianum exterminati sunt. Et tu practica de alijs similibus. Similiter quo ad damnationem animę, meritò Hebræi ingrati damnantur, qui dixerunt in Christi morte sanguis eius super nos. Idem de Iuda, idem de Epulone, idem de inuitatis non venientibus ad nuptias, & de non veniente cum veste nuptiali ad easdem nuptias, qui datus est tortoribus, idẽ de fatuis virginibus, quibus clausa est nouissimè ianua. Idem de condemnandis in iudicio vniuersali, & de similibus. Practica, habes latum campum. Et similiter sicut nullum malum impunitum, ita nullum bonum irremuneratum, siuè temporaliter sicut accidit in obstetricibus Hebræorum, siuè æternaliter, sicut prouenit illis, qui in vinea domini operantur. Quorum diuersitas est infi- Heb.11.
nita. De quibus Paulus, sancti per fidem vicerunt regna, & cætera, & de sanctis in communi lege lectiones in festo omnium Sanctorum, ibi inuenies secundum diuersitatem sanctorum diuersas retributiones. Practica insuper de obseruantibus præcepta & consilia Christi, de octo beatitudinibus. Qui omnes testimonio fidei probati inuenti sunt, sicut etiã ostendit Euangelium de iudicio vniuersali, in quo opera meritorum discussa æterna benedictione remunerantur. Quilibet igitur in timore stet, quia nescit quo lignum suum cadat. De hac Dei iustitia distributiua, vide si vis Sanctum Thomam prima parte quæstio.21.

¶ Tertio aliqui cadunt sub actu liberalitatis diuinæ, quæ nullum meritum præsupponit irremuneratũ, sed mera sua liberalitate condonat. Sicut quòd nos rationales creauerit, compotes Angelis, ac capaces beatitudinis fecerit. Quod beatam Virginem

nem in matrem elegerit. Quod Iacob ab æterno dilexerit antequam quidquam boni fecerit. Quod aliquibus bona temporalia, vel spiritualia supererogauerit. Et tu practica de huiusmodi pro libito, habes latum campum. Vnde contra murmurantes operarios qa æqualiter remunerati sunt etiam vndecima hora venientes in vinea Domini laborare, dicitur à patre familias, amice non facio tibi iniuriam, & cæt. aut non licet mihi quod
Matth. 20. volo facere? &c. Hæc omnia ostensa sunt in primo sermone in Gedeonis historia. Quia Deus ex misericordia voluit per Gedeonem liberare popu-
Iudic. 7. lum à captiuitate Madian. Insuper ex sua liberalitate in paucis, vt 300. viris, contra ferè infinitam multitudinem, Hebræis victoriam dederit. Insuper ex iustitia puniuit Madianitas infideles, populo Dei in opprobrium diuinum insultantes, & sic exigente etiam Dei iustitia distributiua, timidi & trepidi corde, & qui plexo poplite, vt vecordes & pigri, ad præliū spirituale figuratum per eos, sunt exclusi. Et animosi ac soliciti, & fortes in his quæ sunt honoris Dei, & qui temporalibus vtuntur tanquam non vtentes, quique sic transeunt per bona temporalia, vt non amittant æterna, sunt admissi, & cæt. Et si dices quare hic sub misericordia cadit Dei, ille sub iustitia, & ille sub liberalitate? noli hæc cogitare, si non vis errare, sed si nondum traheris, ora vt traharis. Et sic satagite vt dicit Sanctus Petrus fratres, vt per bona opera vestra certam vestram vocationem & electionem faciatis, quia in veritate dicit sanctus Petrus comperi, quia Act. 10.
Deus non est acceptor personarum, sed in omni gente, vel populo qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Vide sanctum Thom. super Epist. Pauli ad Rom. 9. Et prima par. quæst. 23. artic. 5. Vbi declarat quòd merita præscita in homine à Deo, non sint causa prædestinationis, sed solum liberalitas diuina. De omnibus prædictis psalmus decantat dicens. Psal. 102.
Benedic anima mea domino & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua, faciens misericordias dominus, & iudicium omnibus iniuriam patientibus, & cæt.

Ad hæc & in principio recitatam & figuratam historiam potes applicare, &c.

SERMO

SERMO QVINQVAGESIMVS VIII.

VERI CHRISTIANI A FALSIS distinguntur & eorum sacrificia. Tanguntur & audatia prædicatorum in prauos homines; & mores principum, quos mentiuntur populi; & conditiones sacrificiorum docentur, vt ipsa DEO accepta sint.

3.Reg. 18. AChab Rex venit I occursum Heliȩ iratus dicens ei. Tu es qui conturbas Israel? Respondit Helias. Nō sum ego, sed tu & domus patris tui, qui dereliquisti mandata Domini, & secuti estis Baal. Et fecit sibi Helias congregare prophetas Baal ad montem Carmeli, vt ibi ipsi sacrificent sacrificium Baal, & Helias Deo suo, & cuius sacrificium igne misso cœlitus ad inuocationem sui Dei consumptus erit, ille Deus verus est. Et ibi habes, quomodo Deus odoratus est sacrificium Heliæ igne de cœlo misso super eius sacrificium vsque ad consumationem lapidum, altaris, bouis incisi, & aquarum ibi infusarum.

In hac historia moraliter interpretata habetur audacia Dei prȩdicatoris zelantis legem Dei contra malignitatem & tyrannidem principum. Insuper habetur, qui sunt deuoti & martyres diaboli, & qui sunt veri Dei cultores, quorum oblatio est accepta coram domino.

¶ Achab Rex Israel prauus tyrannus & transgressor legis diuinæ, qui solo nomine militat Christo, & toto corde diabolo, denotare nobis potest omnes similes de quo sapientia. Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Prou. 28. Hi plurimum persequuntur dicentes eis veritatem, & per maximè Dei prædicatores eis vitia sua exprobrantes, de his est plena sacra scriptura. Vide interpretationem nostram super Euangelium de vinea patris familias locata agricolis. Sed quia dictum est Hierem. Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi, ne formides à facie eorum. Nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum super omnem terram Regibus Iuda & principibus eius, & sacerdotibus, & omni populo terræ, & bellabunt aduersum te, & non præualebunt, quia ego tecum sum ait Dominus, vt liberem te. Et ideo contra tales volentes sibi loqui placentia, vt Isaiæ dictum est, loquimini nobis placentia, dicendū est audacter, id quod Michea dixit eidem Regi Achab, volenti q̃ sibi loquatur placentia, sicut adulatoriè falsi prophetæ ei loquebātur. Verè loquar, quicquid mihi Dn̄s locutus fuerit. Et quod ipse Helia eidē. Non ego & cæteri Dei p̄dicatores

Hierem. 1. Audatia p̄dicatorū in prauos.

3. Reg. 22.

3. Reg. 18.

 praui-

prauitates vestras detegentes, & reprobantes, ac arguentes ex parte Dei conturbamus domus Israel, sed potius pacificamus, dum ad Dei culturam populum inuitamus, sed tu & domus patris tui, qui dereliquisti mãdata Dei, & secuti estis Baalim, idest imitamini patrem vestrũ diabolum, qui nũquam in veritate stetit, sed est pater mendacij, & homicida ab initio fuit. Nã propter peccata veniunt aduersa, & prauus princeps super populum, est ira Dei super eundẽ, quoniam dicit Iob, facit regnare hypocritam super terrã propter peccata populi. Addidit furor domini irasci contra Israel, commouitq; Dauid, scilicet permissiuè in eis, Vt numeraret populum, scilicet ex elatione, propter quod graui peste in tribus diebus mortui sunt de populo septuaginta milia virorum, &c. dixit Achor Holoferni principi Nabuchodonosor Deus Hebræorum odit iniquitatem propter quam totiẽs suum populum exterminationi exposuit. Et quia scriptum est. Iudex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit. secundum iudicem populi sic & ministri eius, & qualis rector est in ciuitate, tales & inhabitatores in ea. Rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates inhabitabũtur per sensum prudentium. Et Prouerb 29. princeps qui libẽter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios, & cũ impij sumpserint principatum, gemet populus. Nam inuenimus per totam sacram scripturam, ex bonitate & sanctitate regum, populus permanebat in Dei cultura & deuotione cum reges in huiusmodi declinarẽt, populus sequebatur eos. Hoc inter alia habemus in rege Ioas primo bono existẽte sub regimine optimi pontificis Ioiadæ cũ populo suo, sed post mortem Ioiadæ cum populo suo ad idolatriam est versus, & ipse cum populo, reprehendente Zacharia, inter templũ & altare, iussu regis à populo est lapidatus. Hoc idẽ experientia videmus temporibus nostris, quales principes, tales & populi eius. Sic & populus Hebreorũ sub Achab idolatra claudicabat vtroq; pede, Deum & idolum Baal adorando, sibique sacrificia offerẽdo. In populo Hebræorum erant quidam vtroq; pede claudicantes, quia Deum verum cũ Baal idolo adorabant, eisq; sacrificia offerebantur, qui denotare possunt apud nos, christianos, de quibus dicitur qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, hic mendax est, & in eo veritas non est. Et sunt isti de numero horum, de quibus dicitur. Qui offert sacrificiũ de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris. Et omnes raptores, latrones, vsurarij, quoniam dicitur. Panis egentiũ est vita pauperis. Isti enim quandoq; constituunt missas & anniuersaria, & ædificant capellas, de quibus. Victimæ impiorum abominabiles Domino, vota iustorum placabilia. Et de his, vnus orans, & vnus maledicens, vt pauper offensus, cuius vocẽ exaudiet Deus? Isti verè offerunt sacrificium Deo & Baal. Sunt de his vindicatores & discordias tenentes, qui dicunt quotidie Deo, & dimitte nobis, & ex alia parte, vt dicit S. Ioannes, sunt homicidæ, quia qui odit fratrem suum homicida est. Contra hos dicitur. Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam? Sunt de his & cõcubinarij ac adulteri & meretrices & alij carnalitatibus dediti, de quibus. Qui baptizatur à mortuo, idest lauatur ab immunditia & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterũ eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet? Item sunt de his cæteri impenitentes, vel timore pęnarum pœnitentes, & non ex abominatione peccati. vt Antiochus, de quo orabat autem hic scelestus dominum, à quo non erat misericordiam cõsecuturus. Et ibi in fine capituli. Igitur homicida & blasphemus pessimè percussus misera-

Marginalia: Ioan. 8. — 2. Reg. 22. — Iudith 5. — Eccl. 10. Populus imitatũ mores suorũ principũ. — 2. Para. 24. — Sacrificia prauorum odit Dñs. — 1. Ioan. 2. — Eccl. 34. — Prou. 15. — Eccl. 35. — Eccl. 28. — Eccl. 34. — 2. Mach. 9.

miserabili obitu in montib. vita functus est. Et apud sanctum Gregorium in quarto Dialogo. Grysarorus voluptuosus, & vanus, in morte inducias petijt à Domino pœnitentię, quas nó est consecutus. Et de his omnibus &
Eccl.34. similibus Ecclesiast. dicitur. imolantis ex iniquo oblatio est maculata, & non sunt beneplacitæ subsannationes iniustorum, nec dona iniquorum probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Et de immundis dicitur.
Mich.2. Surgite & ite, quia non habetis hic requiem. Propter immundiciam eius corrumpetur putredine pessima. Et de Pharisæis ac omnibus similibus
Matth.23. Christus dicit. Væ vobis scribæ & Pharisæi, qui mundatis quod de foris est calicis & paropsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia. Pharisæe cęce munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat id
Leuit.15. quod de foris est mundum. Docebitis ergo filios Israel, vt caueant immundicias, & non moriantur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculum meũ, quod est inter eos. De odijs
Isai.58. & vindictis ac discordijs affectis, populus lamentatur quare ieiunauimus & non aspexisti, humiliauimus animas nostras & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur volũtas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiuna-
Matth.6. tis, & percutitis pugno impiè. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. De his
Agg.1. etiam omnibus. Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum & intulistis parum, comedistis & nó estis satiati, bibistis & non estis inebriati, operuistis vos & non estis calefacti, & qui mercedes congrega-
Hierem.6. uit, misit in sacculum pertusum. Vt quid mihi thus de Sabba affertis, & calamum suaueolentem de terra longinqua? holocausta vestra non sunt accepta & victimę vestræ non placuerunt mihi. Ecce hic offerebant isti idolatrę Baal, sicut comes Auersanus Tyrannus, in sua deuisa ponens in altera parte pectoris Christum cum manu & breui. Si tu me non vis, & in fimbria diabolum intextũ cum manu & breui, iste me rogat. Sic fecit & Saul, quia Deus sibi responsa nó dedit propter suam auaritiam, & inobedientiã, & tyrannidem, conuertit se ad Phytonissas quærendo ab eis futurum omen. O quanti cum istis lanceolis vt 1.Reg.28.
in confraternitatibus consuetudinis est se incidunt, & idem faciunt plurimi, die veneris sancti, armati circa Sacramentum vigilantes, & similes. Isti verè nisi ex corde pœnitent sunt martyres Baal, & non Dei, quia Psal. Psalm.50.
dicit, sacrificium Deo acceptum spiritus contribulatus, & cor contritum Deus non despiciet, & in fine, tunc acceptabis sacrificium iustitię, oblationes & holocausta. Et Isai. dicit. Post- Isai.1.
quam dixit, quòd Deus non acceptat oblationes & sacrificia & solemnitates eorum, sed sunt sibi odiosa & molesta, tamen concludit acceptationem eorum fore, dum dicit, lauamini mundi estote, auferte mala cogitationum vestrarum ab oculis meis, discite benè facere, & quiescite peruerse agere, &c. & venite & arguite me, si fuerint peccata vestra sicut coccinum, mox sicut nix dealbabuntur. Aliter di- Prouer. 1.
citur, tunc inuocabunt me & non exaudiam, mane consurgent & non inuenient me, eo quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersę correctioni meæ. Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consilijs saturabuntur. Deinde veniamus ad sacrificium iustorũ, quorum vota approbat Deus, qui hic gerunt similitudinem Heliæ pęnitentis & in magna austeritate viuentis, Deumq; ex corde colentis, eiusque legis zelatoris. Qui vt suum sit sacrificiũ Deo acceptum

Sacrificiũ iustorum quale debet esse.

Digitized by Google

hæc obseruauit, mysticè ea nobis seruanda dans formam. Primo accepit duodecim lapides iuxta numerũ duodecim tribuum Iacob. Secundo ex his duodecim lapidibus ædificauit altare in nomine Domini. Tertio composuit ligna super altare. Quarto diuisit bouem per membra ponens illum super ligna. Quinto fecit aquęductus quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris. Sexto fossam effodit circumquaque. Septimo fecit tribus vicibus quatuor hydrias aquę effundere super sacrificium, ita quòd totum sacrificium aquis coopertũ est. Octauo humiliter genuflexus est, & fecit orationem suam. Et in his ostenduntur moraliter conditiones perfectæ acceptabiles sacrificij Christiani. Primo requiritur ad verum sacrificium & orationem deuotam fides, vt dicit sanctus Paulus, quia sine fide impossibile est placere Deo. Et Christus qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit Et in fide christiana sunt 12. articuli credendi, hic signati per duodecim lapides. Ex quibus componitur altare in nomine Domini. Hoc enim altare compositum ex articulis
Oseæ 2. fidei est anima nostra, quam Deus desponsat in fide, spiritualiter ædificata & ornata talibus articulis. Et hoc altare debet Deo dedicari, quia
Eph. 5. sanctus Paulus ad Eph. dicit, siue comeditis, siue bibitis, siue in verbo & opere quidquam facitis in nomine Christi. Et sic anima nostra erit benè formata sanctificatione gratiæ Dei.
1. Cor. 3. S. Paulus ad Corinth. dicit. Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet eum Deus. Templum enim Dei
2. Cor. 6. sanctum est, quod estis vos. Vos enim estis templum filij Dei viui. Vide si vis reliquum capitulum. Debent poni super hoc altare Domino consecratum, idest super animam nostram ligna, idest crux Christi, quæ vt fertur, fuit composita ex palma, cypresso, & oliua, ac cedro. Vel quia vna pars crucis erat longa, alia lata per latera, & supra crucem inscriptio Iesus Nazarenus, & sub pedibus pedale cui firmabãtur pedes confixi. Et designat quòd verus Christianus consecratus Domino per fidem baptismalem debet se crucifixo conformari per deuotionem & transformationem ad cru-
cem, modo quo Paulus dicit. Stygmata Christi porto in corpore meo, & Galath. 6.
iterũ mihi viuere Christus est, & mori lucrum & nos prędicamus Christũ crucifixum, Iudeis quidem scandalũ, gentibus stultitiam, nobis autem Dei virtutem & Dei sapientiam. Et mihi absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, &c. Et hæc crucis Christi signatio figurata est apud Eze 10. in thau scriptum in fronte gementiũ sua & populi peccata, quod erat in modũ crucis. De hac cruce dicit Ambrosius, ꝙ Christus in testamẽto suo in cruce pendens verè pœnitentibus
crucem cõmendauit. Et Christus di- Matth. 16.
xit, qui vult venire post me, semetipsum abneget, & crucem suam tollat, & sequatur me. Bos in frusta incisus & positus super ligna significat opera pietatis amore crucifixi facta, de quibus Chrs. Qui dederit calicem aquæ in nomine meo, nõ perdet mercedem. Vnde debemus ea diuidere in proximos secũdum necessitatem ipsorum. De his operibus pietatis vide nostrã concionem de eleemosyna & expositionem super Euangelium 6. feriæ Cinerum in secunda parte. Et præparemus super hæc aquam contritionis, & doloris peccatorum, quia secũdum Bernar. aqua lachrymarum mollificat iram Dei, sicut Dauid faciebat in sua
pœnitentia dicens, lachrymis meis Psalm. 6.
stratũ meum rigabo. Et debemus amouere omne impedimentum, sicut in aquæductu, ꝙ aqua lachrymarum cooperiat nostrum sacrificium, vt puta remouendo lapides superbiæ & odij, fęces luxuriæ, trabes inuidiæ, spinas auaritiæ, & similia. Et frãgere duram petrã obstinationis. Et effodere debemus ipsis lachrymis, nostrã profundã

capa-

Digitized by Google

capacitatem per sanctam humilitatem cum publicano, qui in lachrymis suæ humilitatis profundè fuit iustificatus. Et non sine mysterio, hic quatuor hydriç aquarum ter fuerunt effusæ, quia in vera lachryma & contritione quatuor sunt necessaria. Primo debemus effundere lachrymas,
Thren. 2. quia Deum offendimus. Scito & vide quàm malum & amarum est, te dereliquisse dominum Deum tuum, & non esse timorem eius apud te dicit dominus. Secundo quia animam tam pulchram quam Christus precioso
Thren. 4. sanguine redemit, deformasti, denigrata est super carbones facies eorũ, & non sunt cogniti in plateis, scilicet Ecclesiæ militantis & triumphantis. Tertio quia derelicto Deo patre, cum
Hierem. 1. prodigo Diabolo adhæsisti. Obstupescite cœli & portæ eius desolamini. Duo mala fecit populus meus. Me enim dereliquerunt fontem aquæ viuæ & foderunt sibi cisternas, quæ aquas continere non possunt. Quarto quia proximum mala vita & prauo exemplo scandalizauisti, sicut di-
2. Reg. 17. ctum fuit, Dauid adulteranti & homicidæ, quia fecisti blasphemare nomen Domini inimicos. Et quia per peccatum te à societate Angelorum
Hier. 51. separasti. Curauimus Babylonem, & non est curata, ideo relinquamus eam. Et trina infusio significat, quia bonus Christianus de mane surgens, & infra diem, & de nocte, ante dormitum, debet lachrymas contritionis habere. Vnde & Psalmus dicit me- Psal. 118.
dia nocte surgebam ad confitendum nomini tuo domine. Et trina debet esse, quia pœnitentia vera est præterita mala plangere, & in præsenti committenda vitare, & habere bonum propositum cum Dei adiutorio perseuerare, cum satisfactione debita obligandorum. Et dicas audacter cum humilitate genuflexus ratione reuerentiæ ad Deum cum Helia. Deus Abraham, idest te timentium, Deus Isaac, idest in te sperantium, Deus Iacob, idest abstinentium amore tui à peccatis, exaudi orationem meam, vt tibi sit acceptabile sacrificium meum ad honorem nominis tui. Et sic verè descendet ignis amoris diuini super sacrificium tuum, sicut hic, & super sacrificium iusti Abel, & acceptabit omnia vota tua. Psalm. Quia cor contritum Psalm. 50.
& humiliatum Deus accepta t. Hoc est potissimum Domini sacrificium, super hęc vide si vis Eccl. 21. & 17. qa pulchra ibi ad propositum posita sunt.

Digitized by Google

SERMO QVINQVAGESIMVS IX.

DIGREDITVR CIRCA DISPOsitionem totius creaturę in ministerio erga homines, vel puniendos, vel remunerandos, vbi & de Angelorum officio, & de ministris iustitiæ Dei, & de eorundem punitione.

Dicitur Sapientiæ 16. Creatura enim tibi factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus iniustos. Et lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt. Idcirco dominus in scriptura se nominat dominum & Deum exercituum, quia ad nutum eius tota creatura armat se in vltionem inimicorum suorum, Sapient. dicitur. Et ad nutũ eius deponit arma sua, quia imperat ventis, & facit tranquillitatem. Isai. dicam aquiloni da, & austro noli prohibere. Et Ecclesiast. 16. cap. Non dicas à Deo abscõdar, & ex summo quis mei memorabitur? in populo magno non agnoscar. Quæ enim est anima mea in tam immensa creatura? Ecce cęli & cœli cœlorum, abyssus & vniuersa terra, & quæ in eis sunt in conspectu illius commouebũtur, montes simul & colles, & fundamenta terræ, & cum conspexerit illa Deus, tremore concutientur, & multa ibi de hoc dicit.

Sap. 5.

Isai. 43.

¶ Super hæc, hoc mane prædicantes principaliter videbimus, quomodo omnis creatura administrat in beneficia conferendo homini, & in punitionem malitiæ eius.

Creatura Dei quadruplex.

Est enim creatura Dei in quadruplici differentia. Quædam purè spiritualis vt angeli boni & mali. Quędam corporalis habens tantum esse, aut insuper & vegetari vt arbores, & super hanc sensibilis. Quædam autem corporalis & intellectualis vt homo, omnes hæ creaturæ vltra suum ordinem naturalem ad quem sunt institutæ, sunt etiam administratoriæ Dei iustitiæ circa hominem in speciali, tam in conseruationem, quàm in interitum eius propter sua peccata. Et primo dicamus de bonis Angelis, quoniam secundum Paulum ad Heb. dicitur. Non ne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? Nam quidam Angeli dati sunt, vt per eorum administrationem fiãt miracula, vt qui sunt in ordine virtutum. Quidam vt coerceant spirituum malignorum potestatem, vt potestates, quidam vt sint in custodiam regnorum, & ciuitatum, vt dominationes. Quidam qui sunt ordinati ad executionem Sacramentorum diuinorum, vt Archangeli. Quidam in custodiam particularem hominum, vt Angeli qui sunt de infimo choro. Primi autem quatuor ordines, vt Seraphim, & Cherubim, Throni, & Dominationes, sunt secretarij diuini semper sibi assistentes, & docentes, & illuminantes inferiores Angelos ad exequendum Dei voluntatem, de quibus ipsi edocti & illuminati immediatè sunt à Deo,

Hebr. 1.

De officijs Angelorũ.

à Deo, quoniam Deus vt dicit Dionysius, inferiora disponit per media. Sed dices an Angeli particulares qui dati sunt omnibus hominibus secundum Hieronymum à natiuitate, deserant quandoque homines à sui custodia? Ad quod respondet Albertus Magnus in compendio suo, quandoque Angelus desistit ab actuali custodia ab homine obstinato, paratus tamen redire ad eum & custodire, si voluerit redire ad Deũ. Quoniam nunquam deseritur homo ex toto ab Angelis, Et sanctus Thom. in prima parte dicit, quòd Angelus interdum desistit, & dimittit hominem, sicut Deus, non tamen præsentia, sed effectu. Et hoc Dei iudicio, vt patet de ingratis, de quibus Christus. Quotiens volui congregare pullos tuos sub alis, & noluisti? ideo relinquetur domus vestra deserta. Vel quia nos ipsum à nobis expellimus, sicut Iob dicit de impijs, dixerunt impij Deo suo recede à nobis, viam scientiarum tuarum nolumus, S. Paulus ad Rom. dicit. Propter quod tradidit eos Deus in desideria cordis eorum. Insuper dicit sanctus Thomas, quòd Deus obstinatis & infidelibus dat Angelum in custodiam, vt nulli deficiat in necessarijs ad salutem, & vt à malo arceantur, cum in eis dæmõ habeat potestatem, qui numquam in veritate stetit, eosque ad magna mala faciendi & nocendi alijs incitaret, nisi impediretur ab Angelo custode eorũ potestas & mala voluntas ad malum. Practica hic de Turchis & Antichristo, & cætera. Hoc ostensum est Numeri 22. & 23. in Angelo impediente Baal maleficum, ne diabolica concitatione in maledicendo noceret populo Dei, Psalmus. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Et dicit sanctus Dionysius. Angelorum ad nos sunt tres actus, scilicet purgare, vt videlicet sint apti ad recipiendum diuina. Postea purgatos illuminant in phantasia & in intellectu ipsorum, vt intelligant quæ per Angelos Dominus ei communicauit. Deinde accedunt tales in voluntate per affectum, vel efficiendo, vel excitando, vel mouendo, vel adiuuando, vel confortando executiuas potentias ad actum exercitij & ad effectũ. Et communiter Angeli sunt administratores tam in salutem spiritualem quàm temporalem & corporalem hominis, cum sint nostri conserui, vt dicitur Apocalip. quorum non est nocere amicis & custodibus suis. Tamen quia & ipsi sunt executores quandoque iustitiæ diuinæ, interdum Deus punit malos per bonos Angelos, sicut ostensum est, Genes. Quando Angelus subuertit Sodomam & quatuor alias eorum ciuitates. Et Angelus Domini percussit primogenita Ægyptiorum intactis Hebræis. Et Angelus Domini tempore Dauid peste occidit septuaginta millia virorum. Et Angelus Domini percussit de exercitu Senacherib centum octuagintaquinque milia virorum, vt habetur Isai. 37. Et Angelus Domini subuertens Anthiochiam propter peccata hominũ in ea, solum saluauit vnum eleemosynarium, præmonens eum quòd exiret inde. Et tempore stragis maximæ Gregor. Papæ, Angelus Domini visus est euaginato gladio stare super castrum sancti Angeli. Vide historiam in eius legenda. Et apud Danielem, Angelus qui datus est in punitionem Hebræorum retinendorum apud Persas, prohibebat Angelum eorum ne à captiuitate liberarêtur. Et hoc ex eo quia de voluntate diuina in liberando eos, non erat sibi reuelatum. Dan. De hoc Psalm. Fiant viæ illorum tenebræ & Angelus Domini persequens eos.

Angeli qñq; desistũt ab hoïs custodia.

Rom. 1.

Psalm. 90.

Apoc. 19. Angeli boni sunt qñq; administratores in puniendo prauos.

Gen. 14.

2. Reg. 22.

Dan. 10.

Psalm. 82.

Insuper & Angeli boni interdum relinquunt ciuitatem sibi datam in custodiam propter peccata eorum, vt habetur Hierem. 51. ca. Vbi dixerunt Angeli secundum glosam. Curauimus Babylonẽ, & non est sanata, ideo relinquamus eã, & vnusquisque nostrum eamus in terram suam. Quoniam

Digitized by Google

niam peruenit vsque ad cœlos iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes. Practica super hoc ô quàm malè est ciuitati & prouinciæ à qua propter confusionem vitæ suæ Angeli recedunt, quia tunc datur in manibus diripientium eam, vt plene Isai. dicit post multa. Et relinquetur filia Syon, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, sicut ciuitas, quæ vastatur. Dæmones insuper sunt administratorij diuinę voluntatis. Quandoq; ad nostrum exercitium & maius præmium, quandoque in pœnam prauorum in hac vita initiatiuè, & post mortem æternaliter. Quoad primum sunt dati hominibus in tentationem ad exercitium & maius præmium bonorum. Primo quo ad exercitium, quia dicit Iob. vita hominis militia est super terram, quia caro, mundus, dæmonia diuersa mouent prælia. Sed non sunt timendi, sed cum eis viriliter confligendum. quia plures sunt nobiscum quàm cum illis, dixit Helisæus puero suo. Et vidit puer militiam Angelorum aduenisse in auxilium eorum. de his vide nostram concionem, an æqua sit conditio nostra cum pugna diabolica in tentatione. Insuper dati sunt nobis in exercitium sicut filijs Israel sui confinatores. Iudic. dicitur. Deus dimisit gentes Amorræorum, vt in eis erudiret Israelem. Sic & sanctum Iob ex permissione diuina ad suum maius meritum permisit tentari Deus per Sathan in substantia & bonis fortunæ, in filijs suis & sua persona, nec tamen stultum aliquid labijs suis locutus est Iob contra dominum. Sic & Paulus permissus est tentari graui stimulo, & dictum est sibi pro eo auferendo oranti, sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Quandoque dæmon permissus tentat hominem propter sua peccata, vt corruat sicut fuit permissum diabolo, vt sit mendax propheta in ore prophetarum ad decipiendũ Achab peruersum persecutorem sanctorum prophetarum in suum interitum, vt habet tertio Regum vlt. cap. vide historiam. Et Prouerb. 17. cap. quòd semper iurgia quærit malus, Angelus autem crudelis mittetur contra eum. Practica super hæc & similia. Quod autem flagellet Deus etiam in hac vita per eos prauos ad interitum sicut sanctum Iob ad sui meritum tam in possessionibus quàm in bonis fortunæ ac filijs suis, & in propria persona, blasphemos, maledicos, adulteros, immundos, maximè qui sunt de semine Sodomorum, concubinarios, seminantes inter fratres discordias, & tu practica de similibus, & alijs obstinatis, hæc non egent probatione. Quoniam si in viridi facit, dum in sanctos Dei auidus est manus inijcere, quid faciet in aridis, in quorum interitum habet pleniorem potestatem? Et vt dicit Christus, Ioan. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Et dicit sanctus Augustinus, quòd aer plenus est dæmonibus, & ipsi concitãt in aere imbres, & tempestates, & tonitrua, & fulgura, & cætera, ad destruendas possessiones & domos, modo quo concitauit ventum calidum de terra, & ad ruinam deduxit domum Iob cum filijs & filiabus suis. O quot insuper fascinantur etiam sine remedio diabolica ligatione per mulieres & similia, exigentibus eorum demeritis. Et de hominibus his Christus dicit. Diabolus reuertens per recidiuum in hominem assumit septem spiritus nequiores se, & habitant in eo, & fiunt ei peiora nouissima prioribus. Cætera omitto dicenda circa huiusmodi, quoniam pergrandem potestatem dæmon in prauis possidet. quia Christus dicit, Ioannis octauo capitu. Qui facit peccatum seruus est peccati, à qua seruitute non potest liberari nisi per filium Dei. Et extende te ad vtrunque sexum, maximè ad eos qui à diabolo & diabolicis

viris

Isai. 1.

Dæmones qñq; ĩ bonũ, qñque in malum hoíum administrãt.

4. Reg. 6.

Iud. 4.

Ioan. 8.

Matth. 12.

Digitized by Google

viris per phytonissas & alias diabolicas superstitiones subsidia, auxilia, & similia quærunt pro se & suis filijs in interitum ipsorum & spirituale, & corporale. Quia quæ malo innituntur sunt principio, non possunt bonum finem sortiri. Insuper quòd tradantur praui post mortem tortoribus infernalibus, hoc testimonia Christi ostendunt, vt in adueniente ad nuptias sine veste nuptiali. Qui iubente patre familias &c. missus est in tenebras &c. Et idem in seruo ingrato, cui totum debitum fuit dimissum, & ipse tamen suffocabat crudeliter cōseruum suum & misit in carcerem propter paruum sibi debitum, propter quod datus est tortoribus. Et Christus breuiter in immisericordes & alios impios in iudicio concludit. Ite maledicti in ignem æternum, paratum Diabolo & Angelis eius. Tu autem his adde, quanti in desperationem in morte sunt prolapsi, ex varijs apparitionibus horribilibus dæmonum. Iob venient super eū horribiles. Infernus etiam & damnati ibi existentes, ac etiam purgatoriū & purgandi in eo, sunt ministri iustitiæ diuinæ, dum ibi iustitia diuina habet effectum, & ad prauorum in hoc mundo terrorem, audientium per reuelationes factas, & per Christi confirmationem obstinatorum, & damnatorum horrendas pœnas, vt & ipsi caueant. Quoniam horrendum est incidere in manus Dei. Nā oderunt peccare mali formidine pœnæ. Ideo & diues Epulo dixit Abrahæ mitte Lazarum ad fratres meos, vt ipsis meam damnationem denuntiet, ne veniant in hoc genus tormentorum. Sunt & sancti in Paradiso ministri iustitiæ diuinę contra insensatos, & suos ac sanctorum persecutores, quia etiam ipsi super persecutores suos iniustos a Deo quęrunt vindictam non ratione iræ, sed vt iustitia Dei habeat locū in prauis, & non regnet regnum peccati & nequitiæ. Vnde Psalmus. Lętabitur iustus cum viderit vindictam, congratulando Dei iustitiæ iuste punientis, siue temporaliter, siue æternaliter prauos, de his Apoca. 6. vidi animas interfectorum propter verbū Dei, & propter testimoniū quod habebant, & clamabant voce magna dicentes. Vsquequo Dominus sanctus, & verus non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum, de his qui habitāt in terra? Et hoc intellige quia sancti desiderant conuersionem se persequentium per pœnas vel confusionem aliquam eis a Deo illatam, vt sic confusi per iustitiam diuinam veniant in recognitionem suam, sicut euenit Manasse regi Iuda. Qui sanguinem innoxium fudit multum nimis, donec impleretur Hierusalem vsq; ad os, &c. Et propter sua peccata captus ab Assyrijs & carceri mancipatus, tamen ibi super se rediens, per magnam contritionem reuersus est ad Deum, vt habes. In sua oratione. Et restitutus gratia Dei in pristinum statum ita vitam in melius mutauit, vt esset admirationi toti populo. De his Psal. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Sic etiā iusti in hoc mundo idem exorant in suos aduersarios, quasi administratores diuinæ iustitiæ super prauos, vt conformēt se suæ voluntati, quę vult nullum peccatum fore impunitum. Insuper etiam praui maximè tyranni in sanctos martyres sunt permissiuè administratores diuinæ iustitiæ, quæ ex malo tyrannorum elicit bonum Ecclesiæ, & meritum martyrum. Nisi.n. esset Diocletianus & Traianus crudelis in Christi membra, Ecclesia Christi non haberet tantam gloriam, & ornatū ex suis testibus martyribus, nec etiam sancti martyres tantam gloriā & meritum suę fidei, & patientię pro Christo, vt dicit sanctus Paulus. Persecutio enim Pharaonis, & induratio eius fuit occasio mirabilium operum Dei, & salutis Hebræorum, quamuis transierint per ignem & aquam, idest per multas tribulationes, & pericula, & per hæc educti sunt in refrigerium. Psal. Imposuisti homines super capita no-

Matht. 22. Matth. 18. Matth. 25. Dānati cū inferno & purgādi ī purgatorio sūt ministri diuinæ iustitiæ. Sancti in Paradiso sunt ministri diuinæ iustitiæ. Heb. 10. Luc. 16. Psal. 57. 4. Reg. 21. 2. Para. 36. Psal. 82. Praui homines etiā in bonos sunt administratores diuinę iustitiæ. Heb. 11. Psal. 65.

ta nostra, transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigeriũ. Insuper homines tyrannos, ac hypocritas facit regnare, vt dicit Iob, propter peccata populi, vt sint etiam ipsi ministri iustitiæ diuinæ. Vide ad propositum omissis alijs attestationibus sacræ scripturæ histo. 4. Regũ. 8. vbi Helisæus Dei ordinatione vnxit Azael seruum Benadab in regem Syriç post mortem instantem Benadab regis sui. Et ibi dicit textus. Quòd Helisæus turbatus est vsq; ad suffusionẽ vultus, fleuitq; vir Dei. Cui Azabel ait. Quare Dominus meus flet? At ille. Quia scio quæ facturus sis filijs Israel mala. Ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. Qui dixit. Nunquid ego canis sum domine, vt faciam rem istam magnam? Et ait Helisæus. Ostendit mihi Dominus te regem Syriç fore. Quasi diceret ei. Sicut ostendit mihi Dominus te regem Syriç fore, ita ostendit & mala quç in Israel facturus sis, lege totum capitulum Hier. 25. vbi dicit. Hçc dicit Dominus exercituum: Pro eo ꝙ non audistis verba mea, ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes aquilonis ait Dominus, & Nabucodonosor regem Babilonis seruum meum, & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes, quæ in circuitu illius sunt, ponam eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas. Vide reliqua. Sed postquam flagellauerit ad quos misi eum, postea ponã etiã eos & Babilonem in solitudines sempiternas. Vide ibi. De hoc Pamphilus de euangelica præparatione ꝑ pulchrè discurrit sententialiter. Postquam in ciuitatibus tantum fuerint multiplicata peccata, vt nulla legum reuerentia sit, tunc Deus non iniuria excitat tyrannos crudeles, præbens eis potẽtiam in sacrilegos, homicidas, adulteros, & alios impios, vt vi & crudelitate eos puniant, & dissipent. Qui quoniam non recto animi proposito, sed crudelitate commoti diuinæ voluntati subministrant, vt ignis consumpta materia demum extinguitur, sic & ipsi cum ciuitates prauas inanes hominum fecerint, tunc demũ in pernitionem incidunt. Quid autem miramur si tyrannorum interdum ministerio effusas hominũ iniurias Deus compescit, cum etiã sçpius non aliorum ope, sed per seipsum fame, terremotu, peste, alijsq; huiusmodi, quibus multas vrbes desolatas videmus, id factitet? Hçc ille. Ex quibus habetur ꝙ Deus vltra ꝙ per malos, & prauos tyrannos & infideles punit christianos, sicut Attila tyrannus rex dixit beato Lupo se esse flagellum Dei, practica de his, etiam ministras suæ iustitiæ alias infra hominẽ creaturas ordinat in vltionem inimicorum suorum vt patet Deuter. c. 28. & Leuiti. 26. vide ibi, quia & de his est plena sacra scriptura in historijs, & prophetis.

Praui homines etiã infideles postq̃ ꝑfecerint Dei volũtatẽ: quã prauo animo exercent, dissipant.

SERMO

SERMO SEXAGESIMVS.

RATIONIBVS, EXEMPLIS, AVCTORITATE scripturarum, & sanctorum testimonio, examinatur causa, qua Deus permittit regna, & templa Christianorum esse sub infidelium ditione.

LEgitur Hiere. 21. cap. de legatione Sedechiæ regis Iuda ad Hieremiam prophetã propter Nabuc. regem Chaldęorũ, qui expectabatur contra eos, & responsione Hieremiæ, quòd Deus debilitabit arma eorum, & tradentur in manus Nabuc.

¶Super hæc, hoc mane prædicabimus de causa rationabili, quare Deus tradit regna Christianorum infidelibus. Dic practice & de templis, ac violationibus eorum per infideles.

¶ Quæret hoc mane Christianus à me. Vel hoc accidit quia Deus non potest nos iuuare, vel quia non vult. Nõ potest dici quòd non possit, quia in ditione eius cuncta sunt posita, & nõ est qui possit resistere voluntati & potentię eius, per cuius imperium reges regnant. Nec est dicendum quòd nolit, quia dicit per prophetam. Perditio tua ex te est, salus autem ex me, & quia prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Ad quod respondetur, semper tamen dando honorem iustissimis secretis diuinis, quorũ causa a mortali homine quandoque non potest sciri, sed vt dicit August. quando venerimus ante tribunal Domini, cognoscemus causam iustissimam omniũ factorũ eius. Nihilominus quantum nobis permissum est ex sacra scriptura circa diuinas permissiones coniectari & ratiocinari dicimus, quòd & ratio recta & sacræ scripturæ, ac sanctorum attestationes hoc dicunt, vt propheta Isai. Non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat, neq; aggrauata est manus eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra abscõderunt faciem eius a vobis, ne exaudiret. &c. Et ratio horum, secundum naturales media sunt ordinata propter finem, ita quòd non existẽte fine desistunt etiam & media, vt si nõ est sanitas, nec est medicina opus ordinata ad sanitatem. Imo proijcitur facta, si non est opus ea ad sanitatem. Et ita exemplifica de omnibus artibus, quæ per media debita finem acquirunt. Nunc quæramus circa hominem eiusq; politicum, ac domesticum, & Ecclesiasticum statum. Quare ciuitates sunt ædificatæ? Dicimus secundum ethymologiam nominis, vt sit inter eos ciuium vnitas. Vbi ergo sunt discordiæ &c. vt quid media stabunt sine fine proprio? Quare in regnis reges sunt? vt secundum Deum regnent & iusta decernant, nec sint tyranni &c. nec extollantur super fratres, vt dicitur Deut. 18. p superbiã. Vbi ergo sunt sicut Leo rugiens & Vrsus esuriens super populum pauperẽ vt quid solium regni & sceptrum Dei teneãt? Deus enim colla superborum & sublimium humiliat, quia scriptũ est, deposuit potentes &c. Iudices ꝓpter quod sunt cõstituti? Vide Deut. vbi supra: Vbi ergo scribentes, & consulẽtes scribunt iniustitiam, & dicentes bonum malum, & malum bonum, dulce

Marginalia: Ester. 13. Oseæ 13. Psal. 44. — Isa. 59. — Prauitas christianorũ causa est omnis ruinę etiã templorũ. — Deut. 18.

Digitized by Google

dulce in amarum, & amarum in dulce conuertunt,& lucem in tenebras,& tenebras in lucem, & conuertunt iudicium in absinthyum, vt dicit propheta, vt quid terram, & Cathedram occupant? Et ita tu practica de omnibus artibus, vt æquilibra iustitia cũ proximo commercium exerceant, & tamen appensi in statera equitatis, vt dictum est Baldasar, minus habent,& quia pondus, & pondus mensura, & mẽsura est abominabilis coram Deo. Et descende ad omnem conditionem vtriusq; sexus. Necesse ergo est, vt destruatur corpus peccati, & fiat noua constructio. Similiter practica de omnib' Ecclesiasticis imitantib' prauos Pharisæos in cerimonialibus, intrinsecus autẽ sunt fetida sepulchra &c. Vere necesse est vt induantur confusione sicut diploide. De quibus vide ad longum Matth. 23. Quorum est ardere intus & lucere extra, sicut lucerna super candelabrum, & debent populum nutrire verbo & exemplo, & esse patres pauperum,& non voluptatum de patrimonio Christi. Contra quos vide Ezech.cap.34.per totũ. Et vide historiam ad propositum Isaiæ. 22.de Sobna proposito templi. Cui dictum est,quid tu hic,aut quasi quis tu hic? &c. Insuper cõtra põpas,&eorũ abominationes vide Isa.3.cap. &c. Necesse ergo est vt destruatur corpus peccati, & fiat noua ædificatio. Item propter quid factæ sunt Ecclesiæ, & instituta sacramẽta, & sacramentalia earum, nisi propter homines? Si ergo praui sunt homines, & eis abutuntur varijs immunditijs, & abusionibus suis &c. Nec dicas at malè tractantur per infideles &c. quoniam cum sacramenta, & sacramentalia sint sancta in se, quoad forma in eis remanet, non possunt vituperari per prophanos: nisi quo ad materiam: sicut nec radij solares transeuntes super feces. Benedictio enim illorum est spiritualis, sicut etiam nec hostia vituperatur nisi in speciebus exterioribus, quoniã Christus est in se inuituperabilis & incorruptibil is vitæ, in quem animus vituperantium prauus non possit. Vide de hoc pulchram histo 2 Mach. 5.ca. quia loca sunt propter homines, & non econuerso. Ideo etiam Ecclesiæ meritò ruinæ subiacent, vt sunt aliquid hominis. De his Ioannes ad prauos Pharisæos. Progenies viperarum. Matth.3. Iam securis est ad radicem arboris posita, omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignẽ mittetur. Et Christus maledixit ficulneæ sterili & statim aruit. Item vide Matth.21. Lucã. 13. vbi narratur mors Galilæorum, & ædificantium turrim. Et quibusdam dicentibus quòd hoc eis acciderit propter eorum peccata, Christus dixit non fuisse eos præ cæteris Galilæis aut Hierosolymitanis peccatores, ideo nisi, & ipsi penitentiã habuerint similiter peribunt. Et addit similitudinem de ficulnea sine fructu vt precidatur. Practica hanc historiã, quia est ad propositum ad multa. Cõparatiuè ad alios christianos per gentiles destructos. Super quo percutiã Isa.1. vos dicit Dominus, addentes præuaricationem? Omne caput languidũ, & omne cor merens, a planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas &c. Ideo terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni, regionem vestram corã vobis alieni deuorabũt, & desolabitur sicut in vastitate hostili, & derelinquetur filia Syon vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, sicut ciuitas quæ vastatur. Et vide. 3. cap. quæ cõtra leuitates mulierum loquitur. Et Hier. 23. contritum est cor meũ in medio mei, & contremuerunt omnia ossa mea. Factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus animo a facie Domini & a facie verborum sanctorũ eius, quia adulterijs repleta est terra. Propheta namq; & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malũ eorum ait Dominus. Iccirco via eorũ erit quasi lubricum in tenebris. Impellentur & corruent in ea. Iccirco dicit Ezech. Fac conclusionem, scilicet ex prædictis,

ctis, quoniam terra plena est sanguinum, & ciuitas plena iniquitate, & adducam pessimos de gentibus & possidebunt domos eorum: Et quiescere faciam superbiam potentium, & possidebunt sanctuaria eorũ. Angustia superueniente requirent pacem & non erit, Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditũ, & quærent visionem per prophetam, & lex peribit a sacerdote, & cõsilium a senioribus. Rex lugebit & principes induentur merore, & manus populi terræ conturbabuntur, secundum viã eorum faciam eis, & secundum iudicium eorum iudicabo eos. Et scient quia ego sum Dominus. Nec dicas ergo fides Christi peribit, & Machomet cum cæteris gentibus præualebit qa ad hoc respondet tibi S. Io. Baptista. dicens Pharisæis, & Saducæis venientibus ad Baptismum eius solo exteriori cultu. Progenies viperarum quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira. Facite ergo fructum dignum pęnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abraam. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Et turpius polluuntur a christianis sancta qui sanctitatem eorum cognoscunt, & tamen prauitate vitę eorum ea polluunt, vt hic dixit Ezech. & vt superius diximus Mach. 2. c. 5. Non ꝑ pter locum gentem, sed propter gentem Deus locum elegit, ideo & ipse locus particeps factus est populi malorum. Sic & Deus parentes in filios punit ꝑpter participatiõe adinuicẽ. Et hoc idem vide Iudit. 5. vbi Achor Holoferni furioso in Bethuliã dixit. Deus Hebræorum sine scuto, & ense, ac gladio pugnat pro Israel, dummodo non recedant a cultura Dei. Et semper vincunt, nisi cum peccauerint in conspectu Dei, quoniam Deus illorũ odit iniquitatem. Et post multa concludit. Nunc vero mi Domine perquire, si est aliqua iniquitas eorũ in conspectu Dei eorum, ascendamus ad illos, quoniã tradens tradet eos Deus illorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potẽtiæ tuæ. Si verò non est, offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniã Deus eorum defendet illos, & erimus opprobrium vniuersæ terræ. Vide etiã Hiere. cap. 16. vbi factum est verbum Domini ad ipsum. Vbi præcipit sibi, non accipiat sibi vxorem, nec sint sibi filij, &c. in loco isto, quia super parentes, & filios dicit. Fame, mortibus, & peste morientur, nec sepelientur & non erit qui frangat panem paruulis lugentibus, nec vult quòd vadat ad consolandum eos. Nec vadat ad domum conuiuij. Quia ecce ego auferã de loco isto in oculis vestris & in diebus vestris vocem gaudij & vocem letitiæ, vocem sponsi & sponsæ. Et cum annuntiaueritis populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi quare locutus est hæc Dominus super nos omne malum grande istud, quæ nostra iniquitas, aut quod peccatum nostrum, quod peccauimus Domino Deo nostro? dices ad eos. Quia reliquerunt me patres vestri, & legem meam non custodierũt, & vos peius operati estis ꝙ patres vestri. Ecce ambulat vnusquisq; post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat. Vide insuper q̃d de huiusmodi malis & ruinis Christianorum per prauos tyrannos & infideles Hiero. ad Heliodorum. 4. cap. dicit. Horret animus nostrorum temporum ruinas prosequi. 20 & eo amplius anni sunt, quòd inter Constantinopolim & alpes Iulias quotidie Romanus sanguis effunditur. Scythiã Traciam, Macedoniam, Dardaniam, Epyros, Dalmatiam, cunctasq; Pannonias, Gottus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vuãdali, Marchomani vastant, trahunt, rapiunt. Quot Matronæ, quot Virgines, & ingenia nobiliaq; corpora his bellis fuerunt ludibria? Capti Episcopi, interfecti prę sbyteri, & diuersorum officia clericorum, subuersæ Ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi, martyrum effossæ reliquiæ. Vbiq; luctus, vbiq; gemitus,

Matth. 3.

Sacramenta ꝑpter quid sint ordinata.

Iudith. 5.

Hier. 16.

Hier. asser tio de ruinis chriãnorũ per tyrannos.

Digitized by Google

mitus, & plurima mortis imago. Romanus orbis ruit, & tamen ceruix nostra erecta non flectitur. Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenietes, Lacędemonios, Archades, cunctamq; Græciã, quibus imperant Barbari. Et certe paucas vrbes nominaui in quibus fuere olim non modica. Immunis ab his malis videbatur oriens, & tantum nuncijs consternatus. Ecce tibi anno præterito ex vltimis Caucasi rupibus immissi in nos, non iam Arabiæ sed Septentrionis lupi, tãtas breui prouincias percurrerũt. Quot monasteria capta, quantæ fluuiorum aquæ humano cruore mutatæ sunt? Obsessa Antiochia & vrbes reliquæ, quas Alys, Cadus, Orontes, Eufratesq; pręterfluunt, tracti greges captiuorum. Arabia, Fęnix, palęstina, Ægyptus timore capturę consternati. Nostris peccatis barbari fortes facti sũt, nostris vitijs Romanus superatĕ exercitus. Et quasi non hæc sufficerent cladibus, plus penè bella ciuilia, quàm hostis mucro consumpsit. Miseri Israelitæ ad quorum comparationem Nabucodo. seruus describitur. Infęlices nos qui tantum displicemus Deo, vt per rabiem Barbarorum in nos ira deseuiat, nec amputamus causas morbi vt morbus pariter auferatur. Hoc idẽ in Africanis Ecclesijs anno Dñi. 440. accidit. Nam Vuandali totã prouinciam Africæ occupauerunt, omnia vastantes, nec parcentes sexui, ordini vel ætati. Post hæc obsederunt Hipponense Ecclesiam, in qua Aug. præsidebat. Et sub hac tribulatione Augustinus amarissimam vitam duxit, Fueruntq; sibi lachrymæ panes die, ac nocte, cum alios videret occisos, alios effugatos, Ecclesias sacerdotibus viduatas, ciuitates cũ accolis dissipatas &c. Et sub his doloribus mortuus est. Insuper vide Greg. 3. dialogorũ de visione Florentini Episcopi, qui euigilanter clamauit. Venit finis vniuersæ carnis. Qui facta oratione quia hæc in Ecclesia agebantur, mox illa terribilia in cęlo secuta sunt, vt in aere hastę, atq; acies igneæ ab aquilonis parte viderentur. Mox effera Longabardorum gens, de vagina suæ habitationis educta in nostra ceruice crassata est, atq; humanũ genus quod in hac terra præ multitudine nimia quasi spicę segetis more surrexerat, succisum aruit. Nam depopulatæ vrbes, euersa castra, concrematæ Ecclesiæ, destructa sunt monasteria virorum, atq; fęminarum, desolata prædia ab hominibus, atq; omni cultura destituta. In solitudine vacat terra. Nullus hanc possessor inhabitat. Occupauerunt bestiæ loca, quæ prius multitudo hominũ tenebat, Et quid in alijs partibus mũdi agatur, ignoro. Igitur vt clamat Ezech. Conuertimini & agite pęnitentiam de omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite a vobis omnes iniquitates vestras, in quibus pręuaricati estis, & facite vobis cor nouũ & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israel? quia nolo mortẽ morientis, dicit Dominus Deus. Reuertimini & viuete. Hęc ibi. Multa dixi ad propositum huius sermonis in Dominica quarta in Aduentu in 3. libro.

Aug. temporibus quanta mala accideret.

Greg. assertio de malis & ruinis Italię.

Ezech. 18.

SERMO

SERMO SEXAGESIMVS I.

NECESSITAS PONITVR ORATIONIS, quæ impetrare, Deo iūgere, ad virtutum opera excitare, dona conferre dicitur: & declaratur, quando breuius, quando prolixius orandum: quę oratio potior sit, mentalis aut vocalis; ad quam & hortamur, & illi fidere iubemur.

LEgitur Iudith. 6. dic eius historiā breuiter colligendo, quomodo Bethulia obsessa fuit ab Holoferne & Iudith sancta eā liberauit suo consilio ad sacerdotes, & populum, & sua oratione, vt clamarent gentiles in uento abscisso capite Holofernis per Iudith. vna Hebręa mulier fecit confusionem in exercitu Assyriorum.

Oratio, & alia bona opera sūt media ad impetrandū petita.

¶ Hoc mane prædicabimus de necessitate orationis, & de modis eius.

¶ Pro declaratione meliori dicendorum est prænotandum. Nō fit oratio, vt per eam immutetur Dei immutabilis voluntas. Sed oratio fit, vt quæ Deus ordinauit nobis dare debitis medijs ab æterno, scilicet orationibus nostris, donet mediantibus nostris supplicationibus. Quoniam ex diuina ætetna prouidentia, & ordinatione non solum disponitur, qui effectus fiant sed etiam quibus secundis causis, & quo ordine, ac quibus medijs, modo simili quo fructus producuntur a natura secundum diuinam prouidentiam, & ordinationem mediantibus secundis causis, vt calore solis, pluuia, cultura, &c. qui alias nō producerentur, quia secundum Philosophum sol & homo generat hominē & ita de alijs productionibus naturalibus. Ideo Christus dicit postulantibus & desiderantibus suas gratias. Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperiet̄ vobis. Quia omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Et ita tu potes exemplificare in omni arte. Quoniam in eis finis non habetur sine debitis & solicitis medijs prælibatis. Propterea dicit Grego. quamuis Deus omnipotens promisit Isaac filiū & quòd in ipso benedicentur omnes generationes, tamen Isaac orauit pro vxore sua sterili. Et in 1. lib. dialo. dicit. Obtineri nequamquam possunt, quæ prædestinata non fuerant, sed ea quæ sancti viri orando perficiunt, ita prædestinata sunt, vt præcibus obtineantur. Nam ipsa quoq; perennis regni prædestinatio, ita est ab omnipotente Deo disposita, vt ad hoc electi ex labore perueniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante sæcula disposuit donare. Vnde in diuinis dispositionibus quibus mundum gubernat non est attendendum quid Deus possit facere de potentia absoluta, quia sic etiam omnes homines saluos vult fieri, sed quid facit de sua potentia & dispositione ordinaria. Quoniam dicit

Luc. 11.

Grego.

Gen. 25.

2. Pet. 1. cit Pet. Qua propter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in regnum cælorum æternum Domini, & saluatoris nostri Iesu Christi, ꝓpter quod, vos incipiam semper commonere de his. Et quidem scientes & confirmatos vos in præsenti veritate. De his sunt infinita exempla tam veteris quàm noui testamenti. Et Christus operarijs & non ociosis dat mercedē. Et qui ad nuptias agni veniunt cū veste nuptiali, & virginibus, quæ solicitè venerunt cum lampadibus accensis ad nuptias sponsi. Et fructuantem arborem benedicit, fultę autē solis folijs maledixit, & aruit. Et legiperito, ac iuueni interroganti quid faciendo vitā æternam possidebo, serua mandata. Et quamuis multis medijs itur ad terram promissionis Paradisi, quoniam & eleemosynis & pijs alijs operibus, tamen potissima via post contritionē est oratio pura, & deuota, quæ audacter ascendit vsq; ad Deum Prou. 15. orationes iustorum exaudiet, & 35. oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & nō discedet donec altissimus aspiciat. Vnde ascendit vsq; tribunal Dei, sicut cātat Ecclesia dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, & eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. In signum huius, Christus ad exemplum & hoc documentum sæpius orabat. Nā quid est oratio nisi eleuatio mētis ad Deū? Et semper omnis effectus cupit approximari suæ causæ, quia quanto sibi ꝓximior, tanto magis ex proximitate eius perficitur. Vt res calida producta ab igne tanto est calidior, quanto proximior igni. Cum igitur nos sumus effectus Dei, ad quem tendimus per affectum in eum. Aug. amor meus, pondus meum, eo feror quocunq; feror, & hic affectus maximè consistit in eleuatione mentis nostræ ad eum, quod

Oratione Deo i hac vita iungimur.

est de ratione orationis, ideo oratio est necessaria. Et quandoq; potest esse tam feruens in Dei amore, & desiderio, vt secum etiam trahat corpus in aerem, sicut habemus in legenda S. T. de Aquino. Et quilibet accipiat hoc corollarium ex his. Quòd qui vel nō orat, vel negligens est ad orandum, est in periculosissimo statu tam corporis quā animæ. Quia quanto minus orat, tanto magis a calore gratiæ Dei elongatur. Lōge a peccatoribus salus quoniam. Psal. dicit. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, longitudine dierum replebo eum, & ostēdam illi salutare meū. Et iterū oratio mea mane præueniet te. Idest aduentum gratiæ tuæ ad me. Et Eccle. 38. ora Dominum, & curabit te. Verè signum prædestinationis est oratio deuota & assidua. Quia oratio est excitatiua ad omnes virtutes. Nā excitat ad feruorem fidei, quia omni orāti necessaria est fides, vt dicit S. Iacob. qui indiget sapientia, idest quòd Dei dona sapiant ei, postulet in fide nihil hæsitans. Ideo Christus a postulantibus ab eo salutem, fidem exigebat. Vnde & Cēturionis fidem & Cananeæ commendauit in eorum postulationibus. secundo in ea spes augetur. Ideo, Orans dicebat. Cōserua me Domine quoniam speraui in te. Nam necessariò fides deuota in aliquo auget etiam spem in eo, quanto magis ꝙ fidem deuotam ex oratione feruenti habet in Deo, spes de eo enim augetur. Tertio charitas in tali deuote sæpius oranti augetur in Deum. Quoniam nullus orat se odientē sed se diligentem, orans igitur cognoscit ex fide & spe quam habet in Deo, ꝙ Deus ipsum summè diligat, & sic reaccenditur in Deum in reciprocum amorē. Quare audacter dico, non orantes & negligentes ad orationem nec fidem firmam, nec spem constantem, nec dilectionem veram ad Deum habent. Et tales necessariò manēt in morte, quia vt dicit Grego. fructus boni operis nihil

Psal. 118. Psal. 90. Psal. 87. Oratio est excitatiua ad virtutes, & collatiua donorum Dei. Iac. 1. Psal. 15. Grego.

Digitized by Google

hil valet, nisi sit fundatus in radice charitatis. Et hoc ostenditur etiã ex doctrina orationis qua Christus docuit nos orare, quia in tali oratione orantes petunt adipisci regnũ cęli, & hoc per santificationé nominis ei⁹ in eis, & conformitaté voluntatis eorum ad Deũ, & deuotæ cõmunionis, & veræ dilectionis ad proximum, & ꝙ sua misericordia non exponat eos in tentationé, per quã possint separari a gratia sua. Insuper oratio saporé spiritualé ad cęlestia impetrat, intellectũ clarificat & illuminat docendo per fidé, & spé, & charitaté, quæ in orationibus consequuntur, & per scientiam non inflanté, sed ædificantem facit cognoscere, ꝙ transit mundus & omnis eius cõcupiscentia. Et ideo caput sursum ad superiora est erigendum. Facit insuper te habere discretioné tui cordis, vt scias cõsiliari tibi, quid sequendum, quiduè euitandum sit, maxime contra diabolicas tentationes. Ideo Christus discipulis dormientibus dixit. Vigilate & orate, ne intretis in tẽtationé, quia spiritus promptus est, caro autem infirma. In signum horũ Christus dixit Petro. Venit Sathan vt cribraret vos tãquam triticũ, ego autem rogaui Petre pro te, vt non deficiat fides tua. Quasi diceret Petro, defecisses in fide in corde tuo, sicut ex timore ad vocem puellæ defecit in ore suo, nisi ego pro te orassem. Et in significationẽ horum. Dixit Iesus discipulis suis non valentibus dæmoné expellere. Hoc genus dęmoniorum in nullo potest exire nisi in oratione, & ieiunio. Numquam enim dæmon potest appropinquare vbi fumat fornax deuotæ orationis. Nã habemus exãplũ in Monacho, qui oratione sua impediuit transitũ dæmonis missi a Iuliano Apostata, vt Persas exploraret. Ideo sancta mater Ecclesia in rebus arduis sicut in electionibus prælatorũ præmittit orationem de spiritu sancto, vt tribuat discretionem inter rectum & non rectum Confert etiã oratio donũ fortitudinis, sicut ostensum

Iac. 12.

Io. 2.

Luc. 22.

Marc. 9.

est in Iudith. Quæ oratione fortificata amputauit caput Holofernis. Et Christus dixit, oratio fidelis montes transfert de vno loco ad alium, quod nulla virtus humana valet facere. Insuper oratio Moysi diuisit mare rubrum, & iterum concludit ipsum, vt submergeretur exercitus Ægyptiorũ in eo. Dum manus Moyses eleuatas haberet, scilicet per orationem suam, vincebat populus contra Amalech. Et Machabæus semper habuit victoriam contra suos aduersarios bellantes, nisi bis, scilicet contra Antiochũ, & Bachidem. Quia non legitur tunc orasse. Et de his est plena sacra scriptura. Dat donum pietatis. Nam nostra irascibilis est valde subita & periculosa. Ira non habet misericordiã, nec erumpens furor, & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? sed orationibus vir deditus mansuescit sicut ouis. Quoniam assiduitas orationis tranquilitatem causat mentis ex eleuatione eius in Deum. Nam dũ rationalis operatur, animalis quiescit sicut & cum animalis operatur, naturalis quiescit. Ideo dicit Hieronym⁹. Ama studium litterarum, & euitabis vitia carnis. Oratio insuper dat donum timoris Dei, non solum seruilis sed etiam filialis, quia qui orat Deum deuotè, recognoscit eum Dominum, & suum benefactorem, cui timor, & reuerentia est danda. Et per hoc videbis orationibus deditos, ab eis q vel nunquam vel rarò deuotè orant, distinctos timore & reuerentia Dei, practica de huiusmodi. Ecce quomodo oratio est impetratiua fidei, spei, charitatis, & septem donorum spiritus sancti. De his Samaritanæ Christus intẽdebat dicere, quando sibi dixit. Si scites donum Dei, & quis est qui loquitur tecum. Quia secundũ Ber. in lect. Deus & sancti loquuntur nobiscum, sed in oratione nos cnm Deo, & Deus nobiscum, petisses ab eo, idest per orationem aquam facientem salire in vitam ęternã. Sed quæres vt sit tua oratio impetratiua, quid requiritur ad

Exo. 14. & 17.

1. Mach. 6. & 7.

Pro. 17.

2. 2. q. d. orat.

eã? Ad quod respondet S. Tho. Quod, oratio est, & meritoria, & impetratiua. Ad hoc ꝙ sit meritoria, requiritur sicut etiã de alijs operibus meritorijs, ꝙ sit in charitate facta, quia Paul. Si linguis hominum & Angelorum loquar, charitatem autem non habeam, factus sum velut ęs sonans, aut cimbalum tinniens. Secundo requiritur attẽtio saltem habitualis. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. Primò ergo cum ad orationem accedis, studiosè mentem dirige in Deum. Et quia sumus fragiles & cogitationes nostrę mentis volubiles pluribus ex causis intrinsecis, & extrinsecis, si contingat te euagasse inconsideratè, cum animaduertis hanc vagationem, per reflexionem iterum te reduc ad Deum, & continua tuam orationem. Aliter si studiosè euagas, tentas Deum, cũ quo inuerecundè loqueris, sibi os & verba dãdo, & cor quod est in te preciosius, obiecto cogitato, idest rei circa quam tunc euagaris. Et talis oratio nec meritoria, nec impetratiua est. Secundò oratio est impetratiua, & hæc etiam requirit vt præcedens meritoria attentionem saltem habitualem in continuando, sicut cum triremis quandoq; impetu primo currit absq; remigatione. Aliter & ipsa, sicut non est meritoria, ita nec impetratiua, cõtra hos dicit Dominus per prophetam. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Et addit Christus sine causa me colunt. Hic habes latum campum practicandi contra tales, qui cum se ipsos non intelligunt, volunt ꝙ Deus eos intelligat. Quidã confusè & balbutientibus verbis coram crucifixo orabat, cui crucifixus eodem modo vt non intelligeretur, respondebat. Ad quem orans dixit, Domine ego te non intelligo, & crucifixus, nec ego te. Item alius officium dicebat iacens in lecto. Et venit Dæmon, sibiq; flatum fętidum emisit dicens, tali orationi tale incensum decet. Sed quæres de orationis prolixitate vel breuitate. Ad quod respondetur. Media sunt ordinata ad finem, & mensurantur secundum necessitatẽ finis. Vt tanta medicina, talisq; compositionis erit, qualem sanitas in tali persona requirit, quia actus actiuorũ sunt in patiente disposito, nec omni infirmo eadem medicina siue in quantitate siue in qualitate siue in continuatione est conueniens. Qui igitur crescit & accẽditur in deuotione prolixæ orationis, continuet eam, quousq; feruescit, & qui tepescit in oratione prolixiori, & ipse breuiori vtatur, secundum quod sibi expedit ad deuotionem. Num cui cibus grandior est necessarius, vt in fortioribus complexionibus, vtatur cibo grandiori. Cui nocet, & ipse tanto cibo vtatur, quantum viderit sibi prodesse, & a nociuo abstineat. Nam dicit Aug. Patres in Ægypto legimus crebras orationes habere, sed eas tamen breuissimas, & raptim quodammodo iaculatas, ne illa vigilanter eiecta, quæ oranti plurimum necessaria est, per diutiores horas euanescat, atq; hebetet intentio. Ac per hoc ipsi satis ostendunt differentias attentionum & intentionis, Sicut igitur non est protrahenda si perdurare non potest in feruore, & deuotione, vt Christus dicit Lucę. 11. Noli te in oratione multũ loqui, ita si perdurauerit, non cito est rũpenda, Quoniam & Christus quandoq; prolixius orabat. Et multi ex sanctis diem & noctem in feruore orationis continuabant. Et hic potes practicè dicere, contra eos qui multum loquũtur in suis priuatis orationibus sine deuotione, & gustu, imo cum fastidio, & mentis euagatione, de quibus dicit Augu. ad Probam. Non est hoc orare in multiloquio, si diutius oretur. Alius est sermo multus, alius diuturnus affectus. Nam multum loqui in orando, est rẽ necessariam superfluis agere verbis. Et cum dicitur secundum Apostolum oportet semper orare, intelligitur, oportet semper saltem habitualiter Deo per amorem inhærere. Psal. mihi adhæ-

Vt orõ sit impetratiua quid requiritur.

Eccl. 18.

Not.

Quando prolixius & qñ breui⁹ est orãdum.

Exemplũ.

Psal. 72.

adhęrere Deo bonum est,& ponere in eo spem meam. Insuper intelligitur, vt quicquid agimus, vt idem Apostolus dicit, in nomine Dei omnia dirigamus. Item intelligitur oportet semper cum potest, eleemosynam,& opera pietatis ꝓximo impendere. Quoniam dicit scriptura. Absconde eleemosynā in sinu pauperis, & ipsa orat pro te, dum scilicet alijs operibus es occupatus, sic Beatus Macharius exprobrauit eis, qui sibi nomeu assumpserant semper orantes. Quibus Macharius. Et quando dormitis vel comeditis &c. oratis tūc? Et addidit eis. Ego autem operor pro me, & reliquū vendo pro pauperibus,& ipsa eleemosyna pro me orat, dum ego in alijs occupor. Sed queres, quæ potior oratio vocalis vel mentalis? Dicimus ꝙ absolutè & simpliciter melior est mētalis, quæ est immediata eleuatio mētis ad Deum, q̄ vocalis, qua vnitur Deo per mentalem. Et vocalis ordinata est ad mentalem, cum nihil valeat absq; mētali. Et semper loquimur de oratione priuata. Quia Ecclesię oratio vocalis debet esse, & tantum prolixa quātum Ecclesia ordinauit in horis suis. De priuata tamen loquendo per accidens & in casu, vnusquisq; talem amplectetur, qua deuotius orat. Mentalis sola feruentiores viros requirit. Cui igitur data est gratia, vt feruentius mentaliter oret, illam amplectetur rememorando per eam, diuinam bonitatem, & propriam fragilitatem,& infirmitatem: & interdum transcendat ad contemplationem æternæ patriæ, & huiusmodi. Vtere igitur tali cibo, qui tibi magis proficuus est. Nam sicut cibus delicatus nociuus est rusticis, & delicatis proficuus,& rusticalis cibus eis est proficuus, qui est nociuus delicatis, ita & orationes mentales, & vocales præponūtur in varijs personis.
Pro.17. Melior est bucella panis cum gaudio, q̄ domus plena victimis cum iurgio. Communiter tamen sęculares minus feruidi propter varias distractiones deuotius vtuntur vocalibus orationibus, nec vllo pacto habiles sunt ad mentales. Ideo confortandi sunt ad eas potius crebras vt sancti patres faciebant. Et non delectentur in multiloquio vano earum, sed in deuotione. Nam & S. Bartho. cēties in die & centies in nocte orabat. Hoc tamen intelligendum est, quia assidue habituali vel actuali breui iutentione de nocte erat cum Deo, qui & ante somnum se sibi cōmendabat, & similiter idem in die faciebat. Quia omnia sua acta & verba in Dei laudem,& gloriam nominis sui ordinabat, sæpius oculos suos actuales in gratiarū actiones Deo sub leuando. Et imitentur. S. Isaac, qui seperabatur quādoq; à suis actionib⁹ per contemplationem diuinorum. Nā Gen.24.
vt dicit ibi magister. Egressus erat ad meditandum in agro, quando Rebecca sponsa eius ei primo obuia fuit cū Cleazaro suo ꝓcuratore. Et S. Iacob, qui Gen.32. ab vxore & familia se sequestrauit, Dn̄m humiliter exorando pro sui auxilio,& protectione, vt ibidem dicit magister histo. scol. Insuꝑ & Christus docuit orare in cubiculo, Matth.18.
idest separando se a tumultu. Et ipse. In montem ascendit solus orare, vt ostenderet nobis ꝙ oraturi turbas effugere debemus, ne turbemur. Et vt ꝓ consolatione auditorū efficaciā orationis bonorum ostendā ex sacra scriptura. Abraham pro pessimis Sodomi Gen.18.
tis humiliter, ac pie, & instanter dominum rogauit tādem exauditus est, ꝙ parceret eis, si 10. iusti inuenirentur apud eos. Moyses per instantiam Exo.32.
orationis impetrauit a Domino veniam propter adorationem vituli, ne deleretur populus. Et multas remissiones fecit Deus populo ingrato Iudeorum in deserto oratione Moysi. Insuper cum occurrit populo aliqua tribulatio, instantia orationis necessaria est. In bello quod habuerūt filij Israel Exod. 17.
contra Amalech, plus fecit Moyses orando, q̄ Iosue præliando, lege mirabilem orationem Iosaphat regis Iuda cum populo suo, quando audiuit, ꝙ maxima multitudo gentium venit

Digitized by Google

contra eum, propter quam exauditus est a Domino, & confortatus ad constantiam, confidendo in auxilio de cęlo, & mirabiliter triumphauit de ini-
2.Para.20. micis. Idémet. De oratione Ezechiæ
4.Reg. 19. regis Iuda, quando audiuit nuncios regis Assyriorum persuadentes populo, vt se liberè traderent regi Senacherib, & viuant, & exauditus est. Filij Israel, & Iudith sancta, orationibus, & ieiunijs se contulerunt, & exauditi sunt contra Holofernem, & liberati sunt per manus fęminæ. Hester, & Mardochæus cum populo Hebræorũ ieiunijs, & deuotis orationibus obtinuerunt, ne grauis sententia regis Af-
Hester.13. sueri in eos sęuiret. Semper Iudas Machabæus paruo suo exercitu debellauit exercitus gentium, sua oratione, & nunquam legitur succubuisse nisi in duobus prælijs quando nõ orauit. Primo contra Antiochum. Secundo
1.Mach.6. & 7. contra Bachidem. Et Ionatas frater eius videns ꝙ omnes exceptis paucis eum reliquerant, scidit vestimenta sua, & orauit, & postea victoriam ob-
1.Mach. 11 tinuit. Et 2.Macha.1. nos Iudæi scripsimus vobis in impetu & tribulatione, quæ superuenit nobis, & orauimus, & exauditi sumus. Et pro proprijs necessitatibus oratio necessaria
Psal.119. est. Psal. Ad Dominum cum tribula-
Luc.11. rer clamaui, & exaudiuit me. Petite & accipietis, & quia pater meus diligit vos, & vos filijs vestris nescitis dare mala, sed bona data, quanto magis pater vester cęlestis dabit vobis bona data petentibus, hęc in sententia Christus. Insuper videte quid oratio facit iusti, sterilem matrem conuertit in fęcunditatẽ. Isaac depræcatus est Deũ pro vxore sua sterili, & exauditus est.
Gen.25. Et Anna sterilis. Suarum precum in-
1. Reg. 1. stantia obtinuit a Domino fęcunditatem, & peperit Samuel prophetam cum plurimis filijs. Non vadant ergo miseræ mulieres ad vanas superstitiones pro habendis filijs, nec se consumant vanis medicinis in ruinam sui. Offerant Deo deuotum sacrificium laudis, & se Deo cõmẽdent, si expedit

Potius in oratione q̃ in vana spe est cõfidẽdum.

conuertat sterilitatem eorum in fęcunditatem. Nec stulte clament omnino se velle filios, vt dentur eis in sui, & filiorum ruinam. Psal. dimisit eos in desideria cordis eorũ, & ibunt in adin- Psal.80.
uentionibus suis. In contrarium dicit. Psal. Beatus vir cui est nomen Do- Psal.39.
mini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas. Non ne & sanctus Tobias oratione sua expulit a sponsa sua Asmodæum dæmonẽ, qui Tob.8.
7. viros suos priores volentes accedere ad eam, suffocabat. Et si quandoq; Deus in huiusmodi non exaudit, fidelis est vt dicit Aug. qui non dat quod volumus, vt tribuat quod malemus. Et permaxime orare debent peccatores instantius pro remissione suorum peccatorum. Quia & Achab cum domo sua grauis cõminatio facta est per Heliam ex parte Dei. Et Dominus pepercit sibi, videns ipsum humiliatũ 3.Reg.21.
in sacco, & ieiunio & oratione. Et Ezechiæ regis exauditæ sunt orationes, & visæ lachrymæ eius a Domino, & pepercit comminationi sibi per Isaiã factæ. Et lege humilem & efficacem 4.Reg.20
orationem pessimi regis Manasses pro suorum peccatorum indulgentia. Insuper in Euãgelijs Christi. Lege quid 2.Par.33.
fecit humilis oratio prodigo & publicano. Quid centurioni & Cananeæ. Et accipiat quilibet peccatorum, consilium Iob. 5. voca ergo si est qui tibi respondeat, & conuertere ad aliquem sanctorum. Et S. Dauid de se dicit, lauabo per singulas noctes lectum meũ, Psal.6.
lachrimis meis stratum meum rigabo qa turbatus est a furore. s. Dei. Cõtra me, oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos, idest inter demones inueteratus sum dierum malorũ, discedite a me. Scilicet dæmones, qui operamini iniquitatem, scilicet me stimulantes ad desperationem quoniam exaudiuit Dominus vocẽ meã, Dominus orationem meam suscepit.

SERMO

Digitized by Google

SERMO SEXAGESIMVS II.

QVAE, ET QVANDO ORATIO SIT impetratiua, cum suis practicis pulcherrimè demonstratur.

Isa.32. VIde ægrotationē Ezechiæ regis, cuius causa fuit secundum lyrā, quia ex victoria habita de cœlo cōtra Sennacherib, elatus non reddidit dignè gratias Deo, immolando sibi hostias cum populo, nec cantauit canticum, sicut in huiusmodi victorijs Deo decantare solebāt patres iudęorum antiqui. Et ibi habetur de legatione Isaiæ comminatiua ad ipsum, & exauditione a Deo orationis suæ, &c. Quæritur an oratio sit semper impetratiua, & videtur quòd nō, quia Paulus pro stimuli amotione non est exauditus, & multa id genus. In cōtrarium est, quia Christus dixit petite & accipietis &c. Ad hoc breuiter respōdetur, quia de his plura dixi in expositione F.4.D.3.Q. Super Euāgelium de petitione filiorum Zebedei a Christo per matrem, sedendi secum in regno suo. Adhoc quòd oratio habeat efficaciam impetrandi, quattuor eius conditiones requiruntur. Primo vt orans pro se petat, secundo necessaria ad salutem, tertio vt pie oret, idest reuerenter cum fide, & spe, quarto vt oret perseueranter. Primo vt oret ꝓ se, quia primo charitas a seipso incipit. Et hoc potissimè fit, cum prius se ipsum quærit cum Deo reconciliare, & postea intercedat, & intermediat pro aliorum reconciliatione. Nā stultum est accedere ad principem ad mitigandum pro aliquo, si ipsemet in regis vel principis est indignatione. Quia huic, meritò dicetur. Stulte eijce primo trabem ab oculis tuis, & postea eijcies festucam ab oculis fratris tui. Practicè te extende super huiusmodi. Et hæc cōditio prima maximè competit Ecclesiasticis viris, quorum est orationibus mediare inter Deum, & populum, vt ipsi sint sancti & Deo accepti, quia Hier. Lamentatur super eos Dominus. Propheta namq; & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorum ait Dominus, & infra, Propterea dicit Dominus ad prophetas. Ecce ego cibabo eos absinthyo, & potabo eos felle. Dico insuper oret pro se, quia multotiens pro quo oratio assumitur non meretur exaudiri, vt patet Hiere. 14. & 15. Vbi prohibitus est orare pro populo. Et si Moyses, & Samuel orauerit pro eis, non est anima mea cum ipsis, practica super hæc. Secundo requiritur vt petitio sit absoluta de necessarijs ad salutem, de alijs temporibus cum conditione saltem implicita, si saluti animæ expediunt. Quia fidelis Deus est dicit Aug. & Hiero. qui non permittit, quod volumus, vt tribuat quod mallemus. De hac conditione ꝓlixius vide superius notatam expositionem Euangelij. Vnde Eccle. Est alia pessima infirmitas, quam vidi sub sole, diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui. Pereunt em̄ in afflictione pessima. Et Valerius, honores concupiscis, qui plures pessundarūt, regna tecum ipse voluis, quorū exitus sepe numero miserabiles cernuntur, splēdidis cōiugijs inijcis manus, & hæc vt aliquando illustrant, etiā non vnquā funditus domus euertunt. Tu igitur cęlestium arbitrio cōmitte, qm̄ ipsi norunt, quid expeditius sit. Tertio requiritur pietas. s. quæ pertinet ad cultum latriæ erga Deum, quatenus fidē habeas in Deo & in Deū, a quo postulas cū spe

Margin notes: 2. Cor. 11. — Luc. 11. — Quatuor conditiones orationis impetratiuæ. — Hier 23. — Eccle. 5. — Valerius.

Digitized by Google

impetrandi si expediat. Vnde ac indiget quis sapientia, postulet a Deo in si de nihil hæsitãs. Piè etiã petit, qui dicit Deo, fiat voluntas tua in sua petitione, per conformitatem cum voluntate Dei. Itẽ piè petit qui cũ timore Dei petit, quia per hoc Deo reuerentia exhibetur, & facit te stare, & orare corã Deo cũ omni reuerentia in incessu, statu, & habitu, & alijs motibus. Piè exorat qui imitatur Magdalenã stantem retro, & publicanum stantem à longè, & Centurionem dicentẽ, non sum dignus, vt intres sub tectũ meũ. Et tu de similibus practica, quia habes latum campũ. Respicite filij nationes hominum, & scitote, quia nullus sperauit in Dño, & confusus est. Quis inuocauit eũ, & despexit illũ? Piè insuper orat, qui multiplicat intercessores suos pro se, vt Iob. Ad aliquẽ sanctorũ cõuertere, si quis est qui tibi respondeat. Et Iudith. Vnanimiter orantes, vt Dñs Israel misericordiã suam ostendat. Et Ecclesia in oratione omniũ sanctorũ dicit. Multiplicatis intercessoribus largiaris. Quarta conditio est, vt sit oratio perseuerans. Propter hoc S. Basilius dicit. Quandoq; petis & non accipis, qui perperam postulasti, id est peruersè, iniustè, & nõ rectè vel infideliter, vel leuiter, vel non cõferentia tibi, vel destitisti. Horũ plena exemplis est sacra scriptura. Omissis exẽplis veteris testamenti habes Lucę 13. ex perseuerantia pulsationis amicus acõmodauit postulãti tres panes. Habes in Cananęa, non aliter nisi ex sua perseuerantia est exaudita. Habes itidẽ in Magdalenę lachrymis, & alijs quæ Christo exhibuit in domo Simonis Pharisęi. Habes in prodigo adolescente, & publicano. Et Paulus. Sine intermissione orate. i. perseueranter. Nec si statim vel citius non expostulas petita, desistas ab orationis perseuerantia, quoniã Grego. ait desideria dilata crescunt. Vnde & falcones ex dilato cibo auidius in prædã excitãtur. Insuper dilata habita, cautius & preciosius custodiuntur, ne perdãtur. Insuper & charius, ac dulcius possidentur, quæ per dilationẽ impetrantur, quoniã nihil præciosius eo quod multis præcibus acquiritur & impetratẽ. Et vltimatè dilata impetratio est incitatiua propriæ recognitionis. Quia talis qui statim vel citius non impetrat, debet vitam suam peruoluere, si in ipso sit aliquid obstaculi ad impetrandũ, quonia Psal. dicit Si iniquitatẽ aspexi in corde meo, non exaudiet Dñs. Et cęcus Io. 10. scio quia Deus peccatores non exaudit. Quidã ex patribus qui habebat gratiam orãdi, postulatus a suis discipulis, vt eos doceceret modũ orandi Respõdit eis. Qui me docuit, potest & vos docere. s. pauperes vlcerati, qui sedendo iuxta viã cunctis transeuntibus ostendunt sua vulnera absq; alia proclamatione, vt eorum misereantur. Ita & nos ostendamus Deo vulnera nostra, & nostras necessitates perseueranter, ipse bene nouit, qd nobis sit necesse, quiduè expediat spera in Dño, & fac bonitatẽ, & habita terrã, & pasceris in diuitijs eius, delectare in Dño, & dabit tibi petitionẽ cordis tui. Reuela Dño viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet, & deducet quasi lumen iustitiã tuam, & iudicium tuũ tanquã meridiem, subditus esto Domino, & ora eum. Insuper orando allega Christo leges, canones & cõsuetudines dicẽdo sibi. Quia tu fecisti scribere per euangelistas, vt patet Lucę. 11. & tua consuetudo est parcere peccatori, in quacunq; hora ingemuerit. Et si iustitia Dei te non exaudit, habes viam audacter appellandi ad misericordiã Dei, vt Dauid fecit ad cõminationem prophetæ dicendo, peccaui. Et statim misericordia respondit. Et Dominus a te transtulit peccatum. Ita fecit & Achab Rex. Ad comminationem Heliæ. Vide, est pulchra historia. Et vt in prohæmio est dictum de Ezechia & Niniuitis, Insuper cõuertere ad aliquem sanctorum, vt superius Iob dixit.

Eccl. 2. Iob. 5. Iudith. 7. Si dilatẽ postulatũ, nõ desistas ab oione. 2. Thes. 5. Simile. Psal. 60. Mod⁹ orãdi specialis. Psal. 36. 2. Reg. 12. 3. Reg. 21.

SERMO

SERMO SEXAGESIMVS III.

TRACTATVR QVAESTIO, SI PECCATORES Deus exaudiat; & enumerantur peccata propter quæ non exaudiuntur peccatores.

2.Mach.9.

ANthiocus a Deo percussus graui plaga orabat eũ, a quo nõ est misericordiam consecutus.

Thren.4.

¶ Hoc mane ꝑdicabimus. An & quo modo Deus peccatores exaudit. Secundo quæ sunt inter alia peccata in sacra scriptura, vt orantes non exaudiantur.

¶ Quo ad primum. Breuiter secundum sacros Theologos dicimus, quòd peccatorem orantem, esse peccatorem dupliciter potest intelligi. Vno modo expositoriè, idest ille q alias fuit peccator, nunc autem pęnitens orat. Sic dicimus ꝙ tales peccatores orantes exaudit Deus, secundum quod dicit propheta. Peccator in quacunq; hora ingemuerit, saluus erit, cæteras auctoritates omitto, quia his plena est sacra scriptura. Hoc ostensum est inter alios in veteri testaméto in Dauid redarguto per Nathan prophetam de suo adulterio, & homicidio, dicente peccaui. Cui propheta ex parte Dei. Et Dominus transtulit a te peccatum. Hoc in pœnitẽtia Achab regis Israel. Hoc in ploratu & oratione regis Manasses, vt habes in oratione ei⁹ in vlt. 2. Parali. Hoc in Magdalena in nouo testaméto, in ꝓdigo, & publicano &c. Sed hoc intellige quòd eos exaudit, quantum spectat ad ea, quæ sunt salutis animæ eorum. Sed an eos semp exaudiat in remittendo eis pęnam téporalem meritã, dic, quòd semper eos non exaudit. Imo dicendũ quòd semper restant sub obligatione pœnę téporalis vel in hoc vel in alio mundo in Purgatorio, nisi tanta foret in pęnitente contritio, & dolor, vt ęquetur omni pęnæ debitæ, sicut pluries accidit de conuersis, vt statim in subita immutatione eorum ex dolore moriãtur, & absq; alio obstaculo ad cęlum euolant. Sed ille dolor intensus etiam sensualis eorum non est absq; magna pęna corporea, & spiritus. Sic enim exigit iustitia diuina, vt omni peccato pęna inferatur. Imo nec remittit talibus quandoq; pœnam temporalẽ pro suo peccato vsq; in quartam generationem. Sicut manifestè habetur de Dauid peccante vbi supra, cui dolenti de peccato, quamuis sit dictum ei & Dominus transtulit a te peccatũ, tamen addit sibi propheta. Quia fecisti blasphemare inimicos nomẽ Domini, propter hoc filius qui natus est tibi, morte morietur, & non recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternum, &c. Et in hoc plurimum aduertant parentes, contritione ad Deũ reducti, & orent instanter Deum, & & pro sua pęna merita, & ne extendatur ad filios suos. Et hoc deplorat Hier. Patres nostri peccauerunt, & non sunt, & nos iniquitates eorũ portauimus. Quando Moyses impetrauit indulgétiam pro populo propter adorationem vituli, dixit Deus parcens eis. Ego autem in die vltionis, visitabo & hoc peccatum eorum. Vbi dicunt aliqui expositores, cum non legatur in scriptura, quando pro hoc peccato fint puniti, quòd puniti sunt per captiuitatem sub Nabuc. Secundo potest peccator considerari formaliter, idest qui actu est in perseuerantia peccati, & orat pro sua salute. sic dico. quòd hic peccator duo habet in se.

2.Reg.12. Quamuis Deus remittit vere ingemiscenti peccata, non tamẽ semper pœnã temporaPro eis meritã quam

nis ꝓ hoc orant.

Thr.5.

Exo.32.

Circa salutẽ animæ Deus peccatores qsi que exaudit ratione naturæ in eo bonę, nõ aũt vt peccatores.

Digitized by Google

se. Vnum quod est bonum, vt naturā suam bonam, quia est creatura rationalis ad Dei imaginem creata, quam secundum Paulum Deus vult saluam fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. Vnde pro ea Christus est incarnatus sicut ꝑ alijs hominibus. Et hæc natura summè desiderat compos fieri huius gratiæ. Ex parte ergo hac quādoq; Deus peccatorem perseuerantē in peccatis, orantemque exaudit pro sua salute. Et de his sunt infinita exēpla, qui prauissimi fuerunt peccatores & tamen assiduis eleemosynis, & orationibus, & ieiunijs suis meruerunt, vt Deus tangat cor eorum, & in pœnitētia de cætero vitam suam peragāt. Et hoc factum est ex congruo, ratione creaturæ Dei, quam in se habet, quæ in tali oratione peccatoris sicut pulli coruorū proclamat implicitè ad Deū. Domine memento, quia non ex alienis dijs sum creata, non animaduertas ad stultitiam depratatæ meæ voluntatis per hunc stultum, miserere mei creaturæ tuæ, quia hæc munera oblata tibi ab hoc stulto sunt in parte etiam tua munera, &c. Et sic Deus quandoq; miseretur peccatori ratione eius, quod in se materialiter repræsentat. Et hoc figuratiuè. Sicut Abigail muneribus, quæ erant de substantia viri sui Nabal, placauit Dauid iratum contra eum dicens. Domine stultus est & secundum nomen eius.

1.Reg.25.

Sed si consideretur peccator absolutè sub formalitate peccati, vt diximus, sic Deus in his quæ sunt salutis non exaudit eum. Quoniam Psal. dicit Si iniquitatem aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus, licet quandoq; in temporalibus propter aliqua bona, q̄ faciunt quandoq; exaudiuntur, vt clarè patet de obstetricibus Hebræarū, quæ secundum aliquos erant Ægyptiæ, sed timuerunt Deum Hebræorum, in eos ne talem crudelitatem facerent, quæ à rege eis fuerat indicta, ideo Deus eas remunerauit in tēporalibus vt possessionibus & domibus. Et non immerito, quoniam sicut nullum

In tēporalibus exaudiunt etiā mali peccatores ꝑpter aliqd bonum qđ faciunt.

malum impunitum, ita nullum bonū saltem temporaliter irremuneratum. Et hoc modo cęci apud Ioannem dictum intelligitur, Deus peccatores non exaudit. Et quomodo potest exaudiri in his quæ sunt salutis, si orando pro salute animæ operibus auertit se a salute eius? Ne dicas misericordia, Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserabitur Misericordia enim & ira ab illo cito approximant, & in peccatores respicit ira illius. Si igitur in his quæ salutis tales exaudiantur, hoc intellige fieri ex misericordia Dei, proclamante in eis natura cū talibus muneribus pietatē Dei ad se. Ideo & Apostolus ait. Gentes autem ex misericordia honorare Deum &c. Insuper quandoque peccatores exaudiuntur a Deo non ratione sui, sed eius quod in se repræsentat. Vt cum prauus sacerdos stat inter vestibulum, & altare orando pro populo. Quia tūc ex patre Ecclesiæ, quę est sancta & sine macula, vt Paulus dicit orat, dum in oratione eam repræsentat. Sic enim & Cayphas cum esset pontifex anni illius prophetauit de necessaria morte Christi. Et in iudicio dicent multi de damnatis Christo. Nonne in nomine tuo prophetauimus? &c. Et Sanctus August. dicit Hypone fuisse quendam sceleratum sacerdotem, qui benedictione sua sanabat infirmos. Sed dicit quòd hoc faciebat virtute vnctionis sacerdotij &c. Quandoque etiam exaudit prauos secundum desideria cordis eorum ad interitum. Psalmus, dimisit eos secundum desideria cordis eorum. Et August. dicit. Deus quædam negat propitius, quæ concedit iratus. Sicut accidit in postulatione regis per Hebræos contra voluntatem Domini, qui annuit eorum petitioni, & dedit eis regem in furore suo, qui factus rex se conuertit in superbiam, & tyrannidem. Et Oseæ. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Et ex ex magna Dei misericordia,

Io.10.
Eccl.5.
Rom.15.
Quādoq; Deus prauos exaudit iratus ad eorū interitum.
1.Reg.8.
Oseæ.13.

Digitized by Google

cùm Deus petitiones cordis talium quandoque non exaudit. Quoniam Oseæ.13.dicitur. Saturati sunt,& eleuauerũt cor suum, & obliti sunt mei. Vide totum capitulum. Et Prouerbiorum.23.cap. Anima saturata calcabit fauum. Et magister histor.scol. Iudicum 3. cap. de Hebræis. Qui ad diuitias se tradentes,per epulas & libidinem iam imbelles facti, in conuersione legum integri non erant. Hæc ibi.Practica bene super omnia supradicta.

Enumerantur peccata quæ sũt causa non exauditionis orationum.

1. ¶ Secunda pars, quæ peccata sunt causa non exauditionis orationis. Dico primo est euagatio mentis, in qua si te ipsum non intelligis, quomodo Deus te intelliget? primæ Corinth.14. Si orem lingua, mens mea sine fructu est. Ideo Christus dicit ora patrem in abscondito,idest cordis.practica super hoc.

Prou. 28. ¶ Secundo est despicere vel non audire verbum Dei. Qui declinat aurem,ne audiat legem Dei,oratio eius erit execrabilis. Practica. De prima contritione dicitur Eccles. Ante orationem præpara animam tuam & noli esse quasi vir qui tentat Deum. Et de secũda dicit Christus. qui ex Deo est,verba Dei audit,scilicet tanquam Dei legationem. Qui autem regis legationem audire contemnit,quomodo clamans in necessitate sua ad regem exaudietur?

Eccl.28.

Ioan.8.

Prou. 22. ¶ Tertio. Immisericordia ad pauperes. Qui obturat aurem suam, ne audiat clamorẽ pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. sicut legitur de quodam moriente, & nolente confiteri dicens. Quia durus fui pauperibus,& nolui eos audire clamantes ad me in suis necessitatibus, ideo & Deus vult mihi esse crudelis, vt non exaudiat me. Et de his dicit Iacobus 2.capitu. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam. Et sic ille desperatus mortuus est.

Eccl.34. ¶ Quinto oblatio & sacrificium de malè oblatis, quia dicitur Ecclesiast. Qui de substantia pauperis offert sacrificium, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Et Ecclesiast. Vnus ædificans, & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? Vnus orans & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet Deus? Practica super hæc contra vsurarios raptores, & cætera, ædificantes ecclesias & capellas ex alieno. Et ex alia parte accipe pauperes quorum sanguis ibi commiscetur, de substantia eorum sublatus in talibus eorum ædificijs & eleemosynis maledicentes eis,quem Deus exaudiet? Psal. Neque deprecationem pauperis despexit.

¶ Sexto non remittentes iniurias Deus non exaudit. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis & pater vester cœlestis delicta vestra, si autẽ non dimiseritis hominibus,nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Matth. 6.

¶ Septimo qui offert oblationem Domino de vilioribus & corrosis, vt Chaim, cuius oblatio non fuit accepta coram Domino. Practica hic contra potius dantes meliora canibus, & cætera. Gen.4.

¶ Octauo. Qui superbè orat vt pharisæus cæteros in sua vana iactatione peccatores despiciens, Ecclesiastic.3. cap Synagogæ superborum non erit sanitas.

¶ Nono,qui ingrati sunt beneficijs diuinis,& disciplinam & consilia domini despiciũt, & increpationes eius negligunt, &c. Tunc inuocabunt me & non exaudiam, mane consurgent, & non inuenient me, &c. Prouer. 1.

¶ Decimo effundentes sanguinem & discordias tenentes, quia sanguis eorum clamat de terra cõtra eos vindictam. Prouerbiorum sexto capitu. Sex sunt quæ odit Dominus. Vide ibi, & septimum detestatur anima eius,scilicet qui seminat inter fratres discordias. Cum talibus quomodo potest Deus concordari, qui discordant cum proximo? Io.dicit. Omnis qui odit fratrẽ, suum,homicida est. 1.Ioan.3.

Et

Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.

¶ Vndecimo obstinati in peccatis. Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiat. Et vide circa hoc totum primum capitulum Isa. vbi despicit talium solemnitates, & holocausta.

¶ Duodecimo qui se reducunt in vltimis ad agendum pœnitentiam intuitu pœnarum & infirmitatum suarum, quia tunc non exaudiuntur à Deo, sicut nō est exauditus apud sanctum Gregorium in quarto Dialogorum Crisarorus nobilis Romanus vir valdè voluptuosus, quando in morte petijt inducias vsque mane. dic exemplum. Et superius in proœmio ostensum est in Anthioco Rege. practica eius historiam contra omnes in vltimo reductos ad pœnitendum, quia timent pœnas inferni & Dei horrendum & tremendum iudicium, & non ratione veri doloris peccati.

SERMO SEXAGESIMVS IIII.

CIRCA REGIMEN PRINCIPVM versatur, cum expositione historiæ arboris apud Danielem, ad hunc propositum applicata.

Dan. 4: LEgitur Dan. Vidit Rex Nabuchodonosor arborem positam in medio terræ. Alta arbor erat & fortis proceritas eius cōtingens cœlum. Aspectus illius erat ad terminos vniuersæ terræ, folia eius pulcherrima & fructus eius nimius & esca vniuersorum in ea. Subter eam habitabant animalia & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cœli, & ex ea vescebatur omnis caro.

Quales debent esse principes. Moraliter hæc arbor alta, & fortis sunt principes & præsidentes regnorum & prouinciarum ac ciuitatum, sicut & hic Daniel interpretando visionem dixit. Tu es Rex hæc arbor, quæ est alta, quia in sublimi super alios positus. Et plurimum debent animaduertere ne de sublimi solio cadant, sicut Lucifer per elationem, sicut & hic cecidit Nabuchodonosor, sed se recognoscant esse homines fragiles considerando, quia Deus humiles exaltat, & eis dat gratiam, altos autem & superbos humiliat, & deponit potentes de sede, & exaltat humiles. Et ideo Deus Moysi dixit, inter alia mādata regi det, ne eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, vt longo tempore regnet ipse, & filij eius super Israel. Et Ecclesiast. Rectorem te posuerunt, noli extolli, in illis Eccl. 32. esto quasi vnus ex ipsis, curam illorum habe & sic considera, & omni cura tua explicita recumbe, vt læteris propter illos & ornamentum gratię, accipias coronā & dignationem consequaris coronationis. Erat fortis, quia dicitur Ecclesiast. Noli quærere Eccl. 7. fieri iudex, nisi valeas virtute frangere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Fortis etiam debet esse magnanimitate animi, nō crudelitate & ty-

Digitized by Google

Isai.37. & tyrannide. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis, & qui spernis nonne & ipse sperneris? cũ consummaueris depredationem, depredaberis, cum fatigatus desieris contemnere, contemneris. Proceritas eius contingens cœlum, quia princeps debet esse Deicola, vt dicit Aristo. Et Deut. 17. lege pulchra documenta, quę Regibus Deus dat, vt Deum timeant, & legem Dei assiduè legant, & obseruent

Prou.28. quæ in ea scripta sunt. Aliter regnantibus impijs ruinæ hominum, & leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populũ pauperem. contingit etiam cœlum, quia cum sit minister Dei debet Deum in iustitia sua imitari, apud quem non est acceptatio personarum. Debet etiam cœlum contingere, vt conetur in subditos suos, sicut cęlũ suum influxum communicare secundum subiectam materiam personarum. de hoc multa dixi in vna expositionum super Euange-

Prou.20. lium, erunt signa in Sole, &c. Hæc arbor erat posita in medio terræ, idest populi, quia Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Et iterum dissipat impios rex sapiens. quia scilicet sapientis est omnes circunstantias prudentiæ respicere, & incuruat super eos fornicem, quia prauorum mala consilia & acta ac superbias incuruat. Dicitur etiam in medio terrę hęc arbor vel Rex aut princeps ratione boni sui exempli, in quem omnes debent respicere, tan-

Eccl.10. quam in speculum & ideam. Iudex sapiens judicabit populũ suum, & principatus sensati stabilis erit. secundum judicem populi sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales inhabitãtes in ea. Rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium. Dicebat Plato sapienti. Regi vti armis, aut minis contra multitudinem non est necesse, quia probata virtus principis quam populus summo studio respicit, est quæ populum ad virtutem compellit. Ideo dicit hic textus. aspectus arboris erat vsque ad terminos vniuersæ terrę. Et quia ita pusillum sicut & magnum debet suo intuitu & influxu ac gubernatione respicere, sicut superius Deuter. 17. Deus sibi mandauit. Folia eius pulcherrima, idest indumenta, & eius ornamenta debent esse virtutes, vt diximus secundum quod dicit Psalm. Et folium Psalm. 1.
eius non defluet. Et iterum astitit regina in vestitu deaurato circundata Eccl.49.
varietate, memoria Iosiæ in compositione odoris facta, idest, vita eius erat odorifera & virtuosa, & hoc erat opus pigmentarij, idest Dei omnipotentis per quem reges regnant, & iusta consilia decernunt. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, vt musica in conuiuio vini. Fructus eius nimius, quia & coram Deo in meritis plurimũ fructificant. quis enim coram Deo merita benè regentium potest æquare & enarrare? & corã hominibus quos sua probitate pascunt & conseruant? Sub protectione & regimine quorum & aues cœli, idest Ecclesiastici, & animalia, idest seculares, conseruantur. Et bestię, idest praui, qui reperiuntur, puniuntur vel reducuntur ad modestiam. Sed caueant ne eis accidat ex superbia & tyrannide sicut hic Nabuch. vt succidantur.

SERMO

Digitized by Google

SERMO SEXAGESIMVS QVINTVS.

IRA DEI ET HOMINVM DVPLEX explicatur, comminatiua, scilicet, diffinitiua, zelatiua, criminalis, monstraturque authoritas præsidentium, Iudicum, ac parentum in corripiendo, subditos, maleficos, filios.

Hierem. 1.

LEgitur Hierem. Factum est verbum domini ad Hieremiã. Quid tu vides Hieremia? cui respondit. virgam vigilantem ego video. Et Dominus benè vidisti, quia ego benè vigilabo super verbo meo, vt faciam illud. Secundo factum est verbum Domini ad eum. Quid tu vides? & dixit. Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Et dixit Dominus ad me. Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ.

¶ Hoc mane prædicabimus de ira Dei & hominis per zelum & inordinatum affectum. Quoad primum. Inuenimus in sacra scriptura, quòd misericordia & ira Deo attribuatur. Misericordia & ira cum illo sunt. &c. Sed hęc ira deo attribuitur per quandam similitudinem irę, vt quia Deus se habet per modum irati hominis quo ad effectum iræ. Nam vera ira in homine est cũ alteratione partis sensitiuæ, quia secundum Damascenum ira est accensio sanguinis circa cor. vt cum offertur irascibili aliquid nociuum, statim cor accenditur ad expulsionem talis odibilis ex concursu sanguinis ad ipsum. Deus autem est spiritus, vnde hæc ira humana non potest esse in eo. Solum igitur effectus est irati hominis modo similitudinario in Deo, quoniam homo iratus minatur, flagellat, corrigit, &c. Ita hi effectus comminationis, flagellationis, & correctionis Deo attribuuntur. Et sic intelligitur de Deo dictum, Gen. pœnitet me fecisse hominem, idest ad modum hominis irati contra ingratos sibi, se ostendit, qui quandoque dicit. Pęnitet me tibi talia dona contulisse ratione ingratitudinis tuæ, & sic sibi ea tollit. ita & Deus deleuit eum à facie terræ. Et inuenimus Deum homini irasci tripliciter, vno modo comminatiuè, vt fecit contra Niniuitas per totum librum Ionæ. Micheæ. 6. Vbi præcipit sibi Dominus clamare ad ciuitatem. De his comminationibus diuinis plena est sacra scriptura. Sed dico tibi id quod propheta Amos 3. leo rugiet quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit, idest denuntiabit? Istæ enim iræ Dei cõminatiuæ respiciunt secundas causas in comminando, vt peccata hominum merentia, destructionem regnorum & prouinciarum ac ciuitatum, pœnitentiam merentiũ remissionem, sed prima causa quæ futura præuidet, vt præsentia, cognoscit talium quandoq; conuersionem intuitu cõminationis eis factæ, ideo demeritis eorum parcit pœnitentia adueniente. Si autem comminationi & rugitui leonis, impęnitentia & duritia cordis insequitur, tunc verè ex accumulatis peccatis ira Dei aggrauatur, Psal. Nisi conuersi fueritis, gladium

Eccl. 6.

Qũo intelligitur irã eẽ in Deo.

Gen. 6.

Deus hoĩ irascĩt tripliciter.

Cõminatę iræ si pnĩa non succedit pergrauatur flagellum.

dium suum vibrauit, arcum suum tetendit & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Et vt bene dicit Valerius. lento enim gradu in sui vindictam diuina ira procedit, tarditatem que supplicij grauitate compensat.

Diffinitiua ira est certa ĩ flagellis, & ideo timẽdę sũt Dei cõminatio nes quorũ terminus ignoratur.

Quandoque irascitur homini exterminatiuè, vt cum diffinitiuæ comminationi flagellum, vel exterminatio succedit. De hac ira Dei etiam est plena sacra scriptura, vt inter alias habetur super comminationem Hely & domus eius, & contra Saul & domum eius, & contra Achab & domum eius. 4. Regum 9. ca. & contra Hieroboam, & contra Sedechiam Regem & Hierusalem, vt habetur Hierem. circa finem, & super captiuitatem Hebræorum per Nabuchodonosor. Et quando Christus prędixit ruinam Hierusalem per Titum & Vespasianum. Accendetur velut ignis zelus tuus. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram. Et disperdet Dominus ab Israel caput & caudam, incuruantem, & deprauantem die vna. Sed quilibet cum audit super se comminationem prædicatorum ex parte Dei timeat à iudicijs Dei, expectans cum timore quo ignis irę Dei pertransibit. Quoniam absconditum est à nobis, quid pariet comminatio Dei, & ad quam partem declinabit, vel in terrorẽ, vel in destructionem, quoniam nec prophetis semper hoc reuelatur. Quilibet ergo, cum audit comminationes Dei timeat vt leonis rugitũ ad escam talis aut talis animalis.

1. Reg. 3. & 16.
4. Reg. 9.
3 Reg. 14.
Soph. 1.
Isai. 9.

Tertio Deus irascitur quandoque misericorditer, vt dicit sapientia Prouerb. 3. & Hebr. 12. vide quia perpulchrè Paulus discurrit. Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis. De his plena est sacra scriptura, vt in Abraham tentato, & Iacob & Ioseph & Ezechia Rege, & Manasse, & Lazaro leproso, Iob, & Tobia. Vide etiam per pulchram orationem Iudæ Machabęi. Et practica per infirmitates & alia aduersa, quæ Deus ex misericordia in aliquos dirigit. Dum iudicamur autem à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Et vide Sapient. 12. capitulum per totum, vt vbi in fine concludit. Qui autem ludibrijs, & increpationibus non sunt correpti, dignum Dei iudicium experti sunt. Propterea bene dicit Gregorius. Quod lima ferro, quod fornax auro, quod flagellum grano, hoc facit tribulatio viro iusto. Et pro hac correctione exorabat Hiere. Corripe me domine, veruntamen in iudicio & nõ in furore, ne forte ad nihilum redigas me.

Hab. 3.
2. Mach. 10
1. Cor. 11.
Hiere. 10.

De Ira hominis.

Secunda ira quæ ad hominem spectat est duplex. vna est zeli, alia passionis. Ira quæ est zeli est virtuosa dummodo moderetur & reguletur ratione recta. Et hæc si est circa Dei honorem summè est veneranda & amplectenda. De qua propheta, zelus domus tuæ comedit me. In signum huius Christus iram ostendit in eos qui domum Dei fecerunt speluncam latronum. Et hæc ira maximè debet esse in præsidentibus, tam spiritualibus, quàm temporalibus, in rebus vbi circa honorem Dei agitur. 3. Reg. 19. Venit sermo Domini ad Heliam in monte dicens. Quid hic agis Helia? & respondit. zelo zelatus sum pro domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini, filij Israel, altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, vt auferant eam. Vide primũ Machabæorum secundo capitu. de admirabili, & constanti zelo in legem Dei Mathatiæ patris Machabæorum, quia zelatus est legem Dei, sicut fecit Phinees Zambri filio Salomi, de quo habetur Numero. 25. capitu. & de quo dicit Psalmus. Ex zelo eius cessauit quassatio. Texus autem

Ira zeli in homine est virtuosa, dummodo moderetur ratione recta, & primo debet esse in Deum, secundo in virtutes.

Psal. 105.

tem dicit, cessauitq; plaga à filijs Israel. Ex quo documentum habent omnes principes, quoniam zelus eorum in legem domini & honorem Dei remouet plagas à populo, & per oppositum, qui zelum hoc non habent, plaga graui cum populo extirpantur. Item zeli est ira virtuosa, cũ est amore virtutis facta & extirpatione vitiorum, siue fiat contra propriam personam, vt cum quis in seipsum reflectens irascitur contra seipsum, quia virtutes non sequitur, sed vitia, siue sit contra aliam personam. Et maximè hæc ira conuenit præsidentibus spiritualibus & temporalibus. Hæc tamen ira ex zelo plurimum est regulanda ratione in excessu, vel defectu. Nam nimius zelus etiam prudentes quandoque excedere facit, maximè principes cum impetu in huiusmodi reguntur absque debitarum prudentiæ circunstantiarum præconsideratione. vt quis, quem, quomodo, quibus, cur, quando, propter, quid. De his circunstantijs principum vide nostram cõcionem de regimine principum, vel reip. Insuper quilibet consideret in huiusmodi zelo, quia actus actiuorum sunt in patiente benè disposito, nec quælibet forma introducitur à quolibet agẽte, sed à tali agente passo proportionato, quia nec quilibet contentatur à quolibet reprehendi. Insuper hic zeli excessus pluries accidit in zelothypia mariti & vxoris, dolor cordis & luctus mulier zelothypa. Et in muliere zelothypia flagellum linguæ. Et idem dic in gubernatione familiæ. Quia qui nimis emungit, elicit sanguinẽ. Hi enim sumant exemplũ in confectionibus medicinę, in qua oportet plurimum aduertere ne in ea nimius & improportionatus excessus commisceatur, quia potest talis excessiua commixtio infirmo esse mortalis. Et omnibus principibus datur documentum, zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam præcibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Similiter defectus zeli est malus, maximè in præsidentibus, qui remissè vel non auctoritatiuè vt debẽt, castigant & reprehendunt vitia. de hac correctione auctoritatiua dicit S. Paulus ad Corinth. Quid vultis in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Et cunctis in exemplum debet esse Hely sacerdos, qui auctoritatiuè non reprehendebat, nec castigabat suos filios multa turpia operantes, quem Deus cum tota domo sua ad interitum castigauit. Insuper & parentes animaduertant ad correctionem defectuosam erga filios & filias suas, quia puer qui dimittitur voluntati suæ, confundet matrem suam. Et stultitia alligata est in corde pueri, & disciplina fugabit eam. Exemplum horum est in filijs Dauid, qui ab eo dimissi fuerant voluntati eorum currere, quanta mala acciderunt & fratricidij & patricidij, & stupri, vt Absalon patrem insequeretur, & fratrem occideret, & concubinas patris violaret & Amnon sororem stupraret. 2. Reg. 13. & 15. cap. De modis autem fraternæ correctionis vide in nostra interpretatione Quadragesimali super Euangeliũ corripe eum inter te, &c. Et pro iudicibus prænotandum est, quòd concupiscibilis & irascibilis sunt instrumenta potestatis iudicis, dummodo per rationem regantur. Nam iudex in inuestigatione, & consultatione supra reum debet expoliari ab omni irascibili & concupiscibili, quia pro tunc debet esse, ita temperatus & tranquillus, sicut mare absque aliqua exagitatione, vt suum iudicium sit omnino diaphanum & transparens absque vllo impedimento in acquirendo, & consultando. Quoniam ira impedit animum ne possit cernere verum. Et amor ac odium zelum verum non habent. Quia sicut in sensu secundum philosophum intus existens prohibet sensationem, ita & in iudicibus amor vel odium prohibet rectum iudicium. Hæc instrumenta iustitiæ, vt concu-

Prou. 26.

Pulchra similitudo in zelatione.

Prouer. 6.

1. Cor. 4.

Presidẽtes auctoritatiuè debẽt reprehendere.

Prou. 19. & 22.

Digitized by Google

concupiscibilis & irascibilis pro tunc quiescant. Sed postquam iudex sententiam dictauerit, tunc vtatur instrumentis his tanquam ministris, scilicet in exequendo sententiam, sed semper moderentur ratione. Quoniam dicit Chrysostomus. Si ira non proficit, nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina compescuntur. Patientia enim irrationalis vitia seminat, & nõ solum malos, sed etiam bonos inuitat ad malum. Diligenter tamen obseruandum est, ne nimis incalescat, quia fortè dominaretur menti & rationi, quoniam tunc esset mala. Vnde Gregorius curandum summopere est, ne ira quę vt instrumentum virtutis assumitur, menti dominetur, ne quasi domina præeat, sed quasi ancilla ad obsequium parata, à rationis ductu nunquam recedat, per
Prou. 30.
tria mouetur terra, & quartum quod nõ potest sustinere. Per seruum cum regnauerit, per stultum cum fuerit saturatus cibo, & per odiosam mulierem cum in matrimonio fuerit assumpta, & per ancillam, idest sensualitatem moraliter, cum fuerit hæres dominæ suæ, idest rationis in regimine suo. Quàm autem hic zelus & in Deum & in legem, siuè diuinam, siuè humanam sit Deo placens, placabilisq; iræ, vltra dicta habemus in Moyse, de quo dicit scriptura, fuit mitissimus, & tamen iustissimus in malefactores, propter quam iustitiam placabat iram Dei, vt patet Exod. 22. &
Iosſ. 7.
in alijs locis. Item placatus est Deus
4. Reg. 10.
ex iustitia, quam Iosue fecit in Achor lapidatione, propter sublata furto de anathemate Hierico. Item laudatur Hieu à domino, quando domum regis Achab in nihilum redegit, & aram Baal deleuit, sicut Neemiæ. 5. capitu. Audiens clamorem populi propter vsuras quas exigebant optimates, iratus est nimis valde. vide reliquum capituli. Et multa documenta habes ad iudices Exod. 23. & Deuterono. 16. & 17. & Sapient. 6. cap. vide omnia prędicta in textu, quia sunt perpulchra.

Et concludamus mandatum Dei Exodi 22. Deus præcepit iudicibus. Maleficos non patiaris viuere. Insuper quia pietas ad omnia valet, scilicet, ad vitam in hac vita, & in vita ęternna. Vnde secundum Hieronymum auctoritas Heliæ, zelus Simonis Chananæi, Petri seueritas, Pauli constantia, qui Eliman Magum vijs Domini resistentem ęterna seueritate damnauit, est imitanda. Non enim est crudelitas pro Domino crimina puniri, sed pietas. Oportet tamen in huiusmodi puniendis delictis auctoritatem habere, vel Dei instinctum sicut Phinces fecit, & multi alij, qui non sunt imitandi, nisi id eis conueniret ex speciali inspiratione diuina, cum fuerint priuatæ personæ, quia ipse Deus est actor vitæ & mortis, & principes siue iudices ministri Dei, quorum est punire maleficia vt superius eis Deus præcepit. Vide etiam pulchrum exemplum in speculo exemplorum titulo iudex. De iudice qui nepotem suum violentiam in palatio suo facientem cuidam mulieri, sua manu interfecit. Propter quod in morte existentem noluit Episcopus communicare, nisi hoc peccatum confiteretur. Quo renuente quia iustitiam fecerat Deo se commendauit. Et recedente ab eo Episcopo cum Sacramento Eucharistiæ, à Deo eadem hostia est communicatus. Et vltimatè concludendo de huius zeli vtilitate dicit Sapientia. Rex qui sedet in solio iudicij sui, dissipat omne malum intuitu suo. Et dissipat impios Rex sapiens, & curuat super eos fornicem, idest arcus triumphales eorum, vel opera praua & meretricia. vide etiam ad hoc propositum Sanctum Paulum ad Roma. Qui omnes hortatur subditos debere esse potestatibus, quia omnis potestas à Deo est, & ipse est Dei minister tibi in bonum, si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Et ad omnes iudices dicitur Prouerb. Noli quærere fieri iudex, si non vales

Pietas magna in iudice est iustitiam debitam facere, & impietas est maleficis parcere.

Exod. 22.

Prou. 20.

Rom. 13.

Prouer. 7.

Digitized by Google

vales virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Qnoniam & secundum Augustinum dempta iustitia, quid sunt regna, nisi latrocinia. Et magna ira Dei est super locum illum, vbi non est in prauos iustitia.

De ira criminali hominis.

¶Tertia ira est criminalis in homine. & hæc accidit vel ex parte obiecti, & hoc dum appetitur, vt quis iniustè occidatur, vel vltra quàm meretur, grauiter puniatur cv mortem vel talia pati nõ mereatur, siue quòd idem fiat per se, vel alium priuatum hominem ad quem non pertinet de iustitia, & cęt. Insuper etiam si appetatur maleficium per iudicem, scilicet occidi rationi suæ indignationis & rancoris in eum. Sic enim hæc ira est criminalis & mortalis, nisi ex imperfectione actus, vel propter primos motus, quibus ratione non assentitur. vide de his prolixius beatum Antoninum.2.part.T.7.cap.1.part.2.vel ex parte modi irascendi, vt dum quis in ira ita exardescit, vt prorumpat in Dei blasphemiam, aut maledictionem ex animo, vel cum in odium mortale prorumpitur contra inimicum, quia tunc esset ex adiacenti mortali mortalis. Multa autem ex ira fiunt cum peccato veniali, quia naturaliter irascibilis inflatur in sibi nociua. Insuper irę communiter quæ sunt parentum in filios & dominorum in seruos & huiusmodi, non sunt mortales, quia non fiunt ex prauo affectu odij, vide summulam Gaet. T. ira & vindicta, quia ipse breuiter & clarè de huiusmodi dat doctrinam, Cætera de ira in alijs vide.

SERMO SEXAGESIMVS SEXTVS.

QVOMODO DEVS MOVEAT HOminem ad opera bona, & quomodo dicatur excitatare aliquando ad malum. Item liberè seruiendum Deo demonstrat ex Verbis Iosue: Tractat etiam contractum fœdus hominum cum Deo in baptismate, additque protestationem hominibus faciendã per prædicatores coram Crucifixo.

Iosue 24.

IOsue populum congreganit eis enarrando diuina beneficia, & protestando an Deo vellent seruire, vel Baal, quia ad hoc liberi sunt. Et populus proclamauit se Domino liberè seruituros, qui eis tot beneficia donauit. Tunc Iosue vos hodie testes estis, quia elegistis vobis domino liberè seruire, &c. Et ascenderunt in Sylo, vt starent coram domino, & percussit populus fœdus cum Domino. Et in signum fœderis effudit Iosue aquam super terram, in quo secundum morem Hebræorum vt dicit magister denotatur atrocitas pœnæ in violatione fęderis. Quasi dicerent, vt

vt sicut in effusa aqua ex vase nullum remanet in vase aquæ vestigium, sicut de alijs liquoribus effusis in vase remanet eius vestigium, vt sanguinis vel mellis, ita transgredientis hoc fœdus tota progenies deleatur. Et scripsit Iosue verba hęc in libro legis dei, idest in hoc libro, & tulit lapidem per grandem, posuitque eum subter quercum, quæ erat ante sanctuarium Domini, & ait. lapis iste erit vobis in testimonium. Et dimisit omnes in possessionem suam.

Hoc mane duo videbimus. Primo quomodo Deus semper mouet, & effectiue & finaliter liberè ad virtutes. Secũdo moraliter exponem⁹ historiã.

¶ Quo ad primum prænotandum est. quod dicit Isai. 26. Omnia opera nobis domine operatus es. Et sanctus Paulus ad Corinth. Non sumus sufficientes aliquid in nobis quasi ex nobis, sed omnis sufficiẽtia nostra a Deo est. Vbi dicit ad longum sanctus Thomas. Idem philosophum velle, quoniam omnis prima motio voluntaria nostra est à motore extrinseco, qui est Deus. Et quoniam Deus dupliciter concurrit ad motionẽ voluntatis humanæ ad virtutes. vno modo vt causa efficiens, alio modo vt causa finalis, quia etiam secundum librum de causis. prima causa magis influit in effectum quàm secunda causa. Exemplifica de sole & homine in generando sibi simile, licet proximiori causæ effectus assimiletur. Exemplum etiam de causa mouẽte & efficiente, vt cum lapis proijcitur aut baculus manu mouetur. Exemplum de causa finali, vt ouis trahitur herba virente, & puer nuce, quia talia obiecta eis bona & delectabilia apparent. Vtroque tamen modo motionis Deus mouet hominem liberè ad virtutem, sed hominis est acceptare id ad quod liberè mouetur. Nam ipse Deus nullo pacto mouet eum ad peccatum, quia Ecclesiast. dicitur. Fuge peccata tanquam a facie colubri. Sed mouet ipsum ad virtutes liberè secundum philosophum 2. Physic. & per totum librum Ethi. vbi agitur de virtute, quæ omnem coactionem excludit, quia talium non esset nec meritum nec præmium. Eccl. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit in manu consilij sui, & ei adiecit præcepta & mandata sua. Si volueris mandata seruare conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignem ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominẽ vita & mors bonum & malum, quod placuerit ei dabitur sibi, quoniam multa sapientia Dei & fortis potentia, videns omnes sine intermissione, oculi Domini ad timẽtes eum, & ipse cognoscit omnem operam hominis. Nemini mandauit impiè agere. Ecce motio efficiẽs, & nemini dedit spatiũ peccandi. Non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium. hæc ibi. Practica bene hanc auctoritatẽ. Multa enim dixi in nostra concione, quomodo Deus liberè operatur in homine, & non cogit ipsum ad virtutes. Et quia Deus in quãcunque creaturam operatur, semper agit secundum subiectam materiam, vt in naturalibus naturaliter in voluntarijs voluntariè & liberè, quia non est eius destruere naturam, sed perficere & conseruare. Et gratia secundum August. perficit naturam vel voluntatem & non destruit eam, quia in omnibus suauiter operatur. Et hic discurre practicando, dum te quoquo modo vocat ad virtutes, liberè vocat, aliter nulla tua opera virtuti ascriberentur, aut merito, vel præmio digna essent etiam secundum philosophos, & coacta seruitia non placent, & hilarem datorem diligit Deus Similiter Deus mouet vt causa finalis ad virtutem, dum proponit operanti magnum præmiũ virtutibus. Nam obiectum voluntatis est bonum, ideo quando maius bonum sibi proponitur, tanto delectabilius fertur in eum & in media ad eum. Hic possis exemplificare de omnibus laboratoribus, & artibus quod

Margin notes: 2. Cor. 3. — Oĩs motio nr̃a volũtaria ẽ ab extrinseco à Deo q̃ mouet dupliciter hominẽ ad opera voluntaria. — Eccl. 21. — Eccl. 15.

pro obiecto lucratiuo eis oblato magna operantur, & ab omnibus se abstinent, sicut illi qui in stadio currunt, vt apprehendant brauium, sed corruptibile, nos autem quanta debemus sustinere pro acquirenda incorruptibili corona, quam offert nobis Deus, vt eam nec oculus vidit, nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, quæ tamen præparata est diligentibus eũ? Hac motione nos Christus mouet per præmium, quod offertur habentibus octo beatitudines, & obseruantibus sua prȩcepta, vt dixit iuueni & legisperito. Practica super hæc in particulari cum sua mercede. Sed dices nonne dicit Christus. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit illum? Tractus autem videtur importare coactionem? Respondit Sanctus Augustinus Nolite cogitare fratres inuitum trahi à Domino, quia inuitus non trahitur animus, sed amore. Est enim quædam voluptas cordis, cui dulcis est ille panis Christi. Porro si poetȩ placuit dicere, trahit sua quemque voluptas, non obligatio, sed delectatio, quanto nos fortius dicere debemus, trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur vita ȩterna, quod totum Christus est. Da amantem & sentit quod dico, da desiderantem, da feruentem, da in ista solitudine peregrinantem, atque sitientem, & ad æternam patriam suspirantem, da talem & scit quid dicam. Ramum viridem ostendis oui, & trahis illam, nuces puero ostenduntur & trahitur, & quo currit trahitur, amando trahitur, sine lesione trahitur corporis, cordis vinculo trahitur. Si ergo illa quȩ inter delitias voluptatesq; terrenas reuelantur amantibus, trahũt, quoniam verum est trahit sua quemque voluptas, non trahit Christus reuelatus à patre? quid enim fortius desiderat anima quàm veritatem? hæc ille. Sed dubitat meus auditor, quia Lucæ 14. dicitur compelle eos intrare, vt impleatur domus mea, & cæt. Respondet Sanctus Gregorius, qui huius mundi aduersitatibus fracti ad Dei amorem redeunt, compelluntur intrare. De quibus Psalmus. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. Et Dauid de se dicit, conuersus sum in ærumna, dum configitur spina. Vide etiam mirabilem conuersionem Regis Achab, ex comminatione Heliæ. Et conuersionem Regis Manasses in carcere existentis, cuius orationẽ habes 2. Paralip in vltim. cap. Sed dices Apostolus dicit de Pharaone. In hoc ipsum excitaui te, dixit Deus Moysi, vt ostenderem in te virtutem meam, idest ego te Moysen excitaui ad faciendum mirabilia, vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Ad hoc respondetur tripliciter, vno modo intelligetur hæc excitatio, quia praui magis irascuntur & indurantur, cum eis aliqua signa proponuntur, vt ad bonum reuertantur. Et hoc experientia didicimus. Quoniam palato non sano pœna est panis, & oculis ægris odiosa est lux, de quibus dicitur, dixerunt impij Deo suo, recede à nobis, viam scientiarum tuarum nolumus. Et secundum commune Prouerbium. Lege facta malitia excogitata. Vnde hæc excitatio intelligitur indirecta facta, quia principaliter fuit ordinata medicinalis ad Pharaonis conuersionem, sed ex eius indispositione mirabilia Dei facta sunt, sibi ad mortem. Et de his Psalm. Noluit intelligere vt benè ageret, &c. Secundo intelligitur hoc factum etiam indirectè, quia inuidos virtuosa operatio odiati excitat in malum. Hoc patuit in tota vita Christi & miraculis eius, cõtra quȩ magis ac magis inuidi pharisæi excitabantur, ratione ipsorum infecti palati contra veritatem Christi. Dicit Euangelista, sciebat Pilatus, quòd per inuidiam tradidissent eum. Sic & Pharao ex odio & inuidia concepto in Hebræos, quia quanto magis multiplicabantur, tanto magis

Marginalia (left): Tract⁹ Dei nõ est violentus, sed dulcis. — quomodo De⁹ cõpellit aliquos ad virtutes sine violentia.

Marginalia (right): Psalm. 82. — Psalm. 31. — 4. Reg. 21. — Rom. 9. — Exod. 4. & 7. — Qũo excitantur ali qui ab ipso Deo ad malum tripliciter. — Iob 21. — Psalm. 35.

gis

Digitized by Google

gis eos opprimebat. Excitabatur contra ipsos etiam ex mirandis factis per Moysen. Tertio excitauit Pharaonem, quia ex demeritis eius sibi gratiam subtraxit, qua sublata ab homine, iam peramplius agitur. Ecclesiast. Eccl. 7. Consideraui opera Dei, quem ille despexit, nemo corrigere possit, Et deinde ambulant, vt cæci, quia Domino peccauerunt. Et de quibus Psalmus Psalm. 11. in circuitu, sicut in laberynto impij ambulant. Practica benè super omnia hæc, vbi prædicas dicendo. An sint omnia hæc in te, vt merito de te dicatur. Hierem. 5. Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt conuerti.

Expositio figuralis.

NVnc accedamus ad expositionem moralem historiæ assumptæ. Iosue denotare potest omnem prędicatorem, qui est ductor spiritualis populi Christiani ad terram promissionis Paradisi. Qui in suis declamationibus populo debet enarrare beneficia sibi à Deo exhibita, vt dicit Moyses Deut. 32. in cantico suo. Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit & creauit te? Memento dierum antiquorum, cogita cogitationes singulas. Et per hanc beneficiorum diuinorum recordationem plurimum debemus Deo gratias agere, cum per aliud sibi retribuere nequimus. Psal. Psal. 115. Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Et hæc rememoratio debet esse, quia patres nostri habitauerunt extra flumen baptismi, & gratiæ diuinæ in sua gentilitate. Et tamen elegit nos misericordia sua in populum sibi peculiarem per mare rubrum, id est per baptismum rubricatum sanguine Christi, eduxit nos de tenebris umbræ mortis, diabolo cum toto suo exercitu submerso, quia Christus manu inermi & brachio extento in sanguinolenta cruce, vicit & submergit omnes tartareas potestates. Et ducit nos ad terram promissionis vitæ ęternæ per desertũ arctę viæ huius mundi, quæ ducit ad patriam, vt ipse dixit. Stricta est via quæ ducit ad vitam, & regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, idest, qui ardua & difficilia opera pro Christo subeunt. Nihilominus Christus misericors, ne nos in via deficere contingat, dat nobis manna de cœlo cibum suauissimum, idest, Sacramentum Eucharistiæ, quod viaticum dicitur. Dat & aquas gratiarũ in abundantia, & aquas Marath, scilicet amaritudines huius mundi, ligno, idest passionis suæ consideratione dulcorizat nobis, vt eas pro Christi nomine patienter sufferamus, respondentes Christo reciproco amore, vt sibi passiones pro nobis dulces fuerunt, etiam nobis dulce sit pro eo easdem pati patienter, quia vt dicit Sanctus Paulus ad Roma. Rom. 8. Si tamen compatimur, vt conglorificemur. Perinde vt dicit Sanctus Augustinus, quicquid nobis in via contigerit, libenter sufferamus, propter illud bonum ad quod tendimus. Insuper rememoremus, quòd omnes reges, idest dæmones humiliati sunt, quia nunc in nomine Iesu omne genuflectitur, & virtus diaboli ad nihilum redacta est, vt dixit dæmon sancto Paphnutio, post quam Christus incarnatus est. Tu autem de alijs beneficijs Dei te extende. Insuper quia Deo nostro non placent coacta seruitia, quemadmodum aliæ gentes, & alij dij à suis exigunt, sed vult suos seruos Deus liberos in sui seruitium vt patet per totam sacram scripturam, ideo exhibendam debet prædicare populo liberam seruitutem Christo Deo, & non coactam vt superius diximus. Insuper debet etiam proponere ante oculos eorum, zelum Dei, quem habet in sibi seruitores. Vt qui est sanctus & bonus, vult eos sanctos & bonos, sicut Christus

Deo non placẽt coacta seruitia.

dixit estote perfecti, sicut & pater vester perfectus est per imitationem, aliter facientes est Zelotes & æmulator legis. Percutiet vos vsque septies super peccata vestra, quia ipse visitat patres in filios vsque ad quartam generationem. Et vltra progreditur in transgressionibus populi, vt habemus in captiuitatibus Hebræorum per totam sacram scripturam. Et quia quilibet Christianus, & in baptismo & in Quadragesima in speciali facit promissionem abrenunciare Diabolo & pompis eius, & sequi Christum suum benefactorem toto corde ore & opere, & in speciali facit fœdus cum Deo coram Sacerdote mutandi vitam suam in melius. Ideo debet prædicator effundere aquam ex vase in terram, idest cunctis Christianis denuntiare, se fore ligatos ore proprio exterminari à Domino, si in contrarium Deo suo steterint, & se conuerterint iterum ad diabolicam seruitutem. Et tales retrocedentes semper debent stare in timore iudiciorum Dei, vt dicit Psalmus. A iudicijs enim tuis timui, sicut & rebellis vasallus Domino suo, quamuis vel sibi pepercerit, vel eum tollerat, debet stare in magno timore, coram suo domino propter præteritam infidelitatem. Insuper debet prædicator protestari populo suo coram petra sub quercu posita, idest, Christo qui est petra descendens de cœlo, vt ait Daniel, posito in ligno crucis in Ecclesia, quòd eis prædicauerit legem eius, & denunciauerit populo scelera eorum, & quòd pœnitentiam proclamauerit, ne requirat peramplius sanguinem eorum de manibus suis, sicut præcepit Ezechieli tertio capitulo. Filij hominis speculatorem te dedi domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ipse non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia, ipse in impietate sua morietur. Tu autem animam tuam liberasti, sed & si conuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem ponam offendiculum coram eo, cætera vide si vis.

Leuit. 26.

Fed⁹ Christianus facit cũ Deo in baptismo, in pęnitentia & cõfessione, quo fracto sup se mortem imprecatur.

Psal. 118.

Prædicator debet protestari populo coram Christo crucifixo de suis denuntiationibus, & populi fœdere cũ Deo.

SERMO

SERMO SEXAGESIMVS SEPTIMVS.

TRACTANTVR GRAVITAS, ET malignitas peccati,& ab illo contracta macula, amissa dona, & obstinatio cum damnatione procedentia.

LEgitur 4.Reg.25. & 2.Paralip.vlt. de captiuitate, & vinculatione, & exoculatione Regis Sedechiæ, q noluit exhortationem Hieremiæ missi à Domino ad eum audire, vt pœnitentiam ageret, aliter captiuaretur cum populo, imo ipsum posuit ad carcerem pane & aqua affligẽs. Vinculatus igitur & duobus filijs suis in oculis eius occisis, est in Babylonia positus in carcere. Cumque Rex conuiuiũ faceret gloriæ suæ, fecit educere Sedechiam, vt in conuiuio saltaret, saltantiq; fecit dare potum inductiuum ad profluxum ventris, ibique vituperatus, vt dicit magister historię, reductus est ad carceres confusus, & ex dolore ignominioso mortuꝰ est.

¶ Hoc mane exponemus moraliter historiam, in qua continetur magna grauitas peccati, & periculum eorum qui non audiunt prædicatores comminantes. Vbi pro introductione dicendorum est prænotandum secundũ sacros Theologos. Ex mortali peccato tria detrimenta incurrit miser homo in anima. Primo perdit gratiam q est forma spiritualis vitæ ipsius animæ, sicut ipsa anima est forma viuificatiua corporis. Vnde Paulus. Exurge qui dormis.s.in peccato, & exurge à mortuis, spiritualiter & illuminabit te Christus, lumine.s.gratiæ Dei. Vnde & de prodigo dicit Euãgelium. Mortuus erat & reuixit. Et hac gratia priuatus, quilibet potest dicere moraliter, quod Thobias cæcatus Angelo salutante eum, gaudium sit tibi dixit, quod gaudium mihi potest esse cũ cæcus sim, & lumen cœli non video? Secũdo incurritur inordinatio virium, quia secũdum Ecclesiastes, fecit Deus hominem rectum, vt scilicet sensualitas rationi, & ratio Deo obediat vt suo summo bono, qm̃ vt dicit August. Deus creauit hominem, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur, ipse autem diuersis se quęstionibus miscuit, idest peccatis, vt scilicet se deordinaret in viribus suis, & a Deo recederet creaturæ adhærendo. Et super hoc Deus. Hiere. Lamentatur dicens. Obstupescite cœli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer. Duo enim mala populus meus fecit, me dereliquerunt fontem aquæ viuę, & foderunt sibi cisternas, quæ aquas continere non possunt. Vnde & Augustinus dicit peccatum mortale est auersio a creatore, & conuersio ad creaturam. Propter quod diuiserunt iniquitates vestrę inter vos & Deum vestrum, & absconderunt faciem eius à vobis peccata vestra, ne exaudiat, & cæt. Ecce indignatio Dei causata ad hominem ex inordinata vita eius contra Deum. Psal. Fiant contra Dominum semper. Tertio incurritur reatus pęnæ æternæ quibus dicetur. Ite maledicti in ignem æternum. Et Psalmus. Ideo non resurgent impij in iudicio, scilicet ad relaxationem, sed æternam confirmationem pœnæ ignis. Et quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. Adhuc clarius grauitatem mortalis peccati ostendam tibi. Nam anima Deo coniuncta

Peccatum mortale tria damna infert.

Ephes. 5.

Hier. 2.

Peccatum mortale quid.

Isai. 59.

Mala quæ per mortale incurrit miser peccator.

Psal 108.

Psalm. 1.

iuncta per charitatem. Primo conformatur Deo. Psalm. Doce me facere volũtatem tuam, quia Deus meus es tu. Secundo per conformationem conuertitur ad Deum. Psalm. Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Tertio per conuersionem ad Deum coniungitur illi. Psalm. Mihi adhærere bonum est Deo, & ponere in eo spem meam, & iterum adhæsit anima mea post te. Et sponsa in canticis inueniens sponsum dixit, tenui eum nec dimittam. Quarto post tentationem eius statim illuminatur ab illo sicut lanterna intus suscipiens candelam accensam. Et Ioan. qui illuminat omnem hominem veniẽtem in hunc mundum. Et psalm. Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo. Quinto illuminata fulget ex Deo, modo quo dicit sponsa in canticis, lampades tuæ lampades ignis & flammarum. Et per oppositum anima per peccatum priuata gratia Dei. Primo Deo difformis est in volũtate, qui vult sibi & non creaturæ conformari, contra hos Paulus dicit, nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sẽsus vestri, vt probetis quę sit voluntas Dei bona & bene placens & perfecta. Et miser peccator volendo frui creatura dissonat à voluntate creatoris. Sic ergo difformis à Dei voluntate, conuertitur ad fruendũ creatura relinquendo creatorem, sicut fecit prodigus adolescens, & Epulo diues, qui epulabatur quotidie splendide, & cæt. Et ita tertio per voluntatem & affectum coniungitur voluptatibus, vt sic vellet perpetuò sic esse, quoniam omnis peccantis mortaliter affectus circa illud diligibile dum peccat, est perpetuus. Ideo secundũ Greg. datur sibi æterna pœna, quãuis actus peccati sit tẽporalis. Deus enim plus hic affectum quàm actum metitur, Vide de hoc Sapien. 2. Quarto post hæc ita obscuratur in sua intelligentia, vt de reliquo potest dici de ipsis, quod de reprobatis à Deo. Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, idest illorum mala, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciãt ea quæ non conueniunt, Et quæ sunt talia, vide ibi vsque in finem. Vltimatè per amplius non fulget ex Deo, sed tenebrescit ex diabolo, vt de malo in peius deducatur per obscuritatem peccati ad obscuritatem tenebrarum inferni, de quibus Christus. Proijcientur in tenebras exteriores inferni, scilicet, post tenebras suas interiores. Vnde Gregor. cum peccator in profundum peccatorum venerit, contemnet. Et iterum in moralibus. Ex suggestione oritur cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione consensus, ex consensu operatio, ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio, ex desperatione peccati defensio, ex defensione gloriatio, ex gloriatione damnatio. hæc ibi. Nunc accedamus ad moralitatem historiæ, in qua magis in particulari grauitas peccati cõtinetur. Hieremias prophetas potest nobis quemlibet prædicatorem denotare, quem Deus mittit proclamare cum comminationibus diuinis populo scelera eorum, nec trepidet principum vel populi contra eum insultationem, sicut fecit Helias, & Michæas, & cæteri prophetæ. Vide hic secundum capitulum Hiere. Sed Sedechias non solum nolebat ipsum audire, sed etiam incarcerauit in pane & aqua crucians eum, sed ipse nihilominus intrepidè proclamabat, capieris, & cæt. De his qui nolunt audire doctrinam prædicantium dicit Sapien. Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui autem meam, penè fui in omni malo, in medio Ecclesiæ, & Synagogæ. hæc ibi. Sed quia hic miser fuit separatus à Dei gratia per suam obstinationem, necessariò separatur ab Hierusalem quæ interpretatur visio pacis, idest, vt non videat pacem, sed confusionem, quoniam vt dicit Sanctus

Aĩa Deo coniuncta per charitatem qualis.

Anima priuata p peccatum gr̃a dei, qualis.

Rom. 12.

Rom. 1.

Ordo quo modo contrahit obstinatio & dãnatio in peccatore & in particulari de grauitate mortalis peccati.

3. Reg. 18. & 22.

Prouer. 5.

ctus Gregorius offenso creatore offen ditur omnis creatura, quę deinde armatur in vltionem creatoris, vt dicitur Sapient. Et primo à sui ipsius pa-
Sap. 5.
ce, quia nihil turbulentius in homine, quàm inquieta conscientia accusans, vt dicit Sanctus Paulus ad Rom.
Rom. 2.
Testimonium illis reddente conscientia eorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, & defendẽtium in die, cũ iudicabit Deus occulta cordium. In figuram huius, Baldasar perturbabant cogitationes, dum inspiceret manum contra se scribentem, Mane Thethel Phares, interpretationem
Dan. 5.
horum habes in superioribus. Ideo in oppositum, Prouer. Secura mens quasi iuge conuiuium. Et de hoc sanctus
Prou. 15.
August. Iussisti domine, & ita est, pęna est sibi omnis inordinatus affectus. Secundo separatus à pace Dei, etiam separatur à pace Angelorum. Ideo Angeli dixerunt curauimus Babylonem, & non est sanata, idest confusum
Hiere. 51.
hominem vel confusam ciuitatem, derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam. (Et hoc maximè fit per excommunicationem, vt diximus in sermone de participatione meritorum,) quoniam peruenit vsque ad cœlos iudicium eius. Similiter ab orationibus sanctorum vt patet, Hierem. 14. & 15. cap. Hi igitur sic à Deo dimissi & à protectione sanctorum Angelorũ & ab orationibus sanctorum derelicti, traduntur in manus nõ solum temporalium inimicorum, vt hic Sedechias cum populo captiuandus, sed etiam diabolo, sicut & figuratur in Saule, quem Deus ob de-
1. Reg. 16.
merita sua, dereliquens, tradidit diabolo eum grauiter vexandum, vt ex recidiuatione in eo ex aduẽtu septem dæmoniorũ nouissima deterius fiant. In signum huius Chain à gratia Dei
Gen. 4.
separatus dixit ipsi Deo. Ecce eijcies me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra, omnis qui inuenerit me occidet. hæc ibi. Dixit insuper Achior Holoferni principi exercitus, Deus
Judith. 6.

Hebræorum odit iniquitatem. Vide si in eis est iniquitas, tradet eos Dominus in manu tua. Deinde captus à diabolo permissione diuina incarceratur, modo quo dicit Psalm. Funes
Psal. 118.
peccatorum circumplexi sunt me. Et iterum: Quoniam iniquitates meæ
Psalm. 37.
supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sũt super me. Et peramplius illud quod Deus dixit Hierem. Impleatur in eis. Numquid Æthyops potest mutare pellem, aut pardus varietatem colorum, ita & vos cum didiceritis malè facere, numquid potestis bene facere? De his sunt infinita exempla, vt de Nicolao Sene in legenda sancti Andreę, &c. Et insuper exoculantur vtroque oculo, quia Dæmon sic obsessum cęcat oculo dextro, vt de salute sua minus cogitet, sed de ea sibi loqui nauseat anima eorũ, tanquam super cibo leuissimo, sicut faciebant Hebræi in mannæ comestione. Cæcatur etiam in sinistro oculo, quia peramplius non cogitat de nouissimo suo, idest, quòd sepultura asini sepelietur, sicut Ioachim, & in inferno cum Epulone perpetuo absq;
Hier. 23.
aliquo refrigerio cruciandus. Et impingunt ad vtranque partem claudicando, volentes & hoc mundo frui & cum domino gloriari, vt Hebręi tem-
3. Reg. 18.
pore Heliæ. Quibus dixit vsque quo claudicatis ad vtranque partem? Filij eius interficiuntur. Nam in sacra scriptura proles ventris, quandoque pro bonis, & spiritualibus operibus accipitur, quandoque pro malis. Isai.
Isai. 27.
Sicut quæ concepit cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus. A facie tua domine, idest, à terrore tuo, & illuminatione, concepimus, scilicet in ventre mentis nostrę fœtum salutis spiritualis, idest bonum propositum. Et quasi parturiuimus, scilicet cũm dolore, vt mulier cum parturit est in dolore, cum scilicet, bonum propositũ conamur in opus producere contra sensualitatem, & prauum habitum renitentem, vt Paulus

ait. Habeo aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, vt quæ nolo id ago, ideſt ſenſualitas ſaltem in primis motibus reſiſtit legi mentis meæ, ad malum me inclinando, iuxta dictum Gen. 8. Cogitatio & ſenſus cordis humani, prona ſunt ab adoleſcentia in malum. Et peperimus ſpiritum ſalutis, ideſt, bona opera, quæ ſalutem conferunt animæ. De malis autem Hiere. 22. Scribe virum iſtum ſterilem, virum qui in diebus ſuis non proſperabitur. Et Oſeę 9. moraliter. Da eis domine vuluam, ideſt animam ſine liberis, ideſt legitimis bonorum operum, & vbera arentia, ideſt intellectum cum errore, vel ignorantia, & voluntatem abſque bono affe-
Prouer. 1. ctu & propoſito. Prouerb. Comedent igitur fructus viæ ſuæ, & cōſilijs ſuis ſaturabuntur. Huius igitur praui viri filij interficiuntur, quia vel bona opera ſua mortificantur per mortale, vel mortua ſunt, quia facta ſunt in mortali peccato. De his vide nrm ſermonem de operib. factis in mortali. Et ipſe miſer captiuatus & cæcatus à diabolo propter peccata ſua, educitur ab eodem ad tripudiandum ad ſui confuſioné & interitum ac mortem æternā. Qm̄ qui veſcebantur voluptuosè interierunt in vijs, & qui nutriebantur in croceis, amplexati sūt ſtercora. Thr. 3. Et Paulus quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione. Tenent tympanū & cytharam, & gaudēt ad ſonitum organi. Iob. 21. Ducūt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Vbi ſunt principes gentium, & qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram? Baruch. 3. Qui in auibus cœli ludunt, qui theſaurizant argentum & aurum, in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum? Qui argentum fabricant, & ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio operum illorum? Exterminati ſunt & ad inferos deſcenderunt, & alij loco eorum exurrexerunt. hæc ibi.

SERMO SEXAGESIMVS OCTAVVS.

HISTORIA ARBORIS VISAE A' Nabuchodonoſor applicata ad vitam D. Doctoris Thomæ Aquinatis ordinis Prædicatorum digeritur.

Dan. 4. REx Nabuch. vidit arborem altā magnam & fortem, pceritas eius tāgens cœlos, aſpectus eius vſq; ad terminos terræ, folia eiꝰ pulcherrima, & fructus eius vberrimus, & eſca vniuerſorum erat in ea, & ſubter eam habitabant animalia, & beſtię, & in ramis eius conuerſabātur volucres cœli, & ex ea veſcebatur omnis caro. Et arbor erat poſita in medio terræ. Arbor hæc poteſt nobis denotare inter alios Sanctos glorioſum Aquinatem, de quo poteſt dici illud. Et erit tanquam lignum. &c. Pſalm. 1. qui vſq; ad mortem glorioſè fructificauit, quia vt dicit Inno. 12. vel 13. de eo ſecundū relationem ſui confeſſoris, qui in vltimis eius generalem confeſſionem audiuit, inuenit eū ſicut puerum. 5. annorum. Et multas virtutes eius commendat. Erat arbor magna magnitudine amoris diuini de cuius virtutib. multa dicit Clemens 6. Vide in priuilegijs oř. Erat arbor fortis ratione conſtantiæ ſuæ vt patet, qn̄ voluerunt eum multis modis ab ordinis propoſito retrahere. Proceritas eius, ſcilicet ſapientiæ tangebat cœlos, quia ſicut Salo- 3. Reg. 4.
mon

Digitized by Google

mon diſputauit a cedro, quæ eſt in libano, ideſt a diuinitate Chriſti, vſq; ad hyſopum, quæ egreditur de pariete, ideſt vſq; ad humanitatem, & par uitatem Chriſti. Et diſeruit de iumen
Pſal.72. tis, ideſt de virtutibus. Vt iumentum factus ſum tecũ. Et volucribus, ideſt Angelis, qui vſq; ad Deum & nos volant tanquam adminiſtratorij ſpiritus, miſſi in ſalutem noſtram, & reptilibus, ideſt vitijs terrenorum hominum, & piſcibus, ideſt dæmonibus, & damnatis, qui ſecundum Iob. 24. Ad nimium calorem tranſient ab aquis niuium. Hic enarra opera eius librorum de huiuſmodi. Vt poſſit dici de eo ſicut de Salomone. In diebus illius emanauerunt putei aquarum, ſcilicet doctrinæ eius limpidiſſimæ, & quaſi mare adimpleti ſunt vltra modum. Quia ſicut a mare exeunt flumina, & in mare regrediuntur, ita cæterorum doctorum doctrina poſt ſanctũ Thomam exhaurit ex doctrina eius, per maximè prædicatorum, cum admiratiuis ſenſibus ſacræ ſcripturæ. Quos ipſe paſſus difficiles ſacræ doctrinæ non expoſuit? numeri. 14. Fluet aqua de ſitula eius. Vide de hoc Clemen. 4. vbi ſupra. Et Innocentius Papa, ac Vrbanus multa dicit de eius doctrina. Aſpectus eius vſque ad terminos vniuerſæ terræ, quia eius doctrina per omnes ſcolas currit. Vide quid Vrbanus Papa ſcribit Toloſanis. Folia eius pulcherrima. Dic de eius virtutibus. Et fructus eius vberrimus in militãti Eccleſia, in qua vt Aug. reuelauit. Thomas par eſt ſibi in gloria. Et in hac arbore erat eſca volatilium, ideſt contẽplatiuorum, & animalium, ideſt actiuorum, & beſtiarum, ideſt peccatorũ, qui conuertuntur ad Chriſti manſuetudinem. Et erat in medio terræ, ad omnes homines ſua doctrina aſpectũ habens, vt Ioan. 22. in ſua canonizatione dixit.

SERMO SEXAGESIMVS IX.

REGIMEN PRINCIPVM MONSTRATVR: & cultus Dei illis neceſſarius, & ſeptem dona ſpiritus; quæ ſingula declarantur: Item oſtenditur ex D. Auguſtino qui Imperatores fœlices eſſe dicantur.

3.Reg.3. SAlomon Rex conſtitutus rex iuit ad Eccleſiam, & genuflexus orauit ad Dominũ. Domine tu conſtituiſti me ſeruum tuũ regnare ſuper populum pro Dauid patre meo. Ego ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum, & introitum meum, & ſeruus tuus eſt in medio populi, da ſeruo tuo cor docile, vt populũ tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum. Quis enim iudicare poterit hunc populum tuum multũ. Placuit ſermo corã Domino, & dixit Salomoni. Quia poſtulaſti verbum hoc & non dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum ſed ſapientiam ad diſcernendum iudiciũ, ecce feci tibi ſecundũ ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligens, in tãtum vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit.

¶ Hoc mane videbimus quo ad Deũ, qualis princeps debet eſſe. Quoniam dicit Sap. Per me reges regnant, Prou.8.

& le-

Digitized by Google

& legum conditores iusta decernunt, per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo. Hæc ibi.

¶ Dicamus igitur. Si princeps in regimine suo a Deo constituitur, necessarium est vt sit eius amor in Deum reciprocus, quia dicit Augu. si amare piget, reamare non pigeat, & oportet ipsum esse Deicolam, vt etiam Arist. naturalis Philosophus dicit, idest Dei cultorem, super omnia respiciendo eius honorem, in eumq; reuerentiam & timorem habere, quia Psal. dicit Afferte domino gloriam, & honorem, afferte domino gloriam nomini eius, & multa ibi prosequitur de Dei potentia. Et Hier. Quis non timebit te o rex gentium, tuum est decus, &c. Et Sap. Sicut diuisiones aquarũ, ita cor regis in manu Domini, quocunq; voluerit, inclinabit illud. Et quare in speciali plus cæteris Reges, & principes debent esse Deicolæ? dico inter alias propter plures causas. Primo quia dicitur Eccle. In medio fratrum rector illorum in honore, & qui timent dominum, erunt in oculis illius. Et iterum magnus est iudex, & potens in honore. Et 3. Esdre 4. dixit vnus ex disputãtibus Eunuchis Darij, quid fortius Rege? Rex super omnem terram, & super omnes homines in ea præcellit, & dominatur eorum. Et omne quod dixerit illis, faciunt. Et ibi perpulchrè discurrit circa regis potentiam. Indignatio regis, nũtij mortis. Ex qua præeminentia eius datur sibi occasionaliter gladius, si fręno timoris Dei non fręnetur, furiosi in manibus. Propterea plurimum super alios debet esse Deicola, quia timor & honor ad Deũ est fręnum suæ indomitæ cupiditatis & ambitionis. Ex quibus deinde vertitur in magnam tyrannidem & lasciuiam, vt sit sicut Nabuc. alienatus, apparens vt dicit Epiphanius, ex parte anteriori bos lasciuiens & subiugo Belial, & ex parte posteriori vt leo, quia tales indomiti, & effrenati currunt sicut equus, & mulus, in quibus nõ est intellectus in omnia vetita. Et in principio regni sunt sub iugo lasciuiæ, & successu temporis fiunt tyranni rugiẽtes, & omnia rapientes vt leo. Cũ impij sumpserint principatum, gemet populus. Et, Leo rugiens, & Vrsus esuriẽs, princeps impius super populum pauperem, Ideo, Qui timet Deum faciet bona, quia timor Dei est frenum potentum, dum cogitant, quod dicit Sap. Potentes potenter patientur tormenta. Et Eccle. sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Et ideo vt principes & reges caueant ab effrenatis cupiditatibus eorum, Deus per Moysen dat ꝑpulchra documẽta Deut. 17. Vbi vult quòd legem Dei semper habeãt in manibus, & discant timere Deum, nec extollantur superbè super fratres suos, & non declinantes ad dexteram vel sinistram iustè iudicent suos fratres. vt longo tempore ipse, & filij eius sedeãt super solium suum. De his vide nostram expositionem moralem super Euangelium, erunt signa in Sole, & Luna &c. quia quæ hic omisi, ibi posita videbis ad propositum. Debet insuꝑ esse Deicola, quia vt Salomõ in principio orauit, a Deo est petenda sapientia ad benè regendum populum, quoniam per sapientiam reges regnant, & iusta consilia decernunt. Et indigent gratuitis donis spiritus sancti in speciali, ꝓpterea reges & in veteri, & in nouo testamento consueuerunt vngi oleo benedicto. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eũ. Et vide perpulchra prosequitur Psalmus ad propositum. Pri. Ioannis secundo. Sed vos vnctionem habetis a sancto & nostis omnia. Et iterum sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus. Propterea plurimum debet esse Deicola ad impetrandum dona spiritus sancti, per quæ seipsum & alios debeat regere. Nam indiget primo dono, scilicet sapientia, pro qua Salomon habenda superius exorabat. Et de qua

Marginalia: Psal. 18. — Hier. 10. — Pro. 21. — Eccl. 10. — Rex debet esse Deicola qa Dei est minister cuius timor est frenũ passionũ ipsius. — Pro. 16. — Pro. 29. & 28. — Eccle. 15. — Sap. 6. — Eccl. 10. — Psal. 88. — Rex indiget pro regimine septé donis spiritus sãcti & primo dono sapientiæ sapidę.

Digitized by Google

de qua Iacob. 1. Qui indiget sapientia, postulet a Deo, & dabitur ei. Et Sap. sexto. Rex sapiens populi stabilimentum est, ergo accipite disciplinã per sermones meos, & proderit vobis. Hæc autem sapientia regia secũdum interpretationem nominis debet esse sapida, vt scilicet talis in eo sit sapientia, non solum informatiua intellectus sed etiam inflatiua affectus, vt sibi placeat non solum viam veritatis cognoscere, sed in ea ambulare, & in populo per effectum executiuum ostendere. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Et quod alijs præcipit ipse primò in seipso experiatur imitando Christum regẽ regum, quia ipse primò faciebat, quæ docebat facere. Nam, Vir sapiens liberauit ciuitatem ab obsidione & inimicis, sua sapientia, quę est maior quàm bellica arma. Et per oppositum. Rex insipiens perdet populum, & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentiũ. Debet esse sapiens in lege Dei, & Ecclesiæ, vt secundum eam gubernet populum, quantum ad ipsum spectat, secundum quod sibi dantur regulæ à Deo, Deut. 17. Vide ibi, & in nostris interpretationibus Euãgeliorum vbi supra. Indiget etiam dono intellectus, vt clara habeat phantasmata, & non infecta aliqua passione amoris vel odij, spei, vel timoris. De his vide nostram interpretationem super Euangelium sederunt scribæ, & Pharisæi super Chatedram &c. Quoniam secundum Philosophum oportet intelligentem phantasmata speculari, q̃ si qua passione erunt infecta, turbida sua phantasmata phantasia offert intellectui, & impedit eum a sua diaphaneitate, sicut mare turbatum lux per parum penetrare potest, quia secundum Philosophum. Intus existens ꝓhibet sensationem, Clarus igitur intellectꝰ est, quietus intellectus ab omnibus passionibus. Et talis est magis perspicax ad cognitionem veritatis, quasi oculi aquilæ ad aspectum sphęrę solis. Et hac claritate maximè opus

Psal. 118.
Act. 1.
Eccle. 9.
Eccle. 10.
Indiget dono claritatis intellectus.
Fer. 3. 2. Dom. 40.
2. de aĩa.

habent rectores, cum versentur circa practicum intellectum, idest circa particulares actus humanos, in q̃bus magna prudentia opus est, vt in sequenti sermone ostendimus. Sed hæc non nisi per magnum cultum diuinum, & deuotionem ad Deum habentur. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris. Et iterum benedictus dominus qui tribuit mihi intellectum. O quantum thesaurum habet Rex, qui habet penetrabilitatem, & perspicacibilitatem intellectus, De his vide Sap. 9. per totum capitulum. Indiget etiam dono scientię, non quę inflat, sed quæ ædificat, de qua Prou. 9. scientia sanctorum prudentia, & 3. Noui scientiam sanctorum. Nam sciẽtia dicit secundum Philosophum certam cognitionem habitam ex certis, & veris principijs, quæ fit per sylogismum demonstratiuum. Sed nõ in omni doctrina, & scientia vtendũ est ex simpliciter infallibilibus principijs. Hæc enim pertinent ad sacram doctrinam, & ad scientiam naturalẽ, in quę scientia causatur ex principijs absolutè veris, & certis, sed in scientia morali vtendum est principijs probabilibus & magis ad alteram partem inclinatis, siue sit in iudicialibus, siue in regimine reip. Et hęc est doctrina Arist. in Eticha. Vt igitur non erret rex vel princeps in suis conclusionibus deductis vel deducendis ex principijs moralibus, quæ maximis varietatibus, & instabilitatibus subijciuntur, indiget hoc dono scientię spiritus sancti, pro cuius dono habendo superius Salomon exorauit. Diuinatio in labijs regis, in iudicio nõ errabit os eius. Hãc scientiam habuit Salomon cùm inter alias suas iustitias adiudicauit filium esse mulieris, quę ex commotione viscerum noluit, quòd puer diuidatur. Et aduertẽdum in hac historia, quòd non condemnauit alteram mulierem, quia non habebat signa condemnationis eius, sed quia habebat signa quòd sit filius alterius mulieris ex compassione eius ad ipsum, eius ad iudicauit fore

Psal. 31.
Psal. 15.
Indiget dono sciæ practicę.
Pro. 16.
3. Reg. 3.

Digitized by Google

fore filium. Nullo enim pecto iudici in criminalibus damnare licet quemquàm sine sufficienti ꝓbatione. Quoniam in crimine puniendo omnia debent esse clara. Sed imitari debet Salomonem hic, in vehementi suspitione iudicando in meliorem partem, nō tamen vt diximus alterum damnando, sed in similibus similia faciendo cum euenerint. Iusti liberabūtur scientia. Et Sap. 7. Mihi autem Deus dedit dicere ex sententia, & præsumere digna horum, quæ mihi dantur, quoniā ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator. In manu enim illius, & nos & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum disciplina sciētię. Dabo vobis pastores iuxta cor meū, & pascent vos scientia & doctrina. Indiget etiam rex vel princeps dono cō silij, vt præeligere valeat in rebus dubijs consiliatis, quid rectius sit amplectendum & sequendum, & quid longius euitandum. Eccle. 32. Fili sine cōsilio nihil facias, & post factum non penitebis. Et. 37. ante oīa opera verbū verax præcedat te, & ante omne actū consilium stabile. Et per totam sacrā scripturam admiranda documenta cunctis dantur pro huiusmodi consilijs. Maxime quòd a senioribus, & viris timoratis consilia petenda & appetenda sint, quia Prou. bonis amici consilijs anima dulcoratur. Et quoniā magnę in hominibus fallaciæ occultantur maximè in domibus principum, quia quandoq; & pro bucella panis venduntur aduersarijs. De his vide ad longum prophetam Michęam 7. Non omnem hominem inducas in domum tuam, multæ enim sunt insidiæ dolosi. De his vide ad propositū Ecclesiast. 12. Et vide pulcherrima documenta, qui amici sunt consulendi, & qui non, Eccle. 37. Vnde & de Christo habemus, qui se nō credebat omnibus in eum credentibus, ipse enim sciebat quid lateret in homine. Necessaria ergo est gr̄a hæc consilij spiritus sancti in homine, vt instinctus eius eū inclinet, q̄d sibi salubre est sequi & q̄d tāq̄ mortiferū declinare. Et obseruet omnis consulens, vt a senioribus consiliū exquirat, in quibus est scientia, & practica. De his habes prolixe Eccle. 8. Nam & Rex Roboam abijciens consilium salubre seniorum, qui erant patris sui Salomonis cōsiliarij, & amplectens iuniorū sociorū suorū, perdidit decem tribus Israel, quę separatę sunt ab eo, creantes in regem sibi Hieroboam seruum Salomonis. Et saluata est prouincia Ægypti, quia rex secutus est prudens consilium Ioseph super somnij sui interpretationem, in quo præfigurabantur primi septē anni fertilitatis, & septem sibi succedentes sterilitatis, & penurię. Debet habere donum fortitudinis, quod per maximè principibus conuenit, qui in alto loco collocati magnis quandoq; imbribus aduersitatum concutiuntur, iuxta illud, feriunt summos fulgura montes. Nec hoc licet probare, q̄ experientia docet. Per donum autem fortitudinis æquo animo vtraq; fortuna fertur. Vt nec in prosperis eleuetur, nec in aduersis animo deijciatur. Et in bellicosis & arduis audaciam sumat, sicut Iudas Machabæus audacia sua prostrabat magnos exercitus. Et per impauidos & intimidos corde trecentos viros electos milites, Gedeon vicit confidentia diuina magnū exercitum. Et de his plena est sacra scriptura. Quando Saul Rex audiuit plāctum populi, quia Ammonitarū Rex Naas veniens cōtra Galaad Hebręos, & nolens pacem, & tributum ab eis, sed quòd eruat vniuscuiusq; eorum oculum, irruit spiritus domini super eum & iratus est furor eius nimis, & assumens vtrunq; bouem concidit in frusta, & misit in oēs terminos Israel dicens. Quicunq; non exierit, & secutus fuerit Saul, & Samuel, sic fiet bobus eius &c. Debet habere donum pietatis maxime in suos subditos. Quoniam pietas secūdum Paul. ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Et hæc pietas non debet esse in permittendo malefi-

Prou. 11. Hier. 3. Indiget rex dono cōsilij maxime seniorum. Prou. 27. Eccle. 11. 3. Reg. 12. Gen. 41. Indiget dono fortitudinis cum confidentia diuina. Iudic. 7. 1. Reg. 11. Indiget dono pietatis.

leficos viuere semper terram contra Domini præceptum. Nō patiaris maleficos viuere super terram. Quoniam hæc pietas est summa impietas. Vnde clementes debent esse reges, sicut dicitur de regibus Israel. Sed non eodem modo, vt in eodem cap. contra regem Achab propheta ait. Quia dimisisti Benadab regem Syriæ virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Pietas autem regia debet esse intuitu Dei in eleemosynis, & alijs operibus misericordiæ, & debita iustitia, & conseruatione bonorum, & ne noceatur pupillo, & viduæ, &c. Practica de his. Et accipiat consilium Danielis, quod dedit regi Nabucodonosor. Nunc Rex placeat tibi consilium meum: redime eleemosynis peccata tua, & misericordijs pauperum iniquitates tuas, &c. septimo. Et vltimo debet habere donum timoris, & seruilis, & filialis, quia non solū debet Deū iustum iudicem timere, sed etiā amare amore reuerentiali, & filiali. Quoniam timor Domini initium est sapiētiæ. Et eo maxime debet timere eum cum sit eius minister, ne delinquat in administratione eius. Quoniam grauis punitio eos spectat. Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opa vestra, & cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni eius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, nec secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrendè cito apparebit vobis. Quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt fiet, & potentes potenter tormēta patientur. De omnibus prædictis Aug. 5. lib. de ciui. Dei cap. 24. perpulchrè discurrit. Neq; enim nos christianos quosdā imperatores felices dicimus ideo, quia vel diutius imperarūt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes reip. domuerūt, vel inimicos ciues aduersum se insurgentes vel cauere vel opprimere potuerunt. Hæc & alia huiusmodi ærūnosa, vel munera, vel solatia quidam etiam cultores dæmonū accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnū Dei, quo pertinent isti. Et hoc ipsius misericordia factum est, ne ab illo ista qui in eū crederent, velut summa bona desiderarent. Sed fęlices eos dicimus, si iustè imperant, si inter linguas sublimiter honorantium, & obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur, sed se homines esse meminerunt. Si suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatandū maiestati eius famulam faciunt. Si Deum timent diligunt & colunt. Si plus amant illud regnum, vbi non timent habere consortes. Si tardius vindicāt, facilè ignoscunt. Si eandem vindictam pro necessitate regendæ tuendeque reip. non pro saturandis inimicitiarum odijs exercuerunt, si eandem veniam nō ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent. Si quod asperè coguntur plerumq; decernere misericordiæ lenitate, & beneficiorum largitate compensauerunt. Si luxuria tanto eis est castigatior, quāto posset esse liberior. Si malunt cupiditatibus prauis, quā quibuslibet gentibus imperare. Et si omnia hæc faciunt, non propter ardorē inanis gloriæ, sed charitatem fęlicitatis ęternę. Si pro suis peccatis humilitatis & miserationis, & orationis sacrificium Deo suo vero immolari non negligant. Tales christianos Imperatores dicimus esse fęlices, interim spe, postea reipsa futuros, cū id quod exposcimus aduenerit. Hæc ille.

Marginalia: Exo. 22. — 3 Reg. 20. — Qualis pietas debet esse ī principe. — Dan. 4. — Indiget dono timoris Dei — Sap. 6. — Qui imperatores sint fęlices.

SERMO

SERMO SEPTVAGESIMVS.

EXACTE LOQVITVR DE PRVDENTIA; qua indigere multum Principes ostendit. Quomodo item consulendum, & de consultis recte iudicandum decet: ac demum quæ ad bonum Principem necessaria sunt, pulcherrimè tradit.

Num. 11. DIxit Dominus ad Moysen, congrega mihi. 70. viros de senioribꝰ Israel, quos tu nosti quòd sint senes populi, ac magistri. Dicit quos tu nosti senes, quia non vult senes solum ætate, quia iam tales cognoscuntur a Moyse sicut ab alijs quòd sint senes, sed senes exigit ætate, & animo, hoc est moribus & prudentia etiam senes sint, talium enim electio committitur Moysi. Et quoniã exigit senes ętate mente, & animo nõ solum relatiuè ad se ipsos, quales multi probi senes inueniuntur vitam propriam prudenter moribusq; bonis ornatam agentes, sed etiam relatiuè ad regimen aliorum, ideo adiungitur ac magistri, idest primates eius, scilicet apti pro regimine populi. Et duces eos ad tabernaculum fęderis, idest circa tabernaculum ad locum adunationis, faciesq; ibi stare tecum. Et descendam, loquarque tibi, & auferam de spiritu tuo, idest communicabo etiã eis spiritum, quem tibi communicaui ad regendum populum, tradamque eis vt sustentent tecum onus populi, & tu solus non graueris. Et hij sunt de quibus Christus dicit. Super Cathedram Moysi sederunt scribæ, & Pharisæi &c. Matth. 20.

¶ Hoc mane prædicabimus de prudentia, quam debent habere principes in regendo populum, quoniam principibus, & gubernatoribus populi maximè competit hæc virtus, quia prudentia subiectiuè est in ratione. Regere autem & gubernare propriè rationis est. Et ideo quamuis vnusquisq; in quantum participat de regimine, & gubernatione, in tantum sibi competit habere rationem & prudentiam, vt seipsum gubernet, tamen hæc gubernatio tanto nobilior est, quanto ad plura se extendit, non solum circa se, sed etiam circa alia à se, quod potissimum est in gubernatione principum ad populũ. Et pro meliori intellectione dicendorum, notandũ breuiter est quid sit prudentia, deinde dicemus, quæ sunt partes eius, vltimo de circunstantijs eius.

¶ Quo ad primum dicimus, quòd prudentia est recta ratio agibilium. Prudẽtia quid. Nam ars est ratio recta factibilium, quæ in exteriori materia constituuntur, sicut domus, cultellus, & huiusmodi. Prudentia autem est circa agibilia contingentia, quæ in ipso operante consistunt, vt puta in ratiocinatione & discursu practico. Dicit ergo prouidentia est recta ratio, scilicet rectus discursus practicus per rationẽ vniuersalẽ, & applicationem eius ad particularium mediorum discursum. Nam ratio principaliter est vniuersalium, potest tamen vniuersales rationes ad particularia applicare. Vnde sylogismorum conclusiones non solũ sunt vniuersales, sed etiam particulares,

Prudentia cõsistit in ratione practica.

res, quia intellectus per quandam reflexionem se ad materiam extendit, vt dicitur 3. de anima. Ideo prudentia consistit in ratione practica, quia laus prudentiæ non consistit in sola consideratione, sed in applicatione ad opus, quod est finis practicæ rationis. Nam principium ex quo sylogizat prudentia est recta extimatio finis. Habita enim recta extimatione de fine, puta quòd bonum est temperatè concupiscere, incipit prudentia sylogizare, ex isto principio, per quæ media possit in hunc finem attingere. Et vt clarius dicamus, prudens in sui consideratione. Primo supponit finẽ sui operis, perinde sicut viator supponit metam, & terminum sui itineris, non enim consultat sed præsupponit quo debeat proficisci. Secundo inquirit qua ratione quibusue medijs hic finis assequi possit. Vt si finis propositi sit pax cum inimicis habenda, inquirit prudens quibus modis possit ipsa pax cũ hostibus conciliari. Quẽadmodum aliquo profecturus, & viæ ignarus, inquirit quo calle ad constitutum terminum sit proficiscendum. Tertio si plura sunt media assequendi finem, inquirit quod horum sit expedientius. Vt si media componendi pacem cum rege inimico sint, certæ pecuniæ numeratio, aut alicuius vrbis ad regis subiectionem accessio, aut coniugium, inuestigandum est, quod illorum medium trium est conducibilius ad hoc. Quemadmodum si sunt plures viæ ad eundem terminum ducentes, solicitè inquirit viator, quæ illarum est conuenientior. Quarto si vnico medio optimum finem assequimur, inquirimus qualiter id medium nanciscimur. Vt si per fœdera coniugij optata, & proposita pax conuenientissimè haberi possit, inuestigare opus est, quo pacto illud assequi possit. Sicut si vnica via ad metam constitutã peruenire potest viator, diligenter inquirit. Quomodo viã illã teneat &c. Hæc breuiter diximus ad declarationem diffinitionis prudentiæ. Nunc dicamus de partibus eius. Tullius in 2. rhet. ponit tres partes prudẽtię. Scilicet memoriam, intelligentiam, & ꝓuidentiam futurorum. Dico memoria præteritorum est necessaria principi, quia prouidentia vt diximus applicat vniuersalem cognitionem ad particularia, quorum est sensus. Vnde multa quæ pertinent ad partem sensitiuam, requiruntur ad prudentiam, inter quæ est memoria. Nam vt diximus prudentia est circa contingentia. In his homo non potest dirigi per ea, quæ sunt simpliciter & ex necessitate vera, sed ex his quæ vt in pluribus accidunt. Oportet enim principia cõclusionibus esse proportionata, & ex talibus talia concludere vt dicitur in sexto Ethi. Quid autem vt in pluribus sit verum, oportet per experimentum considerare. Vnde in 2. Ethi. Philosophus dicit. Virtus intellectualis habet generationem, & augmentum ex experimento, & tempore. Experimentum autem fit ex pluribus memorijs, vt patet primo Metha. Vnde consequens est ꝙ ad prudentiam requiritur plurimum memoriã habere, ideo conuenienter memoria ponitur pars prudentiæ. De huiusmodi te extende ad practicam militarem, & huiusmodi, qui ex memorijs, & practicis annalibus, ac experientijs ad intentum finẽ deducuntur. Ideo dicitur de Arist. consilio ad Alex. Monebat eum, vt ꝓdecessorum acta ad memoriam reducat, dicens Annalia patrum disce, & inde poteris bona exẽpla extrahere, quia facta præterita dant certum documentum de futuris actibus. Sic & Iudas Machabæus. Hortatur suum exercitum, videns valida castra inimicorum contra quos pugnare debebat, reducens eis ad memoriam acta, & victorias patrum, & confortans viros qui secum erant, ꝙ in Dei virtute cõfiderent, dicebatque eis. Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro &c. & nunc clamemus ad Dominum, & miserebitur nostri Deus noster. Hic hortare ad similia popu-

Prudẽs in sui cõsideratione ꝓsupponit. 4.

Tres sunt ꝑtes prudẽtię prima pars ẽ memoria præteritorum.

Arist. consilium ad Alexãdrũ.

1. Mach. 4.

populum, & ad confidentiam in Deũ in rebus arduis aggrediendis. Et dic propterea reges annalia conscribunt, & ea legunt in recordationem præteritorum factorum, sicut habemus Hester cap. 6. Rex Assuerus dum noctem duceret in Somnem, fecit sibi legi Annalia, & historias priorum temporũ eunti regi Amasiæ contra suos aduersarios edomitos, Deus mandauit sibi per prophetam, quod remitteret in domum suam exercitũ Israel, quem vocauerat in suum auxilium, ex eo quia Dominus non esset cũ eis, addens sibi, ꝙ si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus. Dei quippe est adiuuare, & in fugam conuertere. De hac cõfidentia diuina in rebus arduis plena est sacra scriptura. Et vide in speciali 2. Parali. 20. perpulchram historiam. Et cap. 32. q̃ prudenter præparauit se, & milites suos, & ciuitatẽ muniuit Ezechia Rex, expectans contra se exercitum Senacherib, confidẽs in Domino, sed non negligens quantũ in se est, humanis remedijs vti. Secundo debet habere præsentium intelligentiam in particulari, tam finis quã mediorum ordinandorum ad finem talem. Et ad hanc præsentium intelligentiam tria requiruntur. Primo ratio, & extimatio de fine, & mediorum ad finem. Vt benè sit ratiocinatiuus debitè applicando vniuersas regulas ad particularia, circa quæ versatur. Et quandoq; consideret etiam circa legem in particulari casu occurrente, cui non potest aliter subito obuiari, quid melius, & salubrius est in tali casu facere, pro conseruatione patriæ etiam si lex in oppositum in generali sit. Vt lex præcipit neminem ensem desferre, accidit proditio subita ciuitatis, ensis etiam præter legem sumẽdus est, quia implicitè id mandat, dũ vult conseruare ciuitatem. Nam impie agit in legem, qui legis sola verba, & non intentionem seruat. 2. necessaria est solertia, ad hoc vt prudens inueniat solerter per se ipsum quid expediat. Quæ solertia est facilis coniecturatio & prompta de quocunq;. Et secundum Philosophũ est subita cõiecturatio circa inuentionẽ medij. Propterea bene Seneca dicit. Ego illum bonum iudicem dico, qui cito intelligit & tardè iudicat per negligentiam, sed per inspectionem bonam & integram causæ. 3. necessaria ad hoc est docilitas, quæ est doctrinam datam ab altero accipere libenter. Quoniam cum prudẽtia circa particularia versatur, quæ sunt infinitum variabilia, de ipsis difficilis est scientia & cognitio. Ideo vt superius diximus, indiget homo doctrina, & docilitate alterius, maximè senum, qui vigent sensu, & prudentia & longa experientia. Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ, scilicet propter incertitudinem euentuum & propter oculta nobis. Non despicias narrationem præsbyterorum sapientium, & in prouerbijs eorum conuersare. Ab ipsis enim disces sapientiam, & doctrinã intellectus, & seruire magnatibꝰ sine quærela. Nõ te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt a patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum. Et Ecclesiast. 12. Verba sapientum sicut stimuli, & quasi claui in altũ defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore vno. His amplius fili mi ne requiras. Et in horum exemplum sit omnibus despectum consilium datũ a senioribus Ieroboam regi, & secutum consilium iuuenum in ruinam suam, & regni sui. Dissipantur cogitationes, vbi non est consilium, vbi verò sunt plures consiliarij confirmantur. Sed animaduertant hi illud Ecclesiastici 8. Cum fatuis consiliũ non habeas. Non enim poterunt diligere, nisi quæ placent eis. Et coram extraneó ne facias consilium, nescis enim quid pariet. Nõ omni homini cor tuũ manifestes, ne forte inferat tibi gratiam falsam, & conuitietur tibi. Et 2. cap. Si intrauerit sapientia cor tuum, & scien-

[Marginalia: 2. Para. 25. — Secunda pars est in telligentia præsentiũ ad quam tria exigũtur. — Solertia necessaria. — Docilitas necessaria. — Sap. 9. Necessariũ est prudenti consiliũ seniorum. — 3. Reg. 14 — Pro. 15.]

& scientia animæ tuæ placuerit, consilium custodiet te, & prudentia seruabit te. Et. 12. cap. qui sapiens est audit consilia. De bonis autem consiliarijs dicitur Eccl. scientia sapientis tãquam inundatio abundabit, & consilium illius sicut fons vitæ permanet. Vnde inter tria opera necessaria prudenti principi ponitur, q̃ sit consiliatiuus. Nam primum opus prudentiæ est rectè consultare, idest consilio inquirere, ac inuestigare singulas prudentiæ circunstantias. Prima circunstantia est circa substantiã actus prudentiæ, sed de ipsa non est consilium, quia præsupponitur. Non enim consultandum est an imminente necessitate sit pro patria fortiter dimicandum, vel an temperate sit viuendum, vel an periculosa à rep. acta sint extirpanda, & huiusmodi. Nam hæc conditio vt agendorum principia sunt supponenda, sed de cæteris circunstantijs est consulendum, & deliberandũ. 2. circunstantia est quantum. Hæc docet vnumquemq; virium suarum rationem habere debere, ne quid maius viribus audeat, sed diu considerent quid ferre valeant vel non valeant vt recusent vel acceptent. 3. est gratia cuius. Hæc in omni opere bonum finem & rectam intentionem habendã esse docet, quoniam a fine potissimũ pendet operis malitia vel bonitas. 4. est quale, hæc omnem actionem nostram scienter, & volũtariè facere præcipit, & q̃ sciamus qualitatem & proprietates operationis. 5. est quis. Hæc docet vnumquẽq; seipsum cognoscere debere, & considerare vtrũ ad ipsum spectet, suiq; officij sit ipsa operatio, quam agere intendit. 6. est cui. i. considerare cui sit talis operatio vel actio, idest circa qualem personam agimus. Septima est, quo, scilicet instrumẽto. Octaua cum quo socio, sit opus incipiendum, & perficiendum. Nona est tempus. Scilicet opportunũ. Decima est locus, idest pro quo & in quo, & ad quem locum operatio destinanda sit. Vndecima est modus rei agendæ. Præcipit enim attendendum hoc. Vt quibus medijs, & qua ratione, & quo ad nos pertinet, sciendum mediũ quo ad nos est, q̃ non abundet, neq; deficiat, sed rationis circunstantijs vt vir prudens diffiniat, & terminet. Et istę circunstantiæ vocantur regulæ prudentiæ. Secundum opus est prudentiæ de his, quæ recto consilio sunt inuenta, rectè iudicare, quid melius & potius est. Tertium opus est rectè inuenta, iudicataq; pręcipere, & exequi curare. Et hæc tria opera ordine quodam se consequuntur. Nam primum consultat prudens, quid agẽdum est, & quomodo, deinde de his quæ per consilium sunt inuenta iudicat, an expedientia sint, & si fuerint plura, q̃d eorum sit expedientius, & cõmodius. Vltimo autem loco præcipit ea, quæ consilio inuenta, & rectè iudicata sũt, accomodatque ad opus. Tertia pars prudentiæ est prouidentiam habere respectu futurorum. Nam contingentia futura secundũ quod sunt per hominis inuentionem in finem aliquem ordinabilia ad prudẽtiam pertinent, quoniam pars prudentiæ est prouidentia, ad quam spectat distantia a fine, ad ipsum ordinare. Et ad prudentiam non solum spectant, quæ ad finẽ sunt debitè ordinare, sed etiam considerare ea, quæ circunstant, & secundum exigentiam proportionalem fini, ea quæ sunt ordinanda in ipsum ordinentur, Et hoc per circunspectionem, per quam id quod ordinant in finem, comparatur his, quæ circunstant. Sed quia frequenter contingit mala simpliciter, videri bona, & ea simul misceri propter multiformitatẽ operabilium, ideo necessaria est alia virtus, quæ cautio dicitur, per quam a prudente accipienda sunt bona, & vitentur mala, quæ videntur habere speciem boni. Et breuiter omnia colligendo supradicta pro capacitate faciliori dictorum. Ille perfectè est prudens, qui memoratur præterita, quatenus per similitudinem illorum de similibus occurrentibus actibus possit

Eccle. 21.

Tria sunt opa necessaria prudenti principi. primũ est recte consulere de. 10. circunstantijs prudẽtiæ & quę sunt. nota.

Secũdum op⁹ est de consultis recte iudicare, tertiũ est recte præcipere.

Tertia pars prudentiæ futurorũ ꝓuidentia.

Colligunt breuiter, q̃ ad prudẽtẽ principem exiguntur.

Digitized by Google

iudicare de re futura, Item qui rectè intelligit in præsenti, & extimat de fine nūc operabili. Item qui benè erit ratiocinatiuus debitè applicādo vniuersalia ad particularia, & qui benè & subitò erit perspectiuus in considerando quod expedit. Quiq; benè erit docilis in suscipiendo consilium ab alijs, quod per se non videt. Item qui erit benè prouidus in ordinando, ea quę in pręsenti occurrunt ad instans. Item qui benè erit circunspectus in considerando circunstantias facti. Itē qui benè erit cautus in vitādo, ea quę impediūt debitum finem, vel possunt ipsum impedire. Sed quia pauci sunt aut nulli, qui sufficiunt ad prædicta perfectè, quantuncunq; his exercitiū impendènt, quia humana ratio non potest omnia singularia contingentia compræhendere, quæ possunt in casu occurrere, vt dicitur Sap. 9. cogitationes mortaliū timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ, ideo non solum homo indiget dirigi in his, quæ sunt ad salutē animæ, sed etiā in rebus humanis a superiori principio, scilicet Deo vltra rationem humanam sine cuius auxilio teste ante Paulo, nec cogitare aliquid possumus ex nobis quasi ex nobis. Propterea & Salomō quæsiuit a Deo cor docile, vt possit regere tantam multitudinē. Et hoc erit per donum consilij quod enumeratur inter dona spiritus sancti, vel per donum intellectus &c. vt alias diximus. Vnde duplex prudentia ponitur. Vna est quæ causatur ex exercitio actuum. Vnde indiget ad sui generationem experimento, & tēpore vt dicit in 2. Ethi. ideo non potest esse in iuuenibus nec secundum habitū, nec secūdum actū. Alia est prudentia gratuita, quæ causat ex infusione diuina. Vnde in pueris baptizatis nondū habētibus vsum

Iuuenis nō potest esse prudens.

rationis est prudentia secundū habitū sed non secundum actum, sicut nec in amentibus. In his autem qui habēt iā vsum rationis est etiam secundū actū, quantum ad ea quæ sunt de necessitate salutis, sed per exercitium meretur augmētum, quousq; perficiatur sicut & cæteræ virtutes. Vnde Apostolus dicit. Quòd perfectiorum est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine habent exercitatos sensus ad discretionem boni, & mali. De hac prudentia ex instinctu speciali spiritus sancti habemus in Saul rege, dū esset bonus cum Deo. Cum audisset verba cōminatoria in Galaditidas Hebræos Naas Ammonitidis, quod in hoc fędus inijret cum eis, quatenus eorum oculos dextros eruat, &c. Insiliuit spiritus Domini in Saul cum audisset hæc verba in frusta concidens bouem ait. Quicunq; non exierit & secutus fuerit Saul, & Samuel, sic fiet bobus eius. Simile. Quando congregati sunt Moabitæ contra Iosaphat, & populū eius. Iuit ad Ecclesiam cum populo, & ibi fecit orationem ad Deum dicēs. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. &c. Et tunc factus est spiritus Domini sup Iaziel, & ait regi, & omni populo ex parte Dei. Nolite timere nec paueatis hanc multitudinem. Non enim est vestra pugna, sed Dei. Cras descendatis contra eos, non enim eritis vos qui dimicabitis, &c. Item de Sansone habes Iudi. 14. & 15. &c. Et breuiter de prudentijs hominum, & mulierum in suis actionibus est plena sacra scriptura.

Heb. 5.

1. Reg. 11.

2. Par. 20.

SERMO

SERMO SEPTVAGESIMVS I.

VIRTVTVM INDVMENTA ATQ; ORNAMENTA Priucipibus anteponit: & ex consilio Ietro soceri Moysi, docet quales sibi coadiutores eligere debeant.

Exo. 12. Cōsiliū Ietro quales debēt iudices elegi. s. sapiēs potēs, timēs Deum amans veritatē, detestans auaritiam.

IEtro socer Moysi dixit ei. Vt qd vano labore frustra contereris? Elige in tui adiutorio sapientes, vt dicit alia trāslatio, & potentes, quæ necessario concomitantur adinuicem, cum alterum sine altero non valeat esse, aliter vt magister historiæ dicit, oleum camino subministratur, & gladius veneno vel furioso. Tertio timentes Deum, quia frænum est potentum, vt scilicet cogitēt, quia potentes potenter tormenta patientur. Quarto amantes veritatem. Ecclesiastici. 4 pro anima tua ne confundaris dicere verum, nec accipias aduersus animam tuam mendacium. Quinto detestantes auaritiam, de qua Deus dixit Deut. 17. iudicibus. Non accipiant munera, quia excęcāt oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Sed imitentur sanctū prophetam Samuel. Vbi a populo mirabiliter commendatur, quia nunquam munus accepit existens iudex & prę-sidens populi. Qui cognoscit in iudicio faciem, non benefacit. Iste enim ꝓ bucella panis deserit veritatem. Dux indigens pecunia, multos opprimet ꝑ calumniam, qui autem odit auaritiā, longi fient dies eius. Vnde Deut. 17. inhibuit Deus, ne reges multiplicent sibi equos, nec argenti, & auri immē-sa pondera multiplicabit. Glo magistri, ne potentior factus sęuiret in subditos. Licet tamen diuitias multiplicare sibi intuitu melioris conseruationis status & populi, non tamen per auaritiam, & tyrannicas extractiones, nec sibi faciat per superbiam currus, & equites vt Absalon, quia Salomon & Ezechia, & alij reges diuitias congregabant pro communi bono, mali autem pro tyrannide, & ambitione. Est & alia infirmitas pessima sub sole, quam vidi, diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui, pereunt enim in afflictione pessima, debet esse insuper plurimum zelator. Primo legis Dei, & Ecclesiæ, vt nihil agat quod esset contra Deum, & ecclesiastica documenta. De his vide nostram interpretationem Euangelij, erunt signa in Sole. Debet etiam esse æmulator legis ciuilis siue municipalis suæ, quoniam & ipsa quando est iusta deriuatur a lege naturæ, vt ibi dixi. Prouerb. 28. Qui cognoscit in iudicio faciem, non benè facit, iste pro bucella pacis deserit veritatem. Et de zelo regis capit. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omnē malum intuitu suo. Vide Deuter. 16. Et Ecclesiastici. 4. pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Contra tales non zelantes legem sed secundum propriam voluntatem currentem, multas comminationes ponit Sapientia. 6. capitulo. quæ vide. Debet potius bonum commune quàm proprium respicere, quia propter hoc a toto populo est constitutus super solium regium, & dotatus magnis

Margin notes: 1. Reg. 12. — Prou. 28. — Prou. 26. — Eccl. 5. — Zelator legis Dei & legis ciuitatis. — Diligens bonū commune qd vt habeat caueat quatuor passiones.

Digitized by Google

redditibus, ac stipendijs, quod nullo pacto potest habere, si fuerit infectus aliqua quatuor passionum, quæ obstaculum sunt omnis claritatis. De quibus Boetius. Tu quoque si vis tramite recto carpere callem, gaudia pelle, scilicet ambitiosa. Pelle timorem, scilicet casus aduersi, spemque fugato, scilicet qua declines a iustitia, nec dolor adsit, scilicet ex occursu aduerso, nubila mens est vindictaque frenis, hæc vbi regnant. Contra versos in oppositum dicit Isai. 1. Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupullo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos &c. Debet esse iustus. Abominabiles regi qui agunt impiè, quoniam iustitia firmatur solium. Et voluntas regum labia iusta, qui recta loquitur, dirigetur. Dixit Nicodemus Pharisæis. Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat. Et Act. 15. dixit Festus præses. Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hominem, priusquam hic qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluendum crimina. Propterea grauiter fuit punita domus Dauid in separatione decé tribuum, quæ reiecto Roboam suo nepote adhæserunt seruo eorum Hieroboam, quia Dauid solis verbis Sibbæ serui Miphoboseth claudi contra ipsum Dominum credidit, quòd mala indixerit contra ipsum Dauid, & sibi Domini sui possessiones tribuit, & tamen postquam innocentiam Miphoboset cognoscit, non restituit sibi bona ablata ab eo iniustè, sed condiuisit, quòd ea possiderent per medietatem. Insuper Deus puniuit regem Achab, & Iezabel vxorem eius cum tota domo sua, quia inter alia mala iniusta ipsorum, per iniustitiam, & violentiam acceperunt possessionem Naboth Iezrahelitæ. Et breuiter dempta iustitia, dicit Augustinus, quid sunt regna nisi latrocinia? Et signum magnæ iræ Dei super populum est, vbi iustitia non est. Psalm. Iustitia ante ipsum ambulabit, & ponet in via gressus suos. Et in oppositum. Psalm. Propter iniustitias suas humiliati sunt. Et Ecclesiastici. 10. Regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, ac diuersos dolos. Debet semper penes se habere probos viros, & non adulatores, maximè suos iudices administratorios iustitiæ. Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens. Et. 29. princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios. Et Ecclesiast. Iudex sapiens iudicabit populum suum. Et principatus sensati stabilis erit. Secundum iudicem populi sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium. In manu Dei potestas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorē suscitabit in tēpus super illā. In manu Dei potestas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suū. Omni iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ. Plura de his vide in sermone vbi supra. Et omnes principes animaduertant quod Plutarchus minor dicit. Cum Anthiocus Parthiæ Rex in venatione aberrasset, hominis ignarus pauperculi caulam ingreditur. Et cum inter cænandum sermonem de rege iniecisset. Audiui eum dixit rusticus bonum fuisse, nunc autem hominibus flagitiosis obsequi ob amicitiam. Et quòd ita venationi auidus esset, vt plerunq; res necessarias negligeret. Mane facto rex reuersus domum cæpit accedere rusticum, & eum purpura vestiuit, & diademate coronauit, & ciuibus dixit. A quo inquit die vos accepi, heri primū de me verba vera audiui. Et rex Cyrus decorauit iudicē mini-

Margin notes: Prou. 16. Iustus, qđ vt habeat iudicet cū debito ꝓcessu. — 2. Reg. 19. De malignitate in iustitiæ. — 3. Reg. 21. — Psal. 84. — Psal. 106. — Principes debet penes se habere maxime ministros probos. — Prou. 17. Eccle. 10. — Exēplū ad principes cotra suos adulatores.

Digitized by Google

ministrum suum, qui iniuste quendã occidere fecerat. Et solium cathedræ eius suo corio inuoluit, filium ipsius super eandem constituens, ac dicens sibi, vt discat iustitiam facere, & decli nare ab iniustitia. Debet esse mansuetus & non indignabundus, aut furiosus. Quoniam Prou. 19. dicitur. Sicut fremitus leonis, ita & regis ira, & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius. Et iterum. 16. Indignatio regis, nuntij mortis, vir sapiẽs placabit eum. Ideo bonum est regi viros sapientes penes se habere multis ex causis, practica. Nihil enim in principibus & iudicibus, ira, & furore deterius. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor, & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? Vide Euangelium vt supra. Horum est plena sacra scriptura. Nã principes sunt delicati sensus, ad omnem punctionem furore commouentur. Sicut bombarda in paruo foramine igne super puluerem posito furit ad mortẽ. Vide exẽpla in Achab, & Iezabel regina eius. Quantas persecutiones intulit Heliæ prophetæ. Vide & 1. Reg. 20. quanta mala fecit furiosus, & indignatus Saul rex contra Dauid. Vide furiam Ioas regis in Zachariam prophetam quem occidit inter templum & altare. Vide & regis Manasses. Vnde propheta Amos. Leo rugiet quis non timebit eum? Debet esse pius, & caueat ab omni impietate. Quia Prou. Leo rugiens, & Vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Et Paulus 1. Thi. 2. pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ. practica. Ecclesiast. 3. fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris. Nec dicas princeps mitis, & pius non potest esse iustus, quia de Moyse scribitur. Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra, & tamen lege librum Exodi pergrãdes iustitias fecit in populo, delinquẽtibus non parcens. Cui etiam dixerat, Deus in lege, Exodi. 22. maleficos non patieris viuere. Mansuetudo enim & pietas moderata est ministra recti iudicij, quod exigit tranquillitatem in animo. Quoniam intus existens dicit Philosophus, prohibet sensationem. Actus enim actiuorum sunt in patiente bene disposito. De his vide nostram interpretationem super Euangelium, sederunt scribæ, & Pharisæi super cathedram Moysi. Pietas enim in negligentia iustitię est summa impietas, sed non in executione iustitiæ, quæ omnimodam exigit diaphaneitatem in mente, & phantasijs. Nam impietas regis Roboam volentis superaggrauare populum, fecit sibi rebellare decem tribus. Aufer. Rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum, ita aufer impietatem de vultu regio, & firmabit iustitia thronus eius. Et dicit Iob. Si impius fuero vę mihi. Et 36. Deus potentes nõ abijcit, cum & ipse sit potens, sed nõ saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit. Reuelatur de cęlo ira Dei super omnem impietatem. Item caueat ab inhonestate, & ebrietate, ac crapula. Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas. Quicunq; in his delectatur, non erit sapiens. Et Tullius recta ratione vti non possunt, vino, & cibo repleti. Et Hieronymus. Nihil adeo obruit intelligentiam, nisi ebrietas, & cõmessatio. Vide Pro. 31. vbi mater perpulchrè docet filiũ suũ Samuelem, quæ debet vitare. d. Noli regibus dare vinum, quia nullum secretum, vbi regnat ebrietas, ne fortè bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperũ. Et ne dederis mulieribus substantiam tuam, idest quæ corpus & animam, & opus, & famam auferunt ab homine. Tullius. ne ego dicam liberũ, cui mulier imperat, leges scribit, vocat veniendum est, minatur, extimescendũ est, poscit, dandum est, eijcit, abijciendum est. Hunc non liberum sed nequissimum seruum reputo. Hęc ille. Hoc vt dicit Petrarcha in suo itinerario, ostensum est in Carolo Imperato

Marginalia: Princeps debet esse mãsuetus, & caueat ab iracundia. — Pru. 17. — Simile. — 2. Reg. 21. — 4. Reg. 11. — 2. Para. 33. — Pro. 28. Princeps debet esse pius, caueatq; ab omni impietate. — Num. 12. — Mansuetudo, & pietas ĩ principe est ministra iustitiæ. — 3. Reg. 12. Pro. 25. — Iob. 10. — Rom. 1. — Pro. 20. Princeps debet esse continẽs.

Digitized by Google

Exépla ad principes de malo luxuriȩ in ipsis.

re ligato diabolica fascinatione per concubinam, vt mortuam etiam imbalsemaret, & ornatam in camera sua super cathedram teneret, & die, ac nocte secũ confabulabatur sicut cum viua, à qua allegatione liberatus est per Archiepiscopum Coloniensem suum secretarium, qui missarum assidua celebratione detexit virus in anulo sub lingua ipsius concubinæ mortuæ existens. Hoc idem & in Salomone sapiétissimo. Vt etiam idola tã sapiens adoraret. Et luxuria fuit ipsi Dauid causa adulterij, & homicidij & grauis flagelli Dei in domo sua. Hoc Sãsoni fortissimo quem ligatum mulier quam adamauerat, tradidit Philisteis ad cõfusionem, & mortem. Et Herodi fecit amputare caput Ioanni Baptistæ. Et breuiter concludendo magnas ruinas & odia in principibus concitant luxuriæ eorum, vt experientia ostendit. Propter quod Eccle. dicitur. Ne des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Vide cætera, quæ de malitia regię luxuriæ dicit Esdra lib. 3. cap. 3. Quia fortis est mulier, & ibi superaddit exéplum. Videbam Apomenem filiã Berzacis Mirici, cõcubinam regis sedentem iuxta regem ad dexteram, & imponentem sibi & auferentem diadema de capite eius, & palmis cedebat regem de sinistra manu, & super hæc aperto ore intuebatur eam, & si arriserit, ei ridet, & si indignata fuerit, ei blanditur, donec reconcilietur ei in gratiam. Mulier viri præciosam animam capit. Et iterum qui adulter est propter cordis inopiam perdet animam suam. Hic habes latum campum practicandi. vltimo ne sim prolixus, concludamus documentum quod Solon vnus de. 7. sapientibus dat principibus, & remp. gubernantibus. Nam ipse dicebat remp. duobus modis cõtineri, scilicet præmio, & pęna. Nam plurimum principes attendere debẽt exercitia virtuosa fieri in suis ciuitatibus, permaximè litterarum, quibus & ipsi & populus eius regitur. Quia & Plato dicebat. Beatas fore résp. si eas sapientes vel sapientiæ studiosi regerent. Et Aristo. dicit quo exercitio iuuenes in ætate iuuenili fuerint enutriti, in ipsis consenescunt, quoniam quod testa noua capit inueterata sapit. Et Deus per Hieremiam. Nũquid Æthyops potest mutare pellem suã, aut pardus varietatum colores, ita & vos nunquid potestis benè facere, cũ didiceritis malè facere? Insuper quia honor virtutis est præmium, debet honorare, & præmiare virtuosos, vt eo magis excitentur ad virtutes sui ciues. Et prauos, ac maleficos, vt, dicit Deus non sinat viuere super terrã, eos afficiẽs varijs tormẽtis, & exilijs, ac carceribus vsq; ad mortem. Et modo quo Deus præcipit, eijciat ex suis castris omnem leprosum, quia morbida facta pecus totum corrumpit ouile. Et Paulus modicum fermentum totam massam corrumpit. Et crebro sedeat in solio suo, quia dicit Prou. Rex qui sedet in solio iudicij sui, dissipat omne malũ intuitu suo. Rex iust⁹ eriget terram, vbi aũt nõ est gubernator, corruet populus. Et nõ ꝑmittat paruas muscas irretiri suo vel ministrorũ suorũ iudicio, & grandes muscas pertransire telã eorũ. Quoniã Eccle. 7. dicitur. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrũpere iniqtates. Ne forte extimescas faciẽ potentis, & ponas scandalũ in agilitate tua. Et insuꝑ cogitare debent principes, & similes, illud qđ eis dicitur Eccle 32. Rectoré te posuerũt noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curã illorũ habe, & sic considera, & omni cura tua explicita recũbe, vt læteris ꝓpter illos, & ornamentũ gratiæ accipias coronã, & dignationem cõsequaris coronationis. Et Eccle 37. Ante oĩa opera verbũ verax præcedat te, & ante omne actũ cõsilium stabile. Verbũ neq; immutabit cor, ex quo partes quatuor oriuntur bonum, & malum, vita & mors. Et dominatrix ipsorum est assidua lingua, vir peritus multos erudiuit, & animæ suæ suauis est. Hæc ibi.

Margin notes: 4. Reg. 11. — 2. Reg. 12. — Eccl. 9. — Prou. 6. — Solonis documentũ ad principes. — Exo. 22. — Num. — Pro. 20. & 29.

SERMO SEPTVAGESIMVS II.

TRADVNTVR CAVSAE SVBVERSIONIS ciuitatum, ac prouinciarum, sicut etiam Hierusalem, perpulchrè per scripturarum authoritates practicè discurrendo.

LEgitur Ezec. 24. sibi Deus existēti in Babilone captiuo cum tribu Iuda cum Ioachim Rege, sub qua captiuitate fuit Esdra Daniel & pueri, reuelauit totalem ruinā & captiuitatem in Hierusalem sub Sedechia pessimo rege Hierusalem, quā etiam ipsi regi Hieremia denunciabat omnimodè futuram per Nabuc. Dicit ergo Ezechiel factum est verbum Domini ad me. Scribe tibi in libro nomē diei huius, in quo tibi loquor, idest quia futura præsentia sunt mihi, qa hodie firmauit Nabuc. & determinauit bellum gerendum aduersus Hierusalem, nec vllo pacto ab ea recedet, donec eam capiat. In quo notatur certa determinatio ruinæ eius. Accipe ollam æneam rubigine obductam, & assume pecus, idest animal pinguissimū, & in frusta concide illud. Et accipe de eo armum, idest spallā, & fęmur, idest coxam circa pudenda, vbi sunt ossa fortia, & pone in ollam, & imple eam aqua, & accende ignem subtus eam ex ossibus, qui est ignis acutior, ita quòd in olla sint ossa, & sub olla similiter loco lignorū, & decoque omnia insimul armi, & fęmoris frusta cum ossibus. Quod cum fecisset, efferbuit coctio, nec ebulliuit extra ollam. Ita quòd sunt dissoluta ossa a carnibus in medio ollæ, & carnes sunt consumatæ. Et decocta est vniuersa compositio, quę erat in olla. Et ossa tabefacta sūt, idest languida, & velut infirma facta. Et hæc olla erat rubigine obducta, & rubigo ab ea non exiuit, neq; per talem decoctionem. Insuper hæc olla cōtinebat in se sanguinem, quia sanguis eius erat in medio eius. Et præceptū est sibi hunc sanguinem effundi non super terram, quæ absorbens sanguinem nō relinquit in se vestigium eius, sed super limpidissimam petrā, idest quæ tenebit vestigia effusi sanguinis. Et hoc factum est dicit sibi Deus, vt inducerem indignationem meam contra eam, idest quia in malis gloriant̄, nec illo pacto eius misererer. (Ecce ꝑdestinatiua ruina, quæ dicit omnimodam certitudinem) sed vlciscerer vindicta. Propterea væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandem ignem accendam. deinde dicit Deus Ezechieli per partes, & partes diuide ollam, & eijce eam, nec saluabis vllam partem eius, quia sors suæ salutis non cecidit super eam saluandam. Et quia rubigo ex ea sic decocta non exiuit, effunde extra eam totam aquam, ita vt sit vacua, & pone eam super prunas, vt calescat, & liquefiat ęs eius, & confletur in medio eius inquinamentum eius, & consumetur rubigo eius, quia multo labore sudatum est per prophetarum minas, & per flagella missa in eos si quo modo conuertuntur, nec tamen vel sic exiuit ex ea nimia rubigo. i. patens eius peccatum, & inueterata malitia eius.

¶ Super quam visionem declamaturus tria faciemus. Primo exponemus literalē sensum historiæ, in qua continentur causæ ruinæ, & excidij Hierusalem. Secundo eam moraliter applicabimus ad nostra tēpora, quia similitudo causarum producit simili

Digitized by Google

tudinem effectuum. Tertio applicabimus eam ad ciuitatem in qua prædico, vt caueat a futura sua ruina.

¶ Quo ad primum dicunt expositores vt ex textu habetur, octo erāt peccata Hebræorum, quæ fuerunt causa ruinæ eorum.

¶ Primum erat duritia cordis, quæ dicit non cessionem ad bonum, signatum in olla ænea ex durissimo metallo. Secundum fuit malitia indurata, necessario sequens ad duritiem cordis, signatum in ollæ rubigine. Tertiū fuit finalis impęnitentia, quæ necessariò sequitur ad malitiam induratam, signatum in eo ꝙ nec per ignem rubigo ollæ potuit emundari. Quartum est magna lasciuia in omni conditione eorum. Vt per fęmur magnatum, per armum sacerdotum, per partes diuisas totius populi, & per ossa fortia, militum denotetur luxuria. Quintum peccatum erat crudelitas notata per sanguinem. Sextum inuerecūdia, ideo sanguis eius effusus est super limpidissimam petram, quæ retinet vestigium sanguinis. Septimum peccatum quia expectata à Domino durior est effecta, & notatur in eo, vbi dicitur. Multo tempore sudatum est, vt exiret de ea rubigo ei⁹, & nō exiuit, neq; per ignem multarum interpollatarū tribulationum. Octauum peccatum, quia prophetas, & prædicatores non audiebant, imo eos varijs modis interficiebant, & calumniabātur, sicut hic Sedechias rex cum populo suo, contra quos hæc visio facta est. Nam multis tribulationibus Hieremiā, eis prędicta denuntiantem, & eos ad conuersionem exhortantē affecerunt. Sequitur nono loco firma punitio, & ruina ipsorū. dicens. Nec mundaberis prius donec quiescere faciam indignationē meam in te: Quasi diceret eis noluistis benedictionē, elōgabitur a vobis, & te ꝑsequetur maledictio Domini. Sequitur. Ego Dominus locutus sum, idest certitudinaliter veni & faciam, non transeam, nec parcam, nec placabor, sed iuxta vias tuas, & iuxta adinuētiones tuas iudicabo te, dicit Dominus. Tu autem prosequere totum capitulum huius visionis.

¶ Dicit ergo visio secundum litteralem sensum. Olla est ciuitas Hierusalem dura corde obstinationis, rubigine obducta, quia inueterata in peccatis malitiæ, plena aqua cum carnibus, quia plena libidine carnalitatis. Sāguis in medio eius, quia plena odij, & inimicitiarum, ac homicidiorum. Sāguis eius effusus est super petram, quia peccatum eius est patens, & inuerecundum. Et hoc factum est vt nullo pacto misererer ei. Quia publica, & impunita peccata non sunt digna misericordia. Et pecus fuit in frusta incisū ad buliendū, quia a minimo vsq; ad maximū ebuliet ira Dei. Et inter eos erat magna lasciuia magnatum per fęmur significata, in quo sustentatur totum corpus, sicut per magnates ciuitas, per armum sacerdotū immunditiæ, & per partes diuisas totius populi, & per ossa militum luxuriæ, & lasciuiæ. Et carnes sunt omnes consumptæ decoctione ignis. Idest fame gladio & peste. Quia Nabucodonosor abstulit ab eis omnia, quibus poterāt iuuari. Ideo & ignis erat osseus, quia durus calidus, & fortis. Et ossa a carnibus sunt dissoluta per inimicitias magnas in obsidione dū essent. Quia magnates & milites fuerunt diuisi. Et tabescebant ossa, idest fortes milites fame, ac timore. Et in tali obsidione ciuitas fuit capta, & per partes & partes fuerunt quidā necati fame, & gladio, & quidam capti, & demum fuit tota ciuitas exusta cum omnibus domibus suis. Et sic consummatum est peccatum eius absq; vlla placatione.

¶ Nunc autē conuertamus oīa supradicta, & facta ad miserū populum christianū, in quibus cuncta superius dicta abundāt, nō minus, imo & deterius q̄ in ipsis ingratis Iudæis, vt meritò in nihilū reducatur. Qm̄ Paulus dicit, quæcunq; scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, vt quæ illis ex prauitatibus eorum acciderint, ex (Prauitates quæ regnāt in populo christiano in sui ruinā.)

eisdem

eisdem in nobis caussis regnantibus, idemmet nobis necessario eueniat. Nã secundum philosophos eædem vel similes causæ, semper producunt eosdem vel similes effectus. Oliua enim semper oliuam producit, & ficus ficum. &c. Et experientia videmus in solitudinibus, propter vniformem influxum cœli terra abundat vnius speciei herbis. Quid enim ex prauitatibus his miseris temporibus in Christiano populo non fit? Nam in eis vt in Iudæis est duritia cordis, signata per ollam æneam. quia æs est metallum durissimum. ò quàm duri corde sint, modo quo superius sanctus Bernard. dicit. Cor durum est quod contritione non scinditur, per dolorem peccatorum, pietate scilicet in proximum non emollitur, precibus non flectitur, scilicet ad offensos, minis scilicet prædicatorum non cedit, flagellis non emendatur. Et Greg. in Homilia super conuersionem Apostolorum Petri & Andreæ. Quanta Dei miracula videmus, quod flagellis atterimur, quantis minarum asperitatibus deterremur, & tamen vocantem sequi contemnimus? In cœlo iam sedet, qui de conuersione nos admonet, iam iugo fidei colla gentium subdidit, iam mũdi gloriam strauit, iam ruinis eius crebrescentibus distincti iudicij diem propinquare denuntiat, & tamen superba mens nostra non vult hoc spontè deserere, quod quotidie perdit in uita. Quid ergo fratres charissimi, quid in eius iudicio dicturi sumus? scilicet hic, & præsentati ante tribunal eius, qui ob amorem præsentis sæculi nec flagellis flectimur, nec præceptis emendamur?

Primũ peccatũ est duritia cordis.

Secundum malitia indurata.

Secundum peccatum est sicut in Iudæis malitia indurata, quod est grauius peccatum, quàm per infirmitatem vel ignorantiam peccare. Psalm. Reddet illis Dominus iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet illos dominus Deus noster. Et iterum posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitãtium in ea. Excæcauit eos malitia eorum. Et nescierunt sacramenta Dei, idest, secreta iudicia diuina, neque mercedem sperauerũt iustitiæ, scilicet quia Deus reddit vnicuique iuxta opera eius, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suę fecit illum. Inuidia aũt diaboli, mors intrauit in orbem terrarum, imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. Et de his Isa. 47. fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti non est qui videat me, &c. Et infert pęnam dicens. veniet super te malum, & nescies ortum eius & irruet super te calamitas, quam nõ poteris expiare. Ecce igitur quomodo olla christianorum rubigine malitiæ est obducta.

Psalm. 93.

Psal. 106.

Sap. 2.

Tertium finalis impęnitẽtia.

Tertium peccatum est finalis impęnitentia, necessario sequens ad malitiam peccati. quæ notatur hic in eo ꝙ dicit rubigo ab olla nec per ignem, scilicet flagellorũ Dei aboleri potuit. De hac dicit Hier. 2. A seculo confregisti iugum meũ, rupisti vincula mea, & dixisti non seruiam. Et de his Iob. dixerunt impij Deo suo. recede à nobis, viam scientiarum tuarum nolumus. contra hos dicit Christus. Luc. 13. cap. Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.

Quartũ lasciuiarum luxuria.

Quartum peccatũ fuit, sicut in te, lasciuia luxuriarum, tam principum & sacerdotum, quàm etiam populi, notata hic per fœmur, armum, & per partes diuisas in olla. ò quot immunditiæ etiam pessimorum peccatorum regnant inter christianos vtriusq; generis & sexus & conditionis viros, ꝙ fœtor eorum in cœlum ascenderit clamando coram Deo, vt armet in vltionem eorum totam suam creaturã. De his potest dici. Neque vitam, neque nuptias mundanas iam custodiunt. s. sed per adulterium polluunt. Sed & alius alium per inuidiam. occidit scilicet vt Cain Abel, aut adulterans contristat, idest polluendo eius vxorem.

Sap. 5.

Sap. 14.

Et

Et omnia commixta sunt, idest confusa destituto rationis ordine, sanguis scilicet in vulneratione, homicidium, furtum & fictio, idest hypocrisis, corruptio, scilicet virginum in defloratione, infidelitas idest in proximi deceptionibus, turbatio, idest, discordiæ, periurium, tumultus in seditionis commotione, bonorum Dei immemoratio, idest, ingratitudo, animarum inquinatio, idest per vitium gulæ, & luxuriȩ, natiuitatis immutatio, idest per vitium sodomiticum, ex cuius concubitu non est fœtus, nuptiarum inconstantia, idest vxores adinuicem communicantur, inordinatio mȩchiæ & impudicitiæ. hæc ibi.

Quintum crudelitatis in inuicem.

¶ Quintum peccatum crudelitatis adinuicem, quod notatur. In olla erat sanguis, de quo Isai. 1. manus vestræ plenæ sunt sanguine. Isai. 9. vir fratri suo non parcet, & declinabit ad dexteram & esuriet, & comedet ad sinistram & non saturabitur. vnusquisque carnem brachij sui vorabit. Et 59. opus iniquitatis in manibus eorum, & pedes eorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem innocentem. Hic possis te extendere ad Gelphos, & Gibillinos, quorum sectæ regnant per totam christianorum rempub. vt ad præsens sicut dicit Hieronym. magis ciuiles discordiæ, quàm barbarorum gladius perimit, & consumit miseros christianos.

Sextum inuerecundia.

¶Sextum peccatum est inuerecundia Christianorum in malo, quod denotatur per sanguinem ollæ effusum super limpidissimam petram. Prouer. 2. Prouer. gloriantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Isai. 3. Isa. ruit Hierusalem & Iudas concidit, quia ligna eorum & adinuentiones eorum contra Dominũ vi prouocarunt oculos maiestatis eius. Agnitio vultus eorum respondebit eis, & peccatum suum quasi Sodoma prȩdicauerunt, nec absconderunt. Vide autem si vis ibidem de pompis & superbia mulierum Israel, & humiliationem earum.

Septimum expectatio

Septimum peccatum eorũ aggrauatur, quia per longa tempora Deus expectauit patienter conuersionem eorum, & tamẽ duriores effecti sunt in tribulationibus interpolatis, quæ eos ad Deum incitabant reuerendum. Et denotatur in eo quòd rubigo eius neque per ignem exiuit. Prouer. 1. Et increpationes meas neglexistis. Increpationem Domini ne reprobes, quia ipse vulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt, super quo percutiam vos dicit Dominus addẽtes vltra prȩuaricationem? Laboraui sustinens frustra, percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. Percussisti eos & non doluerunt, attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Et de his Valerius Gentilis. lento enim gradu in sui vindictam diuina procedit ira, tarditatemque supplicij, grauitate compensat.

nis siue maior induratio.

Iob 5.

Isai. 1.

Hierem. 2. & 5.

Octauum prædicatorum persecutio.

Octauo ostenditur adhuc prauitas & duritia populi, quia Deus non desijt mittere ad eos prȩdicatores eis prædicantes diuina flagella cum grauissimis comminationibus. Insuper promittendo eis, si conuersi fuerint, parcet eis oculus Domini, & tamen omnes increpationes, & consilia Domini despexerunt, sicut & populus Christianus idem facit. Practica de huiusmodi. Et constitui super vos speculatores, & dixi. Audite vocem tubæ. Et dixerunt, non audiemus. Et ibidem. Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt. Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud. Idcirco dicit propheta, furore Domini plenus sum, idest non possum tacere futuram certam punitionem, laboraui sustinens, quia vel Deum orabat pro eis magno labore orationum & vigiliarum, vel in tardando exprimere iram domini, sed dominus dicit sibi. Effunde, idest denuncia effundendam iram Domini super paruulum foris, idest extra ciuitatem, & intra ciuitatem qui sunt vel nutriuntur, & super concilium iuuenum simul. Vir enim

Hierem. 6.

Prauitates q̃ regnãt in ciuitate in sui ruinã.

cum

cum muliere capietur, senex cum pleno dierum. Nono prosequere totum capitulum punitionis. Et omnia hæc potes applicare ad ciuitatem in qua prędicas, si in ea prædicta peccata regnant, replicando sic cursim, & dicendo. Et quia vbi eædem causæ peccati, idem effectus punitionis sequentur. Si in te sint hæc & hæc & hæc, dic vt supra. Vel quia in te sunt hæc & hæc & hæc, ideo, & tu expectes citius tui ruinam & extirpationem vsq; ad mingentem ad parietem, gladio, fame & peste, qui sunt ministri seueræ iustitię Dei. Et dic concludendo Prouer. 1. illam pulchram vocationem Dei cum suis consilijs, & increpationibus, & contemptum miserorum, ad interitum ipsorum absque misericordia. Vide insuper nostras morales expositiones super Euangelium, erunt signa in Sole & Luna ad hoc propositum.

SERMO SEPTVAGESIMVS TERTIVS.

DVM OMNIVM IN GRATIA EXIstentium participationem tractat in omnibus bonis quæ fiunt in Ecclesia, corpus mysticum ad corpus naturale in participatione meritorum comparatur, cuius occasione perpulchrè differit de Indulgentijs, & magna summi Pontificis authoritate, & mēbris putridis mystici corporis Christi.

De Achan legitur Iosue 7. cap. Furante de Anathemate Hierico, pro quo prę cepto Domini, lapidat' est. vide historiam.

Hoc mane prædicabimus de participatione viri existentis in gratia Dei omnium bonorum quæ fiunt in Ecclesia. Et pro dicendorum intellectione est aduertendum secundum Sanctum Paulum ad Ephes. Deus pater dedit Christum, vt sit caput super omnem Ecclesiam, idest triumphantem & militantem, quæ Ecclesia est corpus ipsius & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Nam caput in triplici habitudine se habet ad membra, primo, quo ad præeminentiam in situ, secundo quo ad diffusionem virtutum, quia ab ipso omnes sensus deriuantur ad membra, tertio quo ad conformitatem in natura cum membris. Quo ad primum & secundum, Christus est caput Angelorum. Nam præest Angelis etiam quo ad humanitatē, vt dicit Sanctus Paulus ad Hebr. Tanto melior Angelis est, quanto prę illis differentibus nomen hæreditauit. Item secundū quod homo, Angelos illuminat, & in eis influit, vt probat Dionysius ex verbis. Isai. 63. cap. Quis est iste qui venit de Edon, &c. dicēs hæc verba esse supremorum Angelorum. Quod autem sequitur in textu dum eis respondetur, ego qui loquor iustitiam, &c. dicit esse verba Christi ad eos immediatè respon-

Eph. 1.

Hebr. 1.

Digitized by Google

spondentis. De hoc vide nostrum sermonem, tu es qui venturus es, & cæt. Sed quo ad tertium, idest naturæ conformitatem, Christus est solum caput hominum, quia non Angelorum semen sed Abrahæ apprehendit. Vulnerasti cor meũ soror mea, scilicet quæ es sponsa per gratiam & soror, per naturam. Insuper sanctus Paulus ad Corinth. Perpulchrè assimilat mysticum corpus cum capite, & membris suis, corpori naturali cum capite, & suis membris dicens. Sicut corpus, scilicet naturale vnum est, & in eo vnum caput est, & in eo multa membra sũt. Et in eodẽ corpore vnum membrum iuuatur per aliud membrum. Et si vnum membrum patitur in corpore, compatiuntur ei omnia alia membra, & si gloriatur, idest gaudet vnum membrum, congaudent sibi cætera membra. Et in eodem corpore non omnia membra idem officium habent, sed distinctè quodlibet, ordinata tamen in seruitium adinuicem secundum ordinationem & influentiam capitis. Ita à simili est de corpore mystico dicendum. Quia Ecclesia sancta est vnũ corpus, cuius caput est vnum. Christus, & eius membra sunt singuli fideles ordinati adinuicem secundum sub & supra. Et Christus caput influit in omnia membra hæc, secundum suam suauem dispositionem ad vtilitatem omnium membrorum adinuicem, quoniam & membra Ecclesiæ debent adinuicem iuuari, & adinuicem compati, & adinuicem de bono alterius lætari. alter alterius onera portate. vnicuiq; enim Deus mandauit de proximo suo. Et Prouer. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, scilicet spiritualem. quoniam qui calumniatur egentem, exprobat factori eius, honorat autem eum, qui miseretur pauperis. Et ideo addit sanctus Paulus ad Ephes. Et in Ecclesia posuit primos Apostolos principales gubernatores fidelium, secundo prophetas futura prænunciantes. Deinde doctores, vt docerent populum, deinde virtutes, qui miracula faciũt, deinde gratiam curationum, vt languores curarent. Deinde opitulationes, qui opem ferunt maioribus prælatis, vt archidiaconi, & parochiani, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes habent gratiam curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur. Et Christus dicit. Rogo pater, vt omnes qui credituri sunt per Apostolos & alios prædicatores sint vnum, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. Hæc omnia cum bonis practicis possis discurrere. Insuper addendum est de mente sancti Pauli, quòd sicut in corpore naturali omnis bonus influxus est à capite in membris, ita etiam omnis influxus bonus virtutum & gratiarum in Ecclesia est à Christo capite, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et quia ipse dicit sine me nihil potestis facere. Et S. Paulus. A quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, ipsi gloria in secula, Et iterum omnia possum in eo qui me confortat. Insuper sicut in corpore naturali cibus receptus in stomacho diffunditur & communicatur omnibus membris corporis, ita quòd etiam minimi cibi recepti in corpore, virtus, ad omnia membra corporis diffunditur. Ideo dicit philosophus primo de generatione. quælibet pars aucti augetur, idest & confortatur per cibum receptum. Ita dicendum est in corpore mystico Ecclesiæ de cibis meritorum omnium quę fiũt in Ecclesia per fideles suos in gratia Dei existentes, quòd cunctis membris Ecclesiæ communicantur, quæ vel qui sunt in charitate Christi. quia secundum Grego. Nihil valet fructus boni operis, nisi sit firmatus in radice charitatis. Et Dauid cupiens hanc participationem orabat. participem me fac Deus omnium timentium te, & cu-

Marginalia: Hebr. 1. — Cant. 4. — 1. Cor. 12. — Galath. 2. — Eccl. 17. — Prou. 14. — Ephes. 4. — Ioan. 17. — Psal. 118.

& custodientiũ mandata tua. Et postquam cognouit per gratiam Dei se fore in charitate, iterum dixit. princeps ego sum omnium timentium te & custodientiũ mandata tua. Et inde emanant indulgentiæ in ecclesia, quę non sunt aliud quàm merita capitis Christi & membrorum eius, quæ sunt reposita in ventre & scrinio militantis ecclesię, vt possint abundanter distribui per dispensatorem Ecclesiæ Christi, scilicet, successorem Christi sanctum pontificem. Et si ipse non fuerit fidelis & rectus dispensator, vt cum sine causa vtili vel necessaria membrorum Ecclesiæ, ipse reddet subtilem rationem coram tribunal Christi de sua dispensatione & villicatione, tibi tamen, nisi obstaculum per incontritionem apposueris, valent, vt sonant. Nec tuum est quærere de bono ac iusto vel iniusto animo eius in dispensando hoc thesaurum Christi, quoniam hoc iudicium patri familias relinquitur. Scilicet vbi, & quando & quibus debuit illud dispẽsare. De his indulgentijs Sanctus Paulus ad Thess. dicit. Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia, idest conformor passionibus Christi in tribulationibus meis etiam pro honore & meritis Ecclesiæ, cuius caput est Christus. Quoniam ecclesia auget continuè merita per membrorum passiones, secundum quod Psal. dicit. Participem me fac Deus omnium timentiũ te, & custodientium mandata tua. Vbi dicit gl. Passiones quas Christus sustinuit, & fideles eius sustinẽt, sunt quasi quędam resp. Ecclesiæ & thesaurus eius, in quo quilibet ponit partem suam, sicut in vase ad eleemosynam posito super mensam, omnes pariter ponunt donec impleatur. Et iste thesaurus nõ erit plenus, vsque in finem seculi. Et ideo dicit Apostolus, implet hunc thesaurum, quia ponit ibi partem suam hæc glo. Et certum est sanctum Gregorium dedisse indulgentias ante annos 900. & deinde post ipsum obseruatũ est ab Ecclesia. Et à tempore ipsius Gre. Magni, vniuersalis ecclesia recipit indulgentias, & generalia concilia eas approbauerunt, sicut sacrum concilium Lateranense celeberrimum sub Innocentio tertio, in quo saluberrima constitutio, omnes vtriusque sexus, edita est, & limitauit auctoritatem minorum prelatorum in concessione indulgentiarum. Et sacrum concilium Vienense approbauit indulgentias Vrbani Papæ quarti. Pro venerabilis Eucharistiæ veneratione. Et omnis Ecclesia ex Germanis, Gallis, Hispanis, Italis, Anglis, Vngaris, Polonis, Dacis, Scotis, & cæt. reuerenter suscepit Iubilęos in Roma à Pontificibus cum plenarijs indulgentijs celebratos. Et has indulgentias præcessit Iubilæus in figura in veteri testamento Leuit. 25. ca. Refellenda igitur procul sunt hæreticorum circa indulgentias dogmata, qui negant eas esse veras, nec eis aue est offerendum. Qui se ab Ecclesia quę est columna veritatis, vt dicit S. Paulus ad Eph. separant per hæc & alia. Cui ecclesiæ in Petro & Apostolis congregatæ dicit Christus. Qui vos spernit me spernit, & qui me spernit, spernit eum qui misit me. Et iterum contra non audientes fraternam correctionem dicit Christus, dic Ecclesiæ, idest prælatis ecclesiæ, & si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, & cætera. Et Deuteronom. decimo septimo capitulo. Si iudicium difficile vel ambiguum occurrerit, & de huiusmodi verba variari perspexeris, sacerdos leuitici ordinis, scilicet in his quæ ad Ecclesiam spectant, & quæ ad forum iudiciale, iudex secularis secundum lyram iudicabit. Et qui superbiens noluerit obedire, sacerdotis imperio ex decreto iudicis morietur homo ille. Et auferes malum de Israel, cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. hæc ibi sententia. Hęc breuiter diximus de veritate indulgentiarum, quia Christianis fidelibus

Marginalia: Indulgentiæ quid sint. — Thess. 1. — Quãdo indulgentiæ cœperunt in ecclesia patenter. — 2. Ioan. 1. Ephes. 5. — De magna auctoritate Pontificis.

Perpulcra similitudo inter corpus naturale, & mysticum, in cibo assumpto diffusiuo ad mébra.

libus prędico veritatem Ecclesię, quā ipsimet constanti animo tenent & amplectuntur. Et quoniam fructus boni operis nihil valent secundum Grego. nisi sit fundatus in radice charitatis, datur perpulchrum exemplum in cibis corporalibus assumptis ab homine in stomacho ad propositum modi participationis meritorum Ecclesiæ per membra sua. Nam membra in corpore humano possunt esse in triplici differétia. Vt quædam sint omnimode sana, etiam si aliqua accidat in eis parua debilitas vel inualetudo. Quędam sunt multum infirma, vt languida, arida, vel paralytica. Quædam sunt non putrida, & corruptiua totius corporis. De his membris etiam secūdum philosophum primo de gen. dicitur, quòd acceptus cibus in stomacho diffundit virtute animę, suā substantialem virtutem ad omnia membra corporis, quæ sunt sana, quia quęlibet pars aucti sana augetur. Similiter mébra in grandi languore existentia parum sentiunt de virtute cibi assumpti, vt experientia docet. Sed mébra putrida omnino nullum emolumentum habent ex cibo. Ideo etiā abscinduntur, ne sua cohærentia, etiam sana membra conturbent, quia secundum Apost. modicum fermentum, totam massam corrumpit. Ita per similitudinem cibus acceptus in stomacho ecclesiæ, meritorum membrorum ecclesię, participatur perfectè ab omnibus membris sanis ecclesię, scilicet ab his qui sunt in charitate Christi, secundum quod Psal. dicit. Participem me fac Deus omnium timétium te & custodientium mandata tua, sed membra multum languida, vt illi qui sunt in mortali solum suscipiūt orationes quæ fiunt pro ipsis ab ecclesia, sed nō charitatem aut augmentū in ea. Ideo ecclesia assiduè orat pro peccatoribus commiserādo suis inualidis membris, si quomodo per orationes eius diuina gratia tangatur cor eorū, & reuertātur ad pristinam sanitatem. O quot sunt restituti pristinæ sanitati de his languidissimis membris orationibus Ecclesiæ & deuotarum personarum. De quibus sunt infinita exépla disper sa per exemplaria sanctorum. Membra autem omnino putrida vt sunt in ecclesia omnes excommunicati, totaliter abscinduntur ab ecclesia, ne totum ouile morbida facta pecus corrumpat. De quibus. 2. Ioan. 1. Omnis qui recedit & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet. Qui autem permanet in doctrina, & patrem & filium habet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domū, nec aue, ei dixeritis. Qui autem dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis, vt in die domini non confundamini. Et S. Paulus aliquos turpiter inhonestos excommunicabat ad tempus, tradens corpus eorum vexationi dæmonis, vt anima ipsius salua fiat. Et de his Christus dixit, qui se paratus est ab ecclesia per inobedientiam, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Hi enim sunt sicut porci in quos permissa est legio intrare dæmonum, vt suffocentur in interitum in pœnis inferni. Et figurati in Rege Ozia, qui elatus superbia voluit vsurpare sacerdotalem dignitatem in dando incensum domino super altare, & lepra percussus est a capite vsque ad pedes, & extra Synagogam & consortium eiectus, ibi separatus mortuus est. Et in quinquagenarijs duobus, qui Heliæ Regis præcepto voluerūt violentiam facere, vt eum adducerent ad ipsum, qui igni de cęlo cadente sunt combusti. Et in Achan qui de anathemate Hierico contra Dei mandatum furatus est, propter cuius scelus sæuit in populum ira Dei, & Dei mandato lapidatus est, & exustus cum tota substantia sua. Et in Rege Saul qui contra Dei iussionem preciosa reseruauit de Amalechitis. Et propter hoc, quia de anathemate sibi reseruauit, fuit à Deo reprobatus, & Samuel orare, & lugere pro ipso prohibitus est. Et in Achab & Iezabel sua vxore cui Deus

De membris putridis in ecclesia & malignitate eorum & per pulchris figuris comprobatur.

1. Cor. 5.

Luc. 8.

2. Para. 27.

4. Reg. 1.

Iosf. 7.

1. Reg. 16.

3. Reg. 21.

Digitized by Google

minatus est eum percussurum vsque ad mingentem ad parietem. Idem in Rege Hieroboam recedente à Deo per
3.Reg.12. idolatriam. Et vide grauem comminationem factam à Deo contra Bassam
3.Reg.16. Regem, quia secutus est Roboam in moribus. Exempla sparsim scripta, contra excommunicatos his adde. Et notent cuncti excommunicati horrenda contra eos. Dicit magister senten. dist.18. Ab excommunicatis ab ecclesia gratiæ Dei specialis influxus sui ab eis remouetur, quia generali suo influxu totam creaturam in consistentia sua sustentat, secũdo Angelica protectio illis amplius subtrahitur, & sibi ipsis relinquuntur sicut nauis absque gubernaculo, vt sit eis liberè ruere in interitum peccati. Tertio in eos maior diaboli sæuit potestas. Et orationes ecclesiæ communes, & benedictionum, ac suffragiorum meritorum eis nequaquam suffragari putantur. Quę omnia practica ad quodlibet verbum, quia habes latum campum practicandi. Et de his potest dici illud quod Angeli dixerũt custodientes Babyloniam. Curauimus Babylonem, id Hiere.51.
est confusos, excommunicatos, dixerũt Angeli adinuicem vt dicit ibi glo. & non est sanata, derelinquamus eam & eamus vnusquisq; in terram suam, quoniam peruenit vsque ad cœlos iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes. Et illud Ioel.2. Putredo eius & fœtor eius ascẽdet, quia superbè egit. Et illud Psalmi, ignis, sulphur, spiritus Psalm. 2.
procellarum pars calicis eorum. Et Apocalip.12. Qui in sordibus est adhuc sordescat. Et 4.Reg.2. in pueris deridentibus Helisæum, qui eis maledixit in nomine domini & lacerauerunt eos vrsi. Tu autem dic, quòd maledictos excommunicatos lacerant dæmones pro libito, vt magister dixit. Vide admirabilem effectum, quid facit aqua per sacerdotem maledicta zelothypiæ, Numeri 5.cap. Quæ figuratiuè notat virtutem excommunicationis.

SERMO SEPTVAGESIMVS QVARTVS.

DECLARATIO VICTORIAE ABRAHAM SVper quinque Reges ad sanctorum vitam adaptatur, vbi etiam describuntur veri prædicatores Christi, eorum arma, indictum bellum, quatuor inimici, et eorundem pręclara gesta.

Gen.14. ABraham audiens Loth captũ cũ tota substantia sua à quatuor regibus, annumerauit expeditos suos vernaculos trecentos decẽ & octo, & persecutus est eos vsque Dan, percussitque eos, & eripuit de manibus eorum Loth cũ substantia illius, & reliquum populũ captum ab eis, & dedit decimas Melchisedech sacerdoti Dei altissimi, qui obtulit pro eo Deo sacrificium de pane & vino, & benedixit Abrahæ, quia Deus dederit in manibus eius hostes.

Moraliter Abraham, qui interpretatur pater multarum gẽtium, potest nobis denotare Christũ, de quo Psal. Postula à me dicit ei pater, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam. Hic

habet

habet domum, ideſt, Eccleſiam ſanctã, de qua propheta domus mea domus orationis eſt, quam Paulus vocat ſponſam Chriſti, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed eſt ſancta & immaculata. In eius domo habet vernaculos ſuos expeditos ad prælium. Hi ſunt ſancti prædicatores verbi Dei nutriti in eccleſia Dei bonitate, diſciplina & ſcientia. Pſal. Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me. Sunt etiam expediti, quia vt Apoſtoli in paupertate voluntaria, & obedientia ac caſtitate die noctuque ſeruiunt domino. De paupertate eorum dicit Apoſtolus. Omnia arbitratus ſum vt ſtercora vt Chriſtum lucrifacerem. Et iterum: Qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet. De caſtitate eorum dicit Chriſtus, ſint lumbi veſtri præcincti. Et Paulus, caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cum alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar. De obedientia eorum. Pſal. In auditu auris obediuit mihi. Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangeliũ omni creaturæ. Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Et hi ſunt numero trecenti decem & octo. Numerus centenarius dicit completum & perfectum numerum & trinum decennarium. Vnde hi trecenti deſignare poſſunt ſanctos prædicatores prędicantes in nomine ſanctæ Trinitatis, in cuius nomine etiam baptizant regenerandos Chriſto. Sunt & decem & octo, quia obſeruant pręcepta decem neceſſaria ad ſalutem, & inſuper præcepta Chriſti conſilij, quæ communiter homines non obſeruant. Vel octo beatitudines, vt paupertatem voluntariam, quę dicitur à Chriſto paupertas ſpiritu, mititudinem vel humilitatem, luctum in contemplando, vel dum ſua & populi peccata plangũt. Vnde Paulus flere cum flentibus, & quis infirmatur in vobis & ego non infirmor, ſcilicet per compaſſionem? in fide autem omnes vnanimes compatientes. Miſericordes. Eccleſiaſt. Viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defecerunt, cum ſemine eorum permanent bona, hæreditas ſancta nepotes eorum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eorum, & filij eorum propter illos vſque in æternũ permanent. Sunt mundi corde, quia qui alijs munditiam prędicant, debent ipſi eſſe mundi. Sacerdotes qui Deo panes offerunt ſancti erunt, quia ego ſanctus ſum, qui ſanctifico vos. Sunt pacifici, quibus dixit Chriſtus, in quamcunque domum intraueritis dicite. Pax huic domui, ſunt patientes. Chriſtus in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras, benè patientes erunt vt annuntient. Quorum merces magna eſt in cœlo, quia in terra pro Chriſto omnia arbitrantur vt ſtercora. Horum arma ſunt enſis, quia hi pręcincti enſibus pugnauerunt. Hic enſis eſt ſermo & verbum Dei, de quo Paulus ad Hebr. 4. Viuus enim eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animę ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis. Eſt etiam vomer, Sangar filius Naath percuſſit ſexcentos viros vomere. Sangar interpretatur nominatus incola, quia prędicatores non habent hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirunt, de quibus Pſal. Aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei. Dicitur etiam filius Naath, qui interpretatur decor temporis, ſcilicet Chriſti, qui venit in hunc mundum, quando venit plenitudo temporis, vt dicit Paulus. Vomer ruſticanus denotare poteſt nobis ſimplicitatem ſermonis prędicatorũ, de quo Paulus. Sermo meus & prędicatio mea non in perſuaſibilib. humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. Item milites Gedeonis electi à Domino in militiam acceperũt lagenas, ideſt corpora

Margin notes: Epheſ. 5. — Quales ſunt veri Chriſti pdicatores. — Matth. 19. — 1. Cor. 4. — 1. Cor. 9. — Pſalm. 17. — Marc. 16. — 1. Petr. 3. — Eccl. 44. — Leuit. 21. — Luc. 9. & 21. — Quib⁹ armis vti debent Chriſti prædicatores. — Iudic. 3. — Pſalm. 38. — 1. Cor. 2. — Iudic. 7.

pora

Digitized by Google

pora sua fragilia, & intus habebant luminaria, quia animam formatam lumine fidei formatę, quas adinuicem
Colloss. 3. frangunt. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Turbam habent sonoram, quia clamant voce ple
Isai. 58. na populo annunciando. Clama ne cesses, exalta sicut tuba vocem tuam, & annuncia populo meo peccata eorum. Et clamāt gladius Dei super vos ò Madianitæ, quia prædicatores qui contra mūdum, carnem, & dęmonia, ac prauos homines prędicant, clamāt in virtute Dei, qui dedit eis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri. De his vide primum capitulum Hierem. quia est totum ad propositum. Et ideo noluit Deus in suos milites, qui bibunt aquā toto poplite plexi, idest qui abutuntur hoc mundo, & thesaurizant in terra, sed illos qui lambunt lingua, quia vtuntur hoc mundo tanquā non vtentes. Nec vult eos timidos, vt hic etiam Hieremiæ dixit. Insuper Dauid contra Goliath blasphemum, idest prædicator contra diabolum pugnās, qui dixit blasphemiam in Deum, dicens similis ero altissimo. Accipit non arma potentiæ humanæ, sed se eis totaliter expoliat, vt superius Paulus dixit, sed accipit baculum, idest crucem Chri-
Matth. 16. sti, quia Christus dixit, qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam per imitationem meæ crucis, & sequatur me. Ideo dicit S. Paulus, nos autem prædicamus Christum crucifixum. Iudęis quidem scādalum, gentibus autem stultitiam, nobis autem Dei virtutem, & Dei sapientiam. Et lapides torrentis tres, quia in nomine sanctę Trinitatis proijcimus contra diabolum & satellites eius verba Christi, quibus ad interi-
Eccl. 9. tum prostramus diabolum. Quoniam pauper sapiens liberauit ciuitatem, idest mundum hunc, scilicet Christus pauper & sapiens, non bellicis armis,
3. Esdr. 3. sed sua sapientia & veritate ipsa. Veritas vincit omnia. Et Ecclesiasticus, vbi supra maior est sapientia, quàm bellica arma. His igitur armis sancti prędicatores bellant contra mundum ostendendo vanitatem eius, contra ostendendo, quòd transit mundus & omnis concupiscentia eius. Et omnis caro fœnum. Et Iob homo natus de muliere breui viuens tempore, qui quasi flos egreditur, &c. contra falsitates & diabolica mendacia veritate fidei & secretorum eius, contra prauos homines, quia eis paratur ignis, sulphur, & procellarum spiritus erit pars calicis eorum. Et hi sancti vernaculi captiuatas miseras animas diabolicis fraudibus, quæ cum prodigo totam substantiam viuendo luxuriosè consumpserunt, restituunt Christo & Ecclesiæ per suam prædicationem. Nam Loth, interpretatus declinans, significat miseros homines. de quibus Psalm. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. Non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum, interpretatur, & vinctus aut ipse conclusus, quia Psal. dicit. Funes peccatorum circumplexi sunt me, & conclusus est, quia qui facit peccatum seruus est peccati, vt dicit Christus. Hic perdit totam suam substantiam, quia de adolescente prodigo dicit Euangelium. Consumpsit totam substantiam viuendo luxuriose. Hic ergo ducitur captiuus sicut bos ad victimam. Prouerbiorum septimo capitulo. De captiuitate peccati habes nostram superius figuratiuam expositionem super vinculationem Sedechiæ Regis. Nec potest per seipsum excuti à tam graui iugo diabolicæ vinculationis funibus peccatorum. Quoniam secundum sacros Theologos, potest quis per seipsum diabolicis vinculis tradi, sed inde non potest exire, quia specialis doni est Dei sibi reconciliari, & gratiā gratum facientem donare, vel restituere, & absolui ab æterno reatu. Tamen Deus talibus mittit Sanctos prædicatores, vt Dei potestate soluant asinam alligatam diabolicis laqueis, & eā ad gremium Ecclesię Christo possidendam, & insedendam per gratiam iusti-

Prędicatores bella gerunt contra quatuor inimicos crucis Christi.
Isai. 1.
Psalm. 13.
Psal. 118.
Ioan. 8.

Digitized by Google

iustificantem, adducant. Et prædicatores in liberatione talium Deo vero sacerdoti, quem Melchisedech figurat decimas capturæ offerunt. Quia vt Paulus ait. Omnia quæcunque facitis in nomine Christi facite, cuius donũ est, quicquid in nobis & à nobis est. Qui etiam obtulit se pro nobis Deo hostiam viuentem in ara crucis, significatam hic per oblationẽ panis & vini. De victoria horum sanctorum non solum Christus verus Sacerdos Melchisedech Deo patri gratias agit, sed etiam tota domus Abrahæ, idest sancta mater ecclesia tripudium facit. Vnde S. Paulus. Iustitia Abrahæ qua fidelis Deo est factus scripta est non solum propter ipsum, sed etiam propter nos, idem facientes sicut ipse fecit, quòd & nobis nostra credulitas reputabitur ad iustitiam. Super quæ verba Apostoli notandum est, quòd gesta sanctorũ in Ecclesia scripta sunt septupliciter. Primo ad Dei glorificationem Exod. 15. cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, scilicet in sanctis suis. Secundo ad diaboli confusionem, Iudith 14. Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor. Tertio ad sanctorum laudes. Eccl. 44. laudemus viros gloriosos. Quarto ad peccatorum redargutionem. Psalm. Filij alieni inueterauerunt & claudicauerunt à semitis suis, scilicet, patrum suorum. Quinto ad pigrorum excitationem. Isa. 51. Attendite ad petram, vnde excisi estis, & cæt. Sexto ad perfectorum animationem. Mementote operum patrum. Septimo ad totius Ecclesiæ consolationem. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem spem habeamus.

Rom. 4.

Gesta sanctorum in ecclesia cõscribuntur propter 7. rationes.

Psalm. 17.

1. Mach. 2.

Rom. 5.

SERMO SEPTVAGESIMVS QVINTVS.

MISERICORDIA DEI PECCAtoribus propitiari dicitur, quorum morti illius met iustitia dicitur aspirare, & periculosum recidiuare asseritur.

3. Reg. 2.

POstquam misericorditer Semei rebellator Regis Dauid, ab ipso Dauid, ẽ ad gratiã & veniã reuersus, except⁹, Salomon filius eius post mortẽ patris cõmissione ipsius implicita vocauit Semei. Dixitque ei, ædifica tibi domum in Hierusalem & habita ibi, & non egredieris inde huc atque illuc, quia quacunque die egressus fueris & transieris torrentem cedron, scito te interficiendum. Sanguis tuus erit super caput tuum. Dixit Semei, bon⁹ est sermo tuus, sic faciet seruus tuus, sicut locutus est dominus meus Rex. Sed post tres annos egressus est de Hierusalem in Geth, vt inde seruos fugitiuos à se requireret. Quod cum nunciatum esset Salomoni, vocauit eum exprobrans sibi mala quæ fecerat in patrem suum Dauid, & nunc præceptum tibi factum es transgressus egrediendo terminos tibi præfixos. Et fecit eum interficere.

Salomõ Rex pacificus est Christus & sacerdos in terra, Christi vices gerẽs erga peccatores. Semei, rebellator Dei patris per multa facinora, & blasphemias tempore prosperitatis. Vnde interpretatur audi me, quia peccator debet audire Dominum & præcepta eius, quæ sibi mandantur, sed quandoque

Hierem.6. doque vt Hierem. Ecce incircuncisæ sunt aures eorum, & audire non possunt. Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipiunt illud. Et quoniam Deus pater est pater misericordiæ, & in quacunque hora peccator ingemuerit saluus erit, semper recipit miserum peccatorem ad se toto corde reuertentem, licet iustitia diuina vult eum moriturũ morte perpetua. Dicit tamen ipsi iustitiæ Deus pater, nolo mortem peccatoris sed magis vt conuertatur & viuat, sicut figuratiuè hic reuertenti Semei Dauid cum dolore præteritæ rebellionis in eum sibi pepercit. Mandat tamen Salomoni, idest sacerdoti pacifico, qui loco Christi succedit, vt mandet Semei, de cætero ædificet sibi domum in Hierusalem, quæ interpretatur pacifica, idest de cætero reconciliatus cum Deo patre per sanctã contritionem & confessionem viuat in pacifica conscientia, nec ab ea sicut canis ad vomitum recedat, sicut & Christus dixit adulteræ, & languido. Vade noli amplius peccare, ne tibi deterius contingat. vide nostram interpretationem Euangeliorum feria tertia Dominicæ secundæ & Dominica tertia in Quadragesima, de periculo recidiuantium. Et mandat sibi ædificare vitam bonam in toto homine cũ omnibus cameris sensuum & potentiarum animæ. Vt scilicet auertat oculos suos à vanitatibus, aures à detractionibus, linguã à prauis colloquijs, guttur à commessationibus & ebrietatibus, tactum à rapinis, concupiscentiam à luxurijs. Practica de huiusmodi. Intelligentiam suam in obsequium Christi, & affectum in amorem cœlestium redigat, & declinet à malo & faciat bonum. Aliter exiens à terminis sibi constitutis à confessore per recidiuum, morte morieris æterna. In figuram huius & mulier Loth contra Dei mandatum exiens de Sodomis retro ad regionem ipsorum respiciens, versa est in statuam salis. Sal sparsum super terram, sterilem reddit terrenum, ita recidiuantes sunt canis ad vomitum, & ad præteritas delitias retro respicientes, efficiuntur insensibiles & infructiferi in spiritualibus, modo quo languidus qui non poterat per se ad aquas piscinæ salubres percurrere, sed accidit misero peccatori obliuisci Dei & sacerdotis loco Dei impositis, obliuisci etiam periculi suæ spiritualis mortis, per recidiuum, & ingreditur pro parua re & complacentia temporali Practica ad omnes artes & conditiones, ac appetitus inordinatos quibus alliciuntur miseri peccatores, sicut Semei pro seruis capiendis. Egreditur dico à pacifica conscientia, quasi in potestate eius sit ad eam redire post trangressionem, & in pristina amicitia cũ Deo permanere. Sed decipitur. quia ingratis meritò desiccatur fons pietatis, vt peramplius sibi inducię sicut Crysar. apud sanctum Gregorium in Dialogo non tribuantur, nec detur venia sicut Anthiocho. Machab. Qui orabat Deum scelestus, à quo non est exauditus, sed misera morte blasphemus mortuus est. Cauendum igitur est recidiuantibus, quia potestas redeundi iterum ad reconciliationis gratiam non consistit in ipsis, sed in solo Deo, cuius iudicia pertimescẽda sunt à talibus peccatoribus. Psal. A iudicijs enim tuis timui. De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adijcias peccatum super peccatum, & ne dicas miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorũ miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira eius, & iterum ibidem. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Et 21. Fili peccasti non adijcias iterum, sed & de pristinis depræcare, vt tibi dimittantur. Quasi à facie colubri fuge peccatum, & si accesseris ad illa suscipient te. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Quasi romphea

Iustitia Dei vult mori peccatorem, sed misericordia indulget, & propitiat, & mandatur talib⁹ à recidiuo caueant ad mortem.

Quàm periculosum sit recidiuum.

Gen. 19.

Ioan. 5.

2. Mach. 9.

Non est in potestate recidiuantis quãdo vult ad Deum reuerti.

Eccl. 3.

Digitized by Google

bis acuta hominis iniquitas, plagę illius non est sanitas. In figuram huius hic Semei recidiuãs transfixus est lancea & mortuus est.

SERMO SEPTVAGESIMVS SEXTVS.

MODVM REVERTENDI AD CHRIstum ostendit animæ adulteranti, vbi etiam addit grauitatem ac fęditatem peccati, cum pulchra meditatione, circa iustitiam Dei, atq; illius misericordiam.

Deut. 21.

SI egressꝰ fuerit vir ad pugnam contra suos inimicos & viderit in medio captiuarum mulierum pulchram, & adamauerit eam, volueritque eam in vxorem habere, introducet eam in domum suam, quæ radet cæsariem, & circuncidet vngues, & deponet vestem in qua capta est, sedensque in domo tua flebit patrem & matrem suam triginta diebus, & eris vxor tua.

Mysticè hic prælíator est Christus, & loco eius omnes sacri prędicatores, sicut dixit. Ego vos elegi vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, & de Christo dicit Ioan. 8. Ego à patre processi. Et Michea & egressus eius à diebus ęternitatis. Et Psal. Exultauit vt gigas ad currendam viam. Et manu inermi ac brachio in cruce extento vicit omnes tartareas potestates dicit August. modo quo Dauid humilioribus armis prælians contra Goliath Philistęũ, prostrauit eum in terram. Et Ioan. in Apocal. 6. vidi & ecce albus equus, & qui sedebat super eum habebat arcum, & exiuit vt vinceret. Et est Christus & eius prædicator, qui sedit super equum album, quia humanitatem purissimam Ioã. 6. quis arguet me de peccato. Et de prædicatorum puritate Paul. Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo, ne cum alijs prædicauero ipse reprobus effi ciar. Et Christus ipsis dixit. sint lumbi vestri precincti per castitatẽ, & lucernæ in manibus vestris per claritatem exemplaritatis, vt intus ardeant & foris luceãt. Cant. 8. Lampades eius vt lampades ignis & flammarum. habet arcum & sagittam. i. potentiã prędicandi per sagittam verbi Dei, quod est penetrabilius omni gladio ancipiti, vt dicit sanctus Paulus ad Hebr. 4. Christus igitur exiuit ad prælĩũ, ad capiendum genus humanum in sponsam. Et cœpit multos vtriusque sexus sua prædicatione Nam Oseæ 2. dicitur. Sponsabo te in fide. exempla horũ in Magdalena, Samaritana, &c. vult igitur Christus quamlibet animam in sponsam assumere formatam charitate. Idem faciunt prædicatores pro Christo, sibi capiendo animas captiuorum, idest peccatorès ad Christum conuertendo in perpetua charitate dilexi te, ideo attraxi te miserãs. Capta igitur anima peccatrix per sanctam prædicationem, vt eam Christus in sponsam accipiat licet adulteram, Hierem. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus & ego suscipiam te, oportet eam deponere vestem in qua capta est, idest, præteritam conuersationem. Eph. Deponite

Quid anima à sponso Christo adulterata reuertens facere debet, vt recipiatur à sponso.

Hier. 31.

Hierem. 3.

Ephes. 4.

te

Digitized by Google

te vos secundum pristinam conuersationem veterem hominum, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Cæsariem radet, idest capitalia mortalia peccata per contritionem & confessionem & satisfactionem abradat, & abscindat à se vt superfluitates animæ. vngues etiam præcidat, idest prauas societates à se reijciat, quibus carnaliter aliàs associabatur inseparabiliter sicut vngues digitis. In signum huius, valdè amici manibus se tenent adinuicem deambulantes. Psal. Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo, quia cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris, & S. Paulus colloquia praua corrumpunt bonos mores. Insuper abradat Cæsariem, idest vanitatem mundi, quam vt Absalon permittebat crescere ad sui magnā pergrauationem.
2. Reg. 16. Et vngues quæ carni inhærent, idest, concupiscentias carnales, ac rapinas & malas ablationes & sanguinis effusiones. Quoniam & volatilia rapacia vnguibus suis ferocitatem & dilacerationes faciūt. manus vestrę plenę sunt
Isai. 1. sanguine. De his Paulus stipendia peccati mors. Et quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis. Deploret etiam patrem & matrem suam diebus triginta, idest prauitatem intellectus & volūtatis suæ, qui sunt in homine tanquam pater & mater, quibus bona & mala opera generantur in homine, vt quia intellectus eius non fuit redactus in obsequium Christi.
2. Cor. 10. secundum quod Paulus dicit. Redigentes vos omnem intellectum vestrum in obsequium Christi, sed per varios errores declinauit. Similiter voluntas quæ est mater omnium meritorum & demeritorum, quæ per prauitates, & affectus inordinatos declinauerat, deplorentur. Et hoc per triginta dies, in quibus sunt tres denarij, quia perseueranter omnia prędicta sunt facienda, quam perseuerantiā denotant primum secundum & tertium denarium scilicet principium, medium, & finem perfectum, sicut completus & finalis est denarius numerus. ò beata hæc captiua sponsa, quam sic vt Magdalenā æternus sponsus adamauit. practica super hæc, quia habes latū campum.

Figura.

ET quibus modis sagittādum sit ad conuersionem peccatorum, possumus figuratiuè habere, Hiere. 38. vbi sententialiter habetur. Fuit Hieremia proiectus in lacum Helchiæ, in quo non erat aqua, sed lutum vsque ad collum, quod sibi erat amarius morte & per eunuchum mandato Regis inde est extractus fune sibi submissa, & pannis veteribus obuoluta, quos etiam pannos fecerunt sibi ponere sub cubito manuum suarum ne offenderetur funis duritia. Moraliter sic miser peccator proijcitur in fęces profundissimas peccatorum, Ioel. 2. & ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbè egit. Quid enim coram Deo fœtidius peccato, propter quod & oculos suos auertit ne aspiciat, aures obturat ne audiat, vt Isai. 1. & Prouerb. 1. & Isai. 59. Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Et sibi erat amarius morte, quia nulla comparatio est inter mortem spiritualem & corporalem, sicut nec inter vitam sensualem & rationalem. In figuram huius Tobia salutatus per gaude, Angelo dixit, quod mihi gaudiū, cum lumen cœli non video, quia talibus clausa est ianua cœli. Nec inde poterat extrahi, nisi mandato Regis, quia per se quis potest cadere in foueam peccati mortalis, sed Christus dicit nihil potestis sine me facere. Ioan. 8. cap. Qui facit peccatum, seruus est

De grauitate peccati, & peccatoris fęditate, & quibus modis reducēdus sit ad Christum.

Tob. 4.

est peccati, & si filius vos liberauerit,
verè liberi estis. Præcepit ergo Rex
cœlorum eunucho, idest prędicatori-
bus, qui erat in domo Regis, idest in
Ecclesia Christi & continentes, qui se
Matth.19. castrauerunt propter regnum Dei. Et
ipse submisit sibi funes obuolutos ve-
teribus pannis, subq; cubito manuum
suarum positis. Nam funes possunt
denotare considerationem, & medita
tionem seueræ iustitiæ Dei, quæ in
peccatores protenditur, quam pluri-
mum peccatores debent contemplari.
Amos 3. Leo rugiet, quis non timebit? Et si ego
Malach. 1. dominus, vbi est timor meus? Et Psal.
Psalm. 54. Timor & tremor venerunt super me
& contexerunt me tenebræ. Et à iudi-
cijs enim tuis timui. Nam oderunt
peccare mali formidine pęnæ. Sed de-
bent hæ funes inuolui pãnis qui sunt
molles, idest misericordia Dei, ne de-
speret sicut Cain, qui dixit maior est
iniquitas mea, quàm vt veniam me-
rear. Et sunt veteres, quia totũ testa-
mentum nouum cum veteri conformi
ter clamat, misericordiam volo & non
sacrificium, & non veni vocare iustos
sed peccatores ad pœnitentiam. Et in
quacunque hora peccator ingemuerit
saluus erit. Et Paulus. Fidelis sermo &
omni acceptione dignus, Iesus Chri-
stus venit peccatores saluos facere &c.

SERMO SEPTVAGESIMVS SEPTIMVS.

VERSATVR CIRCA TIMOREM comminationum prophetarum, de quibus Deus mutare dicitur quandoque sententiam, nunquam tamen consilium. Additq; differentiam inter tribulatos, & in prosperitatis pinguedine nutritos.

Hier. 24. IOachim Rex Iu-
4. Reg. 23. da, obsessa Hie-
rusalem per Na
buch. suasu Hie
remiæ prophe-
tæ datus est in
manibus Regis,
qui cum multis
nobilibus fuit ab eo translatus in Ba-
bylonem. Tandem Euilmerodach rex
Babylonis anno quo regnare cęperat,
posuit thronum eius super thronũ re
gum, qui erãt cum eo in Babylone. Et
ibi Daniel & socij eius & Mardochęus
qui fuerũt de transmigratis cum Ioa-
chim, fuerunt multum honorati à re-
gibus, vt patet in libris eorum. s. He-
ster & Danielis. Et quia illi qui fuerũt
in Hierusalẽ de Iudæis regnante pessi
mo Rege Sedechia posito ibi per Na-
buc. reputabant miseros fuisse Regem
Ioachim cũ alijs in Babylonem tran-
slatis suasu Hieremiæ, & eorum capti
uitatem in cantilenis derisoriè decan
tabant, propterea populus in Babylo
ne multum conquærebatur, quod suasu
Hieremiæ dederunt se sponte regi Ba
bylonis, cum pessimus Sedechias cum
suo prauo populo tantum sit sublima
tus in prosperitate. Ad consolationẽ,
igitur illorum, & ad confirmationem
pronosticationis Hieremiæ de futuro
certo excidio Sedechiæ & populi, De
us ostendit hanc visionem Hieremiæ.
Dicit ergo Hieremia ostẽdit mihi dñs
& ecce duo calathi pleni ficis positi
ante templum Dñi. Calathus vnus fi-
cus bonas habebat nimis, vt solent fi-
cus esse primi temporis. Et calathus
alter habebat ficus malas nimis, quæ
come-

comedi non poterant, eo ꝙ essent malæ. Et dixit dñs ad me. Quid tu vides Hier. Et dixit ficus, ficus bonas, bonas valdè, & malas, malas valdè, quæ comedi non possunt, eo ꝙ sint malæ. Et addit ꝙ ficus bonæ, sunt transmigrati in Babylonem, & sub captiuitate purgati, quorum purgationem & pœnitẽtiam se dicit Deus cognouisse, scilicet per acceptationem, & oculos posuisse super eos ad placandũ, & erunt mihi in populum, & ego eis in Deum, & reducam eos in terram Israel, quia reuertent ad me in toto corde suo. Pessimæ autem ficus sunt Sedechias prauus cũ populo, quæ comedi non possunt, eo ꝙ sunt malæ, dabo eos in vexationem, afflictionemq; omnibus regnis terræ, & in opprobrium, & in parabolã & prouerbium, & maledictionẽ in vniuersis locis, ad quæ eieci eos, & mittam in eis gladium, famem, & pestem, donec consumentur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum. Nota ꝙ prophetæ dupliciter vident. reuelata eis à Deo. vno modo vt sunt & dependent à secundis causis. vel sint cœli & cœlorum ac creaturæ inclinationes in mortem, & tempestates facientes ruinas & destructiones, sicut fuit prophetia Isaiæ super propinquã mortem Ezechiæ Regis ex secundis causis considerata. Et ita dic similibus, vt cum Deus minatur per animalia vt ꝑ locustas ruinã. Sicut ostensum fuit Amos 7. vel vt sunt demerita hominum causa ruinę eorũ, vt fuit prophetia & comminatio Ionę super Niniuem Et hæc prophetia vocatur conditionalis, quia est comminatiua. Nam prophetarum comminatione ex secundis causis imminentibus Deus quandoque conuertit homines ad pęnitentiam, & sic eis parcit propter illam pœnitentiam in sua primaria intentione præuisa, quia sibi futura vt præsentia constant. Alio modo prophetæ vident reuelata eis, vt totaliter dependent à prima causa quæ est inuariabilis in volitione sua, semel loquitur Deus, & id ipsum nõ replicat.

Duplex ꝓphetia cõminatiua, & diffinitiua.

Iob. 33.

Et hæc propheti a dicitur prædestinationis & firmitatis. De quib⁹ fuit hæc prophetia Hier. super captionem regis Sedechiæ & populi sui cum ciuitate Hierusalem, vnde Greg. Deus mutat sententiam & non consilium, quoniam consilium eius est firmum & stabile. Ego Deus & non mutor. Et Psal. Cogitationes cordis eius in generatione & generationem. vide de sententia eius variabili ratione secũdarum causarum, vt pœnitentiæ & huiusmodi. Hier. 18. vbi Deus dicit se repentè loqui ad destruendum & euellendum, & ex pœnitentia iterum ad miserẽdum. Sed ad quam partẽ cadet lignum iræ Dei. s. ad Austrum misericordiæ Dei, vel ad Aquilonem dissipantem omnia valde pertimescendum est. Eccl. 11. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit. ibi erit. hæc ibi A iudicijs enim tuis timui. Cum igitur auditur clamor prędicatorũ comminantium grauia flagella futura per attestationes sacræ scripturę, dicit Paulus. 1. Thes. 5. prophetias, idest prædicatores prophetantes vel prophetarum ac sacræ scripturæ attestationes prędicantes, nolite spernere, quia Prouerb. 28. qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis, dum scilicet in tribulatione sua clamat ad dominum, cũ dico, comminantur, quilibet supra se reflectat, an sint talia peccata in ipso, vt iram Dei mereatur, & conuertat cor suum ad pœnitentiam. Quoniam nisi pęnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis, si quo modo Deus cõuertatur ad nos & ignoscat, vt Niniuitis. Et hoc consilium dedit Daniel Nabuch. ad somniũ sibi factum, prænosticũ ruinę eius. Quam obrem Rex consilium meũ placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Hoc autem dicit, quia nõ fuerat sibi reuelatum, an hoc somnium fuerit prędestinationis vel comminationis. Nã Hieremię Deus prędixit ma-

Malach. 3.

Deus in ꝓphetijs q̃n que mutat sententiã, sed nunquam cõsiliũ, & timendę sũt comminationes prophetarũ.

Luc. 13.

Dan. 4.

Digitized by Google

Hier. 36. gnam suam indignationem in populum. Et dicitur cap. 36. Factum est verbum domini ad eum. Tolle volumen libri, & scribe in eo omnia quæ locutus sum tibi aduersum Israel, & Iudam, & aduersus omnes gentes, si fortè audiente domo Iuda vniuersa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnusquisque à via sua pessima, & propitius ero iniquitati & peccato, eorum, &c. Practicè te extende super hæc. In templo erant duo calathi appensi pleni ficis bonis primi temporis & valde malis. Sic in ecclesia militanti sunt boni pinguedine charitatis & dulcedine patientiæ, ac viriditate sanctæ conuersationis, & habent intus semina plena meritorum coram Deo. Et si quandoq; tribulationibus, & aduersitatibus sicut dulces ficus à Deo conteruntur quasi dentibus, at pius pater in eis complacet. Hebr. 12. Fili mi noli negligere disciplinam domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat. Flagellat autem omnē filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquā filijs vobis offert se Deus. Quis enim filius quē non corripit pater? quòd si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filij estis. Nouit Dominus viam iustorum. De vtilitate tribulationum vide nostrum sermonem intitulatum, quid grauius malum pœnæ, vel culpæ. Ficus malæ vel acerbæ sunt praui, de quibus Psalm. Iter impiorum peribit. Et de quibus Apocalip. 3. dicis quòd diues sum & locupletatus & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser & miserabilis, & pauper & cæcus & nudus. Et isti quandoque sicut prauus hic Sedechias Rex & populus enutriuntur, & impinguantur prosperitatibus mundanis ad æternū interitū. Qui vescebantur voluptuosè interierunt in vijs, & qui nutriebātur in croceis, amplexati sunt stercora. De quibus fuit arbor solis folijs fulta, quæ non fructificabat, vt ex ea posset Christus esuriens comedere, quoniā ipse sitit & esurit salutem nostrā, cui Christus maledixit, & aruit. Et de quibus fuit ille diues. Qui dum sibi ager vberes fructus attulit, dixit. Dicam animæ meę. Anima habes multa bona posita in annos plurimos quiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus. stulte hæc nocte animam tuam repetent à te, quæ autem parasti cuius erunt? Et de quibus fuit diues epulo, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Extende te ad similes. Psal. Dimisi eos secundū desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus, idest nouis peccatis, quę adinuenient proficiendo de peccato in peccatum. contra quod Isai. 1. dicis. quiescite agere peruersè, discite benefacere. Quasi in his diceret Deus per Dauid. Non flagellaui eos vt filios, sed vt seruos reprobos dimisi eos liberè ire post suas concupiscentias ad vltimum exterminium. de quibus Ezech. 16. auferetur zelus meus à te, nec irascar amplius, & Oseæ. 4. non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras, cum adulterauerint. Hæc autem est magna ira Dei in omni homine & populis, sicut flagellare delinquentes misericordiæ Dei est. Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere magni beneficij est indicium. Et de reprobis subiungit. In alijs nationibus Deus patienter expectat, vt eas cum iudicij dies aduenerit in plenitudine peccatorū puniat. practica. Et sicut non flagellari in peccatis est signum ruinæ & spiritualis, & temporalis, ita & in flagellis duriorem effici, est potissimum signum, tales duplici contritione conterendos, de quibus Hierem. 5. Percussisti eos & non doluerunt. Psalm. De his duplici contritione contere eos. hic per temporales ruinas, & per eternam pęnam in futuro, sicut & hic Sedechias cum populo fuit punitus, qui erant pessimæ ficus dignæ vomitu, vt nullo pacto acceptentur per missam apud Deū.

Marginalia (left): In ecclesia militanti sunt tribulati ad salutem, & sunt in prosperitatibus derelicti ad ruinam alę & corporis. — Psalm. 1. — Psalm. 1. — Thr. 4.

Marginalia (right): Matth. 21. — Luc. 12. — Psalm. 80. — Quē deus non flagellat in delictis, signū est furoris sui in eū. — 2. Mach. 6.

Et

a. Mich. 7. Et de his & similibus dicit Mich. 7. Non est bonus ad comedendum, idest non est bonus aliquis, præcoces ficus desiderauit anima mea comedere idest nouas, quæ aliquid habent immaturitatis, idest aliquos bonos, quãuis aliquid imperfectionis habeant. Psal. Recordatus est figmenti sui, & tamen non inueniuntur. Vnde sequitur. perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est, omnes in sanguine insidiantur. vir fratrem suum venatur ad mortem. Malum manuũ suarum dicunt bonum. Princeps postulat. i. iniquas exactiones a populo quærit, & iudex in reddendo est. s. cõfirmando per executoriam sententiã pro principe. Et magnus, idest diues vel doctrina pollens desiderium animæ suæ. s. secundum appetitum, & nõ rationem, & conturbauerunt eam. i. ministri durè tractauerunt populum per iniustitiam, qui optimus in eis est, idest apparet minus malus, est quasi paliurus, idest herba pungens impatiens, retinẽs, vulnerans. Et qui rectus, scilicet videtur esse in comparatione ad alios pessimos & malos, quasi spina de sepe, acuta, dura, vel curua viam obstruens, ceruiceq; se cõplectens. Et quia tales sunt, ideo dies speculationis tuæ, idest quam olim timebas euenturam, quæ tibi per prophetas est denuntiata, visitatio tua venit. s. ruina & flagella exterminatiua te visitabunt Nunc erit vastitas eorũ idest talium prauorum sine dilatione. Septuaginta interpretes dicũt. Væ væ. Vltiones tuæ venerunt, nũc erunt fletus eorum. Nolite credere amico, scilicet tibi oppositum persuadenti, sicut sunt Pseudoprophetæ. Quasi diceret Deus determinatè decreuit te delendum, nec est vt homo q mentiatur. Et nolite confidere in duce, idest in fortitudine regum & principum. Ab ea scilicet vxore, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui, ne tibi accidat sicut Sansoni Quia filius contumeliam facit patri sicut Absalõ fecit Dauid. Et filia consurgit aduersum matrem suam. Vbi dicit Hiero. Tot sunt huius rei exempla quotidiana, vt ea magis lugere oporteat, quam in scripturis quærere. Nurus aduersus socrum suam, vt vxor Esau cõtra Rebeccam. Vnde ait tedet me vitæ meæ propter filias Heth. Itẽ Hieron. propemodum naturale est, vt omnis Nurus socrum, & socrus oderit Nurum. Et inimici hominis domestici eius. Vbi Hieron. dicit. Hic exempla non quærimus, quia plura sunt, q testimonijs indigeamus. Hæc propheta Miche. Reuertamur ergo ad Dauid superius. Dimisi eos secundũ desideria eorum, scilicet vt currant de malo in peius absq; impedimento, vt vadant & corruant retrorsum in suis malignitatibus. Si populus meus audisset me, credendo & obediendo, Israel si in vijs meis ambulasset, idest præcepta mea obseruasset, per quæ ad meam gratiam venitur, pro nihilo forsitan eorum inimicos humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam.

Iudic. 16.

2. Reg. 16.

Gen. 27.

Psal. 80.

SERMO

SERMO SEPTVAGESIMVS VIII.

TRACTAT PROLIXIVS, CONFESSIONEM cum suis conditionibus; cum declaratione gladij rasorij apud Ezechielem: additq; elegantem adhortationem ad confessionem.

Ezech.5. DIxit ei Deus. Tu fili hominis, sũme tibi gladiũ acutum radentem pilos, & duces p caput tuũ & per barbam tuam, & assume tibi stateram ponderis, & rasa pondera. Tertiam partem pilorũ trade igni, tertiam partem incide gladio, & tertiam partem disperges in ventum, & gladium nudabis post eos. Hæc omnia moraliter pœnitens verus debet in se obseruare. Ezechiel interpretatur confortat me Dominus, potest nobis denotare quemlibet peccatorem, propter cuius miserationem Christus ve-
Matth. 9. nit in hunc mundum, vt dicit Matth. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Vnde & murmurantibus Pharisæis quia Christus manducabat cum publicanis, ipse respondit, Euntes discite, quid est, misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed pec-
Luc.9. catores. Hęc ibi. Et Lucę. Quia Samaritaui nõ receperunt discipulos Christi qui iuerant emere necessaria pro prandio dixerunt Iacobus & Ioannes. Domine vis, vt ignis descendat de cęlo & consumat illos. Et conuersus increpauit illos dicens. Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis nõ venit animas perdere sed saluare. Et
1.Thi.1. Paulus. Fidelis sermo & omni acceptatione dignus Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. De hac confortatione peccatoris est plena sacra scriptura. Et vide nostrum sermonem de misericordia Dei. Dicitur esse filius hominis, id est filius Adæ fragilis. De quo Gen. dici- Gen.8.
tur sensus, & cogitatio humani cordis prona sunt in malum ab adolescentia sua. Ideo merito confortandus est a Deo, qui secundum Paulũ dat prouentum in tentatione. Et Psalmus de hac confortatione, & fragilitate hominis dicit. Recordatus est figmenti sui. Et Isa. dixit Sion reliquit me Domi- Isai.49.
nus, & oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. Muri tui coram oculis meis semper. Hæc ibi. Hortatur igitur De9 quemlibet peccatorem. Tu habes multas superfluitates peccatorum in capite & in barba. Nam capilli capitis, & barbę sunt superfluitates hominis q causantur ex vapore calido & grosso: qui ex incentiuis humoribus est, vt dicit liber de natura rerum, de qua superfluitate dicit Isaia. A planta pe- Isa.1.
dis vsq; ad verticem non est in eo sanitas. Quis potest dicere mundum est Prou.20.
cor meum: purus sum a peccato? o si
Isaias tam sanctus. dicit Facti sumus Isa.64.
vt immundi nos omnes, & quasi pannus męstruatę omnes iustitiæ nostrę. Et cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos, & multa ibi ad propositum prosequitur, quid dicturi sumus nos miseri peccatores, qui non solum vsq; septies, sed vsq; septuagies septies in dies peccamus? Propterea Deus hortatur nos miseros peccatores fragiles vt accipiamus gladium vel rasorium acutum bene incidentem,

Digitized by Google

dentem, idest sanctam pęnitentiam, quæ scindit, & abstergit a nobis omnia peccata nostra cuiuscunq; sint superfluitatis. De hac abrasione penitentiæ Isa. dicit. Lauamini mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse, discite benefacere &c. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, mox sicut nix dealbabuntur, & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt. Et hic exemplum potes ponere de illo Parisino, cuius carta alba apparuit, in qua erant scripta sua enormia peccata, & hoc ex contritione. Et eidem Ezech. dixit Deus. Si peccator fuerit reuersus ab iniustitia sua, omnium iniustitiarum suarũ non recordabor. Et Christus incipiẽs prædicare dicebat. Pęnitentiam agite appropinquabit enim regnum cęlorum. Debemus igitur hoc acuto, & scindenti gladio pœnitentiæ abradere pilos capitis. Nã caput est in quo primo opera vitę apparent ad extra. Hoc caput potest nobis denotare rationem, & voluntatem, quarum opera nostra voluntaria imperio exercentur, & in eis opera vitę apparent. Sed quandoq; miser homo creatus rectus. Miscet se infinitis quæstionibus peccatorum, vt sicut super saxum inter putridas aquas positum adnascuntur herbę putridę, ita in mente sua adnascuntur infiniti errores, & pessime cogitationes omni immundicia, & menstruositate plenę, vt fętor, & putredo eius ascendat in cęlum. Ascendet fętor eius, & ascendet putredo eius, qa superbe egit. De hoc Hier. Laua a malitia cor tuum Hierusalem, vt salua fias. Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Insuper & deprauatur affectus voluntatis dum se dominari a sensualitatibus demittit, & fiat animalis, & bestialis homo, qui non percipit ea, quę Dei sunt vt dicit Paulus. Rom. 1. cap. vbi concludit de similibus, quos Deus tradidit in reprobum sensum, vt sciant quæ nõ cõueniũt, repletos omni iniquitate, &c.

Isa. 1.
Ezech. 18.
Matth. 4.
Qualiter debet fieri confessio.
Eccle. 7.
Ioel. 2.
Hier. 4.

Hic igitur peccator debet rasorio acutæ pęnitentiæ has corruptiones mentis & voluntatis abradere, & suam intelligentiam vt Paulus docet redigere in obsequium Christi, vt sciat quę sit voluntas Dei beneplacens, & cogitare vias suas prauas, & conuertere pedes suos, & suos affectus olim deprauatos in testimonia Dei, vt Isa. superius docuit. Debent insuper barbę pilos abradere. Nam in facie hominis sunt omnes sensus, in qua facie pili tanquam superfluitates faciei crescunt. Et denotantur in eis omnes superfluitates, quæ per quinq; sensus excrescunt. Quia de oculis scriptum est. Oculus meus deprædatus est animam meam. De auribus. Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis, & Isa. Vocaui & non erat qui audiret. De odoratu dicunt moraliter, vt iudęi super manna, nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo, quia spiritualia non sapiunt, nisi placentia, vt dixit populus Isa. loquimini nobis placentia. Gustus est infectus, plenus absinthio voluptatum, eodem modo, & tactus, vt impleatur in ipsis, quod Eccle. dicit Et omnia quæ desiderauerunt oculi mei non negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueret, & oblectaret se in his, quæ præparaueram. Et Psalmus. Linguis suis dolose agebant, & veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Et Isai. manus vestræ plenę sunt sanguine. Et hi etiam signantur per capillorum superfluitates in Absalon eum plurimũ pgrauantes, vt sibi fuerint causa suspendij ad interitũ & mortẽ non solũ corporis sed etiam animæ. Hi igitur abradendi sunt rasorio pœnitentiæ abradendo ab eis omnia opera tenebrarum, & vt monet Paulus Coll. 3. mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est idolorũ seruitus. Et prosequere ibi posita pulchra documenta ad propositum.

Tren. 3.
Prou. 28.
Isai. 5.
Isai. 30.
Eccle. 2.
Psal. 5.
Isai. 1.
2. Reg. 18.

Et

Digitized by Google

Et abrasi in statera ponantur. Quia dicit Paulus si nos iudicaremur, non vtiq; diiudicaremur. Et partem incisam tertiam, &c. Nam tres sunt partes pœnitentiæ secundum sanctos doctores, vna est contritio, alia cõfessio, tertia satisfactio. In his datur intelligi quòd vnicuiq; harum partium demus, quæ sunt Cęsaris Cęsari, & quę sunt Dei Deo, vt quæ sunt contritionis, per contritionis ignem resoluantur, & adurentur, vt fecit Maria Magdalena, de hoc igne dicit Christus. Ignem veni mittere in terrã, & quid volo aliud nisi vt ardeat. Et de hoc igne dicit sponsa ad sponsum lampades tuæ lampades ignis & flammarũ. Et iterum amore langueo. Et sancta mater Ecclesia cantat de igne Magdalenæ. Flauit auster qui est calidus, & resolutiuus humiditatis, sicut olla dũ accensa fumat ad extra per humiditatem, sicut apparet in ipsius ollę bulliẽtis coopertorio, & fugauit aquilonẽ frigidum, idest calor Christi amoris resoluit Magdalenã ad lachrimas contritionis, vt ab ea expelleret omnem frigiditatem peccatorum, quia Christus. Eiecit ab ea septem dæmonia, idest septem peccata mortalia. Partẽ incide gladio confessionis, dum dearticulate in confessione omnia peccata confessori dicuntur, cum omnibus circunstantijs aggrauantibus ea in infinitum, tamquam incideres ipsa minutatim. De hoc incendio per confessionem vide nostram expositionem super Euangelium de quinq; porticis, vbi per figuram sacrificij quod incendebatur, modum ostẽdi confessionis. Partem tertiam proijce in ventum, quia agendo satisfactionem, dum das Deo, quæ Dei sunt, & Cęsari, quæ Cæsaris, contẽplare quia trãsit mundus, & concupiscentia eius, sicut ventus. Et quòd viri diuitiarũ post mortem nihil inuenerunt in manibus suis & quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero eius detrimentum patiatur. Insuper in uentum partem ponis, cum per verã renouationem vitæ tuæ, te super te ipsum reflectendo dicis illud Eccle. Cumq; me conuertissem ad vniuersa quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionẽ animæ, & nihil permanere sub sole, sed vanitas vanitatum, & omnia vanitas dixit Ecclesiast. Et Sap. Dicent hij qui sunt in inferno, quid profuit nobis superbia nostra, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis, omnia sicut vmbra transierunt &c. Insuper accipe rasorium acutum scindentem bene. In hoc etiam potest nobis denotari idoneitas confessoris, qui est a misero peccatore eligendus, ne si circa se negligens existens, incidat in eo, de quo Christus clementer eum hortatur, ne cęcus cęco ducatũ præstans ambo in foueam cadant. Nemo enim infirmus medicum ignorantem, & inexpertum infirmitatum quærit, quanto magis vbi agitur de morte & vita animæ? Nec aliquis vadit lauari ab aquis immundis, vel emundari per hominem fęcibus infectum. Practica dę huiusmodi vt habes in sermonibus. De vtilitatibus confessionis habes super Euangelium de panibus in nostra interpretatione. Et multa ad pœnitentiam, & confessionem pertinentia scripsi in nostris sermonibus de pœnitentia & contritione, ac attritione, vide ibi. De conditionibus. 14. quas debet habere confessio habes vbiq; dispersa per sũmistas, & alios sermocinantes. Vide tamen summulam Gaetani, quia ipse in hac materia cæteris breuius, & clarius loquitur. Et omnes confitentes, & veram pœnitentiã agentes, animaduertant ad exhortationem sapientię. Pęnitentibus autẽ dedit viam iustitiæ, & confirmauit deficientes sustinere, & destinauit illis sortem veritatis. Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua, præcare ante faciem Domini, & minue offendicula, Reuertere ad Dominum, & auertere ab iniustitia tua, & nimis odito execrationem, & cognosce

1.Cor.11. Can.2. Can.8. Marc.16. Matth.16. Eccle.2. Sap.5. Matth.15. Eccl.17. Perpulchra exhortatio ad confessionem.

sce iustitias,& iuditia Dei,& insta in sorte propositionis & orationis altissimi Dei In partes vade seculi sancti cum viuis, & dantibus confessionem Deo. Non demoreris in errore impiorum, ante mortem cõfitere,a mortuo quasi nihil perit confessio. Confiteberis viuens, viuens & sanus confiteberis,& laudabis Deum,& glorificaberis in miserationibus eius. Quàm magna misericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se. Nec enim omnia possunt esse in hominibus,quoniam non est immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerunt. Quid lucidius sole,& hic deficiet, aut quid nequius quàm qđ excogitauit caro & sanguis, & hoc arguetur. Virtutem altitudinis cęli ipse conspicit, & omnes homines terra & cinis. Hæc ibi. Tu autem practica bene omnia verba hæc, quia in eis habes latum campum.

SERMO SEPTVAGESIMVS IX.

LONGO DIGRESSV AGIT DE Beatitudinis vnitate & diuersitate, de gaudijs in beatitudine; de aureola, palma, & fructibus beatorum; & eorum gloria in omnibus potentijs.

Legitur Ezechielis capitulo. 47. vbi sententialiter habetur egrediebantur aquæ ex tẽplo ex parte dextera. Et ecce vir inde egrediens tenebat funem in manibus suis, & me ducebat per aquas illas currentes, & venimus ad locum vbi aquæ descendebant in profundum,& cepit fune mensurare profundum vel torrentem, & inuenit torrentis profundum mille cubitis,& dixit mihi, quòd secũ transirem torrentem,& transiens erãt mihi aquæ vsq; ad talos. Procedentes vlterius per aquas currentes, venimus iterum ad alium torrentem,& metitus est eum, & inuenit esse profundum mille cubitis,& fecit me transire per eũ, & aquæ mihi fuerunt vsq; ad genua. Iterum procedentes per aquas currentes venimus ad tertiam profunditatem aquarũ,quas metiens inuenit profundas esse cubitis mille, & transiuimus per illud profundum aquarum,& erant mihi aquæ vsq; ad renes. Iterũ pertransimus pér aquã ad quartam profunditatem, & metitus est eam, & inuenit aquarum profunditatem mille passus fore. Et dixit quòd pertransirem. Et dum vellẽ hanc profunditatem pertransire,tantum aquæ inundauerunt vt me cooperirent, & torrens non posset transuadari nec pertransiri,tantum aquę inundauerunt. Hæc ibi sententialiter. Hoc mane prædicabimus de vnitate & diuersitate beatitudinis, & maxima gloria sanctorum in cęlesti patria. Inuenimus enim in sacris Euangelijs, quòd vna erit omnium beatorum gloria,& fęlicitas, vt patet in Euangelio de operarijs. Vbi dicitur acceperunt ꝓ mercede singuli singulos denarios, idest eãdem mercedem beatitudinis, vt dicit S. Greg. Inuenimus etiam ꝙ erit diuersitas in beatitudine, quia Christus dixit. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Ideo dicunt sacri doctores. Quod beatitudo sanctorum

(Marginal notes: Eze.47. — Matth.20. — Io.14.)

rum

Quo est vna & plures beatitudines in patria celesti.

rum in celesti patria potest considerari dupliciter. Vno modo quo ad obiectũ beatitudinis, vt Dei summę veritatis, & summę bonitatis, sic erit vna omnium beatorum felicitas, & gloria, tum quia omnium Deus vnus & trinus erit obiectum fęlicitatis eorum, tum quia omnium vna æternitas beatitudinis, tum quia vna charitas omnium, in cuius vinculo omnes beati equaliter erunt colligati, Deum super omnia diligentes, & se adinuicé sicut se ipsos amantes. Et tu possis super hanc vnitatem contemplari. Alio modo potest considerari ex parte subiectorum, vt beatorum recipientium hanc beatitudinem. Sic est diuersitas & distinctio in beatitudine, quia secundum philosophum actus actiuorũ sunt in patiente bene disposito. Qui Deum in hac vita plus & intensius dilexerit, erit intensius beatus. Nam dicitur beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Hæc mũditia cordis est intensior Dei contemplatio, vt Maria Magdalena faciebat, quæ secus pedes Domini stabat dulcedine verborum eius lãguens, vt Christus eam supercõmendaret operibus Marthæ, quia ipsa optimam parté elegit, quæ non auferetur ab ea. Quia hic incepit vehementius inardescere in Dei dulcedine participata, & incepta, quam in patria clara facie inspiciet, vbi saciabimur cum apparuerit gloria Domini. Ideo Christus dixit hæc est vita æterna. Vt cognoscant te solũ Deũ verum, & quem misisti Iesum Christum. Et quoniam qui sic vt Magdalena in contemplatione Dei in hac vita absorbetur, vt dilectio Dei sit sibi sicut mors vt dicit sponsa. Fortis est vt mors dilectio tua, scilicet quia sicut mors separat hominem ab omni affectu humano mundanorum, ita & dilectio tua me separat ab omnibus affectibus mundanis, secundum quod Paulus dicit. Omnia arbitratus sunt vt stercora, vt Christum lucrifacerē, etiam hic exardescit in maiori charitate ad Deũ, ideo qui in via hac Deũ intensius dilexerit, intensiorem beatitudinē percipiet in patria. Exemplũ horum potest dari in gustu. Eundem cibum plures comedunt, sed secundũ dispositionem meliorem gustus, intẽsior dulcedo ex tali cibo sumpto capitur. Et cum diuersis vasis venientes ad flumen exhauriunt eandem aquam, plus vel minus secundum capacitatem vasorum delatorum. Et quamuis fęlicitas sit status omnium bonorum aggregatione perfectus, non tamen propterea minus beatus comparatiue ad alium plus vel magis beatum inuidia afficitur, quia ibi quilibet ipsorum sua capacitate, & forte erit complete contentus, nec plus beatificari appetet, quàm sit beatus secundum mensuram donationis Christi, cum omnis talis appetitus esset sibi pro tali suo statu, & sua dispositione improportionatus. Exemplum huius est in duobus filijs regis de eadem aurea tunica indutis sed secundum ꝓportionem eis debitam. Nec alter alteri inuidet ex gandiori alterius tunica. Quam si paruulus super indueret, sibi esset improportionata. Et cũ dicit Augustinus de videndo Deum, quòd Deus sit speculum volũtarium, quibus vult se ostēdit, & quibus vult non se ostendit, hoc non intelligitur de Deo vt obiectum visum a beatis, quia sic non concurrit vt speculum voluntarium, sed vt obiectum quasi naturale intellectui beati. Quia statim intellectui beato præsentato tali obiecto in tali statu naturaliter fertur in ipsum tamquam in summam veritatem. Et eidem sibi præsentato pro tali statu summo bono, voluntas naturaliter fertur in ipsum. Sed Augustinus loquitur de Deo vt est speculũ effectiuum beatorum, quia ipse Deus est causa effectiua beatitudinis, quia voluntarie genuit nos. Gratia eñ Dei est vita æterna vt Psal. dicit, & Psalmus, gratiam, & gloriam dabit Dominus. Nam voluntarie hoc speculum mundissimum concurrit ad conferendum nobis dona gratuita pro gloria sua

Matth. 5.
Io. 17.
Can. 8.
Philip. 3.
Rom. 6.
Psal. 83.

De⁹ naturaliter, & voluntarie se communicat beatis. Tit.3.

sua habéda, & nobis voluntarie dat lumen gloriæ. Qui non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundũ suam misericordiam saluos nos fecit. Et sic concludamus tum ex parte naturæ nostræ, cum omnium hominum in natura sint equales animæ, datur a Deo vna, & eadem beatitudo effectiue, tum ex parte obiecti beatificabilis, sed diuersitas hæc ꝓuenit ex actibus nostris intensiore deuotione, ac charitate formatis, vt diximus. In Angelis auté diuersitas beatitudinis est, tum ex parte Dei concurrentis effectiue ad eorum beatitudinem. Vt quibus dedit potiora, & nobiliora naturalia, vel in natura sint se super excedentes, etiam dedit eis intensiorem gratiam, & per consequens intensioré beatitudinem, modo quo & pater familias in edificio domus volens ponere aliquos lapides in loco nobiliori, pulchrius polit eos. Sed obiectiue vt diximus de nobis, erit eorũ vna met beatitudo rationibus iam dictis. Et quamuis Angeli nos per naturam excedant in beatitudine, tamen quia beatitudo correspódet gratiæ Dei, secundum quod dicit Sãctus Paulus, gratia Dei vita æterna, ideo ex superabundanti gratia donata homini super Angelos, etiam homines Angelis ęquantur in beatitudine, secundum quod Christus dicit. Equales Angelis sunt, & filij Dei, cum sint filij resurrectionis. De his vide nostrum sermonem, ꝙ homines per gratiam super Angelos nobilitantur.

Qũo ĩ Angelis ẽ diuersitas beatitudinis ex parte Dei, & ipsorum.

Rom.6.

Luc.10.

Figuralis expositio.

Figuralis expositio.

His igitur breuiter declaratis, quãtum expedit meis auditoribus intelligere, exponamus mysticè prophetæ visionem. Vir tenens funem in manibus ad mensurandum profunditaté aquarum, similitudinem gerit Christi beatificantis sanctos suos, secundum quod dicit ipse de ouibus suis. Et ego vitam æternam do eis, & non peribũt in æternum, tenet funem in manibus,

Io.10.

quia dat vnicuiq; operario in vinea sua non solum denarium diurnum, sed vt hoc denarium dulcius & gustabilius possideatur ab eo qui intésiori charitate est operatus in vinea sua. Vnde & Hiero. dicit super illud ecce nos reliquimus omnia &c. Hic potius affectus q̃ census metitur, quia ita omnia reliquerant, ꝙ si totũ mundum eis donares, non caperent donata. Ideo & vidua duo ęra minũta in gazophilatium ponens, a Christo fuit superabundantiora ponentes super cómendata. Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper plusquam omnes misit. Nam omnes hij ex abũdanti sibi miserunt in munera Dei, hęc autem quod deest ei, omné victũ suum, quẽ habuit misit, hæc ibi. Luc.21.

De quatuor gaudijs beatorum in anima.

Aquæ autem quæ egrediebantur de templo a latere dextro templi possunt nobis denotare beatam gloriã sanctorum in cęlesti patria. Psal. torrente voluptatis suæ potatis eos. Téplum autem Dei ex parte dextra significat triumphantem Ecclesiam, sicut ex parte sinistra militantem. Nã & Greg. dicit super illud, Angelus autem stabat a dextris sepulchri, quid ꝑ dexteram quàm æterna patria, quid per sinistram quàm hic mundus designatur? Et hæ aquæ currebant ad quatuor torrentes. Hij quatuor torrentes aquarum qui erant varij ad staturam hominis, tamé omnes mille cubitorũ, possunt denotare nobis quatuor gaudia beatorum in patria, quæ sunt millenarij, idest numeri summi, ita & gaudia de eis capta, erunt iocundissima, ac maximę delectationis. Primum gaudium erit in beatis de pulchritudine creaturarũ quas habebunt in aspectu verbi diuini, & ipsius Dei, quia in verbo, & in arte diuina relucent omnes creaturæ, sicut artificiata in mente artificis. Vnde dicit Boetius. Pulchrum pulcherrimus ipse, mundum mente

Psal.35.

Gaudia beatorum quatuor.

De quatuor gaudijs beatorum, quòd quartũ est intransmeabile.

mente gerés, similiq; sub imagine formás. Et. Psal. delectasti me domine in
Psal.91. factura tua. O si tantum gaudium, & tanta delectatio habetur ex contemplatione creaturarum, non inspecto creatore, quãtũ erit cum facie ad faciẽ inspicietur a beatis in creatore creatura. Et hoc notatur hic in primo torrente, qui potuit transuadari, quia hæc beatitudo est finita, cũ sit ex creatura gaudiũ, ideo aquæ huius profunditas erat vsq; ad talos. Secũdum gaudiũ beatorum erit de societate adinuicẽ Chrõ Capitaneo eorũ existẽte. O quale gaudiũ erit de tali societate in beatis. Practice te extende. Apoc. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus, & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorũ, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua faciã omnia. De hac societate Angelorũ habes apud Dan.
Dan.7. Milia milium ministrabant ei, & decies centena assistebant ei. Et de san-
Apoc.7. ctis dicit Ioannes. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Et de his Oseæ.3. dicetur eis filij Dei viuentis, & Esaiæ.30. sedebit po-
Isa.30. pulus meus in pulchritudine pacis, & in requie opulenta. Et eo modo erit hæc delectatio societatis beatorum,
Isa.60. quomodo Isaia. dicit. Tunc videbis & afflues, & miraberis & dilatabitur cor tuum. Et hoc gaudium repræsentatur hic per secundum torrentem, qui erit vsq; ad talos. Cum hæc gloria contineat Christum qui est gloria sanctorum. Tertium gaudium erit de admirabili iustitia diuina, qua reddet Deus vnicuiq; iuxta opera sua, his q̃dem tribulationem & angustiã, his autem gloriam, & honorem, & incorruptionem quærentibus vitam æternã,
Rom.2. vt dicit Paulus. Psal. Lętabitur iustus
Psal 57. cum viderit vindictam. In hac enim diuina iustitia maxima beatis est gloria & delectatio. Et hoc gaudium notatur in tertio torrente. Et hęc tria gaudia excedunt se adinuicem, ideo aquæ erant vsq; ad talos, & vsq; ad genua, & vsq; ad renes. Et erant omnia hęc gaudia mille cubitorum, quia oẽs ordinati sunt in ordine ad quartã gloriam, quæ est beatorum in clara visione Dei, & quieta fruitione eius. De qua Paulus & propheta. Nec oculus 1.Cor.8.
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ Deus præparauit diligentibus se. Isa.64.

De aurea & aureolis palmis & fructibus sanctorum.

De hac Ioan. hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum &c. Ioan.17.
Et Paulus manet in patria sola charitas. In visione enim clara 1.Cor.13.
Dei principaliter dicit sanctus Tho. consistit nostra beatititudo, licet consecutiue etiam in fruitione. Et hæc felicitas, ac gaudiũ excedit omne gaudium, nec ab aliquo beatorum potest exhauriri, aut transuadari, quin cooperiatur. Quia Deus potest attingi, non autem totaliter comprehendi a sanctis in patria, idest totaliter exhauriri, quamuis totus ab omnibus bea- Iob.36.
tis capiatur. Iob. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram, numerus annorum eius inextimabilis. Dico totaliter cõpræhendi non potest. Quoniam a quacunque creatura capitur, adhuc abissus infinitus inundantium suarum virtutum exuperat super caput nostrum. Item hi quatuor torrentes possunt denotare tres aureolas cũ aurea se adinuicem excedentes: Nam aureola est præmium de operibus perfectionis, quibus homo maxime Christo cõformatur secundum perfectam victoriam, quæ est vel per victoriam virginitatis, vel per doctrinam, aut martirium. Nam excellentissimum opus rationalis creaturæ est prædicatio veritatis, & excellentissimũ opus concupiscibilis, est opus virginitatis, & tolerantia martirij est opus excellentissimum irascibilis. Item excellen-

tissima

tissima victoria est vincere totaliter mundum, quod fit per martirium. Et vincere totaliter carnem per virginitatem, & diabolum per prædicationem veritatis, Et non immerito, quia per hęc tria Christo conformamur, qui fuit virgo, martir, & prædicator. Et his omnibus in Paradiso datur aureola pro victoria, quæ est præmium perfectæ victoriæ .s. carnis, mundi, & dæmonis, quarta corona est aurea, q̃ correspondet charitati. Et hæc super eminet ceteris vt superius diximus. Insuper est fructus trigesimus operũ sexagesimus, & cẽtesimus. Fructus trigesimus datur cõiugatis, qui vtuntur coniugio, non sicut equus & mulus, sed abstinent a tribus circunstantijs .s. a tempore indebito, & persona indebita, & a circunstãtia indebita. Vnde hæc non obseruãtes in coniugio sicut equus & mulus nõ habent fructũ trigesimũ. Fructus sexagesimus datur in uiduitate vel cõtinentia viduali existẽtibus, qui debent abstinere a personis omniũ hominũ, & ab omni futuro tẽpore contrahendi. Fructus centesimus veris virginibus datur, quæ abstinent a triplici tempore, præterito, præsenti, & futuro absolute. Ideo virgines solum corpore & non animo, non habẽt hũc fructũ centesimũ, nec bigami. His supereminet aurea vt diximus. Est insuper & palma martirij, quę datur voluntati excellentissimi operis .s. martirij, quã habuit S. Martinus, & S. Ioannes Euangelista, & S. Dominicus, vt in eorum legendis clare ostenditur, quia prædicti & similes ex voluntate bona ipsorum pro Christo pati, non amiserunt palmam martirij. Quæ palma martirij, equatur aureę martiris, si est tantum intensa & potest super intensa plures martires excedere, & excedit & fructũ trigesimum, & sexagesimum, & centesimũ sic intensa, quia labor eius intentus est nobilior tribus prædictis. Pellem enĩ pro pelle dicit Iob, & cuncta dabit homo pro anima sua, idest pro vita sua. Sed quæres de istis nominib⁹ aurea, & aureola, quid sunt in se, & vnde habentur hęc nomina attribuenda beatis. Adhoc dicit S. Tho. 4. sen. dist. 49. differunt in hoc aurea, & aureola. Aurea est gaudium, q̃ de Deo immediate habet anima in superioribus viribus .s. visione Dei clara, & de fruitione, & certitudine tentionis, quæ conferunt intensissimum gaudium animæ. Et hanc auream meremur hic per quodcunq; certamen cuiuscunq; tentationis, quam ex charitate vincimus, secundum illud Apostoli nemo coronatur, nisi qui legittime certauerit. Et ideo vocatur corona aurea. Primo quia corona est proprium signum regię dignitatis. Vnde sicut corona datur filio regis, sic iusti ex hac visione, & fruitione sublimãtur ad hæreditatem regni cęlestis. Vnde in iudicio dicetur eis, venite benedicti &c. Possidere regnum paratum vobis a patre &c. Secundo insuper per istam visionem, & fruitionem efficitur homo quodammodo particeps diuinitatis, & per consequens regię dignitatis. Vnde Apoc. dicunt sancti fecisti nos Deo nostro regnum. Et Sap. Accipient sancti regnum decoris, & diadema speciei regni de manu Dei. Tertio, ratione circuli, sicut figura circulari est perfectissima, quia sibi nihil addi potest, sic etiam delectationi huius visionis nihil superaddi potest, quod ad essentialem pertinet beatitudinem. Et sicut linea circularis ad eundem punctum a quo incipit, etiã terminatur, ita per hãc visionem & fruitionẽ creatura rationalis primo principio coniũgitur, a quo in esse per essentiam exiuit. Et dicitur aurea, quia sicut aurum excedit omne metallum in perfectione & nobilitate, ita hæc delectatio ex visione & fruitione Dei habita, excedit omnem aliam delectationem. Eccle. Corona aurea super caput eius, expressa signo sanctitatis. Nam in contemplatione huius visionis & fruitionis diuinæ essentiæ, continue beati stant rapti, & ita mente absorti, vt ebrij vino calefacti, per inde, vt mille anni eis apparent vnus

Matth. 13. 2. Thim. 2. Matth. 25. Apoc. 5. Sap. 5. Eccle. 45. Iob. 2.

Psal.89. dies extrema, vt dicit Psalmus. Quoniam idẽ dicit inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis suæ potabis eos. Ad hoc propositum huius admirandæ dulcedinis participatę hic, perpulchra exempla ponit Aug. Sol. cap. 22. Peto Domine vt solus dulcis appareas animæ meę, qui es dulcedo inextimabilis, per quã cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo Stephano lapides torrentis dulcorauit. Tua dulcedo craticulam Laurentio dulcem fecit. Pro tua dulcedine ibant Apostoli gaudentes a cõspectu concilij quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ibat Andreas ad crucem gaudens, quia ad tuã dulcedinem properabat. Hæc tua dulcedo ipsos Apostolorum principes sic repleuit, vt pro ipsa Petrus crucẽ elegit, & Paulus feriẽti caput gladio supponere non timeret. Pro hac tua dulcedine Bartholomæus propriam pellem dedit. Pro hac beatus Ioannes intrepidus poculi venena bibit. Hãc vero Petrus vt gustauit, omniũ oblitus exclamauit quasi ebrius. Domine bonũ est nos hic esse &c. Hic moremur, te contemplemur, sufficit nobis tanta dulcedine saciari. Vnam enim stillam dulcedinis ille gustauit, & omnẽ aliã dulcedinem fastidiuit. Quid quæso dixisset, si magnam illam multitudinem diuinitatis suæ gustasset, q̃ abscondit Deus diligẽtibus se. Hanc dulcedinem ineffabilem, & illa virgo Agata gustauit, de qua dicitur, letanter & glorianter ibat ad carceres tamq̃ ad epulas inuitata. Hanc vt reor ea ipse gustauit, qui dixit, q̃ magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quiq; monebat gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus. Hæc est illa beatitudo Domine, quam expectamus, daturum te nobis, pro qua tibi Domine continue militamus, pro qua mortificamur tota die, vt in tua vita viuamus, de qua dicitur, in ipso vita erat. Hæc ille. Aureola autem vt superius diximus, est animæ gaudium de operibus excellentioribus factis, quæ habent rationem excellentis victoriæ cõformiter Christo facta. Et hæc consistit in perfectissima victoria, mundi, carnis, & dęmonis. Victoriæ mundi datur aureola martiribus, victoriæ carnis virginibus, victoriæ dæmonũ doctoribus Palma autẽ voluntati martirij, fructus trigesim⁹ maritatis, sexagesimus continentibus & viduis, centesimus virginibus mente & corpore. Pro Christo autem violentatis dupli catur corona castitatis ad meritum, vt dixit beata Lucia tyranno volenti ei violentiam inferre castitatis suæ.

Psal.35.

Matth.

Psal.30.

De quatuor dotibus corporis beatorum.

DE hac inundatione aquarum beatitudinis aureæ, dicit Ioannes. Apoc. 10.
Ingredietur & egredietur & Pascua inueniet. Vbi dicit Augu. Ingredietur intus in diuinitate, & egredietur foris in corpore, & Pascua inueniet. Quia non solũ intus in anima per visionem & fruitionem Dei erimus beati, sed etiam extra in corpore. De beatitudine & pascuis animæ breuiter diximus, nunc autẽ dicamus aliquid de his pascuis, quæ habebimus in corpore. Et ne sim prolixus breuiter accipe. Dicit S. Paulus. Quòd habebunt 1.Cor. 15.
corpora beatorum quatuor dotes. Primo incorruptibilitatẽ, qm̃ hic corpus seminatur in corruptione, resurget in incorruptibilitate, ita s. vt a nullo exteriori agente valeat immutari, ita resultabit ex anima beata in ipsum virtus talis conseruationis. Qm̃ corpora beatorũ q̃uis ex contrarijs sint cõposita, tñ illa cõtrarietas erit ad omnimodã equalitatẽ, & concordiã redacta, ꝓpter dominiũ animæ super corpus habitum ex fruitione immobili Dei. Vnde Anselmus in libro de similitudinibus ponit, ꝙ ibi erit sanitas, & vitæ longeuitas. Hæc expoliatio corruptibilitatis corporis figurari potest. 4. Reg. 2. quando Helia ascendens 4.Reg.2.
in cęlum, dimisit palium. Secũda dos est subtilitas, quia dicit Paulus seminatur

natur corpus animale, resurget cor-
pus spirituale. i. spiritui simile. Hæc
dos dicit. S.T. aufert grossitiem corpo
ris causatam ex compositione elemen
talium qualitatum. Hæc tamen subti
litas non erit ex raritate partium stan
tium non propinque, vt facile sit diui
sibile, sed erit ex perfecta victoria for
mę super corpus. Et huiusmodi subti
litatis est vnire. Et cęlum est subtile &
corpora beatorum. Vnde hic subtile
dicitur, quod est facile penetratiuum
alterius. Et ideo corporibus beatorum
cedent absq; vlla difficultate, & resi-
stentia quelibet corpora non glorifi-
cata. Huic doti secundum Anselmum
respondet fortitudo corporis opposi
ta imbecillitati. Huius veritatem ha-
bemus in Christo ingrediente ad di-
scipulos ianuis clausis, & exeunte de
sepulchro clauso in sua resurrectio-
ne. Tertia dos est agilitas, de qua Pau
lus, corpus seminatur in infirmitate
resurget in virtute. Glo. mobile, & vi-
uum. Est autem agilitas hæc secundū
sanctum Thomā vbi supra, perfectio
superaddita corpori, qua corpus glo-
riosum erit omnino subiectum animę
glorificatę, non solum vt nihil sit in
eo quod resistat voluntati spiritus,
quia etiam hoc fuit in corpore Adę,
sed ꝙ sit in eo aliqua perfectio effluēs
ab anima glorificata in corpus, ꝑ quā
habilitetur ad prędictam subiectionē,
vt sic corpus sit expeditum & habile
ad obediendum spiritui in omnibus
motibus, & actionibus. Vnde sicut nūc
dat natura velocioribus animalibus
instrumenta diuersæ dispositionis in
figura, & quantitate, ita Deus corpo-
ribus sanctorum dabit aliquam dispo
sitionem aliam, q̄ modo habent, non
quidem in figura, & quantitate sed in
proprietate gloriæ, quæ dicitur agi-
litas. Hæc S.T. Figuram horum habe-
mus in Abacuch ducto per capillos
ex iudea in Babilonem ad lacum, in
Dan.14. quo Daniel fuit positus, in ictu oculi
absq; aliqua grauitate, & inde iterum
ad suum locū posito & reducto. Quar
ta dos est claritas de qua Paulus Semi
natur corpus in ignobilitate, resurget
in gloria, quod ad claritatē pertinet.
Fulgebunt iusti sicut sol in regno pa-
tris mei. Hæc claritas erit intrinseca Matth.13.
corpori glorioso, & causabitur ex re-
dundantia animæ ad corpus. Et secun
dum quod anima fuerit maioris clari
tatis in lumine gloriæ, & fruitione
beatifica, secundum hoc plus corpus
eius clarificabitur. Stella differt a stel 1.Cor.15.
la in claritate, ita & resurrectio mor-
tuorum. Et ita in corpore glorioso co
gnoscetur gloria animæ, sicut in vitro
cognoscitur color corporis, quod con
tinetur in vase vitreo vt dicit, S. Grego.
hæc S. Tho. Et hanc claritatem Ioan-
nes. Cōparat iaspidis claritati. Et hæc Apoc.21.
claritas erit in potestate habentis eā
se videri, & non videri, quia illa clari
tas est ab anima, vnde potest per vo-
luntatem animæ ostendi, & oculari,
quoniam tunc instrumentum animæ
erit obediens tamq̄ principaliori suo
agenti. De his figura est in claritate fa
ciei Moysi, quando de monte descen- Exo.34.
dit, vbi locutus erat cum domino. Et
veritas ostenditur in Christi transfi-
guratione, vbi facies eius resplenduit
sicut sol &c. Et animaduertendum ꝙ Matth.17.
eminentiori modo tam suprascripta
q̄ infra erunt in patria vbi deficiunt
regulæ philosophorum circa corpus
& sensus beatorum. Et vt sub breuita
te sanctorum dicta de gloria ineffabili
beatorum colligendo dicam. Tot ibi
gaudia sunt, ꝙ nulla lingua possunt
explicari, quia quæ oculus non vidit,
nec auris audiuit, nec in cor hominis
ascendit, quę Deus diligentibus se ꝑ-
parauit, quomodo possunt explicari?
Nam gaudebunt sancti supra se, de
Dei visione quia Ioan. dicit hæc est Io.17.
vita æterna, vt cognoscant te solum
Deum &c. Infra se de creaturarū pul
chritudine, intra se de corporis & ani-
mæ glorificatione, vt secundum quod
Aug ait, super illud ingredietur, &
egredietur, & Pascua inueniet, quia
intus in diuinitate, & extra in huma
nitate Christi, & sensuum suorū oble
ctatione non immunda sed munda vo

luptate, vt diximus. Ibi erit Deus speculum visui, cythara auditui, mel gustui, balsamum olfactui, flos tactui. Ibi erit candor lucis estiualis, ameni tas veris. Abundantia autumnalis, requies hiemalis. Ibi teste Aug. fulget quod non capit locus, sonat quod non capit tempus, olet quod non spargit flatus, sapit quod non minuit edacitas, hæret quod non diuellit sacietas. Ibi Deus sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Ibi videbitur stultitia, sapientia Salomonis, ibi erit deformitas, pulchritudo Absalonis, ibi erit tarditas, velocitas Azaelis, ibi debilitas iudicabitur fortitudo Sansonis. Ibi erit mortalitas, longa vita Mathusalem, ibi paupertas est regum diuitię. Ibi secundũ Aug. nihil obest, nihil deest, nihil affluit, nihil deffluit, nihil extra quod appetat, nihil intra quod fastidiat. Ibi secundum Bernardum, Deus erit rationi plenitudo lucis, volũtati multitudo pacis, memorię continuatio æternitatis, vnde Aug. In libro de corporis, & animæ misera vita. O caro istam vitam amplecti debuisti, vbi vita sine morte, iuuẽtus sine senectute, vbi lux sine tenebris, gaudium sine tristitia, vbi pax sine discordia, vbi voluntas sine iniuria, vbi regnũ sine cõmutatione, Et Ber. merces sanctorum tam magna est, quod non potest mensurari, tam copiosa quod non potest finiri, tam pręciosa quod non potest extimari. Et Aug. Id quod promittit Deus fide non capitur, spe non attingitur, charitate non compræhenditur, desideria & vota transcẽdit. Acquiri potest, extimari non potest. Ibi secundũ eundem carmina non desunt, præmia nõ deficiunt, ibi nihil quod amabitur, deerit, ibi nihil desideratur, quod non adsit. Illa enim beatitudo secundum eundem, in duobus consistit, scilicet in necessaria presentia omnis boni, & in necessaria absentia omnis mali. Et de ista gloria sic loquitur Aug. O vita vitalis, dulcis & amabilis, & semper memorabilis, vbi summa securitas, secura tranquillitas, tranquilla iocunditas, iocunda felicitas, felix æternitas, æterna beatitudo, & beata, cui sine fine visio, atq; laudatio. Deus ibi affluentia diuitiarum, influentia delitiarum, & confluentia honorum. Ergo agite fratres iter vitæ aggrediamur ad ciuitatem cęlestem in qua ascripti sumus & ciues decreti. Non sumus hospites sed ciues sanctorum, & domestici Dei, & illius hæredes cohæredes autem Christi. De hac domo Dei Baruch. admirans dicit, o Israel quàm magna domus Dei, & ingens locus possessionis eius, magnus est & non habet finem, excelsus & immensus. Ibi admiranda societas Angelorum. Milia milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei. Et de alijs sanctis. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat &c. Practicè extende te ad Christum capitaneum & matrem eius &c. De gloria sanctorum Psal. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrẽte voluptatis tuæ potabis eos. Quoniã apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, & saciabor, cum apparuerit gloria tua. Et beati qui habitant in domo tua Domine in sęcula sęculorum, laudabunt te. Aug. Quid per multa vagaris o homuntio, quærendo bona animæ tuæ, & corporis tui. Ama vnum bonum, quod est omne bonum, & sufficit. Dilige simplex bonum, quod est omne bonum & satis est. Quid amas caro mea, quid desideras anima mea? ibi est quicquid amas, ibi est quicquid desideras &c. Reliqua pertinentia ad propositum vide Sabb. 2. q. in nostra interpretatione Euangelij.

Eph. 2.
Baruch. 3.
Dan. 7.
Apoc. 7.
Psal. 35.

Digitized by Google

SERMO OCTVAGESIMVS.

OCCASIONE DECLARATIONIS HISTOriæ Caleph,& illius filiæ ab ipso dotatæ,demonstrat nobilitatem animæ christianæ, quę non temporalem,sed æternam gloriam debet quærere.

Iosue. 15. LEgitur Iosue. Caleph Capitaneˀ populi Hebręorum promisit se daturum filiam in vxorem homini capienti ciuitatem Cananeorum, quæ vocatur ciuitas litterarum. Et cepit eam Othoniel, cui dedit filiã suam in sponsam Axam, & in dotem eius dedit sibi terram infructiferam ad plagam australem. Et dũ filia equitaret super asinam cum patre, & suspiraret apud patrem, quia dederat sibi in dotem terram infructiferam, petijt a patre terram superiorem, & inferiorem cum suis irriguis, suasu viri sui, & sibi eam donauit. Hoc mane prędicabimus de nobilitate animæ cum expositione prætactę historiæ. Nec extimo me posse melius eam declarare, quàm per nobilitatem, quam de ea Sanctus Ber. ponit in suis meditationibus dicens. O anima insignita Dei imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, Angelis associata, redempta Christi sanguine, compos rationis, capax beatitudinis. Quid tibi cũ carne, de qua tanta mala pateris? Dicit anima insignita Dei imagine, quia in ea relucent non solũ attributa diuina vt in cæteris creaturis, sed etiam omnes tres proprietates personarum diuinarum cum vnitate essentiæ. Vide de his nostrum sermonem de similitudine hominis ad Deum, in sermonibus de incarnatione verbi Dei. Sequitur decorata similitudine, quia facta est ad imitandum Deum in suis imitabilibus perfectionibus. De his vide nostrum sermonem de moribus diuinis imitandis, supue historiam plantauit Deus Paradisum. Sequitur desponsata fide. De hoc vide nostram interpretationem super Euãgelium quarta feria primę Dominicæ, super verbum generatio praua, & adultera. Sequitur dotata spiritu, de septem donis spiritus sancti, vide nostram cõcionem, super figurationem ligationis Sansonis, & intitulatur de operibus factis in peccato mortali, & sermonem, de gratia gratis data, & gratum facientem. Sequitur sociata cum Angelis, quia secundũ sacros theologos, & sanctũ Hiero. omni homini etiam prauis & dãnandis viris, ne cuiquam Deus deficiat in necessarijs ad salutem, dat Deus a natiuitate Angelum custodem, secundum quod Psalmus dicit, Angelis suis Psal. 90.
Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Vide super hoc nostras conciones, quare Deus exponit hominem fragilem diabolicis tẽtationibus, cum testiculi Beemoth secundum Iob. perplexi sunt, vt secun- Iob. 40.
dum S. Thomam ibidem non posset vinci ab homine, nisi Dei virtute, & adiutorio. Item est sociatus Angelis in beatitudine. De hoc vide nostrum sermonem quomodo per gratiam Dei homines sublimantur non solum ad choros Angelorum, sed etiam super multos Angelos vltra Christum, & beatam Virginem, qui transcendunt omnes choros Angelorum. Sequitur redempta Christi sanguine vt habes in nostra interpretatione. F. 6. Domini-

Digitized by Google

nicæ. 5. in Quadragesima, & ad plenũ in die veneris sancti diximus Sequitur est compos rationis, vt possit sensualitati prædominari. Vide de hoc nostrum sermonem. An ratio sensualitati prædominari possit. Sequitur capax beatitudinis de his vide præcedentem nostrum sermonem de diuersitate beatitudinis. Sequitur, quid tibi cum carne de qua tanta mala pateris? Vide nostrum sermonem super interpretationem Euangelij quartæ Dominicæ in Quadragesima. Caleph qui interpretatur quasi omne cor, significare potest Deum patrem cæli, qui a nobis cor nostrũ requirit. Prou. præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant. Huius inimici sunt Cananei litterarũ ciuitas, idest congregatio dæmonum, de quibus Matth. Qui non est mecum contra me est, & qui mecum non colligit dispergit. Vnde & lucifer trahens secum tertiam partem stellarum cauda sua, dixit. Ero similis altissimo, & ab initio in veritate non stetit. Et nõ solum inimicatur Deo, sed etiam populo Dei, de quo Petrus. Fratres sobrij estote. Et Christus Lucæ. 22 Simon ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum &c. Proclamat ergo omnibus Christicolis, contra ciuitatem litterarum, idest contra astutiam diaboli sociorumq; eius, in quo scientia, & cognitio naturaliũ est maxima Imo ipse habet notitiam sacræ scripturæ, & sua astutia miscet infinitos laqueos, ac modos nocendi, sicut clare ostẽditur interpretatione Christi, & in ampullarum diuersitate beato Machario tẽtandi monachos. Qui eam caperet, scilicet ad ruinam eius, dabo ei filiam meam in sponsam Axã nomine. Hæc filia Dei, est gratia eius quæ solius Dei est opus, quia gratiam & gloriam dabit Dominus, quã Deus donat vincenti Diabolum. vincenti dabo manna absconditum, idest gratiam gratum facientem, quæ de cælo descẽdit ad homines de Diabolo triũphantes. Et quoniam temporalibus datis a Domino, debemus vti tamquã non vtentes, & sic transire per bona temporalia vt nõ amittamus æterna, quoniam adhuc nobis data sunt, debemus suasu viri, idest rationis, quia quod per alios petimus, per nos petimus. Suspirare ad Deum cæli gratiã habentes eius, idest gratia mediante dicendo. Pater Domine, dedisti mihi terram aridam, idest habitare in hoc arido, & infructifero mundo, in quo quicquid est, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ, & incursu eius turbatur omne Sabbatum, quoniam vita hominis militia est super terrã, sed cupio dissolui, & esse tecum cum Paulo, & oĩa arbitratus sum vt stercora vt Christum lucrifacerẽ. Ecce ego sedeo super asinam, idest anima mea est in hoc stolido, & pigro corpore, de quo Paulus habeo aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & Gen. sensus & cogitatio humani cordis ab adolescentia prona sunt in malum, dona mihi perseuerantem gratiam irrigui inferioris, vt per ipsam ad superius irriguum vitæ æternæ ascendam, quia temporalia hæc caduca, & arida in nullo me faciant; Irriguum inferius est gratiæ donatio, & eius augmentum perseuerans in hac vita, vt possit mea vinea fructificare bona opera, modo quo in Psal. dicit. Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarũ, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non deffluet, & omnia quæcunq; faciet, prosperabuntur. De hoc irriguo dicit Christus Samaritanæ. Si scires donum Dei, & quis est q dicit tibi da mihi bibere, petisses ab eo aquam, quam qui biberit non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam Io. 4. petit insuper irriguum superius, quia & Psalmus dicit. Quid enim mihi est in cælo, & a te quid volui super terrã? Quasi diceret, nihil quæro a te Domine super terram de rebus terrenis, sed quæ sunt super cælos. Ideo addit, defecit

Prou. 23. Matth. 12. Apoc. 12. Luc. 22. Psal. 83. Apoc. 2. 1. Io. 2. Rom. 7. Gen. 7. Psal. 2.

Christianus nõ debet quætus esse in tẽporalibus sed quærat grãm Dei in hoc mũdo & perseuerãtiã eius, & in alio gloriã Dei.

fecit

fecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternũ, vbi est irriguum superius, de quibus in præcedenti sermone diximus. Et Psalmus dicit torrente voluptatis suę potabit eos. Et quoniam Christus dixit petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Et petite vt gaudium vestrum sit plenum, quia Deus præparauit diligentibus se, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Ego sum alpha, &, o, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ, & gratis, qui vicerit hæc, possidebit hæc. Et ero illi Deus, & ipse erit mihi filius. Timidis autem & incredulis, & execratis & homicidis, & fornicatoribus & veneficis, & idolatris & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda. Hæc ibi. Tu autem cætera adde, quæ faciunt pro irriguo superiori vitæ æternæ. Ergo agite fratres charissimi, iter vitæ aggrediamur ad ciuitatem cęlestem, in qua scripti sumus, & ciues decreti. Huius vrbis nobis ianuas aperiet fortitudo, & fiducia latum prębebit ingressum. Dei enim ineffabilis, & immensa bonitas etiam hoc præuidit, vt laborum quidem tempus & agonis non extenderet, nec longum faceret, aut ęternum, sed breue & vt ita dicam momentaneum, vt in hac breui & exigua vita agones essent & labores, in illa vero cęlesti vita, ęterna esset corona, & pręmia meritorum. Præuidit quidem vt labores cito finirentur, meritorum vero præmia sine fine durarent, & post huius mundi tenebras visuri essent candidissimam lucem, & accepturi maiorem cunctarum passionum acerbitatibus beatitudinem, testante Paulo qui ait. Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, hæc Alcuinus, in festo omnium sanctorũ.

Apoc. 21.

Rom. 8.

SERMO OCTVAGESIMVS I.

INSIGNIS PRAEPARATIO AD sanctam Eucharistiam cum historia mulieris Sunamitis, Cęnaculum præparantis traditur; & expositio mensę propositionis: Item duodena beneficia diuina christianis hominibus data monstrantur.

4. Reg. 4.

LEgitur sententialiter. 4. Reg. cum Helisæus frequenter transiret per ciuitatem Suna, & diuerteret ad domum cuiusdã mulieris Sunamitis, vt comederet panem, ipsa vidés prophetam ad se frequenter venire, dixit viro suo. Faciamus huic viro sancto ad nos frequenter diuertenti cęnaculum paruum, & in eo lectulum & mensam ponamus, & sellam, & candelabrum, vt cum venerit ad nos, maneat ibi, quod & factum est. Exponemus historiam moraliter in qua continetur, qualiter debemus Christo venienti ad nos per Eucharistiæ susceptionem, aut spiritui sancto per gratiam suam in anima nostra sibi habitaculum præparare, vt nobiscum habitet

Digitized by Google

bitet per suam gratiam. Helisæus qui interpretatur salutare Dei vel Deus meus saluator, potest nobis significare Christum, qui est verus Deus, & saluator noster. Aut spiritum sanctum idem significantem. Hic frequenter ad Sunamitis domum diuertit. Sunamitis hæc mulier potest nobis denotare omnem peccatorem vel animã eius. Nam Sunamitis interpretatur misera vel captiua seu mortificata, talia nomina conueniunt misero peccatori, quia nihil miserius quàm subdi peccatis mortalibus, & ꝙ ancilla dominetur, & domina ancilletur, idest sensualitas rationi dominetur. Item omnis peccator ex mortali peccato

Psal. 37. captiuatur per diabolum. Psalmus funes peccatorum circũplexi sunt me, & iniquitates meæ sicut onus graue grauatę sunt super me. Et ira captiuatur, vt nisi a diaboli captiuitate ꝑ Christum saluatorem liberetur, perpertuo vinculo detinebitur. Quia Christus dicit, omnis qui facit peccatum seruus est peccati, a qua seruitute non nisi per filium Dei potest liberari. Insuper quandoq; mortificatur

Io. 8. quia bona meritoria pro vita æterna alias acquisita, ꝑ sequẽs mortale mortificantur, sicut communiter male pęnitentibus accidit, qui cõfitentur, cõmunicãtur tempore Quadragesimæ, & statim post Pascha reuertuntur sicut canis ad vomitum, retro respicientes ad delitias ꝑteritas, sicut mulier Loth ad regiones, & ciuitates Sodomorum, quæ erant loca delitiarum & voluptatum, & cõuersa est in salis statuam. De his multa dixi in sermone nostro an opera bona valeant, facta in mortali, & super figuralem expositionem incarcerationis Sedechiæ regis, & in Euangelio per nos interpretato, feria. 4. Dominicæ primæ in.q. Miser igitur peccator quandoq; cum animaduertit vitam suam miseram, & captiuatam, & mortificatam dicit viro suo, idest reflectendo se per rationem supra præteritam, tepidã & pra-

Apoc. 3. uam vitam suam, dicit illud. Quasi sibi ipsi prædicans. Scio opera tua, scilicet praua, & tepidam vitam tuam. Dicis ꝙ diues sum & locupletatus, & nullius egeo. Quoniam nihil in homine periculosius quàm se non recognoscere, sicut nihil periculosius infirmo, q̃ cum se non recognoscit infirmum sed sanum. Et nescis, quia tu es miser, & miserabilis, pauper sensu, cęcus quia ignorans, & nudus omni virtute per negationem bonorum operũ vel per mortificationem, & solum habes nomẽ christianæ vitæ, & mortuus es spiritualiter. Et ratione dictante Apoc. 3. conuertit se ad recipiendum hospitẽ Christum vel spiritus sancti gratiam, dum cõmunicare intendit debitis dispositionibus, q̃ aliàs fecerit. Quia in cenaculo suo, idest in anima sua, quæ est secũdum Apostolum templũ Dei, sternit sibi lectum, vbi habet pausare, idest pacificam conscientiam cũ Deo, & proximo, quia scriptum est in pace in idipsum dormiam, & requiescã, & in pace factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. Interpretatur semen eius, idest in semine pacis, vel munda conscientia ab omni peccato, secundum quod Cant. Sponsa dicit Can. 2. ad sponsum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectulus noster floridus, idest ab omni peccato mundus, & purus. Sap. In maleuolam animam Sap. 1. non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur a superueniente iniquitate. Secundo apponit mensam, scilicet pietatis & misericordiæ. Vnde Christus. Cum facis Luc. 14. prandium, aut cęnã, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos, neq; diuites, ne forte, & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium voca pauperes debiles, & claudos, & cęcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hęc autem cum audisset quidam de simul discum-

cumbentibus dixit. Beatus qui manducabit panem in regno Dei. hæc ibi.
Dan. 4. Et Daniel dedit Nabuchodonosor Regi contra diuinas in eum comminationes, consilium. ò Rex placeat tibi consilium meum. redime eleemosynis peccata tua, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsitan ignoscet Deus delictis tuis, vide ad hoc propositum nostrum sermonem de eleemosyna. Et interpretationem Euangelij feria secunda post Palmas. In huius signum apponitur in mensa præparata amico, panis, quia Isa. dicit.
Isai. 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua, scilicet spiritualis, citius orietur. Et ante ibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis & dominus exaudiet, clamabis & dicet adsum. hæc ibi. Apponitur & vinum, idest charitas, quæ lætificat cor hominis, Psalm. Et vinum lætificat cor hominis. Quid enim lætiorem facit hominem, quàm gratia
1. Ioan. 4. charitatis Dei. Io. Qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo. vnde qui vult corde sincero Deum recipere in sanctis & minimis suis, sit charitate Dei inebriatus, tanquam vino æstuans. De hoc vino in sacrificio Dei
Num. 28. fundendo dicitur Numer. Libamenta autem vini quę per singulas fundéda sunt victimas, ista erunt. Quia scilicet sine madefactione charitatis, nullum opus etiam intuitu Dei factum, est
Num. 15. acceptum coram domino. Et vinum ad liba fundenda eiusdem mensurę dabit in holocaustum siue in victimam. Et 4. ca. dicitur. Mensam quoque propositionis, idest, in qua ponebantur panes coram domino, inuoluent iacinthino pallio, & ponent cum eo thuribula & mortariola, cyathos, & crateras ad liba fundenda. Panes semper in ea erunt. Hæc mensa propositionis erat in templo, in qua ponebantur secundum magistrum duodecim panes, qui in memoriam sempiternam duodecim tribuum erát propositi coram domino, quasi pro eorum salute, & conseruatione propositi coram domino. Hæc igitur mensa mysticè, quæ continebat panes propositionis, sunt opera misericordiæ, quæ debent offerri Deo, quia scriptum est. Abscon- Eccl. 29.
de eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa pro te orabit. Sed non absq; causa hæc mensa debebat cooperi pallio iacinthino, idest aerei vel cœlestini coloris, quia vir misericordiæ, sicut in alios intuitu Dei est pius, ita debet esse pius erga se, secundum quod scriptum est, Eccle. Miserere animæ tuæ Eccl. 30.
placens Deo. Et tunc hoc erit quando cœlicam vitam imitatur, scilicet sanctorum qui sunt in patria. Iob. vestigia eius secutus est pes meus. Et Exo. Exod. 25.
Inspice & fac secundum exemplar datum tibi in monte, idest moraliter in Christo & sanctis. Ibi etiam in hoc sacrificio debent esse thuribula incensi, quæ denotant orationes feruentes misericordiosi viri. de his Tobiæ, dixit Tob. 12.
Angelus. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recondere, quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam. Et Actuum. Angelus appa- Act. 10.
rens Centurioni dixit. orationes tuæ & eleemesynæ tuæ ascenderűt in memoriam in conspectu Dei. Ibi etiam ponebantur mortariola in quibus incensum contundebatur, in figuram. Si his operibus misericordiæ dediti contunduntur tanquam in mortario Io aliquibus tribulationibus, imitentur. S. Tobiam, vt supra in eodem capit. notatur. quia dixit sibi Angelus. Et quia acceptus eras coram Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Idē de sancto Iob habetur. Et Christus re Iob. 1.
liquit nobis exemplum, quia post ie- Matth. 4.
iunium fuit tentatus à diabolo, Figuratur ergo in mortariolo, non desistas à bono opere, si potest tale bonum opus aliquibus tribulationibus agiteris, quia dixit Iudith. 8. Memores

res sint, quia patres nostri tẽtati sunt,
vt probarentur, si vere colerent Deũ.
Et ibi dat exemplum de Abrahã, Isaac,
& Iacob, & Moyse & cæteris patribus.
Item in mensa propositionis ponebantur
crates, idest pocula de argento.
In qua potest notari illud quod
Matth. 10. Christus dixit. Quicunque potum de
derit vni ex minimis calicem aquæ
frigidæ tantum in nomine Discipuli,
amen dico vobis, non perdet mercedem
Marc. 9. suam. Et Marc. Quisquis potum
dederit vobis aquæ frigidæ in nomine
meo, quia Christi estis, amen dico
vobis, non perdet mercedem suam.
Posuit sibi & sellam cui insideat. In
qua denotatur obedientia, & subiectio.
Primo vt dicit Paulus subijcientes
omnem intelligentiam nostram in
obsequium Christi, maximè circa mirabilia
Sacramenti Eucharistiæ. Secundo
in obedientia mandatorũ Dei,
quoniam Christus dixit legis perito
& adolescenti. si vis possidere regnum
Dei serua mandata. Et discipulis suis
dixit. vos amici mei estis, si feceritis
quę ego precipio vobis. Tertio in obe
dientia ecclesiæ, quia Christus dixit
si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut
ethnicus & publicanus. Insuper ponere
debemus & candelabrum, idest candelam
lucentem & ardentem, quia dicit
sponsa in Cant. sponso. lampades
tuæ ignis & flammarum, intus ardendo
in nobis per deuotionem ad Sacramentum,
vel in Dei amorem, & extra
per luciditatem bonæ exemplaritatis
ad proximum, quem forsan alias vita
nostra scandalizauimus, vel candelabrum
sibi parandum est, idest rectam
intentionem nostram in Dei laudem,
& splendorem debemus dirigere, vt
sibi soli sit laus & gloria. Et vt dicit
Paulus. Quicquid agitis, vt siue come Colloss. 3.
ditis siue bibitis, siue aliquid aliud fa
citis, omnia in nomine Christi facite. 1. Cor. 10.

SERMO OCTVAGESIMVS II.

QVALES ANTE COMMVNIONEM fideles esse debeant, quales in actu communionis, & quales post communionem declarat, addendo deuotas circa huiusmodi communionem contemplationes.

De 12. beneficijs diuinis datis Chrianis.

ET de sacra communione sit Sermo completus.
Sic debent communicãtes dispo
ni. Scilicet ante communionẽ in
communione, &
post communionem. Nam duodecim
panes Deo oblati pro donis datis decem
tribubus Iudæorum possunt notare
nobis duodecim dona quę Christiani
confitentes Deo, vt populus peculiaris
Dei, accepit a Domino. Primo
quia Deus dignatus est, vt pater
noster adoptare sibi nos in suos filios,
sicur Ioan. dicit. Dedit eis potesta- Ioan. 1.
tem filios Dei fieri. De hoc Moyses in
suo cantico. Nunquid non ipse est pater
tuus, qui possedit te, & fecit, &
creauit te. Propter hoc & sancta mater
Ecclesia cantando orationem Dominicam
dicit Præceptis salutaribus
moniti, & diuina institutione formati
audemus dicere. Pater noster qui es
in cœlis. Secundo nos redemit precio
so sanguine suo. Isa. Et dixit Syon de- Isai. 49.
reliquit me Dominus, & oblitus est
mei.

mei Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te muri tui coram oculis meis semper. Et S. Paulus ad Corinth. Empti estis precio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro. Tertio desponsauit nos sua sancta fide Oseæ. Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in fide. Quarto dotauit admirandis donis. Roman. Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non cum illo etiam omnia nobis donauit? Donauit gratiam gratum facientem. Paulus gratia Dei vita æterna, & Psalm. Gratiam & gloriam dabit dominus. Donauit septem dona Spiritus sancti. Ioan. Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius flent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Donauit septem Sacramenta Ecclesię. Et de alijs admirãdis donis quibus sanctos suos glorificat in ecclesia militanti Paulus diffuse ad Ephes. & Corinth. prosequitur.

1. Cor. 6. Osee. 2. Rom. 8. Rom. 6. Psalm. 83. Ioan. 7. Eph. 4. 1. Cor. 12. 2. Petr. 1.

¶ Quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ quæ ad vitam & pietatem donata sunt per cognitionẽ eius, qui vocauit nos propria gloria & virtute, per quem maxima & preciosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugientes eius quę in mundo est, concupiscentiæ corruptionem. Quinto donauit nobis quod per gratiã ęquales simus Angelis in patria cœlesti, vt habes ꝑpulchre in nostro sermone de nobilitate animæ nostræ per gratiam super Angelos, non solum in Christo incarnato & beata Virgine, qui sunt super choros Angelorum, sed etiam in pluribus electis Dei, vt Apostolis & alijs, qui charitate & gratia plures choros Angelorum præcellunt. Luc. Filij huius seculi nubunt & traduntur ad nuptias, illi vero qui digni habentur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores, neque vltra mori poterunt, Æquales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis. hæc ibi. Sexto donauit, & promisit diligentibus se vitam æternam, quam vt dicit Apostolus, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Et Luc. Ad longum, vbi hortatur nos. Quærite primum regnum Dei & iustitiã eius, & hęc omnia adijcientur vobis, dicit. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro, dare vobis regnum. Septimo quia fragiles sumus ad resistendum diabolicis laqueis, ac eius iaculis. Angelis suis, dicit Psalmus. Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Et hoc omni homini à natiuitate sua donauit secundum Doctores, vt quilibet habeat suum particularem Angelum sui custodem, sed populo suo Christiano addidit infinitam militiam eorum, sicut ostensum est figuratiue, in militia Angelorum, qui missi fuerant in defensionem Heliseo à domino Deo. Octauo quia sumus fragiles, vt dicitur Gen. Sensus & cogitatio humani cordis ab adolescentia prona sunt in malum ? ecordatus est figmenti sui, vt dicit Psalm. Et secundum quod dicit S. Hier. Post innocentiam baptismalem per peccatum naufragatis, dedit secundam tabulam pœnitentiæ, qua saluari fracti valeamus. In signum huius Christus suam prædicationem incepit à proclamatione pœnitentiæ dicens. Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Nono à diaboli potestate nos eripuit, sicut Hebræos à subiectione Pharaonica, ipsius potestatem ad nihilum redigens. Quia vt dicit August. manu inermi & brachio extento vicit omnes tartareas potestates, dixit Achor Holoferni insultanti in Iudæos. Deus eorum pugnauit pro eis & vicit. Et Deus populo Hebræorum dixit, quando Moabitę cum magna multitudine contra eos vene-

Luc. 20. Luc. 12. 4. Reg. 6. Gen. 8. Matth. 4. Iudith. 5. 2. Para. 20.

venerunt. Nolite timere nec paueatis hanc multitudinem, non enim vestra pugna est, sed Dei. vide historiam, quia est pulchra. Et Paulus dat
1. Ioan. 5. Deus prouentū in tentatione. Et Ioā. Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Decimo dedit nobis sanctorum protectionem, qui nos suis iuuent orationibus, & Dei iram in clementiam vertant.
Iob. 5. Iob. Voca ergo si est, qui tibi respódeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Inde est quòd sancta mater Ecclesia assidue sanctos interpellat pro miseris peccatoribus. Vndecimo donauit nobis thesauros Ecclesię, secundum quod Psalm. dicit. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Duodecimo in sua Ecclesia militanti voluit esse varios Doctores, & Prędicatores verbi Dei, quod secun-
Hebr. 4. dum Paulum ad Heb. Est sermo viuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentio-
Hier. 23. num cordis. hæc ibi. Et Hierem. Nunquid non verba mea quasi ignis sunt, & quasi malleus conterens petram dicit Dominus? ò quàm male Ecclesiæ Christi foret, si prædi-
Prou. 29. catores verbi Dei deficerent? Nam cum prophetia, idest prophetici & scripturæ prædicatores defecerint,
Isai. 5. dissipabitur populus, quia Isai. dicit. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.
Amos. 8. vnde Amos, minatur ex parte Dei maximam famem populo verbi Dei, qua si grauissimum flagellum. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquę, sed audiendi verbum Domini, & commouebuntur à mari vsque ad mare, & ab Aquilone vsque ad orienté circuibunt quærentes verbum Domini, & non inuenient. hæc ibi. Et cum in verbo procedente ab ore Dei secundum quod Christus dicit anima viuit, clare patet quòd absque auditione verbi Dei spiritualiter moritur. Hæc dona admiranda in spiritu cognoscens Dauid admiratiue dicebat. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? & quia nihil sibi per æqualitatem possumus retribuere, ideo dicit. Calicem salutaris accipiam, idest sanctam communionem, qua habeo Deo vniri mediante ipsa, per gratiam, quia secundum August. sancta Eucharistia mortuos viuificat. Et nomen Domini inuocabo. Et iterum: Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius, & noli obliuisci eius omnes retributiones. Qui propitiatur oībus iniquitatibus tuis, qui sanat oēs infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum. Insuper vel dic isti. 12. panes sunt. 12. considerationes, quas debent habere accedentes ad mensam Domini, secundum quod Paulus dicit. probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. &c. debet enim omnis communicans habere quatuor considerationes ante communionem, quatuor in communione, & quatuor post communionem. Primo quatuor ante communionem, scilicet dolorem suorū delictorū. Iob 3. Antequam comedam, suspiro. Et hæc suspiratio debet esset modo quo prodigus suspirauit in sui recognitione, antequam sibi vitulus saginatus occidatur. quoniam cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Secundo cum Ezechia recogitet & masticet omnes annos suos in amaritudine animæ suæ. Et Tob. manducauit panem cum luctu & tremore, & Psal. Cibabis nos pane lachrymarum. Tertio confiteatur peccata sua. Nam dixit Deus Ezech. quòd comedat panem confectum de fruméto, hordeo, faba, & lente, & milio, & vitio cum stercore bouum opertum. in quibus

Quatuor debet facere omnis communicans ante coīonem.
Tob. 2.
Ezech. 4
1. Cor. 11.

potest

Digitized by Google

potest figurari varietas peccatorum confectorum in misero peccatore. iuxta illud computruerunt boues in stercoribus suis, quos tunc comedimus & masticamus cum dolore, quando ea confitemur, eorumque turpitudinem sacerdoti loco Dei ostendimus in punitionem nostram. Quarto satisfaciat pro peccatis secundum mandatum sacerdotis. Psalm. Cinerem tanquam panem manducabam, imitando Achab. Cum audisset sermones istos sibi a Domino comminatos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauit dormiuitque in sacco, & ambulauit demisso capite. Et imitamini Zacheum, qui dixit Christo. si quem defraudaui reddam quadruplum.

3. Reg. 21.

Quatuor debét contéplari in actu communionis.

In actu communionis similiter quatuor considera. Primo magnitudinem hospitis Dei, qui per misericordiam suam venit habitandum in pectore tuo, meditareque eius admiranda beneficia, quæ in te contulit. Practice de his discurre. Secundo considera tuam vilitatem, & naturæ tuæ fragilitatem, & menstruositatem operum in communi contemplatione. Tertio considera deinde dulcedinem panis Christi, qui de cœlo descendit, qui habet in se omnem saporem, & omnem dulcedinem suauitatis. Psalmus. Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. Quarto te humiliando dic. Domine sana me & sanabor, saluum me fac & saluus ero, quoniam laus mea tu es. Et cum Centurione. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed solum dic verbo tuo, & sanabitur anima mea. Accedo ad te non in meis iustificationibus, sed cum prodigo. Pater non sum dignus esse filius tuus, & cum publicano. Peccaui in te, nec audeo te respicere, sed propitius esto mihi peccatori. Et cum Cananea fili Dauid miserere mei, sana me infirmum ò medice, qui non propter iustos, sed propter peccatores venisti. ò fons pietatis laua me fœtidum, vestias me nudum gratia tua, dita me pauperem thesauris tuorum donorum, vt te panem Angelorum tanta valeam cordis contritione suscipere, vt corpori tuo mystico merear incorporari, & inter tua membra connumerari. Alias autem contemplationes tu multiplica, secundum quod Deus donauerit.

Psalm. 33.

Quatuor facienda sunt post communionem.

¶ Et post communionem alia quatuor obserua. Custodi thesaurum gratiæ habitæ, secundum quod dicitur Prouerb. 4. Omni custodia serua cor tuum, ab ipso enim vita procedit. Et multa pulchra documenta ibi ad propositum vide. Secundo declina à malo, maxime ab occasionibus mortalibus. Tertio fac bonum exercendo te in orationibus, abstinentijs & eleemosynis. Quarto perseueranter continua dicendo. Domine cum tuo auxilio habeo bonam intentionem in tuis iustificationibus exerceri, & in futurum vitam meam in me lius cómutare, adiuua fragilitatem meam & conserua me, quoniam in te speraui.

SERMO

SERMO OCTVAGESIMVS III.

DVODECIM TRACTANTVR DIspositiones ad sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum suscipiendum necessariæ, super historia commestionis agni Paschalis, cũ duodenis obseruationibus circa idem, postremo ostenditur maledictio indigne communicantium.

Quomodo agnus Paschalis à communicãtibus debet sumi.

Exo.12.

VEL duodecim panes sunt propositiones duodecim modi quib⁹ agn⁹ iste Paschalis ẽ comedẽd⁹, figurati in Exodo. Primo debet comedi à circuncisis per veteris conuersationis abolitionem in omnibus sensibus. S. Paulus ad Colloss. 3. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, & 1. Corinth. 5. Epulemur non in fermento veteri. Fermentum enim est massa corrupta. Secũdo cum lactucis agrestibus per amaram contritionem. Iob. 3. Antequam comedam, suspiro. Tertio cum panibus azimis per conscientię sinceritatem, Sanctus Paulus ad Corinth. dicit. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quarto renibus accinctis per strictam castitatem. Dixit Sacerdos dãs panes propositionis comedere Dauid & pueris eius. si mundi sunt pueri maximè à mulieribus. Quinto pedibus calciati per immunitatem à terrenis affectibus, in cuius signum prius Christus lauit pedes Discipulorum, quàm communicarent. Sexto cum baculis in manibus per suijpsius solicitam custodiam. Isai. Comedentes & bibentes surgite principes, arripite clypeum, & cætera. Septimo in domo vna per omnimodam concordiam. quia in pace factus est locus eius. Octauo simul cum vicinis per fraternam charitatem & amorem. Actuum, erant enim perseuerantes in oratione & fractione panis. Et quia erat eis cor vnum, & anima vno in domino. Nono debet esse assus igni per præcedentem præparatoriam deuotionem & feruorem distinctionem faciendo ab hoc cibo suauissimo animæ, à cibo corporeo, quia hic cibus etiam mortuos suscitat. Decimo festinanter per auiditatem & dulcedinem concomitantem, vel festinanter contra tentationes diabolicas, quæ quandoque retrahunt ab hac sumptione. Non enim prauę cogitationes per dæmones excitatę impediunt huius sacramenti susceptionem, sed consensus in eis, aut voluntaria delectatio. Vndecimo totaliter per fidei integritatem vorando caput & pedes, idest credendo deitatem per caput, & humanitatem Christi per pedes signatam duodecim, sine ossium comminutione per Sacramenti venerationem. Nam hoc admirabile Sacramentum est institutum. Primo in recordationem Dominicæ Passionis. Lucæ Secundo in signum præcipuę dilectionis, dando seipsum nobis

1. Cor. 11.

1. Reg. 21.

Isai. 30.

Act. 2.

Luc. 22.

nobis in cibum per sacram communionem, vltra alios modos quibus datus est nobis in fratrem, in doctoré, in exemplum,& in præcium. Tertio in confortationem animæ, sicut cibus materialis in confortationem corporis. Quarto in nutrimentum vitæ spiritualis. Quinto in viaticum peregrinationis, figuratum.3.Reg.19. in peregrinatione Heliæ confortato per cibum sumptum ad proficiscendum ad montem Dei Oreb. Sexto in pignus & aram æternæ hæreditatis. Matth.vltim.Ecce ego vobiscum sum vsque ad consumationem seculi. Septimo in satisfactionem pro peccatis. Et omnes fucato animo accedentes ad hoc mundissimum Sacramentum animaduertant, quod de eis Psalmus dicit. Fiat mensa eorum coram illis in laqueum & in retributionem, & in scandalum, obscurentur oculi eorum ne videāt,& dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam,& furor iræ tuæ comprehendat eos, & fiat habitatio eorum deserta. Vbi septem mala ponuntur operantium praua opera. Et maximè communicantium in mortali. Primum est illaqueatio peccati mortalis, ideo dicit, fiat mensa eorum, idest sumptio Sacramenti in mortali in laqueū diaboli, quia & in Iudam dæmon maiorem potestatem sumpsit vsque ad laqueum & spiritualem & corporalem. Psalmus. Funes peccatorum circumplexi sunt me. Et in retributionem, non gratiæ & meriti siuè vitæ æternæ, sed pœnæ æternæ, vt quibus communio debebat esse vitæ, sit sibi mortis. Tertio dicit & in scandalum, idest in ruinam in peius, quia superueniunt ei septem nequiores spiritus & habitant in eo, quòd de malo in peius cadat. Quartum dicit obscurentur oculi eorum ne videant, in quo denotatur excæcatio mentis eorum, modo quo latrūculi Syrię à domino percussi, apertis oculis in medio inimicorum sunt iuuenti. Quinto dicit, dorsum eorum semper incurua, vt sint sub potestate diabolica & voluntate eius, sicut Christus dicit. Vos ex patre diabolo estis,& vultis opera patris vestri perficere. Sextum est prouocatio iræ Dei ad flagellandum eos, ideo dicit. Effunde iram tuam super eos, & furor, scilicet exterminatiuus comprehendat eos. Septimum est desertio & priuatio omnium bonorum, ideo dicit fiat habitatio eorum deserta. Octauo priuatio custodiæ Angelicæ, ideo dicit. & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Hierem.5 cap. Dixerunt Angeli adinuicem deputati ad custodiam Babylonis. Curauimus Babylonem, & non est sanata, ideo relinquamus eam.

SERMO

SERMO OCTVAGESIMVS IIII.

OCCASIONE VERBORVM EXODI 12. in quibus interdicuntur aliqui a manducatione Paschalis agni tractat de indigne communicantibus ad sui damnationem.

Exod. 12. Dixit Domin⁹ ad Moysen, & Aaron, hæc est religio Phase, idest commestionis agni Paschali. Omnis alienigena non comedet ex eo, omnis seruus incircuncisus, omnis mercenarius incircuncisus, qui mercede in domo alicuius est conductus. omnis peregrinus qui non transit in vestram societatem, & circuncidatur. Et in vna domo comedetur. Moraliter Christus verus agnus sine macula in Eucharistia existens, debet vt dicit Paulus cum magna discussione conscientiæ comedi. Probet autem seipsum homo & sic de illo pane edat & de calice bibat. Qui enim indigne mãducat aut bibit, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Christi, ideo & in Iudam Satha accepit communicatum maiorem potestatem, quia indigne communicauit. Non igit comedat corpus Christi alienigena, idest excommunicatus aut separatus ab Ecclesia hæreticus, quia sibi iudicium manducat. Talibus præcipitur, quòd nec aue dicatur, nec in domum suam recipiantur. Hic dicas aliqua exempla, vt habes in discipulo T. excõtio. Non comedet seruus incircuncisus. Nam est seruus Iesu Christi, de quo Paulus seruus Christi. Quæ seruitus maximam in Christo libertatem dicit, quia Prouer. Mẽs secura quasi iuge conuiuium. Est seruus peccati Ioan. Qui facit peccatum seruus est peccati. Et hæc dicit maximam captiuitatẽ & subiectionem. Ps. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me, & funes peccatorũ circũplexi sunt me. Qui ergo seruus est luxuriarum & aliorum peccatorũ, & non est circuncisus per abscisionem talium peccatorum nõ communicet, quia iudicium sibi manducat. Galath. Qui sunt Christi, carnem suam cruci fixerunt cum vitijs & concupiscẽtijs. Non comedat mercenarius incircuncisus, idest auarus. de quo Paulus, auaritia quę est idolorum seruitus. & omnis auarus. &c. non possidebunt regnũ Dei. Qui igitur incircuncisus est, quia scilicet per fas & nefas vult ditari, sicut apud Lucam de diuite dicitur, suis opitulentijs epulari & quiescere, comedere & bibere in hoc seculo, de alio mundo nihil cogitans, non comedat. Practice hic discurre per multas auaritias hominum. Oportet igitur, vt iuste ad salutem animæ comedat, circũcidatur ab omnibus quæ ipsum ad interitum animæ ducunt, Quoniã quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. Et vtatur consilio Pauli, diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, cõmunicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant bonam vitam. Non comedat peregrinus. i. viator aliquis huius mundi cuiuscunq; sit conditionis, qui non

Marginalia (left): Qui excludunt à cõmunione. 1. Cor. 11. — 2. Ioan. 1. — Prou. 15. — Ioan. 8.

Marginalia (right): Galath. 5. — Galath. 3. — Luc. 12. — 1. Thess. 6.

non transijt in societatem vestram.i. qui nō est in societate charitatis Dei, & proximi vnitus. Act. multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. De charitate multa pulchra dicit Paulus. Practicè hic te extende cum Aug. signent se signo crucis omnes, Ecclesiam omnes ingrediantur, nisi sint in charitate Dei, & proximi dilectione, facti sunt velut ęs sonans &c. Quia hoc sacramentum in vna Ecclesia christianorum immolatur & sumitur, ideo maximam vnionem in communicantibus requirit; Quoniam dicit Ioan. qui non diligit fratrem, quē videt, quomodo potest diligere Deum, quē non videt? Et hoc mandatum habemus a Domino, vt q̄ diligit Deum, diligat & fratrem suū. Vide tamen de his 2. & 3. cap. Et Paulus. Obsecro vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis scismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Hæc ibi.

Act. 4. 1. Cor. 13. 1. Io. 5 1. Cor. 1.

SERMO OCTVAGESIMVS V.

ADHORTATVR FIDELES AD SENSVVM mortificationem, ne reprobentur à Deo, tradanturq; Diabolicæ torturæ vt Saul propter inobedientiam: & reprobationis reddit causas. Docet etiam quomodo anima concipiat peccatum, ad quod sequuntur grauissimæ vexationes; Addit vltimo interpretationem cordarum liræ Dauiticæ.

1. Reg. 5.

Legitur. 1. Reg. q̄ Dominus præcepit Samueli vt in regem vngeret Saulem sup Israel, & ipsi regi mandauit q̄ Amalechitas extirparet & deleret cum omnibus eorū substantijs. Sed Saul allectus optimis & pulchrioribus rebus eorum, regem ipsorum seruauit incolumem, & omnia spolia optima pro se accepit. Propterquod iratus Dominus, qui vult potius obedientiam quàm sacrificium, abiecit eum ab oculis suis, & elegit Dauid fidelem seruum suum, & vnxit eum in regem. Et Diabolus cepit vexare Saul, quem Dauid cytharæ pulsatione ab eo expellebat. Hæc ibi sententialiter. Prolixius vide in textu Moraliter Saul vnctus in regem interpretatur abutens, significare potest nobis hominem factum regem a Deo, quia ad imaginem eius, & vt rex esset ratione gubernante omnes suas potentias. Quem etiam vnxit vnctione baptismali eum circunstans gratia sua. Oseæ. sponsabo te in fide, scilicet formata gratia sua. Sed cadit miser peccator, abutitur gratia Dei & donis eius. Psal. Homo cum in honore esset, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et propterea contra tales lamentatur Deus Hier. obstupescite cęli super hoc &c.

Oseæ. 2. Hier. 2.

Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuę, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ aquas continere non valent. Practica hic de varijs modis abusus creaturarum, & per omnes potentias, ac sensus quibus miser homo abutitur,
Eccle.2. modo quo Eccle. dicit. Omnia quæ desiderauerunt oculi mei nō negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & delectaret se in his, quæ præparaueram ei. Interpretatur etiam populi labentes, quia
Gen.8. Gen. dicitur. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt a iuuentute sua ad malum. Et miser homo nisi vigilet de die & de nocte super suam ciuitatem labitur in uetita. Quia vt dicit Paul. caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē, & habeo aliam legē in membris meis, repugnantem legi mentis meę, vt quę nolo, idest nollem, id facio, idest inclinor ad faciendum. Et Christus Apostolis dormientibus. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem, quoniam spiritus promptus est, caro autem infirma. Et in figuram huius dixit. Hoc genus dęmoniorum non eijcitur, nisi in oratione & ieiunio. Huic ergo præcipit Deus quatenus Amalechitas inimicos populi Dei deleat, nec vllo pacto eis parcat, vel eorum substantię quicquam accipiat, sed cuncta demoliatur. Amalechitarum rex est sensualitas, qua sensus in uetitum currunt, nisi ratione refrenentur, & demoliantur cuncta, quæ sunt eius, tā mundi, quàm carnis, quoniam corpus qđ
Sap.9. corrumpitur, aggrauat animam. Propterea vt Greg. narrat in suo dialogo quidam sanctus prȩsbiter moriens dixit alias seruitrici suæ tunc se approximanti ore ad ipsum, vt videret si spiritum exhalauerit. Recede mulier, adhuc igniculus est. De hoc Paulus.
Gal.3. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram &c. Sed miser peccatos quandoq; vt diximus allicitur delectationibus sensualitatis & sensuum. Ad interitum suum, & magnam iram Dei. Nam tunc dixit Deus Samueli, qui interpretatur audiens Deū, idest, suæ gratiæ, ne respicias vultum eius, vt sibi conferatur gratia, sed potius recedas ab eo, vt qui noluerit benedictionem, elongetur ab eo. Nam inuenimus in sacra scriptura q̄ reprobat Dominus iter prauorum propter septem causas. Primo quia est inquinatum. Psal. Inquinatę sunt viæ eius in omni tempore. Secundo quia tenebrosum, Prou. 4. via impiorum tenebrosa. Tertio quia instabile & asperum. Propter .7 reprobat Dn̄s iter prauorū.
Eccle.21. via peccantium complantata lapidibus, & in finem illorum inferi. Sapien.5. ambulauimus vias difficiles. Quarto, quia timidū & periculosum Prou. arma & gladij in via superbi. Quinto, quia tortuosum Psalmus. Prou.22. In circuitu impij ambulant. Eccl. Labor stultorum affliget eos, qui nesciūt in vrbem pergere. Sexto, quia Diabolus ambulat cum eis, Psalm. Fiat via illorum tenebrę. Septimo, quia impeditum Iob. Immittit in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat, tenebitur planta illius laqueo. Addit Deus, neq; illius staturę altitudinem respicias. Quia scilicet Deus fecit hominem rectum, ipse autem diuersis se miscuit quæstionibus. Eccle. Quoniam ego abieci eum. Quia vt diximus, via peccatorum a Deo est abiecta cum ipso peccatore. Psal. Longe est ab impijs Deus & salus. Nā melior est obedientia quàm sacrificium. Et hoc est contra illos, qui de substantijs pauperum eleemosinas distribuunt, & Ecclesias, ac capellas erigunt, non cogitantes Eccle. Qui de substantia pauperum holocaustum offert, quasi qui victimat filiū in conspectu patris. Et Isa. 1. Quo mihi multitudine victimarum vestrarum, plenus sum dicit Dominus. Quis hæc quæsiuit de manibus vestris? Iniqui sunt cętus vestri &c. Et Isa. me etenim de die in diem quęrūt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quæ iudiciū Dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiæ, & appropinquare

Eccl.1 [margin, beside "In circuitu impij ambulant"]
Iob. [margin, beside "Immittit in rete pedes"]
Isa.18. Deus ex male acq̄sitis vota & sacrificia reprobat. [margin, beside "Eccle. Qui de substantia pauperum"]

Deo

Deo volunt. Quare ieiunauimus & non aspexisti, humiliauimus animas nostras, & nescisti. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis, ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester &c. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, cętera vide. Dixit ergo Saul, idest prauus & abutens donis Dei christianus, & declinans in vetita, quærenti ab eo Samuele de inobedientia sua. Quæ conseruaui Domino sacrificaui, dic vt supra de votis prauorum. Victimę impiorum abominabiles Domino, vota iustorum placabilia. Et Samuel ad eũ. Dominus dixit obedientiam volo, & non sacrificium. Abominatio est Domino via impij, qui sequitur iustitiã diligitur ab eo. Et melius est parum cum timore Domini, quàm thesauri magni, & insaciabiles. Hæc ibi. Sequitur cap. 16. spiritus autem Domini recessit a Saul, & exagitabat eum spiritus nequam a Domino. Quia a quo Domini spiritus recessit, inhabitant ipsum nequiores spiritus, sicut Christus dixit. Assumit secum septem spiritus nequiores, & inhabitant in eo. Vbi nota secundum Grego. quomodo anima concipit peccatum a Diabolo. Primo alloquitur animam per suggestionem, modo quo Caldei exercitus Holofernis Iudith. Allocuti sunt. Nõ vereatur bona puella intrare ad Dominum meum, & honorificetur ante faciem eius, & Gen. Sichen dinam blãditijs deliniuit. Secundo amplexatur rationes inducendo. Irretiuit eũ multis sermonibus. Tertio deosculatur ꝑ delectationem. Meliora sunt vbera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis, idest Diaboli, vt ibidem dicit Glo. interlinearis. Quarto commiscetur ei per consensum Sap. Felix est sterilis & incoinquinata, quæ nescíuit thorum in delictis. Et postquam commiscetur sibi vexat eum. O quã

Pro.15.

Pro.15.

Iudith.12.

Qũo anima concipit peccatum.

Gen.34.

Pro.7.

Pro.27.

Sap.3.

multas vexationes habet miser peccator, postquam peccato cõsensit, quia secundum Augustinum. Iussisti Domine, & ita est, pęna est sibi omnis inordinatus affectus. Primo flagellatur & vexatur a miseria suæ cõtritionis. Eccle. 40. occupatio magna creata est omnibus hominibus in iugum graue super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum vsq; in diem sepulturæ in matrem omnium &c. Secundo flagellatur a remorsu conscientiæ. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Tertio a cogitationibus & solicitudinibus Exod. Ecce ego immittam in te, & in seruos tuos & in populum tuum, & domos tuas, omne genus muscarum. Vbi dicit Grego. Israel Sabbatum accepit in munere, Ægyptus percutitur muscarum multitudine. Quarto ab amore diuitiarum quæ dicuntur spinę a Domino, Et quanto magis cordi inseruntur per amorem, tanto magis pungunt, quippe cum acquiruntur per laborem, cũ habentur, pungunt per timorem, cum perduntur pungunt per dolorẽ. Quinto a Diaboli inquietudine illata. Hier. Seruietis ibi dijs alienis die, ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. Iob. Qui me comedunt non dormiunt. Hic ergo abijcitur a Domino, & excluditur non solum a regno temporali ꝑ multa flagella, sed etiam a cęlesti, secundum quod Christus dicit, filij regni eijcientur foras. Et quibus dicetur. Ite maledicti in ignem æternum. Sed nota qui eliguntur a Domino in veros suos, & fideles seruos, quia Dauid qui interpretatur decorus, scilicet qui decorus est in anima per gratiam Dei inhabitantem in eũ. Paul. gratia Dei sum, id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit. Et decorus virtutibus. Psal. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Similiter decorus castitate. Cant. 2. lectulus noster floridus. Nam Deus approbat viam iustorum propter septem rationes. Primo quia est munda. Psal.

De vexationibus quas ĩ aĩa patiuntur peccatores.

Hier.2.

Exo.8.

Matth.14.

Hier.16.

Iob.30.

Deus aꝓbat viã iustorũ ꝓpter.7.rationes.

Impolluta via eius. Secundo quia lucida Prou. 4. semita iustorum quasi lux splendens. Tertio quia delectabilis. Prou. 3. viæ eius viæ pulchrę. Quarto quia secura Prou. 3. semitę illius pacificę. Quinto quia plana. Prou. 4. viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas ęquitatis. Sexto quia recta Isai. rectas facite semitas Dei nostri. Septimo quia expedita. Vnde super illud Matth. ecce nos reliquimus omnia. Rectè Petre & nõ ad insipientiam tibi, quia currentem sequi non poteris oneratus. Vnde Helias ascensurus in cęlum dimisit pallium suum, id est temporalia. Et non absque mysterio est cythara pulsata a Dauid, ad tactum cuius abscedebat spiritus malignus a Saul. In cythara sunt septem cordę. Prima est grauis ad cuius sonum eliciendum dictum est Matth 3. genimina viperarum, quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira. Vt igitur a misero peccatore eijciatur diabolus, consideret iram Dei grauem, quæ ipsum expectat post mortem, & excutiet a se diabolum, secunda corda est leuior, Luc. date eleemosinam, & ecce omnia munda erunt vobis. Et Daniel regi Nabucodonosor. Placeat regi consilium meum. Redime eleemosinis peccata tua, & misericordijs pauperum iniquitates tuas. Tertia est mediocris, quæ docet conuersari in medio nationis prauę. Nam de Thobia dicitur. Alijs adorantibus, & offerentibus idolis, puer Dei ibat in Hierusalem, & offerebat Domino preces. Et Daniel noluit inquinari cibis idolatrorum. Quarta constans est. Prou. Iustus quasi leo confidens. Luc. in patientia vestra possidebitis animas vestras. Quinta est acuta. Eccle. Fili sine consilio nihil facias, & post factũ non penitebis. Et Prou. Fili ne innitaris prudentiæ tuæ. Sexta superacuta. Psalmus. Intellectum tibi dabo, & instruã te in via hac qua gradieris, & Deut. Hæc est via qua ibis, nec ad dexteram nec ad sinistrã declinabis. Septimo est omnibus bene consonans quasi mater. Psal. Psallite sapienter. De Dauid sic electo & de quolibet fideli. Psal. Elegi Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi cũ, manus enim mea auxiliabitur ei, & filius iniquitatis, id est diabolus non apponet nocere ei. Ego concidam inimicos eius, & odientes eum in fugam conuertam. Hæc ibi.

Margin notes: Isai. 40. — Mortaliter cytharæ Dauid corde interpretantur. — Luc. 11. — Prou. 28. — Luc. 21. — Eccle. 32. — Prou. 3. — Deut. 5.

SERMO

SERMO OCTVAGESIMVS SEXTVS.

DE TRIPLICI COGNITIONE Dei, videlicet, simplicis notitiæ, intuitionis, approbationis, vel reprobationis, ibique quomodo Deus nostras imperfectiones cognoscat, mala item culpæ ac pœnæ.

ACcipe pro figurali expositione, superius historiam positā super abominationes quæ in templo fiebāt, & eam ad prę sentem sermonē applica, vbi Deus reprobauit tales abominationes & approbauit suspiria gementium sua & populi peccata.

¶ Hoc mane prædicabimus, quòd Deus omnia nostra mala acta cognoscit. Et vt clarior sit nostra prædicatio, quęramus sub hac quæstione. An Deus cognoscat nostras imperfectiones, quia Abac. dicitur. Mundi sunt oculi tui ne videant malum, & ad iniquitatem respicere non poteris. Et fatuis virginibus, nescio vos. In contrarium est. Psalm. Delicta mea à te non sunt abscondita. Ad hæc respondetur, quòd scientia diuina quamuis sit vna secundum rem, tamen ex parte nostri modi intelligendi, potest considerari tripliciter. Dicitur enim apud sacros Theologos sciētia Dei triplex. vna est scientia simplicis notitiæ, alia simplicis visionis, tertia est scientia approbationis. Et potest dari similitudo horum. Nam vnum aureum correspondet duodecim marcellis, & huiusmodi. vnde tota realis distinctio huius diuinæ scientiæ est ex parte obiectorum & nostræ considerationis, qui propter infirmitatem nostri intellectus, quæ sunt vnita in Deo, ad modum nostrum, vt dispersa ea consideramus. Scientia igitur sicut apud nos etiam simplicis notitiæ dicitur, illa qua Deus scit omnia absolute, quæ sunt, fuerunt vel erunt, aut possibilia sunt fieri secundum diuinæ potentiæ infinitatem, nec tamen fient. Scientia visionis dicitur eadem Dei scientia, inquantum est eorum quæ sunt secundum aliquam differentiam temporis. vt quæ facta sunt, & quæ fienda. Et pro tanto dicitur scientia visionis, quia etiam apud nos, ea quę videntur actu, habent esse distinctum, etiam extra videntem. Propter quod ea quæ à Deo procedunt in esse proprio distincto, quod habent in sua natura, preesse suum habent in Deo tanquam in sua causa antequam sunt facta. Et hæc dicuntur pertinere ad scientiam visionis. tertia Dei scientia dicitur esse approbationis, quæ est eorum in quibus diuina voluntas sibi complacet. Et hæc sunt primo bona & mala pœnæ quatenus sortiuntur boni moralis medicinam. Et per oppositum dicitur nescire mala culpæ, quia ea reprobat tanquam à bonitate sua discordantia. Dicamus igitur quòd mala culpæ Deus scientia approbationis non cognoscit per oppositum nobis, qui quandoque mala approbamus, vt Isai. dicitur. Et non solum non ea approbat, sed etiam horribiliter reprobat. Propter quod superius Abac. dixit. Mundi sunt oculi eius, ne videant malum. &c. Et fatuis

Abac. 1.

Matth. 25.

Isai. 5.

tuis virginibus est dictum, nescio vos, & prauis prædicatoribus dicet. amen dico vobis, nescio vos. Imo adhuc plus dico, quòd eâ scit scientia appro-
Amos 3. bationis per punitionem. sicut Amos dicit. Si erit malum in ciuitate quòd non fecerit Dominus, idest malum pœnæ. de his habes Deuteronom. 28. ad longum. Et vide Ezech. 9. vbi sex viri ira Dei peremerunt à minimo vsque ad maximum, & causam huius inter alias in fine concludit, dixerunt enim dereliquit nos dominus, & terram dominus non videt. Igitur nec meus parcet oculus, neque miserebor. Practica circa huiusmodi. Et Psalm. Dominus prospexit de cœlo suo, vt videat, si est intelligens, aut requirés Deum, & vidit quia nó est qui faciat bonum vsque ad vnum. Et iterum: Intelligite insipientes, & stulti aliquando sapite. Qui finxit oculum non considerat, aut qui plantauit aurem non audiet? Et August. & si à nemine videatur, quid faciet de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest. practica, & cęt. Sed si consideremus hæc mala culpæ, vt cadunt sub scientia simplicis notitiæ & visionis diuinæ, sic omnes Theologi dicũt, quòd Deus his duobus modis cognoscit omne malum nó solum pęnę, sed etiam culpæ, cuius est ratio. Deus cognoscit partes vniuersi & oẽs habitudines earum. Et quicunq; cognoscit aliquid perfecte, oportet ꝙ cognoscat oia quæ ei possunt accidere. Sunt autem quædã bona in vniuerso, quibus accidere pôt, vt per mala corrumpantur, quia inter partes vniuersi est talis habitudo, ꝙ generatio vnius est corruptio alterius. In corruptione autem consistit triplex malum. Primo malum pęnæ quo ad animata. Secundo malum naturæ, quo ad omnia inanimata infra cęlum cõtenta. Tertio malum culpę, quo ad eos qui deficiunt a rectitudine rationis, vt intellectuales creaturę siue sint puræ spirituales vt Angeli, siue partim spirituales partim corporales vt homines. Vnde necessario dicendum est, ꝙ Deus his visionibus cognoscat omnia hæc tria mala, aliter Deus si ignoraret mala, non perfecte cognosceret bona, a quo mala declinant. Practica hic super hæc omnia mala. Quia non est qui se abscondat a calore, & luce eius visionis. Ideo sũme a malis culpæ est cauendum, quæ sunt occasiones grauium malorũ pœnæ, vt prolixius habes in nostris sermonibus de Dei flagellis. Sed dices. Quomodo Deus cognoscat mala, cum sint quædam priuationes, & omne qđ cognoscitur, cognoscitur per suam similitudinem, aut per suum oppositum. Et cum Deus quicquid cognoscit, per suam essentiam cognoscit, in qua sunt omnes rerum similitudines, sed diuina essentia non est similitudo mali, neq; ei malum opponitur, quia diuinæ essentiæ nihil est contrarium, vt dicit Aug. 12. de ciui. Ad hoc respõdet. S. Tho. 1. par. q. 14. art. 10. ad tertium. Quòd licet malum non opponatur scientiæ, aut essentiæ diuinæ, quę non est corruptibilis per aliquod malum, opponitur tamé effectibus Dei, quos per essentiam suam cognoscit, & eos cognoscendo, cognoscit mala opposita eis. Quoniam sic vnũ quodq; est cognoscibile secundum quod est. Vnde cum hoc sit esse mali, ꝙ sit priuatio boni, per hoc ipsum quod Deus cognoscit bona, cognoscit & mala, sicut per lucem cognoscuntur tenebrę. Vnde Diony 7. cap. de diuinis nominibus, quòd Deus per semetipsum accipit tenebrarum visionem, non aliunde videns tenebras, quàm à lumine. Et Duran. 1. senten. distinct. 36. declarans S. Thom. dicit quæstio. 1. malum cognoscit per bonum oppositum, quia priuatio non cognoscitur nisi per habitum. rectum enim est iudex & sui & obliqui, vt dicitur 1. de anima. Sed malum secundum Dion. 4. de diuinis nominibus, & Dam. libr. 2. cap. 4. nihil aliud est quàm boni priuatio, ergo malum non cognoscitur, nisi per bonum, sicut nec obliquum, nisi per rectum. Sed dices quod cogno-

gnoscitur per aliud, imperfecte cognoscitur, ergo talis malorum cognitio in Deo erit imperfecte. Respondet sanctus Thomas vbi supra ad quartum, quòd vera esset prædicta propositio, si illud tale esset per se cognoscibile, quod malo non competit. Quia de ratione mali est, quòd sit priuatio boni, & sic neque diffiniri, neque cognosci potest nisi per bonũ. Et breuiter concludendo dicamus de malo pęnæ Prouerb. Infernus & perditio coram Deo. Et de malo culpæ per totam sacram scripturam habemus, & exempla & auctoritates. Exempla in Adæ & Euæ transgressione, quos abscõditos Deus interrogat Adam vbi es. Et in fratricidio Chaim. dum eum interrogat. vbi est Abel frater tuus. &c. Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me. & cæt. Et videns Deus quod multa malitia hominum esset in terra. &c. Idem vide ibidem, cap. 11. de superbia Babyloniorum. Idem de immunditia Sodomitarum. ca. 18. ad huiusmodi extende te practice. ò ciuitas vidit Deus mala culpæ tuæ, & scrutatur Hierusalem in lucernis. Iam manus domini super te est, mane Thethel Phares, Dan. 5. ca. huius habes interpretationem in nostris sermonibus. Gen. 6.

FINIS.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn.

Digitized by Google



BRIXIAE,

Apud Petrum Mariam Marchettum.

M. D. LXXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google